Visurarius contractus lege diuina & humana damnatur. pr. 122. libro 3. n. 3. contractus quando potius, quam iustus præsumatur. ibid. n. 5. Et quæ præsumptiones requirantur. n. 6. & feneratoritius contractus censetur factus ab iis quos lex animum non contrahendi habuisse præsumit. pr. 122. libro 3. n. 44. præsumitur contractus ob laesionem promouentem ex quantitate pensionis, pendente tempore de reuendendo. ibid. numero 49. contractus arguitur ex læsione in pretij quantitate cum pacto de reuendendo. n. 52. præsumitur contractus, si in pacto de reuendendo impensa quæ ad emptorem spectat, & locatorem, imponatur venditori & conductori. n. 57. quod habet limitationes aliquot casibus. n. 59. & 60. præsumitur contractus, si cum pacto de reuendendo adiectum sit ab emptore, vt nisi vsq; ad certum tempus non dissolueretur. pr. 122. libro 3. n. 69. præsumptio an tamen sola sufficiat, & in quibus. ibid. n. 70. & seq. contractus ex quibus aliis coniecturis arguatur falsus. pr. 122. examinatur. numero 72. 73. n. 115. n. 55. 61. 62. 64. & c.

Visurarium & feneratorium contractum deregendum, vna non sufficit præsumptio. pr. 122. libro 3. n. 7. In o quod nec dux. num. 31. inter contractum, & contractum illicitum, non tamen feneratoritium differentia est. ibidem numero 15

Visuras extorquens, non sine dolo id facere potest. pr. 3. libro 5. n. 98. permissas esse affirmans, & peccatum non esse eas exercere pertinaciter defendens, hæreticus præsumitur. pr. 6. li. 5 n. 11

Visurarius nemo est ab origine, & ideo retro non præsumendus talis. pr. 2. libro 5. n. 43. Et nunquid stante constitutione quod omnia instrumenta visurarij præsumantur visuraria, si aliquis sit visurarius de præfenti, omnia instrumenta, quæ retro fecit, præsumantur visuraria. ibid. num. 44. ad dicendum testimonium, peractum, peracta pœnitentia an & quando admittatur. pr. 32. libro 5 numero 41. & seq.

Visus non recipit diuisionem. pr. 162. libro 4 numero 27

Vtendi & fruendi impedimentum præstare, cum quid facti sit non præsumitur. pr. 86. libro 3 numero 3

Vtilius videri debet, quod honestius est. pr. 51. libro 3 numero 3

Vtile per inutile non debet vitari. pr. 78. libro 4 numero 54

Vulnerans consanguineum vel affinem non præsumitur animo occidendi vulnerasse. pr. 40. libro 5 numero 15

Vulnerans animus coniecturis & indicijis perferari potest, an occidere voluerit. pr. 40. libro 5. n. 3. Qui enim gladium astrinxit, occidendi animum habuisse præsumitur. ibid. num. 4. Qui autem claua vel lapide percussit, occidendi animum non præsumitur habuisse. ibid. n. 5. Idem in eo qui paruo cultello vulnerauit. ibidem numero 8

Vulnerare vel occidere voluisse præsumitur, qui se præparauit ad vulnerandum vel occidendum. pr. 3. libro 6 numero 13

Vulnera reperta ad mensuram gladij rei inculpati indicia sunt ad torturam sufficientia. q. 89. libro 1 numero 137

Vultus aspectusque sola mutatio, non facit indicium ad torturam, & ex qua ratione. qu. 89. libro 1 numero 72. & 73

Vulnerati assertioni statim, quod non fuerit ab accusato vulneratus. pr. 5. libro 5 numero 16

Vulneris vel percussiois reiteratio non præsumitur. pr. 14. libro 6 numero 6

Vxor in fauorabilibus continetur nomine familie: secus in odiosis. pr. 88. li. 4. n. 6. dicitur loca mariti humana ac diuine domus. pr. 15. li. 5. n. 3. dicitur vna caro cum viro ad sacramentum ac vinculum matrimonij, non autem dicitur coniuncta ei tangine, & non dicitur eius proxima, id affinitatis principij. p. 89. li. 4. n. 63. an dici possit coniuncta persona marito. pr. 124. li. 4. n. 6. præter opera carnis nõ ceteris sub potestate mariti, sed sub potestate patris. pr. 18. li. 4. n. 43. si infans vel reluctante marito peruenit, an adulterij conuictus præsumatur. pr. 41. li. 5. n. 23. & seq.

Vxorem à viro occisam esse, ex quibus coniecturis præsumatur. pr. 15. libro 5. numero 5. & seq. per tot.

Vxori repudium fraude is præsumitur misse tempore n. 6. ut, quæ uiuens mittere potuit. pr. 8. libro 6 numero 1

Vxor quando præsumatur alimentaria tantum, licet visfructus is legatus sit. pr. 140. li. 4. n. 12. & seq. vique ad nu. 18. inclusiue

Vxori an & quando alimenta vel visfructum testator reliquit præsumatur, si filijs hæredibus institutis. pr. 139. libro 4. per totam & quando visfructum vel alimenta tantum præsumatur reliquit testator hæredes extraneos institutos. d. pr. 140. libro 4. n. 2. & seq. per tot. vide etiam supr. in ver. o Testator

Vxor cui titulo legati relictus est visfructus, post eius mortem instituto extraneo, quo remedio coniequatur legatum, ex quo ea viuente nullus extat vere hæres, qui hæreditatem adiecit. pr. 141. libro 4. n. 41. & seq. cui reliquit testator visfructum donec vixerit, & post eius mortem instituit extraneum, quomodo hoc sit interpretandum. d. pr. 141. num. 28. 29. 30. 33. 35. & 41. quid consequatur, quando maritus nullis penitus hæredibus institutis, vel substitutis, sed post mortem ipsius vxoris visfructum ei reliquit. pr. 141. libro 4. n. 1. & quid si eam instituerit quamdiu vixerit. n. 2. & 5. vel si eam reliquit dominam bonorum. n. 6

Vxori donata præsumuntur contemplatione eius donata, cui conueniunt res ipsæ donata. pr. 112. libro 4 numero 1

Vxor si amouit res mariti, non præsumitur id furtim fecisse, sed causa hypothecæ nomine iuxta dotis bona illa apud se habere. pr. 2. lib. 5. num. 13. præsumitur potius subtraxisse furtiue res mariti, quam quod illas quaesierit ex adulterio. pr. 2. lib. 5. num. 28. si reliquit marito his verbis, *Lego 100. de bonis meis*, non præsumitur legasse animo compensandi cum lucro dotis ex dispositione statuti. pr. 109. lib. 4. numer. 51. Secus si dixisset, *Lego super bonis meis*. ibid. numer. 52. Si autem reliquit animo compensandi, intelligitur etiam si factum fuisset pactum de dote lucranda. ibid. n. 41. si reliquit legatum marito, quod non est permanentium apud ipsum viuum, quippe qui grauatus esset alteri restituere non præsumitur reliquit animo compensandi. pr. 109. lib. 4. num. 53. Idem quando constat coniecturis vxorem legasse ipsi marito animo non compensandi. ibid. n. 54. si aliquid reliquit marito, cui ex dispositione statuti acquiratur pars dotis, nunquid animo compensandi reliquit præsumatur. pr. 109. lib. 4. n. 35. 36. & 37

Vxorem ducere iustus non potest per procuratorem eam ducere, vt scilicet matrimonij substantia fundetur in procuratore. pr. 92. lib. 6 numero 8

Vxores duas qui palam duxit de hæresi est suspectus. pr. 6. lib. 5. num. 37


Vxor, quæ diu stetit sterilis, & diuertit à viro, & aliquot post dies reuerfa filium genuit, & domi peperit, ex proprio viro illum genuisse præsumitur. pr. 52. lib. 6. num. 14. testatoris si fuit substituta, excluditur à filiis grauati in conditione tacita positus. pr. 89. 4. n. 117. quod acquirat, non acquirat marito de iure, quem admodum patri filius. pr. 26. lib. 3. n. 14. etiam putatiua de adulterio accusari potest. pr. 51. lib. 3 numero 6

Vxor an pro marito reddere testimonium possit, licet sit honesta. pr. 51. li. 2. n. 22. & seq. præsumitur scire facta mariti. pr. 27. n. 3. interfecta, præsumitur occisa à marito. ib. num. 6. in eodem instrumento se obligans cum marito, non tenetur nisi quatenus in eius utilitatem versum est. pr. 22. li. 3 numero 2

Vxorem permittentem bona sua possideri & administrari à marito, non dotis nomine, sed ex contractu innominato potius concessisse. pr. 39. li. 3 numero 2

Vxoratus non recipitur ad sacros ordines, nisi vxor ipsius promittat perpetuam continentiam. pr. 36. lib. 6 numero 10

Zithum non venit appellatione vini. pr. 152. lib. 4. nu. 4. Et quid sit, & quomodo conficiatur. ibi. numero 5. **D. I. A. C.**



D. IACOBII MENOCHII
I. C. PAPIENSIS, REGII DVICALISQUE
SENATORIS, AC CREDITVVM
EXTRAORDINARIORVM REGIÆ
Maiestatis Catholice, Præsidis Mediolanensis,
Diuini atque humani iuris scientia
peritissimi,
De Præsumptionibus, Coniecturis, Signis, & Indicijis.
LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

- 1 Præsumptionum, coniecturarum, signorum & indiciorum doctrinam è multis iudicij partibus præcipuam esse.
- 3 Probatione lites & controversias carere non posse.
- 3 Probationem solam oratori necessariam existimauit Quinilianus lib. 5. Instit. orator.
- 4 Probationes solas esse, quæ in causis definiendis primas obtinent.
- 5 Probationis species due, artificialis & inartificialis.
- 6 Probatio inartificialis quæ.
- 7 Probationes inartificiales, vel artis expertes, quare dicantur.
- 8 Probatio artificialis quæ.
- 9 Probatio artificialis quomodo differat ab inartificiali.
- 10 Probationis artificialis munus esse oratoris non Iurisconsulti.

PRÆFATIO.

De præsumptionibus, coniecturis, signis, & indicijis verba facturi, eaque quam diligentissimè poterimus, pertractaturi: è re fore existimauimus, prius aliqua præfari, quæ cæteris viam, alioqui perobscuram & difficilem aperire & commonstrare possunt. Scimus enim è multis iudicij partibus illam esse, doctissimorum sententia, præcipuam & maxime necessariam, quæ in probationibus iurificæ propriæ confirmatione versatur. Nulla enim lis, nulla ÷ discceptatio, nulla demum controuersia probatione carere potest: quamuis cæteris partibus possit. Quæ enim in iudicium vocantur, de quibus iudici cognoscendum ac iudicandum est, de illis aliter, vt volumus, statuere is non potest. quam si effectum sit, vt de ea re illi liqueat, id est, quam sibi probatum sit, ita esse, vt intendimus. Quocirca rectè antiquorum Rhetorum errorem reprehendit lib. 1. Rhetor. Aristoteles, quod probationes, quæ solè ad artem ipsam, id est ad fidem faciendam, pertinent, prætermiserint: additamenta ve ÷, hoc est parua quandam particulam conferpserint. Et Fabius lib. 5. Instit. oratoria. cap. 1. existimauit solam probationem ÷ oratori necessariam esse, cum alia omnia nonnunquam sine detrimento abesse possint. Sed & hoc apertius apud M. Tullium lib. 2. de oratore M. Antonius affirmauit, cum dixit: *Nam hoc necesse est, vt is, qui causam nobis ad iudicandum sit, aut inclinatione voluntatis propendat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi promotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua verum ipsarum explicatio ac descriptio posita est, videtur omnem huius generis quasi doctrinam continere, de ea primùm loquemur.* Atque ita incipit M. Tullius de probatione verba facere. Est ergo quod Aristotelis, Ciceronis ac Fabij sententia concludamus, solas ipsas probationes eas esse, quæ in causis definiendis primas obtineant: Porro ÷ probationis duæ sunt species. Inartificialis vna: Artificialis altera. Quod Aristoteles in primo Rhetor. & Cic. in Topicis. & Fabius lib. 5. Instit. orator. cap. 1. & ex nostris Franciscus Duarenus libro 1. disputat. aminerf. cap. 27. non ineliganter annotant. Probatio inartificialis illa ÷ est, quæ ab aliquibus directa probatio, id est vera & propria appellatur. Nam in hac nominatim, sine oratoris, vel Iurisconsulti arte, reperitur, quod intendimus. Et Aristoteles ipse huiusmodi probationes artis ÷ expertes ob id vocat, quod nostra opera non oriuntur. Non enim vel ab oratore, vel à Iurisconsulto excogitantur: sed extrinsecus assumuntur. Requirit tamen & oratoris & Iurisconsulti artificium, dum in iudicij deducuntur, & tractantur. Quare Aristoteles in fine libri primi Rhetor. & cum eo Cicero in partitio. orat. in Topicis. & lib. 2. de orat. ac Fabius lib. 5. Instit. orat. cap. 1. accuratè docent, quomodo in iudicij de legibus, testimonijs, tabulis, quaestionibus, iureiurando, & reliquis probationibus inartificialibus agendum sit, quaque arte sint ea tractanda: quod & nostri Iurisconsulti abundè non vno in loco præstiterunt. Artificialis verò probatio ÷ illa est, quæ tota in arte consistit, & versatur: auctores sunt Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 1. & Fabius lib. 5. Instit. orator. cap. 8. Nam aliquibus positus, inde oratoris, vel Iurisconsulti ars & prudentia est, videre quæ inde, veluti quædam consequentia, trahuntur. Est enim vel instrumentis, vel testibus vnum contineatur: attamen inde ex eo aliud trahi potest ad actum vnum probandum. Vnde artificiosa hæc probatio ab ea inartificiali ÷ distat, quod in hac ipsa inartificiali non est laborandum ad eam inueniendam, cum à causa, atque à reis deferatur, solum igitur orator, vel Iurisconsultus eam artificiosè deducere & tractare habet. In illa verò artificiali non sufficit cogitare, quomodo tractari debeat, sed etiam opus est eam inuenire. Id quod lib. 2. de Oratore Cicero scriptum reliquit. Quod sanè munus ÷ & officium Oratoris est præcipuum. Sic etiam Cicero in Topicis scriptum reliquit. *Admoneo hic locus, vt quaeratur: quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem (inquiebat Gallus noster) si quis ad eum tale quid residerat, vt de facto quaereret. Hæc Cicero.* Quod si Iurisconsultus, de his respondebat. Oratoris personam, non Iurisconsulti sustinebat: sicuti doctè animaduertit Duarenus in lib. 1. disput. aminerf. cap. 41. Nisi etiam dicamus Iurisconsultos non consueuisse de his quaestionibus, quæ facti sunt, respondere, sed de earum qualitatibus. Ita quidem locum Ciceronis in Topicis exposuit ibidem Boetius, cum dixit: *Præcipuum quidem Oratoris munus esse planum coniecturis facere, an aliquid factum sit, vel non sit: sed tamen facti quaestione propostia, qualenam hoc factum, quidque eius ratione constitutum sit Iurisconsultus respondere debet.* His expositionibus, paucis nunc enumerabimus explicabimisque inartifi-

cialis probationis species: mox accuratè tractabimus, (vt instituti nostri ratio postulat) de ipsa artificiali.

QVÆSTIO I.

Probationis inartificialis species quæ, & de illis singulis breuis, egregia tamen, explanatio.

SVMARIA.

- 1 Probationis inartificialis quinque species secundum Aristot.
2 Probationis inartificialis plures species secundum Ciceronem.
3 Probationis inartificialis species sex secundum Fabium Quintilianum.
4 Aristoteles & Cicero, quomodo possint excusari, quod inter probationum inartificialium species collocarint leges.
5 Probatio seu fides quæ testibus fit, cæteris excellit.
6 Testes sunt personæ, testimonia sunt dicta & attestaciones ipsarum personarum.
7 Tabula quæ instrumenta appellantur qua significatione hoc loco capiuntur. Et quales illæ debent esse, m. 9.
8 Instrumenti verbum generale est, significans id omne quo res instruitur.
9 Instrumentorum appellacione continentur testes. Alius tamen proprie testimonia, m. 12.
10 Probationis species quæ per instrumenta fit, priuilegiata cur dicta sit aliquibus.
11 Præiudicia quæ sint.
12 Præiudicare quid sit.
13 Præiudicium quid sit secundum Aconium.
14 Præiudicium in tribus versatur secundum Fabium.
15 Præiudicium apud Rhetores: & Iuriconsf. dicitur exemplum.
16 Præiudicium, Veneri lingua materna quomodo vocentur.
17 Præiudicium inferiorum iudicum leuem faciunt probationem, & quæ sit ratio.
18 Error vnus, errandi occasionem alteri præstare non debet.
19 Actum quid Romæ fuerit spectandum non est, sed quod agi fierique debuit.
20 Recedendum non est à recepta Doctorum opinione, tamen si contra eam iudicatum aliquando fuerit.
21 Vna & eadem in causa: vna vni, alia alteri, placet iudici sententia.
22 Iudicatum id est, de quo sententia lata est, aut interpositum decretum.
23 Iudicata appellat Aristoteles contraria.
24 Præiudicia supremi principis, vel eorum principis loco iudicant, iudicatum exemplum quod sequantur, præbent.
25 Præfatus prætorio supremam apud principem potestatem ob-sinet.
26 Præfatus prætorio, in quo differat à principe supremo.
27 Præiudicium in eadem causa consideratur duobus modis.
28 Præiudicium quod de eadem causa fit, quomodo soleat considerari.
29 Infurandum quid sit secundum Ciceronem.
30 Infurandum quid sit secundum Baldum.
31 Infurandi species quatuor.
32 Iuramentum an proprie sit probatio.
33 Iuramentum verè & proprie probationem esse, communis est, & magis recepta sententia.
34 Confessio omnium probationum maxima est.
35 Iuramentum triplex, voluntarium, iudiciale, & necessarium.
36 Rumor seu fama quid sit.
37 Fama secundum Bar. quid sit.
38 Famam à rumore differre sunt qui existunt. Quod tamen negat Fabius Quintilianus & Valla, m. 42.
39 Rumor apud Iuriconsultos quis dicatur.
40 Fama à fide dignis certisque personis originem habet.
41 Tormenta seu quæstiones sunt cruciatus corporis, quibus per verberati & torti confessionem, rei veritas eruitur.
42 Tormenta & cruciatus immodicos, falsa pro veris ostendisse, vsu compertum est.

reliqua, si quæ sunt, quæ non ab oratore pariuntur, sed ad Oratorum à causa, atque à reis deferuntur. Hæc Cicero. Verum Fabius lib. 5. insit. oratoria. cap. 2. lex t solum enume-rat species huius inartificialis probationis: nec his admiscet leges. Ita enim ait ille. Ex illo priore genere sunt præiudicia, mores, tormenta, tabula, infurandum, testes, in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Hæc tamen Quintilianus. Cuius quidem partitio & tibi probatur, & iuri nostro maxime conuenit. Cui enim leges non enumerat inter has probationis species Fabius, rectè visus est animadu-vertere, leges non esse probationes, sed definitiones, sententias atque ita terminationes, quibus negotium ipsum, cuius causa inducuntur probationes, definitur atque terminatur. Excusari t quidem possunt Aristoteles & Cicero, quod inter species probationum inartificialium collocarint leges: cum probationes esse illi intellexerint, quibus causa-rum pariter iudices in suas ducant sententias. Contendit Milo iudices liberare se oportere, etsi Clodium occiderit, cum vt se ipsum tueretur, cum interfecerit. Iure hoc se pe-tere probat Milo, quod lex etiam ipsa naturæ concedit sui tutelam ac defensionem, & si aduersarius insidiator occidatur. Lex ista Milonis petitionem legitimam esse probat. Hæc tamen probatio, verè probatio, & apud Iuriconsultos præcipue, non est. Hac itaque omissa, reli- quas meliorem ordine explicemus. Testes priore loco hic refero inter probationis inartificialis species, quod probatio t seu fides, quæ testibus fit cæteras excellat. Est enim aliis efficacior, cum Ioannes. de fide instrum. sunt testes t personæ ipsæ, testimonia verò sunt dicta, & attestaciones ipsarum personarum, l. 1. & l. 3. s. idem diuis. ff. de testib. & l. solam. C. eo. & l. instrumenta. C. de proba. Non persequor reli- qua, cum extent integri & tituli & Commentarii, quibus testium & attestacionum materies abundè explicatur. Tabu- læ, quæ à nostris t instrumenta appellantur, hoc loco pro so- lennibus illis chartulis à tabellione, qui ita scribendi è pu- blico facultatem habet, conscriptis sumuntur. Quæ sanè chartulæ ita t esse debent, vt rem dubiam iudici aperiant, ac claram lucidamque faciant, atque causam instruant, c. foris. s. causa. de verb. sig. Non enim est ignorandum instrumenti t verbum esse generale, significans id omne, quo res aliqua instruitur, l. notionem, s. instrumentorum, de verb. sig. Hinc & testes t hac appellacione continentur, l. 1. ff. de fide instr. Quam- quam minus proprie t testimonia instrumenta sint: sicuti 12 interpretet serè omnes in rub. extra de probat. aduersus Al- ciat. in d. s. instrumentorum. annotarunt. Hanc autem probatio- nis speciem t priuilegiatam aliqui ob id dix-erunt, quod mor- tuo & (vt eorum verbis vtat) pelli mortuæ fides adhibetur. Quorum traditio si vera esset, idem esset dicendum de at- testacionibus illorum testium, qui iam in humanis esse desierunt. Nam & illa soli chartulæ inheret. De instrumentis, eorum- que solemnitate & fide, integri extant tituli, quamobrem non immoror amplius. Præiudicia t sunt res antè iudicatas. Est enim præiudica- re t antè iudicare, quod Fabius lib. 5. insit. oratoria. cap. 2. & Budæus in annotat. Pandectarum scripserunt. Et ex sententia Aconij, t est præiudicium, res, quæ cum statuta fuerit se- mel, adfert iudicaturis exemplum, quod sequantur. Præi- udicium (inquit Fabius) in tribus t versatur, vel circa parem, si- milèmq; causam, vel circa eandem causam, vel de eadem cau- sa. Circa parem similmq; causam versatur, cum alias simili in causa, lata fuit sententia. Apud Rhetores, ac etiam apud Iureconsultos appellari t solet exemplum, l. nemo, C. de 18 sent. & interloc. omn. iudicium. & egregiè Iuriconsultus in l. imperatores, C. de priuileg. cred. Veneri lingua materna, t casu 19 sequio, appellant. Præiudicia hæc, si inferiorum iudicum sunt, leuem t probationem faciunt: tum quia (vt dixit Fabius) le- uis dissimilitudine euitari possunt, cum etiam quia exemplis his non esse iudicandum Iustinianus noster statuit, in d. l. nemo, C. de sent. & interloc. omn. iud. non enim vnus error t oc- casionem errandi alteri debet præstare. Nec (vt dici solet) spectandum est, t quid actum fuerit Romæ, sed quod agi fierique debet, l. sed licet, ff. de offic. præsid. & scribit Coral. lib. 2. Miscel. iuris, cap. 5. num. 3. Quocirca rectè admonuit Neuz. lib. 5. s. l. x. nup. num. 62. à recepta Doctorum t opinione rece- dendum non esse, tamen si contra eam iudicatum aliquando fuerit: cum vel dolo, vel potius imperitia, quam ratione rectè, ita pronunciarum credatur. Hinc videmus de eadem penè t causa, vnam vni, alteram alteri iudici sententiam pla- cere, l. nam & si parentibus. s. filius, ff. de inoffi. testam. & egregiè in l. denunciaffe, s. queritur, ff. ad l. iul. de adult. Bald. consil. 334. Premittendum est ad euidenciam lib. 2. & Crauer. consil. 332. num. 3. quorum actoritate securus, & ipse ex facto interrogatus respondi consil. 59. lib. 1. Quod & omnium melius nos docuit auctor ad Herennium, lib. 2. cum scribit in hæc

hæc verba. Iudicatum t est id, de quo sententia lata est aut de- cretum interpositum. Ea sepe diuersa sunt, vt aliud aliq iudici, aut Prætorij, aut Consuli, aut Tribuno plebis placitum sit: & fit, vt de eadè re sepe aliud decreuerit, aut iudicauerit. Quod genus M. Dru- sus Prætor Vrbanus, quod cū herede mdati ageretur, iudicium red- didit, Sextus Iulius nō reddidit. Itē C. Cælius, iudex absoluit iniu- riarum eum, qui Lucillum potam in scena nominatum læserat, Publius Mucius eum qui L. Accium poetam nominauerat, con- demnauit. Aristoteles loco iam commemorato appellat t iudicata contraria, à quibus vult argumentum sumi, quem locum ita exposuit M. Anton. Maioragius, contraria sunt quæ plurimum inter se distant, vt M. Marcellus in bello Syracusis ex- pugnat: sana non esse spolianda, sed potius ornata censuit. C. V. er- res in pace socijs atque amicis Syracusanis è sanis ornamenta om- nia sustulit. Hanc tamen Aristotelis & Maioragij traditio- nem non ad iuriconsultos, sed ad oratores pertinere exi- timo. Præiudicia verò supremi t principis, vel eorum, qui principis loco iudicat, iudicaturis exemplum quod sequan- tur, præbent. Et Aristoteles lib. 2. Rhetor. ita scribit, vel si ita illi iudicauerit, contra quos statueri nihil licet, vt qui domini sunt, aut quibus non honestum est contradicere. Quem Aristote- lis locum his verbis interpretatur est M. Antonius Maiora- gius. Vt quando illi statuerunt, quorum iudicium ipsi iudices se- quuntur, vt si in priuato iudicio aliquod tractetur, de quo iam in Senatu decretum sit. Vel apud Prætozem agatur de illa re, de qua iam princeps sententiã tulit. Hæc ille, qui & alia plura quæ huc non pertinent. De principis sententia ita censent glo. in d. l. nemo. C. de sent. & interlo. om. iudi. & Soc. in tract. fallen. reg. 225. fallen. 1. & probat l. vlt. C. de legib. De sententia verò senatus alteriusve supremi magistratus scribunt Fabius lib. 5. insit. or- rator. cap. 2. Afflict. decis. 383. num. 8. Zasius in rubr. ff. de exceptio. nu. 6. Plotus in l. si quando. m. 156. C. unde vi. Rolan. in consil. 70. nu. 17. lib. 1. Burfat. in consil. 32. num. 28. lib. 1. & idem ego ipse scri- psi in consil. 264. nu. 74. lib. 3. & inquit Alberti in l. de quibus. num. 66. de legib. has sententias conuictudinis vim obtinere. Nec repugnat præcitata l. nemo. C. de sent. & interloc. omn. iudi. qua non est permissum sequi iudicatum Præfetti prætorio, qui tamen t supremam apud Principem potestatem obtin- et, l. formam C. de off. præfetti. prætor. quam quidem nouo sen- su illustrauit Alciat. lib. 2. paradox. c. 9. Non inquam repugnat, quandoquidem intelligitur, cum à præfetto prætorio lata est sententia, quæ legi refragatur. Non enim is aduersus iam sancita potestatem habet, d. l. formam. Differt in hoc à prin- cipe t Præfetto prætorio. quod principis iudicatum, etiam si legi iam scriptæ repugnet, sequi conuenit. Si quidem & legem antiquam abrogare, & nouam ferre facile potest, d. l. vlt. C. de legib. est & illud obseruandum exemplis tunc posse iudicari, quando negotium nullo iure apparet diffinitum. Ita ex sententia Boerij de auctoritate magni consilij numeri. 170. scripti in consil. 2. nu. 112. lib. 1. Præiudicium in eadem t causa duobus modis confi- deratur, Vno, cum summaria & leui causæ cognitione ad- hibita sit. Altero, cum maturo plenôque iudicio. De singulis exempla tradit eruditus Zasius in rubr. ff. de exceptio. num. 7. Præiudicium, t quod de eadem causa fit ita considerari solet: vt no quid iudicatum, sed ante iudicadū sit. Nam si ante iudicabitur causæ iam cæptæ finem quandam parabit. Si- parris hæreditatem petis, excipiam, te illius filium non fuisse, sed seruum. Hic cognoscendum est prius, an verè filius fueris, vel non? Si constabit te filium esse, de ipsa hæreditate deinde expectabitur sententia, si verò constabit, te filium illius non fuisse, impedit hoc iudicatum illud petitionis hæreditatis iudicium, l. si quis libertatem. ff. de petisio. hered. Si experitur patronus aduersus libertum, vt operas præstet, & neget conuentus se libertum, dispiciendum prius est, an libertus is, vel ingenuus sit: quoniam, si libertus non demon- strabitur, ante iudicatum hoc iudicium de præstandis ope- ribus impeditur, l. vlt. ff. si liber. ingen. esse dicatur, l. pen. & l. vlti. C. de ordine cognit. & s. præiudiciales. Insit. de actio. & doctè ex- plicat Duareus lib. 2. disputat. anniuers. cap. 2. Hæc paulò fufius fortè de præiudicijs scripsi, quam tractatio ipsa re- quirebat: Verū id de industria feci, quod ab aliquo, quæ vide- rim, ita dilucidè hæc alioqui obscura explanata non fuerint. Infurandum t est, auctore M. Tullio lib. 3. de officijs, religiofa affirmatio. Vel (vt Baldus noster in c. 1. s. item sac- ramenta de pace iura. firm.) est t iuramentum, dictum asser- tum, promissum, sacræ rei attestacione firmatum. Et cum quatuor t sint iuramenti species, promissorium fidelitatis, introductorium obligationis, confirmatorium contractus, & decisorium litis ac controversiæ: hoc postremum illud est quod inter probationes inartificiales continetur, vt i scriptum inter cæteros reliquit Fabius d. l. 5. insit. oratoria, cap. 6. Quæ etiam de re plura scripsi Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 1. ibidem illius interpres benè eruditus. M. Antonius

Maioragius: qui quidem docet quando & quibus de causis recipiendum, vel recusandum: & nos suis locis dicemus. Gra- uis autem & controuersa est apud nostros disputatio, an hoc ipsum iuramentum t sit propriè probatio. Non enim defu- erunt, qui opinati sunt, non esse veram & propriam proba- tionem, sed præsumptiuam tantum, inter quos Deci. in rubr. extr. de proba. nu. 11. Iaf. in repet. l. admonendi, num. 23. ff. de iure- iur. & ibi Caccialup. nu. 136. Quibus accedunt Corset. sing. in verbo, mandatum. incipit reuocatio. Marf. in rub. C. de proba. nu. 130. Gram. decis. 67. nu. 16. & Emil. Ferrer. in rub. ff. de proba. n. 29. Verum recepta magis opinio est iuramentum fesse verè, & propriè probationem. Ita enim communem sententiam multis recensitis attestatur Dec. loco iam citato. Et rectè mea quidem opinione, cum sit hæc confessio, t quæ omnium maxima est. Hoc iuramentum triplex fesse dicitur, volun- tarium, iudiciale, & necessarium. quod copiosè explicant om- nes in l. admonendi. ff. de iuri. de his differendi locus nunc non datur. Rumor. seu fama t est sermo sine vilo auctore di- sperfus, cui malicia initium dedit, credulitas incrementum. Ita Rumorem definit Fabius lib. 5. insit. orato. cap. 3. cæte- rum ex nostris Barr. in l. de min. s. plurimum, numer. 7. ff. de quæst. famam diffinit, t esse communem opinionem voce manifestatam, ex suspicione prouenientem. Quam sanè definitionem visus est probare Alciat. lib. 1. parerg. iuris cap. 6. Sunt qui credunt, famam t à rumore differre, sicuti 41 glo. in c. super eo de eo, qui cog. consang. vx. sue. Inno. in c. vestra. de cohab. cler. & mulie. Alciat. d. c. 6. Amilius Ferrerus in l. 3. in prin. num. 10. ff. de testib. Verum Fabius d. c. 3. & Valla li. 4. ele- gant. cap. 7. non differre t existimant. In iure nostro credo glo. Inno. Alciatum & cæteros rectè sensisse. Si quidem a- pud Iuriconsultos rumor t falsus sermo appellatur, l. vl. 43 tim. ff. de hered. instituend. Et qui certum nuntium atque auctorem non habet. Quod & M. Tull. lib. 12. epist. fam. 10. ad C. Cassium scribens his significat. Nos de Dolabella que volumus audiuimus: sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore, nuntio. Fama t verò à fide dignis certisque personis originem ha- bet, l. decurionum. C. de pen. & scribitur Bar. in d. s. plurimum, nu. 15. num. 23. & 31. & Felin. in c. veniens, il. 1. nu. 14. de testib. Qui de his alia scitu non indigna, quæ hic recensere super se deo, scri- pta reliquerunt. Tormenta t seu quæstiones esse dicimus corporis cruciatus, 45 quibus per verberati & torti confessionem, rei veritas eru- itur, l. item apud Labeonem. s. quæst. ff. de iure. & l. 1. s. quæst. ff. ad S. C. Syllania. Nam (inquit M. Tullius in Topicis) & verberibus torti, in igne defatigari quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere. Quamquam vere vsu compertum sit, cruciatus t im- modicos falsa pro veris ostendisse, quemadmodum lib. 2. de arbitr. iudicium & c. casu 269. aliquot exemplis demonstraui- mus. Hæc summatim, & ea, quæ potuimus breuitate, de inar- tificiali probatione pertrinximus.

QVÆSTIO II.

De artificiali probatione, quam præsum- ptionem appellamus; multiplex mul- torum diuisio.

SVMARIA.

- 1 Probationem artificialem Quintil. quomodo diuidat.
2 Probationis artificialis due partitiones secundum Baldum, & nu. 3.
3 Probatio artificialis quomodo diuidatur à Gandino.
4 Probationis artificialis diuisio secundum Alexandrum de Ales.
5 Præsumptio temeraria quæ sit secundum Alex. Alenssem.
6 Præsumptio violenta quæ sit.
7 Præsumptio leuis quæ dicatur.
8 Præsumptio leuis est, si vir bonæ fame videatur semel alloqui mulierem in loco suspecto.
9 Præsumptio probabilis quæ sit.
10 Præsumptio ex omnium ferè sententia sic diuiditur, vt vna iuris sit, & de iure, altera iuris tantum, tertia verò homi- nis.
11 Quæ sunt artificialis probationis, seu præsumptionis species? Hac de re variæ sunt scri- ptorum partitiones. Fabius enim Quintilianus li. 5. insit. oratoria. cap. 8. quem ex nostris secutus est Franc. Duareus lib. 1. disputat. anniuersa. cap. 7. probationem hanc artificia- lem t diuidit in necessariam credibilem seu verisimilem, & non repugnantem. Secunda fuit diuisio Baldi in rub. ext. de præsum. qui docuit aliâ esse præsumptionem t iuris & de iure:



VAERO prinò, quæ sint probationis in- artificialis species? Est hac in re varia Rhe- torum enumeratio, Aristoteles lib. 1. Rhe- tor. cap. 15. quinque esse scriptum reliquit: t nempè leges, testimonia, tabulas, quæstio- nes, & infurandum M. Tull. lib. 2. de orato- re. ex sententia M. Antonij oratoris eloquentissimi, quem loquentem introducit, multo plures t his verbis enumerat. Ad probandum autem duplex est Oratori subiecta materies, vna rerum earum, quæ non excogitantur ab Oratore: sed in re positæ, ratione tractantur, vt tabulæ, testimonia, pacta, comenta, quæstiones, leges, senatusconsulta, res iudicata, decreta, responsa,

aliam iudicis, aliam possessionis, aliam ex tempore, aliam hominis discreti, aliam ex consuetudine. Quam sanè probationem probare nunquam potui. Tertia fuit diuisio, quam ipse Baldus recenset in rub. C. de probat. num. 4. & in l. ea quidem. nu. 5. C. de accusat. Cum dixit præsumptionem fã aliã esse legis, aliam hominis. Et præsumptionem illam legis, aliquando esse simpliciter iuris, aliquando iuris & de iure. Quam sanè diuisionem ceteri ferè omnes sunt secuti. Quarta fuit diuisio Specul. in titu. de præsumptionibus. s. species. qui dixit præsumptionem vnam esse temerariam, secundam probabilem tertiam violentam, quartam necessariam. Et Speculatorem secutus est Ioanna. Platea in l. quæcunque. col. ult. C. de apochis publi. libr. 10. partitio fã Gandini in tracta. maleficio. rubr. de præsumpt. & iudiciis dubiatis. colum. 1. qui dixit præsumptionem aliam esse facti, aliam hominis, aliam naturæ, aliam iuris, aliam iuris & de iure. Et aliam esse temerariam, & leuem, aliam probabilem & discretam, & aliam dici violentam. Quam quidem diuisionem probauit Paulus Girilandus in tract. de quæst. & torturis. quæst. 3. num. 7. Quinta fuit diuisio, quam fecit Alexander de Ales. Theologus præstantissimus in summa part. 3. quæst. 45. membr. septimo. col. pen. & quæ quidem non multum distat ab illa Gandini. Diuidit Alesius præsumptionem fã in temerariam, violentam, leuem & probabilem. Præsumptionem temerariam appellat Alesius illam fã quæ fit quando apparet coniectura boni & non mali: & quando omnia signa sunt boni, & nulla mali: qualis fuit illa Pharisæorum, vt legitur Lucæ cap. 7. qui dicebant infra se. Hic si esset propheta sciret vtrique qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Præsumptionem temeraria impij illi iudicabant Christum, cum tamen signa omnia in eo boni, & nulla mali cognouissent. Et similis fuit eorundem Mathæi. cap. 9. Cum Dominus dixisset Paralytico, remittuntur tibi peccata tua, dicebant Pharisei, hic blasphematur, & de temeraria præsumptione sunt alia exempla in cap. 12. quæst. 1. in c. 1. 6. q. 1. c. si qui verò. 76. dist. & in c. licet. Heli. de sumo. & præter Speculat. in d. s. species, tradit Euerardus in Centuria legal. in loco de verisimilitudine. numer. 18. Præsumptio fã violenta inquit Alesius) prædictæ contraria est, quando scilicet apparet coniectura mali, & non boni cum inquam omnia signa sunt mali, & nulla boni. Sicuti fuit illa quam fecit Salomon, vt habetur lib. 3. Regum cap. 3. relatum in ca. asserte. de præsumpt. dum adiudicauit filium illi mulieri, quæ lachrymas rogauerat, ne puer interficeretur, iudicans illam esse matrem. Et econtra mulierem illam, quæ petierat puerum diuidi, & dicebat, nec mihi, nec tibi, sed diuidatur non esse matrem iudicauit Salomon violenta hæc præsumptione: cum in ea omnia signa mali, nempe aduersus humanam & naturalem pietatem existerent. Præsumptio fã leuis est (inquit Alesius) in qua parua adest coniectura mali, & magna boni: vt quia multa signa boni sunt, nulla vero aut parua mali: quemadmodum fuit præsumptio illa, quam fecit idem Salomon lib. 3. Regum cap. 2. dum iudicauit fratrem morte dignum ob id, quod petierat Abyssag Sunnamitem. Et in Salomon ex præcedenti facto ante suam in regno confirmationem, quo Adonias sibi fecerat curru & equo habuisset signum, quod regnare cupiebat: attamen post confirmationem nil facere legitur, nisi quod petiit Abyssag. Et propterea leuis fuit illa præsumptio, qua motus Salomon, fratrem morti adiudicauit. Et illi leuis præsumptio, fã vt si vir bonæ fidei videatur semel alloqui mulierem in loco suspecto. Hoc enim debet in meliorem partem interpretari. in tra. de castitate. extra. de regulis iuris. Præsumptio probabilis fã est præcedenti contraria: & dicitur illa que iunetur ex multis signis malis: & parua ac exigua sunt signa boni: qualis est illa, quæ sumitur a falsis prophætiis: nam à fructibus eorum cognoscimus eos, Mathæi cap. 7. Nostra gratè planè miserand. probabilem præsumptionem sumimus, talios Christianos illos esse, qui dum bona aliqua concionantur, reliqua mala omnia tuadent.

Ceterum nec duæ hæc partitiones retinendæ sunt: cum non species, sed loca, (sicuti in ea secunda commemorata fecit Baldus) eu sedes, & quibus præsumptio deducitur, recensentur. Rectius itaque ex nostro, um ferè omnium, sententia sic nos diuidimus præsumptionem: fã vt vna sit iuris & de iure, altera iuris tantum, tertia vero hominis. Quæ quidem diuisio conuenite videtur in multis saltem cum illa Quintilian, qui dixit præsumptionem aliam esse necessariam, aliam credibilem, aliam non repugnantem: quemadmodum mox explicabimus.

QVÆSTIO III.

Præsumptio iuris & de iure, quæ, & quomodo necessaria dicatur, quantumque cum ea conueniat.

- 1 Præsumptio necessaria dicitur, cum aliquibus positis necessariis efficiamus, quod intendimus.
- 2 Appellatur autem ea violenta, vel verius violentissima. Rhetores signum dicunt ibid.
- 3 Præsumptio necessaria vel probatio ducitur à naturalibus principijs, vel ab humanis.
- 4 Lac reperitum in mammis mulieris, violentam facit præsumptionem eam corruptam fuisse.
- 5 Aduertenda tamen sententia sapientissimi Hippocratis & Galeni ibid. recitata. n. 4.
- 6 Præsumptio violenta à naturalibus causis & principiis nata, contrariam probationem non admittit.
- 7 Præsumptio violenta seu probatio ortum habens à causis & principiis naturalibus raro est iuris, cum maior pars iudiciorum versetur circa actiones humanas.
- 8 Actiones humane certum sibi ac necessarium euentum præsumere nequeunt.
- 9 Præsumptio violenta seu probatio ab humanis quoque principijs oritur, cum nascitur ab iudicijs atque coniecturis, humana lege & ratione probatis.
- 10 Præsumptio necessaria appellatur præsumptio iuris, & de iure à Specul.
- 11 Et qua de causa hoc fiat. n. 15.
- 12 Præsumptio ortum habens ab iudicijs atque coniecturis humana lege & ratione probatis, est aliter se habere possit, quæ re ipsa sit, vix fieri tamen potest, vt contrariam probationem admittat, sed solum possit extenuari. numer. 11. & 12.
- 13 Certitudo fidei vnde dicitur.
- 14 Præsumptionem iuris & de iure, quomodo describat Baldus. & n. 16.
- 15 Præsumptio iuris & de iure descripta per Alciatum.
- 16 Præsumptio iuris vnde sit dicitur.
- 17 Præsumptio iuris & de iure, non admittitur probatio in contrarium si iure & de iure.
- 18 Præsumptio iuris & de iure illa dicitur à multis, quæ in lege scripta est, & ita ab ea sancitum, ne contrarium possit probari.
- 19 Præsumptio iuris & de iure que dicitur secundum Romanum.
- 20 Præsumptio violenta nunquam dicitur, nisi lex ita exprimat, ex sententia Card. Alex. Saliceti & aliorum ibi allegatorum.
- 21 Præsumptio iuris & de iure semper desumitur ex actis præteriti temporis, non autem ex futuro.

Quæro tertio, quæ dicatur præsumptio iuris & de iure, quam necessariam appellare etiam possumus? Præsumptio dicendum est, necessariam dici fã præsumptionem, cum aliquibus positis, necessario inde emicet, quod intendimus. Et hanc violentam, vel verius violentissimam nostri appellant: Rhetores vero alio nomine signum, de quo suo loco sicuti dicitur vocant: statutum Venetum in prologo secundo, num. 10. appellat hanc præsumptionem necessariam. Dicitur hæc artificialis necessaria fã probatio, seu præsumptio vel à naturalibus principijs, vel ab humanis: à naturalibus principijs hoc modo nascitur. Si probatur mulierem habere lac fã in mammis, inde artificialis probatio, seu violenta præsumptio oritur, mulierem hanc fuisse corruptam. Quo sanè exemplo vsi sunt Fabius lib. 5. in situ. orator. cap. 9. & ex nostris Bald. in rub. C. de probat. nu. 6. vers. exemplum de primo. Natura enim ipsa, non ars efficit, vt lac in mammis habeat mulier propter generationem. Et tamen quod aduertatur fã sapientissimum Hippocratem in quinto aphorismorum, in 39. aphorismis & ibidem Galenus declarat, scripsisse fieri posse, vt mulier lac habeat in mammis, etsi non concepit, sicuti illi, cui mensura non fluunt. Illos consule, verum Paris. in cons. 29. nu. 48. lib. 2. scripsit, habere lac in mammis non esse certum signum, sciaminam peperisse, & huius traditionis auctorem recenset Fulgosium in l. si sterilis. in prin. de actio. empt. qui n. eo in codice hoc scriptum non reliquit. Alio etiam exemplo vsus est Baldus loco iam citato, si probatum exitit homini amputatum fuisse caput, inde descendet necessaria atque ita violenta præsumptio, hominem illum esse vita defunctum. Et his simile exemplum, si dicimus fumus è domo exiit, ergo ibi ignis adest. Natura enim hoc efficit. Non est dissimile exemplum, quo vtriusque Fabius dicit lib. 5. in situ. oratoria, cap. 9. & iure nostro probatur, in l. optima. C. de contrahen. & committen. stipulat. Si exhibe o instrumentum hic Patavij inter me & te confectum, die decima Septembris, inde necessario fiet, me ea die decima Septembris fieri non fuisse: Cum ob maximam locorum distantiam, fieri non possit, vt eadem die esse poruerim vtrique in loco, Hoc etenim miraculose, non autem

rem natura efficit potest. Quemadmodum vsu venisse diuo Ambrosio, memorie prodidit Bald. in d. l. optima. Diuus enim Ambrosius (ait ille) manè Missam celebrauit Romæ, & eadem die vsus est Mediolani. Et de Beato Isidoro idem scriptum reliquit Boetius quæst. 165. num. 7. illud quoque exemplum huc spectat, quod si acti manè testes se noctis tempore vidisse maleficio Caum occidisse, & ipsam homicidam de facie nouisse, si probetur lumen eo tempore non adfuisse, lunamque ea nocte illunem exiisse, & tantam fuisse locorum distantiam, vt humanus oculus, quantum lynceus (vt est in veteri proverbio) videre non poterit: inde fiet necessario, testes illos id falso asseruisse. Quod Athenis aliquando contigisse scripsit Plutarchus in vita Alcibiadis. Et in iure nostro probatur auctoritate Bald. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. & Iason in l. non minorem, num. 4. C. de transactio. & idem scripserunt Decius cons. 163. col. 3. Euerard. in centuria legalis in loco de natura, num. 1. Hæc violenta præsumptio fã à naturalibus causis & principiis nata, contrariam probationem non admittit. Nam auctore Baldo in rub. C. de probatio. numer. 6. vers. exemplum de primo: est hoc argumentum concludens à necessariæ nature, quæ vi humana, vt aliter se habeat effici non potest. Quæ enim ratione & medio probari poterit contrarium eius, quod natura ipsa, quæ euentum adfert certitudine, non docet atque commonstrat? probatio seu violentissima fã præsumptio raro vsu venit, quod maior pars iudiciorum circa humanas versatur actiones, quæ fã certum sibi ac necessarium euentum præferre nequeunt: quemadmodum Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 5. scriptum reliquit: Et inibi annotarunt eruditissimi Barbarus, Victorius & Maioragius. Necessaria hæc probatio, seu violenta fã præsumptio ab humanis quoque principijs oritur: Cum scilicet nascitur ab iudicijs atque coniecturis humana lege & ratione probatis. Quæ sanè apparentes coniecturæ sunt: & à Baldo in rub. C. de probatio. num. 6. vers. exemplum de secundo, appellatur necessaria legitima. Necessaria etiam præsumptio fã Specul. in titu. de præsumptio. §. species. numer. 5. appellatur præsumptio iuris & de iure. Sic fã dicitur Aiacem ab Ulyssæ occisum, quod post odia antiqua inter eos, Ulyssæ ipsum vidimus, nudo gladio & cruento, iuxta Aiacis cadaver consistere. Quo sanè exemplo vtriusque M. Tullius lib. 1. ad Herennium. Ita pariter si probatur re exiisse domo distracto gladio, cruce madido, vestigie cruenta, & in domo reperitur esse cadaver, reque fuisse mortui inimicum: necessaria hinc orietur probatio, ducta à ratione humana, & coniecturis ita apparentibus confirmata, vt dicendum sit re illum occidisse. Quod exemplum ad rem hanc declarandam attulit Fabius lib. 5. in situ. oratoria. cap. 9. Et ex nostris probatur Bald. in l. fur est. num. 2. ff. de furtis. Boët. quæst. 166. num. 2. & Grammat. decis. 42. numer. 4. & suo loco vberius dicemus. Hæc tam efficax & violenta præsumptio, est efficacior ea sit, quæ à natura descendit: cum hæc aliter se habere possit, quam re ipsa sit: Attamen fã vix fieri potest, quod contrariam probationem admittat. Extenuari quidem aliqua ex parte potest: ex integro dilui non potest.

Extenuabitur fã si probetur occisum insanum fuisse, & aliquando, nisi præterit aliqui fuissent, sibi manum intulisse: & inter occisum illum & accusatum leuem exiisse inimicitiam. Quæ ratione dicendum est aduersus hanc præsumptionem directo contrarium fã probari minimè posse. Hinc obseruandum est, quod si lex præsumptionem aliquam, quæ à naturalibus, vel humanis principijs ortum habet, approbat, atque ita statuat, vel nullam omnino contrariam probationem, vel indirectam ad extenuandum tantum (vt diximus) prudens iudex admittet. Et fã idcirco hanc necessariam probationem artificialem (vt attigimus) appellant nostri præsumptionem iuris & de iure. Lex enim ita præsumit vt verum illud esse statuat, contrariumque probari non posse decernat. Nam legis auctoritas hoc certum esse facit. Et ob id congruo nomine fã certitudo, non ab euentoria rei, non à ratione ducta, sed ab auctoritate credibili appellatur. Quamobrem Baldus in rub. C. de probatio. num. 4. hanc præsumptionem fã iuris & de iure ita definit, vel describit potius, vt sit animi legislatoris applicatio ad verisimile, confirmata sanctione. Et Baldus iecurus est Curtius Iunior in cons. 4. num. 15. & in cons. 50. numer. 5. Verum plenus ac fortè melius idem Baldus in l. ea quidem, numer. 6. C. de accusat. ita describit. Præsumptio fã iuris & de iure est status à iure promulgatus ex indubia coniectura. Quam diffinitionem ait probari in l. cum ostendimus. §. vlt. ff. de fideiussor. tuto. Alciat. vero in tract. de præsumpt. in præludij par. 2. numer. 3. ita diffinit. Est fã dispositio legis aliqui præsumens, & super præsumpto, tamquam sibi comperto statuentis. Quam sanè diffinitionem ait pro-

bari in c. in qui fidem, de sponsal. Hæc præsumptio iuris & de iure fã inde sumptum nomen. Nam præsumptio iuris dicitur, quia à lege introducta est: Et de iure, quia super tali præsumptione lex inducit firmum ius, & habet eam potè veritate. Ita declarat Baldus in l. siue possideris, numer. 6. C. de probat. & Baldus securus est Felinus in c. quanto, numero 3. de præsumpt. & idem scripsit Alciat. in tracta. de præsumptio in præludij, numer. 3. Et statutum Venetum in prologo secundo, numero 10. statuit fã non admitti contrariam probationem. Quocirca scriptum à multis est illam dici fã præsumptionem iuris & de iure, quæ in lege scripta est: & ita ab ea sancitum, ne contrarium probari possit. Ita tradunt Bald. in rubric. extr. de præsumpt. numer. 1. Innoc. in c. quia verisimile. numer. 2. de præsumpt. Alex. in l. inter stipulantes. §. 1. numer. 3. de verbor. obliga. post Comensem ibi. Idem docuit Roman. in l. si duo, numer. 8. ff. de acquir. hered. qui egregie scribit, quod si statutum introduceret aliquod genus probationis, & illud vellet esse plenam probationem. diceretque, quod illi omnimoda fides adhibeatur, hanc esse fã præsumptionem iuris & de iure, & huius sententia glossam & Baldum rec. n. 1. It eam docuit Cardin. Alex. in c. qui fidem, numer. 2. 3. de sponsal. quod fã violenta præsumptio nunquam dicitur, nisi lex ita eam exprimat. Id quod scribunt & Salice. in rub. C. de probatio. & Gulielmus Mayner. in l. in obcuris, numer. 7. de regu. iuris. Cui. Iunior. consil. 50. numer. 5. Verum docuit Felin. in d. c. quanto, col. 2. vers. & dicitur de iure, & c. non esse opus, quod lex expressim reiciat probationem contrariam. Et eulde opinionis recenset Abb. ibi. num. 2. vers. unde scias. Quorum traditio non aduersatur iam relatis. Cum idem illi sentiant, si rectè perpendantur. Illud quoque de hac præsumptione iuris & de iure annotandum est, illam sumi semper ex fã actis præteriti temporis, non autem ex futuro. Ita sentit & rectè Euerardus in Centuria legalis, in loco, à tempore ad tempus, num. 2.

QVÆSTIO IIII.

Præsumptio iuris quæ, & quomodo ab alijs appellatur verisimilis.

SUMMARIA.

- 1 Probatio verisimilis, quam nos præsumptionem iuris dicimus, quid sit secundum Quintil. Victorium & Maioragium.
- 2 Chirographum quo me tibi centum debere professus sum, si penes te cancellatum reperiat, oritur præsumptio iuris, verisimilisque probatio, me tibi satisfecisse.
- 3 Præsumptionem iuris quomodo definiat Bald.
- 4 Præsumptio iuris quid sit, secundum Salicetum & alios eius sequaces.
- 5 Præsumptio iuris secundum Alciatum.
- 6 Præsumptio iuris à Baldo dicitur violenta.
- 7 Præsumptio iuris quam probationem contrariam requirit.

Quæro quarto, quæ dicatur probatio verisimilis artificialis, quam nostri præsumptionem iuris appellant? Et verè illa esse fã dicitur, cum aliquibus positis verisimiliter atque ita probabiliter, non autem necessario sequitur, quod intendimus. Ita Fabius lib. 5. in situ. oratoria. cap. 9. scriptum reliquit. Et hoc esse signum improprie Rhetores sentent: vt quod nomine signi verè caret. Et verisimile, vel credibile potius quam signum esse volunt. Quod copiosius explanant Victorius & Maioragius ad Aristotelis libros de Rhetorica. Et alio nomine probatio credibilis appellari potest: ex Aristotele lib. 1. Rhetor. cap. 6. qui scribit credibile esse, quod fieri solet: non simpliciter absoluteque, sed quod versatur circa ea, quæ aliter se habere possunt. Res exemplis fiet clarior. Si proba Caiam Sempronij vxorem esse, & cum eo cohabitasse: problemque Caiam Lucium peperisse: inde sumam verisimiliter atque credibiliter Lucium Sempronij filium esse, sicuti Vlpianus ait in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & copiosè disserui lib. 2. de arbitrarijs iudic. c. & c. casu 89. Et hoc exemplo ad rem nostram vsus est Baldus in rubric. C. de probatio. numer. 6. vers. exemplum ergo istud. Nam (ait Baldus) est hæc quædam probabilis à lege approbata. Exemplum etiam potest adferri. Si proba fã chirographum, quo me tibi centum debere professus sum, esse cancellatum: inde iuris præsumptio verisimilisque probatio orietur me tibi satisfecisse. l. si chirographum. ff. de probatio. lason in l. 2. numero 2. ff. de passis. Et hoc exemplo vtriusque statutum Venetum in prologo secundo, num. 10. ad declinandam hanc præsumptionem

nam iuris. Cætera exempla suis locis referemus: quibus quidem planum sic hæc fieri solere, & aliter se habere posse. Potest enim esse quod mulier illa quæ cum marito habitabat, ex eo filium non genuerit, ut abundè explicui d. c. 89. Hanc præsumptionem iuris ita diffinit, vel verius describit Bald. in rub. c. de probat. n. 4. Est animi legislatoris ad verisimile applicatio, onus probandi transferens. Vel ex eodem Baldo in l. ea quidem. nume. 5. C. de accusa. Præsumptio iuris est similitudo quædam sufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur, credenda. Quod ait probari in l. iuris gentium. s. quod fere. ff. de pactis. & in l. i. C. de contrahen. & committen. stipular. Salicet. in rubri. C. de probat. & cum eo Gulielmus Maynerius in l. in obscuris. num. 4. de reg. iur. dixit præsumptionem esse animi applicationem quædam ad alteram partium. Alciatus vero in tracta. de præsumptio. in præclarij parte. tertia. num. 1. ita diffinit. Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proveniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur. Et Alciatus secutus est S. mancas, et dicitur in l. i. de iurisconsultis libro Catholicarum instituti. num. 1. tit. 50. de præsumptionibus. num. 6. Non hic contendo quum altera ex diffinitionibus his sit vera, satis sic rem ipsam demonstrat. Et Baldus in l. siue possidetis. num. 5. C. de probat. appellat hanc præsumptionem, violentam præsumptionem, & ibi adfert exempla. Hæc autem iuris præsumptio aliquando ut vehementer requiritur in iudicio seu maiorem probationem contrariam, aliquando vero ut minus vehementer, seu contraria probatione contenta est, quæ potius pugatio appellatur quam probatio. Ita declarat Abbas in l. 4. nume. 2. versic. quæthoquæ tamen de præsum.

vs. apertè scripsit, relinqui arbitrio iudicis. Hanc hominis præsumptionem dividit Bald. in rub. c. de probat. num. 4. in 1. vehementem, seu materiam, & in non vehementem seu minorem. Primam illam ita diffinit Bal. ut sit vehementis applicatio animi boni viri ad valde verisimile. c. vlt. de success. ab intest. Secundam vero illam præsumptionem non vehementem diffinit Bald. in his verbis. Est inclinatio animi boni viri ad eligendam alteram ex eorum, ex intellectu proveniens ex coniectura nobili. Et hanc Baldi partitionem ex recentioribus probavit Ioannes Bolognetus in tracta. de differentiis iuris & facti. nu. 106. Et huc facit traditio eiusdem Baldi in l. siue possidetis. col. vlt. vers. quæro nunquid sit, C. de probat. dum constituit differentiam inter præsumptionem vehementem & violentam. Ego opinor vnam tantum esse maius præsumptionis speciem. Quod enim aliquando sit maior, aliquando minor, diversis speciebus non constituit, iuxta l. vlt. ff. de fundo instr. in primis. legat. & nec unum sentit manifeste Abb. in d. c. quanto. col. vlt. de præsump. qui dixit, hæc esse vocabula magistrata, non autem quod inter ea sit specificæ differentia. Et idem numer Baldus in l. ea quidem. num. 4. C. de accusa. Cum vnam solam hominis præsumptionem constituit, & quam ita diffinit. Præsumptio hominis est quidam conceptus & cautus in mente ab aliqua probabili coniectura, quibus sanè verbis excludit Baldus præsumptionem temerariam, quæ à malis hominibus ex coniectura minus probabili oritur, ut declarat Spec. in tit. de præsum. s. specics. num. 1. Et infra aliqua de ea dicemus. Hanc quoque hominis præsumptionem ita diffinit Abb. in c. quanto. numer. 3. de præsump. præsumptio non est aliud quam quædam suspitio, quæ cau- larum in animo iudicis, vel cuiuscunque ex variis coniecturis, vel argumentis, seu iudiciis. Quæ diffinitio habet dubitationem ob illud verbum, suspitio, cum suspitio sit quid minus ipsa præsumptione: quæ de re suo loco dicemus. Illud etiam hic addendum esse existimavi, neminem hæcenus extitisse, qui hanc distinctionem præsumptionum iuris & hominis in pugna ite, vno excepto bene erudico Francisco Sarmiento Hispano lib. 1. de iur. in c. pr. ca. 1. nu. 9. ait ille, nullam esse hominis præsumptionem, quæ lege non nitatur. Sed vellem is considerasset Doct. notissios rectè appellasse iuris præsumptionem illam, quæ scripta est in lege ipsa, illam hominis, quæ est à lege & ratione non dicitur. In lege tamen expressè scripta non legitur, sicut clare docuit Bald. in rubri. extra. de præsump. num. 3. Ceditur tamen quod est præsumptio & coniectura aliqua scripta non est in lege, si tamen magnam aut scripta affirmativam habet & similitudinem, quod contingit ob maiorem, vel eadem rationem, de ea iudicandum erit quo ad sui effectum, quod de ipsa scripta. Cum enim eas omnes lege comprehendit minus potuerit, de similibus ad similia procedimus, non possunt ff. de legib. quod responsum aliis exposuimus in l. 2. de Arbitrariis iudiciis, casu 84.

QVÆSTIO V.

Præsumptio hominis quæ, & quomodo differat à præsumptione iuris reiecta Doctissimi Sarmienti noua opinione.

SVMARIA.

1. Præsumptio hominis non separatur à præsumptione iuris per Rhetores. c. nu. 2.
3. Præsumptionem hominis statutum Venetum probabilè dicitur.
4. Præsumptio iuris & præsumptio hominis differunt maxime à quod iurisconsultos.
5. Præsumptio iuris dicitur, quod à lege approbata sit.
6. Præsumptio hominis dicitur, quod nullo iure confirmata reperitur.
7. Præsumptiones quas facit homo, lex approbare non potuit.
8. Præsumptiones hominis in iudiciis arbitrio positæ sunt, & nu. 10.
9. Præsumptionum hominis certam doctrinam dari non posse.
11. Præsumptio hominis secundum Baldum dividitur in vehementem seu maiorem, & in non vehementem seu minorem.
12. Vehemens hominis præsumptio secundum Bald. quæ.
13. Præsumptio hominis non vehemens quæ.
14. Præsumptionis hominis unica tantum species, & ratio.
15. Præsumptio hominis secundum Bald. quæ.
16. Præsumptio hominis secundum Abb. quæ.
17. Suspicionem esse quid minus ipsa præsumptione.
18. Præsumptio & coniectura aliqua, esse scripta non est in lege, si tamen magnam cum scripta affirmativam habet, & similitudinem, de ea iudicandum est quoad effectum, sicut de scripta ipsa.
19. Casus omnes cum à lege comprehendere minime potuerint, de similibus ad similia procedimus.

VAERO quinto, quæ dicatur præsumptio hominis? Hæc à Rhetoribus non est separatur ab illa, quam superiorè quæst. expl. cauiimus. Nam & in hac ex eorum sententia, est ex aliquibus positis verisimiliter & probabiliter, non autem necessariò, sequitur quod intendimus. Hanc præsumptionem appellat præsumptionem statutam Venet. in prologo 2. numero. 10. Apud noitros Iurisconsultos tamen magna constituitur inter illam & hanc differentia. Si quidem illa iuris præsumptio ita appellatur, (ut diximus) quod à lege approbata sit, hæc vero hominis præsumptio, quod nullo iure confirmata reperatur. Sicuti apertè docuit Bal. in rub. c. de probat. in si. & in rub. extra. de præsum. n. 3. quem secuti sunt Fel. in c. quanto. col. 2. de præsum. & Beio in rub. extra. de prob. num. 42. & idem respondit Casti. in cons. 299. vlt. inquisitione supra scripta col. 3. li. 2. Non enim præsumptiones hæc, quas homo facit, potuit lex approbare, cum variæ multiplicisque sint, & ex variis causis legibus ipsas promulgatis, oriri solent: & idem dicitur, in iudiciis arbitrio esse positas. Ita Baldus & ceteri relati centent, & manifestè Deci. in l. 1. nu. 7. C. de testat. mil. Euerardus in centuria legali in loco de verisimili, nume. 18. & propterea Abbas in c. quam te, n. 3. de præsump. scripsit, de hac præsumptione, certam uocinam dari non posse, & ibid. col.

QVÆSTIO VI.

Præsumptionem constare argumentis, signis & exemplis, & quæ ille int, copiosè explicatur.

SVMARIA.

1. Probatio artificialis seu præsumptio, quot constat argum.
2. Argumentum quid sit secundum Cic. Orim. n. 3. Bald. 4. Di. vlt. 6. vnde consuetur. 7. eius usus apud Dialect. 5.
8. Argumentum semper habet artificium, signum aliquando arte caret, aliquando non.
9. Argumentatio secundum Ciceronem, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessario demonstrans.
10. Signum quod apud Rhetores ad apud Iureconsultos iudicium, coniectura nota vel vestigium dicitur.
11. Exemplum Rhetoribus, Iureconsult. est simile.

VAERO sexto, quibus constat præsumptio, seu artificialis probatio? Et tribus constare intelligimus ex Antioche lib. 1. Rhetor. ad Alexandrum. ca. 5. de probatione, & ex auctore lib. 1. ad Herennium. & Fabio Quintiliano lib. 5. in sit. orator. cap. 9. nempe argumentis, signis, & exemplis. Est argumentum (inquit M. Tullius in Topica) ratio quæ rei dubiæ facit fidem. Et idem in partitionibus dixit, argumentum esse probabile inuentum ad faciendum fidem. Fabius vero Quintilian. d. lib. 5. in sit. orator. cap. 10. scriptum reliquit, argumentum esse rationem per ea, quæ certa sunt, fidem dubiis afferens. Baldus autem in l. ea quidem. n. 9. C. de accusat. ita

ita diffinit. Est argumentum propositio ex aliquibus existentibus relucans ad propositum ostendendum seu concludendum. Et quamquam apud Dialecticos est fit variis argumenti usus, vt ex Syllogismo, Enthymemate & Epichremate: Nos tamen argumentum esse intelligimus, quod ex quibusdam prius positis ducitur, & inde arguamur. Aliquando etiam multis positis argumentum sumitur. l. 3. in princip. & s. 1. & lob carmen. s. 1. ff. de testib. l. licet imperat. de legat. l. non omnes. s. à barbaris. ff. de re iud. l. cum res, C. de probat. & l. 5. C. de fide instrumenti. Quocirca idem Bald. ut in d. l. ea quidem. num. 9. C. de accusat. dixit argumentum esse collationem plurium ad vnam conclusionem, Et dum argumentum ita sumitur, à signo ut patet à roto, differt. Nam ex pluribus signis aliquando argumentum conficitur. l. Procula. ff. de proba. Aliquando ex solo signo, quod necessarium sit, vel maxime credibile. Et signum aliquando arte caret, aliquando non caret. Argumentum vero est artificium semper habet. Ilud excipit M. Tullius in partitionibus, quod à testimoniis sumitur, & remotum appellatur. Vnde M. Tullius lib. 1. de inuentione scribit in hæc verba, argumentatio videtur esse inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessario demonstrans. singula explicat Cicero, quæ nunc non recenseo, cum maxime & de his superioribus quæ differunt. Signum est Rhetoribus, à nostris iudicium, vel coniectura, vel nota, vel vestigium appellatur. Quæ de re in subsequenti questione disputabimus. Exemplum est apud artis rhetoricæ scriptores est, quod à nobis simile dicitur. Et de eo accurate agit Fabius lib. 5. in sit. orator. cap. 11. Et quando à simili ducatur argumentum, copiosè differt Euerardus in Centuria legali in loco de simili.

QVÆSTIO VII.

Præsumptio, iudicium, coniectura, signum, suspitio, adminiculum, quantum inter se differant, diligens explanatio.

SVMARIA.

1. Præsumptio, iudicium, coniectura, signum, suspitio, & adminiculum multum inter se differunt.
2. Præsumptio illa dicitur, quæ interdum oritur ex probabilibus, & dicitur præsumptio iuris vel hominis, interdum à necessariis, & dicitur iuris & de iure, & nu. 3.
4. Præsumptio vnde dicitur sit.
5. Iudicium solum nascitur à probabilibus.
6. Iudicium quid sit secundum Baldum, & nu. 7.
8. Præsumptio directe tangit factum probandum, iudicium vero indirectè.
9. Iudicium esse maius ipsa simplici præsumptione, ut voluit Iulius Clarus, absolute verum non est.
10. Iudicium appellatur interdum præsumptio, cum à lege receptum probatumque fuit.
11. Iudicium esse pro veritate in civili negotio, & in criminalibus pro signo, ut voluit Brunus, quomodo intelligendum, numero 12. & 13.
14. Iudicium secundum Bald. duplex, semiplenum seu dubitatum, & plenum seu indubitatum.
15. Iudicij semipleni diffinitio, auctore Baldo.
16. Iudicij pleni diffinitio secundum eundem.
17. Iudicium leuè est minus ipsa præsumptione, secundum Iasonem.
18. Iudicium à suspitione non differtè consuevit Corn.
16. Iudicium ab iudicio, cas. argumentum veritatis habendæ.
20. Iudicium, latina in significatione sumitur pro nota quadam & demonstratione rei gestæ.
21. Coniectura nascitur à probabilibus sicut & iudicia ex sententia Baldi.
22. Rustici Patientes iudicia appellant coniecturas.
23. Coniectura dicitur, quia coniunguntur origeni sue, & sunt quasi coniecturae & colliguntur.
24. Coniectura & iudicium sunt duo Synonyma secundum Curt. sen. & Bald.
25. Coniectura secundum Giraldum est præsumptio à natura necessarii proveniens.
26. Coniectura proprie dicitur, quæ non à necessariis, sed à probabilibus oritur.
27. Coniectura est de re dubia, & rei latentis iudicium, est quæ id quod per rationes, & signa & tempora, huiusmodi conicit, id est cogitat & colligit, & nu. 28.
29. Coniectura à coniecto, coniectas, frequentatino, vel à coniectu, id est, directio quadam rationis ad veritatem secundum Quimil. n. 30.
31. Coniectura est acceptio seu reputatio veri, ex aliquo alio sic

verisimiliter ordinato, secundum Baldo.

32. Signum à Cicerone definitur, quod sub sensum aliquem cadit, & quidam significat, quod ex ipso profectum videtur, & c.
33. Argumenta omnia quæ à sensibus ducuntur signa vocantur, quæ vero ab intellectu, dicuntur verisimilia, & n. 35.
34. Signum secundum Augustinum lib. 2. de doct. Christi. est res præter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud facies, ex se in cognitionem venire.
36. Argumentum verosimile fit ex rebus probabilibus, & quæ plerumque ita sunt, nihilque differt à præsumptione iuris vel hominis, num. 37.
38. Signum necessarium nil differt à præsumptione iuris, & de iure.
39. Signa non necessaria à præsumptione iuris vel hominis non distant.
40. Signorum quædam naturalia sunt, quæ quasi naturaliter aliquid significant quædam data, hoc est instituta ad aliquid significandum.
41. Suspicio est passio animi aliquid firmiter non eligentis, vel animi motus ad aliquid cum vehememixitatione, secundum Bald. & nu. 42.
43. Suspicio est opinio mali ex leuibus iudiciis procedens, secundum Ciceronem.
44. Suspicio secundum Bart. quid sit.
45. Suspicio species est quædam probationis, inducens animum iudicis ad aliquid credendum.
46. Suspicio ab Alex. Alesi diffinitur in temerariam, violentam, leuem & probabilem.
47. Suspicio habet tres gradus.
48. Suspicionis primus gradus quis sit.
49. Dubius is dicitur, qui cum duas vias habet, utram eligat nescit.
50. Suspicio quæ dicitur temeraria.
51. Suspicio secundum Salic. & Mayner. quid sit.
52. Suspicionis secundus gradus.
53. Opinio est animi motus cum hæsitacione aliquid eligentis secundum Ripam.
54. Ex suspitionibus multis conficitur atque causatur præsumptio.
55. Suspicionem vehementem equiparati præsumptioni, non est verum.
56. Suspicio gradus tertius quis sit.
57. Adminiculum duplex secundum Bald.
58. Adminiculum vehemens quid sit.
59. Adminiculum non vehemens, quid.

VAERO septimo, an inter se differant præsumptio, iudicium, coniectura, signum, suspitio, & adminiculum? Et multum inter se differre scribunt omnes. Nam præsumptio illa est, quæ (ut suis locis diximus) interdum oritur à probabilibus, & tunc appellatur præsumptio iuris, vel hominis, ut explicauimus supra quæst. 4. & quæst. 5. Interdum oritur à necessariis, & tunc appellatur præsumptio iuris & de iure, de qua quidem egimus supra quæst. 3. Et præsumptio dicta à diffinitione præ. id est, ante, & sumptio, hoc est, antèsumptio: quia ante legitimas probationes aliquid sumit pro vero. Ita scribit S. mancas libro Catholicarum institutionum, tit. 50. de præsumptionibus, num. 4. Iudicium vero solum nascitur à probabilibus, ut ait Bald. in l. non hoc, col. vltim. C. vnde legit. quia ita visus est diffinitio. Et iudicium coniectura est ex probabilibus, & non necessariis orta, à quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo veri, quæ quandoque mentem iudicantis ita perstringunt, ut cogant conscientiam iudicis iudicare secundum ipsa. Cæterum mihi videtur hoc loco Baldum sumere iudicium pro ipsa præsumptione iuris, quæ interdum cogit iudicem secundum eam iudicare, & ab ea iudicium differre, sentit idem Baldus in rubri. c. de probationibus. num. 4. cum dixit iudicium esse præsumptionem à minimam hominis boni, seu dicitans argumentum à specte probationis. Et sentit Roman. in l. excipiuntur. num. 4. ff. ad S. C. Syllania. Et clarius idem Bald. in l. 2. in princ. ff. de excusat. iur. scriptis, præsumptionem directè est tangere factum probandum: iudicium vero indirectè. Et Baldum probauit Curt. Sen. in l. ad monehendi. num. 289. ff. de iureiur. Quocirca absolute verum non est, quod scripsit Iulius Clarus in practica criminali. q. 10. pagin. 1. ver. nihilominus, cum dixit, iudicium est maius ipsa simplici præsumptione. Iudicium est autem interdum appellatur præsumptio, cum scilicet à lege receptum approbatumque fuit. Ita probat l. si qui adulterij, vbi glo. C. de adulteriis, & scribit Franciscus Brunus in tract. de iudiciis & toritura, parte 2. capite octauo, numero tertio, quo loci subiungit, iudicium est pro veritate in civili negotio, l. vltim. C. famil. vltim. quem locum de præsumptione iuris intel-

ligo. Et in criminalibus, (ait B. unus) pro signo. Quod vero non puro. nisi in propria sumatur indicium. Nam & Baldus in l. ea quidem. nu. 8. C. de accusat. scripsit, indicium esse duplex, semiplenum seu dubitatum, & plenum siue indubitatum. Est indicium semiplenum (inquit Baldus) presumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum, vel disciendum, l. cum probatio. ff. de probat. Plenum vero indicium (inquit idem Baldus) est demonstratio rei per signa differentia, per quæ animus in aliquo tanquam exilente quiescit, & plus inuestigare non curat, l. indicia, C. de rei vendi. Iason vero in l. 1. nu. 8. ff. de eo per quem factum erit. docuit indicium esse minus ipsa presumptione. Cuius traditionem probatur M. Antonius Blancus in tract. de indicis & tortura, numer. 252. & Iacobus Nouellus in pract. criminali, in verbo indicia, quæ procedere, nu. 23. Immo respondit Corneus in consil. 101. nu. 18. libr. 2. indicium ad suspensionem non differre. Et dictum indicium ab indicio, indicas, demonstrans argumentum veritatis habendæ. ita docuit Curtius senior in l. admonendi, numero 290. ff. de iur. iur. Et est indicium nota quædam & demonstratio rei gestæ. Quod & à Latinis in hac significatione sumitur. Cicerone pro Cluentio. Omnia, quæ iocenti esse indicia & vestigia veneni, in illius mortis corpore reperia sunt. Et idem in oratione, 3 in Cætiliam, argumenta sceleris indicia appellat.

21 Coniectura est quæ nascitur à probabilibus, sicut, & indicium, ex sententia Baldi in d. l. non hoc. C. de legi. & in Rubr. C. de probat. numero 4. Quocirca idem Bald. in l. 1. colum. 3. vestigia, unde queritur. C. de primis dotis, scribit coniecturam esse idem quod indicium, & ruiticos Papientes appellare indicia coniecturas. Et subiungit Bald. coniecturas dici, quia coniunguntur origini lux, & esse quasi connexion & colligationes. Et clari docuit Curtius senior. in l. admonendi, numero 290. ff. de iureiuran. coniecturam & indicium esse duo Synonyma: quod sentit & Bald. in l. 2. in princ. ff. de excusat. iur. c. dicitur, quod coniectura æquè indirectè tangit factum probandum ac indicium. Legi tamen aliquando apud bene eruditum Liliam Gregorium Giraldum in commentariis symbolorum Pythagoræ coniecturam esse signum, quod natura ipsa demonstrat, ut lac in puerpera, fumus ex igac. Quod si ita res se habet, dicendum est, coniecturam esse præsumptionem à naturæ necessariis prouentem. Quam suo loco iam explicuimus. Ego existimo coniecturam præ proprie dici, quæ non à necessariis, sed à probabilibus oritur. Nam si à necessariis oriatur, non dubia, sed certa res esset. Cum tamen coniectura fit de re dubia. Est enim coniectura rei (ut Speusippus ait) latentis indicium. Et est id, quod per rationes & signa, & tempora, & huiusmodi cõicit, id est, cogitat & colligit. Et dicta est coniectura ad coniecto, coniectas frequentatiuo, quod idem est quod existimo, diuino, atque ita à scientia differt, quod & Terentius in Eunuchis, his verbis significat, Neque scio quid dicam, aut quid coniectem. Vel (ut Fabius lib. 3. in l. 1. oratoria. c. 17.) dicta est coniectura ad coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem. Hinc statum coniecturalem appellat M. Tullius ad Favianum, cum per coniecturas queritur, an aliquid factum sit vel non. Et coniecturam ita describit Bald. in l. ea quidem. nu. 10. C. de accus. Est acceptio, seu reputatio veri ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato.

Signum quod aliquando indicium, vel coniectura, vel nota, vel retigium, tam à Rhetoribus nempe à Fabio libro 5. in l. 1. oratoria. cap. 9. ac Victorio & Maioragio vberius in commentariis aut libros Aristotelis de Rhetorica. quam Iureconsultis nostris appellatur, ita à M. Tullio lib. 1. de inuentione diffinitur. Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, & quiddam significat, quod ex ipso profectum videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post sit consecutum: & tamen indiget testimonio & maioris confirmationis: ut crucor, fuga, pallor, puluis, & quæ his sunt similia. Hinc itaque fit, ut si videmus gladium cruentum, statim arguemur ab eodem esse factum. Si magnum strepitum audimus in foro, seditionem ortam esse suspicamur. Si vocem audimus amici, cognoscimus eum adesse: sic ex gustu cognoscitur mel, quia dulce est, ex tactu glacies, quæ frigida est, atque ita de cæteris. Hæc igitur omnia quæ à sensibus ducuntur argumenta vocantur signa. Id quod scripsit & D. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana relatus in c. signum, de consecrat. dist. 2. Quoniam signum diffinit: signum est, res præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud, faciens ex se in cognitione venire. Quæ vero ducuntur ab intellectu, vel opinione, verisimilia dicuntur (sicut eruditissimo Maioragio in commentariis ad Rhetoricam Aristotelis placuit.) Cum non ignoremus eos, qui oderunt aliquem, cupere illum perditum, didicimus verisimile esse, Clodium infidias Miloni struxisse, ut cum interficeret, quem oderat. Signum quoque ab visu

sumi scripsit Baldus in l. à procuratore. in primo notab. C. de pro. nu. 21. cum dixit furcas esse meri imperij signum, cum eorum usus sit, ut laqueo suspendantur delinquentes. His etiam ineligitimus, quod inter se differant verisimile, & signum. Nallum autem verisimile tantum, argumentum est necessarium. Fit enim verisimile per argumentum ex rebus probabilibus, & quæ plerumque ita fiunt. Et ob id hoc verisimile à presumptione iuris, vel hominis non differt. Si signum aliquando necessarium est, ut si mulier lac habeat, necessarium est, ut pepererit. Et hoc signum nil differt à presumptione iuris & de iure, quæ & necessaria in artificiali probatio dicitur: ut abundè suo loco differemus. Signa tamen aliqua dantur, quæ nullam in se necessitatem habent. Et hæc à presumptione vel iuris, vel hominis non differt. Quod autem M. Tullius in signi diffinitione dicebat, signum esse, aut ante negotium, aut in ipso negotio, aut post negotium ipsum, ita ex Victorio, & aliorum sententia declarari potest, ante negotium signum est, ut mulierem lac habere, quæ duobus postea diebus parturata est, in negotio ipso est signum, ut si fumus est, ignis est. Et post negotium signum est, ut cinerem esse, signum est, quod ante fuerit ignis. Fabius vero lib. 5. in l. 1. oratio. ca. 19. ita scribit. Hoc penus per omnia perpendi solet, nam & conuile eam cum viro quæ peperit: quod est præteritum: & fluctus esse, cum magna vis ventu in mari occubuit, quod conuile: & cum motu, cuius cor vulneratum est, quod factum, necesse est. Non hic præteritum duxi, quod scripsit Turicemiat. in c. signum, in fin. de consecr. dist. 2. cum dixit, quod signum est quædam naturalia, quæ quasi naturaliter aliquid signant, ut nubes naturaliter significant pluiam, & fumus ignem. Quædam sunt data, hoc est quæ sunt instituta ad aliquid significandum, ut circulus est institutus ad significandum vinum venale. Et voces sunt signa eorum, quæ in animo sunt. Quæ quidem distinctio cum præcedentibus si rectè consideretur, conuenit.

Suspicio est passio animi aliquid firmiter non eligentis. Ita diffinit Bald. in rubr. C. de probat. nu. 4. Vel suspicio est, aut animi motus ad aliquid cum vehementi citurbatione, sicut describit idem Bald. in l. ea quidem, nu. 3. de accusat. & sentit idem Bald. in rubr. de conuict. inuestitio. numer. 7. ubi constituit quatuor gradus animi motus. Vel etiam cum D. Thom. 2. 2. quæstio. 60. art. 3. ita potest suspicio dici, ubi sit opinio mali ex leuibis indicis procedens. Quam sanè de descriptionem à M. Tullio sumptis, & ex recetioribus eam probauit Iacobus Simancas in libro catholicarum institutionum, sit. 50. de presumpt. nu. 22. & idem in praxi contra hereses, sit. 4. nu. 1. Verum omnium clarior rem hanc explicauit Barco in l. admonendi, nu. 21. ff. de iureiuran. cum docuit, suspensionem esse, quæ animum iudicis aliquo leui argumento in aliquam partem inclinat, etsi non omnem excludit dubitationem. Quo, circa scriptum reliquit Gemin. in c. habuisse, in tertio notab. 33. diffinit. Suspensionem esse speciem quandam probationis, quæ inducentem animum iudicis ad aliquid credendum, non tamen habere eum probationis gradum, quo fixè applicat iudex ille animum ad vnam partem, sed cum ambiguum reddere. Hanc suspensionem Alexand. Alensis in summa, parte 3. q. 45. membro septimo, dum nullam visum esse facere differentiam inter presumptionem & suspensionem, & diffinit in temerarium, violentam, leuem & probabilem, quam quidem diuisionem commemorauimus supra q. 2. Rectius dicere possumus, suspensionem tres habere gradus, secundum D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. Primus est cum homo ex leuibis indicis dubitare incipit. Cum enim nulla adest ratio, nullaque causa, qua iudex magis in vnam partem quam in alteram inclinet, eum dubitare dicimus. ita gl. in l. de flatu. ff. de testam. & in rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Et dubius est dicitur, qui cum duas vias habet, vtram eligat, nescit. Iudex ergo tunc dubitare dicitur, cum non magis animum suum ad actorem quam ad reum, non magis ad absoluedum, quam ad condemnandum, applicat. Quod si post dubitationem iudex leui aliquo indicio, aut argumento animum suum in alteram partem flectit, neque tamen à se dubitationem remouet, hoc ipsum suspicio appellatur, l. in lege Aquila si delatum, ff. ad leg. Aquil. Et primo hoc in gradu suspensionis obseruandum est, quod si indicia illa leuia admodum sunt, suspicio quæ inde causatur, temeraria dicitur, & reitientur da omnino venit, l. 1. ff. de suspicio, ff. de incendio, ruina, & nauis aq. in c. tua de etate & qual. scribit Ripa in l. admonendi, n. 89. ff. de iureiuran. Non enim tunc aliquid probationis gradum facit, sicut nec presumptio temeraria, ut docuit Bald. in l. sine possidetis, nu. 5. C. de probat. & hæc suspicio appellatur à Salicet. in rub. C. de probat. ac à Gulielmo Maynerio in l. in obscuris, nu. 3. de reg. iur. quædam animi passio cum præcisa ignorantia, & subiungit Maynerius nil differre à temeraria

presumptione. Quare scribit Spec. in tit. de presump. s. species, nu. 1. à iure non recipi, cum à malis hominibus mala mente cauetur. Et peccatum esse, veniale tamen, dixit D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. qui subdit, quod in ò mortaliter peccat, qui firmiter huic temerariæ credulitati inhæret, vel secundum eam iudicat. Secundus est suspicio præ gradus, cum iudici fortiora argumenta apparet, & incipit opinari & vni parti adhaerere, aliquid tamen dubium modicum adhuc remanet. Et hæc opinio appellatur, sicut scribit inter multos Coraf. in l. admonendi, part. 1. numero 105. ff. de iureiuran. & ibidem Ripa numero 91. opinionem ita describit. Est animi motus cum hæsitacione aliquid eligentis. Et subiungit, opinionem constituere secundum gradum probationis. Hæc verisimilis suspicio vel vehemens à nostris aliquando appellatur: & quæ à presumptione differt. Nam ex multis suspicionibus conficitur atque causatur presumptio, ut scribunt Bald. & Salicet. in aut. si quis ei, in fin. C. de adulter. & cum eo Brunus in tract. de indicis & tortura, par. 2. quæst. 8. numero 4. & Ripa in l. admonendi, nu. 90. ff. de iureiuran. Arnaldus Alberti. in tract. de agnosc. assert. cathol. & hæret. quæst. 34. nu. 45. Huius suspensionis verisimilis seu vehemens exemplum adfert Simancas in praxi contra hereses, tit. 41. nu. 3. si quis explicitè neget aliquas propositiones fidei, quas tenetur ex officio scire, is vehementer suspectus est: quamvis fieri possit, ut talis negatio ex ignorantia vel animi leuitate sit orta. Hanc vehementem suspensionem æquiparari presumptioni iuris, scribit Albertin. loco præallegato. numero 46. quod minimè verum existimo. Tertius est suspensionis gradus, quando iudici, post à se conceptam opinionem alia virgenciora tunc superueniunt argumenta, ut constanter & sine dubio parti adhaereat, tunc violenta suspicio appellatur, & crudelitate huiusmodi causatur, aut. si quis ei, C. ad leg. iul. de adult. c. literas, de presump. Et hæc ipsa crudelitas quoad effectum hunc adhaerendi, nil differt à scientia, & si differt in modo adhaerendi. Nam argumentis adhæret qui creditur qui scit, certa ratione, vel òque sensu & corpore adhæret, l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiuran. propter calum. dan. & annotarunt Ripa & Coraf. in l. admonendi, ff. de iureiuran. ille numero 92. ite parte prima, numero centesimo sexto. Quibus quidem in locis hanc esse violentam suspensionem affirmant, imò hanc esse presumptionem iuris, & de iure, scribit Arnaldus Alberti. in tract. de agnoscendis assert. Cathol. & hæret. quæst. 34. nu. 46. quod verum non est, nec iure probatur: cum presumptio iuris & de iure illa sit, quæ à lege clarè approbata est, ut diximus supra. Exemplum huius violentæ suspensionis afferri potest vna cum bene erudito Iacobo Simanca libro catholicarum institutionum, tit. 50. de presump. nu. 26. & in praxi hæreticos, tit. 41. nu. 4. Si qui propositiones hæreticas publicè asserat, vel ceremonias impiorum faciat. Nam etsi possibile sit, quod errore ductus & sine intellectu, aut sine pertinacia faciat: attamen ecclesia quæ iudicat exteriora violenta suspicione quadam suspicatur, hunc esse hæreticum. Id quod & auctoritate Gersonis, de protestatione consideratione ultima, affirmat Simancas, est aliud exemplum in casu l. ult. §. ultim. C. arbitrii rubele, ubi gl. in verbo violenta, & apertius Bald. ibi n. 7. & Salicet. in fin. & attingam infra in lib. 6. presump. 56. Adiniculum est, secundum Baldum in l. ea quidem, nu. 59. vestig. adiniculum, C. de accusat. duplex, vehemens & non vehemens. Vehemens est suppletio defectus probationis per se solum non operans, sed cum alia cooperatione cooperans, ut de success. ab intestat. quod ita intelligit Bald. cui accedit l. instrumenta domestica. C. de probat. Non vehemens adiniculum est aliquis confirmatio rei probabilis, l. 2. §. 1. ff. de excusat. iur.

- 7 Fictio est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio, secundum Alciatum.
- 8 Fictio natura & substantia est, ut esse fingatur, quod reuera non est.
- 9 Fictio fingit vera esse ea quæ vera non sunt, presumptio super re dubia est, quæ ita esse, ut non esse potest, & prima est hæc differentia.
- 10 Fictio cum veritate nunquam conuenit, presumptio sepe.
- 11 Fictio nunquam admittit probationem contra se, presumptio autem sic est, quæ hæc secunda differentia, nu. 15.
- 12 Fictio dicitur esse quædam legis prouiso, & dispositio ita confirmata.
- 13 Fictio non est probationis species, & presumptio.
- 14 Probatio est contra fictionem non admittatur, attamen per indirectum probari potest, nempe demonstrando cessare æquitatem super qua fictio fundata est.
- 16 Presumptionem iuris & de iure fictionem esse qui dixerunt, erroris conuincimur.
- 17 Presumptio ab homine introduci potest, fictio vero non, & tunc tertia hæc differentia, nu. 18.
- 19 Fictio dicitur dispositio legis, cui renunciari non potest, presumptio est dispositio hominis, atque ideo rectè ei enunciat.
- 20 Presumptio vna alteri potest aduersari, fictio vna non potest esse contra aliam, & tunc quarta differentia, nu. 21.
- 22 Presumptiones plures vna simul concurrere possunt, diuersum in fictione, & tunc hæc quinta differentia, nu. 23.
- 24 Fictiones due, quia sunt tanquam duo specialia, simul esse non possunt, ac presumptio simul esse potest cum vna specialitate, & tunc sexta hæc differentia, nu. 25.
- 26 Fictio denotat improprietatem, presumptio proprietatem, & tunc differentia septima, nu. 27.
- 28 Statutum disponens super casu vero, locum habet etiam in presump.
- 29 Presumptio versatur circa ea quæ sunt facti, fictio circa ea quæ iuris, & tunc octaua differentia, nu. 30.
- 31 Presumptio in fictionem mutari potest à principe, fictio in presumptionem verti non potest, & hæc nona differentia, numero 33.
- 32 Presumptio versatur circa ea quæ vera esse possunt.
- 34 Presumptio extenditur de persona ad personam, fictio vero non, & tunc decima differentia, nu. 35.
- 36 Presumptio allegari debet, in fictione id non est necesse, & sic constituitur differentia undecima.
- 37 Fictio est de re clara.

QVÆSTIO VIII.
Presumptio quomodo, & in quibus à fictione differat.

SUMMARI A.

- 1 Presumptionem à fictione differre, vel sola vtriusque definitio indicat.
- 2 Presumptio semper versatur circa rem dubiam, quæ esse, vel non esse potest.
- 3 Presumptio versatur circa id, quod est gestum, sed ignoratur qualiter gestum.
- 4 Fictio est in re certa, eius quod est possibile, contra veritatem pro re eritate, à iure ficta assumptio secundum Bart.
- 5 Fictio sex definitiones recenset Iason in l. si is, qui pro emptore, ff. de usufructu.
- 6 Fictio est indubitata falsitatis pro veritate assumptio in casu

QVæro octauò, quomodo presumptio, & in quibus differat à fictione? Et multum differre, vel sola ipsa vtriusque definitio significat. Nam supra q. 3. ex Baldo, & cæteris diximus presumptionem iuris & de iure esse statum à iure promulgatum ex indubia coniectura. Vel est dispositio legis aliud præsumens & super præsumpto, tanquam sibi comperto statuentis. Presumptio vero iuris tantum est similitudo quædam sufficiens ad rem dubiam, de qua credendum credenda. Vel est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ, alio non adducto pro veritate haberetur, ita cum Baldo & Alciato diffinit supra q. 4. Presumptio verò hominis est (de vehementi nunc loquor) vehemens applicatio animi boni viri ad valde verisimile. Et presumptio hominis non vehemens est inclinatio animi boni viri ad eligendum alterum extremorum, ex intellectu proueniens & coniectura nobili. Ita cum Baldo diffinit supra quæst. 5. Hæc omnes diffinitiones demonstrant presumptionem præ semper versari circa rem dubiam, quæ salicet esse, vel non esse potest: Et (ut scriptum reliquit Marius S. Iomoni in l. Gallus, §. quidam recit. nu. 32. ff. de liber. & posthum.) versatur presumptio circa id quod est gestum, sed ignoratur qualiter gestum. Fictio verò est in re certa eius, quod est possibile contra veritatem, pro veritate à iure ficta assumptio. Ita fictionem diffinit Bart. in l. si is qui pro emptore, nu. 21. ff. de usufructu, quem crebrius alij secuti sunt, ut asserit Curt. iun. in consil. 4. nu. 15. Sex alias diffinitiones fictionis recenset Ias. in d. l. si is, qui pro emptore, nu. 168. Illa quæ considerari Angelus videtur cæteris plenior, cum dixit fictio est indubitata falsitas pro veritate assumptio in casu possibili, & ex iusta causa ad inducendum aliquem iuris esse factum, æquitati naturali non repugnantem. Aliam adfert definitionem Alciati. in tract. de presump. in prædictis, parte 1. nu. 2. cum dixit: fictio est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio. Quam s. n. diffinitio est probavit & ipse Alciat. li. 6. parerg. iuris, c. 1. Et quamquã in hac fictione definita in-

ter se multum dissentiant. Ad attamen in eo omnes conueniunt, fictionis naturam sub substantiam esse, ut esse fingatur quod re vera non est. Et ex hoc oritur prima & præcipua differentia inter fictionem & præsumptionem. Nam (ut diximus) fictio fingit se vera esse ea, quæ vera non sunt. Præsumptio vero præiungit super re dubia, quæ scilicet ita esse, ut non esse potest. Unde fictio nunquam convenit cum veritate, præsumptio vero sæpe. Ita hanc differentiam expressim annotarunt gl. in l. unica. §. accedit. C. de rei ux. actio, Gemina. & Turcremata in c. ferrum. 50. distinet. Alex. cons. 158. numero 7. lib. 2. Burr. & Feli. in c. quanto. num. 2. de præf. lal. in l. si is qui pro emptore. numer. 168. ff. de usucap. Curt. iun. cons. 4. numer. 15. & Alciat. in præcitat. locis. Berous in c. at si clericus. in prin. nu. 110. de indi. qui dixit hanc differentiam esse ex naturitate, & Euerat. in centuria legali in loco de fictione. nu. 5.

Secunda differentia inter præsumptionem & fictionem est illa quæ verè fluit à præcedenti. Quod scilicet fictio nonnunquam admittit probationem contra se, ita scribunt Socin. in l. cum auis. num. 73. ff. de condit. & demon. Felin. in c. quanto. nu. 2. de præsumpt. Alciat. in Tract. de præsumpt. in præli. diis. parte 1. num. 4. & Euerard. in centuria leg. i. in loco de fictione. nu. 5. in fin. ex gloss. c. 2. de arbit. in 6. & ratio esse videtur quia fictio dicitur esse quædam legis provisio & dispositio ita constabunda, ut ait Berous in c. at si clericus. in princip. nu. 110. de indi. qui ibi scribit fictionem non esse probationis speciem, ut est præsumptio. Cæterum egregie scribit Socinus in d. l. cum auis. num. 73. quod etsi contra fictionem non admittitur probatio: attamen probari per indirectum potest, nempe demonstrando cessare æquitatem, super qua fictio fundata est, alio etiam modo indirectè probari contra fictionem scribit Socin. iun. in l. 4. §. Cato. nu. 136. de verbo obligat. Præsumptio autem sui natura semper admittit contrariam probationem. De præsumptione iuris sola, & de præsumptione hominis, res clara est. De præsumptione iuris & de iure, licet regulariter non contra se omnem probationis speciem: attamen certum est, aliquam admittere ut confessionem partis aduersæ & indi. etiam: de quibus suo loco dicemus. Quæ ex re intelligimus errasse illos, qui absolute dixerunt præsumptionem iuris & de iure esse fictionem. Quo in errore versati sunt glo. in l. vlti. in princip. in verbo præsumptionis. ff. quod metus caus. & glo. in l. consuevit. in prin. in verbo creditur. ff. de iure codicil. & Curtius iunior in cons. 4. nu. 15. verlicu. ex præmissis. Etsi enim in eo conueniant, quod sicuti fictio contra se probationem non admittat, ita nec admittat præsumptio iuris & de iure regulariter: nihilominus natura sua (ut diximus) maxime inter se differunt.

Tertia est differentia inter præsumptionem & fictionem: quod præsumptio ab homine nempe à iudice introduci potest. Et ideo sup. q. 5. diximus præsumptionem aliquam appellari hominis quod homo, hoc est iudex eam excogitet, & inueniat, Et quæ quidem magni effectus est, ut suis locis demonstrabimus. Fictio vero ab homine nonnunquam induci potest. l. si forte. ff. de Castrens. pecul. omnes in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. & in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. vbi Bart. num. 24. Aretin. in l. si ita stipulatus fuero. ff. de verborum obligatio. Barba. in l. cum acutissimi. num. 58. C. de fideicom. Socinus in l. cum auis. num. 72. de condit. & demon. & Alex. in consil. 158. num. 9. libro 2. qui intelligit procedere quo ad alterius præiudicium, & si quo ad sui damnum quis possit. Iacobus Niger in l. si quis ita. num. 15. de verb. oblig. Et hinc sequitur, quod fictio dicitur esse legis dispositio, cui renunciarum non potest: Præsumptio vero est hominis dispositio multis in casibus, ut declarabimus inf. q. 42. & ideo remitti illa potest, ut ibi dicemus.

Quarta est differentia præsumptionis & fictionis, quod præsumptio vna & aduersari alteri potest: & ob id potentior minus potentem tollit ac petimit. l. diuus. ff. de in integrum restitut. & dicemus copiose infra in quæst. 27. Fictio autem vna esse non potest contra alteram. l. 3. §. de contrario. vbi Bart. Alexan. & Iafon. ff. de acquir. poss. & in specie Alciat. in tract. præsumpt. in præli. diis. parte prima. num. 5.

Quinta est differentia inter præsumptionem & fictionem, quod plures præsumptiones & vna simul esse & concurrere possunt, ut re ipsa videmus, & explicabimus infra q. 37. Ad diuersum est in fictione, quarum vna & cum aliis plurius esse & cumulari non potest. ita docuit Iafon. in l. si is qui pro emptore. nu. 399. ff. de usucap. Et in specie hanc differentiam inter præsumptionem & fictionem annotauit Bald. in tract. de pactis. nu. 54.

Sexta differentia inter præsumptionem & fictionem est illa, quæ à præcedenti descendit. Duæ fictiones non possunt simul concurrere, cum sint duæ quædam & specialia, quæ simul esse non possunt, aut debent. l. 1. C. de dotis promissio.

At præsumptio simul esse potest cum vna specialitate. Ita scriptum in specie reliquit Cacial. in tract. de pact. num. 47. post Guliel. Cun.

Septima est differentia inter præsumptionem & fictionem, quod fictio denotat improperitatem. l. lege Cornelia. ibi Baldus. ff. de testam. l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. & posthum. vbi Caltr. scribit, casum fictum non venire ex proprietate sermonis, sed per interpretationem extensiuam. Et Castrensem securus est Iafon. in l. si is, qui pro emptore. num. 170. ff. de usucap. qui numer. 171. subiungit, quod ob id, casus fictus non continetur sub dispositione statutorum, cum in illis verba proprie intelligi debeant. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. cum aliis à Iafone relatis. Diuersum est in præsumptione, quæ proprietatem significat. Nam statutum disponens super casu vero, locum etiam habet in præsumptio. ita copiose respondit Curt. iunior in cons. 4. num. 16. 17. & late differemus infra.

Octava est differentia, quod præsumptio versatur circa ea quæ sunt facti, ut dicemus infra: At fictio versatur circa ea quæ sunt iuris & facti simul. Ita Iafon. in l. si is qui pro emptore. num. 217. ff. de usucap. & ibi Croc.

Nona est differentia, quod præsumptio mutari à Principe potest in fictionem. ita in specie scribit Io. de Citier in tract. de primogen. lib. 1. q. 13. num. 21. post Ludouicum de Sardin. in tract. de legitimat. ne. §. septimo videndum. num. 5. ex l. in bello. §. facta. ff. de cap. & post. reuerf. Est ratio, quia præsumptio versatur circa ea, quæ vera esse possunt. Atque ea quæ vera sunt, fingi possunt à Principe non vera, cum hoc sit proprium fictionis. Ergo præsumptio in fictionem verti potest. Diuersum est in fictione, quæ in præsumptionem mutari atque ita verti non potest: cum nulla ratione effici possit, ut vera sint quæ falsa sunt.

Decima est differentia, quod præsumptio extenditur de persona ad personam, ut dicemus infra. At vero de fictio non extenditur, ita probat rex. l. ex Cornelia. vbi gl. ff. de iur. & pup. substit. cum at fictionem legis orneltæ, qua annullatur testamentum principale, non annullare tabulas pupillares. Et respondit in specie Alex. cons. 10. num. 5. lib. 1.

Vndecima est differentia, præsumptionem allegari debere, ut de clarabus infra, fictionem vero allegare necesse non esse. Ita Crauc. de antiq. tempor. 2. part. 4. par. 1. prin. num. 50. & ratio est, quia fictio est de re clara, ut dixi supra. In nonnullis tamen præsumptio & fictio conueniunt, eandemque ferè naturam habent. Nam sicuti fictio non admittit extensionem, ut notant omnes in d. l. si is qui pro emptore. Ita & præsumptio non extenditur, glo. in clem. sepe de verb. sign. Caltr. in l. si conuenit. ff. de iuris. d. om. iud. & in cons. 33. vija appellatione. col. 3. lib. 1. & Crauc. in cons. 313. num. 3. lib. 2.

QVÆSTIO IX.

Præsumptio quando & quomodo cum fictione concurrere possit, noua, & diligens explanatio.

S Y M M A R I A.

- 1 Fictio cum præsumptione concurrere non posse absolute, secundum Ripam.
- 2 Fictio & præsumptio circa idem subiectum omnimodò, etiam respectu temporis concurrere non possunt, quo casu fictio reiecta, & amplexanda est veritas.
- 3 Socer cum promittit dotem generi, pacto legitimo, lex præsumit dotem promissam iuxta quantitatem patrimonij socii promittentis. & qualitatem personæ cui facta est promissio.
- 4 Dos in genere promissa nudo pacto, non debetur, & quæ sit ratio.
- 5 Patre filio impuberi substituente per vulgarem expressam, dicimus contineri tacitam pupillarem, & an illa dicatur ficta vel præsumpta.
- 6 Filio & præsumptio concurrere non possunt circa idem, respectu eiusdem temporis, tamen quoad contrarios effectus, quo casu præualeat fictio, num. 7.
- 7 Præsumptio cum fictione concurrere potest circa diuersa subiecta, & verum amplectimur, nec vnum aliud impedit.
- 8 Veritas quo casu concurrat cum fictione.
- 9 Patre & filio impubere simul naufragium patientibus, vter prius dicatur in humanis esse desisse.
- 10 Fictio & præsumptio concurrere & admitti possunt circa idem subiectum, respectu diuersorum temporum.
- 11 Mutatio non præsumitur.
- 12 Væro nono, an præsumptio vna cum fictione esse, & concurrere possit? Hæc iuris quæstio ex professo

fesso à nemine, quod sciam, proposita tractataque fuit. Solum enim duobus verbis eam attingit Ripa in l. si aliquam rem, num. 27. vers. sed istud, de acqu. poss. ff. si post Alex. ibi numero 21. & Socin. Sen. in cons. 10. n. 6. libro 4. scripsit, absolute fictionem cum præsumptione concurrere non posse. Ego vero ut paucis, quantum fieri potest, rem concludam, distinguo atque constituo aliquot casus, sicuti in simili admodum specie distinguit Bart. in l. 1. §. hoc autem Senatus, numer. 3. ff. ad Senat. consultum Syllania. cum declarat, quando veritas & fictio possint esse & concurrere simul.

Primus est casus, cum ambigitur, an præsumptio & fictio concurrant circa idem subiectum omnimodò, etiam respectu temporis? Et tunc dicendum est, quod concurrere non possunt. Nam præsumptio versatur circa ea, quæ possunt esse vera (ut diximus superiore quæstione) si ergo diceremus, hoc casu præsumptionem cum fictione posse concurrere, diceremus veritatem & fictionem posse vna simul esse. quod falsum est, l. filio quem pater, ff. de liber. & posthum. & scribunt Bart. in d. l. 1. §. hoc autem Senatus, num. 3. ff. ad S. C. Syllan. Iafon. in l. si is qui pro emptore, num. 166. ff. de usucap. Et scribit Bart. præcitate loco, esse hoc in casu amplectendam veritatem fictione reiecta. Et hunc casum probat l. cum post. §. gener. ff. de iure dos. iuncta l. 1. C. de dotis promiss. cum socer & genero dorem promittit pacto legitimo, lex præsumit dorem esse promissam iuxta quantitatem patrimonij socii promittentis, & qualitatem personæ, cui facta est promissio, sicque illa est præsumptio in l. 1. C. de dot. promiss. scriptum est, dorem in genere promissam pacto nudo, non deberi: quia lex etsi fingat pactum nudum dotis favore validum esse: attamen ibi non valet illa promissio, quia concurreret illa fictio, ut scilicet pactum nudum fingatur validum: & illa præsumptio, de qua in d. §. gener. Et hunc casum visus est probare Corne. in l. cum acutissimi, in fin. C. de fideicom. post Salycenum ibi, qui similem casum distinguunt. Exemplum in specie nostra adferri potest in ea disputatione quæ haberi solet, quando pater filio suo impuberi substituit expressè vulgarem, dicimus hanc expressam vulgarem continere tacitam pupillarem. Est hic disputatio, quæ an tacita hæc pupillaris dicatur esse ficta, vel præsumpta. Aliqui censent esse fictam, alii vero affirmant esse præsumptam, sicuti hac de re agemus infra lib. 4. præsumpt. 12. Hic vna est sola testatoris, vna tempore facta dispositio. Ea propter disputant Doctores, an sit ficta tantum à lege, vel ab eadem tantum præsumatur, sentientes vna simul esse non posse, quod sit ficta & præsumpta. Non est dissimile quod ex l. cum auis, ff. de condit. & demon. & l. cum acutissimi, C. de fideic. disputat Soci. in d. l. cum auis, numero 67. & dicemus infra libro 4. præsumpt. 40. an illa dispositio sit ficta vel præsumpta, sentiunt enim esse non posse vna simul. Ita quoque similem habent nostri disputationem circa constitutionem l. unica, in princ. C. de rei ux. act. de qua disputabimus infra libro 3. præsumpt. 24. Similia sunt exempla Soci. Sen. in d. consilio 40. numero 6. libro 4. & Ripa in d. l. si aliquam rem, numer. 27. de acquir. poss.

Secundus est casus, cum dubitamus an præsumptio & fictio concurrant circa idem, respectu eiusdem temporis, quo tamen ad contrarios effectus? Hoc etiam casu verè dicendum est, quod concurrere non possit: quemadmodum de ipsa veritate dicimus, quæ cum fictione hoc in casu non potest concurrere, ut ait Bartol. in d. l. 1. §. hoc autem Senatus, n. 3. vers. quandoque fictio & veritas, ff. ad S. C. Syllania. ex l. retro. & in l. in omnib. ff. de capt. & post. reuerf. Et hoc casu fictio tripla præualeat (inquit Bart.) & idem censuit Iafon. in l. filio quem pater, in fin. de liber. & post. post Bart. ibi, qui ita interpretantur l. si quis posthumus. §. 1. ff. de liber. & post. hui.

Tertius est casus, cum quæritur, an præsumptio concurrat cum fictione circa diuersa subiecta? Et hoc casu dicendum est, quod concurrere posse, & vtrumque amplectimur, nec vnum aliud impedit. Sicut hoc in casu veritas ipsa concurrere potest cum fictione. Ita docuit Bart. in d. l. 1. §. hoc autem Senatus, num. 3. vers. quandoque veritas & fictio concurrunt circa diuersa, ff. ad Senat. Syllania. Adfert exemplum Bart. Quidam decessit relicto filio nato & ventre vxoris prægnante. Ille, qui iam egressus est matris uterum, verè natus est: Ille verò, qui est in ventre, habetur pro nato atque ita fictus. Vtrumque autem acceptamus, ut ambo filij nati censentur, l. qui in utero, ff. de statu hem. l. illud, ff. si pars hereditat. & l. cum quidam, §. iunim, ff. de acquir. heredit. Exemplum autem in specie nostri casus, potest ita adferri. Habebat pater duos à se genitos filios, eorum vnus verè vita defunctus est, patre ipso superstitite. Deinde pater cum altero filio impubere naufragium fecerunt, ambo perierunt, ambigitur, quorum alter prius decesserit, præsumptio est, filium impuberem prius in humanis esse desisse. ita probat

l. qui duos, §. vlt. in fin. ff. de reb. dub. & ibi annotauit Socin. & plenius explicabimus infra. Est itaque hoc exemplo clarum veritatem concurrere posse cum fictione circa diuersa subiecta, & vtrumque posse simul stare.

Quartus est casus, cum disceptamus, an præsumptio, & fictio, possint concurrere circa idem subiectum, respectu diuersorum temporum? Et dicendum est hoc, quod in casu concurrere posse. Sicuti verè potest ipsa veritas cum ipsa fictione, ut scribit Bart. in d. l. 1. §. hoc autem Senatus, n. 3. vers. quandoque veritas & fictio concurrunt circa idem subiectum, ff. ad S. C. Syllania. Adfert exemplum. Reuerf. est aliquis ab hostibus, & n. c. Verè est in ciuitate. Hæc est ipsa veritas. Item inuenit dum apud hostes fuit, fictus in ciuitate semper fuisse dicitur. Et hæc fictio, quæ ob temporis diuersitatem circa idem subiectum versari, & concurrere potest. Et facile est exemplum adferre in præsumptione, ut is, qui ab hostibus reuerf. est, & aliquot dies in ciuitate fuit: deinde dubitari cœpit, an adhuc sit, & præsumptio est quod adhuc in ea sit. Cum & mutatio non præsumatur, l. §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cog. & suo loco dicemus.

QVÆSTIO X.

Præsumptio quibus verbis significetur, & quibus fictio.

S Y M M A R I A.

- 1 Præsumptio significatur, cum lex ait esse quæstionem voluntatis, & deinde aliquid statuit.
- 2 Lex subintelligens aliquid in dispositione hominis, id facit quia præsumit hominem ita voluisse.
- 3 Præsumptionem significat verbum, videtur. Interdum tamen fictionem quoque, n. 4. interdum interpretationem, nu. 5. spectanda igitur subiecta materia.
- 6 Præsumptionem facit verbum, intelligitur, aliquando tamen etiam denotat fictionem, n. 7.
- 8 Præsumptionem significat verbum creditur, secundum aliquos fictionem, nu. 9.
- 10 Præsumptionem significat verbum existimo, & asumo, & vtrum hæc duo verba inter se differant.
- 11 Præsumptionem faciunt verba hæc: coniectura est, coniecturam facimus.
- 12 Præsumptionem demonstrat verbum hoc præsumptum est.
- 13 Præsumptionem offendit, verbum arbitror.
- 14 Præsumptionem significat dictio, proinde.
- 15 Præsumptionem importat dictio, forte.
- 16 Præsumptionem significant verba hæc: voluntatis quæstio.

Væro decimo, præsumptio quibus verbis significetur, & quibus fictio? Et dicendum est primò, præsumptionem significari, quæ cum lex ait, Quæstionem voluntatis, & deinde aliquid statuit. Exempla sunt in casu l. si quis, de leg. 3. in l. ex factis, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. in l. cum proponas, C. de heredit. instit. & in l. voluntatis, C. de fideicom. Et egregiè est exemplum in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & in l. quamuis, C. eod. vbi pupillaris illa substitutio comprehensa sub expressa vulgari dicitur habere voluntatis quæstionem. Et substitutio hæc præsumpta à nostris appellatur. ita Bart. in l. 3. num. 5. de leg. 1. & alij quos referam infra lib. 4. præsumptio 27. cum agemus, an illa tacita pupillaris sit ficta vel præsumpta subiectio. Et hoc spectat quod quando lex & aliquid subintelligit in dispositione hominis, id facit, quia præsumit hominem ita voluisse. Bartolomæus secuti sunt Angel. & Imola ibi. Soc. Sen. in cons. 132. col. 1. libro 2. & Dec. in l. generaliter, §. cum autem, col. vlt. C. de inst. & subst. Quod annotandum esse existimo ad interpretationem l. unica, in princ. C. de rei ux. actio, de qua dicemus infra lib. 3. præsumpt. 20. Dissentit tamen Comensis, quem recenset Barbat. in l. cum acutissimi, num. 21. in fin. C. de fideicom. Verum de illius traditionis veritate dicemus infra lib. 4. præsumpt. 40. cum explicabimus naturam illius præsumptionis consideratæ à l. cum auis, ff. de cond. & demon. & d. l. cum acutissimi, C. de fideicom.

Secundò præsumptionem significat verbum videtur, ita probant l. 2. ff. de pactis l. si chirographum, & l. qui testamentum, in fin. ff. de probat. l. quidam testamento, in fin. ff. de vulg. & pup. subst. & ibi scribentes. Est de eius interpretatione dicemus infra lib. 4. præsumpt. 60. Ita etiam probat l. quod si noluit, §. qui mancipia, in fin. ff. de edil. edicto. Ita etiam in l. Aurelius, §. Titius, ff. de liber. legat. & in l. qui filiabus, in princ. de legat. 1. & in l. Plautius, ff. de auro & argen. legat. in l. si quis locuples, in fin. ff. de manumiss. testam. de cuius sensu dicemus infra libro 4. præsumpt. 74. Idem probat l. quoties, C. famil. eriscum, & tradunt omnes in l. sciendum, de verbor. oblig. ibi Iafon. num. 7. Bologne, num. 69. & differemus infra libro 3. præsumpt. 132. num. 6. Verum aliquando verbum hoc, videtur, & fictionem si-

gnificat, vt probant l. si tibi, s. cum seruus, ff. de leg. 1. & scribunt omnes in l. si is qui pro empore, ff. de vscap. ubi Iason numer. 93. Soc. in l. cum auis, nu. 68. de cond. & demonst. qui plura iura recenser. Quocirca subiectam materiam esse spectandam, adnotent Albert. in suo dictionario, in verbo, videtur. & Berro. in c. Raynuius. num. 447. in fin. de testam. Imo & aliquando significare interpretationem docuit Alciat. in l. sciendum, n. 3. ff. de verb oblig.

6 Tercio præsumptionem significat verbum, intelligitur. Ita probat l. si paterfamilias Titium, ff. de heredib. inst. in l. cum proponas, C. eod. de cuius interpretatione agemus in libro 4. præsumpt. & l. heres quandoquaque, ff. de acquir. h. v. d. de qua dicemus infra lib. 4. Accedunt & l. qui patitur, ff. mand. & l. vnicæ, in princ. C. de rei vxor. act. in l. qui duos, §. vltim. & l. si mulier, ff. de reb. dub. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inf. & subdit. ubi intelligi euascesere substituitur em. iuncta l. cum auis, ff. de cond. & demonst. c. ex studiis, de præsumpt. quem explicabimus infra. Et in specie verbum, intelligitur, præsumptionem significare scribunt Aretinus in l. iam hoc iure, numero 2. ff. de vulg. & pup. subdit. Albert. in suo dictionario, in verbo videtur, qui tamen subiungit, pro materia subiecta esse sumendum.

7 Nam & aliquando fictionem significat, l. oia, §. vlt. ff. de relig. & sumpt. fun. l. filio quem pater, ff. de lib. & posthum. Soc. in l. cum auis, nu. 68. ff. de cond. & demonst. Zachardus in rub. C. de pact. num. 52.

8 Quarto præsumptionem significat verbum, Creditur, ita probat l. conficiuntur, in princ. ff. de iure codic. & in specie respondit Curt. Ion. in cons. 4. num. 15. vers. ex præmissis. Et de interpretatione d. l. conficiuntur, dicemus infra lib. 4. præsumpt. 45. idem ap. te probat l. qui duos, §. vlt. in fin. ff. de reb. dubiis. idem tradit Zachar. in l. vltim. num. 194. C. de edicto diui Adria. tollend. post Angelum quem citat, & idem probatur ex c. quofdam, de præsumpt. vbi glo. Idem probat l. qui in aliena, in princ. vers. sed si adierit, de acquir. h. v. d. quem sic declarat Dec. in l. i. in tertia lectura, num. 78. C. qui admitti. & præter hos ita manifeste Imol. in l. 1. §. sed si ex fundo, colum. 1. de hered. inst. in l. 1. §. ff. de testam. nullæ extab. l. cum auis, vbi Soci. numer. 70. ff. de condi. & demonst. probat l. heredes palam, §. sed & si nota, ff. de testam.

9 Verum sunt qui affirmant, verbum Creditur, & significare fictionem. Ita Ial. in l. lecta, num. 14. ff. si cert. pet. post Bart. in l. si is qui pro empore, num. 34. de vscap.

10 Quinto præsumptionem significat verbum, Existimo, ita probat l. Dinus, ff. de in integ. restitu. vbi glo. in verbo, existimari, & ibi Bart. nu. 3. & huic simile verbum, existimo, vt probat l. vlt. in fin. C. de act. & oblig. differunt quidem inter se hæc duo verba, vt explicat Laur. Valla. lib. 5. elegant. ca. 20.

11 Sexto præsumptionem significant verba hæc, & Coniectura est, Coniecturam facimus. Ita probat l. vnic. vbi glo. ff. si tab. testam. nullæ extab. l. cum auis, vbi Soci. numer. 70. ff. de condi. & demonst. probat l. heredes palam, §. sed & si nota, ff. de testam.

12 Septimo præsumptionem demonstrant verba hæc, Præsumptum est: ita loquitur Vlpian. in l. quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de edil. edict.

13 Octauo præsumptionem ostendit verbum Arbitror, l. si hominem, in prin. ff. de pof.

14 Nono præsumptionem significat verbum, seu dictio Proinde, ita probat text. in §. si scriptum, in Inst. de inutile. stip. vbi glo. ait, contrarium probari posse. Ergo hæc præsumptio: quia si esset fictio, non admitteretur probatio in contrarium, vt diximus supra q. 7.

15 Decimo, dictio Fortè, significat præsumptionem, §. sancimus, in auth. de hered. & Falcidia, & explicabimus infra lib. 6. præsu. 96. vbi agemus an hæres amittat Trebellianicam ob non confectum inuentarium.

16 Vndecimo præsumptionem significat hæc verba, Voluntatis est quæstio, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. subdit. l. quamuis, C. de impub. & aliis subdit. & l. vlt. C. de inst. & subdit.

QVÆSTIO XI.

Præsumptio an sit quid iuris, vel facti, copiosè, & accuratè explicatur.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio hominis est quid facti, & pendet ab operatione intellectus humani, secundum Bolognet.
2 Præsumptionem esse quid facti, verum est, quando homo præsumit, sicut si præsumat lex.
3 Operationes legis quæ inuisibiles sunt, inter facta non possunt connumerari.
4 Ius à facto separatur duobus modis.
5 Quæstio facti dicitur, cum ambigitur factum aliquid sit, vel non sit, & nu. 11.

- 6 Quæstio facti, tota est in potestate, iuris vero non.
7 Probationes totæ sunt in iudicis arbitrio positæ.
8 Coniectura locus est in his omnibus, quibus de facto ambigitur.
9 Coniectura est vel de re, vt quid factum sit, vel de animo, vt quid cogitatum sit. Vtraque autem versatur circa tria tempora, nu. 10.
10 Coniectura quæ de animo est, voluntatis quæstio appellatur.
11 Quæstio iuris est, cum ambigitur an secundum leges rectè factum sit, sicut potuerit, vel non.
12 Quæ ex pacto sunt, incerta sunt aliquando tam apud legem, quam apud iudicem.
13 Facti esse dicimus, etiam vel oculis ipsis cerni, vel manu tangi, vt quid corporeum possint.
14 Ius est quid incorporatè, quod nec oculis cerni, nec manu tangi potest.
15 Error Bologneti detegitur, qui præsumptionem ab intellectu hominis pendente iudicis esse quid facti. Idem dicitur præsumptionem à lege introductam existimari esse quid iuris, & quid intellectuale, num. 18.

QVÆRO vndecimo, an præsumptio sit quid iuris, vel quid facti? Hanc disputationem vnus tantum, quod videtur, proposuit bene & iudicatus Ioannes Bolognetus, in tract. de multiplici significat. & differentia iuris & facti, num. 106. & num. 107. Qui duos casus ita distinguit atque constituit. Primus est, cum agitur de præsumptione hominis, quæ diffinitiuimus sup. q. 5. Hanc esse quid facti, ea ratione scripsit Bolognetus, quod pendet operatione intellectus hominis, quæ sane operatio semper est facti. Nec (inquit ille) obest, quod operatio hæc producat effectus iuris, quia hoc generale est in omnibus factis hominum approbatis: Cum lex illa sit, quæ hos effectus producit, & si super hominis facto illos pariat.

Secundus est casus (inquit Bolognetus) cum agitur de præsumptione iuris, vel iuris, & de iure. Quæ quales sint, & esse d. cantur, explanauimus supra q. 3. Has esse quid iuris (ait Bolognetus) cum sint operationes legis, & à iure ipso introductæ. Nec repugnat (ubi iungit ille) quod ipsum præsumere sit quid facti, & quia verum illud est, quando homo præsumit. Cum enim lex præsumat, illud præsumere non est quid facti, sed iuris, ex quo legis operationes, & quæ inuisibiles sunt, inter facti non possunt connumerari. Ego rectè in alia opinione sum, quam v. clarius explicem, dicam prius esse hac in re considerandum; quod ius à facto separatur duobus modis. Primò, quia cum aliqua de re contendimus, duplex sæpenumerò incidit quæstio. Vna facti, altera iuris. Quæstionem facti illam esse dicimus, cum ambigitur factum an aliquid sit, vel non sit. Si contendit Caius Sempronium occidisse Sæium, & negat Sæius, facti quæstio est, an scilicet occiderit, vel non occiderit. Cum vero constat occidisse, insurgit inde iuris quæstio, an iure occiderit, cum hostem illum fuisse fortè alserat, vel iuris quæstio erit, cum occidisse iniuria constat, quia pœna multandus is Sæius sit. Quocirca, posito facto, iuris quæstio exoritur, & hinc est quod ait Alphenus in l. si ex plagis, §. in clinio, ff. ad leg. Aquil. in causâ ius esse positum, hoc est, ex facto ius pendere. Et in eo facti quæstio, à quæstione iuris maxime differt, & quod quæstio facti est tota in potestate iudicis, iuris vero non est, l. §. calumniatores, ff. ad S. C. Turp. & Lordine, ff. ad municip. Est enim in potestate iudicis decernere, an factum sit, vel non sit, an occiderit, vel non occiderit. Cum hæc tota quæstio à probationibus pendat, quæ sanè probationes in iudicis arbitrio positæ sunt, l. 3. §. ideòque, & l. ob carmen, ff. de testib. & explicauimus libro 2. de Arbitrariis iudicium. cap. 95. Et de præsumptionibus & coniecturis abundè explicabimus infra q. 44. Probationes vero sunt, (vt iam in prima quæstione scripsimus) vel coniecturis, vel signis, vel iudiciis. Ea propter rectè scriptum est à Fabio lib. 7. institut. orat. cap. 2. In his omnibus, in quibus de facto ambigitur, coniecturæ & locum esse. Hæc coniectura & est eodem Fabio auctore dicto libro 7. c. 3. vel de re, vt quid factum sit, vel de animo, vt quid sit cogitatum. Et tam illa, quæ est de animo, quam quæ est de re, & versatur circa tria tempora, nempe præteritum, præsens, & futurum, sicuti vberius dicemus infra q. 13. Illa coniectura, & quæ de animo est, speciale nomen quoddam assumit, cum non vno in loco voluntatis quæstio appellatur, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. subdit. & l. is qui, de lega. 3. cum aliis relictis superiore quæstione in principio. Est itaque quæstio facti, cum quæritur, an factum sit, vel non sit an cogitatum sit vel non sit. Quæstio vero iuris est, & cum ambigitur, an secundum leges rectè factum sit, sicut potuerit, vel non: quidque iura ea de restatuerint. Et ideo dicimus ea, quæ ex facto sunt, esse aliquando incerta tam apud legem, quam apud iudicem.

Ea ve-

Ea verò, quæ ex iure sunt, certa apud legem ipsam sunt, l. ornamentorum, ff. de aur. & arg. leg.

Siendum est etiam secundo loco, quod alia in significatione sumitur ius separatum à facto. Nam ea facti & esse dicimus, quæ vel oculis ipsis cerni, vel manu tangi, vt quid corporeum, possunt. Ius verò asserimus & esse quid incorporale, quod nec oculis cerni, nec manu tangi potest, vt in Inst. de rebus corporal. & incorporal. Cum itaque quærimus (vt propius ad rem accedamus) an præsumptio sit quid facti, vel quid iuris, dubitatio potest esse duplex, vt est duplex iuris & facti significatio. Si iuxta primam significationem sumimus factum & ius, dicendum est duo posse considerari. Primum illud quod actum fuit. Exemplis res redditur clarior. Maritus cum vxore habitauit, natus est ex illa vxore filius. Hunc totius facti euentum, ipsum factum appellamus. Ita pariter occidit Caius Sempronium. Hoc factum ipsum dicimus. Secundo quod consideratur, est coniectura ipsa, quæ ab eo facto ducitur, vel quæ circa factum versatur. Et hæc aliquando est iuris, aliquando non. Est iuris cum à iure ipso diffinita & approbata est, vt putà, quod filius ille natus ex ea, quæ cum viro habitauit, præsumatur ab eo viro genitus atque procreatus. Hæc præsumptio & coniectura, ab ipso facto ducitur: & iuris ob id dicitur, quod lex eam approbauerit, l. filium, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Non iuris est præsumptio, vt putà, quod Caius occiderit Sempronium, præsumptio circa factum ipsum versatur, vt qui ei extiterit inimicus, quod visus sit exire domum gladio cruento. Hæc præsumptio, & huic similes, dici non possunt iuris, cum à iure approbatæ non sint. Si verò sumimus factum & ius in secunda illa significatione, tria etiam sunt consideranda. Primum ipsum factum, circa quod versatur præsumptio, vel à quo præsumptio ducitur. Et hoc verè facti est, vt diximus supra. Quando enim constat Caium occidisse Sempronium, facti quid illud est, & quid corporeale, quod oculis cerni, & manu tangi potest. Et de hoc non est disputatio. Secundum quod consideratur, est coniectura, vel præsumptio, quæ versatur circa factum, vel ab eo ducitur, vt putà, quod Caius occiderit Sempronium coniectura sit ex eo, quod Sempronij inimicus fuerit, quod visus sit egredi domum gladio cruento. Vel quod filius ille natus ex ea, quæ cum viro habitauit, præsumatur ab eo viro procreatus. Hanc coniecturam, & præsumptionem ducere, non potest dici quid facti, cum nec oculis corporeis cerni, nec manu tangi possit. Et ideo opus est dicere, esse ius quoddam, id est quid incorporale & intellectuale, quia solus intellectus hominis versatur circa huius rei cognitionem, an scilicet ab eo occisus sit, an ab illo procreatus. Hinc detegitur error locutus in 17 annis & Bologneti, qui scripsit, præsumptionem hominis esse quid facti, quia pendet ab operatione intellectus hominis, quæ sane operatio semper (ait ille) est facti. Rectè quidem ait operationem ipsam hominis esse facti, vt & nos diximus esse factum ipsum: sed perperam ille censuit præsumptionem illam ab intellectu hominis pendente, esse quid facti, cum verè quid inuisibile sit, sicuti est etiam illa præsumptio à lege ducta, quam esse quid iuris Bolognetus ipse asseruit. Tertium, quod hac in re considerari potest illud est, quando præsumptio & coniectura est sumpta atque ducta vel à lege, vel ab homine, vt putà, constat Caium cum Scia vxore habitasse, & Sciam peperisse filium, lex pronunciat, Caium filium illi procreasse. Hæc pronunciatio hic sumpta, & in esse deducta præsumptio, dicitur esse quid facti: cum sit quid, quod oculis cerni potest. Ita etià si iudex cognouit Sempronium occisum, & Caium ei fuisse inimicum Caiumque ipsum è domo, in qua Sempronius repertus est occisus, gladio cruento egressum, pronunciat atque declarat iudex, Caium hunc occidisse Sempronium. Hæc declaratio quid facti est. Et propterea errauit idem Bolognetus, dum scripsit, præsumptionem & à lege introductam, esse quid iuris, & quid intellectuale. Est enim hoc falsum, cum introducta ipsa præsumptio quid facti sit.

QVÆSTIO XII.

Præsumptiones circa rem, & animum, quomodo versari dicantur.

SVMARIA.

- 1 Præsumptiones & coniecturæ circa duo versantur, rem scilicet animam.
2 Coniectura de re considerat tria tempora, præsens, præteritum, & futurum.
3 Coniectura de re, retinet nomen generis, & semper dicitur quæstio facti.

- 4 Coniectura de animo, versatur & ipsa circa tria tempora.
5 Coniectura de animo, appellatur quæstio voluntatis.
6 Tempus præteritum maxime valet in iudiciis.
7 Accusat nemo, nisi quæ iam facta sunt.

QVÆRO duodecimo, circa quæ versantur coniecturæ, & præsumptiones? Et verè dicendum est, circa duo tantum versari. Nam aut sunt de re, nempe quid factum sit, aut de animo, id est, quid cogitatum fuerit. Quando est coniectura de re, & versatur circa tria tempora, circa præteritum, præsens, & futurum, an scilicet factum quid sit, an quid fiat, an quid futurum sit. Hæc coniectura nomen generis retinet, quia dicitur semper quæstio facti. Coniectura quæ de animo est, & versatur pariter circa tria tempora, præteritum, præsens, & futurum, vt qua mente fuerit testator, cum suis de rebus testamentum confecit. Qua mente donator nunc donet. Qua mente erit pater, qui filium herederem fecit, cum intelligit eum vite esse defunctum. Hæc coniectura de animo, & speciale quoddam nomen assumit, cum non vno in loco voluntatis quæstio appellatur, vt in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. subdit. l. is qui, de leg. 3. & l. voluntatis quæstio, C. de fideicom. Cum vel de facto ipso, vel de animo quæstio est, raro in iudiciis tempus præsens valet, rarius futurum, & forte nunquam, frequentissime verò præteritum, quod & Fabius d. cap. 3. admonuit. Nam (ait ille) in iudiciis præteritum tempus maxime valet. Nemo tenem accusat, nisi quæ facta sunt.

QVÆSTIO XIII.

Præsumptiones quibus è sedibus ducantur, variæ commemorantur opiniones.

SVMARIA.

- 1 Sedes & loca è quibus coniecturæ & præsumptiones ducantur, prima opinio Spec. est, etiam reuocatur, quod loco sedium & locorum, argumentorum genera recensent. Alia est opinio eruditissimi Alciati, constituentis tres regulas, nu. 2.
2 Qualitas quæ naturaliter homini inest, semper adesse præsumitur.
3 Mutatio non præsumitur.
4 Præsumptio semper fit in meliorem partem.
5 Opinio Ioan. Corasii, qui præsumptiones voluit sumi à natura, lege, & accidenti, quæ & ipsa improbat.
6 Sedium & locorum è quibus coniecturæ ducuntur, vt diuersæ fuerunt partitiones ac enumerationes apud Iureconsult. ita & apud Rhetores.
7 Sedes & loca è quibus duci, & ad quæ referri coniecturæ omnes possunt, sunt: persona, causa, factum, dictum, non factum, non dictum.

QVÆRO decimotertio, quibus è locis ac sedibus ducantur præsumptiones & coniecturæ? Hac in re variæ fuerunt scriptorum partitiones enumerationesque. Ex nostris & Specul. in iur. de præsumptio. §. 1. sedes & loca, è quibus coniecturæ, & præsumptiones ducuntur, hæc, quæ summam adscripsi, longa serie enumerat. Causam scilicet, personam, locum, tempus, qualitatem, taciturnitatem, utilitatem, fletum, fugam, negligentiam, conseruationem, familiaritatem, vicinitatem, obliuiscitatem, euentum, dignitatem, dilectionem, quantitatem, locietatem, frequentationem, & ætatem. Quæ sanè partitio ac enumeratio recipienda non est, cum loco sedium, & locorum, recensent Speculator argumentorum genera, in id plura sunt, quorum vnum sub altero continetur. Cum enim sedes à causa sit ampla, latèque (vt suo loco dicemus) pateat, sub se continet causas illas ex utilitate, fletu, fuga, & alia plura. Ex recentioribus autem, magni nominis Andreas Alciatus, qui accuratè magis quam aliter quibus hætenus, cõscripsit de præsumptionibus eruditissimos commentarios, is inquam in eo tractatu Præsumptionum tres tantum regulas, vt tres præcipuas sedes, è quibus coniecturæ, & præsumptiones omnes duci posse videntur, ita constituit. Vna est, Quod qualitas & quæ naturaliter homini inest, semper adesse præsumitur. Altera est regula, Quod & mutatio non præsumitur. Tertia regula est, quod & semper præsumptio fit in meliorem partem. Ex tribus his regulis, suas illas omnes quas egregie explicat, præsumptiones ducit. At viderint alii, an loca & sedes præsumptionum hæc dici possint. Probabilior videtur partitio, quæ facit Ioanes Corasius & in Commentariis de iure civili in ar. redigendo, parte 3. c. 8. qui præsumptiones iuri voluit à natura, à lege, & ab accidenti. Sed verè hæc non sunt se-

des, è quibus dicuntur præsumptiones, si rectè perpendas. Et quemadmodum varia est hæc partitio ac enumeratio, apud iuris nostri interpretes, & ita etiam multiplex diuisio fuit apud Rhetores. Nam Arist. lib. 2. Rhetoricorum recenset varia loca è quibus coniecturæ hæc ducuntur: verum tamen vnâ miscet, & locos, quæ hæc non pertinent. Alia est diuisio apud Ciceronem in partitionibus oratorij, alia in Topica, alia etiam fuit Fabij Quintilianij lib. 5. in suis orat. cap. 19. partitio, vt scilicet duæ tantum sint sedes & loca, è quibus hæc præsumptiones, quæ ille argumenta appellat, duci possunt, à persona, & re. Cætera omnia, vt causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, vult esse accidentia quædam. De his aliqua dicemus inf. q. 16. Ego quidem sedes, & loca, è quibus duci & ad quæ referri coniecturæ omnes possunt, hæc esse existimarem, personam scilicet, causam, factum, dictum, non factum, non dictum. Quæ sane singula loca, vt explicem commodius, singulis propositis questionibus pertractabo.

QVÆSTIO XIII.

Præsumptionem versari circa decem prædicamenta, & quomodo, diligenter exponitur.

SVMARIA.

- 1. Substantia alia corporea, alia incorporea.
2. Præsumptio versatur circa substantiam corpoream.
3. Homo paulò ante visus, præsumitur esse in humanis.
4. Res quæ ante erat, extare præsumitur.
5. Afferens hominem vita functum, vel non extare, id probare debet.
6. Præsumptio versatur etiam circa substantiam incorpoream.
7. Dominus vel possessor rei præsumitur, qui ante fuit.
8. Præsumptio versatur circa prædicamentum quantitatis.
9. Quantitas alia continua, alia discreta.
10. Quantitas continua quid.
11. Ager præsumitur eisdem quantitatis, quæ olim fuit.
12. Quantitas discreta quid.
13. Quantitas pecuniæ deposita, legata, vel in obligatione posita ex stipulatione, præsumitur etiam hodie esse, nisi probetur augmentum, vel diminutio.
14. Quantitas duplicato relicta, præsumitur à lege, cum in testamento & codicillis relicta est.
15. Simonie crimen præsumitur, vel non præsumitur ex quantitate pecuniæ datæ.
16. Præsumptio versatur circa prædicamentum qualitatis.
17. Quantitas est secundum quam quales esse dicimur.
18. Qualitatis species quatuor.
19. Affectio ab habitu in quo differat.
20. Præsumptio versatur circa affectiones.
21. Iracundiæ calore affectus præsumitur inconsultè agere, & intellectus caret, num. 22.
22. Habitus alij animi, alij corporis.
23. Præsumptio versatur circa habitus animi.
24. Iustus præsumitur, qui iustitiæ administrandæ præest.
25. Bonus qui fuit, & nunc bonus præsumitur.
26. Artem qui didicit, præsumitur eam scire, & exercitio ipsam in eo auctam esse.
27. Calumniatus in prima accusatione, præsumitur calumniari in secunda.
28. Administratione prima se malè gerens, præsumitur se malè gesturum in secunda.
29. Præsumptio versatur circa habitum corporis.
30. Validior, & in armis exercitator præsumitur promocasse aduersarium, & insulsum fecisse.
31. Potentia naturalis quid sit.
32. Præsumptio versatur circa potentiam naturalem.
33. Filium à viro frigido vel impubere generatum fuisse, lex non præsumit.
34. Homo circa ætatis annum 14. semen ferre incipit, & circa 21. generandi vim habere.
35. Passibiles qualitates cur sic dicantur.
36. Testes falsa dixisse, coniectura fit ex pallore, & trepidatione.
37. Calore iracundiæ aliquid agens, non præsumitur dolo egisse, & ideo venia dignus.
38. Consensus non adhibiti, coniectura fit ex metu illato.
39. Voluntas coacta, proprie non dicitur voluntas.
40. Præsumptio versatur circa formam & figuram.
41. Præsumptio versatur circa prædicamentum relationis, siue ad aliquid, & circa correlatiua.
42. Correlatiua aliqua sunt equalia, alia inæqualia.

- 44. Extrema duo considerantur in relatione, vnumque dicitur fundamentum, aliud terminus.
45. Vnum ex correlatiuis præsumitur atque iudicatur sicut alterum.
46. Filia præsumitur & iudicatur libera, si mater eius ante partum editum libera fuit.
47. Partus seruilis iudicatur, si ex serua matre editus est.
48. Filius præsumitur sub potestate patris, cui subsiisse aliquando constat.
49. Filius præsumitur eius esse, à quo ut filius habitus est.
50. Filius tam. olim qui fuit, hodie etiam præsumitur, nisi probetur contrarium.
51. Præsumptio versatur circa prædicamentum vbi.
52. Res in quo loco semel fuit, etiam nunc esse præsumitur, nisi contrarium appareat. Et quomodo id intelligendum sit, num. 53.
53. Existens in loco, præsumitur scire quæ ibi geruntur.
54. Furtum præsumitur commissum ab eo, qui in domo conuersabatur.
55. Maleficia ruri & in agris, sicut in ciuitate gigni non solent.
56. Præsumptio versatur circa prædicamentum quando.
57. Pupillus præsumitur doli capax, quando est prope pubertatem.
58. Occidisse incontinenti, & ad sui defensionem præsumitur, qui cum inimico congrediebatur.
59. Metu fecisse præsumitur, qui erat in periculo instantis mortis.
60. Præsumptio versatur circa prædicamentum actionis.
61. Litigare in iudicio est actio.
62. Actionis partes sex sunt.
63. Negotia alicuius qui semel gessit, non præsumitur etiam nunc gerere, cum ipsum agere non sit quid continuum.
64. Accusans aut agens semel per calumniam, præsumitur iterum calumniare agere velle.
65. Bonos mores corrumpere præsumitur, qui cum malis conuersatur.
66. Patrimonium augere quis indies præsumitur.
67. Furtum est alienæ rei contractatio.
68. Præsumptio versatur circa prædicamentum passionis.
69. Passio est effectus actionis.
70. Iniuria illata ab eo qui magistratu fungitur, præsumitur illata tanquam à magistratu, non autem tanquam priuato.
71. Possessione sua priuatus, censetur spoliatus à iudice, qui iniuste processit.
72. Absolutus sententia iudicis, præsumitur innocens.
73. Præsumptio versatur circa prædicamentum situs.
74. Rem immobilem si constat fuisse sitam aliquo in loco, adhuc ibi esse præsumitur.
75. Afferens domum esse desisse, id probare debet.
76. Sedens præsumitur quieto esse animo.
77. Iacens non præsumitur velle congruere.
78. Scriptura sita & reposita in aliquo loco, arguit voluntatem scribentis.
79. Præsumptio est circa prædicamentum habitus.
80. Talis quis præsumitur, qualem demonstrat habitus.

QVÆRO decimoquarto, an præsumptio versetur circa omnia decem prædicamenta? versari scripserunt Nicol. Maerel. & Bald. in l. ex persona, C. de proba. & attingit Alc. in tracta. de præsumptio, reg. 3. præsumptio. 25. & vberius Euerard. in c. iurata legali, in loco à tempore ad tempus, numer. 6. Cæterum animaduerti multa ab his viris alioqui eruditissimis, minus perfectè scripta fuisse: quapropter non grauabor meis pro viribus perfectius & verius totam hanc questionem hic explanare. Et primo dicemus de prædicamento substantiæ. Quæ quidem secundum Aristotelem in prædicamentis, & cæteros Dialecticos, alia est corporea, alia verò incorporea. Circa substantiam corpoream versatur præsumptio: Quandoquidem præsumitur homo si ille esse in humanis, qui paulò ante visus est. Ita etiam præsumitur si res extare, quæ ante erat: Et ideo, qui asserit, si hominem esse vita defunctum, vel rem non extare, probare id debet, l. si quis ex argentarijs, §. an & hæredi, ff. de eden. l. non ignorabis, C. ad exhiben. l. testium, in fin. C. de testib. & l. 2. C. de testam. Et copiosè scribunt atque declarant Bart. in d. §. an & hæredi, numer. 2. Alexan. in cons. 58. colum. 2. lib. 1. Socinus Sen. in cons. 190. colum. 4. vers. 2. postio, lib. 2. Felinus in c. scribebam, num. 2. de præsump. Alciat. de præsumptio, regul. 2. præsumptio. 25. nu. 1. & cum eo dicimus inf. & Crau. in cons. 117. num. 17. Ita etiam præsumptio versatur circa substantiam incorpoream: Nam præsumitur dominus vel possessor rei, qui antea dominus vel possessor fuit, l. siue possidetis, C. de proba. De vtroque exemplo luis locis dicemus vberius. Secundo versatur præsumptio si circa prædicamentum quantitatis.

9. quantitatis. Est sanè quantitas si vna continua, altera verò discreta, secundum Aristotelem, & Dialecticos. Quantitas continua est, vt punctis, linea, superficies. Dicimus enim agrum habere quantitatem continuam, vt centum, & duntaxat pedum, vel iugerum. Et superficies domus quantitatis est continua. Quocirca præsumptio est, quod ager sit eisdem quantitatis qua olim fuit, l. in finalib. ff. fin. reg. & dicemus inf. lib. 6. præsum. 54.
10. Quantitas discreta est, si quæ distinctis numeris constat, vt vnus, duo, tres, &c. Et circa hanc quantitatem lex præsumit. Nam quantitas si pecuniæ deposita, legata, vel in obligatione ex stipulatione posita, præsumitur etiam hodie esse, nisi contrarium probetur, quod scilicet facta sit eius augmentum, vel diminutio. l. Lucio, ff. de actio. & oblig. & tradit Baldus in l. ex persona, numer. 3. C. de proba. Felinus in c. scribebam, num. 3. de præsump. vel & aliter præsumitur de ea: sicuti in l. iurisdictionum, §. adeo, ff. de pactis. vbi ex pacto præsumitur recessum à tota obligatione, cum recessum fuit à parte. Et apertius in l. quingenta, ff. de proba, vbi lex præsumit quantitatem duplicato si relictam, cum in testamento & codicillis relicta est. Quæ de re aliqua scripti li. 2. de Arbitrarijs iudicium, & c. casu 213. post Bart. & cæteros in l. plane, §. 1. de leg. 1. Ruinam in cons. 167. num. 2. lib. 1. Ripam. lib. 3. responsio. cap. 11. Crauer. in cons. 167. num. 3. Grammat. decis. 103. num. 59. & Lud. Charond. lib. 1. verisimilium iuris, cap. ult. Ita quoque in l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. legat. ait Vlpianus quantitatem relictam in testamento præsumi ademptam in codicillis, in quibus minus taxatiuè relictum fuit. Ita etiam in c. ult. 14. q. 6. & in c. si quæstiones, de simo. vbi gloss. & Doct. ex quantitate pecuniæ si data præsumitur, vel non præsumitur si moniæ crimen. Et de his vberius dicemus in suis locis.
11. Tertio versatur præsumptio circa prædicamentum qualitatatis quæ est, secundum quam si quales esse dicimur. Bild. in d. l. ex persona, numer. 3. & Felin. in d. c. scribebam, numer. 3. Huius quatuor esse species si scribunt Aristoteles in prædicamento qualitatis, ac cæteri omnes Philosophi, & Dialectici: & ex nostris Bart. in tract. testimoniorum. Affectio, & habitus: naturalis potentia, & impotentia, Passio vel passibilis qualitas: forma, vel figura. Affectio enim ab habitu in eo differre scribunt Philosophi ac Dialectici, quod affectio facilius imprimitur, & facilius commutatur: sicuti quando calore, aut frigore, aut sanitate, alijque huiusmodi homo afficitur. Habitus verò est permanentior, & diuturnior, vt virtus, scientia, prudentia, & similia. Præsumptio itaque versatur circa affectiones: sicuti in l. si cui, §. iisdem, ff. de accusat. præsumitur eum qui affectus calumnia accusauit, per eandem calumniam iterum accusare vellet. Ita affectus si calore iracundiæ, præsumitur inconsultè agere. l. quidquid calore, de reg. iur. vbi Decius & cæteri. Nam
12. intellectu si eum carere scripsit Baldus in c. 1. §. si qui vero, in fin. de pace iuram. firm. & differit vberimè Tyraquel.
13. panis legum, & c. Causa prima. Habitus alij si sunt animi, alij corporis: animi sunt, vt artes siue scientiæ, & virtutes, sicuti iustitia, fortitudo, temperantia, sapientia, prudentia, scientia. Habitus corporis sunt, quæ cætera exercitatione membrorum parantur, vt ars currendi, equitandi, ferendi pondus, aut etiam robur quæsitum, natandi, cædendi, & luctandi pericia. Præsumptio si itaque versatur circa habitum animi vt iustus si ille præsumatur, qui iustitiæ administrandæ præest, l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. & scribit Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 9. Ita qui bonus fuit, si & nunc bonus præsumitur, & econtra l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. & c. semel malus, de regul. iur. in 6. & egregiè confert l. si cui crimen, §. iisdem, ff. de accus. vbi qui calumniatus est in accusatione prima præsumitur quod calumniabitur & in secunda. Ita dicimus, quod is qui malè se habebit in prima administratione, præsumitur quod etià malè se habebit in alia, l. 3. §. fin. autem, & §. si ciuator, ff. de susp. iur. Et qui artem didicit, si eam sciat, imò exercitio ipsa aucta in eo sit, l. legatis, §. ornaticibus, de lega. 3. vbi hoc naturæ congruum esse, Martianus censuit. Ita pariter circa habitum corporis si præsumptio versatur. Nam ob corporis robur & armorum exercitium, præsumitur si quod ille qui validior & exercitior fuit, is prouocauerit aduersarium, vt illum aggressus sit, vt scripsi libro 2. de arbitrarijs iudicium, & c. Casu 36. à numero 9. Secunda est qualitatis species quam naturalem potentiam, vel impotentiam appellant. Est sanè naturalis potentia, si facultas quædam homini data, ad aliquid agendum: Sicuti pubertatis est facultas naturalis huiusmodi data ad procreandum: & econtra impotentia dicitur naturalis inhabilitas nobis insita à natura, ne aliqua agere valeamus: quemadmodum dicimus frigidus, & impuberes esse impotentes ad generandum: & sicuti dicimus impubertem carere iudicio, §. præterea, in Instit. qui-

bus non est permittum facere testamen. Circa hanc si quantitas versatur plurimum præsumpro, nam lex præsumit si filium non fuisse generatum à viro frigido, c. i. de frigid. & malof. vbi Doct. Ita nec ab impubere, cum solum circa decimum quartum annum suæ ætatis si ferre semen generat incipiat homo, & vim generandi habere incipiat circa annum primum & vigesimum, teste Aristotele libro 5. de natura anima. c. 5. Et ob id lex Potestica statuit, pueros matrimonio aptos non esse, c. 2. de frigid. & malef. Tertia est species qualitatis, quam passionem, vel passibilem appellauit. Passibiles si qualitates non ex eo dictæ sunt, quod aliquid partiantur, sed quod ipsi sensibus passionem aliquam ingerant, sicuti pallor, trepidatio. Vel animum ipsum excruciant, atque commouent, quemadmodum ira, dolium, tristitia, mæror. Passiones verò sunt etiam animi, & corporis affectiones, sed quæ leniter animo, & corpus afficiunt, & perstringunt: nec ita perpetuo in animo, & corpore resistent, vt faciunt qualitates passibiles. Passionum exempla sunt, vt pallor, qui ex re inopinata oritur, & cito desinit, vt esse iracundia, qua animus subito concitatur: & à qua etiam subito liberatur, sicuti etiam est metus, qui ex subita mentis trepidatione ob instantis. vel futurum periculum incutitur. De his qualitatibus aliqua sunt apud Vlpianum in l. 1. §. apud Iulianum 5. & in l. ob quæ vitijs, ff. de ad. l. edit. Præsumptio itaque circa hanc qualitatis speciem, siue passibilem, siue passionis, vt plurimum versatur. Nam ex pallore & trepidatione coniectura si fit restes falsa dixit l. 3. §. tu magis, ff. de testib. & dicimus inf. q. 81. in sexto iudicio proueniens ex trepidatione, & pallore. Ita præsumptio est, cum, si qui iracundiæ calore adactus aliquid egit; non dolo egisse, & ideo venia esse dignum, l. quidquid calore, de reg. iur. & scripsi libro 2. de arbitrarijs iudicium, & atrigi supra in prædicamento qualitatis. Ita ex metu illato coniectura si fit, non adhiberi consensus. l. 1. ff. de eo quod metu causa, & cap. 1. quod metus cau. Non enim voluntas si coacta dicitur voluntas propriè, vt tradunt Doct. in l. si mulier, §. vlti. ff. quod met. causa. Dec. in l. velle non creditur, num. 9. de reg. iur. vbi & cæteri interpretes. Quarta est species qualitatis, quæ appellatur forma, vel figura: de qua in l. si in rem, ff. de rei vend. & in l. forma, ff. de censibus. Præsumptio itaque si versatur circa hanc qualitatem. Nam dicimus equum præsumi eundem esse ob eandem formam, & figuram, sicuti tradunt omnes in l. non hoc, C. unde legit. ibi Iason num. 11. & dicimus inf. lib. 6. præsum. 30. vbi differemus, quando & quomodo pluralitas personarum, & rerum præsumatur. Quarto versatur si præsumptio circa prædicamentum relationis, siue ad aliquid, & (vt nostri appellat) circa correlatiua, Bald. in d. l. ex persona, num. 3. vers. ecce de præsumptione in prædicamento relationis, & Felinus in d. c. scribebam, numer. 3. Hæc correlatiua, siue relatiua, secundum Aristotelem, & cæteros Dialecticos, aliqua sunt si æqualia, aliqua verò inæqualia. Æqualia sunt, vt emptor, venditor, maritus, vxor. Inæqualia sunt, vbi alterum altero superius, aut inferius est, sicuti pater, filius, vt præceptor, discipulus. in hoc etiam prædicamento relationis duo si extrema considerant Dialectici, extremum à quo, & extremum ad quod. Extremum à quo, vt pater, ad quod, vt filius. Illud primum appellant fundamentum, id est, principium. Secundum verò appellant terminum. Ita emptio & venditio, sunt relatiua. Emptor est fundamentum à quo fuit venditio, & sic venditio terminus ipse vltimus. Præsumptio itaque versatur circa hoc prædicamentum. Nam si constat aliquem fuisse patrem, relatione facta ad filium, ita etiam hodie præsumitur esse, & econtra. Et idem in domino, & seruo: patrono & liberto, domino & vasallo. Et tale si præsumitur atque iudicatur vnum ex relatiuis vt & alterum, sicuti in l. matrem, C. de proba. dū filia si præsumitur, & iudicatur libera, si marer eius ante editum partum libera fuit. Sicuti econtra in l. de ancilla, C. de liberali causa, partus si seruilis iudicatur, si ex serua matre editus est. Ita in l. si filius, ff. de proba. præsumitur filius sub potestate patris, cui subsiisse aliquando constat. Sic in l. quidam, eodem tit. de proba. præsumitur filius si eius, à quo sicut filius habitus fuit. Quæ de re scripti lib. 2. de arbitrarijs iudicium, & c. casu 89. numer. 74. Hinc dicimus, quod ille qui olim filius fuit, ita si etiam hodie præsumitur, nisi contrarium probetur, ita censuit gloss. in l. sed si de sua, in princ. ff. de acquir. hered. quam ibi probauit Angel. & sicuti sunt Cæpolla, cautela centesima sexagesima quarta. omnes in l. emancipati, C. de collat. & Alc. de præsump. reg. 2. præsump. 2. & vberius suo loco differemus. Quinto versatur si præsumptio circa prædicamentum si vbi, quod nil aliud est, secundum Aristot. & Dialecticos, quam loco circumscripti, vt esse in domo, in agro, versari in foro,

in curia. Præsumptio itaque plurimum Sumitur in hoc prædicamento. Nam ubi, id est eo in loco, in quo res fuit semel fuit, etiam nunc esse præsumitur, nisi contrarium probetur, l. si quis ex argentiarius, s. pen. ff. de ed. & scripti supra in prædicamento substantiæ.

Hanc autem præsumptionem sic intelligit, & declarat, Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 25. in fin. & copiosius Euerard. in d. argumento ad tempore ad tempus, numer. 10. ver. hoc ita men, &c. ut procedat quoad locum f. largè sumptum, puta qua in prouincia, vel ciuitate, vel oppido: non autem restringi debet ad locum loci, ut in tali angulo: quia in rebus quæ naturaliter mouentur effectus falsum. Nec etiam in fugiuiuo, vel errone, l. quid sit fugiuius, ff. de edil. edict. Non etiam in nauis, quæ in mari est, locum habet hæc præsumptio, l. Cesar. ff. de pub. & vectig. & ibi copiose Bar. & scribitur Al. in conf. 7. lib. 3. Mar. in l. 1. s. præf. numer. 31. ff. de quæst. Ripa in tract. de peste, s. de priuileg. contractuum, nu. 167. & Benenutus Stracha in tract. de mercator. s. de nauib. parte 2. nume. 26. ita etiam circa hoc prædicamentum versatur præsumptio, qua dicimus, eum f. qui in loco est, præsumi scire ea, quæ ibi aguntur, c. quosdam, &c. quanto, de præsum. Ita dicimus furtum f. præsumi commissum ab eo, qui in domo conuersabatur, l. dominus horreorum, in princ. ff. loc. & scribit Bald. in l. 1. num. 1. C. locati, & suo loco dicemus. Ita dicimus in agro, & ruri, sicut in ciuitate f. maleficia gigni non solere, ut ait Cic. pro Sex. Roscio Amerin. his verbis: Quæ in re præterea illud, quod mihi magno argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in uisitu arido, in hac horrida incultaque uita, istiusmodi maleficia gigni non solere. In urbe luxurios creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia scelera & maleficia gignuntur.

Sexto versatur præsumptio circa prædicamentum, quod quidem, secundum Aristotelem, & Dialecticos, completitur duas differentias, duasque partes. Differentias, ut præfens, præteritum, futurum. Partes, ut est, annus, mensis, dies. Præsumptio itaque versatur circa hoc prædicamentum, sicuti dicimus pupillum f. præsumi doli capacem, quando est prope pubertatem, l. apud Celsum, s. quæ in iure, ff. de doli mali exceptis.

Ita præsumitur quis f. in cõnienti ad sui defensionem occidisse, quando cum inimico congredebatur, l. ut uim, ff. de iust. & iure, & ibi omnes. Ita præsumitur metu f. fecisse is, quando erat in periculo instantis mortis, l. metum, in princ. ff. de eo quod metus causa, & alibi sæpè. Alijs explicat Bald. in d. l. ex persona, num. 5.

Septimo versatur præsumptio f. circa prædicamentum actionis. Bald. in d. l. ex persona, nu. 3. ver. in agere. Felin. in d. c. scribendam, n. 3. Est sanè actio, qua cum quid agitur, secundum Dialecticos, in eo, quod subicitur agere dicitur, sicuti litigare f. in iudicio est actio: ex quo contra aliquem litem intendendo. Actionis f. partes sunt sex, generare, contempere, augere, minuire, alterare, loco mouere. Præsumptio itaque versatur circa hoc prædicamentum. Nam qui negotia f. aliquid semel gessit, non præsumitur etiam nunc gerere: cum ipsum agere, non sit quid continuum, l. seruitutes, l. 3. ff. de seruitu. & l. foramen, ff. de seruitu. urba. præd. scribit Alciat. de præsumpt. regu. 3. præf. 25. in fin. Et probat l. si cui, s. iisdem, ff. de accus. ubi qui semel per calumniam egit, f. & accusauit, ita præsumitur iterum uelle calumniosè agere. Ita præsumitur uxorem generasse filium ex marito, l. miles, s. defuncto, ff. de adult. & scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudicium, & c. casu, 89. nu. 20. 21. & alia nonnulla addemus inf. lib. 6. præsumpt. Ita præsumitur f. corrumpere bonos mores, qui cum malis conuersatur, l. ediles, s. pædus, ff. de edil. edict. & dicemus inf. quæst. 82. in 28. indices quo sufficere ad torturam. Ita augere patrimonium f. indices quis præsumitur, l. si defunctus, C. arbitr. tutel. & dicemus inf. lib. 6. præsumpt.

Ita fur præsumitur loco mouere rem furto subtraçtam, cum furtum sit ipsa rei f. alienæ contrectatio, l. 1. s. furtum, ff. de furt.

Octauo versatur præsumptio f. circa prædicamentum passionis. Bald. in d. l. ex persona, nu. 4. C. de probat. Felin. ubi supra. Est sanè passio effectus f. actionis, ut condemnari, vel absolui. Quocirca male Bald. & Euerardus referunt ad prædicamentum qualitatis, pati. Et ideo prætermittis exemplis ab illis consideratis, quæ huc non pertinent, adferri potest exemplum huius præsumptionis, ut cum dicimus f. præsumi iniuriam illatam ab eo, qui magistratu fungitur, fuisse illatam tanquam a magistratu, non autem tanquam a priuato, l. si quis, ff. si quis eum qui in ius uocat, est, & i. eximat. Ita dicimus a iudice priuatum sua f. possessione censerit spoliatum, cum iniuste is processit, l. meminere, C. unde vi, & scripsi in tract. de recuper. poss. remedio octauo, quæst. 1. Ita contra dicimus nulli ab iudice sententia f. iudicis præsumi innocetum, cum pro sententia præsumatur, l. Herennius, s. Caia, ff. de obi. etio.

Nono versatur præsumptio circa f. prædicamentum situs, Bald. in d. l. ex persona, num. 3. C. de probat. & Felin. qui supra. Est situs secundum Aristotelem, & Dialecticos, corporis status, & dispositio. Et situs consideratur in rebus inanimatis ac etiam in animatis. In inanimatis est vnus tantum situs, ut iacet terra, stant montes. Et in artificialibus stant tres, domus, templa. In animatis uero plures sunt situs. Nam modo stant, modo sedent, modo iunt recta, modo curua, modo prona, modo supina. Singulis etiam partibus corporis sunt situs, ut uultus humi defixus, facies ad cælum uersa, brachia expansa, &c. Præsumptio itaque versatur circa situm, sicuti circa rerum inanimatarum. Nam si constat rem immobilem f. fuisse sitam aliquo in loco, adhuc ibi esse præsumitur, l. si locus, ff. quem adm. seruit. am. & l. 2. ff. C. quando quib. quarta pars debeat. lib. 10. Ita qui asserit domum f. esse, defuisse in loco, probare id debet, l. in finalibus, & l. eos, ff. num. reg. & l. 1. & l. 2. C. eo. & dicemus infra lib. 6. præsumpt. ubi differemus, quando finium mutatio præsumatur, vel non.

Ita circa situm rerum animatarum versatur hæc præsumptio, sicuti ille qui sedet, præsumitur quieto f. esse animo, ita Bald. in l. 1. col. 2. C. de sentent. ex breuicul. recita. auctoritate Aristotelis, quem commemorat, & scripsi lib. 1. de arbitrar. iudicium, & c. q. 61. n. 3. 4. Ita qui iacet, non f. præsumitur uelle congre, ut in ea oratione pro Milone probauit Cicero, & scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudicium, & c. casu 363. nu. 5. Ita dicimus, quod scriptura sita, f. & reposita aliquo in loco, arguit uoluntatem scribentis, ut respondi in conf. 42. n. 11.

Decimo versatur præsumptio, f. circa prædicamentum habitus, uel habere, ut Aristoteles in prædicamentis, & ceteri Dialectici appellant. Bald. in d. l. ex persona, nume. 6. & Felin. in d. c. scribendam, num. 3. Est habere seu habitum, secundum Aristotelem, & ceteros, ut uelibus aut armis, aut ornamento aliquo cinctum esse. Ex quo intelligimus errasse Baldum, & Euerardum, quæ prædicamentum habitus esse dixerunt, ut habere dominium uel possessionem prædii: cum id aliud sit, ut diximus supra. Exemplum itaque præsumptionis, quæ versatur circa hoc prædicamentum adferri potest in l. iura apud Labeonem, s. si quis uirginis, ff. de iniurijs. quo dicimus, re præsumi talem, f. qualem habitus demonstrat. Quæ de re copiosè tradunt Albericus Rosatus in tracta. statusuorum, parte prima, quæstio. 43. Decius in conf. 307. numer. 3. Bellonus conf. 21. num. 1. Grammatic. decisio. 34. num. 61. & decisio. 81. Tiraquel. in tracta. de retratu confang. s. 1. gloss. 8. num. 21. & Didacus lib. 3. variarum resolut. cap. 14. num. 2. Et nos copiosius dicemus suo loco.

QVÆSTIO XV.

Præsumptio, & coniectura à personæ qualitate, quomodo ducatur, diligenter pertractatum.

SVMMARIA.

- 1 Coniectura desumptio à persona, frequens est in iure usus.
- 2 Coniectura cum à persone qualitate sumitur, quæ præcipue considerentur.
- 3 Coniectura sumitur ab ætate.
- 4 Coniectura sumitur à sexu.
- 5 Coniectura uel præsumptio sumitur à ualitudine.
- 6 Coniectura sumitur à figura, uel hominis physiognomia.
- 7 Coniectura sumitur à uiribus.
- 8 Aggressor in rixa præsumitur, qui altero corpore fortior est.
- 9 Coniecturam facimus à natione.
- 10 Coniecturam à natione nimis generalem esse dicit Simancas.
- 11 Bona animi quæ sint, & quod ab iis coniectura ducatur.
- 12 Præsumptio uel coniectura ducitur à uirtutibus.
- 13 Bene agere in senectute præsumitur, qui bene egit in iuuentute.
- 14 Præsumptio sumitur ab honestate uitæ.
- 15 Coniecturam facimus à uitijs, ut semel malus, in eodem generat maii semper sit talis.
- 16 Coniectura fit à studijs.
- 17 Coniectura sumitur ab educatione.
- 18 Præsumptio, & coniectura fit ab artibus.
- 19 Coniecturam facimus ab inertia, & negligentia.
- 20 Negligens contradicere literis sibi datis, præsumitur consentire & fateri in illis descripta.
- 21 Facinori consentire præsumitur, qui ei cum posses, non iniis obuiam.
- 22 Bona fortune quæ sint, & quod ab iis coniectura fiant.
- 23 Coniectura ducitur à genere.
- 24 Filius præsumitur talis, qualem habuit parentem.
- 25 Presbyterorum filij qua de causa arceantur à sacris.
- 26 Coniectura ducitur ab affinitate.

- 27 Coniectura sumitur ab amicis, tam bonis quam malis.
- 28 Coniectura sumitur à patria.
- 29 Coniectura ducitur ab opibus.
- 30 Dives non præsumitur corruptus pretio, ad ferendum testimonium falsum.
- 31 Dives maior adhibetur fides.
- 32 Dives præsumitur luxuriosè uiuere.
- 33 Coniectura ducitur ab honoribus.
- 34 Honoribus publicis fungès præsumitur uir bonus, & summæ integritatis, & ea quæ agit summa fide agere.
- 35 Præsumptio semper est pro principe.

Quæro decimoquinto, quomodo à persona ducatur coniectura & præsumptio? Huius à persona coniecturæ f. desumptio uisus est in iure nostro frequens admodum. Nam (ait Celsus in l. in fundo. in princ. ff. de rei ued.) Iudex ex causis & personis solet variè constituere. Quocirca Scæuola in l. vlti. in fine, ff. de actio. & oblig. uult argumentum ac coniecturam à personis sumi, an ex datis literis exorta sit efficax obligatio. Et Arcadius in l. de minore. s. tormenta, ff. de quæstio. Coniecturam uult duci à persona, ut ei in tormentis fides adhibetur, uel non. Nam (ait ille) & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, uel cuius existimationis quisque in ciuitate sua est, quædam ad illuminandam ueritatem in lucem emergunt.

Et Modestinus in l. de ferore. s. is qui ff. de re milita. militi, qui militiam deseruisse dicitur, ueniam dandam esse, inspecto uitæ eius præcedentis actu, censuit. Ira Ariatus in l. non omnes, s. à Barbaris, ff. eod. de re militat. uult iudicem spectare debere, qualis existimationis antea fuerit miles deserere militiæ accusatus: plurimè si quid uult ille tribui huic coniecturæ, bonæ existimationis. Quinimò & in graui illo maiestatis læsæ crimine, à personæ qualitate argumentum sumi oportere, celsus Modestinus in l. famosi, ff. ad l. lul. Maiest. an is, qui eo crimine impetitur, moliri in principem id poterit. Patet ratione constituerunt Theodosius, Arcadius, & Honorius Impm. in l. unica. C. si quis Impera. maled. maledicentia in Cæsarem acculatur, ad Cæsarem ipsum remittendum esse, ut ex personis hominum dicta penset: & utrum prætermitti, an exquiri debeat, ipse censet. Et Concilium Toletanum relatum in c. decenter. 29. diffin. coniecturam ducit à personis, quibus Pont. Max. officia concessit, ut cum sanguine et coniuincti sint, affectione sanguinis id fecisse credatur. Et tandem Nicolaus summus Pont. in c. Lotharius. 31. quæst. 2. præsumptione ducta à personæ tenuitate metum illatum Regi non fuisse scribit. Superfedeo hic alia his similia recentere, quæ suis locis uerius explicabimus. Cum autem personæ qualitas consideratur, multa in eo spectare solemus, è quibus coniectura f. ducitur: spectamus enim uel bona corporis, uel animi, uel fortunæ. Corporis bona, sunt ætas, sexus, ualor, figura, uires, natio. Præsumptio itaque ac coniectura sæpe sumitur f. ab ætate, ut scripsit Speculat. in tit. de præsumpt. s. species, num. 1. Est enim coniectura, quod senectus inter uiuos esse desinet quam iuuenis, l. nam & si parentibus, ff. de inoff. testa. & l. hereditatum, ff. ad l. Fal. & scribit Alciatus in tract. præsumptio. reg. 1. præsumpt. 43. & suo loco dicemus. Ita coniecturam ab ætate ducimus, in c. fraternitatis. 34. diffin. ut qui iam est maturæ ætatis in posterum non sit incontinens. Sic quoque dicimus impuberem pertractandis negotijs minimè idoneum esse, l. vltim. ff. de libera. causa. & l. vlt. ff. de oper. seruo. & scribit præcitato loco Alciat. præsumpt. 46. & nos suo loco uerius. Caecilius in l. admonendi, numer. 259. de iure iurand. Et Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino, per coniecturam ab ætate ducit delictum non esse commissum. Patrem. (ait Cicero) occidit Sextus Roscius. Qui homo adolescens uel, corruptus, & ab hominibus nequam inuictus, annos natus magis quadraginta. A sexu f. coniectura sumitur, ut est cum dicimus mulierem ob sui sexum, credi ac esse uero ipso minus constantem, s. mater. ubi glossa. in auct. de nupt. & loco iam allegato, annotauit Alciatus præsumpt. 47. Caecilius in d. admonendi, numer. 259. & nos fufius infra. A ualitudine f. præsumptio sumitur, ut est cum asserimus, eum qui debilis est, non præsumi prouocasse, & aggressor fuisse alterum, ut scripsi libro 2. de arbitrarijs iudicium, casu 363. numer. 4. & dicam etiam paulo infra. A figura f. coniectura ducitur, sicuti dicimus ex mala hominis physiognomia eum præsumi commississe delictum. Ita Bil. in l. 2. num. 5. C. quorum appell. non recip. Cicero in oratione pro Q. Roscio Comedo. Oro atque obsecro uos: qui nostis, uitam in uer se uiriusque conferre: qui non nostis faciem uiriusque considerate: nonne ipsum caput & supercillia illa penitus abraha, olere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur, nonne ab imis unguibus usque ad uerticem summum (si quam coniecturam offert hominibus tacita corporis figura) ex fraude,

fallacijs, mendacijsque constare totius uidetur? qui idcirco capite & supercillis semper est raris, ne ullum pilum uiri boni habere dicatur. Hac etiam de re plura scripsit Aristoteles in libro Physiognomicum. & dicemus copiosè infra suo loco.

A uiribus f. præsumptio atque coniectura desumitur: quemadmodum, quando dicimus eum prius decessisse credi, qui debilior imbecilliorque erat, l. si mulier, ff. de rebus dubijs. & copiosè scribit Alciatus in d. tracta. præsumptio. reg. 1. præsumptio. 49. Ita dicimus quod is præsumitur f. aggressor in rixa, qui altero corpore fortior est, ut scripsi lib. 2. de arbitra. iudicium, casu 363. numer. 4. post Cæpollam, Alciatum, & alios plures. A natione f. etiam coniecturam facimus, ut egregie scribit Vlpia. in l. quod si nolit, s. qui mancipia, ff. de edil. edict. cum ita scribit, Præsumptum etenim est quosdam seruos bonos esse, quia non sunt nationis infamatae, quosdam malos uidebi, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Et Plato in Dialogo 5. de legibus scriptum reliquit in hæc uerba. Nec illud nos fugiat magnam esse locorum ad ferendum meliores peioresque homines, differentiam. Quippe alij uarietate uentorum & turbine difficiles, & proterui sunt: alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi, aut incommodi oriuntur, uerum animis quoque non minus. Hæc Plato. Et idem scripsit Iocrates in Aetopagico. Et ex nostris Ioannes Royas in tracta. de hereticis, nume. 206. egregie Iacobus Simancas Catholicarum Inst. iii. 50. de præsumptio. numer. 8. & ibi. numer. 9. ait esse præsumptionem nimis f. generalem. Qua de re suo loco dicemus.

Bona animi, f. à quibus per sæpe etiam coniectura ducitur, hæc sunt, uirtutes, uitia, studia, educatio, artes, inertia. Ducitur itaque coniectura & præsumptio f. à uirtutibus, sicuti Ariatus in l. non omnes, s. à Barbaris, ff. de re militat. coniecturam facit, à uirtute bonitatis integritatisque, cum ait, & si bonus miles, &c. Quare egregie Cicero pro Cluentio ita scribit. Perinde, ut opinio est, de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Ita dicimus, quod f. præsumitur is bene agere in senectute, qui bene egit in iuuentute, c. cum in iuuentute, de præsumpt. & dicemus infra lib. 6. præsumpt. Et ab honestate uitæ f. sumi præsumptionem, & illam tollere contrarias suspiciones multis exemplis ostendit Tiraquel. in tracta. de pænis legum, causa 51. nu. 46. A uitijs coniecturam f. facimus, ut semel malus, semper malus, in eodem mali genere existimetur, c. semel de regul. iuris. in 6. Quocirca Ariatus in d. l. non omnes, s. à Barbaris, ff. de re milita, sumit à uitijs coniecturam non adhibendam fidei militi, qui ad hostes asserit transfugisse, quod scilicet is transfuga emanfor esset, id est, vagabundus, ut interpretatur Modestinus in l. 3. s. emanfor. illo siml. ff. de re milit.

A studijs f. coniectura fit, c. ex studijs. de præsumptio. 16 Et suo loco dicam. Ab educatione f. coniectura & præsumptio sumitur (ut Plato in dialogo 4. de repub. inquit) etiam cuiusque fuerit puerilis educationes initium, talia etiam erunt quæ sequuntur. Et, sicut Horatius ait, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. & alijs per multis hanc coniecturam sic confirmat Simancas Catholicarum institutionum titul. 50. de præsumptionibus, numero 12. & 13. & uerius nos suo loco dicemus infra libro quinto præsumptio. ubi quod semel malus, &c. Ab artibus f. sumitur præsumptio & coniectura, sicuti dicimus illum fuisse aggressorem; qui in arte gladiatoria est bene uersatus. Ita scripsi libro secundo de arbitrarijs iudicium, casu 363. Ita præsumitur, quod medicus in re medica bene uersatus sciat, an quis decesserit ex uulnere, ut dixi lib. 2. de arbitra. iudicium, casu 275. n. 11.

Ab inertia f. negligentiaque coniecturam facimus, ut 19 facit & Ariatus in sepius allegata l. non omnes, s. à Barbaris, ff. de re mili. ibi, si negligens aut segnus, &c. Ita in l. filiusfam. ff. ad S. C. Macede. negligens f. contradicere sibi datis literis, consentire & fateri in illis scripta præsumitur. Ita scribit Eleuterius Pont. Max. in c. negligere. 2. quæst. 7. eum præsumi consentire f. facinori, qui ei, cum potest, obuiam non it. Et diuus Hieronymus relatus in c. scribam, de Præsumptio. ita dixit, scribam eis multiplices leges meas; ex quibus datis & neglectis apparet, quod has negligit. Et eo loci annotarunt Abbas & Imola præsumptionem esse, quod is, qui negligenter studuit in iure Canonico, etiam negligenter studebit in iure ciuili. Et ab inertia & negligentia sumi præsumptionem probat, c. peruenit. 18. diffin. & tradit Specul. in titul. de præsumptio. s. species, numer. 1. Bona fortuna f. à quibus multoties quoque coniecturas & præsumptiones sumimus, hæc sunt: Genus, Affinitas, Patria, Amicitia, Opes, Honores. Coniectura itaque à genere f. ducitur, ut cum dicimus filium præsumi talem f. esse qualè habuit Patrem. Quo sanè exeplo ad rem hanc rectè uisus est Fabius

lib.) 5. institutio orator. ca. 10. Nam (ait ille) similes parentibus ac maioribus suis filii plerunque creduntur, & nonnunquam ad honeste turpiterque viuendum, inde causæ fluunt. Hinc dixit Seruator noster Matthæi capite 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere. Et Aristotelis etiam fuit sententia libro tertio Politico. capite 8. consentaneum est (inquit) ex melioribus ortos esse meliores. Et rursum libro 2. Rhetor. ita scribit, Nemini est obscurum, qui ex bonis clarisque parentibus nati sunt, eos consentaneè fieri suis maioribus non dissimiles. Et iure nostro probatur in l. cum vnus. in princ. ff. de aliment. & cib. legat. & docuit Caccillupus in l. admonendi, numero 257. ff. de iureiurand. Et plura egregia congerit Simancas Catholicarum Institutionum, titul. 50. de præsumptione, numero decimo, dicam infra libro quinto præsumptione 18. Hinc præsumptio filii & factis arcentur, quod credantur luxuriam incontinentiæque paternæ imitatores fore, capite primo, 56. diffin. c. venerabilem. vbi Abbas column. 4. de electio. Hæc tamen præsumptio est generalis, & ob id non multum efficax, vt tradit Simancas in d. titul. 50. numero 11. qua de re vberius suo loco dicemus. & Alciat. libro primo, præsumptio.

26 24. Ab affinitate ducitur præsumptio & coniectura, vt in casu l. Procula. ff. de probatio. quo loci Scæuola coniecturam donationis factæ ab affinitate facit. Quem sanè locum explicauit libro secundo, de arbitrariis iudiciis, & c. casu. 88. Ita ab affinitate coniectura ducta, à paricidio: quo accusabatur, Roscium Amerinum excusabat atque defendebat

27 Cicero. Ab amicitia sumitur & coniectura tam quando malæ sunt, quàm cum bonæ. Cum amicitia malorum exeat malè de eo præsumitur, c. quorundam, 34. diffin. c. s. p. 28. quæstio 1. c. à nobis. de cohabitatio. cleri. & mulier. quo loci hæc coniectura declaratur. Ita etiam ex amicitia bonorum, bona sumitur præsumptio. Salomon Proverb. capite 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit: amicus stultorum similia efficitur. Et idem capite 22. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Et Propheta Psalm. 17. Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Hæc & alia egregia ad rem hanc congerit Simancas Catholicarum Institutionum, titul. 50. de præsumptione, nu. 14. & nos plura alia suo loco congeremus.

28 A patria sumitur coniectura, l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edit. Caccillupus in l. admonendi, nu. 257. ff. de iureiurand. Et repeti hic possunt, quæ de natione diximus supra.

29 Ab opibus coniecturâ factum, vt cum dicimus diuitem & opulentum, non præsumi & pretio corruptum, vt falsum testimonium ferat, ita scribunt Bar. & ceteri ex illo tex. in l. 3. ff. de testi. & egregie declarat Caccillup. in l. admonendi, nu. 258. ff. de iureiurand. & suo loco dicemus, diuiti enim & maior fides adhibetur iuxta illud Ecclesiast. cap. 13. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum eius usque ad nubes perducunt. Pauper loquutus est, & dicunt quis est hic. Ita econtra dicimus, diuitem opulentumque præsumi & luxuriosè viuere, iuxta illud Euripidis in Hyppolitico: vt refert Stobæus sermone 93. Diuitiæ (inquit Euripides) aut contumeliam, & luxuriam pariunt: aut parcitatem in vita. Ab honoribus & ducitur coniectura. Nam dicimus eum, qui publicis honoribus & fungitur, præsumi virum bonum, & summæ integritatis, vt ea quæ agit summa fide agat, l. 2. c. de officio ciuil. iud. in auth. vt defuncti seu funera eor. in prin. & in aut. de iudicibus. in prin. Et qua de re copiosius dicemus infra lib. 2. præsumpt. 85. post Alcia. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. Ita dicimus præsumi & pro principe qui summo eo principatus honore cohonestatur, c. ex tuarum. de aut. & usu Pal. Alcia. copiosè differit præcitato loco, præsumpt. 11. & ibidem præsumpt. 15. alio simili exemplo de officiali vitur. & dicemus infra libro 2. præsumpt. 83.

QVÆSTIO XVI.

Præsumptio ex quibus animi affectibus colligatur atque ducatur.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio ducitur ab animi affectibus.
- 2 Coniectura ducitur à fletu.
- 3 Præsumptio colligitur ex animi trepidatione, mutatione vultus, & alijs, verum vel falsum testes dixerint.
- 4 Coniectura fit à taciturnitate. Id tamen quomodo accipiendum, nu. 5.

QVÆRO decimosexto, an & à quibus animi affectibus ducatur præsumptio? Et ex multis & animi affectibus duci certum est. Ducitur & enim à fletu, vt in c. si verum. 31.

quæst. 2. quo loci coniectura sumitur, puellam libere consentum non adhibuisse in contractu matrimonij, cum flets consentit. Et à fletu præsumptionem duci scripsit Specul. in titul. de præsumptio. §. 1. n. 1.

Ira dicimus ex & animi trepidatione, mutatione vultus & similibus animi affectibus, præsumptionem colligi, verum vel falsum testes dixerint. l. §. 3. 1. vers. in magis. ff. de testib. Sic quoque in c. asserre. de præsumpt. vbi ex commotione viscerum coniecturam fecit sapientissimus Salomon, matrem illam fuisset, quæ deprecabatur, ne filius diuideretur, sed potius alteri daretur.

Ira quoque à taciturnitate & quæ ab animi affectu prouenit, læpissimè præsumptio ducitur, vt annotauit Spec. in d. tit. de præsum. §. 1. nu. 1. & c. si rector. 43. diffin. vbi glo. & Doct. Et alia hac de re dicemus infra q. 22. in fi. Cæterum hoc intelligitur, & quando alioqui is loqui poterat. Non enim natura vel accidenti impeditur, ita ad animi affectum significare potest, c. cum paruulis, de consecra. diffin. 4. & differemus infra lib. 6. in præsumpt. 66.

QVÆSTIO XVII.

Præsumptio quomodo sumatur atque ducatur à causa, & quæ dicatur causa, & quotuplex.

SVMARIA.

- 1 Causa est quæ significat an aliquid actum sit, vel non sit.
- 2 Causam ante omnia considerans Iurecons. & interdum ipsi facti præponunt.
- 3 Causa tam ad defendendum, quàm accusandum desideratur.
- 4 Causarum variae sunt species.
- 5 Coniectura ducitur ab amore & dilectione.
- 6 Coniectura ducitur ab ira.
- 7 Coniectura sumitur ab odio.
- 8 Coniectura fit à metu.
- 9 Coniecturam facit cupiditas.
- 10 Ambiens & affectans honores & dignitates, habet contra se præsumptionem.
- 11 Coniectura desumitur à spe.
- 12 Coniecturam facimus à correctione.
- 13 Verbera illata à magistro discipulo suo præsumuntur ad emendationem illata, & ob id iniuriam non inferunt, nec parua digna sunt.

QVÆRO decimoseptimo, quomodo præsumptio & coniectura à causa desumatur atque ducatur? Hic locus amplius est, & latissimè patet. Causa enim illa & est, quæ significat, an aliquid actum sit, vel non sit. Nam (vt scribit Aristoteles lib. 2. Rhetoricor. hac de re agens) simul est causa cū eo, cuius est causa, & sine causa nil est. Quod cum intelligerent non solum iuris nostri conditores, sed & antiqui illi Oratores, historici, ac poetæ, rerum gestarum actionumque humanarum causas summa contentione peruestigare semper tentarunt. Et (vt cæteros præteream,) inter multos Virgilius ipse perquirat causam, qua Æneas tot perperussus sit labores, cum in primo Æneidos ita statim canit:

Missa mihi causas memora, quo numine læso,
Quidue dolens regina Deum tot voluere casus:
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit: tantæne animis celestibus ira?

Nostri autem iuris conditores tanti solent facere causam, & vt eam ante omnia considerent, & interdum ipsi facti præponant, sicuti in l. verum. ff. de furtis in c. occidit. 23. q. 8. & in c. origo. 32. 4. & in specie annotauit Spec. in tit. de præsum. §. species, nu. 5. & in tit. de instrumentorum editione. §. 14. vers. sed quidem erit. Et à causa præsumptionem sumi significat aperte Celsus in l. in fundo, in prin. ff. de rei vend. & Scæuola in l. ult. in fi. ff. de actio. & obli. Et causa tam facta accusandum, quàm defendendum consideratur: significauit hoc Aristoteles lib. 7. Rhetor. dum scripsit in hæc verba. Alius locus est à causa, vt si causa extiterit, factum esse dicatur, si non extiterit non esse factum. Nam simul causa est cum eo, cuius est causa, & sine causa nihil est. Hinc Cicero cum defendit Roscium Amerinum, considerat nullam causam in Roscio fuisse, quare patrem interficeret. Nam (inquit Cicero) vt illud incredibile est, mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis, sic hoc verisimile non est, odio fuisse parenti filium, sine causis multis & magnis necessariis, &c. & ob id in eadem oratione ita scribit: Sic vita hominum est, vt ad maleficium nemo conuenit sine spe atque emolumento accedere. Et idem Cicero in oratione pro Marco Cælio, in hæc verba,

Quæ fuit causa, quam obrem isti mulieri venenum vellet dare Cælius? Et paulo post: Credibile est igitur, tantum facinus nullam ob causam esse commissum. Causarum species variaz sunt ac multiplices, quas hic recensebre omnes difficile esset. aliquas igitur solum ita commemorabo, vt quodammodo exemplis illustretur id, de quo agimus. Sunt hæc causarum species, amor, atque dilectio, ira, odium, metus, cupiditas, spes, correctio. Inter causas, è quibus ducunt præsumptiones, alias enumerauit, & alias esse voluit Bald. in l. siue possideris, col. ult. c. de proba. Et de his dicam in subsequenti quæstione. A dilectione & amore & coniecturam ducit, acutissimi ingenij vir Papiantius in l. cum amicus. ff. de cond. & demonst. Cum dixit autem ita demum voluisse grauari nepotem hæredem restituere hereditatem sibi substituto, si sine filiis is nepos decessisset. Et Scæuola in l. Aurelius. §. Titius. ff. de lib. lega. ita scribit. Præsumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri legata, & accedunt c. ea. 23. q. 4. c. de Syracusano, 28. diff. & c. graue. de præben. confert etiam l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nuptia. & notauit Spec. in tit. de præsumptionib. §. species, nu. 5.

Ab ira & coniectura ducitur, vt cum dicimus, eum præsumi occidisse, qui minatus est velle occidere. Nam ex eo animi iracundia detegitur. Qua de re latè suo loco disputabimus.

Ab odio & sumitur præsumptio, sicuti apud Ciceronem pro Milone causam odij considerat Cicero, quo Clodius prosequatur Milonem. Et in iure nostro dicimus, præsumi homicidium perpetratum ab inimico, sicque ab eo, qui eum odio prosequatur, vt vberimè differemus infra in 4. indicio sufficienti ad torturam.

A metu & coniecturam & præsumptionem facimus, vt cum dicimus mulierem adolescentem habentem filium paruulum, non spontè sed metu compulsum, votum castitatis emisisse, c. 1. extra quod metus causa. Alia similia suis locis explicabimus.

A cupiditate desumitur & coniectura & præsumptio, sicuti Cicero pro Milone Coniecturam à cupiditate Clodij, qui dominandi incredibili exai debeat desiderio, cui resistebat Mil. Et à cupiditate argumentantur Doctores nostri, cum dicunt præsumi contra eum, qui affectat dignitates, honores, vel onera, vt tutelarum, & similia, vt dicemus infra lib. 2. præsum. 74.

A spe desumitur & coniectura, sicut enim (vt pro Sexto Roscio dixit Cicero, & supra commemorauimus) vita hominum est, vt ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. &c. Quare idam Cicero pro Milone ait in hæc verba. Satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte magnas utilitates fuisse. Ita etiam ad excusandum coniectura ducitur à non existentibus spei lucri & commodi, sicuti cum negamus Tabellionem falsum documentum conscripsisse suadente Caio, demonstramus causam nullam, seu spem aliquam lucri & commodi extitisse Caio, vt id fieri suaderet. ita Iuriscons. in l. diuus. ff. ad l. Cornel. de falsis. & copiosè suo loco infra attingemus. A correctione & coniecturam desumit Claudianus in l. aut facta. §. causa. ff. de penis. Cum dixit verbera & illata à magistro suo discipulo, præsumi ad correctionem & emendationem illata, & ob id iniuriam non inferre, nec pœna digna esse, qua de re scripsi copiosè lib. 2. de arbitrariis iudiciis, casu 364. & alia nonnulla adiciemus infra lib. 5. præsumpt.

QVÆSTIO XVIII.

Præsumptionem sumi ex consuetudine, coniunctione & aliis causis quàm ex supra enumeratis demonstratur.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio seu coniectura consuetudine & usu colligitur.
- 2 Præsumptio vel coniectura sumitur à coniunctione, id est, ex his quæ præcedunt & sequuntur id, de quo agitur, & quæ insunt.
- 3 Præsumptio & dictum in præfationibus censetur repetitum in sequenti.
- 4 Testatoris voluntatem conijcimus ex his quæ præcedunt & sequuntur.
- 5 Præsumptio sumitur ex natura personæ, actus, vel rei.
- 6 Ingratus nemo præsumitur nisi arguatur & probetur.
- 7 Furiosum & mente captum qui asserit, id probare debet.
- 8 Alimenta præstita personæ, præsumuntur præstita secundum qualitatem ipsius.

- 9 Stipulatio in fideiussione interuenisse præsumitur.
- 10 Præsumptio à verisimilitudine ducitur.
- 11 Stipulans sibi & heredibus stipulari velle præsumitur.
- 12 Chirographi restitutio coniecturam facit factæ liberationis.
- 13 Tacere suum nemo verisimiliter præsumitur.
- 14 Vicinis magis cognita esse verisimile est, quàm in vicino loco acta sunt, quàm remotis.
- 15 Famam antiquam veram esse præsumitur.
- 16 Causa præsumitur vbi effectus apparet.
- 17 Iudicium subterfugiens per inducias habet contra se præsumptionem.
- 18 Præsumptio & coniectura ducitur à forma seu modo, & qualitate rei.

QVÆRO decimoctauo, an ex aliis causis, quàm ex enumeratis superiore quæstione duci possint præsumptiones? Baldus in l. siue possideris, col. ult. c. de proba. enumerat has causas: hoc est consuetudinem, coniunctionem, naturam rei vel personæ, verisimilitudinem, & formam seu modum. Præsumptio primò à consuetudine & vtu colligitur atque sumitur (inquit Baldus) tripliciter: ex loco vbi aliquid fit: ex persona in loquendo: & ex persona in faciendo, l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. quo loci Caius scribit procuratorem posse pignori dare rem domini, si consuevit ita suos procuratores constituere. Quo ex responso sumant omnes argumentum valere à consuetudine. ita copiosè Socin. Sen. confi. 44. col. 1. pen. lib. 1. Dec. confi. 441. numer. 10. Neui 2. lib. 1. Syl. ne nup. num. 211. vers. à consuetudine. Euetardus in centuria legalis in loco ab usitato. Paris. in confi. 47. num. 86. lib. 1. Benue-nut. Strac. in tractatu de mercatura, tit. mandati num. 20. sic in l. si seruis plurium. §. ult. de legat. 1. vbi Iulianus conicit voluntatem testatoris legantis ab eo, quod facere consuevit. Ita pariter in l. cum de lanionis. §. asinum, vers. item cacobos. ff. de fund. instr. instrumentoque leg. cum Paulus coniecturam facit ita à consuetudine patriæ, vt intelligatur quid in legato comprehendatur.

Sic quoque in l. Mela. §. 1. ff. de alim. & cib. lega. vbi alimenta ea censentur à testatore relicta, quæ is solitus erat præstare tempore mortis suæ. Quæ sanè verba, quæ præstare solitus erat, à Barr. valè obicere in l. 1. num. 7. c. quomodo & quando iudex, interpretantur Bellonus lib. 1. supp. iuris can. ult. & Cagnol. in l. diem sancto, num. 135. ff. de off. ass. Bennen. Straccha in tract. de mercatura, par. 1. num. 8. Ita in l. domini prædiorum. c. de agricol. & cens. lib. 11. constituitur Imp. Valent. & Valens, colonos teneri ad præstationem pensionis pecuniariæ, si consuetudo ita se habet. Cæterum vberius hac de præsumptione suo loco dicemus.

Secundò sumitur præsumptio (inquit Baldus) à coniunctione, & hoc est, ex his quæ præcedunt, & quæ sequuntur, id, de quo agitur: & quæ insunt. Sicuti in l. item quia. §. ult. ff. de pact. Paulus ait, censi & repetitum in subsequenti, quod in præfationibus dictum præmissumque fuit. Ita in l. si verò nõ remunerand. §. idem Papianus. ff. mand. scribit Vlpianus ex sententia Papiniani, ex præcedenti donatione & liberalitate præsumi & subsequentem: quod responsum egregie post alios declarat Curtius Lun. confi. 34. num. 5. & confi. 54. num. 3. sic in l. heredes. §. sed si notam. ff. de restam. ait idem Vlpianus ex vicinis scripturis coniectionem fieri eius, quod reliquit testator. & ibidem scribunt Barto. & ceteri omnes. Ita in l. si seruis plurium. §. ult. de lega. 1. Iulianus scribit testatoris voluntatem & conici ex his, quæ præcedunt, & quæ sequuntur. Ita in l. Titia. §. idem respondit. de verb. obligat. Et de duabus his coniecturis & præsumptionibus aliqua dicemus infra quæst. 25. cum agemus de obseruando ordine, in colligendis coniecturis & præsumptionibus.

Tertiò sumitur præsumptio & ex natura personæ actus vel rei. Nam (inquit Baldus) præsumendum est, quòd quilibet persona & quilibet res, & quilibet actus sit secundum suam naturam, & sicuti eius requirit natura. Ita probat l. quod si nolit. §. quia mancipia. ff. de edil. edit. quo loci præsumptio sumitur à natione personæ. Qua de re diximus supra quæst. 14. Ita quoque in l. omnimodò. in princ. c. de inoff. testam. sumitur præsumptio ex ipsa natura, vt quilibet bonus esse præsumatur, atque ita non ingratus & nisi arguatur & probetur, vt ibi declarat gloss. in verbo, non licebit. Gomez. de gratis & expectatis, n. 80. & dicemus infra libro 15. præsumpt. 2. nu. 3. & præf. 4. num. 11. sic in l. ne codicillos. c. de eod. scriptum est, codicillos præsumi factos secundum suam naturam, id est, ab eo qui sanæ mentis est. Et ideo qui asserit aliquem esse furiosum & mente captum, probare id debet, cum secundum naturam quilibet præsumatur sanæ mentis. & declaratur copiosè Paris. in confi. 87. nu. 3. 4. lib. 3. Deci. & ceteri in l. furiosum, num. 20. c. qui testa. face. poss. & vberius suo loco dicemus. Ita in l. ult. c. de alim. pup. præf. respondit Alexander Seuerus alimenta & præsumi præstita personæ secundum

naturam & qualitatem ipsius personæ, quæ alioqui de ven- to non præsumitur vivere. De qua quidem coniectura egre- gie scribunt Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 50. & a- lii plures, quos suo loco commemorabimus. Ita quoque in s. ult. in inf. de fideiuss. scribit Iustinian. præsumit in fideiussio- ne adhibitam fuisse stipulationem, cum natura ipsius a- ctus fideiussionis id requirat. Quæ de re dicemus vberius suo loco.

- 10 Quartò sumitur præsumptio f secundum Baldum à verisimilitudine. Sicuti in l. si pactum. ff. de probat. quo loci à verisimili coniectura ducitur, stipulationem f velle sibi & hære- dibus suis stipulari. pariter in l. Labeo. in fin. ff. de pactis. vbi cõ- iectura sumitur f liberationis factæ ex pacto de non peten- do à creditore debitoris, si creditor chirographum debiti restituit, cum nõ sit verisimile quod restitisset, nisi ei fuisset satisfactum. Idem est in l. cum de indebito, in princ. ff. de probat. qua dicimus verisimile non f esse quòd quis velit iactare suum: & propterea sumitur coniectura, quod quis solvere voluerit debitum, & hac de coniectura plura scribunt Decius in consi. 359. colum. 2. Marfil. sing. 56. & Crauet. in consi. 77. num. 13. in consi. 106. num. 11. & in consi. 142. nume. 26. & nos suo loco multò vberius dicemus. Ita etiam in c. quanto. de præsumpt. ait Gregorius Pontifex Max. esse verisimile f magis cognitum esse vicinis quæ in vicino loco acta sunt, quam remotis. Et sub hac præ- sumptione continetur (ait Baldus) quod de fama f antiqua dicitur, quam veram esse præsumimus: cum verisimile sit quod diu in ore hominum fuit, l. si arbiter. ff. de probat. Quæ de re suo loco dicemus post Alexan. in consi. 208. col. pen. libro 2. Crauet. in tracta. de antiq. tempo. secunda particula 4. partis princip. num. 4. & Cuiacium lib. 3. obseruat. cap. 26. Ita etiam continetur, quòd præsumatur causa f vbi appareat effectus, l. cum de in re verso. ff. de usur. copiose scribunt Bartol. & ceteri, & suo loco abundè nos disputabimus. Ita quoque includitur f præsum- ptio contra illum, qui subterfugit iudicium per inducias, l. dimis. ff. de custo. reo. & c. nullus. de præsumpt. vbi scribentes omnes, & explicabimus infra lib. 2. præsumpt. 88. Et de præsum- ptionibus & coniecturis, quæ à verisimili colliguntur, plura inter cæteros scribit Euerardus in centuria legali, in loco à verisimili.

Quintò præsumptio & coniectura (ait Baldus) ducitur f à forma seu modo & qualitate rei, sicuti in l. 1. C. unde vi. vbi ex modo defensionis conicitur, an excessus factus sit in se defendendo. Quæ de re præter Docto. ibi ac Alciatum de præsumptionibus, reg. 3. præsumpt. 39. dicemus abundè infra lib. 5. præsumpt. 64. Ita pariter in l. si non conuicij. C. de iniuriis. ex modo & forma verborum sumitur coniectura & præ- sumptio, an animo iniuriandi, vel non, dictum id fuerit. Et de qua quidem coniectura dicemus infra lib. 5. Et ex his de- clarari etiam potest traditio Baldi in rubr. extr. de præsumpt. numero 3. cum dixit præsumptionem duci à re, loco, & tem- pore.

QVÆSTIO XIX.

Præsumptio à facto quomodo sumatur, & ani- mum cognosci ex facto.

SVMARIA.

- 1 Voluntatem magis ex facto quam verbis declarari.
2 Factum tribus temporibus consideratur.
3 Præsentia solent estimari ex præteritis.
4 Exitus bonus non potest expectari eorum, quæ malo principio sunt inchoata.
5 Casus quæ vixit, præsumitur esse, & futura casta.
6 Factum præsentis temporis coniecturam facit ad præterita & futura. & nu. 7.
8 Incontines in præsentia, talis præsumitur in futurum.
9 Factum futuri temporis coniecturam facit ad ea, quæ iam sunt præterita, vel ad præsentia.
10 Factum sequens declarat voluntatem præcedentem.

QVÆRO decimononò quomodo à facto sumatur præ- sumptio & coniectura. Hæc prius dicam, esse certum, ex factis gestisque animum, mentem, quæ agentis conici. S. pau. num. & ibi gl. in inf. de rerum diuis. Hinc in l. si tamen. S. ei qui. ff. de adul. edito. & in l. Paulus. ff. rem ratam hab. scriptu est, voluntatem magis f ex facto quam ex verbis declarari. Quæ de re copiose differunt Decius consi. 421. numero 13. Alci. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. & reg. 3. præsumpt. 33. & Crau. consi. 87. nu. 10. Cæteros sciens prætereo, suis locis enim expli- cabimus.

Hoc factum f tribus temporibus consideratur, præterito, præsentia & futuro: id quod admonuit Fabius lib. 5. in fin. orato-

ria. c. 9. cum ait consilia esse & præsentis, & præteriti, & futuri temporis. Et idem apertius li 7. c. 3. coniectura (inquit) omnis aut de re, aut de animo est. Vtriuque tria tẽpora, præteritum, præsens, futurum. Ex facto præterito cõiecturam ducimus ad tempus præsens. Nam dicimus eum, qui malus fuit præterito tempore, & nunc malum præsumi, l. si cui. S. ff. de accusa. Quare Fabius iam commemoratus dicebat spectanda esse antè acta dictaque: præteritis enim estimari f solent præ- sentia, & alia scribunt Alciatus in tractat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 25. & Simancas Catholicarum inf. tit. 50. de præ- sumpt. num. 16. & suo loco dicemus vberius. In dõctiam ex actu præterito præsumptio sumitur ad tempus futurum. Non enim expectari potest bonus f exitus eorum, quæ malo principio sunt inchoata, c. miramur. S. principatus. 6. dist. 4. Et à præterito actu ad futura coniecturam sumunt Honorius & Theodos. in l. cum qui. C. de episc. & cler. & ibi apertius Baldus, quod illa, quæ f castè iam vixit, sit ac futura sit semper casta.

Illud etiam annotandum hic est, quod cum factum ali- quid esse à quoquam contendimus, vt purà si Caium occidisse accusatur Sempronius, varia illius temporis facta, seu accide- tia considerari solent: nempe vbi fuerit Sempronius, vbi sit visus, cum quo visus sit, an aliqui preparauerit, an ali- quem conuenierit, quos haberit locos & adiutores, quo in loco præter tempus & consuetudinem fuerit, atque ita à tem- pore, loco, modo, occasione, & facultate, & his similibus con- iectura ducitur, vt vna cõ nostris, non indiligenter explicabi- mus infra quæ. 89.

Factum f præteritis temporis, id est, quod in re & negotio factum est, coniecturam facit ad præterita, l. si tamen. S. ei qui. ff. de edilicio edito. quo loci ait Pompon. quod venditor ille, qui tenet seruum in vinculis, præsumptionem præteritæ empori sciendi seruum præterito tempore aufugisse, ita etiam probat l. si ut cerid. S. custodiam. ff. commod. nu. 0 à facto præsentis temporis coniectura ducitur f ad futurum, sicuti Iustinia. ait in s. ult. vbi gl. Insi. de iniuriis, quod tenens de præsentia iniu- riam, in futurum, etiam remissè præsumitur, ita etiam dici- mus quòd f ille qui est de præsentia incontines, ita etiam præsumitur quod erit in futurum, c. si quis Diaconus, 50. dist. 1.

Factum futuri f temporis coniecturam facit ad ea, quæ iam sunt præterita, vel ad præsentia, veluti cum ambigitur an illarum vulnus sit mortale, à futuro tempore coniecturam ducimus. Nam si vulneratus post quadriduum surrexit, nõ videtur postea moriens ex illato illo vulnere decessisse, ita gl. in l. 1. C. de emend. seruo. et si hoc iudicis arbitrio relinqui scri- pserunt plures, quos recenset lib. 2. de arbitrariis iudicium casu 275. nu. 2. ita etiam in aliis dispositionibus factum sequens de- clarat f voluntatem præcedentem, l. sed & Iulianus. S. in iudicium. ff. ad S. C. Macce. l. si concubinam. S. si res amotas. ff. de rerum a- mot. & l. cum quis. in j. C. de natura liber. & scripsit Ias. in l. si seruus plurium. S. vit. num. 4. de leg. 1. Alia exempla ad toram hanc quæstionem sumi possunt ex his, quæ dicemus infra quæst. 23. cum dicemus, quomodo & quando præsumptio su- matur à tempore ad tempus.

QVÆSTIO XX.

Præsumptio ex actibus voluntariis quomodo & quando ducatur atque sumatur, diligens explanatio.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio ex actibus voluntariis sumitur tantum, quantum actus ipse ex necessitate concludit.
2 Soluens partem debiti alterius, ad quod nullo modo tenebatur, non præsumitur eo animo soluisse, vt etiam residuum sol- uere voluerit.
3 Hæres soluens partem legatorum ante tempus cogi nequis, vt reliqua præteritæ antequàm dies cedat.
4 Fratres duo artifices communicantes lucra & quæstia ex ipsi- us artificio, quam societatem præsumantur inire.
5 Negotia alterius gerens per aliquot dies aut menses, non præ- sumitur animo obligandi se fecisse.
6 Precario concedens pro voluntate sua, si non ei placuerit con- cessisse creditur.
7 Molendinum vel furnum alicuius accedens per annos aliquot, non præsumitur animo obligandi se fecisse.
8 Edens rationes & instrumenta, præsumitur edere pro ea vice tantum, non vt iterum edere compellatur.

QVÆRO vigesimò, quomodo & quantum sumatur præ- sumptio ex actibus voluntariis? Et sumi solummodo f quantum actus ipse ex necessitate concludit, certum est. Ita scri-

retur, cum tamen regulariter iudicari debeat secundum veri- tatem ipsam.

QVÆSTIO XXII.

Præsumptio quomodo à verbis colligatur, atque ducatur.

SVMARIA.

- 1 Verba sunt cordis nuncia, nec præsumendus est quisquam dice- re, quod non prius mente agitauerit.
2 Sermones sunt ingeniorum & morum imagines.
3 Dicta præteriti temporis coniecturam faciunt ad actum præ- sentem.
4 Dicta præsentis temporis coniecturam præbent voluntatis præ- teritæ.
5 Dicta futuri temporis præsumptionem faciunt ad iam præ- terita.

QVÆRO vigesimosecundò, quomodo præsumptio & con- iectura ducatur à dictis, atque ita à verbis? Non est dubium, quin coniectura & præsumptio ducatur à verbis: cum illa sint cordis f nuntia. Neque enim (ait Iurifcon. in l. Labeo. S. idem Tubero. ff. de supel. leg.) est præsumendus quis- quam dicere, quod non prius mente agitauerit. Et Aristote- les in Rhetor. ad Alexandrum c. de specie laudandi, ait sermo- nes f esse ingeniorum & morum, velut imagines. Et alibi idem scribit sermones esse notas, earum quæ in anima sunt passionum, siue animi affectionum quædam signa. Et hac de re scribit Simancas Catholicarum Inf. tit. 50. de præsumpt. nu. 18. & suo loco dicemus. Dicta autem vel præteriti, vel præ- sentis temporis, vel futuri considerantur. Ex dictis f præteri- ti temporis coniectura sumitur ad actum præsentem, l. u- trum. ff. de petisio. hered. & l. si seruus plurium. S. ult. ff. de legat. 1. quæ in hanc sententiam recensit Afflictus decis. 375. num. 1. 2. qui alios recenset. Extat exemplum apud Baldum in l. multum, num. 2. C. si quis alteri, vel sibi, cum dixit instrumen- tum emptionis confectum nomine vxoris, & si reuera ma- ritus emit, præsumi simulatum, ex dictis ante celebratum contractum, vt si iam dictum fuit, quod maritus erat empor. Recenset aliud exemplum Ruin. consi. 4. in fin. lib. 1. Et alia suo loco dicemus.

Ex dictis præsentis f temporis, cum negotium conficitur, coniecturam facimus voluntatis præteritæ, l. vxor. vbi Bart. de lega. 3. & Afflictus d. decis. 375. num. 1. vers. & ex verbis.

Ex dictis futuri temporis f præsumptio fit & coniectura ad iam præterita, vt scilicet præmeditata illa fuerint, d. l. Labeo. S. idem Tubero. de sup. leg. l. si non conuicij. C. de iniuriis. & c. 1. de præsumpt. Potest hic afferri exemplum ex Baldo in d. l. multum, num. 2. C. si quis alteri vel sibi, cum dixit, em- ptionem factam nomine vxoris, præsumi re vera factam no- mine mariti ex dictis ab ipsa met muliere post contractum ce- lebratum. Et illo in loco plura egregia hac de re, scribit ipse Baldus, & nos dicemus infra lib. 3. præsumpt. 75. dum expliabi- mus præsumptiones simulati contractus facti nomine vxoris, cum tamen esset mariti. Cæterum annotandum est, præsumptionem hanc quæ ducitur ex dictis, vel factis, esse va- lidiorem ea, quæ sumitur ex non factis, vel non dictis, de qua statim dicemus. Ita Abb. in c. veniens. numer. 7. de aliis presbytero. & Alciatus in respons. 525. num. 11. & attingemus in- fra in quæst. 26. in fine.

QVÆSTIO XXIII.

Præsumptio & coniectura, quando & quomodo su- matur ex non factis, vel ex non dictis, brevis facilisque explanatio, mul- tis exemplis illustrata.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio non sumitur ex non factis, vel non dictis, declara- tur, nu. 8. & nu. 13.
2 Præsumptio nulla colligitur ex his, quæ non apparent.
3 Actus consistentes in pati, non arguuntur consensum.
4 Maritus retinens penes se dotem vxoris, non censetur admississe hereditatem nomine filiorum.
5 Socius finita societate, dimittens sortem penes socium, non vi- detur societatem renouare.
6 Actus negatiuus nihil inferit.
7 Princeps tollerans bannitum in ciuitate, non indicatur eum

scribunt Bartol. in l. Titium aut Maenium. S. altero. ff. de admi- tur. Claudius Metmerius in rep. in l. naturaliter. S. nihil commu- ne. nu. 141. ff. de acqui. poss. qui quidem Claudius scripsit, quòd si agens rei vendicatione dicat suum aduersarium posside- re, solum intelligitur atque ita præsumitur deducere natu- ralem possessionem, quæ necessaria est ad ipsum rei ven- dicationem. Apertius probatur hæc traditio in l. ult. C. ne vxor pro marito. quo loci scriptum est, quod ille qui soluit f partem debiti alterius, ad quod nullo modo tenebatur, non præsumitur eo animo soluisse, vt etiam residuum solvere voluerit: & propterea pro residuo conueniri non potest. Est simile quod respondit Scævola in l. Lucius. S. restator. de leg. 2. cum dixit hæredem, qui ante tempus partem f legatorum soluit, cogi non posse, vt cætera legata antequàm cedat dies, præter: eum eo animo primum illud legatum præsturis- se non præsumatur, vt ad reliqua reneretur. Ita pariter dici- mus, quòd si duo fratres f artifices communicant lucra & quæstia ex ipso artificio, præsumitur contracta societates, quoad lucra illa, non autem quoad cætera bona. Sic trad- dunt Bart. in l. 1. S. si quis hoc interdico. in fin. ff. de itin. actibus priuati. & in l. Titium. S. altero. ff. de adm. iur. Ant. Cor set. in suis singularibus in verbo, societas, incipit inter fratres. Alex. in consi. 78. num. 1. lib. 2. & in consi. 75. in fin. lib. 6. Barba. in consi. 22. col. 2. lib. 1. & in consi. 37. col. 4. lib. 2. Paris. in consi. 85. n. 7. in consi. 86. numer. 10. & in consi. 87. nu. 7. lib. 1. Hinc facit, quod ille qui a- liquot dies & menses f negotia alterius gessit, non præsumitur ex ea gestione voluisse obligare, perpetuò negotia illa tractare, sed solum tamdiu obligatus dicitur, quamdiu sibi placet. Idem manifestè probat l. voluntaria. C. de excusat. tutor. simile est ex l. 2. S. 1. & l. 1. & habet in princ. ff. de precar. vt is, qui precario concessit, f pro sua voluntate concessisse dica- tur, donec ei placuerit, & non vltra: Et propterea non præsumitur concedens se velle perpetuò obligare. Huc etiam pertinet quod tradit Bartol. in l. cum de in rem verso, numero 14. ff. de usur. quòd ille qui iuit ad molendinum f vel f. num alicuius aliquot annos, non præsumitur eò accessisse, vt per- petuò deinde accedat. & cum Bart. idem sentiunt ceteri, vt scribunt copiose Decius in l. si certis annis. in primo notab. C. de pactis. & Curt. Jun. nume. 2. adducit hanc rationem, quòd ac- tus nostri voluntarij non extenduntur plus quam vrget i- plius actus necessitas, ex d. l. ult. C. ne vxor pro marito. & Ripa in c. cum ecclesia Surina, num. 42. de causa possess. & propr. Est etiam simile quod tradunt Deci. in l. 1. num. 11. & ibi Ripa & Alcia. num. 29. C. de edend. post alios, quod ille, qui ex sua li- beralitate semel edidit rationes f & instrumenta, præsumitur edidisse pro ea vice tantum, non autem vt iterum edere compellatur. Quibus intelligimus veram esse hanc tradi- tionem, ex actibus voluntariis tantum præsumi, quantum i- plius actus necessitas vrget.

QVÆSTIO XXI.

Actus ex quibus colliguntur præsumptiones perfe- cti an esse debeant.

SVMARIA.

- 1 Actus ex quo præsumptio sumitur, debet esse omninò perfe- ctus.
2 Matrimonium contractum præsumitur inter sponsos, copula car- nali sequuta.
3 Specialia duo simul concurrere non posse.

QVÆRO vigesimoprimò an actus ex quo præsumptio sumitur, debeat esse omninò perfectus, vel sufficiat principium: atque ita quod fuerit inchoatum? Et a- ctum perfectum esse f oportere, scripsit Abb. in c. ult. n. 2. de spons. & ibid. Butrius, dum ex illo canone annotarunt, quòd est præsumatur contractum f matrimonium inter sponsos, ob subsecutam copulam carnalem, attamen præsumptio illa non insurgit, quando copula verè secuta non fuit, sed solum fuit nusus & conatus ad copulam. Quam sententiam probarunt Ioan. Andr. Gemina. & Francus in c. 1. S. idem de des- ponsa. impuberum. & communem esse asseruit Præpos. in d. c. ult. Eandem probarunt Arce. in consi. 142. nume. 7. Syluester Pierius in sua summa, in verbo, matrimonium, l. 2. q. 16. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 38. num. 1. vers. sed quòd si. & Di- da. in epitome de sponsal. parte 1. cap. 4. S. 1. numer. 19. Et quòd ad casum d. c. ult. de quo vberius suo loco dicemus, duplex as- signatur ratio à Doctõribus ibi. Quarum vna huic generali quæstioni & rationi conuenit, quòd scilicet duo specialia f simul concurrere non possint. Primum est speciale, quia conatus haberetur pro facto, quòd tamen proprie non est factum. Secundum, quòd ex præsumptione causa iudica-

in fin. de frigid. & malef. cum dixit, mulierem cum viro dormientem non præsumi de præterito in præsens, quod scilicet hodie non præsumatur corrupta, si antea non erat.

Tertius est casus huius capituli, quod præsumptio ducatur à tempore præterito ad futurum vt tradit Euerardus in d. loco à tempore ad tempus, nume. 1. Exemplum adferri potest primum ipso Euerardo auctore, ex c. semel malus, de re-

21 gulis inuis in sexto, qui præterito tempore malus fuit, præsumitur etiam quod erit malus in futurum. Ita in c. mandata.

22 c. scribam. de præsumpt. vbi quis negligens fuit in præteritum fuit, præsumitur etiam negligens de præsentibus & statim dicam infra cum Abbate, & aliis, sic in l. 2. ff. de Senat. Ita quo-

23 que in l. si cui. §. i. ff. de accusat. qui præterito fuit tempore per calumniam accusauit, etiam præsumitur in futurum calumniari velle. Secundum exemplum adferri potest, ex c. literis. in fine. de præsumpt. quo loci sumitur hæc præsumptio,

24 quod qui semel fuit periuus, erit & in futurum periuus. Et dicemus infra lib. 5. præsum. 45. vbi declarabimus d. regulam, semel malus. Tertium exemplum potest sumi ex §. vlt. vbi gl.

25 in Infit. de iniurijs. vbi qui remisit iniuriam, præsumitur etiam remisisse in futurum. Quartum est exemplum Abbatis, & aliorum in c. scribam. de præsumpt. quod ille qui in præterito

26 fuit tempore studuit negligenter in iure Canonico etiam in futurum negligenter studebit in iure civili Quintum exemplum adferri potest in l. in ipsius. C. familiaris. vbi B. l. vbi se-

27 mel fuit inimicus præsumitur & in futurum talis. De his exemplis dicemus copiosius suis locis. Et postremo hoc in casu illud est amotandum secundum Euerardum, quod præsum-

28 ptio fuit hæc, quæ sumitur à præterito ad futurum, nunquam est iuris, & de iure, sed iuris tantum. Qua de re diximus supra.

29 Declaratur hic casus, vt locum non habeat in his fuit quæ cursu temporis mutantur: sicut dixi in declaratione præcedentis casus.

30 Secundum est huius questionis caput de præsumptione, quæ sumitur à tempore præsentis ad alia tempora: quo sanè in capite, tres quoque casus distinguo.

31 Primus casus est: quod à tempore præsentis præsumatur circa ipsum præsens. Ita gl. in d. c. scribam. de præsumpt. Euerardus in d. c. Centuria legali in loco, à tempore ad tempus, numer. 17. Exemplum est ex c. qui crimen 6. q. 1. de accusat. in quibus sumitur præsumptio, quod si quis de præsentibus sit criminosis, non bono zelo accusat. Hinc est quod regulariter fuit non creditur confesso, se commisisse aliquod crimen vna cum Caio, & Sempronio sociis suis. l. vlti. C. de accusat. Ea est ratio, quia cum confiteri, ipsum confessum esse criminis & indignum, cui fides abhibeatur, non etiam ei creditur de sociis criminis. Qua de re vberissime scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudicijs, & c.

32 Secundus est casus huius secundi capituli, quando præsumptio sumitur à tempore præsentis ad futurum, vt verè sumuntur glossæ in d. c. scribam. de præsumpt. & ibi Doct. & Euerardus in dicto loco à tempore ad tempus, numer. 18. Exemplum adferretur ex c. si quis diaconus, 50. distin. quo loci habetur, quod ille, qui est de præsentibus negligens, erit etiam negligens in futurum. Adferretur quoque exemplum, quod ille, qui saltem commisit de præsentibus, sit idem facturus in futurum, & ob id ei non adhibetur fides, nec relinquuntur facultas conficiendi alia instrumenta. Ita tradunt Ias. in l. Barbatus, numer. 58. ff. de offi. prætor. & Marfil. in sing. 583. Et dicemus infra lib. 5. præsumpt. 42. vbi declarabimus. Est etiam tertium exemplum ex c. qui a aliquanti. 82. distin. in fin. quod in hanc sententiam annotarunt Bald. & Fel. in c. mandata, numer. 1. de præsumpt. vbi qui nunc

33 est incontinens, fuit præsumitur, quod sic etiam erit in futurum.

34 Tertius est casus huius secundi capituli, quando præsumptio ducitur à tempore præsentis ad præteritum. Qua quidem in re illud fuit prius sciendum est, quod ad hoc, vt hæc argumentatio locum habeat, requiritur extremum à quo verum, vt est status præsens. Et extremum ad quod possibile, vt est status temporis præteriti. Ita tradunt Bald. in d. l. ex persona, colum. 1. versic. secunda materia. C. de probat. & Euerard. in d. loco à tempore ad tempus, numer. 20. Quo autem modo sumatur hæc

35 præsumptio à præsentibus ad præteritum, distinguendi sunt vna cum Baldo & Euerardo præteritis in locis, aliquot casus. Quorum primus est, quando versamur fuit in materia necessaria. Et tunc omnino procedit argumentum, & præsumptio. Exemplum est, sum hodie minor. Ergo non solum præsumptione, sed etiam necessitate naturali sequitur, quod retro fui minor. l. minor. 25. annis ex aspectu. ff. de minor. Secundum est exemplum, sum natus, ergo fui conceptus. §. 1. in auth. de restit. & ea, quæ parit in undecimo mense. Quo sanè exemplo vti sunt Bart. in d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

36 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

37 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

38 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

39 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

40 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

41 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

42 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

43 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

44 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

45 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

46 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

47 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

48 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

49 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

50 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

51 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

52 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

53 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

54 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

55 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

56 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

57 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

58 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

59 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

60 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

61 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

62 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

63 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

64 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

65 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

66 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

67 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

68 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

69 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

70 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

71 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

72 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

73 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

74 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

75 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

76 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

77 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

78 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

79 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

80 d. l. ex persona, col. vlt. versic. secundo quando. C. de probat. & Bald. in l. si hi. qui. numero 4. C. ad l. iul. de adulter.

36 præsumptio quæ infert retro. Pauper fuit enim (aiunt isti de præsentibus, præsumitur etiam retro fuisse pauper: quia quid de præsentibus in dies ditari. l. si defunctus. C. arbitri. iud. libet præsumitur in dies ditari. l. si defunctus. C. arbitri. iud. Vnde cum iste non reperitur diues de præsentibus, verisimile est, quod etiam non fuerit diues tempore præterito. Alciatus vero aliam adhibuit interpretationem in d. præsumpt. 26. numer. 2. versic. aduerte tamen, ait ille, quod hoc in casu non sumitur præsumptio à præsentibus ad futurum: sed potius quod nihil præsumitur: & relinquuntur onus probandi ei, qui dicit. Probabilior tamen visæ semper mihi fuit Saliceti, & sequacium explanatio.

Tertium exemplum est ex Aretino in consil. 15. numero 3. ver. & licet, cum respondit, quod si apparet prædicia fuisse nunc culta, præsumitur, quod & in præteritum culta fuerint. Cum ex præsentibus præsumatur in præteritum. Quartum est exemplum, ex Alber. in l. ex, qui bona. ff. de iure fisci. Cum

47 dixit, quod de præsentibus hæreticus præsumitur, & præterito tempore hæreticus fuisse. Et proposuit ille questionem. Bona cuiusdam hæretici fuerunt publicata, & omnia in vniuersum alicui vendita: creditores autem huius hæretici volunt agere aduersus hunc emptorem: quæsitum fuit, an possent. Alber. ita distinguit. Aut eo tempore, quo contractus fuit cum creditoribus illis celebratus, ipse erat hæreticus, aut non, aut est dubium. Primo casu, creditores emptorem conuenire non possunt: cum tempore, quo cum eis contractus fuit, hæreticus ille non habebat facultatem administrandi bona sua, vel contrahendi, imò eam iam amiserat. c. cum secundum leges. de heret. in 6. qua tamen de re dicemus infra libro 5. Secundo casu bene possunt eum conuenire. Tertio casu, quando est dubium, inquit Alber. hæreticus illum præsumi fuisse talem etiam tempore celebrati contractus: cum de præsentibus præsumatur in præteritum.

Cæterum Euerardus in dicto loco à tempore ad tempus, numero 19. scribit, tertium hunc casum Alberici dubitatione non carere, & rectè quidem. Nam ab eo dissentit Bartol. in l. ex persona, in l. lect. numer. 6. ver. & est in argum. C. de probat. & egregiè Bald. in l. non ignorabis. in fin. C. ad exhib. Flo. in d. l. non est necesse, numer. 2. ff. de probat. & ibi Iacobi. numer. 2. ver. aut præsens, qui numer. 4. simile exemplum de seneratore considerat. Ita quoque ab Alberico dissentit Iason in l. si primus, numer. 45. ff. de oper. noui nunt. & Alciatus in d. præsumpt. 26. numer. 1. Quintum exemplum adferri potest, quod,

48 is, qui aliquod fuit idioma nunc loquitur, præsumitur quod & in præteritum illud loqui sciuerit. Ita egregiè Gomez. in regula Cancellaria, de idiomat. cap. 13. qui refert decisum fuisse à Rota Romana, quod prouisus de parochiali in ecclesia Valentina Hispaniarum natus in Italia ex patre Valentino, & matre Neapolitana, & educatus cum matre, & auita, & sorore patris præsumatur tempore prouisionis intellexisse, & loqui sciuisse idioma Valentinum, ex quo decem post annos à prouisione loqui & intelligere illud sciuit, cum ex præsentibus præsumatur in præteritum.

Tertius est casus huius tertij casus, materiz scilicet contingens, quando status præsens non potest concurrere cum naturali veritate antecedentis status. Hoc sanè casu ex præsentibus fuit non sumitur præsumptio ad præteritum. Ita Bald. in d. l. ex persona, col. 1. versic. non autem potest concurrere, & ibidem Bar. quem infra referam. C. de probat. Idem Bald. in d. l. si hi. qui. in fin. C. ad l. iul. de adul. & Euerardus in d. loco à tempore ad tempus, numer. 20. ver. aut status præsens. Exem-

51 plum primum adferri solet, esse prudentem, fuit & literatum est quoddam contingens: & illud non potest contingere cum veritate primi status hominis: fuit quia nemo nascitur prudens, nemo oritur literatus, cum hi habitus sint habitus acquisiti non autem innati. l. Stichus. de leg. 3. Et propterea ex præsentibus non potest sumi præsumptio ad præteritum. Et hinc est, vt scribit Bal. & Euerardus præteritis in locis: ac etiam Alciatus in d. præsumpt. 26. numer. 1. versic. sed tu) quod si Pontifex Max. mandat alicui prouideri de beneficio, si constituerit ipsum esse Doctorem legum vel literis eruditum. Et si tempore quo rescriptum præsentatur appareat Doctor, vel literatus: at tamen non præsumitur eum retro, si quæ tempore datæ expeditionis rescripti, ipsum fuisse talem. Quocirca nil ei prodesse potest rescriptum, nisi doceat, se eo tempore expeditionis rescripti, talem fuisse iuxta text. c. si eo tempore. de rescript. in 6. & Clem. literas. eod. tit. Est enim hæc qualitas

52 extrinseca, quæ non præsumitur nisi probetur. Ita scribunt glo. in c. si forte, in verbo sciencia. de electio. in 6.

53 Secundum est exemplum ex Alciato in tract. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 28. numer. 2. ver. & idem credo. & Crauetta in tract. 54 de antiq. tempo. in vlt. par. numer. 5. cum dixerunt, feudum non fuit præsumi antiquum, sed nouum: quia ex præsentibus statu non præsumitur in præteritum, ex quo naturalis rerum status est

vt non sint feudales, sed libera: Qua de re infra suo loco. Tertium exemplum potest adferri ex l. 4. ff. de proba. vbi feruus, qui hodie fugit non præsumitur retro fugisse, hoc est quando erat puer, vel infans. Hoc enim contingit, quia præsens status huius serui habet contrariam necessariam veritatem, nempe illam puerilem ætatem, quæ non infert fugam. Ita declarat post Oldrad. & antiquos. Bart. in d. l. ex persona: secundà lect. numer. 6. versic. exemplum. & ver. quandoque præsens status. C. de proba. Idem censuit Floria. in l. non est necesse, nu. 3. versic. quandoque præsens. ff. de probat.

Declarantur tamen prædicti omnes casus, in quibus præsumptio non sumitur à præsentibus ad præteritum, vt intelligatur fuit quoad veram præsumptionem, quæ transfert onus probandi in contrarium: sed verò quoad aliquam suspensionem. Ita Alciat. in d. regul. 2. præsumpt. 26. in fin. qui ait, ex qualitate negotij illam esse posse valde probabilem.

Tertium est huius disputationis caput de præsumptione, quæ sumitur à tempore futuro fuit ad alia tempora. Quo quidè in capite distingui possunt aliquot casus.

Primus est vt ex futuro præsumatur ad præteritum. Ita Bald. in l. 1. numer. 38. versic. si vis saluare. C. qui admitti. & Card. in Clem. exini. §. cum verò. de verb. signifi. Exemplum primum adferretur ex traditione ipsius Baldi, si filius bonorum possessionem sibi delatam diu tenuit, & possedit patre sciente & patiente, præsumptio ducitur ad præteritum: quod scilicet iam ab initio delationis pater adhibuerit consensum filio acceptandi eam. Qua de re differemus infra lib. 4. præsumpt. 97. vbi de bonorum possessione agemus.

Secundum exemplum adfert idem Bald. in d. l. 1. numer. 37. ver. & probatur sic. C. qui admitti. si fratres per decennium profederunt bona separatim, ex futuro isto tempore, præsumitur in præteritum: quod iam ante decem illos annos bona illa diuiserint. Quam sanè traditionem vberissime explicabimus infra lib. 3. præsumpt. 75.

Tertium est exemplum in casu d. Clem. exini. §. nos autem. ver. cum verò. de verb. signifi. Cum recipitur ingrediens religionem Minoritarum, si recipientes etiam gratis oblata bona acceptant, ex actu isto futuro præsumitur, quod iam recipientes isti animum habuerint ad ipsa bona, & quod ea de causa ingredientem receperint.

Quartum exemplum habetur apud Abbatem in c. penult. numer. 16. in fin. de frigid. & malef. cum dixit, quod si vir non potuit post aliquod tempus à die contracti matrimonij coire cum vxore, præsumitur etiam in præteritum non coiuisse.

QVÆSTIO XXV.

Temporis, vel loci diuersitas quomodo, & quando vitiet præsumptiones, ex eis ortas.

SVMMARIA.

- 1 Loci aut temporis diuersitas, non vitiat præsumptiones ex eis ortas.
2 Loci & temporis diuersitas, vitiat attestaciones testium, quando locus, & tempus non sunt de substantia.
3 Protestaciones, & præsumptiones in effectu concludere sufficit, etsi aliqua sit in accidentalibus diuersitas.

QVÆSTIO vigesimoquinta, an diuersitas temporis, vel loci, vitiet præsumptiones quæ ex eis ortas sunt, quando scilicet ipsum tempus, vel ipse locus, non est de substantia actus? Et non fuit vitiatæ respondit Gemina. in consil. 59. Dubium tale est, colum. 2. versic. sed ex præsumptionibus, quem secutus est Crauet. in tract. de antiqua. tempor. in tertia particula, quarta partis principalis, numero 17. adducti ex c. si prebenda. §. ceterum. de renuntia. in 6. Et ex simili, secundum Crauetam comprobatur, quod nec temporis, nec loci diuersitas fuit vitiatæ attestaciones testium, quando locus, & tempus non sunt de substantia: sicut regulariter non est in actibus successiuis, vt scribunt Bart. in l. ob carmen, §. vlt. ff. de testib. Roma. consil. 30. nu. 2. Imola in consil. 102. col. 2. Corn. in consil. 247. colum. 9. versic. dato autem sine præiudicio veritatis, lib. 2. Guido Papæ q. 544. Ruin. in consil. 9. nu. 10. lib. 2. & in consil. 26. numer. 5. lib. 4. Curt. iun. consil. 65. nu. 31. & Crauet. in consil. 151. col. 3. ver. est verum. Et huius sententiæ ratio est: quod testes quàm quoad ipsas præsumptiones, quia sufficit fuit probationes, & præsumptiones concludere in suo effectu, & si aliqua sit diuersitas in accidentalibus: sicut dicimus in testibus qui satis concludenter probant, si conueniunt in effectu quantum non conueniunt in corrice verborum, ita probat l. 3. in prin. ff. de testib. & l. qui sententiam. vbi Bal. C. de penis. & respondit Alex. in consil. 118. nu. 1. qui egregium adfert exemplum.

QVÆSTIO XXVI.

Præsumptio quando, & quibus casibus, præualeat proprietati sermōnis.

SVMARIA.

- 1 Sermonis proprietati præualeat præsumptio menti secundum Bald. Alia est opinio Angeli, num. 2.
2 Verba quando omnino attenduntur, coniecturata mente posthabita.
3 Verba sunt notæ earum quæ in animo sunt passionum.
4 Propositum in mente retentum, nil operatur.
5 Voluntas præsumpta quando præualeat proprietati sermōnis.
6 Voluntatem contrahentium, quàm verba potius spectari debere, quomodo accipiendum.
7 Voluntas disponentis dicitur regina, & domina, verbis, & proprietati sermōnis dominatur.
8 Testator non omnis scit proprie loqui, & proprijs verbis uti.
9 Disputatio quando nulla fiat de mente, sed ad verba solum recurratur.
10 Verbis reiectis, quando attendatur coniecturata voluntas.
11 Mens quando pro expressa habeatur.
12 Voluntas ut in mente retenta, quo casu nil operetur, & quando id non procedat. 14. & 15.
13 Dispositio quantumvis perfecta, recipit declarationem ab ipso suo conditore.
14 Voluntatem disponentis, quando iudex interpretetur.

QVÆRO vigesimo sexto, an præsumptio præualeat proprietati sermōnis, vel e contra. Bald. in consil. 452.

1 Statuto Cimitatis Mantuæ. colum. vlti. versic. ad vltimum. libro 1. respondit sermōnis proprietati præualere t præsumptio menti, quam imaginariam vocat. Angelus verò in consil. 261.
2 Punctus est in anno, colum. 3. versic. si autem nulla coniectura respondit, t quod ad indagandam testatoris voluntatem primum recurrimus ad coniecturas, nempe ad testatoris consuetudinem: ad consuetudinem patriæ: ad affectionem, seu dilectionem: ad scripturarum vicinitatem, & similes enumeratas in l. si seruis plurium. s. vlti. de lega. 1. deinde recurrimus (ait Angelus) ad sermōnis significationem. Cæterum ego hac in re, vt tota ista disputatio dilucidè explicetur, sic distinguo: atque constituo aliquot casus in multis securus traditionem Socin. in l. in ambiguo. col. vlt. ff. de reb. dubijs.

3 Primum est casus, quando t verba ita se habent, vt nec ex propria, nec ex impropria significatione adaptari possint coniecturata menti disponentis. Hoc sanè casu verba ipsa omnino attenduntur. Ita loquitur l. non aliter. de legat. 3. quam sic interpretati sunt Bartol. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & ibidem Socin. col. pen. versic. 1. conclusio. & apertius secundum Bald. in d. consil. 452. qui ob id dixit aduersus hanc sermōnis proprietatem nil obesse mentem testatoris imaginariam. Et idem responderunt Alexan. consil. 55. numer. 8. libro 3. & melius in consil. 139. num. 5. lib. 6. ibi. num. 6. eiusdem opinionis recenset & Castren. in consil. 351. Præsens casus lib. 1. & in d. l. in ambiguo, vbi etiam Socin. in quinto notab. Castrensem sequitur. Idem respondit Crau. consil. 161. nume. 131. quos securus sum in consil. 97. num. 41. Quare voluntas illa huic proprietati repugnans, nulla & inutilis redditur. Sicuti respondit præcitate loco Alexand. & idem affirmarunt Socin. in l. vbi est, in quinto notab. ff. de condic. & demonstr. & Crauer. in consil. 188. colum. 2. Eandem sententiam secutus est Iason in l. 3. colum. 2. versic. secundo intellige. C. de liber. præter. cum dixit mentem testatoris attendi, si verba saltem secundum impropriam significationem ei conuenire possunt. Ea est huius sententiæ ratio, quia verba sunt notæ earum, quæ sunt in animo t passionum, l. Labeo. s. idem Tubero. ff. de sup. leg. Qua de re copiosè differui supra. Extenditur hic casus, vt procedat etiam quando quis veller probare aliam fuisse disponentis mentem, quæ tamen ex verbis ipsi, nec ex ipsa coniecturata dispositione colligi potest. Nam adhuc ipsi proprietati verborum standu est, reiecta mente illa extrinsecus probata. Ita docuit Soci. in d. l. in ambiguo, colum. vlt. versic. octaua conclusio. ex sententia gloss. in l. Labeo. in ver. ex communi usu. de supp. legat. & Baldus in cap. 1. de controuer. inuestituræ. Ea est ratio, quia hæc dicitur quoddam propositum in mente t retentum, quod nil operatur iuxta l. quidam cum filium. de hered. instit. & declarat idem Socin. in d. l. in ambiguo. in 5. notab. Declarat hunc casum secundum Socin. in d. l. in ambig. col. vlt. versic. nona conclusio.

4 Secundus est casus, quando t verba ex impropria saltem significatione adaptari possunt ad coniecturam men-

tem disponentis: Hoc casu præsumpra hæc voluntas præualeat ipsi proprietati sermōnis. Ita respondit Alex. in d. consil. 139. numer. 5. lib. 6. sic etiam declarat post Bartol. ibi. Com. in consil. 273. num. 6. lib. 4. Socin. in d. l. in ambiguo. colum. vltim. versic. secunda conclusio. ff. de reb. dubijs, qui eiusdem opinionis recenset Baldum in l. cum virum. C. de fideicommiss. & in c. secundo requiris. de appella. Idem docuit Ias. in d. l. 3. colum. 2. versic. secundo intellige. C. de liber. præter. Sic intelligi & declarari potest, quod scribunt Decius, & cæteri in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. cum dicunt esse magis spectandam voluntatem contrahentium, quàm eorum verba. Hoc sanè intelligitur; quando impropriando t verba illi voluntati possunt adaptari. Ita & Hiero. Gabriel. in consil. 114. numer. 7. qui post Corneum supra citatum scripsit, etiam si magna sit impropriatio. Nam tunc impropriatis verbis, mens ipsa coniecturata attenditur, & hoc illud est, quod dicimus, disponentis voluntatem esse semper seruandam, & magis attendi quàm ipsa verba: quia voluntas t dispositio dicitur regina, & domina: dominatur enim verbis, id est proprietati sermōnis, l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonstr. & multis comprobatur l. in l. 3. nume. 1. C. de liberis præter. & alijs multis exornant Parisius in consil. 90. num. 11. & n. 14. li. 2. Soci. lun. in consil. 85. n. 7. li. 1. & in consil. 160. n. 64. li. 2. & Crauer. in consil. 221. num. 7. Cæteras sciens prætereo. & accedit, quod non omnis t testator scit proprie loqui, & proprijs verbis uti. d. l. non aliter. s. 1. de legat. 3.

Tertius est casus, quando ex aliquibus coniecturis non constat de mente & voluntate disponentis: & verba ipsa habent significationes proprias & improprias, & hoc sanè casu t nulla est disputatio de mente ipsa, ex quo de ea non apparet ex aliquibus coniecturis & præsumptionibus, & propterea ad solam verborum significationem recurrimus. Ita verò loquitur Angel. in d. consil. 261. colum. 3. versic. si autem nulla coniectura. Et hoc in casu ipsa sola propria verborum significatione attenditur. Sic etiam intelligi, & declarari potest l. non aliter. ff. de legat. 3. quam sic vult interpretari.

Quartus est casus, quando verba adeò sunt ambigua, & obscura, vt nullus inde certus sensus colligi possit: & ex coniecturis alijs, colligitur disponentis mens, & voluntas. Hoc sanè casu, t reiectis verbis attendimus eam coniecturam voluntatem. Ita sentit Socin. in d. l. in ambiguo. colum. vlti. versic. quinta conclusio. Cum dixit, quod quando voluntas, & mens disponentis non apparet per verba, sed præsumitur: illi præsumptioni statim, l. quatuor. s. 1. ff. de hered. instit. l. cum proponatur de legat. 3. & l. cum auius. ff. de condit. & demonstr. Et sub hoc casu comprehenditur potest & illa conclusio eiusdem Socin. in d. l. in ambiguo, col. vlt. versic. tertia conclusio. dum scripsit, quod quando de mente non constat per verba t seu sequitur mens ad aliud dispositum expressum: illa mens pro expressa habetur iuxta l. iam hoc iure. de vulga. Est sanè eadem conclusio hæc cum iam statim relata: cum hoc, quod sequitur ad expressam, proueniat ex coniecturata mente disponentis.

Extenditur hic casus vt locum habeat etiam, quando illa mens coniecturata esset erronea, tolerabilis tamen: Nam adhuc illi statim. Ita Socin. in d. l. in ambiguo. col. vlt. versic. quarta conclusio. ex l. Titius. s. Lucius. ff. de libe. & posthum. & l. vlt. C. de posthum. hered. insti.

Quintus est casus, quando de mente & voluntate nullo modo constare potest, nec ex verbis, nec ex coniecturis. Hoc sanè casu t habetur hæc voluntas, vt in mente retenta: & ideo nil operatur, l. quidam cum filium. ff. de hered. instit. vbi Bald. & Imola, & declarat Socin. in d. l. in ambiguo. in quinto notab. de reb. dub. quo loci recenset Castren. in consil. 185. Supra scriptus egregius consistor, numer. 2. libro 2. Ita idem Castren. in consil. 351. Præsens casus, libro secundo. qui respondit, quod si pater substituit filio, si decesserit sine filiis masculis, si decedit solummodo cum feminis, non excluditur substitutus: quandoquidem quo ad feminas nil pœnitit a testatore dispositum fuit. Et Castrensem secutus est Alexand. in consil. 136. numero 6. libro 6. Eandem sententiam probarunt Ias. in l. 3. col. 2. versic. limita prædictam. C. de liber. præter. Curt. sen. consil. 46. sepè reuocata. colum. 11. Paris. in consil. 60. num. 6. lib. 2. Cæteros de industria prætereo.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat t quando ex casu superuenienti colligitur præsumptio & coniectura, quod si is dispones de eò cogitasset, ita disposuisset, talis mēs coniecturata attendi debet, iuxta l. tale pactum. s. vlt. ff. de pact. Ita declarat Socin. in d. l. in ambiguo, col. vlt. versic. 5. conclusio, & vberius suo loco dicam.

Declaratur secundo, vt non procedat hic casus, quando ipsemet disponens asseruit, se quicquid aliquid, super quo

quo volebat disponere. Nam his verbis dicitur probata mens ipsius disponentis: & illi declarationi est standum. Ita scribit Socin. in d. l. in ambiguo, col. vlt. versic. septima conclusio, ex l. cum proponatur, de leg. 3. Ea est ratio, quia t dispositio quantumvis perfecta recipit declarationem ab ipso suo conditore, l. heredes palam, s. sed est notam. ff. de testam. & ibi notant Bart. & cæteri.

Sextus & vltimus est casus, quando voluntas disponentis t fuit quidem expressa, sed verbis adeò dubijs, & obscuris, vt intelligi nequeat, quid disponere voluerit. Hoc in casu recurrendum est ad interpretationem iudicis. Ita tradit Socin. in d. l. in ambiguo. colum. vlt. versic. decima declaratio, de reb. dub. ex l. cum in testamento. ff. de reb. dub. & l. voluntas, C. de fideicom. Iudex autem (ait Socin.) declarabit ex illis coniecturis, quæ colliguntur ex l. si seruis plurium, s. vltim. de lega. 1. de quibus diximus supra quæst. 25.

QVÆSTIO XXVII.

Præsumptio an dici debeat interpretatio.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio secundum Bald. interpretatio dicitur.
2 Interpretatio illa dicitur, quæ ex verbis colligitur, & voce ad animi affectus declarandos. Idem dicendum est de præsumptione.
3 Constat tamen differentiam Alciat. nu. 4.

QVÆRO vigesimo septimo, an præsumptio dici debeat interpretatio? Et interpretationem t dici, scripsit Bald. in rub. extr. de præsumpt. num. 4. quem secutus est Camillus Gallinius, Cuius & aliquando Collega meus, quem ob singularem eius eruditionem, & humanitatem summopere semper dilexi, is inquam in doctissimis Commentarijs de verb. signif. lib. 5. ca. 18. num. 2. Et hanc quidem sententiam probauit Bal. l. si socius pro filia. ff. pro soc. ibi, sic nobis interpretantibus. vbi Papin. mentem sociorum in dotanda filia, appellat interpretationem: cum verè sit coniectura, & præsumptio, qualis scilicet fuerit sociorum voluntas, sic & in l. cum pater, in princ. & in l. inter socerum, s. cum inter. ff. de pact. dotal. Et quem admodum interpretatio t illa esse dicitur, quæ ex verbis, & voce colligitur, ad declarandos animi affectus, auctore Aristoteli, lib. 1. Peri Hermenias, sive de interpretatione, cap. 1. sic etiam t præsumptio, & coniectura illa esse dicitur, quæ (vt demonstrauimus supra) defumitur ex verbis, & factis, aliisque signis ad significandum quid aliquis tenferit. Cæterum Alciatus in l. sciendum. nu. 3. ff. de verb. oblig. differentiam constituit inter præsumptionem & interpretationem: nam, si rectè perpendimus, verus est illam esse præsumptionem de qua loquitur Alciatus: sicuti explicabimus infra lib. 3. in præsumpt. 132.

QVÆSTIO XXVIII.

Qui in colligendis atque ducendis præsumptionibus ex hominis dispositione, ordo seruandus sit, ordinata & diligens tractatio.

SVMARIA.

- 1 Ordo an & quis obseruandus in præsumptionibus, ex hominis dispositione colligendis.
2 Ordo scripturæ in dubio obseruandus.
3 Consuetudo patrisfamilias, coniecturam præbet. Et quæ dicatur illa consuetudo secundum Accurs. n. 4. reprobata eius opinione, num. 5.
4 Voluntas hominis obscura non minus factis quàm verbis significatur.
5 Consuetudo patriæ coniecturam facit.
6 Consuetudo patrisfamilias, repugnans consuetudini patriæ, spectanda magis & præferenda.
7 Mens patrisfamilias disponentis indicium præbet, & quomodo ea interpretetur secundum Accursium, cuius tamen opinio reijctur.
8 Dignitas legatarij coniecturam & præsumptionem præbet.
9 Legatum præstat ex consuetudine illius loci, cui factum est.
10 Charitas disponentis vel dilectio, coniecturam facit.
11 Consanguinitas vel sanguinis necessitudo præsumptionem præbet.
12 Dignitatem legatarij cur dilectioni, & dilectionem cur consanguinitati præferunt Iulianus, & nu. 15.
13 Dilectio, & amor impellit magis, quàm ipse sanguis.
14 Amicitia propinquitati, & gratia necessitudini, præter quàm in

- 18 Coniunctio & beneuolentia de iuribus christiane homines.
19 Præcedentia & sequentia præbent coniecturam.
20 Vicinitas scripturarum qualis fuerit, disponentis voluntas indicat.
21 Coniectura sumpta à verbis præcedentibus, diuersa est ab ea, quæ sumitur à subsequentibus.
22 Coniectura ducta à verbis præcedentibus, præferitur ei quæ sumitur à subsequentibus.
23 Præcedentia insunt facilius in sequentia, quàm è contrario.
24 Clausula præcedens fortior est vt determinet sequentia, quàm è conuerso.
25 Proueniens ab antecedenti magis debetur sequenti quàm è contrario.

QVÆRO vigesimo octauo, an in colligendis coniecturis & præsumptionibus ex hominis dispositione obseruandus sit ordo aliquis? Et esse t obseruandum significat Iulianus in l. si seruis plurium, s. vlt. de lega. 1. Cum ad coniecturandum obscuram testatoris voluntatem, ex ordine coniecturas præsumptionisque colligit. Et eo loci annotat Accursius ordinem illum obseruandum esse, quod & scripsit Boer. qu. 158. num. 13. Et receptam esse opinionem docuit Ias. in d. s. vlt. num. 2. Cuius quidem sententiæ ea est ratio, quod t in dubio scripturæ ordo seruandus est. s. inordinatum, in aut. de hered. & Falcid. Quo citè errauit Castren. in d. s. vlt. dum scripsit ordinem illum obseruatum à Iuliano, non satis iure probari, cum prius (ait Castrensis) sit recurrendum ad scripta præcedentia, & sequentia, quàm ad consuetudinem regionis, & ipsius disponentis. Qua de opinione dicam statim. Hoc itaque ordine præsumptiones, & coniecturas, voluntatis testatoris colligit Iulia. Et primo, ex consuetudine t ipsius patrisfamilias coniectura ducitur, & idem asserit Vlpia. in l. nummis, de leg. 3. Numis (inquit) indistinctè legatis, hoc receptum est, vt exiguiore legati videantur: si neque ex consuetudine patrisfam. neque ex regione, vnde fuerit, neque ex contextu testamenti possit apparere. Hanc autem patrisfam. consuetudinem interpretatur t Accurs. in d. s. vlt. esse consuetudinem loquendi, non autem vtendi. Quam sanè interpretationem minus veram opinor: Nam & ab ipsa consuetudine vtendi, coniectura fumitur in declaranda obscura testatoris voluntate, vt in l. ex usu. ff. de tritico, vino & oleo legat. Ex usu (inquit Hermogenianus) testatoris legatum æstimabitur, id est, quod annorum vino, pro vetere vtatur. Et Eburnius Valens in l. cum alimenta, ff. de alimen. & cibar. lega. cum de alimentis obscurè legatis ageret, respondit, ante omnia inspiciendum esse, quæ defunctus solitus fuerit ei prætare. Et aliàs admonui obscuram hominis t voluntatem non minus factis quàm verbis significari, l. si tamen. s. ei. ff. de edil. edict. Et manifestè ad rem docuit Bart. in l. cum certum, numer. 1. de tritico, vino, oleoque lega.

Secundo spectari debet t consuetudo patriæ, inquit Iulianus. Et Paulus in l. cum de lanionis, s. item cacabos, in fine. ff. de fundo instrutto, & instrum. lega. cum dubitaret, quæ appellatione instrumentorum fundi continerentur, ex Pedij sententia respondit, esse prius spectandum, quid testator demonstrare voluerit, deinde in qua præsumptione sint, qui in quæque regione commorantur. Præsumptionem eo loci interpretatur Accursius consuetudinem, regionis tamen ego intelligo. Hactenus rectum ordinem obseruauit Iulianus, Iure equidem ipsius disponentis usus & loquendi consuetudo specialis, præferri debuit consuetudini patriæ, quæ generalis est, id quod probat & l. heredes palam, s. si quid post. ff. de testam. & ibidem Castren. num. 5. & Arer. num. 9. sentit Iason in d. l. si seruis plurium, s. vltim. num. 2. versic. & sic vult text. de leg. 1. & apertius scripsit Bald. in l. si certis annis, num. 9. in fin. C. de pact. Ange. in consil. 261. Punctus est in anno, col. 3. versic. si autem nulla, idem in l. 2. in fin. C. de iure emphyt. Rom. singu. 674. & Euerardus in centuria legali in loco ab ordine, num. 7. versic. hinc etiam est, idem in loco ab usitato, in fin. Qua ratione fit, vt si consuetudo patrisfamilias t repugnaret consuetudini patriæ, illa patrisfam. consuetudo spectanda magis esset, atque ita alteri erit anteferenda. Ita sentit Alex. in consil. 24. col. 2. lib. 5. & Deci. in l. semper in stipulationibus. nu. 8. de reg. iur.

Tertio (ait Iulianus) spectanda t est mens ipsius patrisfam. disponentis. Quæ sanè verba interpretatur Accursius pro ea mente, quæ colligitur ex præcedentibus, & sequentibus. Quæ quidem interpretationem reijctur, & reiectè, cæteri ibid. nempe in d. l. si seruis plurium, s. vlti. vbi Iason. nume. 1. in fine scribit, aduersus Accursium esse receptam sententiã. Non enim hæc verba, sed & mens patrisfam. referuntur ad illa, itè earū, quæ præcedunt, & c. cū posteriora hæc spectem vnam coniecturæ per se (vt mox dicemus) signifi-

cent. Est ergo dicendum verba hæc, sed & mens patrisfam. &c. esse verba quædam generalia, coniecturam in specie non habentia, ut sunt & illa l. cum de lanionis, s. item cacabos, in fin. ff. de fundo instr. & instr. leg. ibi, sed in primis, quid testator demonstrare voluerit. Quocirca inter speciales præsumptiones & coniecturas ab Accursio & sequacibus connumerari non meruit.

Quarto (ut hunc Accursii & aliorum ordinem sequar) ducitur coniectura & præsumptio ex dignitate (ait Iulianus) legatarii, sic que illius personæ, in quam ipsa dispositio confertur, id quod etiam perbonat. l. sed & si suscepit, s. sed & si proponas, ff. de iudiciis, quo loci Vlpia. interpretatur relicta fuisse multo plura bona quam aliâ essent ob personæ legatarii qualitate. Quod responsum declarabimus infr. lib. 4. post Decium, conf. 290. in fine. & Crauet. de antiquit. tempor. particula septima, primæ partis principalis, nume. 4. Huc etiam pertinet text. l. Titia, s. ult. ff. de auro & argen. leg. qui ita à nostris passim allegari solet favore religionis, cui factum fuit legatum, illud extendi. Verum mihi magis probatur ille sensus, legatum præstari debere & ex consuetudine illius loci, cui factum est. Sicuti post alios scribunt Tiraquel. in tract. de priuileg. pie cause, priuileg. 25. & Gomez. in s. ex maleficiis, num. 53. Infr. de actio. & vberius explicabimus infr. lib. 4. præsumpt. 106. num. 4.

Quinto ducitur ex ordine coniecturæ & præsumptio à charitate, hoc est à dilectione ipsius disponentis (ut Iulianus ait.) Nam hæc dilectio præsumptionem, post iam relatas, facit. Huc pertinet quod ait Scæuola in l. Aurelius, s. Titius, ff. de libera. legat. Præsumptio enim (inquit Scæuola) propter naturalem affectum, facit omnia patri videri concessa. Qua de re abundè differemus infr. lib. 4. præsumpt. 80. & à dilectione ac charitate argumentum ac coniecturam ducunt Ang. in conf. 261. Punctus est, in anno, col. 3. vers. si autem. & Afflic. decis. 44. num. 27.

Sexto (ait Iulianus) necessitudo & spectanda est, hoc est consanguinitas. Hæc equidem coniecturam facit, ut legatum certo modo debeat. Et de necessitudine hac intelligi etiam potest d. l. Aurelius, s. Titius, ff. de lib. leg. Et ad rem confert. l. Procula, ff. de proba. Qua de re dixi etiam supr. q. 14. Sed hic mirum videri potest, quod Iulianus consanguinitati anteponat charitatem, arque ita dilectionem, & dilectioni præferat legatarii dignitatem, cum tamen sanguinis vinculum cæteris maius videatur. Siquidem Iuricons. ait in l. iura sanguinis, de reg. iuris. sanguinis iura dirimi non posse.

Ego ea ratione & ita à Iuliano opinor, seruatum, quod cum dignitas legatarii consideratur, in eo concurrat etiam dilectio, tacite saltem, iuxta l. nec adiecit, ff. pro socio. ac cum charitatem perpendit Iulianus, dignitatis, quæ tunc non adest, rationem non habet. Nil mirum ergo, si charitati antefertur dignitas. Maius dubium habet, quod coniecturam à consanguinitate ductam, postponat coniecturæ sumptæ à dilectione charitatæ. Crediderim id factum & quod dilectionis vinculum soli vinculo consanguinitatis maius sit, cum & dilectio amorque is sit, qui magis impellit quam ipse sanguis. Hinc Plato ac etiam Moles (ut in illius vita à Plutarcho memoratæ est proditum) pro cuiusque voluntate concessit, hæredem sibi constituit. Ex quo, (ait Plutarcho) vix sunt anteferre in bonorum successione amicitiæ & propinquitati, & gratiam necessitudini, præterquam filiorum, quos excipiunt. Et rem hanc nostram optimè confirmat egregia hæc verba M. Tulij lib. 1. offic.

Sanguinis (inquit) coniunctio & benevolentia deuincit charitate homines. Magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eisdemque uti sacris, sepulchra habere communia. Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmitior, quam cum viri boni moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Et apertius idem Cicero in Lælio ita scribit: Ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicicia non potest. Sublata enim benevolentia, amicicia nomen tollitur, propinquitatis remanet. Ergo illud, in quo necessario benevolentia permanet, anteponendum est ei, à quo benevolentia remoueri pote. Quibus quidem verbis manifestè docet Cicero propinquitati amicitiæ anteferri. Quocirca rectè diuus Ambrosius, libro de officiis ita scribit. Plerumque (inquit amici se potius benevolentie quisque committit, quam fratris necessitudini. Rectè igitur Iulianus coniecturam ex charitate & dilectione, prætulit coniecturæ ex propinquitate. Hoc & alibi obseruatum legitimus amicam cognato anteponi ab Vlpiano, in l. sed plures, s. in arrogato, ff. de vulg. & pup. sub. in illis verbis, ut putat, si arrogatoris amicam, vel cognatus est aliquid reliquit. Et Scæuola in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. in illis verbis, amici mei & cognati. Ita etiam Vlpian. in l. affectionis, ff. de donat. ita respondit. Affectionis gratia, neque honestæ, neque inhonestæ donationes sunt prohibitz. Honestæ erga benemerentes amicos, vel necessarios.

Septimo loco coniecturam vult duci Iulianus in d. l. si

seruus plurium, s. ult. de leg. 1. ab his, & quæ præcedunt, vel quæ sequuntur. Hæc enim (subiungit eo loci Accursius) vicinitas & scripturarum significat, qualis fuerit disponentis voluntas. Eandem sententiam probat Vlpianus in l. hæredes palam, s. sed & si notam, ff. de testam. in illis verbis. Vtique placet coniecturam fieri eius quod reliquit, vel ex vicinis scripturis. Est simile quod idem Vlpia. scribit in l. qui filius, in princ. de leg. 1. Cuius verba adscripti. Qui filius legauit, si mentionem aliqua parte testamenti de posthuma facit, videtur in filiarum legato & de posthuma sensisse. Et Papin. in l. cum pater, s. cum imperfecto, ff. de leg. 2. ait, ex verbis antecedentibus, & subsequenter, orationem obscuram, ob sui imperfectationem declarari. Confert & l. quousque, vbi gloss. C. fam. l. r. c. Et hæc est ab omnibus probata sententia, coniecturam scilicet voluntatis, fieri à scriptis ante vel post. Sicuti egregiè scripserunt permulti, ut Afflic. decis. 44. nume. 27. & decis. 275. nume. 2. Parisius conf. 94. nume. 48. lib. 1. Socin. iun. conf. 186. numero 12. lib. 2. & Crau. conf. 226. nume. 6. & declarat Iason. in l. qui filius, in princ. col. 1. 2. & d. l. si seruus plurium, s. ult. num. 3. 4. de leg. 1. & suo loco nos vberius. Cæterum Paulus Castrenf. in d. l. si seruus plurium, s. ult. de leg. 1. existimauit, hanc coniecturam esse iam relatis antefendam, ex d. l. cum pater, s. cum imperfecta, de leg. 2. qui mea quidem opinione nil vrget, cum de sola hac ipsa coniectura Papinianus loquatur, nec comparat eam alteri, imò ipsemet Papinia. in ea ipsa l. cum pater, s. pen. scripsit, scripturæ ordinem obseruandum esse. Magis vrget l. hæredes palam, s. sed & si notam, ff. de test. quo loci ita scribit Vlpianus. Vtique placet coniecturam fieri eius quod reliquit, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patrisfam. vel regionis. Verum Aretinus eo loci in d. s. sed & si notam, in 5. nota. satisfacit, quod scilicet is ordo Vlpiani non sit spectandus, sed iste Iuliani, ut plenior. Imò ipsemet Vlpianus in l. nummis, de leg. 3. cum paulo exactius coniecturas has recenseret, hanc ipsam ductam à præcedenti & sequenti scriptura posteriore loco collocauit. Quocirca aduersus Castrensem senserunt cæteri omnes, ut asserit Iason. in d. l. si seruus plurium, s. ult. n. 2. de leg. 1.

Illud autem hic præter Accursium & cæteros cenfeo animaduertendum, Iulianum in d. s. ult. in illis verbis. Cum earum, quæ præcedunt, vel quæ sequuntur summarum, scripturæ sunt spectanda, duas & coniecturas facit. Vna est à verbis antecedentibus, altera est à verbis subsequenter. Quas non separatas coniecturas male tantum vnâ miscuit, & vnâ solam faciunt. Concedo vnâ tantum esse posse coniecturam, cum verba subsequenter præcedentibus conueniunt. At quando vel diuersa vel pugnantia sunt, dux sumi possunt coniecturæ, vna alteri repugnans.

Illam tamen, quæ & ducitur à verbis præcedentibus, alteri, quæ sumitur à subsequenter anteferri debet. Nam & hoc Iuliani ordo significat, ac etiam obseruatum est à Papiniano in l. cum pater, s. cum imperfecta, de leg. 2. Et ratio ipsa suadet, quod facilius præcedentia & influunt in sequentia, quam è contra. Quocirca dicere solemus, quod clausula & præcedens potentior & fortior est, ut sequentia determinet, quàm è contra. l. quisquis, vbi gloss. de leg. 3. & scripsi post Bart. & alios lib. 2. de arbitrariis iudicium, casu 64. numero 19. & ibi numero 20. dixi cum Bartolo, quod ab antecedenti provenit, magis debetur sequenti, quàm è contra. & ad rem scribit plura Tiraquel. de retract. consang. s. 1. gloss. 14. n. 24. Et ad rem aliqua dicemus infra subsequenti libro in præsum. 82.

QVÆSTIO XXIX.

Præsumptio vna validior & firmitior altera, quæ dicatur, copiosè declaratur.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio legis, quando aut quo casu validior sit præsumptio ne hominis.
2 Præsumptionem legis cum præsumptione hominis concurrentem, index vtram velit, iudicabit aut arbitrabitur potentior.
3 Præsumptio faciens consistere & valere actum, creditur firmitior ac cæteris potentior.
4 Præsumptio promouens ex substantia, præualebit ei, quæ descendit à solemnitate.
5 Præsumptio benignior, iudicatur potentior.
6 Coniectura communi iuri adhaerens, firmitior reputatur ea quæ iuri speciali nititur.
7 Præsumptio specialis, generalis est potentior.
8 Præsumptio magis specialis, alteri speciali præualet.

- 9 Præsumptio accidentalis, debilior est naturali.
10 Coniectura magis verosimilis, validior est.
11 Præsumptio pro reo firmitior est ea quæ pro actore fit.
12 Coniectura descendens à quasi possessione, potentior est ea, quod quælibet res præsumatur libera.
13 Negatiua præsumptio, fortior est affirmatiua.
14 Causa & qualitas negatiua est potentior.
15 Præsumptio in ratione naturali fundata, potentior illa dicitur, quæ in ratione civili.
16 Coniectura quæ vitantur absurda & inæqualia, firmitior est & validior.
17 Præsumptio ducta à factis, firmitior est ea quæ sumitur à non factis.
18 Præsumptio consulens & fauens salutem animæ, præualeat ei quæ dicitur de iure non præsumi.
19 Excommunicatus semel, adhuc præsumitur excommunicatus, si magis animæ sit consultum.
20 Pars pro salute animæ tutior amplectenda.

QVÆRO vigesimo nono, quantum altera ex pluribus diuersis, vel contrariis præsumptionibus & coniecturis eodem in actu concurrentibus, validior ac potentior sit? Hanc quæstionem retuli in commentariis de arbitrariis iudicium, lib. 2. casu. 472. ibique satis diligenter explanauit. Verum cum post impressos illos labores nonnulla occurrerint, non grauabor paucis iam scripta hic repetere, & reliqua addere. Hæc disputatio altero de duobus modis intelligi potest: Primo quando specialis præsumptio à lege approbata, repugnaret præsumptioni hominis.

- 1 Hoc in casu dubium non est, legis & præsumptionem esse validiorem: sicuti in specie respondit Curt. iun. in conf. 35. nume. 6. Secundo modo, quando agitur de duabus præsumptionibus, vel iuris, vel hominis inter se.
2 Hoc casu relinquuntur iudicis arbitrio & iudicandum, quæ sit potentior & firmitior, quemadmodum scripsi in d. casu 472. nume. 1. ex sententia Abbatis in c. cum R. numero 5. de elect. Nunc addo eundem Abb. in c. accedens, nume. 4. de crimine falsi, & Euerard. in centuria legali in loco à verisimili, nume. 14. Porro hic ego commemorabo quæ à nostris soleant iudicari potentiores firmioresque, præsumptiones: sicuti retuli in d. casu. 472. & illis alias adiungam.

Primo illa præsumptio & coniectura creditur cæteris potentior, & quæ actum valere & consistere facit. Ita multorum auctoritate scripsi in d. casu 472. nume. 2. & copiosius dissertam infr. lib. 6. in præsumpt. 2.

Secundo illa præsumptio quæ à substantia provenit, dicitur potentior illa & quæ descendit à solemnitate. Ita scripsi in d. casu 472. ex sententia Hieronymi Butrigelæ, nunc illi accedunt Alex. in l. non codicillum, nume. 1. C. de testam. & Alciat. in l. 1. s. si quis ita, nume. 31. in fin. ff. de verbo. oblig. adducti eo textu l. non codicillum, quem etiam explicabimus infr. lib. 4. in præsumpt.

Tertio illa præsumptio & coniectura iudicatur potentior, & quæ est benignior. Ita scripsi in d. casu. 472. nume. 7. auctoritate Batt. qui nunc accedunt Castrenf. in i. 2. nume. 7. C. qui testam. facere poss. & Accialup. in l. omnes populi, nume. 39. ff. de iust. & iur. & simili comprobauit in d. casu 472. numero 8. & 9.

Quarto illa præsumptio & coniectura iudicatur firmitior & potentior, quæ & iuri communi inheret: & illa debilior quæ iuri speciali. Ita, multorum auctoritate scripsi in d. casu. 472. nume. 11.

Quinto illa præsumptio & coniectura potentior & firmitior existimatur & quæ est & specialis, & illa debilior, quæ generalis: sicuti copiosè post multos scripsi in d. casu. 472. nu. 14. & illis multis auctoribus accedunt nunc Natta in conf. 164. nume. 8. lib. 1. Riminald. iunior in l. precibus, nume. 417. C. de impub. & alijs sub. s.

Sexto illa præsumptio & coniectura est potentior, quæ est magis specialis, si enim dux præsumptiones in specie concurrunt, sed vna est altera specialior, & hæc alteri præualeat. Ita scripsi in d. casu 472. nume. 16. vbi similibus comprobauit.

Septimo illa præsumptio & coniectura est firmitior & potentior & quæ est naturalis, & illa debilior quæ est accidentalis. Ita auctoritate Baldi & Crauetæ scripsi in d. casu. 472. nume. 19. Illis nunc addo Parisium in conf. 73. nume. 62. lib. 2. & Natta in conf. 42. nume. 11. lib. 1. Non hic repetam declarationes & similia, quibus nunc explicauit traditionem, in d. casu. 472. legi facile illo in loco possunt.

Octauo illa præsumptio & coniectura est validior, & potentior, & quæ verisimilitudini magis conuenit. Ita scripsi in d. casu. 472. nume. 22. auctoritate Francisci Bruni & similibus comprobauit.

Nono illa præsumptio & coniectura iudicatur firmitior

& potentior, quæ est pro reo, quàm illa quæ est pro actore. Ita auctoritate Crauetæ scripsi in d. casu 472. nume. 25. Nunc eiusdem sententiæ addo Curtium iunior in conf. 90. numero 2. Alciatum in tract. de præsumpt. regu. 2. præsumt. 21. in fin. & Blancum in practica criminali, in verbo, his sic præmissis nume. 5. & fofius differemus infra lib. 2. in præsumpt. 90. vbi explicabimus l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.

Decimo illa præsumptio & coniectura quæ & descendit à quasi possessione est potentior illa, quæ est, quod quælibet res præsumatur libera. Ita scripsi in d. casu 472. numero 16. & in commentariis de retinenda possessione, remedio 5. numero 53.

Vndecimo illa præsumptio & coniectura est potentior & firmitior & quæ est negatiua, illa quæ est affirmatiua. Ita 13 post multos scripsi in d. casu 472. in fin. vbi comprobauit eo simili, quo dicimus, causam & qualitatem negatiuam esse affirmatiua potentior.

Duodecimo illa præsumptio & coniectura iudicatur potentior & firmitior, quæ & est fundata in ratione naturali, illa & quæ est fundata in ratione civili. Ita pocuit Socin. in l. si mulier, in 3. notab. ff. de reb. dubis.

Decimotertio illa præsumptio & coniectura existimatur firmitior & validior & quæ absurda & inæqualia vitantur. Ita 16 docuit Vbertinus Zuchard. in rubr. si certum. per. n. 51.

Decimoquarto illa præsumptio & coniectura, quæ ducitur à facto, est firmitior & potentior ea quæ sumitur à non factis. Ita Abb. in c. veniens, nume. 7. de filiis presbyt. & Alciat. in resp. 525. n. 11.

Decimoquinto & vltimo, illa præsumptio & coniectura, & quæ fauet animæ, sicque salutem æternam, potentior & firmitior est illa, quæ dicitur delictum non præsumi, iuxta l. meriti, ff. pro socio. Ita respondit Anchar. in conf. 179. ad finem, quem secuti sunt Deci. in c. in presentia, in discedimus notab. in fin. de probat. & Gomez. in tract. de gratiis & expectatiuis, nume. 90. Et accedit Salicet. in l. siue possideris, in fin. C. de proba. cum dixit, quod semel excommunicatus, adhuc & præsumitur excommunicatus, ut animæ magis consultum sit. sic & Capolla in tract. de simulatione contractuum, nume. 110. scripsit, in dubio recipiendam esse partem tutiorem & pro salute animæ. Idem censuit Alciatus in tract. de præsumptionib. reg. 3. præsum. 5. n. 3.

QVÆSTIO XXX.

Quando vna præsumptio alteram tollat, & diluat.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio altera validior, debiliorem perimit.
2 Præsumptio tollit suspensionem, cum hæc multo illa sit debilior.
3 Verisimilitudo potentior, tollit minus potentem.
4 Iudicium vnum tollit aliud.
5 Præsumptio plurimum valida, perimit ac diluit plures infirmiores aut debiliores.
6 Præsumptio hominis validior, tollit præsumptionem legis debiliorem.
7 Masculinum ex dispositione legis femininum concipit, & quæ ab ea dispositione recedamus.

QVÆRO trigesimo, an vna præsumptio alteram tollat & diluat? Hæc iuris quæstio, quæ fuit à superiore, ab ea etiam dissolui satis potest. De industria tamen eam hic in specie, & separatim pertractare volui, quo res reddatur clarior. Et dicendum est sine controuersia, vnâ præsumptionem altera validiorem, & perimere debiliorem illam. Sicuti clarè probat l. diuus, ff. de in integr. restit. & ibi glo. in verbis, existimari, & non solam, ff. de ritu nuptia, l. qui autem, s. non simpliciter, ff. si quis omis. caus. testam. & l. mater, C. de calum. & ibi Ange. & Salic. l. 1. in fin. C. qui & aduer. quos, c. transmissa, qui fil. sint legit. Alciat. respons. 684. nu. 5. Curt. iun. eqs. 35. nume. 6. & scribit Bald. in rub. extra de præsumpt. nume. 1. Guido Papæ in tract. præsumptio. nume. 32. alios plures recenset Marfil. in l. 1. s. diuus, nume. 28. ff. ad leg. Corn. de sicar. Soc. iun. conf. 76. nume. 66. lib. 1. Gram. conf. 13. nume. 7. in criminalib. & voto 3. nume. 13. Zuchard. in rub. ff. cert. per. nume. 51. & Boer. qu. 211. nume. 18. & Craue. in tract. de antiq. temp. in 4. part. n. 21.

Ita etiam dicimus multo fortius & præsumptionem tollere suspensionem, ut respondit Decius conf. 575. nume. 5. ea ratione, quod suspicio est multo infirmior & debilior ipsa præsumptione: id quod comprobatur etiam dictis supra.

Et quod de præsumptione dictum est, procedit etiam in coniecturis (si modo à præsumptionibus coniecturæ

Bald. de iuris præsumptione, & citando l. licet Imperator. de lega. 1. & illi familia, sentit præsumptionem iuris esse manifestam veritatem. Idem affirmat Ias. in l. licet Imperator, n. 13. de leg. 1. in consi. 25. num. 2. in fin. lib. 1. Brun. in tract. de constit. par. 3. in verbo, probatio. §. 21. & 91. Grat. cons. 54. numer. 52. lib. 1. Paris. cons. 80. num. 15. & cons. 97. num. 6. lib. 1. Crau. cons. 6. num. 42. Tyraq. inquam, in verbo, donatio, num. 158. C. de reuoc. donat. Ferat. caut. 5. numer. 3. & caut. 16. nume. 6. & copiosè Rol. à Valle in tract. de lucro dotis, q. 75. num. 22. 23. & 24. & Afinius in commentariis ad statuta Florentiæ. §. 9. cap. 2. qui ob id scribunt locum habere in statutis, in quibus verba propriè intelligi debent, ut inf. attingemus. & verè hæc sententia iure optimo probatur. nam lex verè & propriè probatum esse existimat, Caium esse Sempronij filium, cum probatum excuit, Caium illum natum esse in domo Sempronij scientibus vicinis, ac melius securo tractatu. Sicuti egregie ait Iuricons. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. Qua de re scripsi lib. 2. de arbitrariis iudicium, & c. casu. 89. Non dissimili ratione creditur Lulianus in l. quidam testamento, ff. de vulga. & pupil. substit. euidem voluntatem testatoris, præponentis coniunctum substituto, cum constat præsumptione illa & coniectura. De qua quidem specie dicemus infra lib. 4. Ita etiam Vlpianus in l. licet Imperator. de leg. 1. censuit, euidem esse probationem, quod legata repetita censentur à substituto, quando id coniecturis constat, quemadmodum verberius differemus infra lib. 4. Et Papinianus in l. cum proponetur, de lega. 2. scripsit manifestum esse illam testatoris voluntatem, quæ coniecturis probatur. Hinc etiam Caius in l. si quis locuples, in fine, ff. de manumiss. testam. existimavit, apertissimè constare de manumittentis voluntate, quod in fraudem creditorum non manumittit, cum coniecturis, ac præsumptionibus id probatur, sicuti dicemus de illius loci interpretatione lib. 4. præsump. Ita etiam egregie & apertius probat l. 3. C. de epoch. publ. lib. 10. quo loci, si probatio requiritur, illi satisfit per præsumptionem solutionis trium præteritorum annorum. Qua de re dicemus infra lib. 5. præsump. Hæc sententia iure pontificis etiam probatur ex c. laudabilem, iun. do cap. 1. de frigidis & malefic. Requirit hoc caput 1. verum indicium, hoc est, veram probationem ad probandum frigiditatem & coniugum ut matrimonium separaretur: & tamen huic vero indicio est satisfactum per præsumptionem, ex triennali cohabitatione d. c. laudabilem. Ita etiam hanc sententiam probat c. ad nostram, de empt. & vendit. quo loci ait Innocentius III. illud patere, quod præsumptionibus demonstratur, vt glo. ibi in verbo, patet, exponit. ita pariter in c. 2. §. 1. de cognat. spiritua. lib. 6. dicitur evidenter aliquid ex lege, & dispositione colligi quod coniecturis colligitur. Ita vehementer de donatoris voluntate apparet creditur, cum ex coniecturis apparet c. cum dilecti, de donat. de qua dicemus infra lib. 3. præsum. 45. Accedit quod cū hæc iuris præsumptio sit à lege approbata, ac recepta, est lex ipsa, quæ probare dicitur. Et ideo non amplius potest aut debet connumerari inter probationes artificiales, inter quas alia coniecturæ, & præsumptiones solent recenseri, sed inter probationes inartificiales: sicuti leges connumerantur ab Aristotele, & aliis pluribus: quorum memini supra questio 1. Et propterea rectè interpretes nostri vno ore scribunt, præsumptionem iuris fieri facere probationem evidentem, claram & manifestam. Ita multos recensent Iason in l. licet Imperator, num. 13. de leg. 1. Didacus lib. 2. variar. resolut. cap. 6. num. 1. & Afinius in præcisato c. 1. in fine. His constat (vt etiam vnquoque supra admonui) rectè sensisse relatos interpretes, ceteri satisfactum statuto fieri requirenti probationes, cum præsumptionibus & coniecturis est probatum, ex quo sunt hæc verè & propriè probationes. Et idem in specie sensit Rom. in l. 1. nu. 7. C. de testam. milit. Quamobrem errarunt ab hac sententia dissentientes, sicuti Iason in §. præiudiciales, numer. 71. Insi. de actio. Curt. Sen. cons. 79. Domina Franceschina, col. 6. vers. Confirmatur præcedens, Alex. in l. licet Imperator, num. 7. de leg. 1. & Ruin. cons. 151. num. 3. lib. 5. Hi male scripserunt statuto requirenti probationes, non habere locum in præsumptionibus iuris. Non enim horum interpretum opinatio, vel iure, vel ratione probatur. Ita quoque male sensit Ruin. in consi. 13. num. 12. lib. 2. formam datam à statuto, non posse hac præsumptione impleri. Tertius est casus cum loquimur de præsumptionibus quæ ex facto hominis sumuntur, quæ quidem non reperiuntur à lege receptæ & approbatæ. Et quæ coniecturæ & præsumptiones in iudicis arbitrio positæ sunt, sicuti docuit Berioius in rubr. extr. de probat. num. 42. vers. tertio modo, & nu. 55. vers. ultimò quedam. Et ante eum idem docuit Bald. in rubr. C. de probat. ad finem, & Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis, quest. 75. num. 21. ac Afinius in commentariis ad statuta Florentiæ. §. 19. cap. 2. num. 5. & scripsi supra quest. 4. & lib. 2. de arbitrariis iudicium, & c. casu. 112. Hæc itaque præsumptio non est

vera & propria probatio, ita apertè scribunt Rom. in l. 1. num. 7. C. de testam. milit. Berioius, Rolend. & Afinius, & verè idem scripsit Bald. in c. bonæ, num. 2. de elect. cum dixit præsumptionem hanc non esse probationem, nec ab onere probandi releuare, idem Bald. in l. cives, in princ. C. de appel. dum loquitur de coniectura. Curt. Sen. consi. 79. col. 7. in fin. Et idem sententia Aretin. in rub. extr. de probat. num. 9. vers. de reuoc. specie. & ibi Dec. num. 13. Idem scripsit Afinius Florentinus in commentariis ad statuta Florentiæ. §. 19. cap. 2. Atque ita interpretor Barba. in consi. 29. col. 3. lib. 1. cum respondit, probationem quæ præsumptionibus fit, non esse propriè probationem. Eam huius sententiæ rationem existimo, quod si probatum illud esse dicitur, quod constat legi ita esse, id quod non contingit in hac præsumptione, cui lex non acquiescit. Quocirca rectè Bald. in c. 1. §. sacramentum, num. 10. de consuetu. rect. feud. docuit probationem illam dici veram & propriam, quæ alterius patrocinio non indiget. Cum itaque hæc præsumptio hominis, egeat alterius patrocinio, nempe legis, dicendum est non esse propriè probationem. Cuius contrarium est in iuris præsumptione, quæ (vt diximus) cum sit à lege recepta, proprium probationis nomen meretur. Hunc casum tamen declarat Berioius in d. rub. extr. de probat. num. 42. vers. hanc tamen, procedere solum in præsumptione hominis & tenui atque minori. Quæ quidem minor præsumptio à Bald. in rubr. C. de proba. num. 4. appellatur inclinatio animi viri boni, ac eligendum alterum extremorum, ex intellectu proueniens, coniectura nobili. Et de qua diximus supra q. 4. Secus est (inquit Berioius in præsumptione hominis vehementi & maiori. Quæ quidem ab eodem Baldo præcisato in loco appellatur, applicatio animi boni viri ad valdè verisimile. Nam & hæc secundum Berioium est propriè probatio: quam & in causis capitalibus existimat sufficere, ex l. ult. C. de probat. Et in hunc sensum intelligit Berioius l. licet Imperator, de leg. 1. Et ante Berioium ita etiam intellexit idè Bald. in additionibus ad Spec. in tit. de præsump. §. species, in verbo, an præsumatur, vers. præsumptio est talis. Ego dubiam esse opinor hanc Baldi & Berioij traditionem. Quandoquidem probatio verè dici non potest, cum lex eam non approbauerit. Et si est in iudicis arbitrio positæ, dici non potest verè probatio: cum eam iudex possit reuocare, vt dicemus infra. quod aliàs facere non potest. Nec Baldi & Berioij assertionem probat l. licet Imperator, de lega. 1. cum de iuris præsumptione loquatur. Nec etiam l. ult. C. de proba. quæ non exprimit quæ coniecturæ illæ sint, quibus de crimine conuicti aliquis potest. Credo tamen hanc ipsam hominis præsumptionem, si alio adiuuetur adminiculo semiplenam probationem facere. Ita Spec. in tit. de præsump. §. species, num. 2. quem ita in specie secutus est Ioan. de Grassis in tract. de iuris dictione, in verbo, Terriadema semiplena. Et apertius hoc idem docuit Baldus in annotat. ad Specul. in dicto tit. de præsump. in fin. in verbo, præsumptio est. Qua ex doctrina confirmatur id quod dixi questio. 30. in fin. nempe præsumptionem hominis efficacem ita reuocari onus probandi in aduersarium, vt reuocet præsumptio iuris. Illud etiam est annotandum, quod quando agitur de præiudicio tertij, sola præsumptio non sufficit glo. in c. sent. de sent. excom. Bar. in c. cum in iure peritus, de offic. deleg. & Afflic. in decis. 145. num. 6.

QVÆSTIO XXXVII.

Præsumptio an dicatur vera & propria probatio, quando probatio requiritur in vim conditionis, diligens admodum, & accurata explanatio.

SVMARIA.

- 1 Probatione in vim conditionis requisita, præsumptio secundum sententiam communem non sufficit.
- 2 Præsumptio iuris & de iure, dicitur vera, & eo casu sufficit.
- 3 Præsumptio hominis propriè non dicitur probatio, cum probatio conditionaliter requiritur.
- 4 Dictum Doctoris intelligitur secundum iura ab eo allegata.
- 5 Præsumptio iuris tantum, an dicatur probatio, cum in vim conditionis probatio requiritur, ubi aliquot casus distinguuntur, num. 6. 14. 16. & 20.
- 6 Probatio filiationis solum coniecturis fieri potest.
- 7 Testator disponens, & conditionem adiciens, præsumitur voluntatem suam in communem conformem esse voluisse.
- 8 Præsumptionem iuris pro vera probatione ius commune ha-

- bet, etiam in dispositione conditionali.
- 10 Disponens non præsumitur disponere de impossibili.
- 11 Testibus & similibus probationibus multa sunt quæ nequeunt probari.
- 12 Disponens non præsumitur restringere dispositionem suam, ad eum casum, quo redderetur inutilis.
- 13 Verba testatoris, statuti & alterius disponentis, recipiunt interpretationem à subiecta materia, etiam circa proprium significatum.
- 15 Probationes non extare de facto, vel non extare ex rei natura, quo ad effectum, paria sunt.
- 17 Verba in potentiore significatione accipi debent.
- 18 Probationis appellatio, in dubio de plena intelligitur.
- 19 Testator legans ut delegatur homicida, indicat animum vindictæ cupidum.
- 21 Transitus facilius est, in habentibus symbolum.
- 22 Statutum interpretatione ab alio statuto recipit facilius, quam à iure communi.
- 23 Princeps est ipsa lex viva.
- 24 Verba obscura interpretationem recipiunt à conditione personæ loquentis.
- 25 Res faciens mentionem iuris, de iure Regio, non alio intelligitur.

Quæro trigesimo septimo, an præsumptio dicatur vera probatio, cum probatio in vim conditionis requiritur? Hæc disputatio est egregia, sed non parum difficilis & perplexa. Et quo reddatur clarior, aliquot huius rei exempla recensito, tam in dispositione testatoris, quam statuti, & rescripti. Exemplum primum in dispositione testatoris est ex Baldo in l. id quod pauperibus, num. 2. C. de Episc. & cleri, si testator ita disponit, mando solui omnibus meis creditoribus, si probabunt, debere recipere. Ecce, quod hic probatio in vim conditionis, ob illam dictionem, si requiritur. Exemplum secundum in dispositione statuti est, si statuto sit cautum, quod incolæ loci, in quo mercatoribus à latronibus merces sunt furtivæ, satis faciant ipsis mercatoribus, si probatum ab eis fuerit perpetuum furtum. Quo sanè simili exemplo visus est Bald. in cap. 1. §. conventiculis, num. 8. de pace iuram. firmam. in resibus feudorum. Exemplum tertium in rescripto est, si Princeps ita rescribit, si conlitteris, siue si probatum fuerit Caium esse naturam de legitimo matrimonio, ei de præbenda provideas. Quod sanè exemplum desumptum est ex c. Michael, de filiis presbyter. & ex Baldo in l. in bonæ fidei, num. 8. C. de reb. cred. & in iurando. Quartum adferri potest exemplum in probatione minoris ætatis, si conditionaliter probari requiritur, ut tradit in specie Sapia in l. de ætate, numero 25. ff. de minoribus. 25. annor. Hac itaque in re recepta magis est sententia præsumptionem non sufficere: cum hoc in casu præsumptio non habeatur pro vera & propria probatione. Ita communem sententiam esse asseruit Felin. in rubr. extr. de probat. num. 6. & ibi idem Deci. col. 17. numero 13. versic. resenta prædicta conclusione, & numero 14. qui huius opinionis recenset Bartol. Baldum, & alios nonnullos, quibus accedunt Roma. in rubri. ff. de recept. arbitr. col. 7. Alexand. in l. licet Imperator, numero 7. de legat. 1. & in l. numero 6. C. de testament. milit. Ruinus consi. 68. nume. 18. lib. 1.

Cæterum ab hac opinione dissentiunt Felin. Decius & Berolius in d. rubr. extr. de probat. qui quibusdam rationibus, & argumentis veuntur. Ego verò in aliquibus eorum traditiones securus, ita tres casus distinguo atque constituo. Primus est casus, cum præsumptio est iuris, & de iure. Hoc casu dubium non est, quin hæc præsumptio sit vera & propria probatio, id quod ex dictis superiore questione planum sit. Et hoc comprobatur à fortiori ex his, quæ dicemus infra de sola iuris præsumptione, quàm in specie hæc demonstrabimus esse verè & propriè probationem. Hoc itaque in casu procedere potest sine controversia opinio Decij, & aliorum, qui aduersus cæteros existimant, præsumptionem, etiam quando conditionaliter probatio requiritur, esse propriè probationem. Et hoc admittit in specie Berolius in d. rubr. extr. de probat. num. 46. & apertius numero 52.

Secundus est casus, quando præsumptio est hominis tantummodo. Hic casus habet quoque parum dubitationis. Nam sine dubio hæc non dicitur propriè probatio, cum præsumptio non est propriè probatio, quando simpliciter probationis fit mentio, ut dixi superiore questione, multò minus dicendum est, hoc in casu esse propriè probationem. Et in specie hæc sententiam probavit Baldus in l. filium in 2. lectura, in fin. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Nec repugnat quod scribit Aretinus in rubr. extr. de probationibus, numero 9.

versic. de tertia specie, cum ait contrarium, & melius scripsisse eundem Baldum in l. id quod pauperibus, quest. 11. num. 2. C. de Episcop. & cleri. Non inquam hoc repugnat, quod Baldus eo loci de præsumptione iuris, non autem hominis loquitur. Est enim vulgatum illud, quod dictum Doctoris intelligitur secundum iura ab eo allegata, ut ait Barto. in l. non solum, §. liberationis, num. 10. ff. de liberat. leg. & alij alibi sæpè.

Tertius est casus, quando præsumptio est iuris tantum. Hic casus est, qui dubitationem habet. Et verè magis recepta Doctorum sententia est, quod hæc præsumptio non sit in specie hæc, vera & propria probatio. Cæterum à recepta opinione in specie dissentit Bal. in d. l. id quod pauperibus, num. 2. C. de Episcop. & cleri. ut supra eum declaravi. & clarior Decius in rubric. extr. de probatio. col. 17. num. 13. versic. resenta tamen. & idem in l. qui accusare, in fine. C. de edend. in tamè duos casus visus est subdividit. Ego alios ita constituo atque declaro. Primus est casus, quando loquimur in dispositione hominis, nempe testatoris, vel similis, & actus probandus probari non potest sui natura, nisi coniecturis, ut est in eo exemplo. Si testator legat Caio, si probaverit se filium Sempronij. Hæc filiationis probatio non solum coniecturis fieri potest. l. filium, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Hoc itaque casu (ait Decius, & ante eum Baldus) præsumptio iuris, est vera & propria probatio. Ea ratione prima visus est Decius, quod testator disponens & conditionem adiciens præsumitur voluisse suam voluntatem esse debere iuri communi conformem. l. hæredes mei, §. cum ita, vbi copiosè Ripa num. 75. ff. ad S. C. Trebel. Atque ius commune, habet præsumptionem iuris pro vera probatione, etiam in dispositione conditionali. Ergo in hac etiam conditionali dispositione testatoris, vel statuti, vel principis, hæc præsumptio continetur sub nomine veræ & propriæ probationis. Illa minor propositio multiplici iure fulcitur, nempe text. l. 1. C. quæritur bonorum, iuxta communem sensum, apertius text. c. Michael de filiis presbyter. ibi si tibi conlitteris, Martinum esse filium Antonij. Requiritur ibi probatio conditionaliter: & tamen sufficit probare præsumptivè. Nam si præsumptiva probatio non sufficeret inutilis esset illa concessio, ob probationis impossibilitatem, vel saltem summam difficultatem, iuxta l. Lucius, ff. de cond. demonstr. iuxta communem sensum, quæ tamen de re dicemus suo loco. Ita pariter declaratur text. in c. ex tua, eodem iure, de filiis presbytero. Ita etiam probat eam in d. c. de usuris, in illis verbis, si tibi conlitteris. Requirit ille canon probationem conditionalem: cui quidem (ut ipsemet Pontifex ait) fatishit in argumentis.

Secundò ea ratione & argumento probatur assertio hæc, quod præsumptio non præsumitur disponere de impossibili, c. à nobis, vbi Abbas de sentent. excom. & Bald. in l. ult. §. in computatione, in fine. C. de iure delibere. Atque, si dispositio conditionalis reiticeret iuris præsumptionem, & aliam magis concludentem probationem, ut per testes, & similes requiret, impossibilis redderetur, cum multa sint quæ testibus & similibus probationibus probari non possunt, sicuti filiationis, adulterium, & plura alia, de quibus suo loco, ergo satis est, quod ad sit iuris præsumptio.

Tertiò accedit secundum Decium ratio illa, quod disponens non præsumitur restringere suam dispositionem ad eum casum, quo dispositio reddi potest inutilis. l. 3. ff. de testam. mil. c. illi similibus. Atque, si de hac probatione ex legis præsumptione non intelligeretur dispositio hæc, inuulis redderetur ob summam difficultatem probandi, alia magis concludenti probatione. Ergo de hac satis intelligi potest.

Quartò ita hanc sententiam confirmo. Verba testatoris, statuti, & alterius disponentis recipiunt interpretationem à subiecta materia, etiam circa proprium significatum, l. hæredibus, 3. vlt. ff. ad S. C. Trebel. & l. quib. dieb. §. dominus, ff. de condit. & demonstr. & ibi Socinus num. 4. Atque subiecta materia hæc significat præsumptionem iuris esse veram & propriam probationem. cum alter probari non possit ut iam diximus. Ergo de ea hæc dispositio intelligi debet. Nec huic sententiæ obstat l. Lucius, ff. de cond. & demonstr. quia responderetur, ut eam declaravi lib. 2. de arbitr. iudicium, & c. casu 89. nu. 10.

Secundus est casus huius tertij casus, quando in dispositione hominis aliæ præstationes haberi possunt, quàm præsumptivæ, ex ipsius rei natura, sed ex facto impediuntur, & testator, qui sciuit non posse probari concludentibus probationibus ita cavet: lego centum Caio, si ab eo probabitur Sempronium occidisse patrem meum. Euenit modo, quod directò testibus probari hoc non potest: & id sciuit testator, sed hoc demonstrari potest validis coniecturis à lege receptis. Ego crederem hoc in casu factum esse locum conditioni. Nam ex quo sciuit non extare probationes, sed coniecturas & præsumptiones tantum de eis intellexit. Ea adfertur

adfertur ratio, quam & superiore casu commemoravi, quod alias inutiliter disposuisset, quod dicendum non est. Præterea cum lex illum habeat pro homicida, credendum est etiam testatorem habere voluisse, ex quo suam voluntatem legi conformem esse voluit: sicuti iam suprâ diximus. Accedit quod paria sunt, quæ ad effectum, probationes non extare de facto, ut quando testes non adfuerunt, & non extare ex natura rei. At cum non extant ex natura rei, sufficit probatio ex præsumptionibus, ut iam diximus, ergo idem est dicendum in casu nostro.

Tertius est casus huius tertij principalis casus, quando veramur in dispositione hominis, & si disponens sciuit vtroque modo posse probari. Hoc casu crederem, testatorem intellexisse de aliis probationibus, quàm ex præsumptionibus. Ea est prima ratio, quod verba in potentiore significatione debent intelligi, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager veffigal. vel emphyt. pta. Et propterea Bald. in l. peremptorias, col. vlti. C. sent. rescondi non posse. & cum eo Iason in repet. l. ad monendi, num. 233. ver. imò fortius, ff. de iureiur. scripserunt, in dubio appellatione præstationis, intelligi de plena. Accedit & altera ratio, quæ ad hunc casum singularis est, quod testator dum legat ut delegatur homicida, significat animum vindictæ contra ipsum homicidam, quem ut talem grauitè puniri exoptat: & ideo sentit de probationibus non præsumptivis. Nam ob præsumptivas probationes, is homicida grauitè puniri non possit, ut scribunt omnes in c. asserite, de præsumpt. & vberius dicemus infra quæ 88. Et hoc in casu rectè procedit opinio Decij, loco iam citato, asserentis, dispositionem hominis intelligi debere de probationibus his, quæ extant ex natura rei. Cæteris verò in casibus iam relatis malè ille docuit.

Quartus est casus huius tertij casus principalis, quando in dispositione legis municipalis, vel principis rescripto, & illis similibus probatio conditionaliter requiritur. Hoc in casu, satis intelligitur de probatione ex hac iuris præsumptione. Ita sentit in specie & rectè Berolius in d. rub. extra de probatio, numer. 46. ver. quimò, & c. dum ita interpretatur c. non solum, de reg. iur. in 6. & deinde num. 47. subiungit rationem: Quod scilicet in habentibus præsumptionem facilius sit transitus, in rem. §. item quæcumque, ff. de rei vendic. c. quod in dubijs, vbi glossa, de consecra. eccles. vel alta. Huc spectat quod respondit Ancharan. in consil. 422. ad finem, quod statutum præsumptionem recipit ab alio statuto quàm à iure communi, cum in habentibus Symbolum facilius sit transitus. Et Ancharanum secuti sunt Decius in l. 1. nume. 20. C. de secund. nupt. Gozad. consil. 61. numer. 20. & Ripa in l. centurio, num. 31. ff. de vulg. & pupil. subst. cæteros sciens prætereo. Ita ergo in casu nostro dicendum est legem ipsam municipalem, vel principem, qui est ipsa lex viva voluisse intelligere de iuris præsumptione, quæ ipsi legi, probatio est. Adferri melior ratio potest quod scilicet verba obiecta præsumptionem recipiunt à conditione personæ loquentis, l. si miles, ff. de testam. milit. & ob id scribit Bald. in c. cum venissent, de eo qui mitt. in possess. quod si Rex mentionem præsumptionem facit, intelligi debet probatio iuxta l. dispositionem, quæ in præsumptione ab ea approbata verificatur: quam quidem sententiam veram esse intelligo, nisi lex illa municipalis alias reiticeret probationes præsumptivas. Exemplum sit, statutum approbat dotem confessatam constante matrimonio, atque ita reiticeret dicitur eam præsumptionem fraudis, quæ solet considerari à Doctoribus in l. 1. ff. solut. matrimonio. deinde subiungit statutum, nisi probatum sit eam confessionem esse fictam & simulatam. Hoc casu, dum statutum requirit hanc probationem, de vera & concludenti intelligitur. Est aperta ratio, quia alias contineret pugnantiæ, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est.

Et Baldum est secutus Decius in l. & militibus, numer. 4. C. de milit. testam. Cum ergo statutum vel princeps mentionem probationis facit, intelligi debet probatio iuxta l. dispositionem, quæ in præsumptione ab ea approbata verificatur: quam quidem sententiam veram esse intelligo, nisi lex illa municipalis alias reiticeret probationes præsumptivas. Exemplum sit, statutum approbat dotem confessatam constante matrimonio, atque ita reiticeret dicitur eam præsumptionem fraudis, quæ solet considerari à Doctoribus in l. 1. ff. solut. matrimonio. deinde subiungit statutum, nisi probatum sit eam confessionem esse fictam & simulatam. Hoc casu, dum statutum requirit hanc probationem, de vera & concludenti intelligitur. Est aperta ratio, quia alias contineret pugnantiæ, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est. Ita aliquando interrogatus respondi, & declaravi statutum Mutinæ, de dote confessata, quod dicendum non est.

QVÆSTIO XXXVIII.

Præsumptio, an dicatur verè & propriè probatio, quando fit mentio probationis, cum aliquo adiuncto.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio iuris & de iure vera est probatio, si probationis

mentio fiat cum adiuncto aliquo vel qualitate. Secus est in præsumptione hominis. n. 2. Et quid sit de præsumptione iuris. n. 3.

- 4 Præsumptio iuris quando dicatur legitima & evidens probatio. n. 6. 7. & 12.
- 5 Legitimum dicitur illud quod à lege receptum est.
- 8 Præsumptionem contra se ex confessione sua ductam qui habet, validiores probationes ad diluendam illam asserere debet.
- 9 Probationes evidentes adferri debent ab eo, qui factò iudicis impediri se asserit, quo minus appellationem à se in terpositam persequeretur.
- 10 Delicta vel testibus, vel documentis, aut iudicij indubitatis probantur.
- 11 Delinquere nemo præsumitur.
- 13 Coniecturæ quænam faciant rem evidentiissimam.

Quæro trigesimo octavo, an præsumptio dicatur verè & propriè probatio, cum fit mentio probationis cum aliquo adiuncto, aliquæque qualitate, ut puta quædo requiritur legitima probatio, evidens, vel aperta probatio? Ego adhuc tres casus ita distinguo.

Primus est casus, cum de præsumptione iuris & de iure loquimur. Hoc casu præsumptio ista dicitur vera & legitima probatio. Ita probat eum qui fidem de sponsa. Et hac in re nemo ambigit.

Secundus est casus, cum loquimur de præsumptione hominis. Hæc non dicitur præstatio legitima, nec evidens: cum eam lex non approbaverit. Expectat enim futurum iudicium iudicis: qui quidem iudex ita reiticeret, quemadmodum approbare possit. Et probatur à fortiori ex traditis suprâ quæst. 26. in fi. cum diximus, hanc præsumptionem non retinere nomen simplicis probationis. Et in specie præsumptionem hominis non esse evidentem probationem respondit Riminal. in consi. 223. nu. 52. & 55. libro 2. ex sententia Bald. in l. sine possideis, num. 7. C. de probatio. & Felin. in c. quanto, n. 12. de præsumptionibus.

Tertius est principalis casus, cum agimus de præsumptione iuris tantum. Hoc in casu est dubitatio non mediocri. Multi enim in ea sunt opinione, quod hæc non præstatio nec evidens, nec legitima probatio. Alii etiam non pauci dissentiunt. Nos in aliquibus consueuimus sequi distinctionem Decij, in rubr. extra de probatio. col. pen. vers. pro declaratione. & ob id ita hos casus subdividimus.

Primus est casus, quando ex natura rei aliæ probationes, quàm hæc ex præsumptionibus haberi non possunt.

Hoc in casu iuris præsumptio legitima & evidens probatio dicitur, sicuti in probanda filiatione evidens & legitima probatio est illa, quæ à coniecturis & præsumptionibus à lege probatis ducitur. iuxta l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Id quod ex aliquorum interpretatione probat l. pen. §. penul. ff. de probat. Cum ait locum fore veritati in probatione filiationis. Si itaque veritas esse dicitur, quæ nascitur à probatione filiationis, quæ coniecturis solum contingit probari, sequitur dicendum legitimam hanc & evidentem probationem appellari posse. Ita etiam probat l. 1. de debitoribus, ff. de libe. agnoscend. & in capitulo consuetudo de probatio. Est ratio, quàm & superiore questione retuli, quod à lege sit recepta & approbata. Et legitimum illud esse dicitur quod à lege receptum est l. legitima, ff. de pactis. & eo loci scribentes. Et in specie hæc esse probationem legitimam asseruit (ut dixi) Decius loco iam citato. & Berolius in d. c. consuetudo, n. 18. de probatio. Et hoc in casu malè scripserunt ii, qui dixerunt hanc præsumptionem non esse legitimam probationem.

Secundus est casus huius tertij casus principalis, cum aliæ probationes ex natura rei haberi possunt: & nulla alia repugnat præsumptio legis. Exemplum adfert Decius, si cauerit statuto quidem in causa mutui procedatur summariè, adhibitis legitimis probationibus. Hoc in casu (ait Decius) legitime probationes, intelliguntur secundum subiectam materiam, & secundum ius commune: Sicuti & plena probatio, ut scribit Bartol. in extratrag. ad reprimendum, in verbo summariè, numer. 8. 9. secundum subiectam materiam sumitur. Et hoc in casu possunt intelligi illa iura, quæ affirmant quod iuris præsumptionem esse evidentem probationem, ut text. licet Imperator, de lega. 1. text. l. quidam testamento, ff. de vulg. & pupil. subst. & illi similia retuli suprâ quæst. 26. in secundo casu. Et hoc in casu interpretari potest c. peruenit, de fideiuss. cum requiritur, legitime probationes in illa facti specie, fieri oportere, legitima erit probatio, quæ ex his præsumptionibus orietur.

Tertius est casus, quando ex natura rei aliæ probationes haberi possunt: & iuris præsumptio, altera vel ob personæ conditione vel ob actû repugnat. Hoc in casu iuris præsumptio

fola non dicitur vera euidens, & legitima probatio. Ita possumus intelligere multa iura, quæ euidentiſſimas, claras & legitimas probationes requirunt. Ita loquitur l. cum de in debito. s. c. ff. de probatio. Nam ibi euidentiſſimæ probationes requiruntur ob negotij qualitatem, si quidem is, qui contra se ꝑ præſumptionem ex ſua confessione ductam habet vt eam diluat, necesse habet validiores adferre probationes. Et cum inter validiores non sit eo in casu, ſola iuris præſumptio, nimirum non sit, si ipsa iuris præſumptio euidentiſſima probatio non dicitur. Ita etiam declaratur l. vlti. §. illud. C. de tempo. appella. dum Iustin. requirit, euidentiſſimas probationes ꝑ adferri debere ab eo, qui aſſerit, se iudicis facti fuiſſe impeditum, quin appellationem a se interpoſitam proſequeretur. Ea enim ratione euidentiſſimæ probationes requiruntur, quod præſumptio iuris, quæ est pro ipſo iudice, iuxta l. 2. C. de officio civilium iudicum, afficit ipſum appellatorem duriori onere probationis. Et ideo eo in casu, non ſufficit altera iuris præſumptio: & conſequenter præſumptio iuris ſola non eſt euidens probatio. Et hac ratione ſcribit Decius in c. ex ratione. numer. 14. de appel. in casu d. §. illud. non etiam ſufficere iuramentum. ita etiam declarat l. vlti. C. de probatio. Cum ait, perpetrat delicta ꝑ probari vel reſtitibus, vel documentis, vel in dubiatis iudiciis. Eo casu non ſufficit ſola iuris præſumptio: cum alta repugnet, nempe quod nemo ꝑ delinquere præſumatur, l. merito. ff. pro ſocio. Ita etiam intelligitur c. conſultationi. de ſponſa. Eo enim loci legitime probationes ex reſtitibus requiruntur, nec ſufficiunt iuris præſumptiones, ex quo iam aderat contraria præſumptio, ducta ab aſſertione mulieris dicentis, ſe non conſenſiſſe. Ita etiam loquitur c. 3. de heret. in 6. Verè enim ibi repugnat præſumptio iuris, & ideo dum legitima probatio requiritur, non poteſt dici legitima illa, quæ ex altera ſola iuris præſumptione descendit. Ita pariter declarat glo. in l. vlti. in princ. ff. quod metus cauſa. Cum ait, eo in casu requiri probationes apertas iuro & apertiores. Id enim contingit ob repugnantem præſumptionem iuris: ſicuti manifeſte ex illo reſponſo colligitur.

Quartus casus huius tertij casus principalis, poteſt conſiderari, quando ꝑ legitima, vel euidens probatio requiritur, inſpecta conditione perſonæ. Exemplum adfert Decius in d. rub. extra de probat. col. pen. verſic. tertius casus. Si ſtatutum diſponit, quod aduerſus ſcholares ſolum admittantur aperta & legitima probationes. Hoc in casu ſola iuris præſumptio, dici non poteſt euidens & legitima probatio. Ita Decius & rectè loco præallegato. Nam ſtatutum fauere voluit ipſi perſonæ. Cui quidem nil ſpeciale effectus conceſſum, ſi locus eſſet præſumptionibus & coniecturis, vt aduerſus cæteras perſonas. Vt ei igitur quid plus quam cæteris tributum cenſeatur, dicendum eſt, præſumptionem iuris non ſufficere.

Ex prædictis diſſinitur illud de quo contendunt Iaſ. & Zaſius in l. ſi pluribus. de lega. 1. Cum diſputant, an coniecturæ faciant rem euidentiſſimam. Eſt enim dicendum, ꝑ quod aut coniectura eſt iuris & de iure, vel etiam iuris tantum: Et tunc euidentiſſima eſt probatio. Aut eſt coniectura generis, & tunc non. Ex prædictis poteſt declarari ſtatutum Bononiæ lib. 4. de reſtitutione dotis. §. propterea, dū ſtatuit quod præſumatur mulierem conſenſiſſe marito, vt perciperet fructus paraphernalium, niſi contraria voluntas legitime probaretur. Gratus in conſ. 54. numer. 53. libr. 1. declarando hoc ſtatutum reſpondit reuici præſumptiones & coniecturas. Montèrenſis in annotationibus ad prædictum ſtatutum ſcribit, ſufficere præſumptionem iuris, ſi aliqua alta coniectura conuenit. Ex quo agitur de his, quæ in domo geruntur, & de quibus haberi non poſſunt probationes. ita de facili exiſtimo rectius ſenſiſſe Gratium. cum in casu dicti ſtatuti præſumptio iuris ſtet pro ipſa muliere, quod non conſenſerit: ſicuti declarabimus infra lib. 3. in præſumpt. 9. numer. 20. vbi explicabimus, quando maritus præſumatur ſublucratuſ fructus paraphernalium. Cum itaque præſumptio ſtet pro ipſa muliere, & ſtatutum requirit legitimam probationem contra eam, dicendum eſt debere intelligi de vera & propria probatione, alioquin ſuperuacanea eſſet diſpoſitio ſtatuti: quia poſſet ſemper mulier dicere ſe probare uiam intentionem præſumptione iuris, quæ pro ſe extat.

QVÆSTIO XXXIX.

Præſumptio vel vera probatio an illa eſſe dicatur, quæ ex diuerſis ſpeciebus probationum, ſeu ex multis præſumptionibus oritur, copioſè explicatur.

SVMARIA.

1 Probatio ex diuerſis ſpeciebus probationum reſultans, præſum-

- pta dicitur. Vide tamen ibi. n. 18.
- 2 Probatio compoſita ex duabus ſpeciebus perfectis ac per ſe ſtantibus, proprie dicitur probatio.
- 3 Probatio compoſita ex duabus ſpeciebus imperfectis, cuiſdem tamè generis, forme, & ſubſtantie, probatio proprie dicitur.
- 4 Imperfecta duo cuiſdem generis, efficiunt vnum perfectum, etiam in indiuiduis & ſubſtantialibus.
- 5 Probatio propria dicitur etiam illa, quæ compoſita eſt ex vna ſpecie probationis perfectæ ac plena, & alia imperfecta ac ſemiplena.
- 6 Vincula duo non cenſentur, quando vnum eorum eſt vitioſum, & nullius momenti.
- 7 Probatio præſumptiua tunc conſtituitur, cum due ſpecies probationis imperfectæ diuerſi generis ſimal iunguntur.
- 8 Res natura'es non conſtituuntur ex argumentis.
- 9 Totum ex pluribus coherentibus quæ partes ſunt, conſtituitur.
- 10 Separata & non coherentia non conſtituunt vnum totum.
- 11 Præſumptio ex pluribus differentiſſimis argumentis, ad eundem ſinem tendentibus conſtituitur.
- 12 Cauſatum ſequitur naturam ſuæ cauſæ. id tamen quandoque fallit. n. 13.
- 14 Teſtes duo ſimul iuncti, verè & perfectè probant.
- 15 Dominium verum & proprium, cauſatur à traditione ficta & impropria.
- 16 Poſſeſſio vera & propria tranſfertur per clauſulam conſtituti. l. dem eſt in acti quo deſertur hereditas. n. 17.
- 19 Proprium dicitur, quod ſub definitione continetur.
- 20 Probatio eſt actus rei dubiæ faciens fidem.
- 21 Species proprie continetur ſub ſuo genere.
- 22 Probatio plena dicitur, quæ ex duabus ſemiplenis conſicitur.

QVÆRO trigefimononò, an præſumpta, vel vera probatio eſſe dicatur illa, quæ ex diuerſis ſpeciebus probationum, ſeu ex multis præſumptionibus reſultat? Et ꝑ præſumptam eſſe docuit Baldus in rubric. extra de præſumptio. numero 3. in fin. in c. 1. §. cum autem, numero 8. de controuerſ. inueſtit. quem ſecuti ſunt Felin. & cæteri in rubric. extra de probatio. Verum eo loci Berouius numer. 16. & num. 17. quò hanc iuris quaſtionem apertius explicaret, tres caſus diſtinxit atque conſtituit. Ego verò quatuor, ex cuiſdem tamen Berouij ſententia diſtinguam.

Primus eſt caſus, quando probatio eſt compoſita ex duabus ſpeciebus perfectis ac per ſe ſtantibus. Hoc caſu (ait Berouius) dubium non eſt, quin hæc proprie ꝑ probatio eſſe dicatur. Quam quidem aſſertionem inquit Berouius probari à gloſſa in l. cenſus. ff. de probatio. quæ non ſatis hoc mihi explicite dicit. Nec etiam probant c. ſeries. de reſtitibus & aſſerit. in illis verbis: tam teſtes, quam inſtrumenta. & text. c. forus. in verbo probatio. de verb. ſign. ſicuti opinatur Berouius. Nam & ſi vterque locus probet illam eſſe probationem, quæ à reſtitibus, vel ab inſtrumentis descendit: non tamen aſſerunt verè & proprie probationem naſci à duabus ex his ſimul coniunctis, conſiderata ſcilicet mixtura. Credo tamen aſſertionem ipſam eſſe veram ob id, quod ſi ſingule ipſæ ſpecies conſtituunt veram & propriam probationem (vt diximus) multò fortius cum ambæ ſpecies ſimul iunguntur. Et ſi proprie probatio dicitur illa, quæ ex duabus probationibus imperfectis cuiſdem ſpeciei conſtituitur, ſicuti in ſubſequenti caſu dicemus, quanto fortius hic, vbi due perfectæ copulantur.

Secundus eſt caſus, quando probatio eſt compoſita ex duabus ſpeciebus imperfectis: quæ tamen cuiſdem generis, forme, & ſubſtantie ſunt. Hoc in casu adhuc iſta ꝑ dicitur proprie probatio. Ita Berouius in d. rubric. de probatio. numero 16. ver. idem eſſet. Qui quidem ſcribit ita ſenſiſſe Baldum ibidem, numer. 3. verſ. porro. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quod duo imperfecta ꝑ cuiſdem generis efficiunt vnum perfectum etiam in indiuiduis, & ſubſtantialibus, vti probat text. in l. 1. C. qui num. tutel. & melius text. in c. nihil 7. qu. 1. quo loci ſtatuit Concilium Toletanum, ſacrificium miſſæ, quæ vnitate eſſe dicitur, ſi ab vno eſt cæpta, & ob ſuperuenientem infirmitatem relicta imperfecta, poteſt ab altero ſacerdote perfici. Quod intelligit Cardinalis de Turre Cremata ibidem, numero 1. eſſe verum ex ſententia D. Thomæ in 3. parte ſummæ, quaſtio. 83. artic. 6. quando is primus ſacerdos deſicit poſt conſecrationem corporis Seruatoris noſtri, ante conſecrationem ſanguinis facere poterit. Ea eſt ratio, quia licet plures diuerſæ que ſint hæc Sacerdorum perſonæ, ob fidei vnitatem, vna ſola cenſetur. Et hac eadem conſtitutione adductus idem conſulit ipſe Berouius in c. ſicut, numero 19. de probatio. Quo loci ait, etiam in conditionalibus & indiuiduis, hanc probationem dici proprie probationem.

Tertius

Tertius eſt caſus, quado probatio eſt compoſita ex vna ſpecie probationis perfectæ ac plena, & ex alia imperfecta ac ſemiplena, quæ ſanè ſpecies ſunt diuerſi generis. Hoc caſu adhuc dicitur proprie ꝑ probatio, non autem præſumptiue. Ita docuit Berouius in d. rubric. extra de probatio. numer. 16. verſic. tertius caſus. Ea ratione vitur, quod ſola probatio illa perfectæ & plena, eſt in conſideratione: illa verò imperfecta & ſemiplena eſt ſuperuacanea. Quam ſententiam (ait Berouius) probat c. ſicut. de probatio. Huc pertinet illud ſimile ex doctrina Baldi in l. 1. num. 2. C. de legi. hered. cum ait duo ꝑ vincula non cenſeri, quando vnum eorum eſt vitioſum, & nullius momenti: quia vt ſuperuacaneum conſiderari non debet. & Baldum ſequuti ſunt multi alij.

Quartus eſt caſus cum due ſpecies probationis imperfectæ diuerſi generis, ſeu due præſumptiones, (eſt enim idem hic dicere, due præſumptiones, quod due ſemiplenæ probationes, cum probatio ſemiplena præſumptionem pariat, vt diximus ſupra q. 7. in fine) ſimul iunguntur, vt puta, ſi cōfeſſio extrajudicialis iungatur cſi teſte. iuxta c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inſteſt. Vel ſi iuramentum teſti annectatur, iuxta exemplum propoſitum à Baldo in rubric. C. de probatio. in princ. vbi ſi teſtis & fama copulentur, iuxta exemplum Baldi in c. 1. §. cum autem. num. 8. in fin. de controuerſ. inueſtit. Hoc itaque in casu, non conſtituitur vna verà & propria probatio, ꝑ ſed ſolum præſumptiua. ita cenſuit Bald. in d. c. 1. §. cum autem. num. 8. de controuerſ. inueſtit. idem ſenſe ipſemet Bal. in c. 1. §. conueniunt. num. 8. de pace iur. firma. & in rubric. C. de probat. in princ. & cum Baldo idem ſcripſerunt permulti in rubric. extr. de probatio. vbi Felin. nu. 4. & Berouius, nu. 16. in fin. aſſerunt hanc eſſe receptam opinionem. Quam quidem probauit & Iaſon in repet. l. admonendi. num. 219. ff. de iure iur.

Primò ea ratione motus eſt Bal. quod res ꝑ naturales non conſtituuntur ex argumentis. nam cum argumenta inuicem non cohæreant, non poſſunt vnum totum conſtituere: cum vnum ꝑ totum ex pluribus coherentibus, quæ partes ſunt, conſtituatur. Exemplum adfertur in humani corporis compagine, quæ ex ſolis coherentibus connexisque membris conſtituitur. Cum ergo ex ſeparatis ꝑ & non coherentibus non conſtituatur vnum totum, ſequitur dicendum ſolum præſumptionem, non autem probationem conſici. Si quidem præſumptio (auctore eodem Baldo, ſuis locis relato) ex pluribus differentiſſimis argumentis ad eundem ſinem tendentibus conſtituitur. Verum hanc Baldi conſiderationem reuicit Berouius in d. rubric. extr. de probatio. nu. 22. tum quia Baldus nil ad ſuæ aſſertionis confirmationem adfert: tum quod falſum eſſe exiſtimat Berouius argumenta probationem non facere. Qua de re ſuo loco.

Secundò ea ratione vſus eſt Decius in rubric. extr. de probatio. ad finem, cauſatum ꝑ ſequitur naturam ſuæ cauſæ. l. vlti. C. de natura. liber. & c. principatus. l. q. 1. Atqui probatio hæc mixta ſit ex ſemiplenis probationibus quæ non ſunt probationes per ſe, ſed argumenta & præſumptiones. Ergo ſimul iunctæ non probationem verè & proprie, ſed præſumptionem faciunt. Cæterum hæc argumentatio triplici ratione confutatur à Berouio in d. rubric. extra de probatio. num. 20. Vna quod in ſpecie hac, ꝑ cauſatum non ſequitur naturam ſuæ cauſæ. nam hic videmus, quod etſi ſemiplena probatio nil opituletur: attamen due ſemiplenæ ſimul iunctæ profunt. l. admonendi. vbi docto. ff. de iure iur. & c. vlti. de iure iur. ita enim (ſi vera eſſet Decij ratiocinatio,) ſequeretur duos teſtes non efficere veram & propriam probationem, ex quo ſeparatim conſiderari, vix ſemiplenam probationem conſtituunt, & tamen

vera eſt hæc ſententia, quod duo teſtes ꝑ ſimul iuncti verè & perfectè probant. Prætereà (vt ait idem Berouius) nil impedit quominus proprie ſit probatio, & ſi modi, quibus illa conſicitur improprij ſunt. ita enim videmus dominium ꝑ verum & proprium cauſari à traditione ficta & impropria, vt ſcribit Bartol. in l. ex hoc iure. de iuſt. & iur. Alexan. in conſ. 87. lib. 5. ita etiam videmus clauſulam conſtitui, qua poſſeſſio tranſfertur, l. quid meo. vbi Doct. ff. de acqui. poſſeſſ. eſſe actum ſictum translationis, & tamen vera ꝑ & propria poſſeſſio tranſfertur, l. certo. §. 1. ff. de precar. & ſcribit etiam intelligi Bal. in l. ſi quis ex argentiis. §. 1. in 4. not. ab. ff. de eden. cum ait in civili l. ſi quis ex argentiis. §. 1. in 4. not. ab. ff. de eden. cum ait in civili duas præſumptiones ſimul iungi, ad faciendum plenam probationem, intelligo in civili cauſa non ardua. Nam ſi ardua ꝑ eſt, criminali æquiparatur, vt infra ſuo loco dicemus. Ita etiam interpretor Baldum in conſ. 3. caſus talis eſt. Quidam Perrucius. in fine lib. 3. cum reſpondit plura indicia ſimul iungi ad plenè probandum. Idè ſcripſerunt Angel. in l. non eſt verum ſimile. in fine. ff. quod metus cauſa. Aretin. in conſ. 65. colum. 2. in ſimile. in fine. ff. quod metus cauſa. Aretin. in conſ. 47. col. 1. Barſine. Roman. in conſ. 54. in fine. Io. de Anan. conſ. 47. col. 1. Barſine. in rubric. extra de probatio. col. 4. ver. quod probatur. & in c. vlti. de ſucceſſ. ab inſteſt. Calcan. in conſ. 76. columna prima. Socin.

tæ fuit & Berouius in dicta rubrica, extra de probatio. n. 18. Primo ea ratione adducti ſunt, quod illud dicitur ꝑ pro prium, quod ſub diſſinitione continetur, vt declarat Bartol. in l. omnes populi, numero 53. de iuſt. & iur. omnes in l. prima. ff. de reſtam. & in rubric. inſtit. eod. titu. Atqui hæc probatio ex multis imperfectis compoſita, ſub diſſinitione continetur. Ergo eſt proprie probatio. Illa minor probatur, quia probatio eſt ꝑ actus fidem rei dubiæ faciens, vt ſcribit omnes in rubric. de probatio. ſed hæc probatio fidem facit. Ergo & c. Cæterum, ni ego fallor, nil concludit hæc argumentatio, quando quidem etiam ſola iuris præſumptio, ſi modò nil ei repugnat, fidem facit, & tamen ex communi ſententia non eſt proprie probatio.

Secundò ita argumentatur Berouius, ſpecies proprie ꝑ con tinetur ſub ſuo genere, l. hoc legatum. §. neque intereſſe. de lega. 3. & ſcribit Bald. in l. 2. C. de iure aureo annul. & Dec. in rub. ff. de iuriſd. omnium iudicum. numero 2. Atqui hæc probatio, quæ ex ſemiplenis imperfectisque probationibus conſtituitur, eſt ſpecies probationis, l. 3. §. cuiſdem. vbi gloſſa. de reſtit. ergo eſt probatio. Verum reſponderi poteſt, negando illam minorem propoſitionem, quæ pro conſtanti non eſt præſupponenda, cum de ea nunc diſputari contingat.

Tertio mouetur & rectius Berouius, ea dicitur eſſe ꝑ plena probatio, quæ ex duabus ſemiplenis conſicitur, l. admonendi. vbi Doct. ff. de iure iur. & c. vlti. eod. titu. ſed plena probatio, eſt proprie probatio, vt re ipſa conſtat. Ergo & hæc ſimul iunctæ ſemiplenæ atque de ſe imperfectæ.

QVÆSTIO XL.

Præſumptiones plures, quando & quomodo iungi ſimul poſſint, ad faciendum plenam & perfectam probationem.

SVMARIA.

- 1 Præſumptiones hominis due vel plures iungi ſimul poſſunt, ad conſtituendum plenam probationem in cauſa civili non ardua.
- 2 Cauſa civilis ardua, criminali æquiparatur, ob præiudicij grã uitatem, & n. 8.
- 3 Præſumptiones quàm probationes facilius ſimul iungi.
- 4 Præſumptiones plures non coniunguntur in cauſa civili ardua, vel magni ponderis.
- 5 Præſumptiones due ad faciendum plenam probationem, non coniunguntur in cauſa matrimonij, vbi præſertim de illius ſeparatione ageretur.
- Aliud eſſet ſi de conformatione illius vel validitate tractaretur. n. 6.
- Et quid ſit in probatione filiationis. n. 7.
- 9 Præſumptiones plures, quando etiam in cauſa criminali ſimul iunguntur, & quando non. n. 10.
- 11 Præſumptiones plures ſi concurrant, ſimul etiam tunc iunguntur, vbi agitur in cauſa criminali de pena infligenda.
- 12 Delictum ex concurſu præſumptionum præiungitur.
- 13 Faſſi crimen ex pluribus præſumptionibus probatur.

QVÆRO nunc, quadrageſimò, an & quando præſumptiones plures iungi ſimul poſſint, ad faciendum plenam & perfectam probationem? Hæc iuris quaſtio perplexa eſt, & malè à noſtris explicata. Quo autem à me facilius pleniusque explanetur, aliquot caſus conſtituendi ſunt. ſed prius illud dicam, diſputationem hanc eſſe de præſumptione hominis: nam illa legis eſt per ſe probatio, ſicuti ſupra ſuo loco diximus. Caſus itaque huius quaſtionis ita diſtinguo atque conſtituo.

Primus eſt caſus quando agitur de cauſa civili, quæ ardua non eſt.

Hoc caſu due ꝑ vel plures præſumptiones ſimul iungi poſſunt, ad conſtituendam plenam probationem. ita cenſuit glo. in l. 2. in princ. in verbo, legiſſimis. ff. de excuſa. tut. in l. inſtrumenta. C. de prob. in c. cum cauſam, in glo. vlti. de prob. c. accedens. il 2. in verbo, oriundus, vt lite non. ita etiam intelligo Bal. in l. ſi quis ex argentiis. §. 1. in 4. not. ab. ff. de eden. cum ait in civili duas præſumptiones ſimul iungi, ad faciendum plenam probationem, intelligo in civili cauſa non ardua. Nam ſi ardua ꝑ eſt, criminali æquiparatur, vt infra ſuo loco dicemus. Ita etiam interpretor Baldum in conſ. 3. caſus talis eſt. Quidam Perrucius. in fine lib. 3. cum reſpondit plura indicia ſimul iungi ad plenè probandum. Idè ſcripſerunt Angel. in l. non eſt verum ſimile. in fine. ff. quod metus cauſa. Aretin. in conſ. 65. colum. 2. in ſimile. in fine. ff. quod metus cauſa. Aretin. in conſ. 47. col. 1. Barſine. Roman. in conſ. 54. in fine. Io. de Anan. conſ. 47. col. 1. Barſine. in rubric. extra de probatio. col. 4. ver. quod probatur. & in c. vlti. de ſucceſſ. ab inſteſt. Calcan. in conſ. 76. columna prima. Socin.

d 2

Sen. in conf. 89. numer. 2. libr. 1. Curt. Sen. in l. admonendi, nume. 201. in fine. ff. de iureiuran. & Crauet. in consil. 73. numero 19. & clari in consil. 158. numero 11. Visus tamen est Crauet. in d. fo. consil. 73. numero 19. loqui de præsumptione iuris, de qua dubitandum non esset, vt supra admonuit. Horum interpretum assertio comprobatur doctrina Butrij, & Calderini in c. veniens, il. 1. de testib. ac Oldradi & Nicolai de Neapol. in l. 2. ff. de excusa. tut. quos recenset Iason in repet. l. admonendi, numero 213. versum. alia & tertia. ff. de iureiuran. Cùm dixerunt, præsumptiones facilius simul iungi quam probationes, de quibus ¶ quidem probationibus simul iungendis dicimus infra in sequenti questione. Ea est huius sententiæ ratio, quod omnes hæc præsumptiones ad eundem finem tendunt, nempe vt iudex, ad rei cognitionem, & fidem adducatur iuxta l. quinquaginta. ff. de probat. ad quem sanè finem est probatio plena & perfecta simul, ergo debent iungi præsumptiones plures.

Secundus est casus, cùm agitur de causa ciuili ardua ¶ seu magni ponderis, vt pura de toto alicuius patrimonio. Nam tunc hæc præsumptiones non coniunguntur. Ita sentit Baldus in l. vlti. numero 8. versum. quædam est probatio. C. de probat. & in c. veniens, numero 7. extra de testibus. & apertius docuit Caccialup. in l. admonendi, numero 207. ff. de iureiuran. Hinc dicimus, quod in causa matrimoniali, cùm agitur de illius separatione, duæ ¶ præsumptiones, vel plures non coniunguntur ad faciendum plenam probationem. ita respondit Alexan. in consil. 143. num. 4. lib. 2. quem secuti sunt Dec. in consil. 133. num. 3. & in consil. 310. colum. 1. & Gratius in consil. 38. numero 2. libro 2. cùm dicunt, in causa dissolutionis matrimonij, non coniungi probationem ex vno teste cum fama, quæ duæ præsumptiones sunt. Cùm verò agitur de matrimonij confirmatione, ¶ & validitate, plures præsumptiones connecti possunt ad constituendum plenam probationem. ita respondit Barbat. in consil. 6. colum. 1. libro 1. Ita patiter dicimus plures præsumptiones posse coniungi ad probandum aliquem ¶ esse filium, vt scripsi libro 2. de arbitra. iudicium, casu 89. numero 65. Quæ sanè plures præsumptiones non possunt coniungi ad probandum quem non esse filium. Ea est huius casus ratio, quod causa ciuili ardua criminali ¶ æquiparatur, ob præiudicij grauitatem, vt probat text. in §. item propter litem. in inst. de excus. tuto. & ibidem Doct.

Ita pariter cum de sola iuris præsumptione agitur, expressum illud ÷ esse dicitur quod constat coniecturis, & præsumptionibus istis. Ita tenet Barto in l. prator ait. in princip. numero 1. ff. de operis noui nuntia. & eum sic explicat Iaf. ibi & in l. licet. n. 8. 10. de leg. 1. Et scribit Angel. in §. si verò expressim. in authent. de hered. & Falcid. quod si lex mandat aliquid fieri expressè, tunc satis expressè fieri dicitur, quod constat coniecturis fuisse factum. Et Angelum securus est Afflictus decif. 44. numero 15. Et multis similibus comprobauit Crauer. in cõ. 958. numero 22. & accedit Ludov. Molina in lib. 1. de Hispan. Primogeniis cap. 17. num. 27. His declaratur statutum Patruinum, sub rubric. de iniquis. veris. quando cumque de certo, & c. dum statuit, quod si de certo termino soluendo affictus domorum, nulla expressa conuentio facta sit inter locatorem, & conductorem, quod locator teneatur soluere dimidiam fietus ad festum Pascharis, &c. Hoc sanè statutum non habet locum, quando conductor soluit per aliquot annos ante illud tempus ex conuentione facta, deinde tacite recõducendo ex præsumptione litem queritur §. qui impleto. ff. locati, dicitur expresse conuenisse de soluendo etiam ante festum Pascha. Cæterum repugnare videtur quod scripsit Iaf. in d. l. certi conditio, in princip. numer. 21. post Bald. in l. legem. C. loca. Hanc tamen sententiam probat l. quidam testamento ad fin. ff. de vniuersa. in illis verbis, itaque apparere euidenter &c. Coniecturam facit lex, testatorem ex distributione partium voluisse coniunctum præfetri substituto. Idem probat l. licet Imperator. de legat. primo, vbi à lege coniectura & præsumptio fit, testatorem noluisse legatum ab instituto relictum esse à substituto præstandum, vt si causa legendi, quæ erat in instituto cessat in substituto. vel & aliis coniecturis ibi commemoratis: & ibi Iuriscõsultus ait hoc quod ex coniecturis ÷ constat evidens esse. & l. si quis locuples. in fine. ff. de mammiss. testam. quo loci Caus inquit, apertissimi: ÷ constare ex hac coniectura, manumittentem seruum sub conditione, si creditoribus erit satisfactum, noluisse fraudare creditores. Imò manifestum dicitur quod iuris præsumptionibus, & coniecturis probatur, vt docuit Bald. in l. cum proponatur, in principio de leg. 2. cum dixit manifestum vltimum cum dici, qui coniecturis & præsumptionibus talis probatus est. Dissentit tamen idem Bald. in l. ciues. in princip. C. de appellat. quem securus est Curtius Sen. in consilio 79. Domina Franceschina, colum. 7. in fin. Est quoque idem dicendum cum de sola hominis præsumptione agitur. Nam & tunc expressum ÷ illud esse dicitur, quod constat his coniecturis & præsumptionibus. Ita tenet Iason in d. licet Imperator. num. 5. de leg. 1. dum simpliciter & absolute loquitur. Idem tenet Afflictus in decif. 44. numero 15. dum scribit, quod et si nauatio ÷ expressè fieri debeat, l. vltima. C. de nouat. Atamen si coniecturis constat partes voluisse nouationem facere, satis expressè facta dicitur. Ita Cynus in d. l. vltima. C. de nouat. Imola in l. delegare. ff. eod. Alexand. in cons. 10. colum. vltim. in cons. 13. & in cons. 73. lib. 2. Corneus in cons. 33. numero 14. libro 2. Cum dixit, satis dici factam nouationem, cum rebus probatum fuisse aliquid solum pro residuo & ceteri factam nouationem, intercedente noua persona.

Cæterum ab hac traditione dissentiunt Barbat. in cons. 15. numero 28. & cons. 37. colum. 10. vers. est accurate. lib. 1. qui

respondit, & non sufficere coniecturas ad inducendam nouationem. Et loquitur de coniecturis & præsumptionibus hominis. De veritate nunc non disputo quòd vberius tractationem hanc sim explicaturus. infra lib. 3. præsumpt. 134.

Hunc ipsum casum nostrum, confirmat doctrina Baldi in l. in tempus. in fine. ff. de heredi. institut. Cum docuit, quod quando dubitatur de ÷ persona heredis, debet fieri probatio apertissima. Quæ sanè apertissima probatio, satis fieri dicitur, cum sit coniecturis & præsumptionibus, vt d. l. licet Imperator. de legat. primo. & l. qui habebat. ff. de reb. dub. Et Baldum securus est Afflictus. in d. decif. 44. num. 16.

Huc pertinet quod respondit Romanus in cons. 171. in fine. Cum dixit, quod sicut evidens dicitur id, quod coniecturis declaratur: Ita etiam expressum ÷ dicitur, quod coniecturis colligitur, & de coniecturis hominis loquitur Romanus. Ita quoque respondit Barbat. in cons. 89. col. 4. ff. 4. expulsum dici quod coniecturis & præsumptionibus hominis constat, ibique loquitur Barbarius de coniecturis, quibus restatorem à prima sua dispositione recedere voluisse creditur. Ita etiam Baldus in cons. 3. Factum tale est. Quidam nomine Paulutius lib. 5. respondit, expressum dici, quod coniectura deprehenditur.

Et ait expressam substitutionem pupillarem dici, quæ ex coniecturis & præsumptionibus colligitur. Et scribit idem Bald. in l. item quia. ff. de pactis expulsum id dici, quod ex signis ÷ colligitur. Illud securus est Curtius Senior in cons. 50. Memorie recalcend. Dux. colum. 43. vers. octauo respondimus. quod loci respondit, si adam antiquum ÷ & aurum dici expresse constitutum, si coniecturis colligitur id potest ex inuestituris. Et ex prædictis inferitur declaratio ad regulam l. si referendi. C. de conditi. ob causam. quod scilicet propositum in mente tentum nihil operatur.

Hæc sanè regula declaratur non habere locum quando extant præsumptiones, & coniecturæ, quibus colligitur illud propositum & voluntas. Ita post Baldum tradit Tyraquell. in l. si unquam. in verbo. libertus. num. 43. C. de reuo. donat. & accedit Cur. Inn. in l. 2. in prin. num. 2. ff. si certum petat.

Extenditur prædicto hæc traditio, vt procedat etiam, quando lex requirit aliquid nominatim exprimi. Nam & tunc illi legi est satisfactum, cum ex coniecturis id colligitur. Ita Angelus, Romanus & Iason in l. Prator ait. in princip. ff. de operis noui nuntia. Cum dixerunt, quod et si in appellatione ÷ interlocutoria, nominatim exprimi debet causa grauaminis. Clement. appellanti, de appellat. atamen satis nominatim dicitur expresse, cum coniecturis colligi illa potest. Idem affirmarunt Alexand. in cons. 80. num. 9. lib. 1. & cons. 126. num. 1. lib. 6. Soci. Sen. cons. 112. num. 8. vers. aliquando & vers. lib. 1. Felin. in cap. translatio. de consuet. dum affirmant sufficere expressionem per relationem ad ÷ & a. & apertius Crauer. in cons. 958. num. 24.

Cæterum ab hoc exemplo & casu dissentiunt permulti, sicut Bald. in l. terminato. num. 11. in fine. C. de fructibus & lib. expens. Angel. in l. 1. vers. & per hoc audi. ff. de lib. & posthu. tenet & Francus in c. et debitor. eod. num. 5. vers. 12. queritur de appellat.

Distinguerè possumus ex sententia Baldi in l. minoribus. numer. 5. C. de his quibus vt indign. quod aut constat de grauamine ex præsumptione iuris: Et tunc sufficit, vt dicatur expulsum grauamen. & hoc in casu procedit opinio illi Angel. Rom. & aliorum in d. l. Prator ait. Aut constat solum ex præsumptione hominis, vt tunc procedat opinio posterior Bald. & sequentium.

Extenditur secundo, vt procedat etiam quando requiritur quod probatio debeat fieri publica scriptura. Nam adhuc iuris præsumptio sufficit. Bald. in l. 1. numer. 18. C. de fideicommiss. late Crauer. in cons. 953. numer. vigesimo secundo.

Extenditur tertio, vt hæc sententia procedat etiam in his, quæ iustitiam tantum admittunt interpretationem. Exemplum sit in iuramento, ÷ quod strictæ interpretationis est. c. penult. de iureiurand. si enim quis iurauit, se habuisse sandum in dotem à Caia, dicitur etiam iurasse, se illum restitutum: & agi potest ex eo iuramento, et si super restitutione iuratum non sit. Ita probat l. si duo paroni. §. Marcellus. ff. de iureiurand. Et illius responsi ea est ratio, quia satis dicitur expressa promissio de ÷ dote restituenda, ex quo maritus confessus est, se eam recepisse. ita in specie declarat Crauer. in tracta. de antiqu. tempor. in tertia particula prime partis prim. numer. 39. Adfertur etiam exemplum in casu l. emptor. §. ancillan. ff. de rei vendi. quo loci restator quidam, filiam exheredauit contemplatione peculij, eo quod concessisset peculium filie. Et peculium satis dicitur expresse concessum, ex quo coniecturis colligebatur. Ita etiam intelligit Crauer. loco iam citato. numer. 39. qui aliis confirmat. Est etiam exemplum

emplum in casu l. triticum. de verbor. oblig. vbi certum frumenti genus expressum in stipulatione dicitur, cum de ipso genere ex coniecturis constat. Et tamen stricti iuris ÷ est stipulatio. l. qui quid asstringende. de verborum obligat.

Declaratur primo, vt non habeat locum hæc sententia, quando lex requirit aliquid fieri ÷ expresse ob id, quod factum simpliciter est contra dispositionem iuris communis. Nam tunc non sufficit coniecturæ & præsumptiones: sed requiritur expressio verbis specialibus. Ita docuit Angelus in §. si verò expressim. in authent. de heredib. & Falcid. quem secuti sunt Barbat. in cons. 25. numero 28. lib. 1. & Afflictus decif. 44. numero 14. in fine. alios recentet Tyraquell. de legib. conub. in glo. num. 99. & num. 168. Est exemplum secundum Angelum, si testator dicat, lego decem, quæ integra præstari volo: non dicitur restator expresse prohibuisse Falcidiam detractionem, ex quo prohibito simplex repugnat iuri communi. l. si vt allegas. C. ad l. Falcid.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando expressio ÷ pro forma requiritur. nam tunc non sufficit expressio facta signis & coniecturis, etiam indubitanis. ita docuit Angelus in l. quous. §. si quis nomen. ff. de hered. institue. quem ita intellexit Tyraquell. in tractat. de legibus conub. in glo. 5. num. 156. Verum mihi semper est visum, Angelum loqui, vt dici non possit scriptum literis, ÷ quod coniecturis colligitur. Et non leuis videtur differentia, quod quid dicatur expulsum, ab eo, quod dicitur scriptum.

Quam sanè considerationem manifestè probat, l. 1. ff. si tabu. testamen. extabu. ex eo textu dicimus, hæredis institutio nem coniecturis non fieri, cum scriptus in testamento is esse debeat. ita tradunt Iason in l. 1. numero 2. C. de pactis. & plures recentis in cons. 85. numero 68. & infra lib. 4. in præsumpt. 35. explicabimus. Hanc tamen declarationem probauit & Iason in l. prator ait. in princip. num. 9. & num. 10. ff. de operis noui nuntia. est exemplum in casu l. vltim. §. omnem. C. de administrat. requirit lex, quod quando tutor suscipit ÷ tutelæ administrationem, debet expresse promittere, se vtilia nomine pupilli facturum, & inuilia prætermitturum: ac etiam quod sine mora eius defensionem suscipiet: & propterea non satis erit, si exprimat se facturum vtilia, & prætermitturum inuilia: quanquam colligatur ex his verbis, quod etiam suscipiet defensionem. ita declarat Bartolus in d. l. vltima. §. omnem. quem secuti sunt Bald. Angelus, Comens. & Romanus, Marthel. notab. 108. & Alex. in cons. 139. colum. 2. lib. 1. quos commemorat Iason loco iam citato.

Dissentiunt tamen ab hac opinione Baldus in c. ex parte M. colum. 9. de appell. & alij nonnulli, qua de re suo differemus loco. Comprobatur quoque hæc declaratio ex doctrina Felini in c. ad aures. colum. 2. vers. scilicet nihilominus sequenda est. de rescript. quod si lex requirit expressionem pro forma, ÷ non sufficit expressio sub verborum inuolucro l. sed est quis. §. questum. ff. si quis casus. Et Felinum securus est Tyraquell. in tracta. de legib. conub. gl. 5. nu. 98.

Declaratur tertio, vt locum non habeat hæc sententia, quando ÷ requiritur evidens, vel patens expressio. ita de evidenti expressione docuit glo. in l. qui plures, vbi gl. vltima. ff. de vulg. & pupillari substitut. & ibidem Aretinus in vltimo notab. & Iason in fine. Idem Aretinus in l. quidam testamento, in tertio notab. ff. eod. & Iaf. in l. licet Imperator. nu. 14. de legat. 1. quos securus est Tyraquell. in tractat. de legib. conub. in glo. quinta, numero 163 qui numero 164. subiungit, idem esse, cum lex requirit, patenter expulsum: sicuti in casu cap. 2. post princip. de sentent. excommuni. in 6. ibi errore patenter expulsum, & in c. venerabilibus. §. vlt. eod. tit. & illis in locis annotauit Geminianus, quod ad hoc, vt sententia ÷ dicatur nulla, ob iuris errorem patenter expulsum, non sufficit, quod error colligatur ex coniecturis. id quod affirmarunt Innocent. Hostien. & Abbas in c. P. & G. de officio delegat. Bald. in cap. quod translationem. eod. tit. & plures alios commemorat Tyraquell. in tract. de legib. conub. in gl. 5. num. 58.

Declaratur quarto, vt non procedat hæc sententia, quando requiritur expressio verbis facta. nam tunc non sufficit, quod colligatur ex præsumptionibus, cum id non dicatur fieri verbis expressis. l. 3. in princip. vbi Bartol. ff. de legis. tutela, & manifestè ita docuit Aretinus in l. cum quid. numero 3. ff. si certum petat. Hos securus est Tyraquellus de legib. conub. glo. 5. numero 165. Quibus addo Iasonem in l. prator ait. in princip. numer. 6. ff. de operis noui nuntia. cum dixit ex sententia Bartol. ibi, quod quando requiritur aliquid fieri verbis expressis non sufficit, si colligatur. & ibidem refert Butrium in cap. translatio. de consuet. dicentem, quod si statutum disponit, quod possessionibus responderet verbis expressis, non sufficeret responsio, quæ coniecturis colligi potest. Et huc pertinet quod egregie scripsit Marcus Antonius Natta in Authent. hoc inter liberos. numero 21. C. de testamen. post Baldum

ibi, cum dixit, quod cum reuocatio testamenti confecti ÷ a parte inter liberos, fieri debeat verbis expressis, non sufficit coniecturæ & præsumptiones.

Declaratur quinto, vt non procedat, quando ÷ coniectura non colligitur ex scriptura, sed solum ex mente tacita. nam tunc non dicitur expulsum. ita Bald. in l. unica. numer. 10. C. de iis, qui ante apertas tabul. cum dixit, quod illud dicitur omnino ommissum, cum nihil penitus expulsum est: aliàs secus idem respondit Deci. in cons. 15. numer. 6. in cons. 369. num. 1. & in cons. 397. colum. 1. Tyraquell. in tract. de legib. conub. in glo. 5. num. 167. & Crau. in tracta. de antiq. tempor. in tertia particula prime partis. numer. 38. qui quidem manifestè dixit, expulsum tunc ex coniecturis dici, cum illud ex aliis expressis & scriptis colligatur.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc sententia, quando ÷ requiritur expressio respectu certæ personæ constitutæ in magna dignitate. nam tunc non sufficit expressio, quæ ex coniecturis resultat. ita scribunt glo. in c. inquisitores. in verbo, expresse. de heret. in 6. Iason. in l. prator ait. in princip. numero 6. vers. sic secundo fallit. ff. de operis noui nuntia. & copiose Tyraquell. de legib. conub. in gl. 5. num. 91. & licet hi loquantur in eo genere expressis, quod generale appellatur, atamen & idem est hic, cum expressio à coniecturis proueniens generalis dicatur, vt mox subiiciemus.

Declaratur septimo, vt non procedat hæc traditio, quando ÷ lex & dispositio requirit speciale expressionem. Nam tunc non sufficit hæc, quæ prouenit ex coniecturis, & præsumptionibus. Quando quidem hæc non dicitur expressio specialis. ita scripsit Ty. aqu. in tract. de legib. conub. in gl. quinta. num. 169. ex sententia Bart. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. substit. & in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. cum docuit substitutionem in contentam in breuius, censeri expressam expressionem generali non autem speciali: cum specialis expressio non oriatur ex coniecturis. idem scripserunt alij commemorati à Tyraqu. de legib. conub. in gl. 5. nu. 169. qui in specie nostra ita declarat.

Declaratur octauo, & vltimo, vt locum non habeat hæc sententia, ÷ quando requireretur propria expressio: nam tunc non sufficeret expressio his coniecturis facta: cum improptia hæc dicatur. ita declarat Tyraquell. in dicto tracta. de legib. conub. in gl. 5. numer. 170. ex sententia Decij in l. cum quid. in prima lectura. in tertio notab. ff. si certum petat. & prius Soci. ibi, quos securus est etiam ibidem Purpura. num. 20. vers. declarant. Quocirca (inquit Decius) si statutum tribuit executionem paratam expressis ÷ in instrumento, non dicitur dedisse his, quæ ex coniecturis mente elicitis colliguntur: cum expressa proprie illa non esse dicantur. Quod intellegit esse verum Purpur. in d. l. cum quid. numer. 1. in eod. statuto, quod est correctorum iuris communis: secus in cæteris, quæ vel iuri communi conueniunt: vel præter ius commune sunt.

QVÆSTIO XLVI.

Præsumptio iuris an dici debeat hominis, vel legis dispositio, egregia & vtilis admodum disputatio.

SVMARIA.

- 1 Dispositio legis dicitur, quando lex præsumit aliquid actum à partibus, cui partes rennunciare non possunt.
- 2 Ius accrescendi dicitur esse legis dispositio, & quæ sit ratio.
- 3 Ius accrescendi esse dispositionem testatoris.
- 4 Dies in actione tutelæ, à lege non abs homine censetur appositus.
- 5 Obligatio à lege defendens, quænam dicatur.
- 6 Partes voluntatem suam, secundum leges accommodasse præsumuntur, & quomodo id intellegendum. nu. 7.
- 8 Falcidia contra testatoris voluntatem detrahitur.
- 9 Procurator constituitur ad agendum, defendere teneatur.
- 10 Tempus quod datur indicatis, etiam si sit in sententia expulsum, dicitur tamen terminus legis non hominis, & quæ sit ratio.
- 11 Clausula doli mali in contractu depositi, ex ipsa legis dispositione inest.
- 12 Dispositio hominis quando dicatur.
- 13 Electio in alternatiuis vtrum semper sit debitoris.
- 14 Conditiones unde proueniunt.
- 15 Dispositio legis dicitur, quando lex non habito respectu ad

voluntatem præsumptam partium aliquid inducit, & vide num. 19. & 22.

- 16 Interesse dicitur pœna legalis.
- 17 Tempus 4. mensium concessum damnato ad soluendum est dispositio legis.
- 18 Empior vnus ex pluribus, rem deteriorans, solus tenetur insolidum.
- 20 Successiones ab intestato, à lege sunt introductæ, ex tacita morientium voluntate.
- 21 Successions ab intestato causa, immediata & proxima, est ipsa lex, eam deferens.
- 23 Dispositio legis, & hominis plurimum inter se differunt.
- 24 Durius agitur cum homine, quam cum lege.
- 25 Mora conuentionalis difficilior purgatur, quam legalis.
- 26 Lex annullat fortius, quam homo.
- 27 Citatio facta ab homine, an consistuat citatum in mora, & quid de citatione legis.
- 28 Dispositio hominis semel tantum verificatur, aliud in dispositione legali.
- 29 Dotem constituere filie tenetur pater toties, quoties erit opus.
- 30 Dispositio legis generalis, comprehendit omnes & quoscunque casus, secus in hominis dispositione.
- 31 Indefinita æquipollet vniuersali in dispositione legis, non autem hominis.
- 32 Filiorum nomine continentur nepotes in dispositione legis, non hominis.
- 33 Sermo generalis in dispositione legali, recipit restrictionem de habilitate, aliud in hominis dispositione.
- 34 Dominium transfertur in dispositione legis, absque ulla traditione, non item in dispositione hominis.
- 35 Persona intermedia consideratur in dispositione legis, non hominis.
- 39 Prohibitus contrahere sub pœna cum bannito, impunè contrahit cum filio illius.
- 37 Compensatio facta à lege, etiam contra debitum iuratum, admittitur in dispositione legis non hominis.
- 38 Alimenta debita legis dispositione, debentur etiam de præterito.
- 39 Administrationem cum libera habens à lege, transigere potest, non qui ab homine.
- 40 Causa iusta excusat à pœna legali, non conuentionali.
- 41 Præscriptio legalis non currit contra limitem, aliud statuitur in conuentionali.
- 42 Dispositio tacita & ficta legis dicitur non hominis.
- 43 Obligatio ex dispositione legis proueniens fortior est ea, quæ ex hominis prouisione.
- 44 Solutio debiti contracti conuentione partium, quomodo probanda, & quomodo ea quæ ex dispositione legis.
- 45 Filius quando ingrediatur locum patris & concurret cum patre.
- 46 Interpretatio & extensio difficilior admittitur in dispositione hominis, quam legis.
- 47 Renunciatio filij expressa non nocet patri, aliud in tacita proueniente ex legis dispositione.

Quæro quadragesimo sexto, an quando lex aliquid præsumit, dici debeat dispositio illa legis, vel hominis? Hanc questionem satis egregiam explicant Ripa in l. si insulam, nu. 60. ff. de verb. oblig. & apertius Alciat. in reper. l. 4. §. Cato. nu. 104. ff. eod. titu. Distinguunt ij tres casus, quibus duos adiungam.

Primus est, quando lex præsumit aliquid actum à partibus cui partes ipsæ renunciare non possunt. hæc dicitur dispositio legis, non hominis. Id quod vel ex eo primo probatur, secundum Ripam & Alciatum, in iure accrescendi, quod est à lege sit in rodudum, concurrente tacita voluntate testatoris. l. si in testamento, ff. de vulg. & pupi. substitut. attamen quia testator non potest prohibere ipsum ius accrescendi, dicitur esse legis dispositio. Hoc exemplum post Ripam & Alciatum præcitat in locis probat & Cephalus in cons. 59. num. 24. lib. 1. Cæterum exemplum hoc verum non est, cum probabilius sit, ius accrescendi esse dispositionem testatoris, sicuti demonstrabimus infra lib. 3. præsumpt. 86. vbi explicabimus, an ius accrescendi sit ex præsumpta voluntate testatoris.

Secundò motus est Alciatus in d. §. Cato nume. 104. vers. secundò probatur, ex doctrina Bart. in l. ita stipulatus sum, in prima questione, num. 33. de verb. oblig. cum dixit, quod dies in actione tutelæ, & in promissione fructuum nasciturorum dicitur appositus à lege immediatè, non ab homine. Ea est ratio, quia etiam si patres vellent, quod in tutela oriatur actio ante diem, non possent lordinem. ff. de operis liberti. l.

dem in fructibus nascituris. l. 1. ff. de condi. & demonst. & l. interdu. de verbo. oblig.

Tertiò in hanc sententiam adduxit Alciat. traditionem Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. q. 8. num. 37. vers. quid ergo dicemus. de verbo. oblig. cum dixit, illam ceteri obligationem à lege descendente, quando quis obligatur præter voluntatem præsumptam contrahentium, secus si ex voluntate præsumpta: quia tunc dicitur obligatio hominis. Nec repugnat (inquit Alciat.) quod si lex aliquid inducit, præsumitur id etiam esse ex voluntate partium, quæ præsumuntur voluisse à accomodate voluntatem suam secundum leges, l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Nam responderit Alciat. regulam d. §. cum ita, procedere tantummodo in his, in quibus partes liberam habent facultatem, ita quod possunt renunciare: secus si non possunt. Ita probant l. Titia. ff. ad l. Falcid. & c. Reynald. de testa. vbi Falcidia dicitur deduci contra voluntatem testatoris. Ratio est, quia etiam si vellet, non posset eam prohibere. Et declarationem hanc ad §. cum ita, probauit idem Alciat. in li. §. Paradox. cap. 19. qui comprehendit ex l. 4. ff. de regu. iur. & Alciatum refert Zanchus in d. §. cum ita, in 9. parte. num. 45. quem declarat.

Quartò allegauit Alciat. doctri. Bar. in l. non solum. num. 6. ff. de procurat. cum dixit, quod procurator ad agendum tenetur defendere, & illa dispositio quod defendat, legalis dicitur. Ratio est, quia is defendit necessitate legis. l. seruum quoque. §. ait prætor. ff. de procurat.

Quintò facit secundum Alciatum, quod scribit gloss. & Doct. in l. 4. §. condemnatur. ff. de re iud. vbi tempus quod datur iudicatis, etiam si sit expressum in sententia: tamen dicitur terminus legalis, non hominis. Ratio est, quia tempus illud non est in mera potestate iudicis. l. 2. ff. eod. tit.

Sextò confert quod scribunt Castren. & Aretinus in l. iurisdictionem. §. penult. ff. de pactis. cum dicunt, clausulam doli mali à inesse in contractu depositi dispositione legis, in partes ipsi dolo de furto renunciare non possunt. d. l. penultima. Quam quidem traditionem probauit etiam Alciatus in d. §. Cato. humer. 105. in fin. & Soc. Iun. num. 134.

Septimò huc facit, quod docuit Riminal. Sen. in l. si quis maior. num. 7. C. de transact. cum aduersus Salicerum, & Alexandrum ibidem scripsit, quod stante statuto cogente affines ad compromittendum, si reperitur factum compromissum inter duos affines, præsumitur factum ob dispositionem statuti: atque ita esse compromissum necessarium, & non voluntarium. Cum non sit in facultate vnus eorum recedere ab ea dispositione. & Riminaldam secuti sunt Alciat. in d. §. Cato. num. 105. in d. l. si quis maior. & libr. 1. Paradox. cap. 20. in fine, & lib. 5. cap. 19. in fin. Cagno. in d. l. si quis maior. num. 67.

Et secundum hanc opinionem responderunt Anch. cons. 158. & Deci. cons. 22. colum. 2. Distinctionem adhibent Ruinus & Tornielius in l. 3. ille num. 46. iste num. 71. de leg. 1. quæ verè non satis facit in casu dubio, cum scilicet ignoratur quando fuit factum compromissum.

Secundus est casus, quando lex præsumit aliquid quod partes possunt prohibere, illique renunciare. Hoc in casu dicitur dispositio hominis: non autem legis. ita Ripa in d. l. si insulam. num. 60. & Alciat. in d. §. Cato. num. 104. & lib. 1. Paradox. cap. 20. sic intelligentes l. cum quid. ff. si certum petat. vbi etiam Deci. num. 4. idem affirmat, & ipsemet Decius in l. semper in stipulationibus, num. 5. & ibidem Cagnolus num. 3. ff. de regu. iur. Quæ de re plura dicemus infra lib. 3. præsumpt. 80. dum explicabimus d. l. cum quid. idem probat l. non vniuersum. ff. de eo quod certo loco, vbi Iaf. num. 2. scribit electionem in alternatiuis non esse semper debitoris: cum illa sit ex dispositione legis.

Huc pertinet doctrina egregia Bart. in l. conditiones, quæ extrinsecus. nume. 1. ff. de condi. & dem. cum scripsit, quædam esse conditiones quæ veniunt ex legis dispositione, & sic legales, quædam verò, quæ veniunt ex natura rei, & demum quædam quæ veniunt ex præsumpta atque coniecturata mente testatoris. sensit ergo manifestè Bart. has potestimas conditiones prouenientes ex præsumpta mente testatoris, non esse legales, sicque ex dispositione legis.

Tertius est casus, quando lex non habito respectu ad voluntatem præsumptam partium, aliquid inducit. Hoc casu dicitur dispositio legis, & non hominis. ita Ripa in d. l. si insulam. num. 60. & Alciat. in d. §. Cato. nume. 106. qui adduci sunt auctoritate Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. quest. 8. de verbo. obligation. cum dixit illam ceteri obligationem descendente à dispositione legis: cum

cum lex eam inducit non habita ratione voluntatis hominis. Et Bartolum secuti sunt alij, quos commemoravi supra in primo casu. Confert etiam quod docuit idem Bart. in l. cum stipulatus sum à Proculo. num. 4. de verborum obligat. Cum dicitur interesse à pœnam esse legalem. Ea est ratio, quia lex non habita ratione, præsumpta voluntatis partium, illud inducit in obligationibus facti, vt debitor liberetur, solvendo illud, & idem in illo loco scripsit Iafon colum. 4.

Huc etiam facit quod docuit idem Bart. in l. 3. num. 7. vers. & hoc placet. ff. de leg. 1. cum dixit tempus quatuor mensium concessum condemnato ad soluendum esse dispositionem legis, quæ sua indulgentia illud permittit, non habito respectu ad personam iudicis, quod scilicet præsumatur sic voluisse tempus illud concedere, & Bart. secuti sunt Alex. Confert etiam l. quod si nolit §. Pomponius. ff. de edil. edict. vbi si vnus ex pluribus empiribus, deteriorat rem, solus insolidum tenetur. est ratio, quia hoc debitum deteriorationis non ex contractu seu vi stipulationis, sed dispositione legali, ex edicto edicto causatum dicitur.

Quartus est casus, quando lex aliquid præsumit ex actu omnino tacito partium. Hoc in casu dicitur etiam dispositio legis, non autem hominis, sicuti videmus in successioneibus ab intestato quæ à lege introductæ sunt ex tacita quadam voluntate morientium. l. si quis cum testamentum nullum. & l. conficiuntur in princip. ff. de iure codic. de quibus dicemus infra lib. 4. præsumpt. 68.

Hæc enim dicitur dispositio legis, vt tradunt Bald. in l. si emancipati. in 8. oppo. C. de collatio. & Ruinus in rub. ff. soluto matrimonio. num. 216. & alios commemorabimus in d. præsumptio. 68. Esse autem legis dispositionem manifestè patet, quia appellatur legitima successio. l. obvenire ff. de verbor. significat. vbi Alciat. & l. 3. §. de illo. ff. pro socio. Et lex illa est, quæ immediatè eam deferret: atque ita à lege proxima & immediata est dicitur eam deferre: atque ita d. §. de illo, quem secutus est

21 ipsa lex, vt declarat Bart. in d. §. de illo, quem secutus est Ruin. in d. Rubri. ff. sol. matrimon. num. 216. quo loci simile scripsit de dote minoris, quæ censetur repetita in secundo matrimonio cum illa proueniat ex dispositione legis immediatè, non autem hominis. Etsi aliter responderit Corn. in cons. 234. lib. 1. qua de re suo loco dicemus. Non hic omittendum est, quod acutè docuit Tornielius in l. 3. num. 70. de lega. 1. dum ad declarationem d. l. conficiuntur. l. i. ripsit, hæreditatem illam ab intestato, deferri à lege ex præsumpta mente morientis: cuius tacita voluntas cum efficax non sit ad transferendam hæreditatem directè, ideò à lege ipsa coadiuuantur. Illa tamen voluntas tacita decedens (inquit Tornielius) efficax est, vt successor ille tanquam à moriente honoratus, granari possit, d. l. conficiuntur. & l. si quis cum testamentum nullum. ff. de iure codicil.

Quintus est casus, quando lex inducit præsumptionem iuris, & de iure. Hoc in casu dicitur dispositio legis, & non hominis. Ita Alciat. in d. l. 4. §. Cato. num. 103. in fin. de verbor. oblig. Est ratio, quia lex ipsa, non habito respectu ad voluntatem partium, eam ita statuit, vt nec ei renunciare possint partes ipsæ, nec contrarium probare: sicuti suo loco diximus.

Huius disputationis vtilitas non mediocri est. Magni etenim refert scire, an dispositio sit legis, vel hominis: plurimum enim quod inter se differunt.

24 Prima est differentia, quia dicimus quod durius agi cum hominis dispositione, quam cum illa legis, l. Celsus. ff. de recept. arb. vbi gl. & scribunt Bart. in d. l. si insulam, in 8. oppos. nu. 9. & ibid. Iaf. num. 28. & Ripa nu. 56. Latè Gomez. §. item si quis in fraudem, nu. 4. in Instit. de actio. & Neuzan. in consil. 2. nu. 39. qui propterea dicunt, difficilior purgari quod moram conuentionalem, quam legalem.

26 Secunda est differentia, quando agitur de annulatione actus, lex fortius annullat, quàm hominorita Bart. in d. l. si insulam. vbi Ripa num. 58. qui eiusdem sententiæ alios recenset. Et hæc quidem differentia declarat atque limitat præcedentem.

27 Tertia est differentia, quod citatio facta ab homine non constituit citatum in moram, nisi facta sit præcisè, & peremptorie ad audiendum sententiam, glo. in Clemen. sæpe, in verb. ad id, de verbor. significat. sicus est in citatione legis, l. sæpe, ff. de appell. Ita docuit post alios Ripa in d. l. si insulam, numero 59.

28 Quarta est differentia, dispositio hominis verificatur in prima vice: non autem dispositio legis: cuius differentia ratio est, quia legis natura est, vt non pro vno actu tantum, sed quoties opus erit, prouideat: secus est in dispositione hominis. Si enim quis tenetur dispositione legis dotem constituere mulieri, vt pater filie, iuxta l. qui liberos. ff. de ritu nupt. non sufficit, quod eam semel dotauerit,

sed tenetur toties, quoties opus erit, l. ultim. C. de do. 29 tis promiss. Diuersum est, quando tenetur dispositione hominis, vt in socio, qui conuentione societatis tenetur dotare filiam socij, sufficit enim tunc quod semel dotauerit, l. si socius pro filia, ff. pro socio. Ita declarant Baldus, Angelus, Imola, & Alexand. in l. si cum dotem. §. 1. ff. pro socio. & alios refert Tyraquel. in l. bones. §. hoc sermone, limit. 9. numero quarto, de verborum significat. vbi plura alia exempla commemorat:

Quinta est differentia, quod dispositio legis comprehendit omnes, & quoscunque casus: Non ita dispositio hominis. Ita declarat Angel. in l. sed & si quis. §. questum, in fin. ff. si quis cautio. & Iaf. in l. actione, num. 9. in fine. C. de transactio. Cum dixerunt, quod vbi in dispositione hominis requiritur specialis mentio alicuius actus, non sufficit, quod fiat verbis generalibus: sicuti in clausulis renunciationum, derogationum, & similibus: secus est, quando est, dispositio legis.

Sexta est differentia quod in dispositione legis indefinita æquipollet vniuersali: non ita in indefinita hominis: sicuti scribunt Deci. in l. 1. num. 12. & ibidem Cagnol. numer. 9. & manifestius doctis. Alciat. in lib. 3. Paradox. cap. 14. Verum dissentiant alij multi, quos congerit eruditissimus Didac. in lib. 1. variar. resolut. cap. 13. num. 9.

Septima est differentia, quod in dispositione legis, sub nomine filiorum continentur nepotes: non ita in dispositione hominis. Alciat. in d. cap. 14.

Octaua est differentia, quod in dispositione legis, generalis sermo recipit restrictionem de habilitate, l. vt gradatim. §. 1. ff. de mu. & honor. Non ita in dispositione hominis, quemadmodum declarat Bald. in l. 1. colum. 1. C. sine cens. & reliqu. Alex. in l. si patroni, num. 15. ff. ad Trebell. Iaf. in prælud. feud. num. 49 & in l. 1. §. nunciatio, de oper. noui nunciat. Curt. Iuni. in consil. 1. num. 3. & Tyraquell. in tracta. de retrac. consanguin. §. 1. gloss. 7. num. 29.

Nona est differentia, quod in dispositione legis dominium sine aliqua traditione transfertur: non in dispositione hominis, sicuti declarat Bartol. in l. traditionibus, in 1. lect. in fin. C. de pactis. & ibid. Alexand. in fin. Bald. Abb. & reliqui in Rub. extr. de consuet. & Alexand. in consil. 1. colum. 2. lib. 5.

Decima est differentia, quod in dispositione legis consideratur persona intermedia: non sic in dispositione hominis, vt docuit Bart. in l. 3. §. 1. ff. de lega. præst. quem secuti sunt multi relati à Petra Sancta in singul. 64. qui scripserunt, prohibitum sub pœna à contrahere cum bannito, impunè contrahere cum filio banniti, qui est persona intermedia.

Vndecima est differentia, quod in legis dispositione admittitur compensatio ipsa à lege facta, etiam contra debitum iuratum: non ita in compensatione hominis, sicuti declarat Socin. in l. Iulianus. col. pen. versic. confirmatur hoc. ff. de cond. & demonst.

Duodecima est differentia, quod alimenta dispositione legis debita peti possunt etiam de præterito: secus alimenta debita dispositione hominis, sicuti explicat Dec. in l. de alimentis, nu. 5. in fine. C. de transactio.

Terdecima est differentia, quod habens administrationem cum libera potestate à lege, potest transigere: non ita habens dispositionem hominis: sic declarat Barol. in l. 1. in 2. lect. in 3. oppos. ff. de offic. procurat. Cesar. Dissentit tamen Iafon. in l. si præses, num. 11. C. de transactio.

Decimaquarta est differentia, quod iusta causa, puta absentia, litigandi, & similes, excusant à pœna legali, non ita à pœna conuentionali, l. ultim. C. de in iur. restitut. Corset. in singu. in verbo, pœna, incipit, licet, & Iafon in l. si quis id, quod, num. 34. ff. de iurisdict. omnium iudic.

Decimaquinta est differentia, quod præscriptio legalis non currit contra militem: secus verò conuentionalis. Corsetus in singu. in verbo, præscriptio, incipit, licet.

Decima sexta est differentia, quod dispositio tacita & ficta dicitur legis: non autem hominis. Deci. in l. cum quid, num. 4. ff. si cert. pet. & in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de reg. iur.

Decima septima est differentia, quod obligatio proueniens ex dispositione legis, est fortior illa quæ descendit à dispositione hominis: ita Bald. in l. frater à fratre, in fin. ff. de cond. indeb. & alij congesti à Crauet. in consil. 111. num. 24.

Decima octaua est differentia, quod si debitum contractum est in scriptis partium conuentione: atque ita

colum. 5. libr. 3. & in consil. 151. colum. 1. & 2. libr. 5. Rolandus in tracta. de lucro dotis, quæst. 76. & Phanucius in tractatu. de lucro dotis, in gloss. 10. num. 12.

Ex prædictis diffiniri etiam potest illa disputatio, an regula cancellariæ de trienniali possessore, locum habeat in possessore præsumptio? Et locum habere ex iam traditis crediderim, tamen si dubitauerit Quintilian. Mandosius in annotationibus ad Lapium, alleg. 89. in quæst. ult. Nec quæ ab eo adducuntur, quidquam vrgent, præsertim Alciat, in tractatu de præsumptio. regul. 2. præf. 21. in 2. limitatione, imò potius ei refragatur.

Tertius est casus huius propostæ quæstionis, quando scilicet agitur de præsumptione hominis. Hoc sanè casu dispositio loquens de actu, & casu vero, non habet locum in hoc præsumptio. Quandoquidem cessant hic rationes quorum casuum, quos supra proximè retulimus.

QVÆSTIO XLVIII.

Præsumptio iuris, & de iure, vel iuris rariæ, vel hominis, allegari an semper debeat, nouè ac copiosè admodum, dilucidè que explicatum.

SVMARIA.

- 1 Præsumptionem iuris, & de iure in iudicio allegare necesse non est, & quæ sit ratio.
- 2 Præsumptio iuris quando allegari debeat.
- 3 Error, & ignorantia, est multis in casibus præsumantur, attamen ipsa præsumptio alleganda est, & num. 4.
- 4 Dominus olim, ut hodie præsumatur dominus, præsumptio alleganda est.
- 5 Dominium ex possessione præsumitur, si id allegetur. Vide distinctionem, num. 7.
- 6 Possidens semel possidere adhuc præsumitur.
- 7 Bona fides in successore præsumitur.
- 8 Mala fides in quibus casibus præsumitur, præsumptio est deducenda.
- 9 Debitor qui creditori sub hypotheca rem tradidit, non potest in dubium refricare dominij quæstionem.
- 10 Dolus in quibus casibus præsumitur, alleganda est præsumptio.
- 11 Deceptio licet in casibus quibusdam præsumatur, ut tamen à iuramento sequatur absolutio, præsumptio est alleganda.
- 12 Hereditatem per filium iussu patris aditam, præsumptio est.
- 13 Graua men à re illatum in recusatione iudicis, sufficit allegare.
- 14 Aditio hereditatis ex actibus præsumitur.
- 15 Præsumptio quæ oritur ex facto, pro eo quod est fundamentum intentionis, allegari debet.
- 16 Solemnitas est certis in casibus præsumatur, alleganda tamen est ea præsumptio.
- 17 Identitas rei præsumitur, si allegetur præsumptio.
- 18 Præstatio decennialis præsumit causam præstationis.
- 19 Filium qui separatim à patre diu vixit, ius præsumit sui iuris effectum.
- 20 Res ut patrimonialis petita præsumitur talis, si præsumptio allegetur.
- 21 Ratificatio gestorum, ex aliquibus actibus præsumitur.
- 22 Prædia Castro adiacentia, præsumuntur esse sub Castro.
- 23 Clandestinitas certis in casibus præsumitur.
- 24 Instrumentum antiquius sumptum, & exemplatum, habet pro se præsumptionem.
- 25 Præsumptio iuris ex facto proprio orta, alleganda est.
- 26 Beneficium legis indultum alicui intelligitur, si eo velit uti.
- 27 Index non requisitus, non supplet in his, quæ commodum primatum concernunt.
- 28 Excipiens etiam præsumptionem iuris pro se habens, eam allegare debet.
- 29 Idque extenditur etiam procedere in causis criminalibus, numero 31.
- 30 Præsumptio iuris etiam notoria, alleganda tamen est.
- 31 Præsumptio iuris allegare, quando non sit necesse, & numero 14.
- 32 Præsumptionem iuris, ex facto aduersarij ortam, necesse num sit allegare.

- 36 Agens contra peritum, cumque in panam incidisse allegans, non tenetur allegare præsumptionem doli ipsius aduersarij.
- 37 Homo ad centum annos viuere præsumitur.
- 38 Præsumptio ignorantie causata ex facto aduersarij, non est alleganda.
- 39 Prælati ecclesiæ mutuant, an teneatur allegare præsumptionem, in vitiisatem ecclesiæ conuersum esse.
- 40 Testes attestantes, se pecuniam numerari vidisse, non habent necesse asserere mutuum fuisse contractum.
- 41 Præsumptio orta ex facto, tam Rei, quam Actoris, non est alleganda.
- 42 Præsumptio orta ex facto nullius, vtrum alleganda.
- 43 Præsumptio à mero iure proueniens, vtrum alleganda.
- 44 Præsumptio solius hominis, allegari debet, & quæ sit ratio, numero 45.

QVÆRO quadragesimo octauo an præsumptio allegari debeat in iudicio, vt pro fit ei, pro quo extat. Hæc egregia iuris quæstio à nostris sparsim & valde perplexè explicata est. Ego tiam ipsius quæstionis capita constituo, quemadmodum etiam sunt tres præsumptionis species, hoc est iuris & de iure, iuris tantum, & solius hominis. Quò ad primum caput, nempe præsumptionis iuris & de iure, dicendum est ex sententia Baldi in l. vltim. colum. vlti. versic. item præsumptionem, ff. quod metus causa. ac Butrij in c. 2. col. 5. versic. sufficere ergo de libelli oblat. non esse t necesse quod allegetur. Ea videtur esse ratio, quia lex habet hanc pro ipsa veritate, quam iudex velit nolit, cogitur sequi. Quocirca non adhibetur distinctio, ex cuius facto illa oritur, sicuti hæc distinctio fit in præsumptionibus iuris, de quibus nunc dicemus.

Secundum est caput huius quæstionis, quod est de præsumptione iuris tantum: in qua quidem, explicando varias doctorum traditiones dicimus aliquando iuris præsumptionem nasci ex facto proprio: aliquando ex facto aduersarij: aliquando ex facto vtriusq. aliquando vero ex facto nullius: Et propterea à iuxta hanc traditionem distinguo atque constituo quatuor casus.

Primus est casus, quando præsumptio oritur ex facto proprio vel circa factum proprium versatur. Hoc factu casu præsumptio t allegari debet. Sic sentiunt omnes penè. Ita Bartol. in l. si adulterium cum incestu, num. 14. ff. ad l. iul. de adulter. Cum dixit, ex illo textu, in §. idem Pollioni, quod est error præsumatur: attamen t non sufficit apparere de præsumptione, ad ipsius erroris probationem, nisi ipsa præsumptio allegetur. Idem docuit Bald. in l. alia, num. 1. C. de iis quibus vt indign. & Aret. in consil. 112. in fin. & latè Didacus in c. Reynutius, §. 11. num. 1. versic. illud vero de testam. Cæterum Bellonus lib. 2. supputa. iuris. capitul. 6. ex Angel. & Comens. sententia scribit d. l. si adulterium cum incestu, §. idem Pollioni. non probare communem hanc assertionem: quia dum dicit vti que si error allegetur voluit dicere, id est, si error fuit, & interpretationem hanc vltus est etiam probare Iason in l. cum quid, in 2. lectura, nume. 25. versic. adde etiam, ff. si certum petat. qui & alium sensum, satis leuem tamen considerauit.

Secundò idem de ignorantia dicimus, t quæ est multis in casibus præsumatur: attamen allegari debet. Ita Baldus in l. quicumque, col. 1. C. de seruis fug. Ial. in d. reper. l. cum quid, num. 28. & ibidem Purpu. num. 142. & Alciatus num. 39. versic. sic, qui ignorantiam, ff. si certum petat. Et ij alios interpreses, quos nunc non commemoro, recensent. His accedunt Didacus in c. Reynutius, §. 11. num. 1. versic. eadem ratione, de testa. Crauet. in consil. 201. n. 36. qui idem ait, de præsumptione, quæ alleganda est.

Tertiò, sic dicimus, quod & si qui olim fuit dominus, præsumatur etiam hodie dominus: t attamen præsumptio hæc allegari debet. Ita gloss. in d. l. certum, §. 1. in verbo. confessus, ff. de confess. & ibidem Bart. nu. 2. Baldus in l. 1. nume. 31. C. eod. de confess. Alexand. in consil. 47. col. 5. nu. 12. lib. 1. Felin. in c. cum ordinem, nu. 20. de rescript. Iason in repe. d. l. cum quid, nu. 30. ff. si certum petat. & ibidem Purpurat. num. 143. Alciat. n. 39. versic. sic qui dicit. & Bologni. numero 66. Quæ sanè traditio procedit, etiam si reus conuenit fateretur actorem ipsum olim fuisse dominum. Nam adhuc hoc non sufficit, quin & tunc teneatur ipse actor allegare præsumptionem, quod scilicet de præsentis præsumatur dominus. Ita Felinus in c. asserit. n. 3. de præsumptio, ex sententia gloss. in d. l. certum, §. 1. quam esse communiter receptam asserit reiecta contraria opinione Baldi, quem secutus fuit & Anton. Burgos in c. peruenit, n. 6. de empt. & vendi.

Quartò ita dicimus, quod est ex possessione præsumatur t dominium: Nihilominus allegari id debet. sicuti 6 scribunt Bartol. in l. rem alienam, columna 2. ff. de pigno. actio.

actio. Bald. in l. etiam, ff. de re iudi. & in l. non ignorat, colum. 4. C. qui accusat. non possit. Felin. in c. cum ordinem, nu. 20. versic. dicit Bald. de rescript. Alexand. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, colum. 5. de re iudi. Idem in consil. 94. colum. 3. lib. 2. in consil. 69. num. 12. lib. 4. in consil. 35. num. 7. & in consil. 92. numer. 3. libro 5. Ial. in repe. l. cum quid, numer. 28. ff. si certum petat. & ibidem Purpu. nume. 141. Decius in l. non hoc in 2. notab. C. unde legit. Ripa in l. rem que nobis, num. 52. ff. de acqu. possess. Tyraque. de præscriptionibus in gloss. 2. versic. tu autem. & Craue. in consil. 134. num. 15. in fin. Verum Anto. Burgos in c. peruenit, numer. 6. de empt. & vend. dissentit. Cum vult sufficere quod allegetur possessio ipsa. Ego ita, conciliando has opiniones, distinguem. Aut est contentio de solo dominio. Et tunc t possessio deducta sufficit, quia infert dominium. Hoc in casu procedit opinio Antonij de Burgos: Aut est contentio de possessione & dominio: & tunc non sufficit deducta possessio & ad inferendum dominium, ex quo non concluditur necessario. Et hoc in casu procedit communis illa Bartoli & sequacium sententia.

Quintò, sic dicimus, quod est ille, qui semel possedit t adhuc possidere præsumatur: attamen illa præsumptio allegari debet. Ita Alciatus in l. cum quid, numero 39. ff. si certum petat. & aliqua dicemus infra libro 2. præsumpt. vbi agemus, an olim possessor præsumatur & nunc possidere.

Sextò ita dicimus, t quod est bona fides præsumitur in possessore: attamen præsumptio hæc debet allegari. Ita docuit Bald. in l. si super longi, numero 11. C. de præscript. longi tempo. quo loci admonet aduocatos, vt sint cauti, vt semper deducant & allegent bonam fidem. Idem scripserunt Angel. in l. cum qui §. vltim. in fine, ff. de publicia. in rem actio. Alexand. in consil. 69. nume. 11. lib. 3. in consil. 94. col. pen. libro 4. & in consil. 92. numero 2. libro 1. Cæpolla in tracta. de seruit. vbi. præd. cap. 20. colum. 2. Felin. in c. asserit, num. 3. de præsumpt. & in c. vlt. col. 5. versic. in quantum Abb. de præscript. Decius in l. non hoc, in secundo notab. C. unde legit. Ial. in repe. l. cum quid, numero 27. ff. si certum petat. & ibidem Purpura. numero 140. Alciatus numer. 39. versic. sed nunquid. & Bolognet. numer. 66. Afflic. decis. 178. numero 14. Franc. Balbus in l. Celsus, columna 33. numer. 97. de vscap. declarat Crauet. in consil. 201. numero 30. & in consil. 258. in fin. Tyraquell. de præscript. gloss. 2. versic. quibus ad stipulatus est. Didac. in c. Reynutius, §. 11. numer. 1. versic. hinc sanè fit, de testam. Ita etiam è contra dicimus quod illis in casibus, in quibus t mala fides præsumitur, præsumptio ipsa est deducenda, & alleganda, vt docuit Bald. in l. 1. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. anno.

Septimò sic dicimus, quod licet t debitor, qui hypothecauit rem creditoris, non possit in dubium refricare quæstionem dominij ex quo præsumptio est contra ipsum, attamen creditor eam præsumptionem allegare debet. Ita scriptum reliquit Negufan. in tracta. de pignor. parte 7. in 3. membr. num. 6.

Octauò huc facit, quod illis in casibus, quibus t dolus præsumitur, allegari præsumptio illa debet. Ita Alexand. in consil. 35. num. 6. lib. 5. & Purpurat. in l. cum quid, num. 145. ff. si certum petat.

Nonò ad rem pertinet, quod est certis in casibus t deceptio præsumatur, vt locus sit absolutio à iuramento super contractu præstito; attamen præsumptio illa allegari debet. Ita Felin. in c. cum ordinem, col. penult. versic. & dicit Paulus de rescript.

Decimò accedit doctrina Anch. in consil. 388. num. 6. quem probauit Felin. in c. cum ordinem, col. pen. versic. & dicit Petrus de rescript. quod is qui vult praticare, cap. 2. de renunc. in 6. debet allegare præsumptionem, quod ille renuncians sit mortuus, ex ea infirmitate.

Vndecimò suffragatur, quod licet præsumptio sit, filium t adiuiffe hereditatem iussu patris: attamen hæc præsumptio debet allegari. Ita Bartol. in l. qui in aliena, in princip. & ibidem Alexand. & Ial. ff. de acqu. hered. & Felin. in d. c. cum ordinem, col. penult. in fin. de rescript.

Duodecimò hinc dicimus, quod licet ad obrinendum in causa recusationis iudicis sufficiat allegare t graua men ipsa illatum, etiam si non probetur, quod fuerit de mente iudicis, ex quo læsiones præsumunt fieri malo animo, nihilominus præsumptio hæc allegari debet. Ita scripserunt Abb. Imol. & Francus in c. ad hæc, il 1. de appellat. & Felin. in d. c. cum ordinem, col. vlt. in princ. de rescript.

Decimotertiò accedit, quod dicimus, quod est ex aliquo actibus t præsumatur aditio hereditatis, l. pro herede, & l. gerit. ff. de acquir. heredi. attamen illa præsumptio allegari debet. Alexander in consil. 94. numero 9. libro 2. & Purpurat. in l. cum quid, numero 146. ff. si certum petat. Afflic. in decis. 14. numero 7. & Robett. Maran. in l. is potest, nume. 88.

de acquiren. hered. Decimoquartò confert, quod est ex ipso facto præsumptio t oriatur pro reo, quod est fundamentum meæ intentionis, attamen allegari illa præsumptio debet. Ita tradunt Cardinal. in Clement. appellatis, quæstio. 5. de appellat. Felinus in c. accedens, il 1. columna 3. vt lite non contestata. & Purpurat. in l. cum quid, n. 146. ff. si cert. petat.

Decimoquintò huc pertinet, quod licet solemnitas t certis in casibus præsumatur, attamen allegari illa debet. Ita scribit Butrius in c. peruenit, numer. 7. de empt. & vend. Alexand. in l. sciendum, col. 4. de verborum obligat. & Purpurat. in d. l. cum quid, n. 147. ff. si cert. petat.

Decimosexto accedit, quod est rei identitas t præsumatur, attamen allegari debet præsumptio illa. Ita respondit Socin. Seni. in consil. 149. colum. 4. libro 1. & docuit Purpurat. in d. l. cum quid, numero 147. versic. & tandem, ff. si certum petat.

Decimoseptimò suffragatur, quod licet ex decenniali t præstatione præsumatur causa ipsius, præsumptio tamen hæc deducti atque allegari debet. Ita Ial. in l. si certis annis, columna vltim. versic. 4. limita. C. de pass. post Baldum ibi Purpurat. in d. l. cum quid, numero 147. versic. & quod ad limitationem, ff. si certum petat. & Didac. in c. Reynutius, §. 11. numero 3. versic. illud sanè, de testam. Hac tamen de traditione dubitarunt Felinus in c. de quarta, columna penult. de præscript. & Anton. Burgos in c. peruenit, numero 6. in fin. de empt. & vendi. Quandoquidem allegando ipsam præstationem, sicque ipsum factum, satis ex eo resultat allegatio ipsius præsumptionis. Verum rectè, & doctè responderet Didacus præcitato in loco, quod licet causa præsumatur à iure, attamen est præsumptio in genere, & idè est necessaria allegatio ad certitudinem causæ.

Decimooctauò ad rem facit, quod est præsumptio iuris fit, filium, t qui diu à patre separatim vixit, effectum fuisse sui iuris, attamen præsumptio ipsa allegari debet. Ita respondit Alciat. in respon. 132. columna vltim. versic. secundo respondeo.

Decimononò huc facit, quod est præsumptio fit, rem t patrimonialem petitam, tale esse, sicuti respondit Sagnol. in consil. 81. verum tamen præsumptio ista allegari debet. Ita scripsit Tyraquel. in tracta. de retract. consang. §. 32. gloss. 1. n. 98.

Vigesimò accedit, quod est ex aliquibus actibus resultat præsumptio t ratificationis gestorum, nihilominus præsumptio illa allegari debet. Ita respondit Come. in consil. 29. n. 8. lib. 4.

Vigesimoprimum confert, quod est prædia t Castro adiacentia præsumantur esse sub Castro, attamen præsumptio illa allegari debet. Ita censuit Socin. Iun. in consil. 7. num. 9. libro 1.

Vigesimosecundò suffragatur, quod est certis casibus clandestinitas t præsumatur, attamen illa præsumptio debet allegari. Ita respondit Alex. in consil. 88. numero 12. lib. 5. & Crauet. in consil. 258. in fin. quos refert & probat Thobias Non. in consil. 24. n. 20.

Vigesimotertiò accedit, quod licet præsumptio fit pro instrumento, t antiquitus sumpro atque exemplato, attamen præsumptio hæc deduci, & allegari debet. Ita decidit Afflic. decis. 345. n. 7.

His constat receptam esse apud omnes ferè hanc iuris traditionem, t præsumptionem iuris ex facto proprio ortam esse allegandam. Et huius receptæ opinionis ratio est, secundum Alciat. in l. cum quid, nu. 39. ff. si certum petat, quod cum præsumptio fit de re dubia, ille, in cuius fauorem inducitur, eam adiuuare debet, quantum potest: & ostendere se beneficium legis velle uti: alioqui ei obstant duæ iuris regulæ. Prima, quia t beneficium legis alicui indultum, intelligitur, si ipse eo velit uti. Secunda, quia in his t quæ priuatum respiciunt commodum, iudex irrequisitus non supplet, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto.

Et hinc intelligimus etrasse illos, qui scripserunt, præsumptionem hanc non esse allegandam. Qua quidem in opinione fuerunt Decius in l. cum quid, in 2. lect. numero 26. ff. si certum petat. vbi & Curt. Iun. numero 21. & Bellonus libro 2. supputa. iur. cap. sexto. quo loci eiusdem opinionis commemorat Angelum, & Comensensem. Ea ratione ij moti sunt, quod factis colligitur præsumptio ex ipsa iuris dispositione, quæ omnibus cognita esse debet: colligitur etiam ex ipsis actis. Et propterea necesse minimè videtur, quod allegari debeat à parte ipsa.

Verum respondetur, quod est ex actis, vel ex ipsa iuris dispositione colligi possit præsumptio hæc, attamen necesse non habet iudex, in ea fundamentum constituere, nisi à parte ipsa allegetur: quia semper dicere possit, ex quo præsumptionem hanc allegari neglexisti, existimaui te ea

vti nolle. Sed hac de re infra prima declaratione dicemus. Extenditur primò communis illa sententia, vt procedat...

Extenditur secundò, vt procedat etiam in causis criminibus: Nam tunc non est necessaria alia allegatio...

Declaratur primò, vt locum non habeat recepta illa opinio, t quando hac iuris præsumptio colligi possit ex actis probationes: Nam tunc non est necessaria alia allegatio...

Declaratur secundò, vt non procedat relata communis opinio in causis t summarijs, & quæ sine figura iudicij tractantur...

Secundus est casus huius secundi capitis, quæstionis nostræ t quando præsumptio oritur ex facto aduersarij, vel circa eius factum versatur...

Quocirca Picus & Alciat. egregie scripserunt, quod ille, t qui agit contra perituum, & asserit eum incidisse in pœnam, l. si quis maior. C. de transact. non habet necesse allegare...

tertium est caput huius disputationis, quod versatur circa præsumptionem solius hominis. Hæc t allegari omnino debet. Ita censuit Felin. in c. scribendam, in fin. de præsumpt. Nam hoc in casu à fortiori locum habent rationes illæ, quas cum Alciato retulimus supra in primo casu præcedentis capituli. Et accedit, quod præsumptio hæc incognita omnino t est iudici, & ob id allegari coram eo debet, vt eam sequi valeat.

Expresse t tacite allegari debeat præsumptio, breuis, dilucida tamen explanatione.

Hic casus probatur secundum Doctores iam relatos

in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. crediti. Verum Bolognet. in d. l. cum quid, numero 67. versic. nec obstat. scribit, quod etsi necesse non fuerit eo in casu allegare...

Adfertur quoque hæc ratio, quod nil imputari potest ei, pro quo est hæc præsumptio, si eam non allegat, ex quo pendet à facto partis, cuius mentem & animum non habet cognitum, argum. l. scilicet. ff. pro suo. & l. qui in alterius, de reg. iur. Hinc docuit Bartol. in d. l. cum quid, numero 11. ff. si certum petat. testes t attestantes, se vidisse numerare pecuniam, non habere necesse asserere mutuum fuisse contractum, quando quidem præsumptio iuris, quod scilicet ex enumeratione fuerit cautum mutuum, veritatur circa factum alterius, nempe eius, qui numerauit, iure ergo ignorant ceteros illius numerantis animum, & consequenter de eo testimonium dicere non possunt.

Tertius est casus, quando præsumptio oritur ex facto t utriusque partis, hoc est, Actoris & Rei conuenti. Hoc tunc casu allegandam non esse præsumptionem scripserunt Abbas, & Felin. in c. asserere, num. 4. de præsumpt. & sentit Socin. in d. l. cum quid, num. 38. versic. ex ista responsione. Qui quidem interpretes ita intelligunt d. c. asserere, vbi præsumptio illa, quod filius superstes esset illius viduæ, quæ recusatam filium diuidi, ob id allegata non fuit, quia oriebatur ex facto utriusque mulieris, tam scilicet requirentis filium diuidi, quam alterius recusatantis.

Ceterum Purpur. in d. l. cum quid, num. 148. versic. extendit secundum, & c. dubitat ob id, quod sint variæ interpretationes ad d. c. asserere. Ego quoque dubito, cum hic esset illa ratio, ob quam superiore casu diximus excusari non allegantem præsumptionem prouenientem ex facto partis. Præterea Doctis. Didacus in c. Raynui. §. 11. num. 1. versic. sed quæstio, de test. acurè ostendit, d. c. asserere, non probare traditionem hanc.

Quartus est casus, quando hæc iuris præsumptio t oritur ex nullius facto. Hoc in casu sunt opiniones. Nam Bald. in c. ex reuere, de testib. asseruit, esse allegandam, dum dixit allegandam esse præsumptionem illam, cuius etiam supra meminimus, hominem scilicet præsumi viuere vsque ad centum annos, quæ quidem præsumptio ex nullius facto nascitur. Et Bald. secuti sunt Ias. in d. l. col. vlti. C. de sacrosanct. eccles. Purpur. in d. l. cum quid, num. 144. & ibid. Bolognet. nu. 66. ff. si cert. petat. Et comprobatur vera hæc sententia, quia ita videmus, notorium esse allegandum, etsi à nullius facto oriri dicatur, Clem. appellanti, de probat. Felin. in c. cum ordinem, n. 11. de rescript.

Verum dissentit sibi parum constans Ias. in repetitio. l. cum quid, nu. 31. Et aduersus Baldi traditionem facit, quod scribit idem Ias. in d. l. cum quid, in rept. num. 35. post Barro. in l. necessarius. ff. de acquiend. heredi. pres. t à mero iure prouenientem non esse allegandam: sicuti est illa, quod filius præsumatur adiuisse hæreditatem patris. Et respondit Socin. Iuni. consil. 22. nu. 19. lib. 1. præsumptionem ex solo temporis cursu descendente, allegandam non esse. Ita etiam docuit Bald. in l. minoribus. C. de iis quib. vs indign. & cum eo Barbat. in cons. 57. col. 5. lib. 3. notorium proueniens à solo iure non esse necessario allegandum. Declarat egregie Didac. in c. Raynuius. §. 11. num. 3. versic. ex promissis omnibus, de testam. Non hic repeto, quæ doctè à celebri illo viro scriptæ sunt.

Tertium est caput huius disputationis, quod versatur circa præsumptionem solius hominis. Hæc t allegari omnino debet. Ita censuit Felin. in c. scribendam, in fin. de præsumpt. Nam hoc in casu à fortiori locum habent rationes illæ, quas cum Alciato retulimus supra in primo casu præcedentis capituli. Et accedit, quod præsumptio hæc incognita omnino t est iudici, & ob id allegari coram eo debet, vt eam sequi valeat.

QVÆSTIO XLIX.

Expresse t tacite allegari debeat præsumptio, breuis, dilucida tamen explanatione.

SUMMARIA.

1 Præsumptionem allegari tacite sufficit. Idque etiam procedit in criminalibus, & c.

2 Taciti & expressi par est virtus.

LIBER PRIMVS. QVÆSTIO LI.

- 2 Taciti & expressi par est virtus.
3 Præscriptio includit bonam fidem.
5 Falsum sine dolo non committitur.

QVÆRO quadragesimononò, an præsumptio allegari debeat expresse, vel etiam sufficiat tacite? Et tacitam allegationem t sufficere affirmant penè omnes in d. l. cum quid, ff. si cert. pet. ibi Roman. Alexand. & Deci. in 2. lect. num. 25. & Purpurat. num. 149. ff. si cert. petat. idem scripserunt Roman. in consil. 77. num. 1. Alex. in l. nu. 29. de eden. Deci. in l. non hoc, nu. 4. in fin. C. unde legit. & in consil. 146. in 1. dubio, in fin. & Dida. in c. Raynuius. §. 11. num. 2. versic. sed quia de testam. Et his accedit Bal. in l. vlt. in fin. quod mer. causa, cum dixit, sufficere allegare factum, ex quo præsumptio colligi potest. Ea est huius sententiæ ratio, quod pars est virtus t taciti, & expressi, d. l. cum quia. vbi omnes, ff. si cert. petat. & l. qui ad certum. ff. locari. Hinc rectè scripsit Abb. in c. vltim. 34. de præscript. satis locari, allegatam bonam fidem ab eo, qui allegauit præscriptionem, cum præscriptio bonam t fidem includat: & Abbatem secuti sunt Deci. in l. non hoc, num. 3. C. unde legitim. Balb. in l. Celsus, parte 3. de vsucapio, & Diac. in d. c. Raynuius. §. 11. num. 2. de testam.

Extenditur hæc sententia, vt procedat etiam in causis t criminalibus in quib. sufficit tacita hæc præsumptionis allegatio. Ita Purpurat. in d. l. cum quid, num. 149. ff. si certum petat. ex traditione Bar. in l. nec exemplum, num. 1. C. de falsis. Cum dixit, quod etsi falsum t non committatur sine dolo: & ob id doli allegatio requiritur: attamen sufficit, si dicatur quod scienter falsum dixerit: quia inde sequitur dolo fuisse commissum. Idem etiam Alexand. in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. scriptum reliquit. Et verè eadem est ratio tam in causa criminali quam in ciuili, vt tacita ipsa allegatio sufficiat. idem ergo ius statuendum est. l. illud, in prim. ff. ad l. Aqu. cum ceteris similib.

QVÆSTIO L.

Quo tempore alleganda sit præsumptio, quæ allegari in iudicio debet.

SUMMARIA.

- 1 Præsumptio quouis tempore in iudicio potest allegari. Idque tempore quo libellus offertur, num. 2. Tempore quo dantur positiones, num. 3. Item post conclusum in causa, num. 4. Ex tempore quo sunt alie allegationes, nu. 5.
6 Exceptio non nu. pecunie, etia post conclusionem in causa potest obici.

QVÆRO quinquagesimò, quo tempore præsumptio in iudicio alleganda, allegari possit, & debeat? Et quouis tempore allegari t posse, manifestè docuit Purpura. in d. l. cum quid, numer. 151. versic. vltimo declaratis. ff. si cert. pet. 2 Quocirca allegari potest tempore t quo offertur libellus, declarando tamen, vt diximus supra questione ab hac secunda, in secunda declaratione. Potest etiam allegari tempore t quo positiones dantur. Ita Purpurat. in d. l. cum quid, numer. 152. post Bartol. in l. rem alienam, colum. 2. ff. de pignor. actio. & Alexand. consil. 64. num. 7. lib. 3. qui tamen vix hoc sensit. Potest etiam allegari post t conclusum in causa, vt tradunt Abbas in c. dudum de electio. Alexan. in l. vnica, num. 5. C. que desunt aduoca. Decius in l. cum quid, in 2. lectura, num. 25. ff. si certum petat. & in l. non hoc, in 2. notab. C. unde legit. Claudius Seyllius in l. Celsus, num. 42. ff. de vsucap. Purpura. in d. l. cum quid, nu. 153. Alciat. in tract. de præsumptio, reg. 2. præsumpt. 21. num. 2. Potest etiam allegari t tempore quo alie allegationes fiunt. ita Butr. in c. peruenit, num. 7. de empt. & vend. Afflic. decil. 178. num. 15. post Alexandrum, quem citat Alciat. in d. l. cum quid, num. 42. & ib. Bolognet. nu. 66. in fin. Idem respondit Thobias Nonius in consil. 24. nu. 18. in fin. Hinc egregie scripsit Bald. in tract. de pass. etis, num. 11. debitorem post conclusionem in causa obicere posse t non numeratæ pecuniæ exceptionem: cum exceptio hæc, ipso iure probetur ante Biennioium: & debitor per legem dicitur hanc ipsam exceptionem probare: quam quidem eo ipso probat quod non probatur contrarium, atque ita iuris præsumptio. l. 2. C. de non nume. pecu. & l. super seruus, C. qui milit. non poss. Ceterum à Baldo dissentient Emanuel Costa in repe. l. si ex cautione in verbo, exceptione opposita, num. 6. C. de non nume. pecun. Ea ratione, & argumento adductus, quod aut debitor esse confessus, se mutui causa pecuniam debere. Et tunc (ait ille) lex non præsumit, quod ei non fuerit numeratum: imò interim credit veram esse confessionem illam. Aut debitor opponit exceptionem, qua opposita lex incipit præsumere, non fuisse tactam numerationem. Et tunc est videndum, quo tempore exceptio ista possit oppo-

ni: & dicendum est, opponi debere tempore probationum: cum sit ad fundandam ipsius partis intentionem: non autem ad coadiuandam.

Hæc consideratio comprobatur potest ex his, quæ diximus supra questione ab hac secunda, in prima declaratione, quod iuris præsumptio allegari non possit in libello, nisi reperatur in termino probatorio. Confirmatur quoque ex traditione Bartol. in l. eum qui §. qui ita, nu. 4. ff. de verborum obligation. quam communem ibi appellat Alexan. num. 6. & Ias. num. 12. quærit Bar. an exceptio, quæ opposita non fuit, possit allegari tempore allegationum iuris? Et distinguendo Barr. tandem dixit, quod opponi debuit, intelligo ego in termino probatorio.

QVÆSTIO LI.

Præsumptiones, coniecturæ, & indicia, siue facta & dicta, ex quibus illæ oriuntur, quomodo, & quot testibus probari debeant.

SUMMARIA.

- Actus omnis regulariter duobus testibus probatur.
1 Mutuum duobus testibus probari.
2 Diuisio patris facta inter filios, duobus testibus probari.
3
4 Homicidium testimonio duorum, directò, & immediatè probari.
5 Actus aliqui ad sui probationem directam, principalem, & immediatam, requirunt maiorem testium numerum.
6 Testamentum vel consecretum, vel reuocatum, septem testibus probari debet, n. 7.
8 Codicilli aut conscri, aut conscripti reuocari, coram quinque testibus debent.
9 Substitutio expressa pupillaris, quando non contineat tacitam vulgarem.
10 Testatorem animo compensandi creditori suo legasse, quomodo probetur.
11 Probatio ex conuersione partium si non admittitur contra scripturam, per testes vel scripturam aliam, quæ probatio possit admitti.

QVÆRO quinquagesimoptimò, quomodo & quot testibus probentur præsumptiones, coniecturæ, & indicia, siue facta & dicta, ex quibus illæ oriuntur? Hac de re varia, diuersa ac non parùm perplexa, Doctores nostri scripserunt. Crediderim ego distinguendos esse duos casus tantum.

Primus est, quando versamur in illis actibus, qui ad sui probationem directam, principalem, & immediatam, requirunt necessariò duos testes tantum: Id quod regulare est in omnibus t actibus: cum in ore duorum, vel trium iter omne verbum; Matthæi c. 18. relatum in cap. nouis. de iudicijs. Acta itaque inter contrahentes litigantes, delicta perpetrantes, vel patres disponentes inter filios & similes duorum testimonio, directò, principaliter ac immediatè possunt probari sicuti manifestum est. Hoc sanè casu, si agatur de probando aliquo actu indirecto, & mediato, ex quo eliciatur coniectura, præsumptio, & indicium, quo actus ipse principalis probetur, duo etiam testes sufficiunt. Primum sit exemplum ex Bart. in l. admonendi, num. 40. ff. de iureiur. an. Est certum quod mutuum t probatur testimonio duorum, in odò si testibus iam constaret mutuo dari esse pecuniam: sed de quantitate non apparet: cum testes ignorarent quæ summa fuerit numerata. Illa quantitas poterit coniecturis & indicijs probari, nempe probando, quod is debitor iam petierat decem sibi mutuo dari. Hæc petitio, & actus, ex quo oritur coniectura, quod deinde creditor decem numerauit, probari potest & debet testimonio duorum. Ita Bart. in d. l. admonendi, num. 40. quem secuti sunt Alexan. in consil. 5. num. 4. lib. 1. Decius in consil. 336. num. 12. qui alios recenset.

Secundum exemplum est in diuisione, t quam facit pater inter filios in testamento. Illa enim probari satis potest, duobus testibus directò, & immediatè. Natta l. hac consultiissimi. §. ex imperfecto, numero 152. C. de testam. Si ergo dubitatur, an pater eam diuisionem seu testamentum habuerit pro perfecto, atque ita quod sic voluerit disponere, indicijs, & coniecturis, siue factis, & dictis, ex quibus coniecturæ & indicia suæ voluntatis oriuntur. Hæc facta & dicta, siue indicia, & coniecturæ, duobus testibus probari satis possunt. Ita censuit gloss. notab. in l. vlt. in verbo, iudicijs. C. familiaris. & ibi eam secuti sunt Bartol. num. 2. Bald. num. 3. Et idem Bald. in l. 2. in princip. versic. extra quæro, de excus. 161.

adductus auctoritate, d. gloss. l. vlt. scriptis, indicia, & coniecturas tangere factum indirecte, & ob id debere probari duorum testimonio. Et glossam illam vt notabilem, & singularem, secuti sunt Ang. in l. vlt. in fin. princ. ff. quod met. caus. Alexan. in conf. 5. num. 4. & in conf. 13. num. 18. libr. 1. Petrasan. & in singul. 8. in fine.

Tertium exemplum in delictis, vt puta in homicidio, quod si quidem testimonio duorum directo, & immediate probari potest, vt si duo affirmant, vidisse Caium occidere Sempronium. Modò si directò homicida probari non potest, vt quia nulli aderant testes, sed agatur de probando aliquo actu, ex quo colligi possit indicium, & coniectura, quòd Caius occiderit, vt puta, Caij fuga, vel grauis inimicitia, vel simile aliud indicium. Hoc sanè indicium testimonio duorum probari poterit. Ita in specie Angelus in d. l. vltim. in fine princip. ff. quod mens causa, & alij multi, quos referam infra in quæst. 9. in secundo casu, consil. 13. num. 18. & in consil. 18. colum. vltim. lib. 1.

Secundus est casus, quando versamur in illis actibus, qui ad sui probationem directam, principalem, & immediatam requirunt necessariò maiorem numerum testium, quam duorum: sicuti contingit in testamentis, & codicillis. In testamentis enim ad probandum dispositionem ipsam directam, & immediatam testatoris, septem testes necessarii requiruntur: sicuti scribunt omnes, vt Bartol. in l. heredes palam. §. si quis post, num. 4. ff. de testam. & ibidem Castren. num. 13. Aretin. in gloss. 1. Idem egregiè respondit Oldradus in consil. 297. num. 7. Qui quidem vno ore affirmant, quòd si quis vult probare Caium confecisse testamentum, & in eo heredem fecisse Sempronium, hoc testimonio septem testium probare debet, cum tot requirantur ad ipsius testamenti confessionem, l. hac consultißima. C. de testa. & in Institut. de testam. in princ.

Ita econtrà, si quis vult probare Caium testatorem expressim reuocasse testamentum, & se confectum, probare hoc debet septem testibus: sicuti in specie tradunt Doct. in d. §. si quis post.

Nam non minus quam coram septem testibus potest testator iam à se confectum testamentum reuocare, §. ex eodem, in Institut. quibus mod. testam. infirm. & ibidem Docto. & in Authen. hoc inter liberos. C. de testam. ibi post alios Natta num. 9. & 10. Idem est dicendum de codicillis, qui non possunt confici, vel confecti reuocari expressim, nisi coram quinque testibus, l. vlti. C. de codicillis & in specie tradunt Aretinus in d. §. si quis post, colum. 4. versic. ad primum dictum adde. & Natta in consil. 363. num. 16.

Hoc itaque in casu, si de reuocatione tacita testamenti, vel codicillorum ageretur, iuxta l. 4. de adim. leg. vbi ob superuenientem inimicitiam inter testatorem, & heredem, vel legatarium, præsumitur testator penituisse suæ dispositionis, atque ita reuocare seu adimere voluisse legatum, & fideicommissum: si itaque ageretur de probanda illa inimicitia, & sic illo actu, ex quo oritur coniectura mutæ voluntatis, is in quem actus probari poterit testimonio duorum. Ita scripserunt Aretin. in d. l. heredes palam. §. si quis post, in gl. 1.

Est simile quod docuit Bart. in l. 2. num. 39. ff. de vulga. & pupil. substit. cum dixit, quod aliquando ex coniecturata voluntate testatoris substitutio certa pupillaris comprehensa in expressa vulgari excludit matrem: Et inter alias coniecturas hæc est, vt si testator aliquid dixit extra testamentum, ex quo dicto possit colligi voluisse, quòd mater excluderetur. Et hæc quidem verba extra testamentum prolata, probari possunt testimonio duorum testium. Ita in specie respondit Corne. in consil. 239. colum. penult. lib. 2. quem secutus est Paris. in consil. 34. num. 36. lib. 2. & dicemus infra libr. 4. præsumpt. 39. vbi explicauimus, quando mater excludatur ex tacita pupillari substitutione. Est & alia coniectura, vt quando testator odio habuit matrem illam: sicuti Bart. ibidem num. 43. docuit, & quem secuti sunt multi, quos conge-ram in d. præsumptio. 58. in quinta coniectura. Hæc autem coniectura, seu hic odij actus, probari poterit duobus testibus, quemadmodum affirmarunt Bartol. in l. fideicommiss. C. de fideicommiss. & apertius Aretin. in d. l. heredes palam. §. si quis post, in gloss. 1. de testam. & Alexand. in consil. 100. num. 12. lib. 4. qui secutus Bart. in d. l. 2. num. 40. & 42. ff. de vulga. respondit simili in casu, nempe coniecturam, qua colligitur testatorem voluisse quandam substituere, posse probari testimonio duorum. Et inter alios recenset Alexander eiusdem opinionis Oldradum in consil. 297. in secundo dubio, qui num. 7. respondit, quòd quando agitur de probanda coniectura, qua testatoris voluntas declaratur, duo testes sufficiunt. Est simile quod scribunt Bald. & Salicet. in l. quamuis. C. de im- puber. & alijs substitut. ille, numer. 1. ille, colum. vltim. versic. quero extra glossam. Cum dixerunt, substitutionem expres-

sam pupillarem, continere tacitam vulgarem: cum reputat coniectura voluntatis testatoris. Quæ quidem coniectura secundum Baldum, Salicetum, & Alexandrum duobus testibus probari potest. Hic enim agitur solum de probanda coniecturata continetia, quam aliàs lex facit, quòd vulgaris expressa continet pupillarem tacitam. Non autem agitur de probando directo contra voluntatem testatoris, quo in casu loquitur glo. l. cum proponeretur, de leg. 2. Quæ de re differemus etiam infra libr. 4. præsumpt. 57. vbi explicabimus, quando & quibus in casibus substitutio vulgaris expressa continet tacitam pupillarem, in prima declaratione.

Est penè simile quod scripserunt Bald. Castren. & Alexand. in l. 2. C. de bonorum poss. ff. secund. tabu. & ibi Iaf. numer. 13. Deci. num. 7. Cum dixerunt, quòd si non fuit expressum in testamento, patrem reliquit filio legitimam titulo institutionis, & agatur de probanda coniectura, quòd pater titulo institutionis relinquere voluerit, hæc coniectura duobus testibus probari poterit. Et hanc sententiam probauit etiam Reu. in consil. 1. n. 8. lib. 2.

Est quoque simile quod docuit Alberic. in l. filia legatum. C. de legat. cum dixit, coniectura probari, testatorem se legasse suo creditori animo compensandi. Et coniecturam illam posse duorum testimonio probari. Et Alberic. securus est Afflict. in decis. 44. n. 16.

Et huius quidem casus, ac traditionum commemoratarum ratio est: quia hæc agitur de declaranda testatoris voluntate, an scilicet eius voluntas, & animus talis fuerit, vel non. Quæ sanè ratio cum versetur circa testamentum, vel codicillos iure validos, probari satis potest duobus testibus, vt scripsit Bartol. in d. l. heredes palam. §. si quis post, num. 4. ff. de testam. quem secuti sunt Caltr. ibi. num. 13. & Aret. in gl. 1. Idem Aret. in l. ideòque, in fin. ff. de lib. & posthum. Imo, in l. cum proponebatur, col. 1. versic. sed aduerte, ff. de leg. 2. Alex. in consil. 54. num. 5. lib. 3. & in consil. 100. num. 12. lib. 4. qui eisdem sententiæ recenset Oldrad. in consil. 297. num. 7. Idem respondit Corne. in consil. 174. in fin. lib. 2. Paris. consil. 27. numer. 25. in consil. 34. num. 36. & in consil. 94. num. 46. lib. 2. & idem in consil. 13. n. 14. lib. 3.

Predictis addi etiam illud potest, quod ex Baldo & alijs scripsit Afflict. in decis. 13. num. 26. quod etsi contra scripturam ex partium conuentione non admittitur contraria probatio per aliam scripturam, vel testes, attamen admittitur contraria probatio indirecta, quæ quidè duobus testibus fieri potest. Quod etiam attingemus infra in quæstio. 65. in fine.

QVÆSTIO LII.

Præsumptionis allegationem, quam alioqui Actor, vel Reus prætermisit, suo ex officio iudex supplere an possit, & debeat.

SVMARIA.

- 1 Index præsumptionem à parte allegari prætermittam supplere potest.
- 2 Index ea quæ notoria sunt, supplet.
- 3 Index præsumptionis allegationem omittam, quando non tenetur supplere.
- 4 Et quando sic n. 4.
- 5 Index ea quæ iuris sunt, tenetur supplere.
- 6 Et quæ à iustis sancita, n. 6.
- 7 Idem in consuetudine notoria.

QVÆRO quinquagesimo secundo, si præsumptio illa iuris, quæ à parte ipsa allegari debet, non allegatur, an eam supplere possit, & debeat iudex? Hæc quæstio duo habet: Vnum, an iudex supplere possit alterum, an debeat? Quoad primum, opinor nullum esse dubium, si quis possit. Ita scripserunt Abbas in c. peruenit, numer. 6. de empt. & venditio. & ibidem Anton. Burgos numer. 6. & apertius idem concedunt Deci. in l. cum quid, in secunda lectura, n. 26. ff. si certum pet. & ibidem Purpurat. num. 150. ex simili traditione Angeli in l. vltim. colum. vlt. ver. nam post. ff. de petiitio. heredita. Cum dixit, iudicem posse supplere ea, quæ notoria sunt. Et idem quod Angelus docuit clarius Alexand. in l. eum qui, §. qui ita, num. 6. ver. & tenendo, ff. de verborum obligat. Quibus accedit Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. Quocirca malè censuit Afflictus in decisio. 345. num. 7. Cum dixit, iudicem non posse allegare hanc præsumptionem. Ita etiam malè visus est sentire Felin. in c. avertit, numer. 4. de præsumptio, dum voluit, duobus in casibus iudicem posse sequi præsumptionem à parte non allegatam, nempe quando præsumptio resultat aliunde

liunde, quam ex facto eius, de cuius fauore agitur. Et quando ipsa præsumptio resultat ex actis, quæ reddunt rem notoriam. Imola verò in d. c. peruenit, num. 9. in fin. ver. tu potes dicere, scripsit iudicem posse supplere hanc præsumptionem, quando quis locupletaretur cum aliena iactura.

Quòd verò à secundum, an iudex teneatur supplere hanc omniam allegationem præsumptionis iuris, dubitatio est non mediocris. Nam quòd supplere non teneatur, manifestè sentit Purpurat. in d. l. cum quid, num. 150. ff. si cert. pet. Ego verò distinguo duos casus.

Primus est, quando pars nullum factum deduxit in iudicio, ex quo hæc iuris præsumptio colligi possit. Hoc sanè casu iudex non solum non debet, sed nec etiam potest supplere hanc iuris præsumptionem, cum eam, etiam si vellet colligere non possit. Et præterea, cum pars non deduxit factum, videtur quodammodo ei renunciaße, sicuti & aliàs supra diximus.

Secundus est casus, quando pars iam deduxit in iudicio factum, ex quo resultat iuris præsumptio Hoc in casu opinor iudicem teneri supplere allegationem ipsam præsumptionis. Siquidem hæc præsumptio dicitur esse quid iuris, non autem quid facti, vt declarauit supra quæst. 11. Atqui iudex tenetur supplere hanc præsumptionem. Illa minor probatur, ex l. unica. C. vt quæ desunt aduoc. &c. Et ad tem propius tradit post alios Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium, numer. 31. ff. de damno infecto, quo loci, num. 32. scripsit, iudicem teneri supplere ea, quæ sunt à statutis sancita, & n. 34. idè esse dixit, quoad consuetudinem & notoria. Et ibi reiecit contrariã Alexandri traditionem, quam pro se Purpurat. loco præallegato adduxit. Et huc pertinent exempla, quibus vritur Ant. Burgos in c. peruenit, num. 6. de empt. & vend. Et primò dum ait, quòd cum ex possessione de præterito præsumatur possessio de præsentis, vt diximus infra lib. 6. præsumptio. 58. sufficit allegare possessionem præteritam: quia inde colligitur præsumptio iuris, quòd possideat de præsentis. Ita etiam in secundo scribit Anton. Burgos, cum ex diuturna præstatione insurgat præsumptio, quòd aduerit causa ita præstadi, sufficit allegare ipsã præstationem: quia inde resultat præsumptio quam sic supplere iudex debet.

QVÆSTIO LIII.

Egregiè hic explanatur, an præsumptio sufficiat, vt secundum eam libellus actoris concludat.

SVMARIA.

- 1 Libellus secundum duas præsumptionis species solummodo concludit.
- 2 Libellus secundum præsumptionem iuris, & de iure, procedit & concludit.
- 3 Et quid sit de præsumptione iuris sola, num. 3.
- 4 Libellus secundum mentem libellantis interpretari debet.
- 5 Parte non apponente, multa admittuntur, quæ alias reieceruntur.
- 6 Libellus pro libellante latissime intelligitur.
- 7 Regula, quòd vnus inclusio, sit exclusio alterius, quando non procedat.

QVÆRO quinquagesimo tertio, an præsumptio sufficiat, vt libellus Actoris secundum eam concludat? Hæc dubia iuris quæstio explicatur à Bartolo, & cæteris in l. cum quid. ff. si certum petat, & in l. certum, §. 1. ff. de confess. & ab omnibus in c. 2. de libelli oblatio. & vterius ab Alciato in tractatu de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 12.

Ego vero alter ac illi faciunt, rem hanc explicabo. Et cum libellus si secundum duas præsumptionis species solummodo concludere possit, nempe secundum præsumptionem iuris, & de iure: & secundum solum iuris præsumptionem, de præsumptione hominis non est agendum.

Quò itaque ad præsumptionem iuris & de iure libellus satis si superque secundum eam procedit, & concludit. Ita in specie docuit Butr. in c. 2. col. 5. versic. sufficeret ergo dicere, de libelli oblat. qui exemplum ita attulit: Peto te in vxorem, quia sponsalia rectum contraxi, & te cognoui. Nam inde resultat præsumptio iuris, & de iure, quòd matrimonium fuerit inter nos celebratum, c. is, qui fidem, de sponsal. Et ait Butr. huius opinionis fuisse Rotam Romanam.

Nunc dicamus de sola præsumptione iuris, in qua quidè aliquot casus præter aliorum ordinem distinguo. Primus est casus, quando libellus propositus in actione personali pro mutuo, ita conceptus est: Peto, vt mihi restituas centum, quæ tibi mutuo dedi. Hic casus non habet probabilè

dubitationem, quin libellus concludat, ex quo præsumptio est, quòd si tibi mutuai, sis adhuc obligatus restituere, atque ita non habent hæc verba inclusam aliquam negatiuam. Ita docuit Bartol. in d. l. certum. §. 1. in fin. ff. de confess. quem secuti sunt Butr. in c. 2. col. 5. ver. communis opinio, de libelli oblat. & ibidem Imol. col. 3. versic. sed an sufficiat. Sequitur ergo dicendum libellum procedere, cum sufficiat, quòd præsumptiue concludat præsumptione iuris, l. omnes. §. Lucius, ff. de his qui in fraud. cred.

Secundus est casus, quando libellus propositus in actione personali pro mutuo ita conceptus fuit: Peto vt mihi restituas centum, quæ tibi mutuo dedi, ad quæ fuisti obligatus. Hic casus videtur habere maiorem dubitationem, ob illa verba, ad quæ fuisti obligatus. Quæ quidem hunc sensum habere videntur, secundum Cynum relatum à Bartolo in dicto §. 1. vt inclusam habeant negatiuam, ac si dixisset, ad quæ fuisti obligatus, etsi nunc non sis obligatus. Nam (ait Bartolus) cum de vno tempore pono, de alio videor negare, l. stantiber. §. 1. de legat. 2.

Cæterum, reiecto hoc sensu Barro. & sequacium, rectius dicere possumus sensum horum verborum, ad quæ fuisti obligatus, esse, ac si dixisset, ad quæ centum mutuo dedi, fuisti obligatus eo tempore dati mutui, vt deinde illa restituere. Atque ita referuntur hæc verba ad factum, non autem ad ius. Vel si ad ius referuntur, intelligi possunt ad ius tacite, vt scilicet mutuo suscepto, ius obligationem introduxerit, vt renearis suo tempore restituere. Et hic sensus suadetur, quia in dubio libellus si interpretari debet secundum mentem libellantis, l. si quis in consensu, ff. de iudic. Mens autem libellantis creditur illa, ne suus libellus sit à se frustrà porrectus, sed quòd valeat iuxta regulam l. quoties, ff. de rebus dub. Præterea, si Actor petit centum sibi restituere, manifestè significat, se intelligere, quòd ille Reus conuentus, sit & nunc obligatus. Alias rationes recenset infra in tertio casu. Quocirca in specie huius casus, libellum hunc concludere, & de iure procedere, scripserunt aduersus Barolum Butrius in d. c. 2. colum. 5. versic. pro hoc videtur, de libelli oblat. & ibidem Imola colum. 3. versic. sed si dicerem. & Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 22. num. 2. adeò vt am esse sentit opinionem hanc, vt eam pro regula admiserit.

Tertius est casus in eadem actione reali pro mutuo, quando Actor ita libellum proponit, dico, quòd ego dixi Caro, tolle istam pecuniam, & ipse recepit, quam negat mihi restituere: idè peto ipsam mihi condemnari. Hic casus habet pariter non leuem dubitationem, an libellus iste procedat, & concludat, ob id quòd præsumptio sit, ex illis verbis causatum fuisse mutuum, non autem donationem. opinio fuit Bartoli in l. cum quid, num. 13. ff. si certum petat. hunc libellum non concludere, nec procedere. Et cum eo senserunt Alexand. ibi Purpurat. num. 138. Curtius Iuni. & communem esse asseruit ibidem Bologner, num. 66. Idem respondit Alexand. in consil. 1. numer. 42. libro 5. & vberius Imola in c. super hoc, num. 14. de renunciatio. Ea ratione motus est Bartolus, quod hoc dicitur esse factum ipsius partis, ex quo resultat ipsa præsumptio facti mutui, quæ præsumptio tanquam à facto ipsius partis prouenit, allegari debuit: vt multis exemplis diximus supra quæst. 37. Vterius dicere possumus ex sententia Imolæ præcitato loco, ac etiam Iafonis in repetitio. d. l. cum quid, num. 26. hoc esse factum quodam ambiguum, quod erat à libellante declarandum.

Cæterum ab hac opinione dissentit Roman. in d. l. cum quid. & ibid. Deci. in l. lect. num. 26. & Decium visus est sequi Bellon. lib. 2. supput. inu. cap. 6.

Primò adducti sunt autoritate eiusdem Bart. in l. Aurelius. §. Stichus, ff. de liber. leg. quo loci dixit Barro. sufficere, quòd in libello dictum sit, quòd res amouit, quare petit condemnari de furto. Nam intelligitur, quòd res amouit per furum. Huic tamen considerationi satisfacit Alex. in d. l. cum quid. dum inquit, diuersos esse terminos traditionis. Barto. in d. l. cum quid, ab illis, in d. §. Stichus. Nam in d. §. Stichus conclusio libelli declarat, quòd ibi agebatur actione furti. Sed in casu nostro ex Barto. in d. l. cum quid, nec ex expressione causæ, nec ex libelli conclusione colligi poterat, an contractum fuerit mutuum. Atque ita etiam declarat Fulgos. in l. si quis nec causam. §. 1. in fin. ff. si certum petat.

Secundò mouetur Decius ex traditione eiusdem Bartol. in d. l. cum quid, num. 11. Cum dixit sufficere, quòd testes dicant, se vidisse numerare pecuniam: quia etiam si nil dicant de mutuo, attamen insurgit præsumptio iuris, quòd contractum fuerit mutuum.

Ergò idem est dicendum in libello Actoris, cum vniformiter factum se habeat.

Cæterum responderi potest, illud factum à testibus nar-

rarum, suppleri a lege, ex quo nulla adscribi potest culpa parti non declaranti: sed diuersum est in libello, qui ab Actore ipso declarari potuit ut sup. quæst. ab hac 2. explicauimus.

Tertio adducitur Decius auctoritate eiusdem Bartol. in d. certum. §. 1. ff. de confess. Cum dixit libellum procedere, in quo Actor dixit, se mutasse, etsi nil de obligatione dixerit: quia ex iuris præsumptione illa infurgit. Verum facile potest responderi in casu Bart. in d. l. certum. §. 1. actus ille mutui narratus in libello quicquam aliud, quam illam obligationem ad restituendum tacite subintellectam a lege, & eam quidem continuam inferre non potuisse: sed diuersum in casu nostro, ubi ex illis verbis, tolle hanc pecuniam, aliud quam mutuam potuit causari. Ex qua responsione cessat quod dicebat Deci. præsumptionem mutui, & obligationis colligi ex ipso libello. Nam negari hoc facile potest ex prædictis. Et hac de dubitatione, quando scilicet aliquis dixit, tolle hanc pecuniam, an mutuo dare, vel donare præsumatur, differemus infra lib. 3. præsu. 54.

Hunc casum declarauit Fulgos. in d. l. cum quid, colum. vltim. in princ. ff. si certum petat. & cum eo ibid. Ias. in repet. numero 32. & Puzos. num. 148. vers. secundo limitatur. vt intelligatur, quando pars opponit. At secus ea non opponente: quia tunc libellus procedit. Ita dicimus multa ¶ admitti parte non opponente, quæ aliàs reicerentur, vt tradunt Decius in l. in am- bignis. §. non est notum, numero 9. ff. de reg. iur. & in cons. 469. in fin. Ruin. in cons. 3. numero 10. lib. 3. & plura similia congerit Crauet. in consilio 150. numero 2. & in consil. 220. numero 5. & 6.

Quartus est casus in actione reali, vt in actione rei vindicationis, quando Actor dixit in libello, se fuisse dominum fundi, quem sibi restitui petit. Hoc in casu non procedere hunc libellum scripsit Bart. in d. l. certum. §. 1. numer. 2. vers. Respondit ff. de confess. & cum eo senserunt Angel. in l. si rem ff. de rei vend. Comen. in cons. 71. visio processu. Felin. in c. afferre, numer. 10. prope medium, de præsumpt. Mouentur ij interpretes ex text. l. certum. §. 1. ff. de confess. vbi ille, qui fatetur se in præterito fuisse obligatum, negare dicitur se esse de præterito obligatum. Ea etiam ratione adducuntur, quod hæc verba habeant inclusam negatiuam, id est, nunc dominum non esse. Cum enim (ait Bart.) de vno tempore pono, de alio video negare, l. statuliberum. §. 1. de leg. 2. Et confert regula l. cum prætor, in princ. de iud. & c. nonne, de præsumpt. quod inclusio vnus, est exclusio alterius qui ergo includit se de præterito fuisse dominum, excludere dicitur, se esse dominum de præterito.

Verum ab hac opinione dissentiunt Specul. in titu. de actione seu peritione. §. sequitur, num. 30. Butri. in c. 2. colum. 5. vers. vn de domini, de libel. oblat. qui quidem præter Specul. & Ioan. Andre. recentent Rotam in consil. 32. quæ hodie est in decis. vltim. titu. de libel. oblat. in nouis. Quæ sanè Rota censuit, procedere libellum ita formatum: Dico fundum ad me pertinuisse, vel pertinere consueuisse, idè mihi eum restitui peto. Idem sensit Ancharan. in c. cum venerabilis, in 6. notab. de except. Cum dixit, idem esse, quando reus ita asserit in sua exceptione, cum sufficiat, si præsumptiuè concludit. Et Speculatoris probationem expressius probarunt Imola in d. c. 2. colum. 3. vers. sed si dicerem. Barbat. numero 99. qui multa effudit verba, Marian. Socin. Sen. colum. 29. vers. sed quando deducitur, de libel. oblatio. Felin. in c. scribebam, in fine, de præsumpt. & Alciat. in d. præsumpt. 12. numero 2. Ea est huius sententiæ ratio, quia dum iste asseruit, se fuisse dominum, ex iuris præsumptione concludit, etiam nunc se esse dominum, iuxta l. sine possideis. C. de probat. cum similibus. Atqui (vt iam diximus) sufficit quod libellus concludat præsumptiuè d. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. ergo. & c. Præterea accedit, (vt etiam superiore casu dicebam) cum petat Actor iste rem hanc sibi restitui, significat adhuc se esse dominum, ne frustra libellum potrexisset dicatur. Et rursus, si diceremus illa verba, se fuisse dominum, esse negatiua præsentis temporis, in eodem libello & actu, loqueretur contraria & repugnantia, quod euitari, quantum fieri potest, debet: vt scribunt omnes in c. inter dilectos, de fide instrum. & alibi sæpè. Nec obstant considerationes Cyni & Bartoli in d. l. certum. §. 1. Nam is §. 1. loquitur in confessione quæ ex præsumptione vltra verba non extenditur contra consistentem, sed pro eo interpretatur, l. inter stipulantem §. 1. de verborum obligatio. c. cum ecclesia Suerina, de causa possess. & proprietaria. & in c. contra eum, de regul. iuris in 6.

Diuersum est in libello, ¶ qui pro libellante latissime intelligitur l. solemus, & in l. si quis intentione. ff. de iudic. Ita respondet & declarat Butrius in d. c. 2. col. 5. in fin. vers. ad l. certum. post Rotam in d. decis. vlt. titu. de libel. oblat. in nouis.

Et sequitur Imola in eodem cap. 2. num. 8. in fi. Nec obstat quod scripsit Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 2. præf. 12. in fi. quod imò nulla sit differentia inter libellum & confessionem: cum vtraque interpretetur ad fauorem consistentis & libellantis. Nam responderetur, nec nos hoc negare: dicimus tamen diuersimodè id fieri. Libellus. n. interpretatur, vt proficiat illa verò confessio ne noceat plus quam de præterito. Non etiam obstat regula l. statuliberum. §. 1. de legat. 2. quia responderetur ex sententia eiusdem Bartoli in d. c. 2. colum. 5. vers. non obstat, quod verbum de libel. oblatio. quod illa procedere potest, quoad ipsum verbum expressè positum de præterito, non autè quoad id, quod sequitur ex præterito, vel ex illo concluditur: quia illud non ponitur in præterito, sed venit & intelligitur de præterito, ob iuris præsumptionem, quæ est, quod olim dominus præsumatur etiã hodie dominus. Nec etiã vrger regula l. c. prætor. ff. de iudic. quod vnus inclusio sit alterius exclusio. Na illa ¶ non procedit, quando cõstat de contraria voluntate disponentis. Ita declarat Iason in l. 1. §. adipiscimur, nu. 4. ff. de acquirend. possess. Imò nec locum habet ex sola mente vestimili disponentis, vt declarat Socin. Iun. in consil. 121. num. 12. lib. 1. & Gratus in consil. 5. num. 84. lib. 3. & hoc sequutus sum in consil. 106. num. 232. lib. 2. Hic autem manifestè constat, non solum de verisimili, sed etiam de vera ipsa voluntate libellantis, quod scilicet dicere voluerit, se de præterito esse dominum. Præterea regula l. cum prætor. non procedit, quando iudicia ad vnum effectum, operarentur contrarium. Ita declarat Crauet. in consil. 297. colum. 1. vers. octauo respondeo, post Baldum, & Iasonem, quos recent. Nostro in casu si diceremus, hunc libellante, asserendo se fuisse dominum, negare voluisse, se de præterito esse dominum, libellus inductus ad effectum recuperandi petitum fundum operaretur contrarium. Cessat ergo illa regula.

Declarari potest hic casus, vt locum sibi non vendicer, quando verba huius libelli ita essent concepta, vt inferrent omnino negationem de præterito. ita declarat Maria. Soc. Sen. in d. c. 2. col. 29. vers. aut abnegatione, de libel. oblat. qui adfert exemplum, vt si dicatur: Dico nemel me fuisse dominum à tali anno retrò: vel (ait Socin.) si aliqua verba taxatiua apposita sunt. Et secundum hanc declarationem intelligi, & declarari sic possunt verba Alciat. in d. præsumpt. 12. num. 2. vers. quæ limita. primò. Ita etiam potest intelligi responsum Comen. in consil. 71. dum respondit contra eum, qui in libello dixit, se olim fuisse Officialem Camerlengariæ: intelligit Comensis illam dictionem, olim, esse quodammodo taxatiuè appositam.

His intelligimus, prædictis omnibus in casibus procedere libellum ita præsumptiuè concludentem. Quæ sanè sententia adèdè vera est, vt nec requiratur, quod deinde illa præsumptio allegeretur. Nam sufficit, quod ex ipso libello colligatur. Ita tradunt Maria. Soc. Sen. in d. c. 2. colum. 29. vers. et si diceretur, de libel. oblat. Rota decis. vlt. in fin. tit. de libel. oblat. in Nouis. Hoc tamen intelligo quoad ipsius libelli validitatem. Sed quoad effectum probationis, opinor necessariam fore allegationem in termino probatorio. Ita intelligo, & declaro Alciatum in d. præsumptio. 12. num. 2. vers. sculo secundo limitatur, qui post Castren. in l. si minorem, numero 5. Cod. de in integrum restitutio. minor. requirit allegationem huius præsumptionis. Verè enim Castrensis ita loquitur.

QVÆSTIO LIV.

Præsumptio libello repugnans, an libellum impediatur, breuis, sed clara explicatio

SVMMARIA.

- 1 Præsumptio libello repugnans, libellum non impedit. Et quæ sit ratio, num. 2.

Quæro quinquagesimoquinto, quod si præsumptio repugnat libello, an illa ita potens sit, vt eum impediatur? Exemplum sit in eo, qui asserit se mutuo dedisse pecuniam ecclesiæ, & petit eam sibi restitui: dicit in ipso libello, pecuniam illam fuisse versam in Ecclesiæ utilitatem. Huic sanè libello aduersatur iuris præsumptio, cum non præsumatur à iure, quod pecunia sit versa in ecclesiæ utilitatem. Hoc in casu dubitatur, an hæc præsumptio impedire possit hunc libellum. Et ¶ non impedire scripserunt Innocen. in c. dilecti, de libel. oblat. Abbas in c. super hoc,

QVÆSTIO LVII.

Præsumptio extendi quando possit, diligenter & accuratè explicatur.

SVMMARIA.

- 1 Præsumptionis extensio fit de casu ad casum, si pares sunt eandemque habent rationem.
- 2 Præsumptionis extensio cessat in casibus diuersis, & diuersam habentibus rationem.
- 3 Præsumptio de persona ad personam non extenditur.
- 4 Extensio præsumptionis permittitur, de tempore ad tempus. Et de quo id tempore accipiendum, nu. 5.

Quæro quinquagesimo septimo an præsumptiones & coniecturæ extensionem admittant? Quæ hæc iuris quæstio explicetur, aliquot casus sunt distinguendi.

Primus est cum agitur de extensione casus ad casum: & casus ipsi pares sunt, habentque eandem rationem. Tunc dicendum est, admitti hanc extensionem ¶ præsumptionis inductæ in vno casu ad alium casum. Hoc colligo ex traditionibus omnium in l. cum de in rem verso. ff. de usuris, & in l. si certis annis. C. de pactis. ibi inter ceteros Iason num. 7. & multis subsequenibus: cum ait dispositionem d. l. cum de in rem verso, quod scilicet ex præstatione decennali, allegando legitimum titulum: is titulus verus præsumitur ait Iason post alios, dispositionem hanc in sola præsumptione fundatam, extendi ad alios similes casus ab eo enumeratos, & alios commemorat copiosè Francisc. Baldus in tract. de præscriptio. nibus in prima particula tertie pars principalis. quæst. 20. nu. 34. usque ad finem; & nos suo loco vberius explicabimus. Ita dicimus quod constitutio Auchen. sed cum testator. C. ad l. Falc. qua sancitum fuit, hæredem amittere falcidiam, si inuentarium non confecerit: cum sit fundata in præsumptione fraudis, quod scilicet ipse bona hæreditaria surripuerit, extenditur inquam hæc dispositio, etiam ad Trebellianicam: in qua quidem militat eadem præsumptio fraudis & surreptionis bonorum. Quæ quidem opinio fuerunt duo & sexaginta Doctores commemorati ab Osalco decis. 147. num. 8. ipso auctore addito.

Secundus est casus, quando agitur de extendenda præsumptione ad casum diuersum, & diuersam rationem habentem. Et tunc dicendum est omnino ¶ cessare hanc extensionem. Ita intelligo Abbatem in c. vltim. num. 3. de sponsal. cum dixit præsumptionem illius canonis, quæ est, quod ob copulam carnalem subsecutam, sponsalia per verba de futuro, præsumptione iuris & de iure transeunt in matrimonium: Hanc inquam præsumptionem non extendi ad casum, quando copula carnalis non est secuta, sed solummodo conatus ad eam. Extensio hæc non conceditur, cum casus copulæ verè subsecuta sit admodum diuersus à casu tentatæ copulæ. Est etiam diuersa ratio, sicuti considerat ibi Abbas, & cum eo ceteri, & Are. in consil. 142. num. 7. Et nos attingimus sup. quæst. 22. ac etiam infra lib. 2. præsumpt. 1. Quibus intelligimus malè argumentum ab ea Abbatis traditione sumpsisse Ruinam, in consil. 112. num. 16. lib. 2. & illos, qui eum secuti sunt, vt Rolandum in consil. 27. num. 22. lib. 1. & Phanucium in tractat. de inuentario parte septima. num. 35. Malè sanè argumentatus est Ruinus cum dixit, d. Auchen. sed cum testator. fundatam in præsumptione fraudis hæredis non confidentis inuentarium, non extendi ad casum Falcidiz; ex illa traditione Abbatis.

Nam manifestè constat, pares non esse terminos vnus & alterius casus. His infertur ad id, quod responderunt Iason in consil. 50. lib. 3. & Curtius Sen. in consil. 78. num. 8. & Curt. Iun. in authent. præterea. num. 16. C. vnde vir & uxor, quod apertius explicat Phanucius in tract. de lucro dotis, in gl. 10. num. 33. vers. & hoc non habet, quod illa præsumptio, qua dicitur, mulierem secundo nubentem præsumi dedisse in dotem bona iam data primo, non habere locum quando extant filij ex secundo matrimonio, tamen si statum permittat ei dare dotem ad sui libitum. Nam hæc præsumptio non extenditur ob diuersam rationem, vt dicemus etiam infra lib. 3. præsumpt. in vltimo casu.

Tertius est casus, quando agitur de extendenda præsumptione, ab vna ¶ persona ad aliam personam. Hoc casu non admittitur extensio, cum præsumptio cohæreat ipsi personæ, è qua colligitur, quod à speciali probat l. cum de in rem verso. 1. responsio. ff. de usuris, vbi legitur, præsumptionem illam ortam à decenniali præstatione illius soluentis, transire in

num. 18. & ibidem Imol. num. 11. in fin. & nu. 14. de renun. Quorum verba commentarij ad d. c. super hoc, habent adèdè eadem verba, vt facile sit cognoscere, vel Abbatem ab Imola, vel, vt credibilius est, Imolam ab Abbate ea habuisse, vel errore impressorum fuisse excusa inter commentarios Imolæ, sed ad rē. Huius traditionis ratio illa est, ¶ quia etsi præsumptio repugnet libello, attamen facile fieri potest, quod actor eam præsumptionem diluat, probando deinde, pecuniam illam fuisse versam in ecclesiæ utilitatem.

QVÆSTIO LV.

Exceptionem an impediatur repugnans præsumptio, paucis exponitur.

SVMMARIA.

- 1 Exceptionem non impedit præsumptio.
- 2 Renunciare iuri suo nemo sine iusta causa præsumitur.
- 3 Exceptio Rei conuenti fauorabilior est, quam Actoris petitio.

Quæro quinquagesimo quinto, an præsumptio impediatur exceptionem. Et ¶ non impedire scribunt Abbas in c. hoc, num. 18. de renun. & ibidem Imola num. 11. 12. & 13. ex illo textu, vbi exceptio ipontaneæ renunciationis beneficij non impeditur à iuris præsumptione, quæ est, neminem præsumi sine ¶ iusta causa, renunciare iuri suo. Etsi enim repugnet præsumptio, attamen (vt etiam superiore quæstione diximus) facile fieri potest, quod eam diluat extinctio istæ, contrariis probationibus. Et præterea si libellus, cui repugnat præsumptio, non impeditur (vt superiore quæstione explicauimus) multo minus impediti debet exceptio: cum fauorabilior sit exceptio ¶ Rei conuenti, quam Actoris petitio iuxta l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. & l. fauorabiliores, de regulis iuris. Et rationem hanc considerant Abbas & Imola in dicto c. super hoc, ille numero 16. iste num. 11. Extenditur hæc sententia, vt procedat etiam si excipientis aduersarius petat causam exprimi vt illa præsumptio tollatur: Nam adhuc exceptio procedit, nec tenetur excipiens eam causam exprimere. Ita Abbas & Imo. in d. c. super hoc, ille numero 16. iste num. 11. vers. sed vbi, si quidem poterit semper dicere excipiens iste, ex processu litis & eius meritis manifestè demonstrabo, præsumptionem aliquam meæ non repugnare exceptioni. Et confert text. c. in nostra, de procurat. vbi glo. in verbo, inutilem, vbi simile de exceptione falsi procuratoris.

Ceterum scripserunt Abbas & Imol. in d. c. super hoc, de renun. c. ille numero 16. iste num. 11. vers. saluo nisi. præsum, qua iudex inquirere potest, de causa actionis & exceptionis, cui repugnat præsumptio.

QVÆSTIO LVI.

Positiones concludere an possint per præsumptiones, breuis & clara explanatio.

SVMMARIA.

- 1 Positiones concludere possunt per præsumptiones.
- 2 Continua præsumuntur ea, quæ nisi certa forma obseruata nequeant remoueri.

Quæro quinquagesimo sexto, an positio possit concludi per præsumptionem? Bald. in l. sine possideis, num. 7. vers. sed remoco in dubium. C. de probat. scribit ex petenti sententia, satis ¶ concludere. Quandoquidem sufficit, quod positio adiuuiculum præbeat probationibus ponentis, etsi non omnino concludat. Quocirca aiunt Petrus & Baldus, malè fuisse Romæ iudicatum, quod non esset respondendum positioni, in qua fuerat positum, aliquem fuisse aliquando excommunicatum. Non enim reicienda erat positio illa: quia etsi semel excommunicatus non credatur verè & propriè adhuc excommunicatus, attamen præsumptio aliqua est, eum adhuc esse excommunicatum, cum ea, quæ remoueri non ¶ possunt, nisi certa obseruata forma præsumantur continua, nisi aliud appareat. Sicuti ex d. l. sine possideis. & l. si quis, in §. differentia. ff. de acqu. possess. probat Bald. ex ipso rei dominio, quod non nisi certis modis in alium transfertur: & ob id, illis modis non probatis, continuatum præsumitur.

ipſius ſoluentis filium atque ita ad eum extendi, ea ſpeciali ratione: quia pater & filius cenſentur vna & eadem perſona, l. vltim. C. de impub. & aliis ſubſtit. Ergo ſecus eſt in aliis, ſic in ſpecie docuit Bald. in l. ſi certis annis. n. 9. C. de pactis. Quam quidem traditionem intelligo niſi in caſibus l. cum a. n. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſi. vbi lex extendit præſumptionem illam de perſona ad perſonam. Qua de re infra lib. 4. præſump. 64. vbi explicabimus præſumptionem illam ex d. l. cum a. n.

Quartus eſt caſus, quando agitur de extendenda præſumptione de tempore ad tempus. Hoc ſanè caſu dicimus extensionem præſumptionis præſumptam, vt ſcribunt omnes in l. ex perſona. C. de probatio. & diximus ſupra q. 23. Et hinc docuit Bal. in l. non nudis, verſic. ſed dubitatur. C. de probat. præſumptionem filiationis extendi poſt mortem patris, vel filij. Hic tamen caſus declaratur vt non procedat, quo ad tempus præſumptum, ad quod præſumptio non extenditur. Ita ſcriptum reliquit Berach in repertorio, in verbo, Præſumptio, ex ſententia Caſt. in conſ. 157. Vbi & ponderatis omnibus, & ex l. ſtuminum. §. 1. ff. de damno infecto, locum tamen Caſtrenſis à me diligentius perquiſitum, hæcenus non inueni.

QVÆSTIO LVIII.

Præſumptionibus multa poſſe probari, quæ teſtibus, vel documentis probari non poſſunt, multis exemplis declaratur.

SVMARIA.

- 1 Præſumptionibus probantur multa quæ directò probari alias nequeunt.
- Et qualesnam debeant eſſe præſumptiones illæ. nu. 20.
- 2 Delictum omne, certis, claris, & maniſeſtis probationibus apparere debet.
- 3 Adulterij crimen ſolis præſumptionibus & indiſis probari po- teſt.
- 4 Simonia quia occultè committitur, coniecturis ſatis probatur.
- 5 Miles coniecturis probat, ſe non tranſugam, ſed captum fuiſſe ab hoſtibus.
- 6 Hæreſis crimen ſolis probatur præſumptionibus.
- 7 Partium ſuppoſitum, coniecturis probatur.
- 8 Falsè crimen præſumptionibus & coniecturis apparet.
- 9 Contractus ſimulatus & fictus, oftenditur coniecturis.
- 10 Dolus probari poſſe præſumptionibus.
- 11 Delicta quæ domi, & noctis, & c. committuntur, ſatis eſt ſi præſumptionibus conſent.
- 12 Filiatio coniecturis ſolis probatur.
- 13 Affinitatem antiquam præſumptionibus apparere ſufficit.
- 14 Expenſe minutæ factæ ab aliquo adminiſtratore, præſumptionibus declarantur.
- 15 Sacerdos reuelans aliquid ex confeſſione, utrum id in mandatis habuerit, præſumptiones demonſtrant.
- 16 Aetas minor coniecturis probatur.
- 17 Res antiqua probationem coniecturalem admittit.
- 18 Præſumptio etiam vehemens ad condemnationem de delicto non ſufficit.
- Et de qua condemnatione id accipiendum. nu. 19.
- 19 Coniecturæ quibus dolus detegitur iudicantis ſunt in arbitrio.
- 20 Arbitria dici nequeunt, quæ à lege determinata ſunt.

QVÆRO quinquageſimo octavo, an præſumptionibus aliqua probari poſſint, quæ non poſſunt directò, vt teſtibus, & documentis probari. Et verè plura præſumptio poſſe ſcripſerunt in ſpecie Guido Papæ in tract. de præſumptio. num. 86. Lapus allegat. 94. numero 3. & alij plures, quos ſtatim commemorabo. Imò ſcriptum reliquit Petrus Folerius in Præſentia criminali, parte ſecunda, ſub rubr. capiat informationem. numer. 9. quod eſt delictum in genere probari præſumptio poſſe, certis, claris & maniſeſtis probationibus: attamen cum ob difficultatem directarum probationum probari non poſſet, præſumptionibus & coniecturis detegi & probari poſſe. Recenſebo hic aliquot caſus, qui ſolis præſumptionibus poſſunt probari, reliquos obſervabit diligens atque ſtudioſus lector.

Primus itaque caſus eſt in crimine adulterij, præſumptio ſolis præſumptionibus & indiſis probari poſſe: cum alioqui occultè & ſecreto committi ſoleat. Ita probant c. prætereà. de teſtib. c. liſeris, & c. tertio loco. de probat. & ſcribunt Barr. in l.

2. §. vlt. in fine. ff. ad l. Tul. de adul. & in l. ff. de extraord. in cognit. Franc. Brunus in tractat. de indiſis & tortur. parte prima. q. 4. num. 7. ver. item adde. quo loci idem eſſe ait de ſodomia. Et plura de his diſſeremus infra lib. 5. præſumpt.

Secundus eſt caſus in crimine ſimonie, quod quidem ſolet occultè committi, & propterea coniecturis & præſumptionibus ſatis probatur. Ita probat c. per tuas. & c. ſicut. vbi Abbas de ſimo. Franc. Brunus loco præallegato. Gomelius in commentarijs ad regulam cancellarie, de trienniali poſſeſſore. q. 18. Bernardus Diaz. in Præſentia canonica crimin. c. 85. Redoanus in tract. de ſimonia. part. 4. cap. 6. num. 21.

Tertius eſt caſus in milite præſumptio qui aſſerit ſe non tranſu- giſſe ad hoſtes, ſed captum ab illis fuiſſe, & deinde evaſiſſe, vt probatur in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mi. it. qui locus allegari ſolet ad aſſertendam ſententiam hanc, quod ea, quæ ſunt difficilis probationis, coniecturis & præſumptionibus poſſunt probari. Sicuti multos hos caſus difficilis probationis enumeravi in libro 2. de arbitrar. iudicium. ca. ſu 115.

Quartus eſt caſus in crimine hæreſis, quod quidem ſolis præſumptionibus & coniecturis probari poſſe. c. cum contumacia. de heret. in 6. vbi Io. de Anna. & tradunt glo. in c. 1. de teſtib. in 6. Redoanus in d. tract. de ſimonia. par. 4. cap. 6. num. 21. & 23.

Quintus eſt caſus in crimine partus ſuppoſiti, quod cum directò non poſſit probari, coniecturis & præſumptionibus probatur, vt in ſpecie ſcripſit Aegid. Boſſius in tract. cauſarum criminalium, in ſitu. de partu ſuppoſito. num. 13. ex c. aſſerit. de præſump.

Sextus eſt caſus in crimine falſi, quod coniecturis & præſumptionibus probatur, vt tradunt Bartol. in l. ſiquis ex argentariis. §. an & hæredi. ff. de eden. & ibidem Iaſon, Decius in c. porreſta. colum. 1. de conſir. utili vel inuili. & in conſ. 189. colum. 1. alios commemorabo infra libro 5. præſump.

Septimus eſt caſus in contractu ſimulato & ficto, qui directò non poſſe probari, quippe qui occultè ſolet conſici. Ita ſcribunt Bartol. & cæteri in l. poſt contractum. ff. de donat. Iaſon. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor. numer. 26. ff. de eden. & in l. cum ea. colum. 2. C. de tranſact. Aegidius Boſſius in tract. cauſarum criminalium, in ſitu. de partu ſuppoſito. num. 14. & alios commemorabo infra libro 3. præſump. 65. vbi multas explicabimus præſumptiones, quibus contractus ſimulati & ficti detegi poſſunt.

Octauus eſt caſus in dolo præſumptio qui coniecturis & præſumptionibus probari poſſe. l. dolum. C. de dolo. & ſcribunt Curt. Sen. in conſ. 44. col. 20. verſ. do. us. Parisius in conſ. 67. num. 15. & in conſ. 83. num. 47. libr. 3. Soci. Iun. in conſ. 83. num. 47. libr. 3. & Crauet. in conſ. 8. numer. 1. & dicemus infra libro 5. præſumptio. 3.

Nonus eſt caſus in delictis præſumptio quæ in domo, noctis tempore vel ſimili committuntur, vt in furto, homicidio, verberibus & his ſimilibus. Hæc ſanè coniecturis & præſumptionibus probari poſſunt. l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repud. Bald. in l. ſi quis ex argentariis. §. pen. ff. de eden. & ibi Iaſon & reliqui. Alexan. in conſ. 24. num. 6. libr. 2. Cor. in conſ. 113. Iaſon in conſ. 54. libro 3. colum. 2. libro 1. & Gram. in conſ. 1. num. 11. in criminal.

Decimus eſt caſus in filiatione, quæ cum directis certis, quæ probationibus probari minimè poſſit, ſatis probatur coniecturis & præſumptionibus. l. filium. ff. de iſ. qui ſunt ſui vel alie. iur. & tradunt Fred. de Senis in conſ. 118. Lapus alleg. 94. num. 3. Alex. in conſ. 24. num. 6. libr. 2. & copioſè diſſerui in lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 89.

Vndecimus eſt caſus in affinitate antiqua probanda, Nam hæc cum directò & concludenter probari non poſſit, ſatis erit eam probari indiſis & præſumptionibus. c. licet ex quadam. de teſtibus, vbi Dd. & tradit Lapus in d. alleg. 94. num. 3.

Duodecimus eſt caſus, in expenſis minutis factis ab aliquo adminiſtratore. Hæc enim coniecturis & præſumptionibus probari poſſunt: cum difficile admodum ſit in his adhibere ſemper teſtes. Ita ſcripſit Lapus in d. alleg. 94. num. 4.

Decimustertius caſus eſt, quando ſacerdos qui audiuit confeſſionem ſacramentalem alicuius: & deinde aliquid ex ea confeſſione reuelat, aſſerens ſe ita in mandatis habuiſſe ab illo confeſſo. Hoc autem an habuerit in mandatis, ſatis probatur ex coniecturis & præſumptionibus, ductis à bonitate vitæ ipſius ſacerdotis & his ſimilibus. ita egregiè ſcripſit Lapus in d. alleg. 94. num. 3. & 4.

Decimusquartus caſus eſt in probatione minoris præſumptio, quæ cum difficilis ſit probationis, coniecturis & præſumptionibus probari poſſe, ita Barr. in l. de ætate. num. 6. & 7. ff. de minor. & ibid. Sebaſt. Sapia num. 24. & dicemus infra libro 2. de præ-

præſump. præſumpt. 35. 17 Decimusquintus caſus eſt in probatione rei præſumptio, quæ cum difficile habeat probationem, admittit probationem coniecturalem. l. cenſus. & l. monumenta. ff. de probatio. & ſcripſi poſt alios in commentar. de arbitrar. iudicium. li. 2. caſu 115. num. 2. & 3.

Illud tamen eſt hic annotandum, quod ſcriptum reliquit Boſſius in tract. cauſarum criminalium. tit. de conuictis. num. 47. in his occultis non ſufficere præſumptionem etiam vehemèntem ad condemnandum de ipſo delicto: & huius ſententiæ rem cenſet Decium in c. porreſta. col. 1. de conſir. utili vel inuili. & in conſ. 189. col. 1. & apertius hoc ſcripſit Præpoſ. in c. is, qui ſidem. num. 4. de ſponſal. Quæ tamen traditio intelligi debet, quò ad indicendam pœnam præſumptio ordinariæ: ſecus quo ad arbitrar. Et propterea Decius loquitur de ſuſpicionibus, quæ ex eius opinione non ſufficiunt ad imponendam aliquam pœnã, quæ de re diſſeremus infra q. 97.

Cæterum dubitari hic poſſe, an hæc præſumptiones eſſe debeant præſumptiones iuris, atque ita à lege approbata: etiam ſufficiant præſumptiones hominis? Aegidius Boſſius in tract. cauſarum criminalium. tit. de partu ſuppoſito. numero 33. Quæ quidem affirmavit, ſufficere quod ſit difficilis ſit probationis, coniecturis probari, vt diximus ſupr. illæ coniecturæ, non legis ſed hominis tantum eſſe poſſunt. ita glo. in d. l. dolum. C. de dolo. ita etiam ſenſerunt Corn. in conſ. 178. num. 22. libr. 2. & Soci. Sen. conſ. 92. num. 12. libr. 4. dum ad detegendum dolum videntur multis coniecturis, quæ non reperiuntur expreſſe approbata à lege. Et expreſſus Alexand. in conſ. 56. in fin. lib. 2. ait, præſumptiones, quibus dolus detegitur, relinqui in arbitrio iudicis. Loquitur ergo Alexand. de coniecturis hominis, quia ſi eſſent approbata à lege, non relinquerentur in arbitrio iudicis: cum ea quæ iam lege terminata præſumptio dicitur non poſſit, vt ſcripſi lib. 1. de arbitrar. iudic. c. 9. §. 14. num. 2. Et coniecturas præſumptioneque iudicium non eſſe in lege ſcriptas dixit Bal. in rub. de præſump. num. 3. Eandem Boſſij ſententiam comprobatur, quod dictum de coniecturis in crimine falſi: quæ ſiquidem multæ conſiderantur ab homine vltra illas à lege probatas: quemadmodum infra lib. 5. præſump. 64. explicabimus.

QVÆSTIO LIX.

Præſumptio indeterminatæ perſonæ, an aliquid operetur.

SVMARIA.

- 1 Præſumptio perſonæ indeterminatæ circa condemnationem nil operatur.
- 2 Perſona quæ damnari debet certa ſit, oportet.
- 3 Incendium culpa inhabitantium præſumitur commiſſum.

QVÆRO quinquageſimo nono, an præſumptio indeterminatæ perſonæ aliquid operetur? Et nil operari præſumptio condemnationem clariè eſt. Nam certa eſſe debet perſona, quæ damnari debet. Poſſe adferri exemplum ex Baldo in l. ſi creditor. ff. de pignor. actio. & in conſ. 441. Quidam in fine. lib. 1. cum ſcripſit, quod eſt incendium præſumitur commiſſum culpa inhabitantium lib. 3. §. 1. ff. de officio præſecti vigilum: attamen quando multi habitant in eadem domo, eorum nullus condemnari poſſe, vt emenderet damnum domino domus, ex quo verè incerta eſt perſona illius, qui incendium commiſit. Idem cum Baldo affirmarunt Ioann. de Anna. in conſ. 71. numer. 2. Cæpolla in conſ. 70. Iaſ. in conſ. 116. numer. 3. libr. 1. Afflict. in decif. 57. numer. 4. & 5. & alij, quos congeſſi in commentarijs, de arbitrar. iudicium. lib. 2. caſu 390. num. 4. & num. 11. quo in loco plura de incendiariis ſcripſi.

QVÆSTIO LX.

Præſumptionem iuris & de iure, non admittit probationem in contrarium.

SVMARIA.

- 1 Præſumptio iuris & de iure, non admittit probationem in contrarium.
- 2 Probatio contraria ſemper admittitur contra præſumptionem; niſi lex eam expreſſe reiſciat.

QVÆRO ſexageſimo, an præſumptio iuris & de iure, admittat probationem in contrarium? Et dicendum eſt regulariter præſumptio non admittit. ita gloſſ. in l. vltim. in princ. in verbo præſumptionis. ff. quod metus caſa. in c. ferrum. 50. diſtinct. in c. fraternitatem. 54. diſtinct. in gloſſ. vltim. quæ ait, quod ſemper contra præſumptionem admittitur contraria præſumptio, niſi lex expreſſim eam reiſciat: quia tunc non admittitur, ex quo eſt præſumptio iuris & de iure. Idem ſtatuit ſtatutum Venetum in prologo ſecundo. num. 10. verſ. neceſſaria præſumptio. & in c. ſubſequenti. num. 1. Idem affirmant interpretes omnes in c. is, qui ſidem. de ſponſ. ibi Præpoſ. numer. 8. Alexand. in l. inter ſtipulantem. §. 1. num. 3. de verbor. obligat. qui poſt Comenſem docuit opus eſſe, quod lex expreſſim reiſciat, vt (ſicuti etiam annotauimus ſuprà, quæſt. 3. in fine) dicatur præſumptio iuris & de iure, & ob id quod nulla contra eam admittatur probatio. His accedunt Rom. in l. ſi duo num. 7. ff. de acqu. hæred. Salicet. in rubr. C. de probat. Guiliel. Maynerius in l. in obſcuris. num. 8. de regul. iuris. Iaſon in l. Titia. num. 39. ff. de verbor. oblig. Cæpoll. in tract. de ſimulatione contractuum nu. 17. Curtius Iun. in conſ. 50. num. 5. & Alciat. in tracta. de præſumptionibus in ſecunda parte præludiorum, num. 3. Et maniſeſtè hoc probatur in l. à dno Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudi. & ibi gloſſa explicat, de qua ſanè præſumptione dicemus infra lib. 2. præſump. 59. Ita etiam probatur l. antiquæ. C. ad S. C. Velleia. de qua agimus infra lib. 3. præſump. 88. Idem ſcriptum eſt in l. vltim. C. ad S. C. Mæcedo. de qua tractabimus infra lib. 3. præſump. 85. comprobatur ex l. vltim. C. arbitrium tutele, de qua infra libro 6. præſump. 96. His accedit & tex. in c. ad id. & in c. is, qui ſidem. de ſponſ. quos explicabimus, infra lib. 3. præſump.

QVÆSTIO LXI.

Præſumptionem iuris & de iure, admittit probationem contrariam, confeſſione eius, cui fauet ipſa præſumptio, diligenter explicatum.

SVMARIA.

- 1 Præſumptio iuris & de iure admittit probationem contrariam, ex confeſſione iudicialiter facta, & quando, nu. 5. & 9. Et que ſit ratio. num. 7.
- 2 Mulier quando non adiungetur beneficio S. C. Velleia.
- 3 Conſens ſepem pecuniam recepiſſe, & intra biennium excep. non numeratæ pecunie non obijciens, habet contra ſe præſumptionem iuris & de iure. Contra eam tamen admitti probationem in contrarium, ex creditoris confeſſione etiam extraiudiciali. num. 16.
- 4 Sententia in iudicatum tranſita habet pro ſe præſumptionem iuris & de iure.
- 9 Confeſſio non eſt probatio ſed releuatio ab onere probandi.
- 8 Probatio nulla melior, nullaque efficacior, quam proprij oris confeſſio.
- 10 Confeſſio facta à lege recepta, tantum operatur, quantum vera.
- 11 Confeſſio quando non diluat præſumptionem iuris & de iure.
- 12 Confeſſio extraiudicialis, non diluit præſumptionem iuris & de iure.
- 13 Errorem non præſumi.
- 14 Poſitionibus quicquid poſſeſt deduci, probari etiam poſſeſt.
- 15 Confeſſio ab iniurto quando nec poſſit nec debeat extorqueri.

QVÆRO ſexageſimo primo, an contra præſumptionem iuris & de iure, admittatur directæ probatio, confeſſio eius, pro quo eſt ipſa præſumptio? Hac in re aliquot caſus ſunt diſtinguendi, atque conſtituendi.

Primus eſt cum loquimur de vera confeſſione præſumptio iudicialiter facta ſuper his, quæ à contentis poſſeſtate pendent, ſicuti in caſu l. antique. C. ad S. C. Velleia, qua ſancitum eſt, quod ſi mulier, accepto pretio alterius in nomine interceſſit, præſumptio iuris & de iure inſurgit, non fragillitate ſexus illum interceſſiſſe, ſed illum pretij cauſa, & propter non iuuatur præſumptio S. C. Velleia, ſi itaque eo in caſu ſtipulator, cuius commodi gratia mulier interceſſit, iudicialiter fateatur mulierem non ſpe præmij, ſed ſua ipſa ſponte interceſſiſſe, recipitur hæc probatio, & mulier eo beneficio S. C. iuuatur cum ab illius ſtipulatoris voluntate

& potestate, pendeat, an ob intercessionem, pretium vel de-
derit vel non. Potest etiam adferri exemplum in casu l. ultim.
C. arbit. in re. Est præsumptio iuris & de iure aduersus tu-
torem, quod ab eo descripta bona in inventario, verè fue-
rint in bonis defuncti. Contra hanc præsumptionem admit-
titur contraria probatio ex confessione pupilli effecti maio-
ris, qui coram iudice fateatur, descripta illa bona errore de-
scripta fuisse. Et hanc esse præsumptionem iuris & de iure,
declaratur statutum Venetum in prologo. in ca. de præsumptio-
nibus, numero 2. & dicemus infra à lib. 3. præsumpt. 49. Ita etiam
adferri potest exemplum in casu l. in contract. in princip. C. de
non numer. pecunia. Præsumptio iuris est & de iure, aduer-
sus eum, qui confessus est se recepisse pecuniam, & intra
3 biennium, non obiecit exceptionem non numeratæ pecuniæ.
Et tamen contra præsumptionem illam admittitur probatio
contraria ex confessione creditoris. Sic declarat gloss. in d.
l. in contractibus, in princ. in verbo, nullo modo. & Felin. in c. si cau-
tid. num. 66. de fide instrum.

4 Potest quoque adferri exemplum in sententia quæ lapsa
est in iudicatum. Nā etsi pro ea est præsumptio iuris & de iure
l. res iudicata. ff. de regul. iur. & dicemus infra à lib. 2. præsumpt.
54. Attamen aduersus eam admittitur probatio ex confessione
eius, qui sententiam pro se obtrivit, vt scribunt Guido
Papæ in tractat. de præsumpt. numero 83. Felin. in c. quoniam cō-
tra. colum. 12. vers. fallit ergo quinto, de probat. & ibidem De-
cius numero 29. idem Decius in c. nosis. num. 6. vers. scilicet
principaliter. de iudicis. Iaso. in rep. l. admonendi. numero 46. de
iur. iur. an. & ibidem Curtius in iur. numero 17. & idem Cur-
tius in d. c. præsumpti. 54. Et in vniuersum, quod aduersus
præsumptionem hanc iuris & de iure, admittatur probatio
5 in contrarium ex confessione eius, pro quo stat ipsa præ-
sumptio modo sit de facto quod in sua potestate sit, tradunt
gloss. in lege vltima. ff. quod metus causa. & in Authent. sed iam
necesse. C. de donat. ante nupt. & in §. aliud in Authent. de equal.
dotis. Abbas in c. si fidem. numero 5. de sponsal. Romanus
in consil. 350. numero 19. Alexand. in l. à diuo Pio. §. si pignora.
numero 3. de re iudic. C. rem. sing. 15. 6. Idem tenet Euerardus
in centuria legali in loco à versimili. numero 20. vers. secunda li-
mitatio. Didac. in epitome de sponsal. parte 1. capite 4. §. 1. nume-
ro 1. Felinus in rubr. de præsumpt. numero 11. & in c. qua. 10. num.
3. vers. sed fallit primo. cod. iur. Corn. in l. generaliter. §. cum au-
tem. numero 8. C. de Instit. & substit. Soc. in l. cum diuis. nume-
72. de cond. & demon. Ruin. in consil. 143. numero 12. libro 4. Alciat.
in tracta. de præsumpt. in præludijs part. 2. numero 4. Cravet. in
tract. de antiqu. tempor. in 4. particula quarta partis princ. nume-
70. 13.

6 Ea est (inquit Alciatus præcitate in loco) huius senten-
tiæ ratio quod confessio non est probatio, sed, releuatio ab
onere probandi. L. eum qui, in prin. de iur. iur. Ego verius ex-
istimo rationem illam esse quam & ipsemet Alciatus ibi-
dem numero 6. sentit, quod est etiam præsumptio iuris & de iure,
7 à lege habeatur pro ipsa veritate: attamen verè & prop-
rie non est ipsa veritas: cum ipsa veritas circa id quod est
dubium: vt scribit Bald. in l. non ignorat numero 4. C. de iis qui
adusa. non poss. ibi, alias præsumptio iuris & de iure, vbi factum
est dubium. Idem tenuit Alciatus in dicta secunda parte prælu-
diorum. num. 9. vers. & est ratio. Confessio autem illius, pro
quo est præsumptio, veritatem ipsam detegit: & ideo dici-
mus quod nulla est melior, nullaque efficacior quæ probatio
8 quam proprii oris confessio. l. vlt. C. de non numer. pecunia. & co-
piosè scripsi in tract. de recuperanda possessione. remedio primo. nume-
217. Et hoc in casu declaratur statutum Venetum de quo dix-
imus supra.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando
vltra ius commune statutum esset cautum, quod aduersus præ-
sumptionem iuris & de iure, non admittatur probatio con-
traria. Nam vt statutum aliquid operetur vltra ius commune,
intelligitur prohibuisse hanc probationem ex confessione par-
tis. Ita declarat Decius in rub. extra de prob. n. 11.

9 Secundus est casus, cum agitur de confessione ficta in iu-
dicio facta de his tamen, quæ à potestate consentientis pen-
dent. Hoc etiam in casu quæ admittitur probatio aduersus
præsumptionem hanc iuris & de iure. Ita in specie Bald.
in l. si quis adulterij. C. ad l. iul. de adulter. Aret. in c. proposuisti.
nume. 22. de probat. Alex. in l. à diuo Pio. §. si pignora. numero 3.
in fin. de re iud. & ibid. Ias. numero 5. Felin. in c. quanto. nume.
3. vers. & habet locum, de præsumptio. & Alciat. in tract. de præ-
sumptijs parte secunda. numero 4. Qui quidem moti sunt au-
thoritate Bartol. in l. absentem. numer. 4. ff. de penit. Extant
duo statuta (inquit Bartol.) vnum quod contumax habeatur
pro confessio: alterum quod testes examinati contra magna-
tes argui non possint de falso. Contingit, quod aduersus tes-
tes examinatos contra hanc potentem, obiectum fuit falsi-
erimen & testes isti fuerunt contumaces, an banniri & de

falso condemnari ij possint, Inquit Bar. quod etsi sit præsum-
ptio iuris & de iure, quod testes isti falsum non dixe-
runt: ex quo statutum prohibet aliquid obici: Attamen præ-
sumptio hæc diluitur per contrariam hanc confessionem fic-
tam à contumacia ipsorum testium exortam. Et illam Bar-
tol. traditionem probauit Ruinus in consil. 68. num. 6. lib. 5. Et
accedit ratio quod tantum operatur ficta confessio quæ lege
recepta quantum vera. Ita Bald. in l. penult. C. de interd. mar.
& multis con-probat Marfilus in Practica criminali. §. post-
quam. num. 33. Ita etiam hoc casu declaratur prædictum statu-
tum Venetum.

Tertius est casus, cum loquimur de vera confessione vel
de ficta iudiciali super his, quæ non pendunt à voluntate &
potestate consentientis. Hoc sanè casu confessio non diluit
præsumptionem iuris & de iure. Ita Butrius & Abbas in
1 c. si quis fidem, de sponsal. ille numero 4. iste, numero 5. vers. sed ad-
uerie, & ibidem Præpos. numer. 7. Roma. in l. si diu. numero 10.
ff. de acquir. hered. Felin. in c. quanto. num. 3. vers. sed hanc fallentiam.
de præsumpt. Euerardus in centuria legali, in loco à versimili.
num. 20. vers. hoc tamen intelligi. Alciatus in tractat. de
præsumpt. in præludijs parte 2. numero 8. vers. intelligitur etiam.
Potest adferri exemplum illud ex Abbate in d. c. si quis fidem.
num. 5. Est præsumptio iuris & de iure, quod is qui contra-
xit sponsalia, & cognouit carnaliter sponfam, contraxit
matrimonium. d. c. si quis fidem. Aduersus hanc præsumptio-
nem non admittitur probatio per confessionem veriusque
contrahentium, quia dicerent se non contraxisse matrimo-
nium. Ea est ratio, qui ab eorum voluntate & potestate, non
pendet contractus & distractus matrimonij. c. super eo. de eo,
qui cogno. consan. vxo. sue. Qua tamen de re, vberius dicemus
infra à lib. 3. præsumpti. vbi agemus de præsumptionibus mat-
rimonij. Hoc etiam in casu intelligi & declarari potest quod
scripsit Ioann. Baptista à Sancto Blasio in tract. de privilegijs
dotatibus, centuria 2. c. 27. cum dixit aduersus illam præ-
sumptionem iuris & de iure, ex l. unica in princ. C. de rei
vxo. actio. non admitti probationem ex confessione mulieris,
quæ dicat, in numeratione dotis nullam fuisse adhibitam stip-
ularionem de eius restitutione. Hoc fortè videtur factum,
quia à sola mulieris voluntate non pendet dotem remittere, &
perdere. Cogita.

Quartus est casus, cum agitur de confessione extrajudiciali,
quæ postmodum in iudicium deducitur, vt testibus pro-
betur. Exempli gratia: est confessio aduersarius meus, extra
iudicium sententiam pro se latam, & in iudicatum lapsam
esse falsam. Confessionem hanc in iudicium deduco, & testi-
bus eam probare volo ad prosterndam præsumptionem
illam ortam ex re iudicata. Hoc in casu an hæc probatio ad-
mittatur, dubitant Doctores. Et non esse quæ admittendam
probationem hanc manifestè censuit Alciat. in tract. de pr.
in præludijs parte secunda. num. 5. quo loci eiusdem opinio-
nis commemorat Butrium in c. si quis fidem. num. 15. de sponsal.
cum ait, aduersus præsumptionem iuris & de iure, non ad-
mittit probationem extrinsecam. Extrinsecam probationem
dixit Butrius pro ea, quæ testibus fit. Idem (ait Alciat.) aper-
tius docuit Cardinal. Alexan. in d. c. si quis fidem. col. 3. vers.
aut querimus.

Verum obscura admodum sunt Butrij & Cardinalis ver-
ba, & fortè melius intelligi possunt de probatione extrin-
seca, quæ aliundè prouenit quàm à confessione. Eo argu-
mento primo motus est Alciatus, quia ratio, qua contra præ-
sumptionem iuris & de iure, admittitur contraria proba-
tio per confessionem, est, quia (vt dixi supra) confessio habet
maiores certitudinem. Atqui hæc ratio cessat, quando con-
fessio probanda est testibus, ex quo illa est minus certa cæ-
teris probationibus, quibus lata est sententia. Potuit enim
esse confessio hæc erronea, vel per iocum facta. Ergo & c.
Hæc argumentatio parum vget: quandoquidem quod per
erorem fuerit facta, ab ipso confesso probandum, alioqui
illi standum erit: cum error non presumatur. l. error. C. de
iuris & facti igno. vbi latè Doctores, & dicemus infra à lib. 2. in
præsumpt. 76.

Quod verò per iocum, ex testium testimonio facile erit
cognoscere: & hoc circumspeditioni iudicis relinqui debet, vt
diligenter hac de re testes interroget.

Secundò suffragatur (inquit Alciatus) doctrina Anchar.
in consil. 350. questione predicta, qui respondit, quod etsi sta-
tutum prohibens admitti probationes, non intelligatur de
confessione: attamen hoc non procedit quando confessio
probaretur ex testibus, quia tunc militat ratio statuti, cui
hac via facile esset fraudem facere. Et Ancharanum securus
est Decius in l. certi conditio. §. quoniam. num. 7. vers. sed con-
tra. ff. si cert. per. in l. vlt. nu. 39. in fine. C. de edicto diui Adrian.
roll. idem in rub. extra de prob. col. 22. vers. secundo declarat.
& in c. 2. in fine. eod. titu. Cæterum epitari facile potest hoc
argumentum, quandoquidem Anchar. respondit eo in ca-
su

su, quando statutum expressè prohibuit probationem confes-
sionis per testes, ex parte debitoris qui veller probare solu-
tionem debiti, asserendo ita confessum fuisse debitorem.
Nam (inquit Anchara. & rectè si debitor expressim prohi-
betur probare liberationem ex confessione creditoris pro-
bata testibus, multò magis prohibebis censetur creditor, pro-
bare obligationem erga se factam ex confessione debitoris
testibus probata. Si enim in casu Ancharani statuto ita esset
cautum, quod solutio debiti probari non possit, nisi per con-
fessionem creditoris: tunc dubitari contigisset, an illa con-
fessio posset testibus probari. Hic sanè casus nostro conuenit.
Sed non loquitur Anchara. isto in casu, vt iam dixi. Tertio mo-
ueret Alciatus ex doctrina Bal. in l. filium quem habuimus. nu-
mer. 37. vers. ego breuiter. C. famil. cretiscund. qui scribit, quod is,
contra quem stat hæc præsumptio iuris, & de iure, non potest
facere positiones. Ergo nec ad probandum admittitur, per
14 hos testes: quia quidquid in positionibus quæ potest deduci,
probari etiam potest. l. sed etsi restituitur. §. 1. & ibi Angel. ff.
de iud. l. 2. §. quod obseruari. & ibi Curtius num. 55. post Bal-
dum num. 49. C. de iur. iur. propter calumn. dan. Verum re-
sponderetur, non esse verum, quod positiones hoc in casu non
15 admittantur regulariter, quia ab inuito confessio non po-
test, nec debet extorqueri: qua quidem de re dicemus infra,
diuersum est in casu nostro, in quo est disputatio de confes-
sione voluntariè facta. Quarto suam illam opinionem pro-
bare nixus est Alciatus ea ratione, quod hæc non est sim-
plex confessio, sed probatio ex testibus, & confessione, iuxta
ea, quæ scribit Bald. in l. 1. C. quibus ex caus. serui pro prom-
p. liber. accip. & Decius in l. certi conditio. §. quoniam. num. 8. & ibi-
dem Ias. num. 9. ff. si cert. per. Verum dicimus, Baldum nil scri-
bere quod ad rem faciat. Iason autem & Decius, quos fortè
citare voluit Iason, loquuntur, quando debitorum principale
probatum fuit per instrumenta, vt requirebat statutum: quan-
titas verò probatur testibus: id quod à iuri nostro non conue-
nit. Et rursus appellant Iason, & cæteri, illam probationem
mixtam, non per factam partem ex instrumentis, partim ex
testibus, & latissimè declarat Afinius in commentarijs ad sta-
tuta Florentiæ. §. 19. cap. 5. lim. 3. sed in casu nostro tota est ex
confessione: etsi confessio testibus probetur.

Contrariam itaque opinionem, & rectius probauit Bald.
in l. in contractibus in prin. num. 7. C. de non numer. pecun. qui dixit,
contra illam præsumptionem iuris & de iure, quæ nascitur
ex instrumento mutui, quando infra biennium non fuit op-
16 posita exceptio non numeratæ pecuniæ, & admitti quæ probatio-
nem per confessionem etiam extrajudicalem ipsius credi-
toris. Idem aperius docuit Siltricus in d. l. in contractibus. in
princip. colum. 2. vers. si autem confessio est. idem placuit Angelo
in l. 2. C. de non numer. pecun. cum dixit, opus esse, quod hæc
confessio facta sit coram ipso debitore, non autem eo absen-
te, sentiens sufficere confessionem extrajudicalem. Eiusdem
opinionis fuerunt, & Angelus Aretinus in §. idem iuris. nume-
59. Instituitur exceptio. & vberius Emanuel Costa in repe. l. si ex
cautione, in vltima fallentia. vers. sed cum placeat. numer. 1. C. de
non numer. pecun. qui ob id ait, Felin. in c. cautio. numer. 66. de
fide instrum. indistinctè loqui, atque ita non distinguit e con-
fessionem iudicalem ab extrajudicalem: sicut nec distinguit
gloss. in d. l. in contractibus. in princip. Hæc itaque confessio, mo-
dò rectè testibus fuerit comprobata, sufficit: Ita etiam vide-
mus, quod etsi statutum reiciat cæteras omnes probationes,
non tamen dicitur reiciere hanc prouenientem ex confes-
sione, etiam extrajudiciali, vt scribunt multi, quos commemora-
ui in Tract. de recuperanda possessione. remedio primo.

Declaratur hic casus ex sententia Ioann. Baptistæ de
sancto Blasio, post Ioan. de Prato, quem commemorat, in
Tract. de dote, in centuria 3. num. 27. non procedere fauore do-
tis, vt non admittatur hæc probatio per confessionem con-
tra præsumptionem hanc iuris, & de iure. Verum non existimo
hos minus rectè sentire, cum text. l. vni. & in princ. C. de rei vxo.
actio. quem illi citant, non de præsumptione, sed de fictio-
ne loquatur, vt dicemus infra à lib. 3. præsumpt. 2.

QVÆSTIO LXII.

Confessio, quæ admittitur aduersus præsum-
ptionem iuris, & de iure, quando testi-
bus probari possit.

SVMARIA.

- 1 Præsumptionem iuris, & de iure, pro se habens, non potest cogi, contrarium fateri.
- 2 Iurare quo casu quis teneatur.
- 3 Probare qui non potest ob lapsum termini, non potest etiam facere positiones.
- 4 Prohibita fieri directè, prohibentur etiam per indirectum.
- 5 Interrogare permissum est iudici, solum ex officio suo.

6 Interrogare iudex etiam ex officio suo, non potest, post conclu-
sum in causa.

QVÆRO sexagesimosecundò, an, ex quo diximus, ad-
uersus præsumptionem iuris, & de iure, admitti proba-
tionem contrariam per confessionem partis, an inquam,
confessio hæc possit extorqueri mediantebus positionibus,
quæ in iudicio fieri solent. Exempli causa: Præsumptio iuris
& de iure, est contra tutorem, quod bona omnia descri-
pta in inventario fuerint in bonis defuncti: modo tutor facit
positiones aduersus pupillum, & petit suo iuramento
respondere, quod imò illa, & illa bona descripta, erro-
re fuerint descripta, & nunquam extiterint in bonis defun-
cti, an cogi poterit pupillus respondere suo cum iuramento
his positionibus. Hanc iuris questionem diffinit Bald. in
repet. l. 2. colum. 19. vers. hinc est, quod si lex. ff. de iur. iur. cum
docuit quod vbi pro aliquo stat præsumptio iuris, & de iure,
quæ cogi non poterit confiteri contrarium. & aperius hoc scri-
psit Creuen. in singul. 156. contra & c. qui in specie positio-
num ita censuit. Et his accedunt I. o. l. in c. si cautio. nu. 14. &
ibid. Felin. num. 60. de fide instrum. Thomas Petarius in cautela
16. nume. 5. & mouentur ex notabili tex. l. in contractibus. §.
illo. C. de non numer. pecu. quo probatur, quod is, qui ob
lapsum temporis, non potest obicere exceptionem non nu-
meratæ pecuniæ: atque ita, qui habet contra se præsum-
ptionem iuris & de iure, non potest deferre, quo iuret non
fuisse numeratum.

Et hoc idem annotauit ibidem Castren. Comprobatur
horum sententia ex cap. 2. extra de probat. quo sancitum est,
quod postea quam quis plenè probauit intentionem suam,
vel eius aduersarius nil probauit: atque ita in casu victoriæ,
iurare non cogitur. Et eo textu tradunt vno ore interpre-
tes, quod is, qui non potest probare ob lapsum termini, non
etiam potest facere positiones. Ita Specul. in tit. de positionibus,
§. qualiter. vers. sed si antr. & in tit. de dilacionibus. §. vltim.
Butrius in cap. licet cas. a. num. 3. de proba. Ange. in l. sed est resti-
tuatur. §. 1. ff. de iudi. Castren. in rub. C. de probatio. in fine. ita et-
iam dicimus, quod, vbi ex iam factis probationibus est fun-
data intentio, aduersarius non potest positiones deducere:
ita Curt. Sen. in tracta. de positionibus, breuiloquio 17. Purpura
in l. manifeste. numer. 21. & 22. ff. de iur. iur. vbi idem & de iu-
ramento oblati docuit. idem scripsit Emanuel Costa in re-
pet. l. si ex cautione. vltima fallentia. vers. sed cum placeat. numer.
1. C. de non numer. pecun. & hæc iuris sententia ea ratione sul-
citur, quod ea, quæ directè fieri prohibentur, regulariter
etiam prohibentur per indirectum l. sed etsi. §. item fratres. ff. de
petit. heredi. l. si re oportet. §. 1. ff. de tutor. & cura. datis ab his. & l.
vltim. C. de vltis rei iudic. Cum ergo hoc in casu permissum
non sit directè probari, dicendum est, nec debere admitti per
indirectum. Hanc sententiam declarat Angel. in l. sed est resti-
tuatur. §. 1. ff. de iud. Felin. in rub. extra de probatio. col. vlt. vers.
sed istud dictum. & Neozian. in consil. 5. nu. 25. vt non procedat,
quando iudex ex officio ob æquitatem veller responderi his
positionibus. Est enim (aiunt isti) permissam iudici, ita suade-
re æquitate, quocumque tempore interrogare. l. vbi cunque ff.
de interrog. actio. & scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudicium. casus 51.
Verum dubito, ne falsi sit horum assertio: quandoquidem
iam hic constat propositis positionibus ab aduersario, atque
eo instante, iudicem petisse responderi: Et tamen solum per-
missum est iudici interrogare quæ ex officio, vt declarat A-
lexan. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 4. ff. de damno infecto. Præ-
terea & secundò ex eo vera non videtur hæc traditio, quia
magis recepta est Doctorum opinio, quod iudex quæ ex suo of-
ficio etiam non possit post conclusionem in causa interroga-
re. Ita receptam opinionem esse testantur Ripa in cap. 1. in
quarto notab. de iudic. Marfilus in singul. 155. Doctrina. & Bel-
lonus in consil. 59. num. 6. & scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudicium. casus 51.
Præterea dicendum est, hoc in casu, in quo lex per suam præsum-
ptionem iuris, & de iure, excludit contrariam probationem.
Tanta tamen esse posset æquitas, quod iudici hoc facere li-
cetet, sicuti de interrogatorijs, & testibus post publicatio-
nem examinandis scripsit Socin. Tractat. fallen. regul. 403. fal-
lent. 35. & copiosè respondit Barba. in consil. 9. colu. 5. lib. 2. Illud
quoque hic non præteribo, quod si propositis positionibus
sua ipsa sponte responderet ite qui præsumptione iuris, & de
iure habet, sua illa confessio ei præiudicium adferret. Ita intel-
ligo Marfil. in rub. C. de probatio. n. 88. in fin. & singul. 110. post
Bald. in c. vlt. de tertiam. de testib. & alios ibi congestos.

QVÆSTIO LXIII.

Præsumptio iuris, & de iure, an admittat
contrariam probationem testi-
monio quinque testium.

- 1 Testimonium quinque testium admittitur contra presumptionem iuris, & de iure. Contrariam opinionem visus est probare Baldus. num. 2.
- 3 Atius agitur cum legis, quam hominis dispositione.
- 4 Contrarius quando non sit audiendus.

QVAERO sexagesimotertio, an aduersus presumptionem iuris, & de iure, admittatur probatio in contrarium, testimonio quinque testium? Et admitti dicendum est. Exemplum est: quod præsumptio iuris, & de iure est, quod is, qui est confessus in scriptis, se summam aliquam recepisse ex causa mutui, vel alia, ita receperit: & contrarium probari non potest per aliam scripturam. Ita constitutum est in l. generaliter. C. de non numer. pecun. Attamen loco scripturæ quinque testes sufficiunt. l. testium. C. de testib. Et ideo quinque testibus probatur contra presumptionem illam, d. l. generaliter. ut ibi declarat Bartol. numero nono, versic. sed si vellet, Decius in c. 2. numero 14. versic. 2. limitatur, de probatio. qui post Abbatem ibi in fine. Felin. numero 20. & ibidem Berous numero 70. versic. communis tamen, idem docuit. scribit ex d. l. testium, quod si statum reitit probationes, nisi fiant per instrumenta, loco instrumenti quinque testes sufficiunt. Idem affirmatur Socin. Sen. in l. certi conditio. §. quoniam. numer. 24. ff. si certum petat. Marfilus in rub. C. de probat. num. 38. & copiose Afinius in commentariis ad statuta Florentiæ. §. 19. cap. 2. in secunda limitat.

Verum contrariam opinionem in specie huius questionis visus est probare Baldus in d. l. testium. nume. 2. dum scribit in hæc verba. Dubitatur hic de quibusdam scripturis, quæ non sunt necessariæ ex necessitate conventionis partium: sed ex necessitate iuris, verum contra tales scripturas possit probari per testes. Exemplum in inventariis, & sententia diffinitiva. Item infra Velleia. l. antiquæ. Item infra de iure emphy. l. 1. super hoc consultus D. Richardus de Saliceto dicit, non posse probari solutionem, nisi per scripturam. Et hoc consultus in inventario tutoris, quod de rebus descriptis in inventario non posset probare, se restituisse adueto, nisi per instrumentum publicum, & hoc per l. ultim. C. arbitri. tutela. Hæc Bald. Qui quidem dum adfert quatuor exempla, in quibus regulariter scriptura requiritur, ex illis una enumerat de presumptione iuris, & de iure: sicut in casu inventarij tutoris: in sententia in iudicatum lapsa: & in casu l. antiquæ. C. ad Velleia. in quibus quidem casibus, regulariter non admittitur probatio per testes. Adfert & quartum exemplum Baldus, quod non est in casu presumptionis iuris, & de iure, nempe in l. 1. C. de iure emphy. in quo ad probationem contractus emphyteutici, ex legis dispositione scriptura requiritur. His exemplis propositis, in casu inventarij aperte Baldus censuit, probari id non posse testibus, iuxta dispositionem d. l. testium. Et ita ait respondisse Richardum de Saliceto. In aliis duobus exemplis nempe rei iudicatæ, & Velleiani, idem sensit ipse Baldus, hoc est, testibus probari non posse. Quarto verò in exemplo, id est, contractus emphyteutici dixit Baldus, testes sufficere. Et idem scripserunt Bossius in tracta. causarum criminalium in tit. de principe. nume. 25. & Aluarus Vallascus in tracta. de iure emphyteutico. q. 7. nu. 21. Et differentie rationem attulit Baldus, quia in casu d. l. 1. C. de iure emphy. non agit de probando aduersus propriam confessionem, ut sit sibi ipsi contrarius. In casu verò d. l. ultim. C. arbitri. tutela, & similibus, esset sibi contrarius. ideo probatio non admittitur per testes. Eandem opinionem probavit ipsemet Bald. in d. l. ultim. nume. 2. C. arbitri. tutela. dum distinguit illo in casu, quod aut agit de probando directo, bona in inventario tutoris descripta non fuisse in bonis defuncti: & hoc probari non potest testibus, cum sit contra confessionem ipsius tutoris, atque ita contra presumptionem iuris, & de iure. Efficit enim sibi ipsi contrarius tutor. Aut agit de probanda solutione, & restitutione illorum bonorum. Et hoc in casu sensit Baldus, testibus probari posse, & si Baldus referat Richardum de Saliceto affirmasse, etiam hoc in casu testes non admitti: id quod fortius est. Et Richardi traditionem probavit Bartholomæus Salicetus in d. l. testium. col. 3. versic. item dicit ipse. C. de testibus. Quæ de re dicemus infra. Illam verò Baldi doctrinam in d. l. ultim. nume. 2. C. arbitri. tutela. probavit Afflictus in decisio. 13. nume. 26. qui clare dixit, directo testibus probari non posse contra dispositionem dictæ legis vltimæ. Ego verò non recedem ab illa opinione Bartoli, & sequacium, quod scilicet quinque testibus probari possit aduersus presumptionem hanc iuris, & de iure. Nam si in casu dictæ legis testium, vbi scriptura ex partium conventionem est necessaria, sufficiunt quinque testes loco scripturæ, à fortiori dicendum est, quando dispositione legis scriptura requiritur: cum a-

gi soleat mitius cum legis dispositione quam cum dispositione hominis, sicuti diximus supr. q. 47. in fine. Et quod ait Baldus, quod ita probans est sibi contrarius, nil vrget, cum & idem sit, quando scriptura probat contra illam confessionem. Et præterea quod dicitur, contrarium ¶ non esse audiendum. l. 1. C. de iuris, intelligitur, quando contrarietas est in sui origine: scilicet verò si in exercitio. Ita Marian. Socin. Senior in c. ultim. num. 37. de libelli oblat. & dicemus infra libro 2. præsumpt. 19. declaratione 13. Porro in casu nostro, hæc contrarietas nascitur tantummodo ex exercitio, non autem in origine.

QVÆSTIO LXIV.

Præsumptio iuris & de iure, an admittat probationem contrariam, testimonio duorum testium summæ fidei.

SVMMARIA.

- 1 Probationem per duos vel tres testes, legales & probos, admittitur contra presumptionem & de iure.
- 2 Honestas personæ facit admitti probationem contra presumptionem iuris, & de iure.

QVAERO sexagesimoquarto, an contra presumptionem iuris, & de iure, admittatur probatio per duos vel tres testes multum legales, & probos? Et esse admittendam ¶ opinor. Si quidem cum ex iuris communis dispositione, in o ex dispositione statuti, reititur omnis probatio, excepta illa, quæ ex scriptura, & instrumento descendit: at tamen testes multum legales admittuntur. Ita scribunt Butrius in cap. 2. in fine. de probatio. & ibi Abbas numer. 11. Felinus numer. 21. & Decius numer. 14. versic. quibus statutum. Socin. Senior in l. certi conditio. §. quoniam. num. 23. & ibidem Riminal. numer. 4. ff. si certum petat. post Ater. ibid. num. 18. Alexand. in Authent. iubemus. numer. 3. & ibi Iason num. 7. versic. limita. notanter. C. de ind. dem. Ias. in repet. admonendi. nu. 188. versic. limita multum singulariter. ff. de iure iurand. Marfil. in leg. 1. §. si quis vltro. n. 11. versic. ex facti, quid vultis. ff. de questi. & in rub. C. de probat. numer. 40. idem in cons. 1. numer. 78. Folerius in praxi de censib. in verbo. Et quæ quidem executio. numero 68. Tyrano in tract. de panis legum. & causa 51. num. 117. Quam sanè sententiam probare videntur l. si quis ex argentiarius. §. cogentur. ff. de cal. dñi. ff. de liber. causa. & l. ultim. ff. de actio. & obligat. Et his accedit text. notab. in §. licet. in Authent. de testibus. Et in specie quod ob honestatem ¶ personæ admittatur probatio contra hanc presumptionem iuris & de iure, tradunt Butrius in c. vidua. in fin. de regula. Deci. in c. postremo. num. 7. de appellat. & in cons. 575. col. 2. & Crauet. de antiqu. tempo. septima par. part. princ. n. 16. qui tamen intelligunt quòd concurrat alia coniectura. Cæterum Baldus in c. iuravit. n. 8. de probat. docuit, in probationibus ob viri legalitatem non recedi à regulis iuris: negat enim eo loci Baldus, post didicta testificata esse recipiendum testimonium eius, qui vir summæ integritatis creditur. Quam tamen traditionem ita interpretatur Decius in c. 2. de probat. ut recipiendus non sit testis iste, parte requirente, ipsum tamen iudicem facere id posse. Et hoc etiam casu declaratur statum Venerum in pr. logo in c. de præsumptionibus. n. 2. aduersus presumptionem iuris, & de iure, non admitti probationem.

QVÆSTIO LXV.

Præsumptionem iuris, & de iure admittere probationem contrariam per indirectum, explicatur, & multis exemplis declaratur.

SVMMARIA.

- 1 Probatio etiam per indirectum, admittitur contra presumptionem iuris & de iure.
- 2 Instrumento publico quid possit opponi. Et quot testes sufficiant. num. 11.
- 3 Metus qui in matrimonio contrahendo interuenit, quando purgatus præsumatur.
- 4 Possidens tempore tali, cuius initij memoria non existit, præsumitur possidere titulo legitimo.
- 5 Testes ad æternam rei memoriam examinans, & intra annum utilem non proponens actionem, fraudulenter egisse præsumitur.
- 6 Tutor describens aliqua in inventario de bonis suis, illa pupilli præsumuntur.
- 7 Inimicus exiens de domo occisi gladio districto crenatoque, homicida præsumitur.
- 8 Instrumentum publicum, dicitur probatio clara & probata.

- 9 Multa per indirectum conceduntur, quæ per directum denegantur.
- 10 Dolo futuro directum nequit renunciari, per indirectum tamen.

QVAERO sexagesimoquinto, an aduersus presumptionem iuris, & de iure indirecte admittatur probatio per indirectum. Et passim ¶ admitti dicendum est. Ita affirmatur gloss. in clem. 1. in verbo. fecisse. de probat. Alexan. in l. 2. dno Pio. §. si pignora. numer. 4. ff. de re iud. Butrius in c. ultim. nu. 21. de success. ab intesta. & in c. vidua in fine. de regula. Imola & Card. Alexan. in c. ad id. de sponsa. Abbas in c. is qui fidem. num. 5. in fine. de sponsa. & Præpof. num. 8. Roma. in l. si duo. nume. 12. ff. de acqu. hered. Felin. in c. quanto. numero 4. de præsump. Iason in l. cum ea que. num. 3. C. de transact. Socin. in l. cum amicus. numer. 73. in fine. de cond. & demon. Soc. Sen. in cons. 191. col. 2. versic. que ratio cessat. & in cons. 242. col. 2. versic. quoniam ad hoc. lib. 2. Euerardus in c. contra legalis, in loco à verisimili num. 20. Didaucus in c. ius de sponsa. parte prima cap. 4. §. 1. numer. 7. Simancas catholica. in l. ius. 51. numer. 13. Gulielmus Mayneus in l. in obscuris. num. 9. de regu. iur. Bossius in tract. causarum Criminalium. in tit. de vestigiis alium condicione, num. 7. Alciatus in tracta. de præsumpt. in præludijs, parte secunda. nume. 11. & Crauet. in tracta. de antiqu. in quarta particula, quarta part. principis. numero 14. Ea est huius sententiæ ratio, quia cum lex requirat certas qualitates, & contitueudam hanc presumptionem, semper admittuntur probationes, quod non simus in tali casu, vel non concurrat aliqua ex requisitis qualitatibus: sicut scribit Bartol. in l. 1. §. & parui. numero 2. ff. quod vi aut clam. cum dixit, quod etsi contra publicum instrumentum nil opponi possit, attamen negari ¶ potest illa qualitas, quod sit publicum, & quod verè factum: sed potius fictè & simulatè. Et idem Bartol. in l. diuis. ff. de testam. m. ius. docuit, quod testamentum militis est quidem privilegiatum: sed constare pius debet, fuisse conditum à milite. Et plura his similia congesti in cons. 301. Et hoc etiam in casu procedit, & declaratur statum præsdictum Venerum, in protogo in c. de præsumptionibus. n. 2. Exemplis res hæc explicari potest clarius. quorum primum est: extat præsumptio iuris, & de iure, mulierem, contra matrimonium per metum, si diu ¶ cum viro moram trahat, in virum contentisille, & metum purgasse. c. ad id. de sponsa. Attamen aduersus hanc presumptionem iuris, & de iure, admittitur indirecte probatio, nempe etiam illam cohabitationem fuisse violentam: quæ quidem violenta cohabitatione probata, tollitur illa præsumptio purgationis metus. Ita scribunt Imola & Cardin. Alexan. in d. c. ad id. & Abbas in c. is, qui fidem. num. 5. in fine de sponsa. Decius in cons. 64. col. 3. versic. cum ergo. Alciatus in tracta. de præsumption. in præludijs. parte 2. nu. 11. versic. & per hoc. Secundum adfertur exemplum: Præsumptio iuris, & de iure est, quod legitimum titulo is possiderit, ¶ qui tanto tempore cuius initij memoria non est apud homines, possedit. c. cum. nobis, & præscriptio. Quæ quidem de presumptione, dicemus infra lib. 3. præsumpt. 89. Hæc tamen præsumptio indirectum conuellerur, ut putà probando hunc possessorem tamdiu non possedisse: imò ex eare memoriam initij suæ victose possessionis. ita Felinus in d. c. cum nobis. num. 18. de præscrip. & Alcia. loco supra citato, um. 12. Per indirectum etiam poterit probari, probando possessorem illum semper fuisse in mala fide. ita scribit Crauet. in tracta. de antiq. tempo. quarta particula, quarta part. princ. num. 14. Tertium exemplum est: si quis examinauerit testes ¶ ad æternam rei memoriam & intra annum vtilem non proposuerit actionem, fraude id egisse præsumitur. ita gloss. in c. quoniam frequenter. in princ. ut licet non constet. vbi Bald. & Felin. & vberius dicemus infra lib. 2. præsumpt. 76. Verum tamen aduersus hanc presumptionem admittitur probatio contraria, per indirectum, ut putà, lapsum non esse annum ab ea die qua potuit experiri. Ita gloss. Bald. & carteri in d. c. quoniam frequenter. Alciatus in tracta. de præsumpt. in præludijs. parte 2. nu. 13. Quatuor est exemplum. Præsumptio iuris, & de iure est, quod si ¶ tutor descriptis aliqua ex suis bonis in inuentario bonorum pupilli, illa bona præsumuntur pupilli. l. ult. C. arbitri. tutela. Quam quidem presumptionem explic. bimus inf. li. 4. præsumpt. 68. Aduersus autem hanc presumptionem admittitur contraria probatio per indirectum, nempe probando bona fuisse restituta. Ita Bald. in d. l. ultim. numero 2. C. arbitri. tutela. quem vno verbo secutus est Alciatus loco supra citato. qui numero 23. in fine. & apertus Afflictus decis. 13. numero 26. numero 27. sensit, eam indirectè in probationem presumptionibus fieri posse. Quintum exemplum est, si constat Caium odio capitali fuisse persecutum Sempronium. Deinde constat Sempronium occisum fuisse in aliqua domo ¶ quæ vilis est egrede Caius districto & crenato gladio, violenta præsumptio, quæ iuris & de iure dici potest, insurgit, Caium homicidam fuisse: Ita post Bartol. Bald. Boerium, & Gramm. scriptis supra

quest. 2. Nihilominus contra hanc presumptionem admittitur probatio per indirectum, nempe probando ipsum Sempronium fuisse mente captum, & sæpius sibi manus intulisse, vel probando Caium reconciliatum fuisse Sempronio, & eum alias potuisse occidere, si ei placuisset. Quæ de re scriptis in dicta questio 2. & alia explicabimus infra lib. 5. præsumptio. 58. Sextum est exemplum. Instrumentum ¶ publicum dicitur esse probatio clara, & probata, vt scribunt Bald. & alij plures quos commemorat Ias. in l. 1. in princ. num. 10. ff. de oper. noui nris. Et ob id habet instrumentum presumptionem iuris, & de iure pro se in casu l. antiquæ. in princ. C. ad 3. C. Vellei. de qua quidem dicemus infra lib. 3. præsumpt. 19. Attamen aduersus instrumentum admittitur probatio per indirectum, vt putà quod illud non est instrumentum publicum, sed quid fictum & simulatum. Ita declarat Bartol. in l. 1. §. & parui. num. 2. versic. eg. in ista. ff. quod vi aut clam. Et Bart. secutus sunt Corietus in sing. in verbo, exceptio, incipit, si statutum. apertus Conent. in cons. 155. Antognolus. col. 2. Ias. in l. cum ea que. num. 3. C. de transact. Felin. in c. ex parte. il. 2. num. 6. versic. 2. fallit. de off. deleg. egrege respondit in terminis Ran. in cons. 78. num. 10. lib. 4. Dec. in cons. 356. num. 4. Chastane. in cons. 1. in quarto præsup. nu. 24. Craue. in cons. 21. num. 5. Tyraq. in tract. de retractu consang. §. 1. gloss. 2. num. 12. Vantius in tracta. de nullis casibus iis, quæ possit dicere de nullitate. num. 33. & in specie Afinius in commentariis ad statuta Florentiæ. §. 19. cap. 5. limit. 7. Septimum est exemplum ex traditione Bossij in tract. causarum criminalium in tit. de vestigiis alium condicione. nu. 5. & 7. Extat decretum Mediolani: Quod nullus familiaris principis, vel frater & domesticus illius familiaris, possit conducere vestigia: alioqui præsumatur, quod is frater, vel domesticus conduxerit tanquam socius, vel in eoposita persona ipsius familiaris: Et hæc præsumptio (inquit Bossius) est iuris & de iure: attamen per indirectum admittitur probatio contraria, vt potà probandum, fratrem vel domesticum esse inimicum ipsius familiaris principis. Præterea hic alia plura exempla, quæ adferri possent. Illud vnum tantum dicam, quod in ca u huius notæ disputationis, procedit illa iuris sententia, qua dicimus, multa ¶ concedi per indirectum, & quæ directè non concederentur: cuius sanè traditionis meminit egregie Felinus in c. ex parte. num. 7. de officio deleg. qui post Anch. in cons. 270. in primo dubio, dixit quod si statuto cautum sit, bona decotorum debere adiudicari creditorib. & si decotorum infra quadrimestre nõ soluar, sine pleno iure ipsorum creditorum nõ impeditur tertius, qui asserit bona ista sua esse, quæ illa vendicet & consequatur. Atq; ita illi creditores per indirectam impediuntur, cum directo impediti nõ possent. Est simle quod dicemus, quòd licet renunciari non possit futuro dolo: dicitur tamen potest per indirectum. Alexan. in cons. 54. lib. 2. la. in l. actione. in fin. C. de transact. & Chastaneus in d. cons. in 4. præsuppositio. n. 24.

Erit præterea aduertendum, hanc indirectam probationem, seu dicta facta que, ex quibus illa colligitur, ¶ probari posse duorum testimonio. Ita Baldus in l. testium. numero 2. C. de testibus. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. & in l. ultim. numero 2. C. arbitri. tutela. & Afflictus in decisio. 13. numero 26. simile diximus supra, in qu. 51. de probationibus dictorum, vel factorum ex quibus oriuntur præsumptiones, vt dicta illa, vel illa facta possint probari duorum testimonio.

QVÆSTIO LXVI.

Scripturam qua probari poterat aduersus presumptionem iuris, & de iure si deperdita est, probari posse testibus.

SVMMARIA.

- 1 Scriptura deperdita, testibus probatur contra prescriptionem iuris, & de iure, & quæ hoc casu requirantur. n. 2.
- Q**VAERO sexagesimo sexto, an in casu huius presumptionis iuris & de iure, si scriptura, qua probari poterat contra ipsam presumptionem, est amissa, probari possit testibus illa amissa, & tenor, vt possit deinde eueli præsumptio ista? Quæ in re dicendum est ¶ posse, Ita enim dicimus, quod quando aliquid probari omnino debet per scripturam, si scriptura casu est deperdita, potest illa probari & eius tenor, & eo modo satisfactum est legi. Ita scribunt relati à Decio in c. 2. numero 14. versic. 3. si instrumentum. de probat. Et illis accedunt Alexand. in l. 2. numero 8. C. de bonor. posses. secund. tabul. & in l. si unus. numero secundus, C. de testam. & Marfilus in singul. 156. Et hæc traditio probatur in l. testium. in fine. C. de testib. in l. emancipatio. C. de side instrum. in l. iubemus. C. de emancip. libero. & in c. cum q. lim. il. 1. de privileg. Requiritur tamen ¶ plura, vt locus sit huic doctrinæ. Nam requiritur primò quod constet, illud instru-

mentum illamque scripturam aliquando extitisse. secundo de illius tenore attestari ij debent. Requiritur tertio, quod casu sit perperita. ita Bald. in d. testium. C. de testibus. Requiritur quarto, quod testes hac de re attestantes, sint legales & integri. Quæ sanè qualitas deduci, & probari debet, sicuti in specie docuit B. in d. c. 2. num. 73. de probat. Et similibus in casibus idem affirmantur. Collectus suo singulari, in verbo, integer. Alexand. in consil. 82. colum. 4. numer. 12. libro 1. Gramm. in consil. 35. num. 35. 38. in criminalibus.

QVÆSTIO LXVII.

Notorium admitti contra præsumptionem iuris & de iure.

SVMARIA.

- Notorium contra præsumptionem iuris & de iure admittitur. Et de quo notorio intelligendum. num. 3. Probatio per facti evidentiam, reliquis omnibus exclusis, exclusiva non dicitur. Notorium facti permanentis, admittitur aduersus rem indicatam. Notorium etsi non probatione, inuiget tamen allegatione.

QVÆRO sexagesimo septimo, an aduersus præsumptionem iuris & de iure, admittatur probatio in contrarium ex notorio? Et admitti potest scriptura Rom. in l. si duo. num. 13. ff. de acqu. hæredi. Et consil. 350. numero 19. Felin. in c. quanto. numero 5. de præsumptio. Præpol. in c. is, qui fidem. numero 8. de spon. Curt. Sen. in l. admonendi. numero 24. ff. de iur. iurand. & apertius Alciat. in tracta. de præsumpt. in prælud. part. 2. numero 14. Pail. in consil. 12. num. 53. lib. 2. Giatus in consil. 83. numer. 4. libr. 1. Euerard. in centuria legali in loco, ad verisimili. numero 20. vers. si tamen de facto. Ea est ratio, quod probatio quæ fit per facti evidentiam, ut quid clarum & manifestum, nunquam censetur exclusiva, & si ceteræ omnes exclusivæ sint, ut scribunt Bald. in l. contra negantem. in fin. C. ad l. Aqu. & in rubric. C. de prob. & ibi Caltr. numer. 2. Mar. in l. si ferri quasi. ff. de quasi. Alsinus in commentariis ad sententia Florentie. §. 19. cap. 5. in nota limit.

Declaratur primo hæc sententia, ut procedat in notorio permanente, non autem in transiente. Ita Alciat. in d. 2. par. num. 15. post Roma. in d. consil. 350. Nam cum allegatur notorium facti transiens, necesse est probare illud per testes, iuxta c. vestra. de cohob. cler. & mul. Quæ sanè probatio reicitur ab ipsa præsumptione iuris & de iure. ita etiam dicitur aduersus rem indicatam admitti notorium facti permanentis, non autem transiens, ut loco iam relato scripsit Alciat. post Fel. in c. quoniam contra. in 4. fallen. de probat.

Declaratur secundo, ut locum habeat hæc sententia, si modo hoc notorium permanentis allegetur. ita Alciat. in d. parte 2. num. 10. in fi. Idem affirmant omnes, qui dicunt, quod etsi notorium non indiget probatione, indiget tamen allegatione. ita tradunt Alex. in l. 1. num. 4. C. ut que desunt advoc. Barb. in consil. 62. col. 2. lib. 1. & in consil. 35. colum. 4. lib. 2. & Ripa. in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 35. ff. de dam. infecto. vbi declarat.

QVÆSTIO LXVIII.

Probatio admittitur aduersus præsumptionem iuris & de iure, parte non opponente, an profit.

SVMARIA.

- Probatio aduersus præsumptionem iuris, & de iure, parte non opponente, admittitur, prodest. Aduersarius non opponens, consentire videtur, & fauori suo renunciare. Probationes admittuntur contra rem indicatam, parte non opponente, rescindunt iudicium.

QVÆRO sexagesimo octavo, an aduersus præsumptionem iuris, & de iure, admittitur probatio parte non opponente, profit: Et prodest? Et ad eam præsumptionem confutandam affirmantur Bald. in l. si litem. ff. de iis, qui sunt sui, vel alie. iuris. Abba. in c. cum contingat. colum. 3. de off. delegat. Rom. in l. si duo. num. 14. ff. de acqu. hære. & idem in consil. 350. num. 7. Alexand. in l. ad duo Pio. §. si pignora. num. 4. ff. de re iudi. Curt. Sen. in l. admonendi. num. 24. ff. de iur. iur. Præpol. in c. is qui fidem. num. 8. de sponsa. Felin. in c. quanto. num. 4. de præsumpt. Euerardus in centuria legali, in loco ad verisimili. num. 20. vers. si tamen de facto. Alciat. in tracta. de præsumpt. in prælud. parte 2. num. 9. vers. 2. limitatur. Pail. in consil. 10. num. 85. lib. 2. Ea est huius sententiæ ratio, (inquit Alciat.) quia aduersarius, qui non opposuit, videtur tacite consentire atque ita renunciare fauori suo. Ita docuit Alexan. in l. index postquam. num. 12. ff.

de re iudic. Et comprobantur prædicta, ex eo, quod dicimus probationes admittuntur, parte non opponente contra rem indicatam, pro qua dicitur esse præsumptio iuris & de iure, efficitur, ut retractari illud iudicium possit, ita post alios docuit Dec. in c. quoniam contra. nu. 38. de proba. & dicitur in ff. subsequenti lib. 2. præsumpt.

Ceterum obstat videtur, (ait Alciat.) quod cum probatio non admittatur contra hanc præsumptionem, & hic sit articulus iuris, & consequenter notorius, cum quidam. §. sius ff. de acqu. hæredi. sequitur quod etiam parte non opponente processus sit nullus ex traditione Baldi in l. non dubium. in fin. C. de legib. & vbius in sua diffinitione, statuto canetur, quod fenerator. Anch. in c. ea, que de regul. iur. in 6. & Arct. in c. feneratoris de reb. Huc difficultati satisfaciunt Alciat. & ait, quod hoc locum haberet, quando essemus in casu, qui non pendet à voluntate partium: prout sunt causæ criminales, de quib. per Bartol. in l. prima, §. 1. ff. ad Trebell. secus est hoc in casu, in quo pars potest renunciare fauori suo, & ideo non opponendo dicitur ius suum remittere, quo stante, non est aliud quod notorium, quod à iudice suppleri possit. Præterea respondetur: quod hæc est tacita renunciatio: & ideo admittitur, sicuti admitti solet etiam in causis criminalibus. Dec. in l. 1. in tercia lect. n. 49. C. qui admittit. in l. penult. n. 18. C. de pactis. & Gramm. in voto septimo. n. 6.

QVÆSTIO LXIX.

Probationes, aduersus præsumptionem iuris, & de iure, quo tempore admitti debeant.

SVMARIA.

- Probationes aduersus præsumptionem iuris, & de iure, solum ante sententiam latam admitti. Contraria tamen refertur sententia, n. 2.

QVÆRO sexagesimo nono, quo tempore admitti possint hæc contrariæ probationes, aduersus hanc præsumptionem iuris & de iure? Et solum ante latam sententiam admitti docuit Felin. in c. quanto. col. 3. vers. fallit quare, de præsumpt. auctoritate gloss. in c. ordinarij. §. 1. in verbo, libere. de offic. ordin. in 6. & ibidem Gemina. in fin. vbi Imola & Francus idem scripserunt. Idem scriptum reliquit Euerardus in centuria legali in loco ad verisimili. n. 20. vers. & potest dari.

Verum ab hac opinione dissentit Alciat. in tracta. de præsumptio. in prælud. part. 2. num. 17. & rectè, quandoquidem repugnat hæc Geminiæ, Felini & sequacium traditio, generalibus constitutionibus ut l. ultim. C. arbitr. iur. & l. antiquæ. C. ad Velleia. ac similibus, quibus absolutè reicitur probatio contra hanc præsumptionem iuris & de iure. Nec aliqua adhibetur distinctio, quod pronunciatum, & declaratum sit super hac præsumptione. Ea est ratio, quia hæc præsumptio habetur ac si res iudicata esset: quæ quidem non admittit probationem contrariam aliquo tempore: sicuti aliis supra demonstrauimus. Nec obstat illud ordinarij, quia respondet Alci. quod illa non erat præsumptio iuris, & de iure, sed iuris tantum, quæ inducit ex eo, quod non ostenditur dispensatio in termino præstituo. Et illam esse solam iuris præsumptionem intellexit ibi Gemina. in prima solut. Non etiam obstat illud simile, quo vsi sunt Imola, Francus, & apertius Euerardus de instrumento contra quod obicitur possunt exceptiones etiam elapso termino, quia respondetur, ex illis instrumentis non induci præsumptionem iuris & de iure: sed iuris tantum, ex quo lex, vel statutum non excludit præcise & omnino ipsam contrariam probationem. Quæ quidem si excluderet, vix nullo modo posset admitti. Ita decidit Rota deci. 2. in si. de proba. in antiquis. etsi eam aliter & malè intellexerit Euerardus.

QVÆSTIO LXX.

Restitutionem in integrum, aduersus præsumptionem iuris & de iure, admitti.

SVMARIA.

- Restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure conceditur. Et qua de causa, n. 2. Item contra præsumptionem iuris tantum, n. 3. Et quo casu id non procedat, n. 4. Argumentum à sensu contrario, quo casu non procedat, n. 5. QuæRO septuagesimo, an aduersus præsumptionem iuris & de iure, concedatur restitutio in integrum? Et concedi affirmantur in specie Alexand. in l. inter stipulantes. §. 1. colim. 1. ff. de verbor. obligat. & in l. si infanti. numero 9. C. de iur. delib. Ruin. in consil. 68. num. 20. libr. 1. Iacobinus in l. si infanti.

infanti. in fin. C. de iure delib. Socin. Jun. in consil. 104. numer. 18. lib. 3. & Alciat. in tracta. de præsumpt. in prælud. part. 2. num. 18. & Hier. Gabr. in consil. 36. nu. 53. lib. 1. qui & si securus sit Ruin. supra allegatum: attamen solum loquitur de præsumptione iuris. Quam sanè sententiam probat, l. si mater. in princip. ff. de except. rei iudic. vbi ex eo textu docuit Bart. restitutio in integrum, concedi aduersus rem indicatam, cum ramen contra eam non concedatur contrariæ probationes. Et idem scripserunt ipse Bartol. in l. 1. C. de senten. aduersus fisco. latis. Ial. in l. admonendi. in 1. lect. num. 45. & ibidem Curt. Jun. num. 8. Et hæc quidem restitutio conceditur ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa sit. ita Alexand. in d. si infanti. numero 9. C. de iur. delib. & Ruin. in d. consil. 68. n. 20. Quibus constat Aug. in l. inter stipulantes. §. si Stichum. col. 1. vers. tu dic. ff. de verb. oblig. & Goz. in consil. 8. col. ultim. vers. præterea & tertio, malè à recepta illa opinione dissentire. Placet & mihi illa distinctio bene eruditi Sfortia Odo in tracta. de restitutione in integrum. in quest. 36. artic. 1. numero 7. cuius locum videre contigit, dum ij commentarij nostri nouè excuderentur. scribit Sfortia, præsumptionem hanc iuris & de iure non tollere in integrum restitutionem: sed probationem: sicuti accidit aliis in l. si duo. ff. de testam. tutela. & ideo si læsus (inquit Sfortia) admittitur ad probandum læsionem, ut quia pars non contradicat, vel quia ipsi iudici addò notoria sit, ut eam admittat ad deducendum læsionem, locus erit restitutioni in integrum. Hæc restitutio in integrum multo magis conceditur aduersus præsumptionem iuris tantum, sicuti in specie affirmantur Abbas in c. constitutus. numero 8. de in integrum rest. & Ruin. in consil. 68. numero 20. libro 1. Recepta tamen illa opinio declarat secundum Alciat. loco iam citato, ut non procedat quando specialis præsumptio iuris & de iure esset, petentem se restitui, non esse læsum. Ita intelligit Alciat. doct. in Abba. in d. c. constitutus. numero 8. de in integrum restit. Nisi dicamus Alciatum suum posse argumentum à sensu contrario in ea doctrina Abbatis, quod genus argumèti passim non admittitur, cum repugnant iura.

QVÆSTIO LXXI.

Restitutio in integrum, quæ aduersus præsumptionem iuris & de iure, admittitur, infra quod tempus concedatur.

SVMARIA.

- Restitutio in integrum, aduersus præsumptionem iuris & de iure, conceditur intra quadriennium. Et tempus illud uile dicitur, & à die scientiæ currit. num. 2. Ignorantia tamen illius, probabilis esse debet. num. 3.

QVÆRO septuagesimo primo, cum aduersus præsumptionem iuris & de iure, concedatur restitutio in integrum, intra quod tempus detur? Est noua quæstio, quam à demine, quod sciam depositam video. In qua quidem dicendum est, concedi intra quadriennium iuxta generalem constitutionem l. ultim. C. de temp. in integrum restit. peten. Quæ pronum est non solum minoribus læsis, sed & maioribus, qui iustam habent causam petendi eam restitutionem in integrum concedi quadriennium, sicuti in fine illius constitutionis scriptum est, & tradit Bald. ibi in vlti. notab. cum dixit, hoc casu maiores esse similes minoribus. Ita & Iacobinus à Sancto Georgio ibi. numer. 5. ait, quod tam maioribus quam minoribus & ecclesiæ, conceditur tempus quadriennij ad petendum & finiendum restitutionis causam. Quocirca quemadmodum maior læsus ex re iudicata, pro qua ita præsumptio iuris, & de iure, obtinet restitutionem in integrum ex clausula illa, Si qua mihi iusta causa, (ut dixi superiore quæstione) ita etiam hic dicendum est. Et ideo hæc restitutio peti debet intra illud quadriennium. Ita etiam simili in casu docuit Curtius Jun. in l. admonendi. num. 9. ff. de iur. iurand. cum dixit, restitutionem illam in integrum, quæ conceditur ei, qui noua iura & instrumenta inuenit, quibus vtrius contra delatum iuramentum, illam inquam restitutionem peti & concedi solum, intra quadriennium ex d. l. ultim.

Illud autem hæc in re annotandum est, quod hoc quadriennium concessum fuit, non solum ad petendum restitutionem ipsam, sed etiam ad diffiniendam totam restitutionis causam. ita Ruin. in consil. 36. in fin. libr. 5. & præterea quia hoc tempus quadriennij vtile esse dicitur, ob id solum incipit currere à die scientiæ, sicuti scribunt Soci. Sen. in consil. 194. num. 5. lib. 2. Decius in consil. 36. colum. ultim. & in consil. 436. numer. 9. Ruin. in consil. 35. num. 34. in consil. 68. in fine. & in consil. 110. in fine. lib. 1. in consil. 130. num. 16. lib. 2. in consil. 13. num. 6. & in consil. 43. num. 15. lib. 4. Bellonus in consil. 18. num. 12. Rubens consil. 98. nu. 3. & Tiraquel. in tracta. de retract. consang.

§. 35. gloss. 4. num. 44. qui & alios eiusdem opinionis Doctores commemorat. Et hinc fit, ut ignorans restitui possit ad quadraginta annos vique, cum ei vtile hoc tempus non currat. ita tradunt permulti quos recenset, & communem testantur Boerius quest. 39. num. 6. & Tyraquel. in d. gloss. 4. num. 44. Immo sunt, quia asserunt vsque ad centum annos hunc ignorantem restitui. Qua in opinione fuerunt Baldus, Caltr. Alexan. Abbas, Angel. Martin. Laud. Barba. Iaf. Socin. Sen. Petrasanta, Iacobinus & Marfilus, quos recenset Boer. in d. quest. 39. num. 4. Illis addo Decium in consil. 36. col. ultim. & in consil. 303. num. 5. vers. non obstat quod Socin. Jun. in consil. 70. num. 30. in consil. 32. & in consil. 128. num. 169. lib. 1. Verum ab opinione recesserunt Baldus, Anchar. Comen. Angel. Alex. Iacobus Rebuffus, Curt. Sen. Ioan à Platea. Barba. Arct. Felinus & Decius, quos recenset & sequitur Boer. in d. q. 39. n. 5. & nu. 6.

Hæc autem ignorantia restitui esse debet, sicuti respondetur Ruin. in consil. 13. nu. 16. libr. 4. Decius in consil. 36. col. ult. in consil. 474. in fin. & in consil. 564. in fin. Boer. in d. q. 39. col. pen. vers. quod debet intelligi. & Soc. Jun. in consil. 115. nu. 42. li. 2.

QVÆSTIO LXXII.

Restitutio in integrum, quæ aduersus præsumptionem iuris & de iure admittitur, coram quo iudice peti debeat.

SVMARIA.

- Restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure quando petitur principaliter, sit coram iudicib. causarum ordinariis, vel delegatis, & quibus & c. Et quid sit, quando restitutio illa incidenter petitur, n. 2. Tribunal qui magistratus habeant.

QVÆRO septuagesimo secundo, coram quo peti debeat restitutio in integrum, aduersus præsumptionem iuris, vel iuris & de iure? Est etiã noua quæstio, quam distinguendo duos casus, ita clarè possumus diffinire.

Primus est, quando restitutio ista principaliter petitur: tunc peti potest coram iudicibus illis enumeratis in constitutione Iustian. in l. ult. C. vbi & apud quem cog. in integr. rest. agit. sit, hoc est coram iudicibus causarum ordinariis, vel delegatis ad vniuersitatem causarum, vel delegatis specialiter à principe, vel coram circuitu administratores. Et subiungit Iustianus. Coram arbitris ex compromisso peti non posse. Id quod post Fran. Accursium & Iacobum Barrig. in d. l. vlti. declarat Signoroli in consil. 45. procedere quo ad actum ipsum restitutionis, non autem quo ad ipsam declarationem & pronunciationem de restituendo à qua quidem interpretatione dissentit Bald. in d. ult. in fin.

Secundus est casus, quando restitutio petitur incidenter. Hoc in casu sunt opiniones. Nam Bart. in l. nam & postea. §. si minor. col. 2. vers. peto etiam ff. de iur. iur. docuit, petendam esse coram iudice illo, coram quo restitutio ipsa principaliter peteretur, sicque coram ordinariis, vel delegatis, ut superiore casu, & propterea negare videtur Bartol. quod peti possit coram iudice causæ principalis. Hoc apertius affirmant Iaf. in d. §. si minor. n. 12. Socin. num. 4. & Zasius nu. 7. ex quo inferunt Bart. ibi. quod si causa tractaretur coram iudice pedaneo, qui non posset restituere in integrum principaliter, sicuti quando iudex maior in illo actu causæ principalis suam interponit auctoritatè, non posset inferior restituere: iuxta l. minor autem magistratus. ff. de minor. 25. annis.

Altera fuit opinio Signoroli in d. l. nam & postea. §. si minor. num. 8. & Curt. Iuni. ibidem nu. 4. vers. ego tamen, qui scripserunt, hanc causam restitutionis in integrum incidenter propositam, tractari posse coram iudice isto inferiore, coram quo causa rei principalis discutitur. Et primò motus est Curtius ex d. l. ultim. C. vbi & apud quem & c. iuncta l. quoties. C. de iudicis. Nam ex d. l. vltim. iuxta interpretationem Bartol. ibi, permittum est omnibus iudicibus, etiam minoribus cog. occere de causa restitutionis in integrum. Et tamen de causa status solum hodie cognoscunt maiores magistratus, d. l. quoties. nisi (ut ibi dicitur) incidenter illa tractaretur. Ergo multo magis causa restitutionis in integrum, quæ ab inferioribus cognosci potest, si incidenter proponatur coram iudice non suo qui tamen de causa principali cognoscat, tractari poterit. Ceterum dubia mihi videtur argumentatio hæc, quandoquidem ex mente Bart. in d. l. vltim. falsum videtur, quod coram quocunque iudice minore, causa hæc restitutionis possit tractari, cum coram illis tantum agi valeat qui tribunal habent, ut significant verba illa, non solum apud iudices pro tribunali & c. Dum enim loquitur de iudicibus ordinariis, præsupponit eos habere tribunal. Tribunal tamen non habebant nisi maiores magistratus, ut prætores & illis similes.

Secundo mouetur, & rectius Curtius ipse verbis d.l.vlt. in f. ibi, *Vel in alijs speciebus incidit quedam questio restitutiōis.* Sancit itaque Iustitia restitutiōnem in integrū posse peti incidenter, coram eo iudice causæ principalis, qui aliās de ipsa restitutiōe in integrum non cognoscit. Quare Bart. in d.l.vlt. num. 4. *versic. quandoque delegatur, &c.* scribit, quod si causa principalis tantum est delegata, coram eodem iudice incidenter poterit causa restitutiōis in integrum agi.

Tertio confert penē in specie nostræ tractationis doctrina Odofredi in l. admonendi. ff. de iureiurand. quam ibi probant Caccialopus num. 8. & Curtius Iun. num. 10. quod restitutiō in integrum, aduersus sententiam laram ex iuramento, ob noua instrumenta reperta, peti potest coram eodem iudice causæ principalis. Idem ergo dicendum est nostro in casu.

Quarto accedit reg. d.l. quoties. Cod. de iudicijs, quæ correctæ non reperitur igit in casu. Est sanē in illa regula quod incidenter causa cognosci possit coram eo iudice, qui aliās de ea non posset principaliter cognoscere: sicuti multis exemplis explicant ibi Bald. Castren. Iason & reliqui, & maxime Ias. ibid. num. 6.

QVÆSTIO LXXIII.

Restitutiō in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure, quando petitur noua instantia iudicij, an requiratur.

SVMARIA.

- 1 Instantia noua quando non est opus in petitione restitutiōis in integrum, aduersus præsumptionem iuris & de iure.
- 2 Instantia noua incipit à liti contestatione.
- 3 Restitutiō in integrum quando requirat nouam instantiam.

QVÆRO septuagesimo tertio quando petitur restitutiō in integrum aduersus præsumptionem iuris, vel iuris & de iure, an sit opus noua instantia? Est & hæc noua iuris questio, in hac tractatione: In qua quidem sunt distinguendi aliquot casus.

Primus est, quando is, qui videt coram se esse præsumptionem iuris & de iure, antequam lata sit sententia, petit se restitui in integrum iuxta supra dicta. Hoc casu non est opus noua instantia, ex quo potest cum eadem instantia causæ principalis tractari. Nam incidenter petitur hæc restitutiō. Et hoc comprobatur traditio Bartoli in l. nam & possed. §. si minor. col. 2. *versic. & in hoc secundo modo, ff. de iureiurand.* cum dixit, quod quando restitutiō in integrum proponitur incidenter, lis non contestatur. Et cū Bartol. ceteri ibi transiunt, & Cremen. singu. 125. si possidentem. Non ergo noua erit instantia qui solet à liti contestatione incipere. l. i. vbi gloss. & latè Angel. & l. properandum. in princ. vbi Cast. numero 5. Alexand. numero 2. C. de iud. & idem Alexand. in consil. 23. numero secundo, libro tertio, Curr. Iun. in rubr. C. de in ius vocando. numero 5. & Afinius in commentarijs ad statuta Florentiæ. §. l. c. i. n. l. & c. 5. qui declarat non procedere in statutis disponentibus, quod à citatione incipiat.

Secundus est casus, quando virtute huius præsumptionis iam lata est sententia. Hoc casu restitutiō in integrum requirit nouam instantiam: cum prima iam sit perempta. Ita in simili probatur ex traditionibus doctorum in l. si diuersa. C. de transact. ibi Alex. post Bart. cum dixit, quod quando petitur restitutiō aduersus transactionem, opus est noua instantia. Ita etiam alio simili in casu dicimus de restitutiōe in integrum, petitæ contra sententiam rescindendam, ob instrumenta de nouo reperta, sicuti tradit Curr. Iun. in l. admonendi. num. 11. ff. de iureiurand. & ibi Caccialopus. nu. 9. qui copiosè differit.

QVÆSTIO LXXIV.

Præsumptionem fraudis, petentis se in integrum restitui, aduersus præsumptionem iuris & de iure, non impedire executionem.

SVMARIA.

- 1 Exequutio non suspenditur, quando extat præsumptio fraudis & malitiæ aduersus petentem se in integrum restitui.
- 2 Malitiæ & calumnia præsumptio est aduersus petentem se restitui, contra sententiam principis.

QVÆRO septuagesimo quarto, cum præsumptio fraudis & malitiæ extat aduersus petentem se in integrum restitui, aduersus præsumptionem iuris, vel iuris & de iure, interim suspendi debeat executio, vel potius exequi? Hac in re dicendum est, differendam non esse executionem. Ita sanè probat c. suscitata. de integr. restit. ibi. *Ne verò per excogita-*

tam malitiam (sicut ex præsumptionibus pluribus videbatur) effectum sententiæ. &c. Et notant ibi. Abbas col. 3. *versic. quod & reliqui omnes & idem affirmant Ruin. in consil. 61. col. pen. lib. 5. Petrus Beneintendi in decis. 85. nu. 13. Boerius in q. 2. num. 27. Paris. in consil. 100. n. 3. lib. 1. Cephal. in consil. 116. n. 11. lib. 1. & Bello. in consil. 18. n. 22.*

Hinc dicimus quod cum aduersus petentem se restitui contra sententiam principis, sit præsumptio malitiæ & calumniæ, sententiam ipsam esse prius exequendam. Ita scripserunt Abbas in c. suscitata. num. 5. de integrum restit. Bald. in l. si causa cognita in 3. nota. C. de transact. Restaurus in tract. de Imperatore. quest. 110. *versic. 209.* Et his addo Baldū in sua Margarita, hoc est in reposito ad Innocentium, in verbo, *præsumptio contra petentem.* quo loci ait, hoc non procedere, quando est nuda hominis præsumptio.

QVÆSTIO LXXV.

Protestationis contrariæ probatio, an admittitur aduersus præsumptionem iuris, ac etiam iuris & de iure.

SVMARIA.

- 1 Præsumptio iuris admittit probationem contrariam ex protestatione.
- 2 Quod quando non procedat. n. 2.
- 3 Præsumptio iuris & de iure, ex protestatione contrariam probationem admittit. Fallit id si ex ea protestatione induceretur peccatum. num. 4. Idem in protestatione generali à lege probata.
- 5 Spōsalia contracta per verba de futuro copula carnali subsequenta, transeunt in matrimonium præsumptione iuris & de iure.

QVÆRO septuagesimo quinto an aduersus præsumptionem iuris tantum, ac etiam iuris & de iure, admittatur probatio contrariæ protestationis? Duos casus hic distinguo, quemadmodum etiam duxi sunt præsumptiones.

Primus est casus in sola præsumptione iuris: Hæc quidem admittere contrariam probationem ex protestatione. Ita Bald. in l. vltim. C. ne de statu defuncti. & cum eo Alexan. in consil. 190. in fin. lib. 2. & Bald. in tractat. præscriptio. parte tertia principis. i. qu. 10. numer. 21. cum dixerunt aduersus illam præsumptionem iuris ex dispositione l. cum de in rem vers. ff. de usur. quod ille, qui diu soluit, præsumitur soluisse animo se obligandi, admittitur probatio ex contraria protestatione. Huc spectat quod dicimus, admitti probationem ex protestatione, ad excludendam præsumptionem & suspicionem pertinaciæ & malitiæ in eo, qui aliqui hæreticus præsumitur. Ita Alb. in rub. C. de heret. ad finem. Io. Gerson. in tract. de protestatione, consideratione quinta. Alphonsus de Cast. lib. 1. de iusta heret. punit. c. 11. Albertin. in tracta. de agnoscendis asserionibus catholicis. qu. 12. num. 4. & Simancas in commentarijs catholicarum institut. titul. 55. numero 11. quo sanè loci declaratur, quomodo & quando protestatio hæc proficit, vel non, ei qui aliqui hæreticus censetur.

Declaratur primo ut non procedat quando fraus fieri potest legi, ut ea in protestatione quam facit emptor, dum emit rem furtiuam, cuius meminit Alciat. regul. 3. præsumpt. 29. n. 1. *ver. 1. est.* Et dicimus infra lib. 5. præsumpt. 54. vbi declarabimus l. in ciuilem. C. de furtis.

Secundus est casus in præsumptione iuris & de iure. Hæc quoque admittere contrariam probationem & ex protestatione. Ita censuit gloss. in c. vidua. de regula vbi præsumptio iuris & de iure est, quod Nouitia quæ assumit habitum professarum, vel se ingerit in actibus ad eas pertinentibus, sit professa (vt copiosius dicemus lib. 3. præsumptio. 12.) nisi protestatio precesserit. Quam traditionem probauerunt Butrius in c. is qui fidem. colum. 2. *versic. post secundo surgere.* & ibidem Præpos. num. 8. *versic. fallit, 4. de sponsal.* qui dicunt, protestationem illam obtinuisse, ob id quod iuxta causa erat veltita. Illam quoque probauerunt idem Butrius in c. vlt. num. 30. *versic. item admittit. de success. ab intesta.* Roman. in l. si duo. n. 11. ff. de acq. hered. & Alciatus in tracta. de præsumptio. in præludij. parte 2. in fine.

Declaratur primò hic casus, ut non procedat quando ex ea protestatione induceretur peccatum. Ita gloss. in c. per tuas. de cond. appof. quam ibi annotarunt Io. Andreæ & Præpos. cum dixerunt quod si duo contraxerunt sponsalia per verba de futuro sequens copula carnali sponsalia transeunt in matrimonium præsumptum, præsumptione iuris & de iure, eis, qui fidem, de sponsa. Et si ergo ii sponsi futuri procestantur, quod quomodo sequatur copula, non intendunt, sponsalia debere transire in matrimonium, nec illud velle contrahere: tamen huiusmodi protestatio nil prodest, nec eam præsumptionem iuris & de iure, tollit. Ea est ratio, quia ex ea protestatione peccatum fornicationis inducitur. Ita in specie declarat præceteri Doctores, & Abbas in c. per tuas. de cond. app.

cond. appof. Butrius in c. veniens. il. 2. de sponsal. Nicolaus Angelanus in annota. ad Alciatum in tract. de præsumpt. in præludij parte 2. in fin. Iason in l. non solum. §. morte. num. 14. in fin. ff. de oper. noni. num. & alios plures commemorat Didacus in epitome de sponsal. parte 1. c. 4. §. 1. num. 18. & dicemus infra lib. 3. præsumptio. 1. in tertia extensione primæ coniecturæ, vbi declarabimus.

Declaratur secundo hic casus ut non procedat in protestatione generali à lege reprobata, ut in casu Bart. in l. i. §. solent. in ff. de off. præfecti vrbis. cum dixit, quod si tutor, conficiendo inuentarium protestatur, quod si bona aliqua eo in inuentario describitur quæ describenda non erant, vult habere pro non descriptis, & contra. Hæc protestatio, inquit Bart. nõ adiuuat tutorem, cum lex reiiciat generalem hanc protestationem, ex quo lex in tutore inuentario illud, quod est specialiter expressum. Idem docuit ipse Bart. in l. tutor, qui repletorium. nu. 53. ff. de adm. tuto. quem secuti sunt Bal. in l. vlti. num. 1. *versic. sed quid si tutor.* C. arbitrium iustele. & Alciat. de præsumpt. in præludij parte 2. in fin. Quibus intelligimus minus rectè sensisse Angel. in l. i. §. h. c. stipulario. colum. vltim. *versic. ut tamen omnium conseruetur. ff. si cui plus, quam per legem Falcid.*

QVÆSTIO LXXVI.

Præsumptionem iuris & de iure, impedire appellationem.

SVMARIA.

- 1 Appellatio impeditur per præsumptionem iuris & de iure.
- 2 Conuictus non appellat.
- 3 Appellatio per silam iuris præsumptionem non impeditur.

QVÆRO septuagesimo sexto, an præsumptio iuris, vel iuris & de iure, impediatur appellatio? Et quo ad præsumptionem iuris & de iure, dicendum est, impedire appellationem. Ita Bald. in l. si qui. num. 2. C. ad l. iul. de adul. Fran. Brun. in tracta. de iudicij & iurura. parte 1. quest. 4. in fin. Marfil. in rub. C. de probat. num. 264. & in singu. 116. & Euerardus in censura legali in argumento, à verisimili. numero 18. Quam quidem traditionem probat d. l. si qui. qua sancitum fuit, eum contra quem est præsumptio iuris & de iure pro conuicto habendum esse. Conuictus tamen non appellat. l. 2. C. quorum appella. non recip. Non ergo iste, cui repugnat hæc præsumptio, remedio appellationis iuuabitur. Quo vero ad solam præsumptionem iuris dicendum est, illam non impedire appellatioem, quandoquidem non habetur is, cui hæc repugnat præsumptio pro conuicto & confesso, sed potest contrarium probare, vt diximus supra.

QVÆSTIO LXXVII.

Præsumptio quæ tollatur iuramento eius, cui præsumptio aduersatur.

SVMARIA.

- 1 Iuramentum eius contra quem extat præsumptio iuris & de iure non admittitur in contrarium.
- 2 Fidem adhiberi viro bono, vitæque honestæ, quomodo procedat.
- 3 Iuramentum in contrarium non admitti etiam eius, contra quæ sola iuris præsumptio extat. Contraria adducitur opinio. numero 6.
- 4 Iuramento procuratoris asserentis nomine proprio emisse non domini, non creditur, si iam habuerit mandatum à domino.
- 5 Iuramentum non desert index ei contra quem extat præsumptio iuris.
- 7 Assertioni eius creditur qui carnaliter à se cognitam fuisse uxoris suæ consanguineam affirmat ignorasse.
- 8 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.
- 9 Iuramento asserentis se non animo occidendi verberasse vtrum credatur.
- 10 Iuramentum asserentis se proclama publicum ignorasse admittitur.
- 11 Citationem ad sui noticiam non peruenisse, iuranti creditur.
- 12 Sententia lata per iuramentum iudiciale, habet pro se legis præsumptionem.
- 13 Iuramento denunciantis creditur in denunciatione euan-

gelica.

- 14 Iuramento creditur in his, quæ in animo constituntur.
- 15 Probatio contraria per iuramentum eius admittitur, contra quem extat iuris præsumptio, si de leui præiudicio agatur.
- 16 Iuramento asserentis aliquid aduersus præsumptionem, creditur in foro conscientie.
- 17 Assertioni iuratae aduersus legis præsumptionem creditur quædo alia æque potens præsumptio est pro ipso. Idem est si leuis contra ipsum extat præsumptio. nu. 18.
- 19 Iuramentum tollit præsumptionem hominis contra se extantem.

QVÆRO septuagesimo septimo, an præsumptio tollatur contrario iuramento eius, contra quem illa extat? Hac in questione distinguendi sunt tres casus, sicuti & tres sunt præsumptionibus species.

Primus est casus, quando præsumptio est iuris & de iure. Hoc in casu non admittitur contrarium iuramentum eius contra quem illa extat. Ita in specie scripserunt Butrius in c. vidua. numer. 5. de regula. Paulus Leazarus & Gemin. in c. eo in verbo scienter. de temp. ora. in 6. Felin. in c. 2. num. 13. de consil. & ibidem Bero. col. vlt. *versic. nisi declarationem.* Alciatus in c. nouit. numer. 11. de iudic. Olaschus decis. 71. num. 27. His accedit auctoritas eorum, qui fortius negant, admitti iuramentum eius, cui sola iuris præsumptio aduersatur, vt huius opinionis multos infra commemorabo: Et rationes quas ibi considerabimus, hanc magis confirmabunt. Ceterum hanc traditionem intellexit Butrius in c. vidua. in fine, nisi is, contra quem extat præsumptio hæc iuris & de iure, sit honesta persona. Nam tunc eius iuramentum recipitur aduersus præsumptionem illam, & Butrius secuti sunt Deci. in consil. 175. numer. 6. Marfilius in practica criminali. in §. principium. num. 11. & Albi. in consil. 95. num. 9. Vterius tamen videtur contraria traditio Præpos. in c. vlt. nu. 3. qui matrimonij accus. & Olaschi in d. decis. 71. num. 27. scribit Præpos. non admitti hoc iuramentum: & loquitur Præpos. in terminis d. c. vltim. in quo agitur de hoc iuramento, vt infra dicemus. Quod enim viro bono qui vitæque honestæ fides adhibetur, procedit quando repugnat sola præsumptio iuris, non autem quando obstat præsumptio iuris, & de iure, quæ pro veritate habetur. Et præterea Butrius mouetur auctoritate gloss. vltim. d. c. vidua, quæ tamen præter personæ honestatem, vult cum iuramento adesse alias contrarias probationes, siue (vt exponit ipse Butrius) coniecturas.

Secundus est casus, quando extat sola iuris præsumptio, Hoc in casu variæ sunt Doctorum opiniones.

Prima est, & magis quidem recepta quod non recipiatur, fidesve adhibetur huic iuramento. Ita Bartol. in l. inter omnes. §. rectè, num. 3. *versic. nec obstat. ff. de furt.* qui exemplum recenset in eo, qui equum commodato suscepit, vt ad certum locum iret, & ultra illum perduxerit, asserens se credidisse dominum consensurum, non creditur (ait Bartol.) eius iuramento, cum ei repugnet iuris præsumptio. & Bart. secuti sunt Roman. in consil. 481. num. 10. Aret. in l. interdum. §. quod ex naufragio, colum. 1. *versic. in verbo. possit. de acquiren. possess. egregie Rota decis. vlt. num. 3. in ritu. de dolo & contumac. in nouis.* Alexand. in l. i. §. per procuratorem, num. 4. & ibid. Claudius Seyfell. num. 2. ff. de acquirend. possess. dixit Alexand. non credi iuramento qui procuratoris, qui asseruit se emisse proprio nomine, non autem nomine domini, à quo iam habuerat mandatum de emendo, cum aduersus procuratorem ipsum sit iuris præsumptio. Idem Alexand. in consil. 71. numer. 2. & in consil. 118. numer. 11. lib. 2. Iason in §. sed iste, nume. 92. Instit. de actio. Felin. in c. significasti, num. 3. de homicid. Claudius Seyfell. in l. Celsus, numer. 21. ff. de usucap. Decius in cap. 2. in 1. leff. colum. vlt. *versic. & ad hoc facit, de consil.* & in cap. 1. in 6. notab. de posthu. prælat. in c. nouit, colu. vlt. de iudic. in cap. pastoralis, colum. 3. *versic. & quod dicitur, de except. & in consil. 160. colum. pen. ver. non obstat Marfil. in d. qui ignorans. numer. 35. & in l. qui falsum. n. 100. ff. ad leg. Corne. de fals. & in c. 6. §. 27. numer. 2. Ruin. in consil. 13. in fin. lib. 5. Iacobin. de Sancto Georgio in l. verius, numer. 4. & in l. cum de indebito, in fine. ff. de probat. Neuz. lib. 3. Syluæ nupt. numer. 52. Natt. in consil. 230. nume. 6. lib. 1. Crauc. in consil. 225. numer. 9. & consil. 271. colum. vlt. Anton. Bauer. in tracta. de virtute iuramenti. num. 38. Alciat. in tracta. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 16. Bero. in cap. 2. colu. vlt. de consil. & Tyraquell. in tract. de retract. consanguin. §. 9. in gloss. 2. numer. 41. Quæ sanè ententia probari videtur ex l. præsentis. §. sic vbi. C. de iis, qui ad eccles. confug. & ex Auchen. sed nouo iure. C. de pœna iudic. qui male iud. vbi non admittitur iuramentum ad purgandum sinistram suspicionem. Et præterea accedit ratio, quod hoc genus iuramenti deserri debet à iudice. At iudex non desert iur-*

mentum illi contra quem extat præsumptio iuris, vt inquit *gl. in l. i. c. qui aduersus quos, &c. Ergo &c.*

6 Secunda fuit opinio, quod ¶ admittatur hoc iuramentum. Ita gloss. in *c. ult. in verbis: iuramentum, qui matrim. accus. poss.* cum dixit, aduersus præsumptionem scientiæ eorum quæ publicè sunt resultantem contra eum, qui præsens fuit admitti probationem per eius iuramentum. Et glossæ traditionem probantur ibi Calder. & Præpos. *numer. 3. Bald. in l. 2. §. pen. in fin. ff. de quis casus. Alber. in l. diuis. in fin. ff. de in integ. rest. Alcia. in c. nouis, numero 10. in fin. de iud. & Olasc. in decis. 71. numer. 28. qui quidem eiusdem opinionis recenset Curtium Sen. in conf. 72. Princeps. col. 9. vers. vtrum vt nihil.* Hanc quoque opinionem visus est probare Lapus alleg. 94. *nume. 5.* dum 7 scripsit credi ¶ assertioni eius, qui dixit, se ignorasse illam à carnaliter cognitam, fuisse vxoris suæ contanguineam: cum 8 rament coniunctus præsumatur scire ¶ facta coniuncti, *l. s. ff. unde cogn. His accedit gloss. in l. i. in verbo, animo. C. ad legem Corn. de scar. Cum dixit, credi iuramento, ¶ asserentis, se vulnerasse non occidendi animo: tamen ei repugnet iuris præsumptio, ex quo dabat operam rei illicitæ, vt tuo loco dicemus. Et glossam illam secuti sunt relati à *sal. in §. fed. i. ff. de test. ubi numer. 92.* & ipse hanc opinionem secutus est. Et ad affirmandam hanc opinionem multa adferri solent.*

Primo dicitur in *d. c. vltim. qui matrim. accusar. pos.* vbi quædo fit publicè denunciatio, leui proclama, præsumptio iuris est, quod sciat: & tamen admittitur ¶ iuramentum eius, qui asserit, se ignorasse. Et propterea Bald. in *d. l. §. pen. in fin. ff. de quis casus.* scripsit stari iuramento eius, qui dixit ¶ citationem de se factam ad sui notitiam non peruenisse, Cæterum respondet Alciat. in *tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 16. nume. 3. vers. sed tamen saluando, &c. d. c. vltim. loqui quando præsumptio illa oriens ex publico proclamare, & similibus, est debilior ea, quæ oritur ex iuramento. Quæ sanè interpretatio probari videtur ex *c. nulli, de elect. in 6.* vbi electores admittuntur ad opponendum contra electum, si iurant, quod ea, quæ obiciuntur, nouè intellexerunt. Id quod contingere ob id videtur, quia contraria illa præsumptio leuis erat. Ita sensit Abbas in *d. c. vltim. nume. 9.* Altera etiam fuit interpretatio ad *d. c. vlt. Butrij in c. cognoscetes, de consuet. Roman. in consil. 481. num. 11. & Decij in c. nouis, colum. vlt. vers. 2. dicti Bart. de iuris. quod in casu d. c. vlt. vltra iuramentum aderant alie coniecturæ, quibus ignorantia præsumebatur. Quæ tamen explanatio repugnat mihi videtur verbis illius constitutionis. Quocirca tertio responderi potest ex interpretatione Felini in *c. significasti, num. 3. de homicid.* quod in *d. c. vlt. iuramentum non est super eo, quod illa constitutio vellet præsumi notitiam edicti, sed est super notitia impedimenti, quam sanè notitiam text. ille non præsumit, vt ibidem annotauit Butrij. Verum repugnat hæc interpretatio manifestis verbis *d. c. vlt. §. alioquin.* Respondet & quartò Berous in *c. 2. in fi. de consuet. & ait, d. c. vlt. loqui, quando agitur de leui præiudicio, quæ tamen interpretatio dubia est. Responderi quinto loco potest, legem eo in casu vltariu processisse, disponendo, ob peccati causam ne coniuncti in matrimonio prohibito, in eo persistant.****

12 Secundò adfertur hæc argumentatio ab Alciato in *d. præsumpt. 16. num. 2. vers. 2. in contrarium.* Lex ¶ præsumit pro sententia lata per iuramentum iudiciale & consequenter quod visus non habeat aliqua instrumenta, quibus teneatur ius suum: & tamen aduersus præsumptionem illam ad rescissionem sententiæ admittitur probatio per iuramentum, quod instrumenta de nouo superuenerunt, vt tradunt Bartol. & reliqui in *l. admonendi, ff. de iureiurand. & confert c. pastoralis, de exceptio.* Verum respondetur, præter Alciatum, qui intellexit vt supra, quod lex ipsa statuit, sententiam non transire hoc casu in iudicatum, & iuramentum non adhibetur directò contra sententiam, sed super illa qualitate, quæ de nouo fuerit reperta, licet fortè in consequentiam rescindatur veritas, Et præterea eo casu de veritate manifestè constat ex ipsius instrumentis, et si quoad ipsam qualitatem quod scilicet fuerint de nouo inuenta, credatur iuramento illius id asserentis.

Tertio vrgeri videtur communis illa traditio Doctorum in *c. nouis, de iudic.* Cum dixerunt in denunciatione Evangelica credi iuramento ¶ denunciantis, etiam non concurrente alia suspitione, quod solus solo denunciauerit, vt is denunciatus se abstineret à crimine: & tamen aduersus denunciantem illam extat iuris præsumptio, quod denunciatus ille sit innocens, ex quo quilibet præsumitur bonus. Cæterum responderi potest, ibi agi de leui præiudicio quoad illum actum, quod solus solo denunciauerit. Nam ex eo actu non inferitur graue præiudicium: & propterea eius iuramento statuit. Præterea hæc duo sunt separata, quod de-

nunciatus præsumatur bonus: respicit enim hoc causam ipsam principalem, sicque substantiam negocij: illud vero quod denunciatus denunciauerit solus solo, respicit qualitatem tantum, pro qua creditur denunciauerit.

Quartò argumentatur Alciatus præcitata in *præsumpt. 16. num. 2. vers. 4. facit. &c.* quod admissa illa recepta opinione, nunquam admittetur probatio per iuramentum: Nam aut lex præsumit pro Actorè: & tunc est opus, quod iuret, ex quo habet præsumptionem iuris, quæ transfert onus probandi in aduersarium, *l. sine possidetis. C. de probatis. & l. generaliter. §. si petitum. in fine. ff. de iudic. commiss. lib. 1.* Aut præsumit pro Reo: & tunc Actor iurare non potest, & Actor non probante, Reus absoluitur, cum lex pro eo præsumat, *l. Ariamus. ff. de act. & oblig. & l. qui accusare. C. de eden. Verum respondeatur, præsumptionem illam, quæ est pro Reo, Actor non probante, esse præsumptionem quædam generalem, vt sensu Spec. in tit. de probat. §. probare, nu. 11. Cum dixit, præsumptionem iuris hanc tollere, & in Reum ipsum reuocare probandi onus. Et idem sensit ipsemet Alciat. in *d. l. qui accusare, num. 8. vers. sed & plerumque, C. de eden. quo loci idem Alciat. scriptum reliquit, hac præsumptione, quæ pro Reo est, non obstante, credi iuramento ¶ de his, quæ in animo consistunt.**

Tertia fuit opinio eorum, qui scripserunt, hoc relinquere arbitrio iudicis, vt is consideret qualitatem præsumptionis, & conditionem personæ, quæ iurare vult. Ita scripserunt Abbas in *d. c. vltim. num. 9. qui m. str. accusa. pos. Deci. in c. pastoralis, nu. 7. de except. & ibidem Paris. num. 13 ad fin. Quæ sanè sententia probabilior mihi videtur.*

Declaratur primò hic casus, vt non procedat, quando agitur de leui aliquo præiudicio. Nam tunc aduersus iuris præsumptionem admittitur contraria ¶ probatio per iuramentum eius, contra quem præsumptio ipsa extat. Ita in specie tradit & declarat Paul. Leazarus in *Clemen. consuetudinem, de elect. Gemin. in c. quosdam, n. 3. de præf. Deci. in c. 2. in l. est. col. vlt. vers. & hoc intelligitur de consuet. & ibi Fel. ver. fallit tertio Claudius Seyfelius in *l. Celsus, nu. 22. ff. de iur. cap. Marilius in sing. 655. memoria. Alciat. in c. nouis, nu. 10. de iudic. Berou. in c. 2. in fin. de consuet. & scripti lib. 2. de arbitra. iudic. casu. 186. num. 9.**

Declaratur secundò, vt non procedat in foro conscientie, ¶ in quo creditur asserenti, & iuramento asserentis aliquid aduersus præsumptionem iuris. Ita glo. in *Clemen. 1. in verbo conuocato, de pen. Lap. alleg. 94. num. 5. Alexand. in l. 1. §. per procuratorem, num. 4. ff. de acq. poss. Felin. in c. significasti, nu. 4. de homicid. Deci. in c. nouis, colum. vlt. vers. primo dictum, de iud. Claud. Seyfeli. in *l. Celsus, num. 21. vers. 2. fallit. ff. de iur. cap. Paris. in c. pastoralis, num. 13. de except. & Neuzan. lib. 3. Sylue nupt. num. 52.* Hanc tamen declarationem intelligit Decij. præcitato in loco, vt credatur iuramento asserentis, quoad suum præiudicium, non autem quoad dæmonium alterius: quæ sanè interpretatio nec vera est, nec conuenit menti aliorum interpretum.*

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando alia præsumptio æquè potens est pro eo qui asserit. Nam tunc eius ¶ asserenti iurata creditur aduersus legis præsumptionem. Ita declarat Claud. Seyfeli. in *d. l. Celsus, num. 21. vers. fallit primo. qui multis probat.*

Declaratur quartò, vt non procedat, quando ¶ iuris præsumptio leuis est, sicuti tradit Claud. præcitato in loco, *num. 21. vers. secundo fallit.*

Tertius est casus, quando repugnat sola hominis præsumptio. Hoc sanè casu existimo, illam tolli iuramento o huius asserentis, & contra quem illa repugnat. Quandoquidem leuis est, & ob id iuramento tollitur: sicuti de leui iuris præsumptione tradit Claudius Seyfeli. in *d. l. Celsus, num. 21. vers. 2. fallit. & dixi supra.*

QVÆSTIO LXXVIII.

Præsumptione cessante, non cessare legem, super qua fundata est ipsa præsumptio.

SUMMARIA.

- 1 Præsumptione cessante, non cessat lex, super præsumptione fundata.
- 2 Rationem fundatam in sola præsumptione non restringere legis, vel statuti generalem dispositionem, quomodo procedat.

Quæto sexagesimo octauò, an lex fundata in sola præsumptione cesset, cessante præsumptione illa? Et non cessare

cessare scripsit Tyraquell. in *tract. quod cessante causa cesset effectus, part. 1. numero 150. & num. 177. & part. 2. limit. 29. post Bal. in consil. 250. in quest. D. Milani ad fin. lib. 1. dum respondit, rationem ¶ fundatam in sola præsumptione, non restiingere generalem legis, vel statuti dispositionem. Quæ quidem traditio non habet locum, quando vnus sentit damnum, alter vero lucrum. Ita Angel. in *consil. 281. colum. 1. Dec. in cap. singe-sum. in 2. notab. de appell. & Crauec. in consil. 3. num. 3. qui ita declarant regulam l. cum pater. §. dulcissimi, de leg. 2.**

QVÆSTIO LXXIX.

Denunciatio Euangelica quando aduersum præsumptionem admittatur.

SUMMARIA.

- 1 Denunciatio Euangelica, quo casu possit fieri, & nu. 2.
- 3 Sententia irrita dicitur, & nulla, quando de iniustitia notorie constat.
- 4 Sententia notorie iniusta, non transit verè in iudicatum.
- 5 Renunciatio Euangelica, quando fieri nequeat.
- 6 Canones cum peccato possidere non permittunt.
- 7 Veritate solam in foro conscientie spectari, quomodo accipiendum.
- 8 Concessum per rem iudicatam, in foro conscientie retineri potest.
- 9 Et quando à re iudicata discedatur, nu. 9.
- 10 Retractioni sententiæ, quando sit locus.
- 11 Probationes omnes iudicis sunt in arbitrio.
- 12 Testes examinare, & probationes recipere, iudex absenti nominè potest.

Quæto sexagesimo nonò, an contra præsumptionem iuris, & de iure, possit fieri denunciatio Euangelica? Quod facilius hæc iuris quæstio explicetur, exemplum ita adfertur: Extat præsumptio iuris, & de iure, pro sententia lapsa in iudicatum, an aduersus hanc sententiam, sicque aduersus præsumptionem illam iuris, & de iure, fieri possit denunciatio Euangelica? Hac in re distingui possunt tres casus, vnà cum Abbate in *c. nouis, numer. 7. & ibi Deci. num. 10. vers. sed difficultas, extra de iudic.*

Primus est casus, cum iniquitas sententiæ, sicque præsumptionis huius probatur per confessionem illius, qui eam obtinuit. Hoc sanè in casu certum est, fieri posse ¶ Evangelicam denunciationem. Ita asserunt Abbas & Dec. præcitatis in locis. Ea est ratio, quia etiam si de iure communi retractari potest res hæc iudicata, vt scribunt Innoc. in *cap. plerique, de immunit. eccl. Butr. in cap. is, qui fidem, de sponsa. Bald. in Auchen. ad hæc, nu. 14. vers. item dubitatur, C. de iur. Felin. in cap. qualiter, il. 1. num. 18. de accusat. & Curt. Lun. in consil. 10. n. 4. & scripti supra quest. 61.*

Secundus est casus, cum aliter quam per confessionem notorii est, rem iudicatam atque ita præsumptionem hanc iuris, & de iure, esse iniustam. Hoc etiam in casu admittitur ¶ denunciatio Euangelica, ita Abb. & Deci. vbi supra: nec alij, quos infra commemorabo, dissentiunt. Ea est ratio, quia vbi de ¶ iniustitia constat notorie, sententia dici potest irrita, & nulla. Ita Innocent. in *c. fraternitatis, de frig. & malefic.*

Et præterea sententia notorie ¶ iniusta, non transit verè in iudicatum, sicuti scribunt Butr. in *c. suam. in pen. notab. de pen. Felin. & cæteri in c. inter cæteras de re iud. Et scripsi supra q. 67. probationem ex notorio admitti contra præsumptionem iuris, & de iure.*

Tertius est casus, quando non constat de iniustitia iudicati, sicque præsumptionis iuris & de iure, sed testibus, vel aliter probanda est. Hoc sanè in casu recepta magis Doctorum opinio est, locum non esse huic ¶ denunciationi Euangelicæ. Hanc probantur Bartol. in *extratrag. ad reprimendum, in verbo per denunciationem, num. 15. Bald. in auth. clericus. C. de Episcop. & cler. & in Auchen. ad hæc, num. 15. de iudic. Abb. in consil. 60. num. 3. in fin. lib. 2. Alex. in consil. 83. num. 3. lib. 5. Barb. in c. nouis, num. 64. de iudic. & ibidem Decius nume. 10.*

Ea ratione prima, fulciunt horum sententia, quod rei iudicatæ exceptio, sicque in præsumptionis iuris, & de iure, est à lege ipsa Pontificia approbata, *c. cum inter, de re iudic. cap. vlti. de except. in 6.* Non ergo peccat, qui ea exceptione tutus possidet: & consequenter denunciationi Euangelicæ locus non est. Nec hic repugnat consideratio Felini in *c. nouis, cum ait, exceptionem hanc nil prodesse, quando de peccato agitur, c. vlt. de except. in 6.* Nam responderi facile potest, præter Decium hic dici non posse, agi de peccato, posteaquam de eo non constat: & lex tutum facit eum, pro quo stat præsumptio i-

psa iuris, & de iure.

Secundò firmatur hæc opinio ea ratione, quia si hæc res iudicata, atque ita si hæc præsumptio est à lege Pontificia approbata, vt diximus supra, est etiam in foro conscientie recepta, quia non permitterent Canones ¶ cum peccato aliquid possidere, *c. de viduis. 27. q. 1.* Nec huic argumentationi obstat re. pensio Felini in *d. c. nouis, de iudic. cum illi replicet Decius.*

Non etiam obstat responsio ipsius Decij, cum dixit, in foro conscientie solam veritatem ¶ spectari, vt ait Innocent. in *c. quia plerique, de immunit. eccl. quæm alij multi secuti sunt, vt in subsequenti quæstione referam. Non inquam, obstat hæc consideratio, quandoquidem id procedit, quando ex parte eius, pro quo stat præsumptio, cognita est veritas, atque ita quando eius conscientia est lesa: sed nostro in casu hoc non contingit, cum præsupponamus pro constanti, hunc credere se in re obinuisse, & iure se felicitum ea præsumptione iuris, & de iure. Et infra in subsequenti quæstione fufius explicabimus.*

Tertio accedit, quod ita videmus in præscriptione, vbi bona fide iam præscripta, rectè & salua conscientia retinemus, et si postmodum superuenit mala fides. Ita Innocent. in *c. cura, de iure patron. Bald. in Auchen. ad hæc, num. 8. C. de iur. & scripti lib. 1. de arbitrar. iudic. quest. 49. num. 6.* Ita pariter dicendum est in foro ¶ conscientie retineri posse, quæ per rem iudicatam data fuerunt: atque ita ea, quæ præsumptione hac iuris, & de iure concessa sunt. Nec hic repugnat consideratio Decij in *d. c. nouis, cum dixit, hoc argumentum à simili non procedere hoc in casu, vbi adest non leuis differentia, inter præscriptionem, & rem iudicatam. Nam præscriptio (inquit Decius) est iustus modus acquirendi dominium, *l. ff. de iur. cap. 1.* Et propter, præscriptione perfecta, retineri res potest salua conscientia, sed non ita (ait Decius) est in re iudicata, quæ ordinata non est ad acquisitionem, sed ad iustitiam, quæ tribuit vnique quod suum est: & licet res iudicata exceptionem pariat, id contingit ob præsumptionem, quæ insurgit, quod veritas ita se habeat, & non quod titulus ad acquisitionem sit inuenus. Non inquam, repugnat hæc consideratio, quandoquidem non differt in hoc præscriptio à re iudicata. Nam præscriptio præsupponit titulum, sine quo alioqui non currit. Ita etiam sententia fertur de re, quæ titulum antecedentem habet, & declarat illum esse dominum. Quocirca præsumptio iuris, & de iure, quæ stat pro aliquo, habet fundamentum aliquod, cui is ini-*

Contrariam itaque opinionem, quod scilicet locus sit denunciationi Euangelicæ isto in casu, malè defendunt Abbas & Felin. in *d. c. nouis, de iudic. Et cum eis sensit Alciatus in tractatu de præsumptio: in præiud. parte 2. numer. 8. vers. bene credo. Primò mori sunt ex *c. 2. de purgat. vulg.* quo loci ait Innocent. quod à re ¶ iudicata recedimus, cum de rei veritate in contrarium apparet. Cæterum rectè satisfacit Decius, *d. c. 2.* procedere ob vim notorij: nos autem loquimur cum probationes faciendæ sunt testibus, vel alio simili modo.*

Secundò vsi sunt eo argumento, quod sicuti quando victor fuerit iniquitatem sententiæ, ¶ locus est retractationi, atque ita denunciationi, vt supra dictum fuit: Ergo idem hoc in casu, si de veritate apparet alia via. Verum rectè responderi Decius in *dicto c. nouis, argumentum procedere in confessione, quæ multa habet specialia, aliis probationibus non concessa, c. cum Ioannes, de fide instrum. & c. 1. de confess. in 6. & scribunt omnes in Rubri. extra de probat. Quocirca diximus supra in primo casu huius quæstionis esse quodammodo speciale in confessione, vt illa admittatur contra præsumptionem iuris, & de iure: atque ita loquitur Innocent. in *d. c. quia plerique, de immunit. eccl. ff.**

Concludit tamen Decius opinionem Abbatis vtiore esse, vbi de peccato sufficienter constat. Duo vsus est considerare Decius. Primum, quod vbi de peccato constat, locus est huic denunciationi, etiam contra rem iudicatam, atque ita contra præsumptionem iuris, & de iure. Et hoc casu vera est opinio Abbatis, ob peccati causam inuenta sit. Quæ sanè ratio militat etiam aduersus eum, qui per rem iudicatam aliquid obtinet. Secundum est, quibus probationibus detegit possit hoc peccatum. Et ait Decius, probationibus sufficientibus: quales autem hæc sint, non est à lege determinatum, & ob id (ait Decius) iudicis arbitrio relinquuntur: quemadmodum & probationes ¶ omnes iudicis arbitrio quemadmodum & probationes ¶ omnes iudicis arbitrio commissæ sunt, vt scripsi *lib. 2. de arbitrar. iudic. & c. casu. 90.* Hoc in re fortè dici potest, iudicem ipsum ecclesiasticum, ad quem pertinet concedere hanc Euangelicam denunciationem ex seipso sumere posse informationes, & cognoscere, an is, pro quo stat præsumptio iuris, & de iure, inique possideat: atque ita si cognosceret inique illum possidere, denun-

ciationem hanc concedat : sicuti in simili scribit Bald. in l. ampliciorum. s. 1. C. de appellat. cum ait, iudicem posse absentis nomine examinare testes, & probationes recipere, atque ita iustitiam administrare. Qua de re scribunt Alexand. & alij in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & ibidem Ripa num. 74. & laion in l. ubi pactum, numer. 14. C. de transf. acti.

QVÆSTIO LXXX.

Præsumptio quando, & quomodo in foro conscientie obseruari debeat, copiosè, & diligens disputatio.

SVMMA RIA.

1. Legem super præsumptione disponentem quando quis in foro conscientie non teneatur obseruare.
2. Facere nemo debet quod alteri peccati causa sit.
3. Iudicium iniuste accipiens peccat.
4. Hæres institutus in testamento minus solemniter, in foro conscientie non teneatur restituere hereditatem, venientibus ab intestato.
5. Condicio adiecta hæredi instituto si decesserit sine liberis, an per religionis ingressum reuocatur.
6. Prodere seipsum nemo tenetur.
7. Condemnatus per sententiam, quo casu parere teneatur, etsi verè sciat veritatem pro se existere.
8. Lex positua condita ab habente potestatem legis condende, obligat in foro conscientie.
9. Sententia iudicis auctoritate diuina munitur.
10. Decipi homines sub isto legis clypeo, nec quidquam debent.
11. Actus omnis tribus abhibitis conficitur.
12. Testamentum in veritate conditum non sufficit, nisi solemniter id factum appareat.
13. Legata in testamento minus solemniter relicta, debent, erroneum de monstratur.
14. Solemnitas iuris civilis, cur in testamentis adhibeatur.
15. Forum conscientie solum attendit veritatem.
16. Lex habens fundamentum præsumptionis in iudicio anime quæ do sibi locum vendicit.
17. Obligatio naturalis criatur ex testamento minus solemniter.
18. Debitum naturaliter in foro conscientie præstari debet.
19. Obligatio naturalis duplex est.
20. Donatarius erga donantem naturaliter obligatur.
21. Obligatio naturalis ex honestate perfecta, quem habeat effectum.
22. Pontifici potestas nulla est aduersus leges civiles, nisi cum iniuste sunt & iniusta.
23. Pontifex non abrogans leges civiles clarè, & absolue, censetur eas approbasse, maxime quoad loca Cæsari subiecta.
24. Cardinalem accusatum damnari posse, quot requirantur testes.
25. Electio iuri nature consona, tenet etiam sine iuris solemnitatibus.
26. Iure civili aliquid statuente contra ius naturale, standum est potius iuri naturali.
27. Legem posituam non posse infirmare ius naturale, quomodo accipiendum.
28. Testamentum nullum de iure civili, ob solemnitates non obseruatas, non etiam obseruari in foro anime.
29. Faciens contra conscientiam edificat ad gehennam.
30. Voluntas non solemniter, non est voluntas, lege nimirum eam annullante.
31. Possidens titulo minus solemniter voluntatis, tenetur restituere hereditatem legitimis in foro conscientie, modo ad id conueniatur.
32. Obligatio naturalis ex equitate orta, quando demum effectum sortitur.
33. Hæredem in testamento minus solemniter scriptum, tutum esse in foro conscientie, si hereditatem possideat, & retineat, falsum esse conuincitur.
34. Rem legatam furto subtrahi posse ab eo, que ex testamento minus solemniter consequi non potest, erroneum demonstratur.
35. Furto rem suam consequi posse quando liceat.
36. Denunciatio Evangelica uti posse legatarium aduersus hæredes, cui in testamento minus solemniter quippiam relictum sit, falsum demonstratur.

37. Mulierem, vel minorem qui contraxerunt absque solemnitatibus requisitis à statuto teneri in conscientie foro, falsum est.
38. Mulier à mariti hæredibus non potest capere legatum sibi factum sicuti statuto prohibente, nec maritus uxori legit.
36. Matrem per expressam substitutionem pupillarem excludi à legitima bonorum filij, in foro etiam conscientie obtineri posse.
40. Canonis auctoritate quid faciens, non peccat.

Verò octuagesimo, an præsumptio iuris, vel etiam iuris, & de iure seruanda sit in foro conscientie? Hac in re duos casus ita distinguo:

Primus est quando is, qui contra quem est præsumptio iuris, vel etiam iuris & de iure, verè scit veritatem esse pro se. & in iudicio non conuenitur, vel contra alium non agit, sed tantum apud se rem ipsam retinet. Hoc in casu non tenetur iste obseruare legem, super illa præsumptione disponentem. Ita verè scriptum reliquit Innocent. in c. quia plerique numer. 3. de immunitate, eccles. cuius verba de industria nolui adscribere. Idem est etiam in eo, qui condemnatus est iniuste: quamuis enim, si conueniatur, vel alias executioni mandetur sententia, parere debet: non tamen iniuste condemnatus tenetur dare spontè. Hæc Innocent. qui & rationem subiungit, quia nunquam quis facere debet, quod alteri esset causa peccati: peccat autem semper is, qui iniuste iudicatus accipit, & præsertim si victor fuerit, se iniuste obtinuisse, & negligere, 2. quest. 7. Est itaque ex his clarum, Innocentij sententiam esse, eum qui veritatem rei habet pro se, quamquam ei aduersetur præsumptio iuris, & de iure, non teneri in foro conscientie, sua sponte dare vel restituere rem illam victori: si tamen hic condemnatus præcepto executione iudicis compellitur dare, obedire tenetur. Cum Innocentio sentit ibidem Abbas, num. 5. & idem Abbas in c. is qui fidem, num. 4. de sponsal. post Ioan. Andre. ibidem: cum dicitur, præsumptionem illius canonis c. is, qui fidem, non habere locum in foro conscientie, quando scilicet sponsus asseruit, se cognouisse carnaliter sponsam, non affectu maritali, sed fornicario, qua de re dicemus infra lib. 3. præsumpt. 1. Extat simile exemplum ex eodem Innocent. in d. c. quia plerique, num. 2. in fine. si quis fatetur recepisse pecuniam summam, sub spe futuræ numerationis, & deinde nil ei numeretur: etsi lapsa iam biennio præsumptio iuris & de iure, nec contra eum, attamen ex quo scit, nil verè sibi fuisse numeratum, non tenetur illi creditori aliquid restituere, & Innocentium secuti sunt Felin. in c. si casus, num. 62. de fide instrum. & alij quos referat infra lib. 3. præsumpt. 144. in secunda declaratione. Hanc Innocentij traditionem, intelligo sicuti & præcedentem, quod scilicet debitor iste non tenetur sua ipsa sponte soluere, quod si à iudice esset coactus, parere teneretur, etiam in foro conscientie. Ita sanè ille sentit, cum paulo post referat exemplum supra commemoratum. Innocentium secuti sunt Angelus Clauus in summa, in verbo, lex 4. Syluester Prierius in summa, in verbo, lex, quest. 9. num. 13. vers. secundo, quando. Felin. in c. si casus, in fin. de homicid. & Decius in c. 1. in prima lectura, col. 8. n. 18. vers. quarta conclusio, de consue. Est & simile exèplum, si quis verè electus sit ad aliquod munus, etiam si obseruata non fuerit eligendi forma: attamen in foro conscientie electus iste tutus est, atque ita sua sponte non tenetur renunciare electioni. Quandoquidem illa eligendi forma, non aliam ob causam fuit ordinata, quam ob præsumptas fraudes, quæ solent committi: cum ergo de ipsa veritate constet, reuocanda est illa præsumptio. Hæc fuit sententia Innocent. in c. quia propter, nu. 9. vers. alij verò, de electio. Abb. in c. quod sicut, nu. 16. eodem tit. & in c. 1. in fin. de integritate restit. & verè ita sentit Abb. quod scilicet sua sponte non tenetur electus renunciare electioni, etsi Abbatem aliter loquentem recenset Iaf. conf. 67. col. 5. lib. 3. Dominus Soto lib. 4. de iust. & iur. quest. 5. art. 3. col. 5. vers. verum tamen, & c. Hanc ipsam opinionem probatur etiam Dec. in c. 1. prima lectura, nu. 19. vers. ex ista conclusione, de consue. Boër. quest. 1. num. 71. Alciat. in respons. 502. grout. nu. 5. vers. quinto adduco, & Syluester Prier. in summa, in verbo, huc etiam pertinet, quod etsi hæres non confecerit inuentarium, & ob id præsumatur occultasse bona: attamen si re vera nil occultauit, & quantum habuit, soluit, non tenetur sua ipsa sponte, sicut in foro conscientie, soluere ultra vires hereditarias.

Hæc traditio, quantum attinet ad legatarios, expedita est, ut scilicet eis nullo modo hæres iste teneatur in foro conscientie legata præstare. Id quod admittunt omnes, qui à fortiori de creditoribus. (vt mox dicemus) hoc affirmant. Et de legatariis in specie Aret. in Rubr. ff. de acqui. hered. col. 2. & Didac. in c. 1. num. 16. vers. verum ista hæc ratio, de testamen.

testam. Quò verò ad creditores recepta magis opinio est, hunc hæredem non teneri in foro conscientie eis soluere ultra vires hereditatis. Ita scripserunt Ioan. Andr. in ca. quamquam, de iur. in 6. Bart. in Rubric. ff. de acqui. hered. numero 4. & ibidem Alex. numero 7. Iaf. numer. 23. Idem Bart. in l. 1. numero 45. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. in l. filium, quem habentem, col. pen. C. simul. erise. Abb. in c. ultim. in fin. de sepulch. vbi Henric. Boic. & in c. 1. de solut. idem Abbas in conf. 73. col. pen. lib. 2. Anchar. in conf. 402. & in conf. 411. Ruin. in conf. 420. col. pen. lib. 4. Gratus in conf. 91. num. 41. lib. 1. Alciat. in c. nouit, num. 12. de iudic. & in respon. 502. num. 5. vers. tertio adduco. Boer. qu. 53. num. 4. Decian. in conf. 49. nu. 60. lib. 2. Pnanu. in tract. de inuentario, part. 7. nu. 274. qui & alios refert.

Ea est ratio quod legis dispositio, qua cautum est hæredem teneri etiam ultra vires hereditarias, si non confecerit inuentarium, est fundata in sola præsumptione: cum ergo de veritate apud ipsum hæredem constet, non tenetur in foro interiori, sua ipsa sponte soluere. Et quamquam Aret. Castr. & Imo. in d. Rubr. de acqui. hered. Federic. de Senis in conf. 21. & Didac. in d. c. 1. n. 16. vers. rursus de testa. dissentire videantur, verum tamen eorum traditio intelligi potest, quando creditores ij in iudicio & foro exteriori experiuntur, in quo si hæres ille condemnatur, parere tenetur etiam in foro conscientie, sicuti dicemus infra secundo casu. Huc etiam pertinet, quod etsi quis possidet beneficium, non leuatis bullis, sed cum simplici signatura, præsumatur intrusus: attamen in foro conscientie rectè & iuste possidet, ita sua sponte non tenetur renunciare illud beneficium. Ita scriptum reliquit Gomes in reg. can. de non iudicando iuxta formam supplicationis, qu. 14.

Confert & illud, quod cum lex statuens bona minore, ecclesiasticum, & mulierum, alienari nò posse sine certa solemnitate, fundata sit in præsumptione, ne scilicet aliqua fraus committatur, si iusto pretio bona hæc emat aliquis non obseruata solemnitate illa, non tenetur sua sponte restituere, sed tutus est in foro conscientie, ex quo illo in foro veritas spectatur reiecta iuris præsumptione. Ita affirmantur Butr. in c. quia plerique, numer. 28. de immunitate, eccles. & ibidem Abb. num. 31. & idem Abb. in c. 1. num. 7. de in integ. rest. Iaf. in l. si non fortem, in princ. n. 4. de condit. indeb. Dec. in c. 1. in l. lect. num. 19. vers. ex ista conclusione, de consue. Berolius in c. que in ecclesiasticum, num. 48. post Decium ibid. eod. tit. de consue. Rub. in conf. 152. n. 3 & Tyraq. in tract. de legib. conuub. in glo. 2. n. 15. Eiusdem opinionis fuerunt & ex Theologis Adrianus, Quodlibeto 6. artic. 1. Syluester Prierius in summa, in verbo, alienatio, s. 12. & Dominus Soto lib. 4. de iustitia & iure, quest. 5. artic. 3. col. 4. vers. crediderim ego. Dissentit tamen in specie Innoc. in d. c. quia plerique, col. 2. vers. sed quid dices. Verum eius traditio intelligi potest, cum is emptor sciens emit à minore, atque ita cum aliqua admittit fraudem.

Huc etiam pertinet, quod dicimus, hæredem qui institutum in testamento minus solemniter, in foro conscientie non teneri sua ipsa sponte restituere hereditatem venientibus ab intestato, si scit talem fuisse testatoris voluntatem: quando quidem lex, quæ solemnitate hanc in testamentis introduxit, fundata est in præsumptione, ne scilicet fraudes committantur. Hanc sententiam probantur Bal. in l. 1. col. 2. & ibidem Iaf. num. 7. C. de testam. Idem Iaf. in l. nemo potest, in l. lect. num. 71. & ibidem Rip. numer. 97. & num. 99. qui communem esse asseruit, de legat. 1. Tyraq. de legib. conuub. in gloss. 2. num. 21. Alciat. in l. quinque pedum, num. 54. C. fin. regum. Syluest. Prier. in summa, in verbo, testamentum, il. §. 5. & Dom. Soto d. q. 3. col. 4. vers. crediderim ergo, alios quamplures recenset, & probat Marcus Soto de Pace. Hispanus Iurisconsultus eruditiss. in commentar. ad leges Taurinas Hispaniarum, in 5. part. legis 3. num. 1480. Verum dissentire videntur Didac. in d. c. cum esset, num. 10. vers. secundo inferitur, de testib. & in c. peccatum, part. 2. §. 3. ad fin. de reg. iur. in 6. Sed fortè Didac. intellexit, cum hæres iste institutus, fuit ad restitutionem requisitus à venientibus ab intestato. Qua de re dicemus subsequenti in casu.

Huc etiam facit, quod respondit Alcia. respon. 502. num. 5. & in respon. 633. secundum primam impressionem Lugdunensem, quod dispositio §. sed hoc presenti, in Auth. de san. Etisc. à quo sumpta est Auth. nisi rogati, C. ad Treb. qua quidem constitutum est, conditionem adiectam hæredi instituto, si decesserit sine liberis, reuocari, si hæres religionem ingreditur. Respondit sanè Alciat. non habere locum hanc dispositionem in foro conscientie, cum fundata sit in sola præsumptione legis, contra voluntatem testatoris. Verum hæc de re aliqua differemus infra lib. 4. præsu. 58. dum explicabimus d. §. sed hoc presenti. Existimo enim Alciatum minus rectè respondisse.

Huius casus ratio ea est, quod nemo tenetur seipsum prodere, sicuti dicimus in heretico occulto, qui, etsi bona sua ob hæresim statim amiserit, non tam è tenetur sua sponte illa

deferre fisco vt scribunt innumeri propè, tam sacra Theologia, quam Iuris Pontificij, & Cæsarei interpretes, quos recensent Alphonsus de Castro, lib. 2. de potestate legis panalis, ca. 6. & Simancas lib. Catholicarum Inst. tit. 9. nu. 249. qui quidem Simancas ibi à nu. 157. vsque ad nu. 249. diligentissimè & validissimè, hanc sententiam aduersus Alphonsum ipsam de Castro cæteris disc edentem, tuetur & defendit.

Secundus est huius disputationis casus, quando ille, aduersus quem est præsumptio ista iuris, vel iuris & de iure, verè scit veritatem esse pro se, & in iudicio vel agit, vel conuenitur, vt rem illam consequatur, vel restituat. Hoc sanè in casu, si iste condemnatur, parere tenetur sententie, nec potest reculare vel rei restitutionem, vel à iudicio desistere, sub prætextu, quod veritas sit in contrarium. Exempli gratia, testator legauit in testamento minus solemniter scilicet hæres veniens ab intestato, & legatarius eam verè fuisse testatoris mentem, & voluntatem, & legatarius in iudicio conuenit hæredem, vt legatum præstet, si liberatur hæres à præstatione legati, quippe quod relictum fuerit in testamento minus solemniter: hoc sanè casu non poterit is legatarius contendere, sibi in foro conscientie deberi legatum, ob id quod veritas sit pro se. Ex quo enim de causa agitur in foro exteriori, seruati debent iudicium, ob id non poterit hic legatarius assequi rem legatam, per denunciationem Euangelicam, vt scribunt Bald. in l. cum quis, col. 5. nu. 14. C. de iur. & fact. ign. & Dida. in c. cum esset, nu. 6. & nu. 10. vers. 8. constat, de testam. Dom. Soto de iust. & iure, lib. 4. q. 5. art. 3. col. 1. vers. eodem modo, & Marcus Soto Hispan. in præciatis commentariis ad leges Taurinas. in 4. part. legis 3. numero 1474. & apertius num. 1493. aduersus opinionem Abbaris, Iafonis, Ripæ, & Alciati, qui aliter scripserunt.

Potest etiam adferri aliud exemplum in extraneo hærede, scripto in testamento minus solemniter, cum venientes ab intestato verè sciunt eam fuisse voluntatem illius testatoris, si tamen illi venientes ab intestato in iudicio conueniunt, absolute sint, non poterit ille hæres scriptus in foro conscientie petere sibi deberi hereditatem ob id, quod illi successores ab intestato, sciunt, eam fuisse testatoris voluntatem. Ita affirmantur Didac. in d. c. cum esset, num. 6. & apertius Dominus Soto de iust. & iure, lib. 4. questio. 5. art. 3. col. 2. vers. exponitur conclusio, & alios quamplures recenset Marcus Soto Hispan. in præciatis commentariis ad leges Taurinas in 5. part. legis 3. num. 1458. vbi num. 1460. & ipse hanc sententiam probat, & num. 1493.

Quæ sanè vera sententia, ea ratione prima fulcitur, quod lex positua condita ab habente potestatem legis condenda, obligat in foro conscientie, atque in eo foro obseruari debet, c. quo iure. 8. diffinit. D. Paul. ad Roman. cap. 13. Salomon Prouerb. cap. 8. & Diuus Thomas 1. 2. quest. 97. art. 4. latissime Dominus Soto lib. 1. de iust. & iur. quest. 6. art. 4. & ex nostris scripserunt gloss. in c. que in ecclesiasticum, de consue. Abbas & Felin. in c. 1. eod. tit. de consue. & ibidem Decius num. 8. & Iaf. in l. nemo potest, in 2. lect. numer. 106. de legat. 1. & Alciat. in l. quinque pedum, num. 51. C. finium regund. & Marcus Soto præciato in loco, num. 1428. qui latissime comprobatur idem nouè scripsit Petrus Peckius in tract. de testamentis coniugum, lib. 4. ca. ult. num. 6. Cum ergo secundum legem posituam, sicutque Cæsaream, vel Pontificiam, non debeatur hoc legatum, vel hereditas ex eo minus solemniter testamento, sequitur dicendum, nec legatum, nec hereditatem deberi legatario & hæredi scripto, præsertim si aduersus eos iam lata fuit sententia à iudice. Et in specie hac ratione vsus est Didac. in d. c. cum esset, numer. 6. de testam. Id quod secundum eum comprobatur alia ratione, quod iudicis sententia auctoritate diuina munita est: sicuti ex Salomone d. c. 8. Prouerb. & ex Diuo Paulo ad Rom. ca. 13. legitur, & confert ca. 2. de maior. & obed. & in c. omnis anima, de censib. Est igitur illi sententie obediendum. Et si iuste iudex, secutus legis posituæ auctoritatem, rem illam legatario non debet, vel extraneo hæredi instituto non esse præstandam relictam hereditatem, iudicauit: tutus etiam esse debet is, pro quo fuit pronunciatum: alioqui sequeretur, homines decipi sub iusto legis clypeo contra text. ult. C. de iis, qui ven. era. imper. & leges ipsæ posituæ essent incertæ quoad animarum tutelam. Accedit tertio quod omnis actus qui conficitur tribus adhibitis, voluntate, potentia, & modo, vel forma adhibitis, cum supers. de offic. deleg. Bald. in reper. l. 1. num. 55. C. de sacros. eccles. & apertius tria hæc requiri, scribunt ibidem Bald. in l. cum testamentum. C. de iuris & facti ignorant. Afflic. in decis. 305. numer. 7. & Socin. Iun. in conf. 72. numer. 12. libro 1. & in conf. 138. numero 8. lib. 2. Cum ergo tria hæc non concurrunt, actus non consequitur nomen ipsius actus, & perinde est, ac si nil actum fuerit, vt probat l. hac consultiissima. C. qui testamen. face. poss. & §. ex eo, in Instit. quibus modis testamen. infirm. Non enim sufficit veritas sine solemnitate, l. si veritas. C. de fideicommiss. Quemadmodum et-

quod si nullum testamentum fuisset confectum, is legatarius, vel ille hæres extraneus nil penitus consequeretur, etiam inspecto foro conscientie, ita pariter nil consequi possunt, quando confectum testamentum declaratur nullum.

Hanc rationem perpendit Didacus, et si paulo aliter præcitaro in loco, hoc est, in d. c. cum esset, num. 7. versic. 3. his accedit. Et eandem consideravit Soto in d. art. 3. column. 3. & 4. qui quidem paulo vberius, & obscurius loquitur. Vnam enim hanc rationem in plures partitur. Et horum argumentatio comprobatur traditione Baldi in l. alia, column. 2. versic. sed pone. C. de iis, quib. ut indign. cum dixit, non iustificare, quod testamentum in veritate sit conditum, nisi etiam solemniter conditum sit. & Bald. secuti sunt Felin. in c. cum venerabilis, col. 7. versic. 7. conclus. de except. & ibidem Dec. col. 16. versic. 7. conclus. & Afflic. decis. 25. in fin. Et respondit Corne. conf. 18. column. 2. lib. 2. quod ille, qui fateretur codicillos fuisse confectos, sibi non præiudicat, si caret solemnitate à lege requisita. Quarto suffragatur ratio perpena à Domin. Soto d. lib. 4. de iniuria, & iure, quæst. 5. art. 3. col. pen. vers. 6. denique & quod nisi hæ leges, in conscientia obligarent, non satis esset promissum illi fini, ob quem fuerunt instituta. Prævidet lex, ne quis sua bona vel alienem, vel relinquat sine aliqua solemnitate. Si ergo in foro conscientie, dispositio minus solemniter & adversus leges esset observanda, sequeretur frustra ita à lege cautum fuisse. Quod dicendum nullo modo est.

13 His constat errasse eos, qui scripserunt, legata relicta in minus solemniter testamento, omnino deberi: vel hæreditatem deberi instituto hæredi in testamento non solemniter. Quia quidem in opinione fuerunt Innocent. in c. quod sent, de electio. Abbas in c. 1. in fin. de integ. restit. in c. cum esset, numer. 10. & 15. de testamen. & in c. quia plerique, column. penult. de immunit. eccl. Bart. in tract. minorica. cap. 3. Iaf. in l. si non forem, in princ. ff. de condi. indeb. Brun. in tract. de forma, tit. de potentia, & effectu formæ, pag. 57. & pag. 60. sentit Alciat. in l. quinque pedum, numer. 54. C. fini regum. in respon. 502. granem, numer. 5. vers. 4. adduco. & Tyracu. in tract. de legib. conubial. in gl. 2. num. 21. Errant etiam ex Theologis Hadrianus in Quilibet Sylvester Prierius in sua Summa, in verbo, hæreditas, 3. §. 7. & in verbo, testamentum, 2. qu. 5. & in verbo, alienatio, §. 13. Fumeus in sua Summa Armilla, in verbo, hæreditas, numer. 14. & Ioan. Medina in tract. de restit. q. 23. column. ultim. & alios refert Marcus Solon in præcatis commentariis ad leges Taurinas in 4. parte legis tercie, num. 1457. Horum opinio munita videbatur his argumentis.

14 Primo quod solemnitas iuris Ciuilis idè in testamentis requiritur, ut evitentur fraudes, quæ in eis committi solebant, l. ult. C. de fideicommiss. & §. 1. Instit. de testament. Atqui si de testatoris voluntate constat, absque aliqua suspitione fraudis, cessat hæc ratio: Ergo & iuris Ciuilis decisio, c. cum cessante, de appell. cum vulgaris si nihilbus. Verum respondetur ex sententia Didaci in d. c. cum esset, numer. 9. de testamen. & prius Domin. Soto in d. lib. 4. de instit. & iur. quæstio. 5. artic. 3. column. 3. versic. exempla sunt, & c. non sufficere, quod ratio legis cesset in actu particulari, ad hoc, ut cesset ipsa lex, quæ data non est ad aliquem finem singularem: cum eius ratio continua sit, & non momentanea. Est enim necesse cessare legem in communi, & non vniuersaliter, c. est Christus, de iur. iuran. & Clemens ad nostram, de hereticis, & scribunt Fortun. Garzia in tractat. de ultim. fin. illatio. 15. & 16. & Ioan. à Medina in tractat. de contractibus. Et his accedit, quod docuit Aretin. in l. 2. column. 5. versic. tu autem adverte, ff. de vulg. & pupill. substit. quem sequitur Tyracquell. in tract. quod cessante causa cesset effectus, part. 1. numer. 137. & part. 2. limit. 32. cum dixit, quod et si cesset ratio formæ, non tamen debet cessare ipsius formæ observatio. Cum itaque nostro in casu non cesset vniuersaliter ratio, non etiam cessat legis virtus & dispositio.

Secundo adferuntur hoc argumentum, quod lex Ciuilis habet fundamentum à præsumptione falsitatis d. l. ult. C. de fideicommiss. Atqui in foro conscientie, & sola veritas attenditur: & idè lex fundata in sola præsumptione reicitur, c. tua nos, & c. is qui fidem, de sponsal. Nauar. in Manuali confessorum, cap. 23. num. 42. & multis supra fuit comprobatum. Ergo prædicta lex Ciuilis non erit in foro animæ obseruanda.

16 Cæterum responderetur ex sententia Didaci in d. c. cum esset, numero 9. versic. secunda ratio, & c. quod lex habens fundamentum à præsumptione, in animæ iudicio locum sibi non vindicat tunc, quando lex illa præsumit propter defectum probationis legitimæ: Nam cum tunc detur certitudo legitima ipsius actus, cessat legis Ciuilis dispositio. ita loquitur text. c. is, fidem, de sponsal. sicuti declarat ipse Didacus præcitate loco, & in Epitome de sponsal. c. 4. §. 1. n. 5. & 6. Diuersum est, quando lex præsumit fraudem de defectu

solemnitatis: quia etiam si tunc constet de ipsa veritate: at tamen actus ille minus solemniter non debet obseruari, etiam in foro animæ: cum lex ipsa positiva habeat actum illum pro non confecto: sicuti iam declarauimus supra. Et comprobatur eo exemplo, cum dicimus, quod et si lex statuit, obseruari debere certas solemnitates in alienationibus bonorum ecclesiæ, vel pupillorum, & minorum: & id quidem ob suspicionem deceptionis, & doli, at tamen etiam si constat, nullum dolum, nullamque deceptionem intercessisse, non tamen alienatio facta solemnitate non seruata, in foro conscientie valida erit, c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. & in specie Bart. & reliqui in l. cum §. eam in transactionem, ff. de transact. & Felin. in c. causam, numer. 6. de iudic. & alios retulimus supra.

Tertio adducitur hæc ratio, quod ex testamento minus solemniter oritur naturalis obligatio l. in testamento, ff. de fideicommiss. lib. 1. l. fideicommissum, C. de condic. indebit. & l. ult. vbi Bald. C. ad leg. Falcid. & hanc esse communem sententiam testatur Iaf. in l. cum quis, numer. 13. C. de iuris, & facti ignor. Atqui, quod naturaliter debetur, in foro animæ omnino præstari debet, ut tradunt Bartol. in Extratragan. ad repudiandum, in verbo, denunciationem, num. 7. Abbas in c. quia plerique, col. penult. de immunit. eccl. Anchara. in c. possessor, quæstio. 1. de regu. iur. in 6. l. 1. go. & c.

Verum respondetur, ut satis fecit Dida. in d. c. cum esset, num. 9. versic. tertium quod, & c. obligationem naturalis esse duplicem: Vna est, quæ ex legis vinculo oritur, ut ait Bald. in l. 1. num. 55. C. de transact. eccl. Hæc nullo modo oritur ex testamento minus solemniter. Ita tradunt Bald. in d. l. cum quis, numer. 14. C. de iuris, & facti ignoran. C. y. & Fulgos. quos sequitur Iaf. in l. 1. num. 16. ff. de condi. indebit. Idem in l. si credidit, & in l. si veritas, C. de fideicommiss. & Petr. Loriotus de iuris arte, tractat. 11. cap. 22. His accedit Ripa in l. nemo potest, num. 102. de legat. 1. qui de hæreditate loquitur: quæ quidem hæc in parte à legato nihil differt, ut in 1. dicimus. Altera est obligatio naturalis, quæ oritur ex honestate, & debito morali, ut declarat Bald. in d. l. 1. num. 55. C. de steroran. eccl. Est exemplum in donatio, & qui erga donantem tenetur obligatio ne quadam naturali, ut si vniquam dabitur occasio, rependat acceptum beneficium, l. si d. & si lege, §. consilium, ff. de peri. hered. vbi: ac hæc obligatio à ratione & honestate naturali, verè prouenit, sicuti docet scripsit Fortunus Garzia in l. 1. §. ius naturale, illatio. 10. ff. de iust. & iure. & idem sentit Dicus Thomas 2. 2. quæst. 106. art. 4. §. 6.

Hæc naturalis obligatio, ex honestate profecta, hunc tamen solum parit effectum, ut repetitionem soluti impediatur. Exceptionem verò, vel retentionem non operatur, quemadmodum operatur illa vera naturalis obligatio proueniens à legis vinculo. Ita docuit Fortunus præcitate in loco. Quocirca institutus hæres in testamento minus solemniter, vel legatarius, cui simili in testamento factum fuit legatum, retinere vel hæreditatem, vel legatum non possunt, si ab hærede ab intestato venienti requisiti sunt, ut testator ait: & multo minus scriptus ille hæres, vel ille legatarius, actionem habent aduersus hæredem ab intestato venientem.

Quarto rigere videtur text. c. cum esset, de restit. quo loci Alexand. 3. interrogatus de consuetudine Hostiensis quæ nolum admittebat testamentum, nisi in eo adscripti fuissent septem testes, vel tantum quinque secundum legis ciuilis dispositionem: Respondit leges illos repugnare legi diuinæ, & sanctorum patrum institutis: à quibus dictum sancitumque est in ore duorum vel trium. Itare omne verbum. Propterea huic iuri naturali standum esse, reiectis illis iuris ciuilis legibus. Ecce ergo ab Alex. Pontifice fuisse sancitum, ius ipsum naturale esse spectandum, rigore iuris ciuilis reiecto. Quod intelligendum est in foro animæ: cum & ipse Alex. de eo (ut mox subiiciam) loqui crederetur. Cæterum responderi potest declarando prius illius canonis sensum, & intellectum: quem quidem esse intelligit gloss. ibi & in c. 2. quæst. 4. ut loquatur de his testamentis, quæ pietatis causa fiunt. Quæ tamen interpretatio reicitur à cæteris quippe post testamenta ad pias causas, aliam habent formam præstitutam à c. relatum, l. 1. eod. tit. de testament. Secunda est interpretatio, ut Alex. id statuerit, solummodo quoad ea loca, quæ sub sua sunt ditione, & imperio. Illud enim Alexandri rescriptum datum fuit Hosti. episcopo, ob consuetudinem, quæ vigeat ea in vrb. Pont. subiecta: Potuit ergo Pontifex ita in suos statuere. Non autem ex toto abrogauit Pont. leges ciuiles, cum & nulla sit eius potestas aduersus eas nisi cum iniquæ iniuriæque sunt, c. duo sunt, c. cum ad verum, §. 6. dist. Imò ex quo eas non abrogauit & abfoluit, quoad omnes, censetur approbasse quoad alia loca etiam præsertim Cæsari subiecta, c. si clericus laicum, vbi Abb. de foro compet. & tradit Curt. in tractatu de consuetudine, num. 237. Quod

Quod verò ait Alex. esse alienum à lege diuina quod non valeat testamentum conditum sine numero quinque, vel septem testium: Ego intelligo esse alienum, non quod ei omnino aduerferet, sed esse remotum, hoc est, esse ultra ius diuinum id quod ita explicio, Lex diuina dixit, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Non negat diuina hæc lex, quin veritas multo magis sit in ore quatuor, quin hæc lex, quin veritas, quam in ore duorum vel trium. Illud quæ, sex & septem, quam in ore vnus tantum. Et hoc quidem negat, veritatem esse in ore vnus tantum. Et hoc illud est, quod dicere voluit text. c. quod in vniuersis, de testibus. Quod licet quædam sint causæ, quæ plures quam duos testes exigant, nulla tamen est causa, quæ vnus testimonio terminetur. Testimonium ergo vnus non sufficit: duorum verò regulariter sufficit, & hoc quidem secundum legem ipsam diuinam, quæ sinceritatem hominum adesse præsupponit. At vbi fraudis & malitiæ suspitio esse potest, non prohibet lex diuina, quin legum latores sancire valeant maiorem testium numerum adhiberi oportere, pro rei & negotii qualitate. Alio qui sequeretur, malè fuisse constitutum à Syluestro in c. præsul. 2. qu. 5. ingentem illum numerum septuaginta duorum, vel sexaginta quatuor, vel viginti septem testium, requiri in damnando accusato Cardinali. Id quod constitutum est ob summam Cardinalatus dignitatem. Et huius rei triplicem rationem considerauit Dicus Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. in fine. Illud etiam sequeretur, quod male ab eodem Alex. esset sancitum in illo ipso cap. cum esset, quod in testamentis adhibeantur duo testes, ac etiam parochus. Nam duo sufficerent, vel si tres, necessaria non esset qualitas illa, quod ille terrius sit parochus. Ita considerant in specie, Fortunus in tractat. de ultimo fine, illatione 15. & Didacus in d. c. cum esset, 3. Qui quidem ita hanc constitutionem Alexandri interpretantur, sicuti & eam sic intellexit Domin. Soto lib. 4. de iniuria & de iure, q. 5. art. 3. col. ult. Non tamè (ut dicam ingenuè quod sentio p. ce sapientissimi illius viri,) dicam ingenuè quod sentio p. ce sapientissimi illius viri,) multum mihi probatur, quod scripsit præcitate in loco Didac. Non reprobare Pontificem illum, iuris ciuilis consuetudinem ex eo, quod contraria sit leg. diuinæ: Sed quod repugnet consuetudini ecclesiasticæ, quæ iuxta legem diuinam ita statuit, ut testamentum confici valeat, tribus testibus râtum adhibitis. Nam verius mihi videtur asseruisse Alexandrum legem seu consuetudinem illam Hostiensium, esse alienam à diuina lege: alienam etiam à patrum institutis, ac denique tertio esse alienam à consuetudine generali ecclesiæ: qua permissum est testamenta confici posse duobus testibus tantum & parochio adhibitis. Est ergo ut dicimus (ut iam adnotauimus) alienam esse legem ciuilem à lege diuinâ, id est remotam & quoadammodo extraneam ac ultra illâ. Et id quidem inspecta hominum sinceritate: quam quidem sinceritatem cum ad fraudem & malitiam versam viderent Imperatores, iure potuerunt statuere, testamentum adhibendos esse quinque vel septem testes. Nec has Imperatorum leges abrogauit Alexander, sua hac constitutione, qua suis tantum prouideret voluit.

25 Quinto huic sententiæ suffragari videtur text. c. quod si cur de electio. quo loci Innocent. statuit electionem quæ iuri naturæ consentit, licet non seruentur iuris solemnitates tenere. Ita ergo valeat testamentum, & similis actus secundum ius naturæ: et si solemnitates obseruata non fuerint. Cæterum facile responderetur, ut rectè animaduertit Domin. Soto lib. 4. de instit. & iure, q. 5. artic. 3. col. pen. Innocentium non loqui, quando electio nulla est iure positio, sed vbi est infirmata, si in iudicio deferretur. Exemplum ibi adfert, ut si aliquis electorum ex contemptu non fuisset vocatus. Nam tunc si electio sit à maiori parte, illo connumerato, tenet iure tam humano quam naturali: Et si ille elector contemptus agere possit ad infirmandum electionem. Hoc sanè in casu electus ille turus est in conscientia, donec electio illa infringatur ac annulletur. Quamuis ergo electio illa iure naturali inspecto valeat, intrinsece tamen à iure positio, humanòque potest. Nec quidem viget quod dicebatur, 26 Abb. in d. c. quod sentit, quod quando ius civile aliquid disponit contra ius naturale, standum est iuri naturali. Non inquam hoc viget, cum dispositio hæc non sit contra ius naturæ, sed eius moderatio ex iustis causis, ne scilicet fraudes & 27 falsitates committantur. Et quod dicimus legem positiuam non posse infirmare ius naturale, procedit quoad ipsum ius naturale, inspectis primis ipsius suis principiis: non autem conclusiones ab eis deductas, ut declarat diuus Thomas 1. 2. q. 94. art. 5. Cardi. de Turrecremata in c. ius ciuile, numer. 4. dist. 1. quos secutus sum in conf. 100. num. 99. Non hic referam reliqua argumenta, quæ scio esse permulta, relata & confulata à præcitate Marco Solone in d. 5. part. legis tercie, à nu. 1461. usque ad 1473.

28 His constat veram esse hanc sententiam, testamentum quod est nullum de iure ciuili, ob solemnitates non obseruatas, non etiã obseruari oportere in foro animæ, & de iure naturali: & propterea institutum hæredem, vel legatarium non posse retinere, vel consequi legatum aut hæreditatem, aduersus successores ab intestato, eis scilicet repugnantibus & contradicentibus. Ex quibus multa possunt inferri vnâ cum Didac. in d. c. cum esset, num. 10. de testat. Et primò errasse Ab. in d. c. cum esset, in 9. not. cum dixit, agentem contra testamentum ea sola ratione, quod careat solemnitate iuris ciuilis, mortaliter peccare. Errant sane Abbas, cum ex prædictis constat esse verius agentem hunc non peccare, nec quidem venialiter, sicuti aduersus Abbatem scripsit Iaf. in repe. d. l. nemo potest, n. 102. de le. 1. & in conf. 67. col. pen. li. 3. & Dida. præcitate in loco, qui idem esse censuit etiam quando agens certè scit eam fuisse voluntatem testatoris, reiecta opinione Ripæ in d. l. nemo potest, nu. 101. Nec mea quidem opinione, viget consideratio Ripæ cum dixit, quod ille qui venit contra voluntatem testatoris mortaliter peccat, ut ait Abb. in c. cum omnes, col. 4. de testa. Et quia tunc conscientia est læsa: Et qui facit contra scientiam, ædificat ad gehennam, 29 Ita glo. in c. inter hæc, 33. q. 2. Nam facile responderetur, quod ille qui non obtemperat voluntati testatoris minus solemniter, non peccat: cum si illa non sit voluntas, ex quo lex eam habet pro non voluntate, dumteam annullat. Ex quo sequitur falsum esse, quod ille, qui scit talem fuisse testatoris voluntatem, habet conscientiam læsam. Non enim habet læsam conscientiam si iure existimatur, se non teneri: Et, si dubitaret; & propterea haberet conscientiam scrupulosam, eam depone- 30 re potest, c. per tuas de simo. Inferitur secundo, quod ille, qui possidet bona testatoris titulo minus solemniter voluntatis, tenetur, (si modo ad id conuentus fuerit,) restituere in foro & iudicio animæ legitime hæredibus: quamuis non dubitet de libera & spontanea restantis voluntate. Ita intelligit Didacus in d. c. cum esset, nu. 10. vers. secundò inferitur. Cuius vera traditio conciliari potest cum illa Alexand. Ripæ & aliorum, ut scilicet loquatur Didacus (ut dixi,) quando ille possessor fuit requisitus: vel conuentus, ut restituat. Alexander verò & sequaces loquantur, quando is possessor non fuit requisitus restituere. cum sua ipsa sponte restituere non teneatur. Inferitur tertio, possidentem rem legatam in minus solemniter testamento, non solum in iudicio animæ & sic in foro conscientie, sed nec in iudicio temporali, vti posse iure retentionis, aduersus hæredes ab intestato venientes. Quod intelligo legitimis ipsi hæredibus perentibus rem legatam debere restituere. In foro conscientie seruari id oportere, etiam dictis manifestum est. In foro temporali hac retentione vti non posse, probat l. si creditoris, C. de fideicom. ex illo verbo solemniter, ducto argumento à sensu contrario. Sicuti interpretari voluit Didac. in d. c. cum esset, nu. 10. vers. tertio, ex hoc: Nec obstant considerationes Bart. Imolæ, Alex. & Iasonis in d. l. nemo potest, de leg. 1. vbi sanè Iaf. in prima lectura, num. 70. & in secunda, num. 94. & idem Iaf. in d. l. si creditoris, num. 10. qui dixerunt, imò possidentem posse vti retentione, atque exceptione, in foro ipso exteriori. Nam quod dicunt ex æquitate quadam natam esse naturalem obligationem, quæ exceptionem & retentionem operatur: est falsum, quando est à lege approbata, ut tradunt Iaf. in l. placuit, nu. 5. C. de iud. Barb. in conf. 16. nu. 4. lib. 1.

Et supra demonsttrauimus ex testamento minus solemniter non oriri naturalem obligationem. Cum verè testamentum dicatur nullum, & perinde sit, ac si nunquam fuisset confectum, l. ult. C. fam. ercisc. & l. hac consultißima, §. ex imperfecto. C. de test. Nec repugnat quod dicebat Iaf. in d. l. nemo potest, prima lectura, num. 70. in fine. magnam extare differentiam, quod actus sit verè nullus, vel habeatur pro nullo. Nam respondetur, quod quoad iuris dispositionem, nulla est differentia, sicuti ipsemet Bar. in l. si maritus, §. legis, ff. ad l. l. de adul. à Iaf. allegatus docuit. Et idè Bar. in l. si qui pro empore, n. 30. ff. de vsucap. & responderunt Soci. Sen. in conf. 62. n. 6. li. 4. & Soc. Iun. in conf. 62. n. 4. lib. 3. & Cur. Iun. in conf. 55. n. 11.

Inferitur quarto hæredes scriptos in testamento minus solemniter, non posse vti iure retentionis: sicuti nec legatarium vti posse diximus, repugnante hærede ab intestato veniente. Ita sanè de hæreditate censuerunt Baldus, Angelus, & Alex. quos commemorat, & communem dicit Iaf. in d. l. nemo potest, in prima lect. numer. 65. & ibidem Ripa numer. 102. Cum dixit communem esse opinionem, quod naturaliter debita non sit, sicuti supra diximus. Et hanc communem probauit Didac. in d. c. cum esset, num. 10. vers. quoniam multò minus, reiecta opinione Iasonis dissentientis. Ex hoc etiam sequitur esse falsum (ut rectè & prudenter aduertit Didac. præcitate loco, versic. sexto non possunt) quod scripserunt Alex.

in d.l. nemo potest, nu. 23. Ripa n. 99. & Tyraq. de legib. conub. in glo. 2. num. 24. hæredem scriptum, & in testamento minus solenni, iurum esse in foro conscientie si hæredem possideat & retineat. Est sanè hoc falsum, & dictis supra repugnat: quia si nulla ex eo testamento orta est naturalis obligatio, quo fieri potest modo, ut locus sit retentioni. Eo tamen casu defendi potest Alexan. & sequacium opinio, cum legatarius retinet non contradicente hærede, vel eo non petente.

34 Infertur quinto errasse eos, qui scripserunt, legatarium, qui rem legatam in minus solenni testamento consequi non potest, iuste posse eam furto subtrahere. Quæ quidem in opinione fuerunt Baldus in l. 1. colum. 2. C. de testa. & ibidem Iaf. nu. 7. & idem Iaf. in l. cum quis, nu. 14. C. de iuris & facti igno.

Errarunt sanè ij interpretes, sicuti rectè animadvertit Didac. in d. c. cum esset, num. 10. v. septimò ex his. & Marcus Solon in sepius allegatis commentariis ad leges Taurinas in 5. part. legis tercie. n. 1496. Nam falsum est illorum fundamentum, cum dixerunt hunc legatarium furto posse subtrahere, quia res ista legata sibi debebatur naturali ex obligatione. Est sanè falsum hoc, quod res ista legata sit sibi debita naturaliter. Si enim debita esset, utique procederet traditio Baldi & Iasonis, sicuti permittum est vero rei domino, rem iuram furto consequi quando alia via obtinere eam non potest, quæ admodum tradunt multi commemorati à Didaco libro 1. variar. resol. cap. 2. num. 15. Quo autem in casu permittum sit rem sibi debitam furto subtrahere, declarat Marcus Solon præcitato in loco.

Infertur sextò falsum esse, quod scripserunt Iaf. in d. l. cum quis, nu. 15. C. de iuris & facti igno. Ripa in d. l. nemo potest, n. 98. de leg. 1. & Alciat. in c. nouit, nu. 47. de iudic. post Abb. item in c. cum esset, col. 4. de testam. legatarium qui in testamento minus solenni, factum est legatum, posse aduersus hæredes ab intestato succedentes, vti denunciatione euangelica. Quo in errore fuerunt etiam Cor. in consil. 119. n. 36. lib. 2. & Alcia. in fin. respon. 724. Est sanè falsa traditio hæc, sicuti optimè post Bal. in d. l. cum quis. C. de iuris & facti igno. scripsit Didac. in d. c. cum esset, nu. 10. v. octauò constat. Nà cum ve è nil illi legatario debeat, vt nec quidem naturis obligatio fuerit causata, sequitur etiam non esse locum denunciationi euangelicæ.

Infertur septimò falsum esse opinionem eorum, qui scripserunt, mulierem, vel minorem, qui contraxerunt non adhibitis solennitatibus à statuto requisitis, teneri in foro conscientie ad ipsius contractus obseruationem. Quam quidem opinionem probarunt multi congesti à Tiraquello de legib. conub. in glossa 2. num. 20. & illis addo Boer. q. 5. nu. 13. Est sanè falsa horum opinio, vt rectè scripsit Didacus in cap. peccatum. part. 2. §. 3. in fi. de reg. iur. in 6.

Infertur octauò, quod stante statuto prohibente maritum posse legare vxori. (Est sanè statutum prohibitum ob præsumptam fraudem mulierum, quæ maritos blanditiis alliciunt ad sibi relinquendum) si constat maritum verè sua sponte reliquisse, Atamen mulier inuitis & reluctantibus succedentibus ab intestato, vel hæredibus scriptis retinere non potest. Cum illa testatoris dispositio legi repugnet. ita Petrus Peckius in tractat. de testamen. coniugum, lib. quarto, cap. vltimo.

Infertur nonò, veram esse sententiam illorum, qui affirmarunt, in foro conscientie obseruari posse opinionem illam, quod per expressam substitutionem pupillarem, mater excludatur etiam à legitima bonorum filij, vt tradunt multi commemorati à Didaco in c. cum esset, num. 11. de testam. & illis accedit Riminald. Iunior in l. precibus. numero centesimo trigesimo primo. & nu. centesimo quadragesimo secundo, C. de impub. & alijs subfist.

Est enim sic iure Pontificio diffinitum in c. 1. §. vlt. de testam. in 6. expressam pupillarem substitutionem excludere matrem etiam à legitima filij. Quæ sanè iuris pontificij constitutio etiam in foro conscientie seruari debet: cum canones editi fuerint spiritu sancto cooperante, c. si quis Diaconus. dist. 50. Er accedit, quod non dicitur peccare, qui canonicis auctoritate aliquid facit. c. qui peccat, 23. q. 4. & rursus lex ipsa humana ab æterna per naturalem deriuatur, vt habetur Proverb. cap. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Hæc sanè postrema verba, (& legum conditores iusta decernunt,) designant prudentiam, quia legislator legem fert & executioni mandat. Quibus intelligimus malè sensisse Archidia. in d. c. 1. de testam. in 6. & ibidem Francum: sic & Cornueum, Decium, Curtium Iuniorum, & Sapiam, in d. l. precibus. qui dixerunt, matrem, hanc non excludi à legitima, in foro conscientie. Quorum rationibus & argumentis satisfaciunt prædicti interpretes à Didaco congesti, & satis diligenter Riminald. præcitato in loco.

QVÆSTIO LXXXI.

Præsumptio quæ & quando efficiat vt deferri possit iuramentum litis decisiuum.

SVMARIA.

- 1 Iuramentum iudiciale, decisiuum litis, vt à parte deferri possit, præsumptio sufficit.
- 2 Iuramentum iudiciale reus iuste recusare potest, vel illud referre.
- 3 Iuramentum iudiciale deferre potest actor solam iuris præsumptionem pro se habens.
- 4 Præsumptio iuris vbi adest, dicitur adesse liquidissima probatio.

QVÆRO octuagesimo primò, an præsumptio sufficiat, vt deferri possit iuramentum à parte parti, ad litis decisionem, quod iudiciale appellamus? Et sufficere existimant Specul. & alij, quos infra commemorabimus. Verum quo facilius hæc quæstio explicetur, illud prius sciendum est difficile admodum & dubium esse illam Doctorum disputationem, an reus reculare possit suscipere iuramentum sibi delatum ab actore, vel illud referre, si actor nil probauit. Quæ quidem in disputatione recepta magis opinio est, quod reus possit iuste reculare iuramentum, vel illud referre. Ita Specul. in tit. de iuramenti delatione. Bald. in l. 2. ff. de iur. iur. Abb. in c. vltim. in princ. num. 6. & §. 1. num. 1. de iur. iur. Castren. in l. vlti. colum. 1. C. de fidei. Caccialup. in l. manifeste iurisdictionis de iur. iur. Socin. Senior. in consil. 184. lib. 2. vbi ait, idem sensisse Ioan. And. & Fran. de Albergotis. Idem scripserunt Marfil. in l. de minore. §. tormenta. num. 4. ff. de quest. & in sing. 83. Ioan. de Selua in tract. de iur. iur. par. 3. quæst. 2. Crauet. in consil. 207. num. 4. & Natta in consil. 35. num. 3. lib. 1. Et hæc videtur magis recepta opinio, & si ab ea dissentiant Iacob. de Arena in l. bonæ fidei. C. de reb. cred. & iur. iur. Alber. Castren. Alex. & Iafon. in d. l. manifeste. & ibidem Purpura. num. 11. in fin. qui scripsit hæc esse veriorum & tutiorum, etsi eo loci Curt. lun. n. 6. ambigat. Eandem affirmarunt Dec. in c. 2. in 3. notab. de probat. & ibidem recentiores in annota. Et hanc obseruasse consilium Burdegalense asseruit Boer. q. 96. n. 6.

Dubitatio modò hic versatur, an actor ille satis dicatur de iure suo probasse, si solam iuris præsumptionem habet pro se, & vt deferre possit hoc iuramentum? Et sufficere hanc præsumptionem iuris, senserunt Spec. in tit. de iuramenti delatione. num. 4. v. sic. si autem actor. ibi. nisi aliquid sit probatum, vel præsumptum. Et apertius Abb. in d. c. vlt. §. vlt. nu. 8. de iur. iur. Socin. Sen. in consil. 184. colum. 1. libro 1. Ioan. de Selua in tract. de iur. iur. par. 3. quæst. 2. num. 3. & nu. 4. & Marfil. in d. sing. 83. Quæ sanè sententia probatur primò in d. c. vlt. §. vlt. de iur. iur. ibi. præsumptione vero faciente pro illo, & c. Secundo accedit ratio, quia cessat hoc in casu illa iuris regula, quæ impedit hanc iuramenti delationem, nempe quod actor non probante reus debeat absolui, iuxta l. qui accusare. C. de eden. Nam cum pro actore extat præsumptio iuris, cessat regula illa, vt tradunt gloss. in c. 1. in verbo, actore, vt eccl. bene. sine diminu. confer. Bald. in d. l. qui accusare. col. 2. v. secundo fallit. & ibidem Iaf. col. vlt. v. sic. & inter ceteras. & Purpur. num. 20. Præterea & tertio accedit, quod vbi adest iuris præsumptio, ibi dicitur adesse liquidissima probatio, licet Imperator. de lega. 1. & scripsimus supra. Satis ergo dicitur actor probasse iuramentum intentionem, vt locus sit huic iuramento.

QVÆSTIO LXXXII.

Præsumptio quæ sufficiat, vt deferri possit iuramentum in supplementum probationis.

SVMARIA.

- 1 Iuramentum suppletorium, sola præsumptione iuris extante, pro maiori firmitate potest deferri.
- 2 Testis reddens rationem testimonij, quia vicinus, præsumptione iuris probat.
- 3 Iuramentum suppletorium non deferretur, vbi præsumptio iuris leuis est.
- 4 Iuramentum suppletorium deferri actori ob præsumptionem, de qua id intelligendum.
- 5 Testis quæ iurasse non constat, quando fides tamen adhibetur.

6 Iuramentum suppletorium deferri actori ob præsumptionem hominis vehementem.

QVÆRO octuagesimo secundo, quæ præsumptio sufficiat vt deferri possit iuramentum in supplementum probationum? Hic disputandum non est, de illa præsumptione quam iuris & de iure appellamus. Quandoquidem suppletione illa aliqua non indiget: cum sit probatio probata ac omninò liquida, vt iam suis locis scripsimus. Dubitari quidem probabiliter potest, de præsumptione quæ iuris solum dicitur. Verum quando eam lex probatione habet, vt quia non leuis est, dicendum pariter est non esse omninò necessarium iuramentum hoc suppletorium, & poterit tamen pro maiori firmitate & cautela deferri. Quocirca rectè docuit Dec. in l. 1. in prima lectura, num. 19. in fine, & in tercia. nu. 70. ff. de reb. cred. si certum petatur, quod si testis reddat rationem sui testimonij, quo dixit, se scire, quia vicinus, præsumptio probat, præsumptione scilicet iuris, & ideo deferri potest iuramentum actori in supplementum probationis: & eo loci idem scripsit Iacob. Niger num. 50. & Purpur. num. 114. Quorum traditiones intelligi procedere ad maiorem cautelam, aliàs necessarium non est hoc iuramentum, si ipsa iuris præsumptio sit solida & inconcussa. Si verò iuris præsumptio leuis est, tunc non deferretur iuramentum in supplementum, cum non sit semiplenè probatum. Ita scribit glossa in l. 3. §. 1. in verbo, leuior. ff. de minor. & ibi Angel. & Alber. in l. si duo patroni. in princip. & ibidem Iafon nu. 5. ff. de iur. iur. Caccialup. in l. admonendi. nu. 158. & ibidem Roma. numer. 87. qui ita explicat & ibi Iafon in repet. num. 83. Curt. Senior. nu. 256. ff. de iur. iur. Grat. consil. 110. num. 19. lib. 2. Curt. Senior. consil. 78. Domina Franceschina, colum. 4. v. si. & beneficit. Marfil. sing. 83. Et clarè idem scripsit Crauet. in tract. de antiq. tempo. 11. particula primæ partis principalis, nu. 28. qui ita de tenui iuris præsumptione, quam aliqui qualem qualem appellant, loquitur. Quocirca quod respondit Rom. in consil. 91. num. 10. semiplenam illam probationem, ob quam deferretur hoc iuramentum suppletorium, non sufficere, si præsumptio tantum fuit probata: hoc sanè intelligitur, quando est leuis præsumptio, sic etiam declarari potest doctrina Bart. in l. admonendi, num. 57. v. si. h. præmissis. ff. de iur. iur. Cum docuit, iuramentum hoc suppletorium deferri actori, pro quo est præsumptio: intelligi debet, de præsumptione vehemente, non autem de leui. Nam & ipsemet Bart. ibi, nega, suspicionem sufficere, vt hoc iuramentum deferatur, quæ sanè suspicio non differt à leui præsumptione.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando iam præsumptio hæc tenuis antiqua esset: Nam tunc tantum est effectus, vt deferri possit iuramentum in supplementum. Ita scripsit Bar. in l. admonendi, nu. 43. ff. de iur. iur. Cum dixit, quod etsi nulla fides adhibeatur testi, qui iurasse non constat, attamen quando antiquitas examinationis concurrat, semiplenè probat, & ob id deferretur iuramentum in supplementum. Bartolomæi secuti sunt Butrius, Abbas, & Angel, quos recenset Iaf. in d. l. si duo patroni. in prin. nu. 5. ff. de iur. iur. Idem Iaf. in repet. d. l. admonendi. num. 200.

Declaratur secundo hic casus, vt non procedat, quando duæ præsumptiones, etsi tenues concurrerent. Nam tunc deferri potest iuramentum in supplementum probationum, cum semiplenè probent. ita declarat Iafon in d. l. si duo patroni. in prin. num. 5. in fi. ff. de iur. iur. ex sententia glo. in l. 2. §. etas. ff. de excus. iur. quam Bald. & alij relati à Iafone commendant, & alios infra recensibo.

Tertius est casus, cum agitur de præsumptione hominis, si vehemens est, deferri poterit iuramentum in supplementum: cum magna alioqui sit eius vis, vt dictum fuit supra quæstio. 77. & hoc in casu intelligi potest Angel. in §. si quis igitur, in fi. in auth. de instr. cau. & fide, cum dixit coniecturam facere semiplenam probationem, & ideo iuramentum in supplementum posse deferri. Errauit quidem in eo Angelus dum dixit, quod omnis coniectura etiam semiplena probat, vt errore hunc etiam notauit Curt. Senior in l. admonendi, num. 289. ff. de iur. iur. Non tamen errauit, cum sensit iuramentum deferri, cum ea extat coniectura, quæ semiplenam probationem facit. Idem sensit Bald. in rubric. de controversa inuestitura. num. 1. Idem sensit Bald. in auth. sed nouo iure, num. 2. C. si certum petatur. Roman. in d. l. admonendi, num. 87. ex c. tam literis, de resibus. Et declarat Roman. vbi supra, non procedere in causa ciuili criminaliter mota. ibidem Iafon repet. nu. 82. Idem consil. 129. in fi. lib. 1. Si verò hæc præsumptio tenuis est, non deferretur. Ita intelligi & declarari potest Bald. in l. in bonæ fidei, colum. 2. v. secundo modo. C. de reb. cred. & iur. iur. vando, cum dixit, quod quando iudex coniecturam de re aliqua fecit, id est, cepit dubitare, & indicium habere, non de-

ferretur iuramentum. rectè loquitur Baldus, quia hæc leuis præsumptio, quam coniecturam & indicium ille appellat, non facit semiplenam probationem. Ita etiam de sola vna coniectura, & solo indicio (inter hæc enim non constituit ille differentiam) docuit Curt. Senior in d. l. admonendi, num. 288. ff. de iur. iur. atque intelligi & declarari potest Angel. in §. si verò vsus fructus, in fi. in auth. de nupt. cum scripsit, iuramentum in supplementum non deferri, nisi vbi semiplenè est probatum, & ideo indicium, quod (ait ille) est minus quàm semiplena probatio, non sufficit, loquitur Ang. de indicio, propriè, id est, tenui præsumptione. Ita à repugnantia potest defendi Angel.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando plures extant coniecturæ simul. ita loquitur Bald. in l. si fundum, in fin. C. de rei vindicatio. cum scribit, quod si quis vult probare, quot fructus ex prædio percipere potuit, probando quod ager fuit cultus, & quod communiter tot fructus ex similibus agris percipi solent: cum concurrant hæc coniecturæ, iuramentum in supplementum potest deferri. idem scripsit Curt. Senior in d. l. admonendi, num. 209. in fine. ff. de iur. iur. ex sententia glossæ in l. 2. §. etas. ff. de excusat. iur. in l. instrumenta. C. de probatio. & in c. tercio loco, extra eodem, de probatio. & in c. vltim. de success. ab intest. Et si ex plurius coniecturis ferri potest pro aliquo sententia, vt dicemus infra quæstio. 94. multò magis deferri potest hoc iuramentum, in supplementum probationum.

QVÆSTIO LXXXIII.

Præsumptio, quæ, & quando impediatur deferri iuramentum suppletorium aduersario, qui plenè vel semiplenè probauit.

SVMARIA.

- 1 Præsumptione iuris sola vel hominis, superueniente, contra eum qui semiplenè probauit, non potest deferri iuramentum suppletorium.
- 2 Probationes multum euidentes requiri contra officiales.
- 3 Dolus alicuius probare volentis, non deferretur iuramentum suppletorium.
- 4 Notario attestanti de errore, non deferretur iuramentum suppletorium.
- 5 Instrumentum debiti repertum penes debitorem, facit presumi debitum solutum, non tamen deferretur iuramentum suppletorium.
- 6 Tortura minus sufficiens non purgat omnia indicia, existentia contra reum.

QVÆRO octuagesimo tertio, è coniecto ad præcedentem quæstionem, an præsumptio impediatur deferri iuramentum aduersario, qui vel plenè, vel semiplenè ita probauit, vt deferri alias ei potuerit? Hac in re dicendum est, quod si quando quis semiplenè probauit, & ei contraria superuenit præsumptio (intelligi hic de præsumptione vel iuris, vel hominis: illa enim iuris, & de iure omninò excluderet, non potest ei deferri iuramentum in supplementum probationum: ita scribit gloss. in l. vltim. in verb. præsumptioni. & ibi Barto. colum. vltim. dicit singularem. ff. quod metus causa. idem Bal. in l. 1. num. 5. & 6. C. qui & aduersus iuror. & in l. in bonæ fidei, colum. 1. in 3. oppos. C. de reb. cred. & iur. iur. Caccialup. in l. admonendi. num. 139 & num. 143. & ibidem Ptolomæus num. 39. ff. de iur. iur. Abb. in c. vlt. §. 3. nu. 9. de iur. iur. Roman. consil. 91. n. 10. & consil. 481. in fi. Marfil. in l. maritus, num. 49. de quæst. in rub. C. de probat. n. 111. & in praxi crimina. §. diligenter, num. 3. & sing. 197. & consil. 65. num. 37. Maran. in praxi indiciorum, in 9. acti qui in iudicio emergit, vers. 5. & Boer. q. 95. num. 7.

Hinc egregiè docuit Angel. in l. vltim. C. vbi de crimin. agi oportet. quod quando agitur contra magistratum, tempore Syndicatus, & contra eum semiplena probatio facta est, non deferretur iuramentum in supplementum. Angelum secutus est Ptolomæus in l. admonendi, num. 48. v. si. 37. fallit & c.

Ea ratione, iam relata mouentur, quod præsumptio sit pro ipso officiali, vt probat l. 2. C. de offic. ciuili. iud. & dicemus infra subsequenti libro, in præsumptione 68. Mouentur etiam textu dictæ l. vltim. C. vbi de crimi. agi oportet. vbi, sufficiens instructio requiritur contra officiales. Huc pertinet, quod egregiè docuit Bald. in l. obseruare. §. proficiat. quæst. 10. ff. de officio proconsul. & legat, cum dixit, quod contra

† officiales requirantur probationes multum evidentes. & Baldum secutus est Gramm. in *confil.* 35. num. 36. in *criminalibus*. qui & Paridem Puteum recensuit. Idem Gramma. in *confil.* 54. nume. 5. & Aegidius Bossius in *tracta. casuarum criminal.* in *titu. de official. corruptis pecunia. nume.* 14. Verum ab Angelo dissentiunt Marian. Socin. Seni. in *c. ult. nume.* 27. de *iure iuran.* & alij nonnulli, quos recenset Caccialup. in *l. admonendi. num.* 139. ff. de *iureiurand.* Scribunt ij deferri posse iuramentum, modo cætera requisita concurrant. Nec vrget relata ratio præsumptionis, cum verum non sit, pro eo esse semper præsumptionem, & d. l. *ultim. C. ubi de crimine agi oportet.* non probat, cum solum dicat, quod in loco administrationis facilius inuenitur sufficiens instructio. Has opiniones rectè conciliat Caccialup. in *d. l. admonendi. num.* 140. Aut agitur contra magistratum, & officialem, ob aliquod factum, pro quo est præsumptio, iuxta *d. l. 2. C. de offic. civil. iud.* & tunc non est locus ipsi iuramento. ita procedat opinio Angeli, & sequacium. Aut agitur ob aliquod factum, quod præsumptionem non habet. & tunc si cætera requisita concurrunt, locus est huic iuramento. ita procedat opinio Socini, & aliorum. Alia etiam conciliatio sumi potest ex traditione Bossij loco supracitato, quod aut criminaliter agitur: & tunc non sufficiunt præsumptiones, & consequenter, nec iuramentum suppletium deferri potest: aut civiliter: & tunc cum præsumptiones sufficiant, ita & iuramento locus esse poterit. Illa tamen Caccialupi conciliatio mihi magis probatur. Hinc etiam docuit Bald. in *l. 1. C. qui & aduersus quos.*

3 quod vbi agitur de probando dolo & alicuius, non deferitur iuramentum in supplementum probationum, cum dolo non præsumatur. Baldum secuti sunt Prolomæus in *d. l. admonendi. nume.* 48. *vers.* 41. fallit. de *iureiurand.* & ibidem Iason in *repetit. nume.* 295. *vers.* 3. fallentia. & respondit Crauet. in *confil.* 287. col. 6. *vers.* & licet.

Hinc etiam scribit idem Iason in *d. repetit. admonendi. nume.* 295. *vers.* 4. fallentia, quod quando agitur de probando errore notarij, & notarius attestatur de ipso errore, non deferitur iuramentum in supplementum: quia repugnat præsumptio scripturæ, quæ legitur sine errore scripta. ita Bald. in *l. imperator. ff. de statu hom.* & dicemus infra *lib.* 5. & in *præsumpt.* 56. vbi differemus de præsumptione falsi. Hinc etiam scribit idem Ias. *d. nume.* 295. *vers.* 5. fallentia, quod quando reperitur instrumentum debiti penes debitorem, præsumitur debitum solutum, non tamen deferitur iuramentum in supplementum: quia illa præsumptio est sine causa. Qua de re attingemus etiam in *lib.* 3. in *pr.* 53. vbi explicabimus præsumptionem illam, quæ sumitur ex Chirographo lacerato, existenti apud creditorem.

Hinc tradit Bénévent. Straccha in *tractat. de mercatura. part. 2. num.* 82. quod si mercator agit rei vendicatione aduersus mercatorem, ad mercium sarcinulam, quam ballam vulgo vocant: & actor probat, Sarcinulam illam suo signo signatam: aduersarius verò vno teste semiplenè probet eam Sarcinulam suam esse: Cum præsumptio sit pro actore ob illud signum Sarcinulæ, vt dicemus *lib.* 2. *præsumptio.* 48. non poterit deferri ipsi reo iuramentum hoc suppletium. Hinc respondit Crauet. in *confil.* 287. *col.* 6. *vers.* & licet. Cum respondit, quod etsi tortura & minus sufficiens non purget omnia indicia, quæ erant contra illum tortum: attamen aliquam præsumptionem facit, quæ quidem præsumptio erit sufficiens ad impediendum iuramentum suppletium aduersarij, contra ipsum tortum.

QVÆSTIO LXXXIII.

Præsumptionibus duabus concurrentibus, an tertia, quæ alioqui est necessaria, iuramento suppleri possit.

SVMMARIA.

- 1 Præsumptionibus tribus requisitis in aliquo actu, duabus existentibus, tertia per iuramentum nequit suppleri. Et quæ sit ratio. num. 2.

QVÆRO octuagesimoquarto, si in aliquo actu tres præsumptiones requirantur, & duæ tantum concurrant, an tertia per iuramentum possit suppleri? Et suppleri non posse docuit Caccialup. in *l. admonendi, nume.* 225. ff. de *iureiuran.* Exemplum ille adfert in tribus illis coniecturis, & præsumptionibus, quæ requiruntur ad detegendum contractum esse fœneratum, iuxta *c. illo vos. de pigno. & c. ad nostram. de emptio. & venditio.* quod scilicet adsit patet de retrouendens, modicis pretij, & quod ille emptor consueverit fœnerari. si ergo duæ ex prædictis coniecturis

erunt probatæ, tertia iuramento suppleri non poterit. Ita affirmat Caccialup. præcitato loco, post Lapum in *c. ult. de iureiuran.* Ea est ratio, quia singulæ hæc præsumptiones separatim debent esse probatæ, non tamen tertia: & ideo considerari in eanon potest aliquod supplementum ex adhibito iuramento.

QVÆSTIO LXXXV.

Præsumptio an operetur, vt is, contra quem est, iurare debeat de calumnia.

SVMMARIA.

- 1 Iurare de calumnia tenetur, contra quem extet præsumptio.
 - 2 Iuramentum calumnie exigere potest iudex, cum videbitur expedire.
 - 3 Iuramentum calumnie, quando etiam in causa matrimoniali præstari oporteat.
 - 4 Iuramenti calumnie vel maliitæ, quis sit effectus.
- QVÆRO octuagesimoquinto, an præsumptio hunc pariat effectum, vt is contra quem est, cogatur iurare de calumnia? Et effectum hunc prætere, probare posse exigere iuramentum malitiæ & calumniæ, cum expedire ei videbitur. Id quod exponit glossa ibi, quando videt ex coniecturis & præsumptionibus malitiosè agi & excipi. Et ibidem scribunt Gemin. *col.* 2. & Francus in *ultim. notab.* Idem quoque probat *c. literas. §. propterea. de restitutio. sp.* *l. iat. vbi gloss. in verbo, recepto. affirmavit. iuramentum* & calumniæ in causa matrimoniali, quod alias exigi non solet, præstari oportere, cum aduersus petentem, vel excipientem oblat aliqua præsumptio. Et his iuribus adductus ita docuit Butr. in *c. licet causam. numer.* 29. de *probatio.* Huc facit *c. statuta. §. cum autem. ad finem. de rescript. in 6.* vbi iuramentum calumniæ exigitur ab eo, quem iudex præsumit malitiosè petere dilationem. Id quod annotarunt, & Ange. in *l. interdum. ff. de iudic.* & Cassado. *decis.* 3. *nume.* 1. *titu. de dilat.* Hoc autem iuramentum hunc parit effectum, vt præsumptio atque suspicio illa calumniæ sublata, & extincta censeatur: sicuti prædicti Doctores præsupponunt: & manifestè scribunt Claud. Seyfell. in *l. Celsus. n. 25. ver. tertio fallit. ff. de vsucap. & Neuzian. lib. 3. Sylua. nuptia. num.* 53. idem sentit Maria. Socin. Sen. in *rubri. extra de iuramento calumni. in fin.*

QVÆSTIO LXXXVI.

Præsumptio an ita adiuuare possit testes singulares, vt probent.

SVMMARIA.

- 1 Præsumptio, testes singulares, vt probent, adiuuat.
- 2 Testis vnus de veritate, coniunctus confessioni extrajudiciali factæ incidenter, plenè probat.

QVÆRO octuagesimosexto, an præsumptio adiuuare ita possit testes singulares vt probent? Et posse scribit Caltren. in *conf.* 282. In causa ista quinque. *col.* pen. *vers.* item non obstat, quod testes. *lib.* 1. dum respondit coniecturas efficere, vt vehementer administrantur: quod sufficere dixit, sentiens probationem perfectam induci. Idem Caltren. in *conf.* 250. *V. iso puncto supra scripto. col. pen. vers.* & licet videatur. *lib.* 2. quem quidem secutus est Crauet. in *tra. de antiq. sep.* in *3. part. 4. part. prin. in fin.* Et ij moti sunt ex *c. ult. de success. ab intest.* vbi gl. in *verbo, vnus & testis.* Et ex illo textu ibid. *Abb. nu.* 6. scriptum reliquit, testem solum de veritate, coniunctum confessioni extrajudiciali incidenterque factæ, quæ alioqui præsumptionem tantum facit, plenè probat.

QVÆSTIO LXXXVII.

Præsumptio leuis, seu qualis qualis, quid operetur circa probationes, an scilicet semiplenam probationem faciat, vel alias coadiuuet.

SVMMARIA.

- 1 Præsumptio leuis, semiplenam an faciat probationem, vbi opinio negatiua probatur. n. 2.
- 3 Præsumptio

- 3 Præsumptionis leuis verus effectus quis sit.
- 4 Actore non probante absoluitur, nisi adsit aliquid, quod pro actore faciat.
- 5 Præsumptio leuis adiuncta vni testi, facit per iudicem deferri posse iuramentum suppletorium.
- 6 Suspectus de crimine ob leuem præsumptionem inquiri potest.

QVÆRO octuagesimoseptimo præsumptio legis, seu qualis qualis, vt nostri appellant, quid operetur? Et plures effectus operari Doctores scribunt. Et primus est effectus, ex multorum opinione, vt semiplenam & probationem faciat. Ita sanè Bartol. in *l. admonendi. nume.* 45. ff. de *iureiuran.* Burri. & Abb. in *c. pendere re iud. cum scribunt, quod illa qualis qualis præsumptio, quæ oritur ex sententia inter alios lata, semiplenam probationem facit. Quam quidem traditionem probant & Angel. in *l. 2. ad finem. C. de edend.* Decius in *l. ex his. nume.* 22. *C. de testam. milit. confil.* 42. & in *confil.* 272. *nume.* 3. Cæterum vera nō est hæc ipsa traditio, cum vere semiplenam probationem non faciat. sicuti aduersus Bart. & sequaces rectius scripserunt Bald. in *conf. 2. ff. egressæ. in fine. lib. 4. Aret. in c. causam quæ. col. 4. de testib. & in confil.* 163. *col. 2. vers. vtrum autem.* Cæpolla in *confil.* 45. *col. 2. in civilib. Curt. Sen. in confil.* 73. *Magnifice vir. col. 3. Iason. in l. si duo patroni. col. 2. num. 5. de iureiurand. post Iuol. ibi. idem docuit sibi parum constans Dec. in l. 2. num. 50. C. de edend.* Cum dixit, hanc qualem qualem præsumptionem inducere semiplenam probationem in causa connexa, ratione connexitatis. Hanc quoque sententiam probant Ripa in *d. l. admonendi. col. pen. nu. 202. ff. de iureiur. & in l. 2. nu. 36. C. de eden.* Ferdin. n. Soar. in *repe. l. filiusfam. §. diui. nu. 329. de leg. 1. Moder. Parisien. in consuetud. Parisiæ. l. 1. §. 5. n. 38. Crauet. in tract. de antiq. temp. in 2. parte, num. 48. & Didac. lib. Pract. quæst. cap. 13. num. 1. vers. cæterum.**

3 Secundus itaque & verior effectus est, vt hæc qualis qualis præsumptio ita coadiuuet cæteras probationes, vt si alioqui æquales essent ipsæ contententium probationes, præualeat hæc, quæ hæc præsumptionem coadiuuat. Ita tradit glo. in *cap. cum olim. il. 1. de priuileg. Bal. in l. si duo patroni. in prin. & ibidem Ias. nu. 3. ff. de iureiur. Alex. in l. m. i. nu. 7. C. de testam. milit. & in confil. 112. *col. ult. lib. 4. Felin. in ca. cum dilecti. col. ult. ver. primus. de accusat. Curt. Sen. in d. confil. 73. col. 3. Ripa. Crauet. & Didac. quos supra commemoravi. Idem scripsit Arnald. Albertin. in tract. de hereticis. q. 34. nume. 44. Et ij quidem moti sunt arg. *l. 4. §. additis. ff. de fideicom. liber. ex l. possidere. ff. de acq. poss. & licet causam, de probat. Et huc pertinet gloss. in c. 1. §. si duo. in verbo testimonium. de pace tenen.***

4 Cum dixit, quod actore non probante reus absoluitur, nisi aliquid adsit, quod pro ipso actore faciat: sicque alia præsumptio.

Tertius est effectus, vt hæc qualis qualis præsumptio & adiuncta vni testi, ita faueat, vt iudex possit ei deferre iuramentum suppletium. Ita Bar. in *l. si duo patroni, in prin. num. 3. ff. de iureiur. & ibidem numer. 5. Curt. Sen. in d. confil. 73. col. 3. Alber. in tract. de testib. par. 3. num. 17. Felin. in c. cum dilecti. col. ult. ver. secundus effectus, de accusat. Ripa in *d. l. admonendi. nume.* 203. de *iureiuran.* & Crauet. in *tract. de antiq. temp. par. 2. num.* 48. in *fin.**

6 Quartus est effectus, vt de aliquo crimine & suspectus, ob hanc qualem qualem præsumptionem inquiri possit: sicuti inquiri potest ob informationem receptam parte non vocata, quæ dicitur facere qualem qualem præsumptionem, vt probat *c. qualiter & quando. il. 2. §. pendere accusat. Innocen. in c. 1. num. 5. de postul. prælat. Bar. in l. de submersis. ex illo textu. C. de naufrag. lib. 10. Aret. in c. 2. col. 2. de testib. & apertius, & in specie magis Arnald. Albert. in *d. tract. de hereticis. q. 34. num. 44.* Ita etiam posse inquiri ex testimonio propinquo- rum occisi, quod tamen solum qualem qualem præsumptionem facit, vt dicemus in subsequenti quæstione in quinto indicio.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

Præsumptio ad inquirendum, qualis esse debeat.

SVMMARIA.

- 1 Præsumptio & indicia ad inquirendum & torquendum paria esse non oportet.
- 2 Indicia ad torquendum vrgentia, & ad damnandum vrgentiora requiruntur.
- 3 Indicium aliud inuis, aliud facti.
- 4 Indicium in facti quid.
- 5 Indicium inuis quid.
- 6 Indicia leniora ad inquirendum, quam torquendum sufficiunt.

- 7 Inquisitio alia generalis, alia specialis.
- 8 Inquisitio ad quem finem fiat.
- 9 Inquisitio in generali cur sufficiant leuia indicia.
- 10 Inquisitionem generalem iudex incaute non debet facere, & quam ob causam.
- 11 Indicia ad prehensionem & generalem inquisitionem à pari procedunt.
- 12 Testimonium cuiuslibet testis ad inquirendum generaliter sufficit. Idque etiam locum habere in testimonio inimici, vel banniti. n. 13.
- Item in teste, qui propter ætatem aliis interrogari non possit, n. 14.
- 15 Assertio vulnerati superueniens est indicium sufficiens ad generalem inquisitionem, & fama. nu. 16.
- 17 Famam sufficere etiam ad inquisitionem specialem, prehensionem & torturam secundum aliquos.
- 18 Inimicitia grauis est ad generalem inquisitionem, indicium sufficiens.
- 19 Testimonium propinquo- rum vulnerati vel occisi, sufficit ad generalem inquisitionem. Idque etiam ad prehensionem, & capturam suspecti. num. 20.
- 21 Indicia ad specialem inquisitionem quæ sint.

QVÆRO octuagesimo octauo an præsumptiones, & indicia eadem esse debeant illa, quæ requiruntur, vt possit quis de crimine inquiri, cum illis, vt possit comprehendi, torqueri, & damnari? Et paria esse non oportere certum est. Nam etsi præsumptiones & indicia vt prehensionis locus esse possit, partes sint cum illis, quæ ad generaliter inquirendum sufficiunt: Attamen his vrgentiores esse debent illæ, quæ requiruntur, vt de delicto specialiter possit inquiri: Et multo vrgentiores prætere debent vt torqueri, ac tandem multo vrgentiores vt possit damnari: sicuti scribunt multi, quos infra commemorabo, & inter cæteros manifestè Iulius Clarus in *Pract. crim. quæ. 20. p. 1. vers. nihilominus* & Alciat. in *respons.* 462. *Et in sententia. nume.* 11. Quocirca Bald. in *l. seruos. vers. sic. & adde. C. de testib.* Scribit, indicium & aliud esse facti, aliud iuris. Indicium facti, & est, quo iudex dirigitur in viam persequutionis: & tale indicium (inquit Bald.) potest per quemcunque fieri, *l. qui. vlti. ff. de panis.* Indicium & autem iuris est, ait Bald. quod habet aliquem effectum, & quod quidem dirigit in viam quæstionis habendæ: quod ddam verò est, quod vna cum aliis adminiculis instruit iudicem in viam condemnationis. Et Baldi doctrinam probantur Felin. in *c. cum dilecti. nume.* 14. *de accusat. & Aegidius Bossius in tracta. casuarum criminalium, titu. de inquisit. nume.* 4. Ad inquirendum & itaque leuiora sufficiunt indicia, quam ad torquendum & damnandum. Cæterum inquisitio (vt attigi supra) altero de duobus modis fieri solet. Vna & est generalis, altera verò specialis. Generalis solum fit & pro instructione magistratus, & iudicis, vt perquirere & indagare possit, quis delictum illud perpetraverit: & deinde habita aliqua cognitione, & scientia & delinquentis inquiri is possit in specie. Ita scribunt Bartol. in *l. 2. §. de publico. ff. ad leg. lul. de adu. Angel. Aretin. in tracta. maleficis. in verbo, hæc est quedam inquisitio. Gandin. in tracta. maleficiorum. titu. quomodo de maleficiis cognoscatur. & alij quos recenset, & probat Aegid. Bossius præcitato in loco. nume. 2. Et idem affirmantur Blancus in *tract. crimin. in princip. numero* 28. 29. Marfil. in *tract. crimin. §. constante.* & Robert. Marian. in *pract. ciuili. parte* 6. in *princip. numero* 7. qui satis egregiè praxim declarat. Quo itaque ad sciendum generalem illam inquisitionem, sufficientia indicia leuia, modo aliquem colorem habeant. Illa verò quæ ad inquirendum specialiter requiruntur, paulo illis vrgentiora esse debent. Et ratio quare in generali inquisitione sufficiant leuia indicia, ea & est, quia agitur de leui præiudicio contra eum, qui deliquisse creditur. Ita ex sententia Baldi in *l. prima. C. de summa Trinitat. & fide Catholic. & Maria. Socin. Sen. in c. qualiter. & quando il. 2. de accusat. scriptum reliquit Bossius in dicto titulo de inquisit. numero sexto. Admonet tamen interpretes isti, ne iudex incaute & progrediarur ad hanc generalem inquisitionem: quia inquisitio hæc etsi generalis sit, attamen aliquantulum lædit existimationem eius, qui inquirendus est, & apud graues, & probatos viros eius fama bona minuitur. Hic commemorabo aliqua indicia, quæ etsi non sufficiunt ad formandam specialem inquisitionem: sufficient tamen ad generaliter inquirendum, ac etiam ad prehensionem: cum à pari procedant & indicia ad prehensionem, & ad generalem inquisitionem. & deinde hac eadem in quæstione subiiciam aliqua alia indicia, quæ apta sunt ad formandum, & transmittendum specialem ipsum inquisitionem libellum. Paulò enim vrgentiora esse debent illa, ad inquirendum tam generaliter quam specialiter, & ad capturam.**

Primum indicium ad generaliter inquirendum, oritur ex testimonio cuiuslibet testis. Ita sentit Bald. in d. l. seruos, vers. adde, C. de testibus, quem sic declarat Bossius in d. riu. de inquisitione, nu. 4. qui eiusdem opinionis recenset Marian. Soc. Sen. in d. c. qualiter. Et ob id ait Bossius, testimonium etiam inimicitie, vel banniti, qui alioqui alias testificari non potest, sufficere. Et idem Bossius ibi, num. 61. ex aliorum sententia scripsit, testes qui propter etatem alias recipi, & interrogari non possunt, interrogari non posse ad inquirendum: intelligo ego ad inquirendum generaliter: quanquam Iulius Clar. in practica crim. quæst. 20. vers. ad formandum, intellexerit Bossium de speciali inquisitione loqui.

Secundum indicium sufficiens ad generalem inquisitionem, oritur ex assertione vulnerati superuidentis. (si enim decederet, indicium ad specialem inquisitionem, ut mox, faceret.) Is ergo vulneratus indicium hoc facit: sicuti scribit Angel. Aret. in tract. malefactorum, in verbo, qui index ad probationem, num. 6. Igneus in l. Caius, nu. 13. ff. ad S. C. Syllanum. Lancel. Conrad. in tract. de pratore, pag. 256. vers. 10. adde, & apertius Iulius Clar. in practica crim. q. 20. vers. ad inquirendum, & q. 21. vers. assertio vulnerati, qui subiungit, hoc indicium etiam sufficere ad capturam & prehensionem. Id quod affirmarunt Ant. Gomef. in 3. tomo variar. resolut. cap. 13. num. 16. & Petrus Placa lib. 1. epitome delicti. cap. 13. num. 15.

Tertium indicium aptum ad generalem hanc inquisitionem nascitur ex fama. Ita probat e. qualiter & quando, il. 2. §. penult. de accus. Ang. Aret. in tract. malefactorum in verbo, hęc est que dam inquisitio, numer. 68. Iac. Nouel. in pract. crim. tit. que indicia præcedere debent, n. 24. in fin. & apertius Iul. Clar. in pract. crim. q. 6. in prin. & q. 20. vers. ad inquirendum. Cæterum cum non modo & Clarus ipse, sed & alij multi affirmant, famam sufficere etiam ad inquisitionem specialem, imò & ad prehensionem, ac etiam ad torturam, ob id infra suis in locis hac de re fufius disputabimus.

Quartum indicium sufficiens ad inquirendum generaliter, descendit ex graui inimicitia. Ita scribit Iul. Clarus in d. pract. crimin. qu. 20. ver. ad inquirendum, & q. 31. vers. inimicitia, qui quidem asseruit, sufficere etiam ad specialem inquisitionem, & idem tradit Blanc. in l. vltim. nume. 175. ff. de quæst. Et ij quoque scribunt sufficere ad prehensionem & capturam.

Quintum indicium sufficiens ad generalem inquisitionem exoritur ex testimonio propinquorum illius vulnerati, vel occisi. Ita tradit Blancus in pract. crim. in prin. num. 13. & nu. 28. qui eiusdem opinionis recenset inter cæteros Ang. & Rom. in l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad S. C. Syllan. Hoc autem indicium sufficit pariter ad prehensionem, & capturam huius suspecti, vt scribit Salyc. in l. absentem, C. de accus. & in l. 2. C. de custo. reor. Blanc. ubi sup. num. 14.

Quo autem specialis inquisitio formari, & libellus reo transmitti possit, inter cætera indicia hæc solent connumerari.

Primo fama, vt diximus paulò supra, secundo grauis inimicitia, vt etiam attigimus supra, & vberius dicemus infra questione ab hac secunda, cum disputabimus, an indicium hoc ex inimicitia sufficiat ad torturam. Tertium indicium sufficiens ad inquisitionem specialem oritur ex fuga. Ita sentit Blancus in l. vlti. num. 279. ff. de quæst. & apertius Iul. Clarus in pract. crim. q. 20. vers. ad formandum, in fin. Et de effectu fugæ multa dicemus infra questione ab hac secunda. Quartum indicium ad specialem inquisitionem aptum, oritur ex testimonio socij criminis, aliquibus tamen in casibus. Ita Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. in fin. post Angel. Aret. in tract. malefactorum, in verbo, fama publica, & scripsi libro 2. de Arbitr. indicium, casu. 474. vbi vberimè explanauit, quam fidem faciat testimonium socij criminis. Quintum indicium oritur ex assertione offensi, existentis in articulo mortis. Ita Franc. Brunus in tract. de iudiciis & tortura, parte 1. q. 3. num. 26. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. vers. assertio vulnerati. Sextum indicium oritur ex denunciatione syndici, vel alterius officialis præpositi ad deferendum crimina. Ita Salic. in l. ea quidem, col. 6. vers. 10. quæro, C. de accusat. Ange. Aret. in tract. malefic. in verbo, nec non ad denunciationem, numer. 14. Marfil. in pract. crim. in fine principij. Blancus in pract. crim. in verbo, his præmissis, nu. 130. & idem in tract. de iudiciis & tortura, num. 396.

- arbitratum.
- 2 Tortura & questionibus locum facere non solum præsumptionibus, sed & iudiciis. Et qualia illa esse debeant, n. 3 & 4.
- 5 Indicum ad torturam sufficiens oritur ex atestatione testis vnius, de visu ipsius gestu & actus, & delicti commissi. Nec opus est vt omni sit exceptio maior, n. 6.
- 7 Testis vnus de visu non solum indicium, sed & semiplenam facit probationem.
- Et que cõcurrere debeant, vt huic iudicio sit locus, n. 8. 10. & 11.
- 9 Testis vnus ad iudicium faciendum, quando necesse non sit vt omni careat exceptione.
- 12 Testis vnus omni exceptione maior, indicium facit etiam in crimine lese maiestatis.
- 13 Testi omni exceptione non maiori, quando index possit adhibere fidem.
- 14 Confessio extraiudicialis accusati, facit indicium sufficiens ad torturam.
- 15 Confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem.
- 16 Confessio extraiudicialis vt faciat indicium, quæ requiratur, n. 17. 19. 20. & 21.
- 18 Falsum sine causa non præsumitur commissum.
- 22 Confessio extraiudicialis etiam minoris, indicium ad torturam præbet, si talis sit qui torqueri possit.
- 23 Confessio extraiudicialis torturæ locum facit, facta etiam parte absente.
- 24 Confessio tacita orta ex responsione accusati, dicitur præsumptio violenta.
- 25 Confessione extraiudiciali per reum reuocata, locus non est torturæ.
- 26 Confessio sacramentalis facta coram sacerdote, non facit indicium ad torturam. Et quæ sit ratio, n. 27.
- 28 Fama quibusdam aliis adminiculis concurrentibus, & ad torturam indicium sufficiens.
- 29 Fama non habet vim testimonij, sed vices accusatoris obinet vel iudicis.
- 30 Fama plus mai, quam boni nunciat.
- 31 Fama vt indicium ad torturam faciat, quæ requiratur.
- 32 Fama vehemens absque aliis adminiculis, indicium torturæ præbet.
- 33 Fama vehemens quæ sit, index arbitratitur.
- 34 Fama sola indicium ad torturam facit in his, quæ sunt difficilis probationis.
- 35 Fama tum denunciatione syndici concurrens, indicium præbet questionibus.
- 36 Fuga ad torturam est indicium sufficiens.
- 37 Fuga quando questionibus faciendis non præbeat indicium, n. 38. 39. & ibid. additur declaratio, n. 40.
- 41 Fuga ob contumaciam indicium facit, concurrens lenitate vite in accusato, vel alio quodam adminiculo.
- 42 Fugiens ex carcere, eo tamen non fracto indicium ad torturam facit, & quando.
- 43 Fuga iniuste carcerati, torturæ non est indicium sufficiens.
- 44 Carcere discedens animo recedendi, non facit indicium questionibus.
- 45 Carcerem frangens, & el compedes rumpens, fugiendo non solum torturæ indicium facit, sed & probationem plenam si fuga cum conspiratione facta fuerit.
- 46 Fuga sola etiam absque conspiratione, si cum carceris fractura fiat, plenam probationem criminis facit in aliquibus casibus, n. 47. & 48.
- 49 Fuga cum fractura carceris, quando ad condemnationem probationem non faciat.
- 50 Fuga scholarium ex priuilegio contra ipsos non facit indicium, excepta heresi.
- 51 Inimicitia capitalis aliquibus concurrentibus, torturæ indicium est.
- 52 Inimicitia leuis, etiam cum aliis adminiculis, questionibus non facit indicium.
- 53 Inimicitia causata ex offensione non sibi, sed suis facta, indicium facit questionibus.
- 54 Inimicitia orta inter reum & iudicem, efficax est, vt index queat recusari.
- 55 Testem ob inimicitiam repelli.
- 56 Offendens alium, & inimicitie causam probans, potest petere, si bi caueri, ne offendatur.
- 57 Inimicitie effectus per reconciliationem de recenti, non censetur sublatus.
- 58 Inimicitia in specie probari debet, vt torturæ fiat indicium.
- 59 Minæ præcedentes, questionibus faciunt indicium, & de quibus nimis id accipiendum, n. 60. 61. & 62.
- 63 Minæ factæ ab eo qui non consuevit exequi, aliis adminiculis nõ cõcurrētib, ad torturam nec quidquam faciunt indicium.
- 64 Iracundiæ calore multa proferantur, quæ exequutioni non mittuntur.
- 65 Lingua lubricum ad panam facile non est trahendum.

- 67 Minæ in dubio mediante iniuria, non propria auctoritate intelligi debent.
- 68 Mendacium & variatio accusati vel inquisiti questionibus an præbeat indicium, ubi recensentur opiniones, numero 68. 69. & 70.
- 71 Turbatio & trepidatio animi in accusato vel inquisito, torturæ faciunt indicium aliis incurrentibus.
- 72 Vultus aspectusque sola mutatio non facit indicium ad torturam, & quæ sit ratio, num. 73.
- 74 Testimonium socij criminis, concurrentibus aliis adminiculis, ad torturam facit indicium. Et quando id non habeat locum, nu. 74.
- 75 Testimonium mandatarij alijs adiutum adminiculis, an questionibus indicium præbeat, & quæ sit ratio, nu. 76.
- 77 Confessio & arrestatio offensa facta in mortis articulo, torturæ indicium esse sufficiens. Vbi tamen referuntur opiniones, nu. 78. 79. & 80.
- 81 Indicia lenia concurrentia cum assertione offensi in articulo mortis facta questionibus præbent indicium.
- 82 Assertio raptæ in articulo mortis facta contra raptorem indicium ad torturam facit.
- 83 Confessio facta ex pace inita cum offensa, pretio interueniente, torturæ indicium sufficiens. Et secundum aliquos ad condemnationem quoque, nume. 84. Et quibus de casibus hoc intelligendum, nu. 85.
- 86 Confessio ex pace inita, illa etiam nondum conclusa, an sit torturæ indicium.
- 87 Confessio orta ex pace inita, pretio numerante patre vel coniuncto, non facit torturæ indicium & quæ sit ratio, numero 88.
- 89 Conuersatio & cohabitatio, delicto in domo vel vicinia commissi, indicium ad torturam facit.
- 90 Socius repertus occisus in domo socij, ab ipso socio præsumitur occisus.
- 91 Marito reperto mortuo tacente muliere contra ipsam extat indicium, & è conuerso.
- 92 Mortuus repertus ante domum alterius, inimicitia concurrente, præsumitur à domino domus occisus. Limitatur id, num. 93.
- 94 Damnum à vicinis datum præsumitur.
- 95 Furtum à vicinis factum præsumi, vel eo qui consuevit in ea domo conuersari, numer. 96. cum declaratione, numer. 97. & 98.
- 99 Furtum à viro bonæ conditionis & famæ factum non præsumi, & si res penes eum reperitur.
- 100 Telo vel gladio visus in loco, alijs concurrentibus veluti fama vel inimicitia, indicium facit torturæ.
- 101 Delinquendi consuetudo torturæ, præbet indicium, modo concurrant alia, idque extenditur, num. 102. Et quando non procedat, nu. 104.
- 103 Futura indicamus & metimur ex præteritis.
- 105 Famam malam triennio purgari.
- 106 Sollicitans vltro & diligenter, vt de malefatore inquiretur, cum sua non interst, indicium præbet ad torturam.
- 107 Socius non deferens mortem socij reperti in domo sua occisi, torturæ facit indicium.
- 108 Recipiens scienter in domo sua delinquentem, nulla inter ipsos affinitate suadente, indicium torturæ præbet.
- 109 Associans delinquentem statim delicto commissi, ne comprehendatur, locum facit torturæ. Et quando associatio facta excusetur, nu. 110. & 111.
- 112 Testium examinationem, quamuis consanguinei impediunt nõ est præsumptio contra accusatum.
- 113 Impedire maleficium qui potuit & debuit, non faciendo, locum torturæ relinquit.
- 114 Torqueri potest is, qui non ignorans latrones adesse mercatoribus viam monstrat ad locum illum tendentem.
- 115 Torqueri potest, qui secreto ad aures colloquitus est cum eo, qui deinde delictum commisit, modo alia adminicula adsint, numero 116.
- 117 Reus inquisitus, visus egredi domum ense stricto, eoque curreto, torqueri potest, & secundum aliquos etiam condemnari, nu. 118.
- 119 Indicum ad torturam sumitur contra eum, qui domum exiit vbi delictum commissum est, ex acclamatione in domo existentium.
- 120 Pecuniam suscipiens mutuo, ex qua statim arma emit, & homines conduxit, indicium facit delicti commissi, vt torqueri possit. Nec innocens est is qui pecuniam credidit, numer. 121.
- 122 Arma poliens, gladium acies, aut alia ad delictum preparans, quæ alias facere non consueuerat, torturæ facit locum.
- 123 Venenum emptum ab aliquo, si quis eo reperitur statim interfectus, indicium ad torturam facit contra ementem, nisi contrarie præsumptiones adsint, num. 124.

- 75 Conuersatio mala alio adminiculo concurrente, torturæ facit indicium.
- 126 Frequentatio assidua, in quo quis reperitur occisus, indicium est ad torturam sufficiens, alio adminiculo accedente. Et quando indicium hoc tollatur, & num. seq.
- 128 Cadaver emittens sanguinem, adducto accusato, torturæ præbet indicium.
- 129 Tacens & non respondens ei, qui rumorem spargi asserit, delictum fuisse ab ipso commissum, indicium ad torturam facit.
- 130 Physiognomia mala, alijs adiuta adminiculis, torturæ facit locum.
- 131 Nomen malum & turpe, indicium est ad torturam.
- 132 Delictum commissum præsumitur à commorantibus in loco, si frequenter eo loci delicta committantur atque torturæ indicium est.
- 133 Fama mala delinquentis indicium est ad torturam.
- 134 Præsentia in loco vbi delictum perpetratum fuit, torturæ facit indicium.
- 135 Ensis inquisiti, repertus sanguine madefactus, indicium torturæ præbet. Et quando indicium hoc diluatur, nume. sequenti.
- 137 Vulnera reperta ad mensuram gladij, rei inculpati, indicia sunt ad torturam sufficientia.
- 138 Torqueri potest reus accusatus, iuramentum calumnie delatum recusans.
- 139 Torqueri potest, qui cum armis præfens fuit in loco delicti commissi. Et quando indicium hoc diluatur, ibid.
- 140 Denunciatio syndici vel alterius officialis, alio adminiculo accedente, indicium facit ad torturam.
- 141 Res subtrahæ furto penes accusatum reperta, torturam facit habere locum, si male conuictionis & famæ sit.
- 142 Reus interrogatus respondere nolens, vel non meminisse se, aut recordari asserens, indicium est torturæ.

Quæro octuagesimo nonò, qualis esse debeat præsumptio & indicium, vt locus sit questionibus, & tormentis? Hanc egregiam iuris questionem proposui & explicauit, sed generatim magis, quam speciatim, lib. 2. de arbitrarijs iudicijs, casu 270. quo loci ex recepta Dd. sententia scripti, iudicis arbitrio relinquitur, quæ dici possunt præsumptiones, & indicia sufficientia ad questiones, quam torturam vocant. Et illis accedunt Anton. Gomef. in commentarijs variarum resolut. tomo 3. cap. 13. de probatione delictorum num. 13. & Iacobus Nouel. in practica causarum criminalium, tit. 1. Que indicia præcedere debeant, num. 17. & num. 21. Nunc paulò vberius, & in specie magis, sicuti locus iste expostulat, rem hanc explanabo. Dicimus itaque ante omnia, & torturæ & questionibus locum esse, non solum quando extant præsumptiones, sed etiam quando adsunt sola indicia. (Est indicium quod minus ipsa præsumptione, ac etiam minus semiplena præsumptione diximus supra.) Ita equidem sola indicia sufficere ad torturam affirmavit gloss. not. ab. in l. cum probatio, ff. de probat. & ibi eam annotarunt Bald. Salic. Fulgo. & Iacobinus à S. Georgio. Eam quoque probarunt Bald. in l. vltim. in 1. lect. num. 5. ff. quod metu caus. Ange. in l. 2. C. de quæst. Castren. in l. 2. §. 1. ff. quod ff. ex noxal. causa agat. & ibi Alex. & idem Alex. in conf. 89. col. 1. lib. 3. Franc. Brunus in tract. de iudicijs & tortura. col. 1. Egidius Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de iudicijs & considerationibus ante torturam, num. 7. Anto. Gomef. in commentarijs variarum resolut. tomo 3. cap. 13. de probatione delictorum, num. 2. vers. aduertendum tamen. Hæc tamen indicia debent esse, & vrgentia. l. milites, §. oportet, C. de quæstio. Bald. in conf. 77. Ad euidentiam præmitti, col. 1. lib. 3. Crauc. conf. 6. num. 12. & in conf. 99. numer. 1. Soc. Iun. in conf. 39. nume. 55. lib. 2. & eiusdem opinionis alios plures recenset Roland. in conf. 24. num. 23. lib. 1. Imò, & si aliàs (vt diximus supra quæst. 7.) indicium sit minus semiplena probatione: artamen vt locus sit questionibus & torturæ, indicia debent semiplenam probationem facere. Ita Ioann. Baptista à S. Seuerino in l. aduocendi, num. 72. ff. de iureiur. Alex. in conf. 89. col. 2. lib. 3. quos securus est Soc. Iun. in conf. 39. num. 57. lib. 2. Et debet hæc indicia esse in sua, & in specie perfecta, vt respondit Marfil. in conf. 20. num. 2. & in conf. 29. num. 7. Cæterum tota in eo versatur dubitatio, vnde & ex quibus oriatur hæc indicia, vt eiusmodi sint, quibus locus sit questionibus & torturæ? Et ex multis oriri nostri scribunt. Ego aliquot hic enumerabo atque explanabo, cætera diligens atque studiosus lector, apud alios fortè obseruabit.

Primum oritur indicium ad torturam, & questiones sufficiens, quando vnus testis omni exceptione maior at-

QVÆSTIO LXXXIX.

Præsumptio qualis esse debeat, vt questionibus & tormentis locus sit.

SVMARIA.

Indicia & præsumptiones ad torturam sufficientes quæ sunt, index

restatus est de visu ipsius gesti actus, & commissi delicti. Ita censuit glo. notab. in l. 3. C. ad leg. Jul. maiest. in verbo, conuictus, quam quidem in hanc sententiam commendauerunt ibi Cyn. Bart. Bald. Alber. Angel. & Sali. Idem scripserunt Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, & in l. maritus ff. de quæstio. Bald. in l. milites, C. eod. de quæstio. Albert. in l. 1. C. eod. Salic. in l. ult. C. eod. & in l. in bonæ fidei, C. de iur. iurand. Abbas in c. at si clerici, in princip. num. 14. de iud. Angel. Aret. in tract. maleficio. in verbo fama publica præcedente, col. 4. vers. qualiter. Socin. Sen. in consil. 54. num. 1. lib. 3. Marfil. in l. 1. §. idem Cornelio, num. 12. & in l. maritus, num. 30. ff. de quæstio. & in præf. criminal. §. diligenter, num. 25. Capic. decis. 126. numero 1. Ant. Gomef. in l. 1. variat. resolut. cap. 13. de tortura reorum, num. 7. Gram. in consil. 1. nu. 1. in consil. 37. numero 1. Afflic. in commentariis ad constitutiones Neapolitanas, in consil. que incipit si damna clandestina, in 9. notab. & in consil. humanitatem, in 5. notab. Marfil. in præf. criminal. §. diligenter, num. 3. Ludouicus Carrelius in præf. criminal. pagin. 41. in c. que autem, numer. 1. qui alios recenset, qui tamen hac de re, ne verbum quidem faciunt. Idem affirmant Parisius in consil. 169. num. 64. lib. 4. & Plotus in l. si quando, num. 879. C. unde vi.

Verum Blancus in tract. de iudiciis, num. 323. scribit non esse necesse, quod sit omni exceptione maior: sed sufficere quod sit integer & idoneus. Illa tamen communis sententia probatur ex l. 3. C. ad leg. Jul. maiest. ubi gl. in verbo, conuictus, declarat: Probatur & ea ratione, quia testis quod sit unus de visu, non solum facit iudicium, sed etiam semiplenam probationem, vt probant l. 1. §. idem Cornelio, & l. maritus, ff. de quæstio. ubi Bart. & ceteri, & Ang. in d. l. 3. C. ad leg. Jul. maiest. Cæterum, vt locus sit huic iudicio, quod sit omni exceptione maior. Ita in specie scripserunt multi ex relatis, præsertim Carrelius. Et illis accedunt Socin. sen. in consil. 54. num. 7. lib. 3. Ruin. in consil. 147. num. 3. lib. 5. Ioan. de Amicis in consil. 37. numero 6. Clarus in præf. crim. quæst. 22. Parisius in consil. 151. numero 3. lib. 4. Plotus in l. si quando, num. 879. C. unde vi, alios plures eiusdem opinionis recenset Crauet. in consil. 9. num. 11. & in consil. 99. num. 4. ubi explicat, quando dicatur omni exceptione maior, & quomodo qualitas ista debeat probari. Quod sanè requisitum tunc cessat, quando adit quæ leuitas vitæ inquisiti. Ita Carrelius præcitato in loco, num. 3. ex sententia Andreæ Ifernia. Requiritur secundo quod alia circumstantia seu coniectura non resistat. Ita Bald. in l. 2. col. 1. C. quorum appell. non recip. Alex. in consil. 124. numero 5. lib. 6. Marfil. singul. 476. Gram. voto 3. n. 21. voto 30. num. 31. & voto 34. num. 10. Carrelius in loco præallegato, n. 6. Blancus in tract. de iudiciis, numero 324. Requiritur tertio, quod alia coniectura & indicia concurrant. Non enim sufficere creditur solum testimonium de visu. Ita tradunt Roma in consil. 451. num. 4. quod responsum est Baldi, vt apud eum in consil. 427. Quædam mulier, lib. 5. Marfil. in consil. 74. num. 12. in consil. 102. nu. 10. in consil. 116. numer. 13. & in singul. 342. idem in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæstio. & in præf. criminal. in §. diligenter, numero 5. Carrelius loco præallegato, n. 7. qui alios hoc minime affirmantes recensent. Ceterum ab hac traditione dissentire visus est Afflic. in commentariis ad constitutiones Neapol. & in constitutione, si damna clandestina, in 9. notab. quæst. 2. numero 30. cum dixit, alia indicia non requiri: & subiungit impossibile quodammodo esse quod ubi adit testis de visu, quin etiam ibi adit iudicium ex fama, vel ex inimicitia. conciliari fortè possunt hæc opiniones distinguendo, quod aut testis, qui deponit de visu, est omni exceptione maior, & tunc sufficit eius testimonium absque aliis iudiciis & coniecturis: Et tunc procedit opinio Afflic. Aut testis non est omni exceptione maior, & tunc alia indicia necessaria sunt. Et hoc in casu procedit opinio Baldi & sequacium. Habet locum illa recepta opinio, vt testis debeat esse omni exceptione maior, ad hoc vt iudicium ad torturam faciat, quod etiam in crimine læsæ maiestatis ita respondit Alex. in consil. 11. nu. 2. lib. 1. quem secuti sunt Marfil. in præf. crim. §. diligenter, n. 6. Carrer. loco supra allegato, in fi.

Declaratur prædicta traditio, vt locum non habeat, quando quod sit iudex pro sui arbitrio, potest de causis capitalibus cognoscere. Nam tunc poterit adhibere fidem testimonio eius, quin non est omni exceptione maior, atque ita subiicere reum quæstionibus. Ita respondit Alex. in consil. 65. nu. 9. lib. 1. qui huius opinionis recenset Gandinum, & illum secutus est Gram. decis. 34. nu. 31.

Secunda est præsumptio, seu iudicium sufficiens ad torturam, oritur ex confessione quod sit extrajudiciali accusati. Ita censuit gl. in l. c. §. ff. ad leg. Jul. de adulter, in gl. ultim. quam ibi probarunt Rayn. Bart. Ang. & reliqui. Ita etiam Bart. in l. quoniam, ff. de iis qui notantur infamia. & ibidem Bald. Angel. Castr. & Fulg. Idem Bart. in l. ultim. quæstio. 2. ff. de quæstio. Bald. in l. unica, numer. 20. C. de confess. & in l. milites, col. 1. in fin. C. de quæ-

stio. Salic. in l. ultim. col. 3. C. eod. Abbas in c. olim, col. penult. de rescript. & in c. at si clerici, in prim. nu. 16. & ibidem Felin. num. 6. Decius num. 9. vers. circa secundum, & Alciat. num. 6. de iud. Idem quoque docuit Abbas in c. quam sit graue, de excess. prælat. in c. si quis, de purgat. canon. & in c. de hoc, de summo. Franc. Brunus in tract. de iudiciis & tortura, quæst. 3. primæ partis princ. num. 16. Ruin. in consil. 14. num. 2. lib. 5. Ial. in l. magistratibus, num. 4. & ibid. Decius num. 10. & Purpur. n. 16. ff. de iurisd. omnium iud. Marfil. in l. de minore, §. tormenta, num. 50. de quæst. Anton. Gomef. in l. 1. variat. resolut. ca. 13. de tortura reorum, numero 8. Carrelius in præf. crim. pag. 47. in 7. iudicio. Petrus Folerius in præf. criminal. in verbo, Et si constiterit, in secunda parte tertie partis, num. 22. M. Antonius Blanc. in tract. de iudiciis, numer. 204. Iacob. Nouellus in præf. crim. in tit. ad defensionem, numer. 80. Simancas in catholicis insit. tit. 65. num. 27. Et huius sententia ea est ratio, quod quod sit confessio extrajudicialis facit semiplenam probationem, vt scribunt Bart. & reliqui in l. ad iud. num. 1. ff. de iur. iurand. Multo ergo magis facit iudicium, quod alius diximus esse quid minus ipsa semiplena probatione. Quod tamen locus sit huic iudicio & præsumptioni plura requiruntur: Et quanquam Petrus Folerius præcitato in loco commemorat decem & septem requisiti: Attamen verè quatuor sunt tantummodo: sunt, reliqua enim sunt cæteris coniecturis, & iudiciis communia. Est sanè primum quod requiritur, quod confessio ista debeat esse verisimilis, atque ita debeat habere causam præexistentem. Nam si nulla habebit causam, qua ita factum dici possit, iudicium sumi non poterit. Ita in specie tradunt Bald. in l. clarum, num. 4. C. de aut. præst. Capolla in consil. 33. num. 17. in criminal. Blancus in tract. de iudiciis, numer. 207. Folerius loco præallegato, num. 4. Decius in l. magistratibus, num. 10. & ibid. Purpur. num. 17. ff. de iurisd. omni iud. & probat text. in l. capite quinto, ff. ad leg. Jul. de adul. Et simile est, quod dicimus in crimine falsi, quod falsum quod sit non præsumitur commissum sine causa, vt dice. mus infra lib. 5. præsumpt. 56. Illam autem verisimilitudinem intelligunt præcitati Doct. respectu loci, causæ, temporis & aliarum circumstantiarum.

Requiritur secundo, quod quod sit confessio facta fuerit serio, non autem iocose, vt aliquando euenit inter adolescentes. Ita in specie testatur Alex. in consil. 181. col. 2. vers. præterea, lib. 2. Marfil. in præf. crim. §. diligenter, num. 36. & Folerius in d. 2. parte, n. 10. qui idem esse ait, vt facta esse non debeat calore iracundia.

Requiritur tertio, quod sit confessio quod sit specialis, non autem generalis. Non enim sufficit si dixisset quis se occidisse, vel furtum commississe, nisi etiam dixerit quem occidisse, quid subtraxerit, quo in loco & tempore. Ita Bald. in l. quoniam, col. pen. vers. 5. & ultimo, ff. de iis qui notantur infamia. & in l. in bonæ fidei, C. de iur. iurand. Francic. Brunus in tract. de iudiciis & tortura, parte 1. quæst. 3. num. 16. vers. aduerte tamen. Anton. Gomef. in l. 1. variat. resolut. cap. 13. num. 8. vers. limita tamen, Folerius in d. 2. parte, num. 13.

Requiritur quarto, quod sit confessio facta probata testimonio duorum, ex quo dicitur iudicium reorum. Ita Bart. in l. ultim. col. pen. ff. de quæstio. & scribunt relati omnes. Hoc requisitum est commune cum aliis iudiciis reorum. Habet tamen nescio quid plus cum maiori quadam diligentia iudicari debeat. Qua de re copiosè disserit Folerius præcitato in loco.

Extenditur primo hæc sententia, vt procedat etiam si reus iste accusatus sit ætate minor, modo talis sit ætatis vt torqueri possit. Nam quod sit & eius confessio extrajudicialis iudicium facit ad torturam. Ita scribunt Bald. in l. clarum, num. 4. C. de aut. præst. Marfil. in l. de minore, §. tormenta, num. 51. ff. de quæst. Ant. Gomef. in l. 1. variat. resolut. cap. 13. de tortura reorum, numero 8. vers. quod notabiliter. Brunus in d. tract. de iudiciis & tortura, parte 1. q. 3. & Folerius in 2. parte, num. 28.

Extenditur secundo, vt procedat hæc sententia, etiam quando parte absente quod sit facta fuit hæc confessio. Ita in specie affirmant Bald. in l. quoniam, col. pen. ff. de iis qui notantur infamia. Lucas de Penna in l. 1. col. 3. vers. quod si quis confiteatur, C. de numer. lib. 12. Gomef. in d. c. 13. numero 8. vers. rursus etiam, & copiosè Blan. in d. tract. de iudiciis & tortura, num. 211.

Extenditur tertio, vt procedat etiam in confessione tacita quod sit oritur ex responsione accusati; vt si quis sit accusatus multis de criminibus, & interrogatus an ea commiserit, neget se commississe aliqua ex eis: cætera quæ non negauit, dicitur violenta præsumptione esse confessus, ita Bald. in l. siue possidetis, numero 5. in fine. C. de probat. si ergo est præsumptio violenta debet sufficere ad torturam. Et quamquam loquatur Bald. de actu iudiciali, idem tamen ego con-

cederem in extrajudiciali, reliqua dicemus infra lib. 6. sequenti, præsumpt. 56. cum explicabimus c. nome, de præsumptione sumpta ex argumento a sensu contrario, & ab inclusione vnius ad exclusionem alterius.

25 Declaratur primo, vt locum non habeat hæc sententia, quod sit reus iste accusatus, reuocauit confessionem hanc extrajudicalem.

Nam tunc non facit iudicium ad torturam. Ita Bald. in l. unic. num. 96. C. de confess. Ial. in l. magistratibus, n. 6. ff. de iurisd. omn. iudic. Felin. in c. olim, numer. 2. de rescript. idem Felin. & ibid. Dec. in c. at si clerici, in princ. de iud. Purpur. in d. l. magistratibus, num. 20.

Cæterum ab hac opinione dissentiunt Decius in d. l. magistratibus, nu. 12. Blanc. in d. tract. de iudiciis & tortura, n. 209. & Gomef. in d. c. 13. num. 18. vers. item etiam limita. Horum leuia argumenta tunc non confutabo, quia locus non postulat, vt singula excutiam.

26 Declaratur secundo, vt quod sit non procedat in confessione extrajudiciali facta coram sacerdote in confessione sacramentali. Nam hæc quamuis fuerit ab eo sacerdote detecta, attamen nec fidem, nec iudicium contra illum confessum facit, vt torqueri possit. Ita Bald. in l. archiepresbiter, C. de Episc. aud. quem in specie sequitur etiam Anton. Gomef. in d. c. 13. num. 9.

27 Ea est ratio quod sit hæc confessio dicitur facta tanquam Deo, non autem tanquam homini, iuxta c. si sacerdos, de officio ordin. & c. dilectus, ubi gloss. de excess. prælat. & gloss. in c. omnia vtriusque sexus, de panis. & remiss. Et propterea illi sacerdoti nulla fides adhibetur in iudicio. Hanc tamen declarationem intelligit Gomef. præallegato in loco, quando verè is confessus in ipso actu sacramentalis confessionis dixit, se deliquisse: secus verò, quando non in vim confessionis & pœnitentiæ, quia tunc licet ei dixerit in secreto & protestatione præmissa, quod non debeat reuelare, ac si sub confessionis sigillo dixisset: attamen si is sacerdos productus in testem, potest & tenetur (inquit Gomef.) reuelare veritatem, ex sententia Innoc. in c. qualiter & quando, il. 1. col. 2. de accusat. Abbas in c. si sacerdos, de officio ordin. Felin. in c. intimauit, col. 2. & 3. de testib. & diui Thomæ in 4. sententiarum, distin. 21. q. 3. art. 1.

Cæterum existimo traditionem hanc esse dubiam, cum relati Doctores loquantur, quando ageretur de delicto, vel in futurum committendo, vel quod in futurum adferre poterit alteri graue detrimentum: secus verò est in delicto iam commisso, quod quidem si incognitum est, detegi hoc modo non potest, vel si cognitum fuit delictum sed incognita persona non debet ipsa persona detegi, ita copiosè declarauit in consil. 107. numer. 77. & numer. 71. cum aliis subsequentibus. Et præterea, admissio, quod commemorat Doctor, loquantur de delicto iam commisso, adhuc Gomefij declaratio non ita absolute procedit, sed est distinguendum vna cum Diuo Thoma 2. 2. quæstio. 70. artic. 1. in resp. ad secundum, aut sunt eiusmodi, quæ statim ca sciens debeat palam facere, vt si perierit ad corruptionem (vt sancti Doctoris verbis utar) multitudinis spiritualis, vel corporalis, vel si graue damnum alterius respicit. Nam tunc non potuit is, cui commissum fuit hoc secretum obligari, ne illud detegat. Et hoc in casu loquuntur Innocent. Felin. & ceteri supra relati. Aut verò graue damnum alterius non respicit. Et tunc manifestare is, cui commissum est secretum non debet, nec potest illud detegere. Et diui Thomæ sententiam probant Adrianus in quodlibetis, q. 11. pag. 4. vers. ad quintam difficultatem, & Henric. Boic. in c. omnia vtriusque sexus, in fi. de panis. & remissio.

tertium iudicium ad torturam sufficiens oritur ex fama, quod sit modo aliqua alia adminicula concurrant. Ita scribunt Bart. & reliqui in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstio. ex illo textu. Salic. in l. ea quidam, §. quia propter, de accusat. Gandinus in tract. de maleficiis, in rub. de quæstio. & tormenta, vers. ad probationem fame. Belusius in practica criminali, in rub. de quæstio. Bald. in l. voluntatis, C. de fideicom. Angelus Aretinus in tract. de maleficiis, in verbo, fama publica præcedente, Ial. in repet. l. admonendi, num. 205. ff. de iur. iurand. Francic. Brunus in tract. de iudiciis & tortura, parte 1. quæstio 3. numero 32. Marfil. in d. §. tormenta, numero 15. & in præf. criminali, §. diligenter, numero 25. idem in singul. 97. Antonius Gomef. in l. 1. variat. resolutio, cap. 13. de tortura reorum, numero 10. Blancus in tract. de iudiciis & tortura, numero 313. Paris. in consil. 153. lib. 4. Carrelius in practica criminali, pag. 42. in 2. iudicio. Simancas in institutionum Catholicarum, tit. 65. num. 36. & numer. 37. Iulius Clarus in practica criminali, §. fin. quæstio 21. vers. fama. Crauet. in con. 41. n. 6. Grammat. in consil. 17. n. 10. & in consil. 32. num. 7. in criminali. idem in voto 34. num. 3. Debet autem, (vt diximus) concurrere alia adminicula: altoqui sola ipsa fama non sufficeret. Et ibi permulti ex præcitatis Doctoribus scribunt, quod si iudex ex sola & nuda fama subiice-

ret inquisitum quæstionibus, & ille fateretur delictum, illa confessio sibi non noceret. Et huius sententia ea est ratio, quia quod sit fama vim non habet testimonij, sed vires accusatoris, vel iudicis obtinet. c. qualiter & quando, il. 2. de accusat. Et præterea ij, qui de fama testificantur, de auditu loquuntur, & iniuratum voces audiunt, vt inquit Fabius Quintilianus libro 5. institut. orator. cap. 7. quibus quidem iniuria affectis, vt ille ait, nulla adhibetur fides. Et accedit, quod fama sit ioler plus mali quam boni nunciare. Id quod significauit Ouidius lib. 9. Metamorph.

Fama loquax peruenit ad aures
Dei anira tuas, que veris addere falsa
Gaudet, & à minimo sua per vestigia crescit
Et Seneca in tragædia 4. scribit,
Fama vix vero fauet.

Et egregie Curtius libr. 9. de vita & gestis Alexandri Magni, refert Alexandrum ipsum magnum de fama consueuisse hæc dicere: Nunquam ad liquidum fama perducitur, sed falsis mixta omnia illa tradente maiora sunt vero. Alia plura his similia congerit Simanc. in d. tit. 65. num. 38. & num. 40. Vt ergo fama iudicium ad torturam faciat, requiruntur quod sit simul, quod sit reus vilis & infamatus sit: & quod fama sit orta non à maleuolis, aut leuibus hominibus, & testibus ideneis probata esse debet fama hæc. Ita præcitati Doct. es scribunt.

Declaratur primo hæc sententia, vt locum non habeat, quando quod sit fama esset vehemens. Nam tunc ipsa sola, abque aliis adminiculis esset sufficiens ad torturam: Ita respondit Bartol. in consil. 91. Domino Paci lib. 1. idem scripsit Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iuram. firmam. Ial. in repet. l. admonendi, numero 205. ff. de iur. iurand. Felin. in c. veniens, nu. 15. de testib. Brunus in tract. de iudiciis & tortura, parte 1. quæst. 3. num. 32. Marfil. in l. de minore, in §. plurimum, n. 29. de quæstio. idem in singul. 97. & singul. 205. & in consil. 3. & in consil. 29. Carrelius in d. 2. iudicio, num. 6. Grammat. in consil. 57. num. 16. in criminali. idem in decis. 34. nu. 52. & in decis. 42. nu. 11. Quæ autem dicatur fama vehemens, quod sit relinquitur arbitrio iudicis, vt post Bartolum in 33. d. consil. 10. scribunt multi ex relatis supra.

Declaratur secundo non procedere in his, quæ sunt difficili probationis: Nam tunc sola ipsa fama sine aliis quod sit adminiculis iudicium facit. Ita Iul. Clar. in præf. crim. in §. fin. q. 21. vers. cæterum.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando quod sit cum fama concurreret denunciatio iudicis. Ita Bart. in d. consil. 91. in fin. & in l. excusantur, §. etas, ff. de excus. iuro. Francic. Brun. in tract. de iudiciis & tortura, parte 1. q. 3. num. 32. Carrelius in d. 2. iudicio, num. 3.

Quartum iudicium sufficiens ad torturam oritur ex fuga. Ita in specie affirmant permulti, quos statim commemorabo. Quo hæc traditio clarior & apertior reddatur distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando fuga obicitur alicui tanquam crimini, & pro crimine. Hic casus ad rem nostram non pertinet: Hoc tamen in casu censent omnes, quod statim quo probata est ipsa fuga, dicitur probatum delictum, l. desertorem, ff. de re milit. & l. 1. & l. 2. C. de deserto. lib. 12. & ibi tradunt omnes Ioan. Andreæ in annot. ad Spec. in tit. de præsumpt. §. species, nu. 3. in fin. & Franc. Brunus in tract. de iudiciis & tortura, parte prima, quæst. 3. nu. 7. Girlandus in tract. de relaxat. carceratorum, in tit. de fuga, num. 3. Iulius Clarus in præf. criminali, §. fin. quæstio. 21. in vers. fuga.

Secundus est casus, quando fuga obicitur pro alterius criminis probatione, quod sanè crimen sufficit probare ex suspitione. Hoc in casu fuga sufficit: ex quo eum suspectum facit, l. publicis, §. præterea, ff. de suspect. tuor. Et hunc casum affirmare omnes, asseruit Brunus in dicta q. 3. nu. 7. Girlandus ubi supra num. 3. Iulius Clarus ubi supra.

Tertius est casus, quando eiusmodi est crimen, vt ad eius probationem requiratur plena probatio; & iste fugit ante inchoatum processum, & vocatus non reuertitur. Hoc sanè casu fuga facit iudicium. Ita Brunus in d. q. 3. num. 7. vers. primo casu, qui sentit hoc iudicium esse sufficiens ad torturam. Bostius in tract. causarum criminali, tit. de iudiciis, nu. 49. & idem senserunt alij permulti, quos recenset Clarus in d. q. 21. in vers. fuga, qui communem esse sententiam testatur.

Declaratur primo hic casus vt non procedat, quando hic, qui fugit, quod sit vocatus ad iudicium, & venit. Nam tunc illa fuga facit nullum iudicium. Ita Bart. in l. quid sit fugiuius, §. 37. scienti, ff. de edil. edit. atque ita intelligitur glo. l. 1. §. emanfor, ff. de re milit. idè scripsit Brunus præcitato in loco, vers. primo casu, Ioan. de Amicis in consil. 7. num. 19. & in consilio octuagesimoquinio, numero octauo. Clarus in dicto §. fin. quæstio 21. vers. fuga, in fine.

Declaratur secundo, vt procedat quando aliqua iusta-

38 vel colorata causa subesse potest, vt hic abesse cœperit. Nam tunc illa fuga, vel vberius absentia eum suspectum non facit. Exemplum, vt si quis ob factiones timeret, ne ipse occideretur, etsi innocens sit de morte alicuius, qui alterius factionis erat: vel timeret ne falsò ab aduersæ factionis viris accuferetur: nam tunc si aufugit, indicium non facit contra se ad torturam. Ita Bald. in l. in bonæ fidei, C. de iureiur. Brun. in d. q. 3. n. 6. ver. aut non fugit.

Adfertur etiam aliud exemplum, vt si iste consuevit sæpè recedere ab vrbe, & etiam ad remotas regiones proficisci, purâ ex causa negotiationum, vel similem ob causam. Nam tunc sua absentia indicium aliquod non facit. Ita Bald. in d. l. in bonæ fidei, C. de iureiurand. Roman. in l. admonendi, numero vigesimo quinto, ff. de iureiurand. Brunus in d. quæstio 3. numero 8. Carreus in pract. criminali, pag. 44. in 3. indicio, numero 6.

Tertium exemplum, quando hic qui aufugit, timebat sæuitiam iudicis, quia ita sæuire in homines consuevit. Ita scribit Girland. de relaxat. carceratorum, tit. de fuga, num. 10. Est & quartum exemplum, vt si timebat ne de facto prehenderetur, & carceri inderetur, tunc, n. fuga non facit indicium, sicuti scribit Bart. in l. quid sit fugiuius, §. 1. ff. de adii. edict. Io. de Ami. in conf. 7. n. 18. Gir. in tra. de relaxat. carcerat. tit. de fug. numero 9. vers. 3. limitatur. Carre. in d. 3. indicio, numero 8. Quod sanè exemplum eo magis procedit in his, quibus summa esset verecundia, si carceri includerentur, vel si ob ætatem carceris duriciam ferre non possent, quemadmodum Demosthenes sua in epistola 2. de tuo reditu se excusat, quod iudicium Atheniensium effugisset. (Demosthenis verba hæc sunt:) Iam ob discessum meum iuste irasci mihi non potestis, neque enim ideo abij, quod de vobis desperarem, aut vspiam aliò respicerem: sed primum carceris ignominiam ferebam grauitè, deinde propter ætatem, afflictionem illam corporis perpeti non poteram: denique & vos non nolle putabam, illam contumeliam me effugere, quæ neque vos quidquam iuuabat, & me perdebat. Hæc ille.

49 Quartus est casus, quando aufugit accusatione & querela iam proposita, antetamen citationem factam. Hoc in casu, hæc fuga nullum facit indicium, sed aliqualem suspicionem, vt probat text. in lege Cornelia, ff. ad Silla. Ita Bart. in l. 1. ff. de bonis eorum qui sibi mortem conscie. Ang. in l. vltim. ff. de quæst. Roma. in l. admonendi, num. 25. ff. de iure iur. Brun. in d. tract. de iudiciis & tortura, part. 1. quæst. 3. numero 9. Decius in consil. 234. numero 1. Marf. sing. 115. & sing. 497. Carre. in d. 3. indicio, num. 14. Girland. in tract. de relaxat. carceratorum, in tit. de fuga, numero 4. Boer. q. 215. numer. 7. Hæc tamen suspicio, maior aliquando, & aliquando minor personarum & rerum circumstantiis est: ob id iudicis arbitrio quanta sit relinquatur, vt in specie admonuit & rectè Si mancas in catholicis inforti. tit. 65. numero 29. Euenit enim aliquando, vt & innocentes formidolosi fugiant, veriti iudicum sæuitiam, aut potentiam inimicorum, aut falsos testes. Extrat celebre exemplum Alcibiadis, qui (vt auctores sunt Plutarchus in illius vita, & Ælianum lib. 13. de varia historia.) cum ad causam pro capite dicendam, è Sicilia vocaretur ab Atheniensibus, obtemperare noluisse: stultum existimans iudicium querere, non fuga sibi consulere, cum fugiendi datur facultas. Et cum quidam diceret, an non credis te ipsum patriæ respondit, imò ne matri quidem crederem, Timerem enim, ne fortè per imprudentiam aut errorem veritatis, nigrum calculum pro candido submitteret.

Declaratur hic casus, vt non habeat locum quando alia suspicio esset contra hunc qui fugit. Ita tradunt Ange. Areti. in tract. maleficiorum in verbo fama publica, num. 45. Carreus in predicto 3. indicio, numero 16. Gram. in consil. 32. num. 7. in criminali.

Quintus est casus, quando accusatione & querela proposita cum adhuc esset in sua libertate, aufugit, & vocatus ad iudicium non venit, sed in contumacia perseuerauit. Hoc sanè casu fuga & ob illâ contumaciam facit indicium, si modo cõcurrat leuitas vitæ accusati, vel aliud adminiculum, vt scribunt Bald. in l. 1. C. de her. inst. Castr. in l. raptores, C. de episc. & cler. Paris Put. in tract. de syndicat. in verb. tortura §. 3. vers. sequitur qu. qui admonet pro qualitate & conditione persone esse procedendum, Marf. in pract. criminali, §. diligenter, n. 136. & in l. pen. in fin. ff. de quæst. idem in sing. 117. Gram. in con. 32. n. 8. & in consil. 45. n. 27. & dec. 11. n. 15. Carre. in d. 3. indicio, nu. 17. qui subiungit hoc procedere, quando contumacia fuit legitime contracta. Nam si aliquam ob causam se excusaret, indicium sufficiens non esset.

Sextus est casus, quando iam proposita querela & carcer: mancipatus aufugit, non fracto tamen carcere. Hoc in casu fuga & hæc indicium facit ad torturam. Ita Felin. in c.

nullus, & ibi Decius n. 7. de præf. Marfilius in practica criminali, §. diligenter, num. 22. Carreus in d. tertio indicio, num. 31. Gram. in consil. 57. num. 2. in criminali.

Declaratur primò, vt non procedat quando iste erat iniuste incarceratus. Nam tunc eius fuga non facit aliquod indicium ad torturam. Ita Alex. in consil. 144. num. 7. lib. 2. Afflic. in comment. ad consil. Neapol. in constitutione, quæ incipit, Clementia. in fin. tertij notab. Carr. loco iam citato, n. 15.

Declaratur secundo, vt non procedat quando iste recessit è carcere animo redeundi, vt quia postea statim rediit. Nam tunc & non facit indicium ad torturam. Ita Barbat. in l. quid sit fugiuius, §. 1. de adii. edict. Carreus in dicto 3. indicio, num. 25. & num. 27. qui eiusdem sententiæ alios commemorat, Girlandus in d. tract. de relaxatione carceratorum, tit. de fuga, num. 7. vers. hæc tamen exceptio, qui explicat, quomodo animus ille reuertendi probari possit.

Septimus ac vltimus est casus quando iste aufugit fracto carcere, vel ruptis compedibus. Hoc sanè casu non solum hæc fuga indicium facit ad torturam, vt iuramentum plenam probationem facit, quoad condemnationem: modo fuga hæc fuerit facta cum conspiratione. Ita probat l. in eos, ff. de carcer. vbi Bart. & Alberic. & ibi quoque in annotat. ad Bart. idem affirmant Paris Put. in tractatu de syndicat. in verbo, carcer. vers. qualiter. Felinus in c. nullus, de præsumpt. Girlandus in tract. de relaxat. carceratorum, tit. de fuga, numer. 5. Carreus in dicto tertio indicio, numer. 32. Roland. in consil. 7. numero 46. libro 1. & Iulius Clarius in dicta practica criminali, §. fin. quæst. 21. vers. tertio autem modo. Extant tamen aliqui casus & in quibus sola ipsa fuga abique conspiratione plenam probationem criminis facit, sicuti & in crimine hæresis, quo quidem dicimus quod fugiens è carcere illo effracto, dicitur relapsus. Ita Felin. in c. excommunicatus, l. 1. n. 7. de her. Idè dicimus in fuga, & quam facit magistratus tempore syndica. Nam illa fuga infert præsumptionem violentam quod in officio deliquerit. Ita probat l. consiliarius, C. de assessor. & tradit Franciscus B. uo. in tractatu de iudiciis & tortura, parte 1. qu. 3. mon. 11.

Declaratur primò vt locum non habeat, quando fuit iniuste & detentus. Nam si fracto carcere aufugit, non facit fuga ad probationem, & condemnationem. Ita scribunt Paris Put. in tract. de syndicat. in verbo, captura, vers. si iudex Marf. in pract. crim. §. attingam, num. 38. Carreus in dicto tertio indicio, num. 56. Rol. in d. consil. 7. num. 47. lib. 1. & Iulius Clarius præcitato in loc. Atque declarationes commemorat Gir. in tra. de relaxatione carceratorum tit. de fuga n. 13. usque ad finem. & aliqua scripsi libro 2. de Arbitrarijs iudiciis, & c. casu, 301. Prædictis addendum illud est, esse tributum in privilegio scholasticis, vt fuga, quæ & aliis indicium facit, contra eos non faciat. Ita Rebuffus de privilegijs scholarium, privilegio 15. qui declarat nisi sit crimen hæresis.

Quotum indicium sufficiens ad torturam oritur ex inimicitia capitali, & modo adminicula concurrant, vt si inimicus minatus est, vel aliquid præparauit, quod significare quodammodo potuit illum voluisse delictum committere, vt si visus est armatus transire per locum, vbi erat offensus, tempore quo fuit commissum delictum, vel fortè paulò ante, absulte è domo magis pretiosa, & deinde ille alter reperitur occisus vel offensus: Nam inde surgit indicium & coniectura, id ad inimico factum fuisse. Et propterea hoc indicium est sufficiens ad torturam. Ita probat l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus. l. 1. §. præterea, ff. de quæstio. & scribunt Bar. in l. vltim. colum. 3. ff. de quæstionib. Baldus in l. 1. C. de hereditibus institut. in l. vltim. C. si quis imperator. maledixer. & in l. meum. C. quod meus causa. Angel. in l. vltim. colum. 2. C. de quæstio. Gandinus in tract. de maleficijs. in tit. de iudicijs quibus proceditur ad torturam. August. de Arim. in annotat. ad Angel. Areti. in tract. maleficiorum. in verbo, fama publica præcedente, num. 50. Caltr. in l. 1. ff. de iis quib. vt indign. Marf. in l. 1. §. præterea, num. 24. ff. de quæstio. idem in pract. criminali, §. diligenter, num. 69. idem in consil. 72. num. 12. Anton. Gomez. in 3. tomo variar. resolut. cap. 13. tit. de tortura reorum, num. 11. Ioan. de Amicis in consil. 51. Grammat. in consil. 7. num. 16. in criminali, idem in voto 15. & voto 30. num. 20. & voto 34. numer. 7. Carreus in practica criminali, pagin. 46. in quarto indicio. Plotus in l. si quando, numer. 880. C. unde vi. & in foro ita obseruari tentantur Ægidius Bossius in tractatu causarum criminali, tit. de iudicijs, num. 47. Iulius Clarius in practica criminali, quæstio 23. in versu inimicitia, ibi, aut verò queritur. Quibus constat hanc esse receptam opinionem, etsi ab ea dissentiant Specular. in tit. de præsumpt. §. species, num. 5. Rom. in l. 1. §. si quis in villa, in primo notab. ff. ad Senatusc. Syllanian Ange. in tra. maleficiorum, in verbo fama publica præcedente, n. 29. & n. 60. qui dixerunt, solam inimicitiam capitalem facere indicium ad torturam. Qua etiam in opinione fuerunt Calcan. in consil. 63. num. 2. Felin. in c. afferre, n. 12. de præsum-

sumptio. Decius in consil. 64. num. 6. vers. inimicus enim, & consil. 189. num. 15. Franciscus Brunus in tract. de iudicijs & tortura, parte prima, quæst. 3. num. 29. Gratius in consil. 136. nu. 24. lib. 1. ra, parte prima, quæst. 3. num. 29. Gratius in consil. 136. nu. 24. lib. 1. ra, parte prima, quæst. 3. num. 29. Ioan. de Amicis in consil. 5. num. 7. Mantua in consil. 52. col. 2. & Ioan. de Amicis in consil. 5. num. 7. Mantua in consil. 52. col. 2. & Ioan. de Amicis in consil. 5. lib. 1. & Tessauros in dec. 24. numero 7. Ab illa tamen prima opinione non recedendum. Quæ sanè opinio intelligitur (vt etiam attigi supra) quando inimicitia est capitalis atque ita grauis, secus si esset leuis.

52 Nam tunc etiam si adesset alia adminicula, & non inde oriretur sufficiens coniectura ad torturam. Ita scribunt ex relictis multi, præsertim Marfilius in d. §. diligenter, nu. 72. Carreus in d. 4. indicio, num. 4. Plotus in d. l. si quando, num. 880. in fin. C. unde vi, & Iacobus Nouellus in sua practica criminali, pag. 60. num. 3. qui asserit ira omnes sentire.

53 Extenditur primò hæc traditio vt procedat etiam & in inimicitia causata ex offensione, non sibi, sed suis facta, vt puniatur patri, fratri, & similibus. Ita Gandinus in rubric. de iudicijs dubia. ad torturam, in primo indicio. Carreus in d. 4. indicio, numero 7. & numero 15. post Lucam de Penna in l. is cuius. colum. 3. vers. scias etiam, C. de his qui se defend. libr. 10. Ioan. de Amicis in consil. 4. numero 13. & si dissentiant Grammat. in voto 30. num. 19. & recepta sententia probatur in l. cum in fundo, §. ipsi autem, vers. sed est, ff. de iure dorum, & in l. Cicero 3. resp. ff. de pen. Confert simile, quod sicuti legatum à testatore factum, censetur tacitè ab eo ademptum & reuocatum ob inimicitiam causatam ex persona legatarij, iuxta l. 3. in fin. ff. de adim. leg. Ita etiam censetur ademptum, quando inimicitia fuit causata ex persona ipsiusmet testatoris, ita tradunt Iaf. in l. si filiam, numero 2. C. de inoff. testam. & in l. hereditas, numero 3. vers. 2. limita. C. de iis quibus vt indign. Ripa in l. si uisus, §. diu. numero 51. & ibidem Crocius num. 34. de legat. 1. & Petrasancta sing. 5. Tamet si hæc de re dissentiant Bart. in l. Petrasancta sing. 5. quoniam, ff. de iis quibus vt indign. Rocum secundis tabulis, §. quoniam, ff. de iis quibus vt indign. Ripa in l. si uisus, §. diu. numero 51. & ibidem Crocius num. 34. de legat. 1. & Tyrac. in l. act. quod cessante causa cesset effectus parte 1. numero 122. in fin. Est etiam simile quod & inimicitia inter reum conuentum & iudicem causata etiam ex solo facto ipsius rei, efficax est, vt is iudex recusari possit, cum non confideretur causa vnde ipsa inimicitia prouenit, sed ipsius inimicitia effectus. Ita scribunt Butrus in c. veniens, l. 2. de sponsal. Alex. in consil. 99. num. 3. lib. 1. Iaf. in l. si filius fam. num. 1. C. de inoff. testam. Marf. in l. 1. §. cum quis latrones, col. pen. de quæst. Ripa in c. 1. numero 14. de iud. Gram. in consil. 13. numero 7. in criminali, & Roland. in consil. 24. numero 46. lib. 1. Est etiam simile quod de repulsatione testis & ob inimicitiam respondit Paris in consil. 13. numero 28. & in consil. 61. num. 16. lib. 4. Est quoque simile quom dicimus quod alterum offendens & sic causam inimicitia præstans, potest petere sibi cauere, ne offendantur, sicuti hanc esse veram, & receptam opinionem scriperunt ex recentioribus Rip. in rub. ff. de damno infecto, numero 20. & in c. 1. num. 14. de iudicijs. Auf. e. in addit. ad Capellam Tolosa, quæst. 189. in fin. Petrus Placa in epitome delictorum, c. 7. num. 8. & Roland. in consil. 24. num. 46. lib. 1. Ea est ratio, quia consideratur ipse effectus inimicitia, non autem vnde illa prouenit.

54 Extenditur secundo, vt procedat etiam quando inimicitia esset de recenti reconciliata. Nam & per reconciliatorem de recenti non censetur sublatus effectus inimicitia, & idè illa adhuc indicium facit ad torturam. Ita Marfilius in l. 1. §. præterea, ff. de quæstio, & Carreus in practica criminali, pag. 46. in 4. indicio num. 9. Et plura de inimico reconciliato scripsi lib. 1. de Arbitrarijs iudiciis, & c. q. 28. num. 8.

Declaratur hæc sententia vt non procedat, quando de inimicitia constat solum in genere. Nam illa indicium non facit, & sed in specie probari debet. Debent sanè testes referre causas inimicitia, vt putà ob talem offensam, vt tradunt Bald. in l. si quis testib. in fin. C. de testib. Imol. in cap. Reynutius. num. 15. de testib. & Iaf. in l. 1. num. 18. C. de test. Felin. in c. cum oporteat, col. 6. vers. item vide Baldum de accus. & in specie nostra ita scribunt Gram. in consil. 12. num. 10. & in consil. 44. nu. 9. & decif. 24. nu. 21. & Carreus in d. 4. indicio, in fi.

57 Sextum indicium & præsumptio sufficiens ad torturam oritur & ex præcedentibus minis, verum quia perplexè hæc à nostris traduntur, aliquot casus distinguendi.

60 Primus est casus, quando & minæ fuerunt factæ ab eo qui consuevit illas exequi. Hæc indicium faciunt ad torturam. Sicuti scriperunt Gand. in tra. malefic. tit. de iudicijs dubitatis ad torturam, col. penult. vers. octauum etiam indicium. Bald. in l. metum C. quod met. caus. & ibidem Alex. Angelus in l. 1. Codic. de iis, quibus vt indign. & ibidem Salicetus, Cast. ensis, & Iason. Imola in l. vltim. num. 10. ff. de hered. instit. Angelus Areti. in tract. maleficiorum, in verbo fama publica, & ibidem Auguth. Ariminen. in additio. Butrius in c. 3. loco, de probat. Abbas in c. scribam, numero 12. de præsumptio. Franciscus Brunus in tract. de iudicijs & tortura, parte prima, quæstio 3. numero 33.

Felin. in cap. 1. num. 2. de off. delega. & in c. afferte, numero 11. de præsumpt. Decius in consil. 189. num. 17. Marf. in pract. criminali, §. diligenter, num. 85. idem in consil. 72. numer. 5. & 11. Carreus in pract. criminali, pag. 51. in duodecimo indicio. Blancus in tract. de iudicijs & tortura, num. 183. Non ignoro tamen multos esse, qui scriperunt simpliciter, minas facere indicium ad torturam, non adhibita distinctione, an is minans consueuerit exequi minas, vel non. Ita sanè Specular. in tit. de præsumptio. §. species, numero 7. Marfilius in consil. 3. num. 13. Boerius quæstio 166. num. 3. Crauer. in consil. 35. num. 1. & num. 16. & communem esse testantur Bossius in tractatu causarum criminalium, tit. de iudicijs, num. 44. Petrus Placa libro primo Epitome delictorum, capite 28. numer. 18. & Iulius Clarius in practica criminali, §. fin. quæstio. 21. vers. Mine præcedentes. Ab illa tamen prima opinione recedendum non est: nisi supremæ potestatis iudici aliter visum sit: sicuti obseruare sæpè solet sapientissimus Senatus Mediolani, qui auctore Iulio Clarò loco præallegato, consuevit sæpè probatis minis, & earum causa iubere torqueri minantem illum, sic & Tessauros in decif. 24. numer. 9. Inò iudices, quorum summa est potestas, interdum tantu faciunt præcedentes minas, vt minantes ipsos pœnis illis feriant, quibus subsecutum delictum puniri mereatur. Extrat præclarum exemplum apud Lituum, decade 3. lib. 10. qui memoriæ prodidit: Quartam Hostilianam damnatam fuisse, quod cum minata esset marito mox tem intra bimense, ille eo tempore decessisset. Er hæc in re animaduertendum est, has minas & debere probari in specie, vt adiuuunt D. c. in dicto consil. 189. numero 17. & egrè Bertrand. in consil. 61. libro 2. & Folerius in practica criminali, part. 2. in verbo, item quod forem, numero 23. 25.

61 Secundus est casus, quando minæ factæ fuerunt ab eo, qui non consuevit illas exequi, sed tamen concurrunt alia adminicula. Hoc etiam in casu hæc minæ indicium faciunt ad torturam. Ita Franciscus Brunus in dicta quæstio. 1. n. 33. post Baldum de Bartolinis in l. licet Imperator, de legat. 1. & Carreus in dicto duodecimo indicio, n. 3.

62 Tertius est casus, & quando minæ factæ fuerunt ab eo qui non consuevit illas exequi: & alia adminicula non concurrunt. Hoc in casu, hæc minæ non faciunt indicium ad torturam. Ita scribunt relati penè omnes supra in primo casu. Et illis accedunt Iacobus Beluissius in sua pract. in rubri. de quæstio. in quarto indicio. Marfilius in pract. criminali, §. diligenter, numer. 86. Antonius Gomezius in tertio tomo variar. resolutionum, cap. 13. tit. de tortura reorum, numero 11. vers. si idem est. Parisius in consil. 54. num. 32. lib. 4. & Ludou. Catus inter consilia criminali. tomo primo consil. 99. numer. 15. Ea est huius sententiæ ratio, quia sæpè multa verba profertur calore & iracundiæ, quæ tamè executioni non mittuntur. argumen. l. famose, §. 1. ad leg. tul. maiest. ibi, nec lubricum lingue & ad pœnam facile trahendum est. Quocirca Paris Put. in tractatu de syndicat. in verbo, tortura, vers. an si quis dixerit, scribit, mulierem quandam è specula minantem aliquando fuisse alicui, quem odio habebat, his verbis: Io te farò tagliar le gambe, non passerà troppo: quæ verba audiens quidam alter illius minati inimicus, cogitauit illum vulneribus afficere sub spe, quod illa mulier fuisset diffamata: id quod prælitit. Capta fuit mulier, & minis probatis, fuit quæstionibus supplicata: quæ quidem afferuit se id mandasse; & pœnis ob id affecta: deinde reperta fuit innocens. Et Pauidem recenset etiam Boerius quæstio 166. numer. 3. Et præterea, minæ & in dubio debent intelligi mediante iustitia, & non propria auctoritate, vt si quis ita sit minatus, vindictam omnino sumam de te, intelligitur summam vindictam, mediante iudice, & principe, vt respondit Alexand. in consil. 183. colum. 3. lib. 7. quem secutus est Crauer. in consil. 151. nu. 18. Et est argumentum l. uxor. vbi gloss. & Doct. C. qui accusa. non possunt.

63 Septimum est indicium sufficiens ad torturam, quod oritur ex mendacio & variatione ipsius accusati; vel inquisiti respondentis. Ita ex sententia Bartoli in l. de minore, §. plurimum, numer. 3. & in l. vlt. num. 3. ff. de quæstio. nib. scribunt Romanus in consil. 8. numero 3. Angel. Areti. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica, num. 105. Franciscus Brunus in tract. de iudicijs & tortura, parte prima, quæst. 3. num. 18. Marf. in practica criminali, §. diligenter, num. 74. & in sing. 103. in consil. 15. num. 15. & in consil. 51. numero 67. Curr. seniot in consil. 41. super processu, in fine. Socin. seniot in consil. 54. num. 13. libr. 3. Boer. quæstio. 163. Grammat. in consil. 5. num. 5. in criminali, Ægidius Bossius in tractatu causarum criminali, in tit. de iudicijs, numero 36. & ibid. num. 38. scribit, ita in foro obseruari consueuisse. His accedunt Ruin. consil. 35. num. 11. vers. sexta coniectura, lib. 4. & Portius Imol. in consil. 94. nu. 37. Hanc quoque opinionem esse communem asseruit Iacobus Nouell-

lus in practica criminali, ad defensionem, numero 57. Altera est opinio eorum, qui scripserunt, solum ꝑ mendacium & variationem, non facere indicium sufficiens ad torturam, sed requiri alia adminicula, quæ cum ipso mendacio concurrant. Ita sanè affirmat Paris Put. in tractatu de syndacatu, in verbo tortura, in versic. mandavit Rex, numero 6. Iam Bald. in l. presbyteri, numero 2. C. de episc. & cler. Ioan. de Amicis in consi. 134. n. 3. Afflicti in commentariis ad consi. Neap. in constitutione si datus clandestina, in 14. notab. post Ileriam ibid. Gram. consi. 59. num. 8. in civil. & in consi. 30. num. 15. in crim. & voto 30. numero 16. Alciat. resp. 465. num. 3. Carrer. in pract. crim. pag. 51. in 5. indicio, numero 1. qui communem esse opinionem asseruit, & eadem probatur Plotus in l. si quando, num. 891. C. unde vi. & Thesaurus in decis. 24. num. 8.

69 Tertia fuit opinio ꝑ M. Anton. Blan. in tractat. de indicis & tortura, numero 269. qui ita distinguit, aut accusatus ille dixit mendacium de his quæ spectant ad immediatam eius defensionem, ut puta si primo negavit se fecisse ad suam necessariam defensionem: deinde dicat contrarium, vel si dicat casu & fortuito fecisse. Hoc sanè mendacium (inquit Blancus) non facit aliquod indicium sufficiens ad torturam. Et hoc in casu (ait ille) procedit opinio illorum qui dixerunt mendacium non facere indicium ad torturam. Aut accusatus dixit mendacium in his, quæ non spectant ad eius defensionem immediatam, ut puta, si interrogatus respondit, quod in illa die commissi delicti non est allocutus Petrum, & postea contrarium dicat: vel si dicat ea die fuisse Venetum, deinde dicat, se fuisse Mediolani. Hoc sanè in casu scribit Blancus, procedit opinio illa Bartoli, & sequaquid, ut scilicet faciat indicium ad torturam. Quam quidem probatur in specie, Petrus Folerius in practica criminali, parte secunda, sub rubric. item quod sororem venenavit, numero 29. Ceterum hæc distinctio vera non est: cum multi Doctores qui negant solum mendacium non facere indicium sufficiens ad torturam, absolotè loquuntur: imò eorum multi veterè sententiam de mendacio prolato in his, quæ non spectant ad defensionem immediatam.

70 Quarta fuit opinio ꝑ quod hoc totum relinquatur arbitrio iudicis. Ita sanè in specie Iulius Clarus in pract. criminali, §. fin. q. 21. vers. mendacium.

71 Octavum indicium ad torturam sufficiens est ꝑ titubatio & animi trepidatio, dum inquisitus, vel accusatus interrogatur: si modo cum ea titubatione & trepidatione, concurrant aliqua adminicula: alioqui sola ipsa titubatio vultus & aspectusque mutatio, non facit indicium ad torturam. Ita Bart. in l. de n. inore, §. plurimum, num. 3. ff. de quest. Paris de Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il. 1. vers. viso. Luc. de Pena in l. quoties, C. de dignit. lib. 12. Angel. Aret. in tract. maleficio, in verbo, fama publica, num. 105. Marsil. in pract. crim. §. diligenter, num. 74. Blancus in tract. de indicis & tortura, n. 259. Gram. consi. 17. numero 17. & voto 30. num. 17. communem esse testatur Carrer. in pract. crim. pag. 47. in 6. indicio Plotus in l. si quando, num. 886. C. unde vi. Simancas in praxi hæreses, tit. 63. num. 24. & in Catholicis insit. tit. 65. num. 33. Iul. Clarus in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. ceterum sola, & Testau. decis. 24. numero 10.

72 Ea est huius traditionis ratio, quia multi ob periculi magnitudinem, & pusillanimitatem ac cordis debilitatem, inconstante loquuntur, pallescent trepidantque. Et ex facto cogitigis refert Paris Put. loco præcitato, quendam inquisitum, innocentem tamen, dum ducebat ante aulam, ubi aderat equuleus, quo torqueri solent malefici, lotium & stercus præritore emisisse. Hæc tamen trepidatio, titubatio, ac vultus mutatio, suspitionem aliquam facit: ut præcitati Doct. omnes admittunt. Et ad rem optimè confert quod scriptum reliquit Cicero in partitio orator. c. lib. 2. ad Hærennium, cuius hæc sunt verba: Titubatio, mutatio coloris, oratio inconstans, tremor, & id genus alia: nempè, si constitueris eum, cum ad eum ventum est, turbuisse, titubasse, expalluisse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicium esse aliquid. Idem Cicero in orat. pro Milone hæc scripsit. Magna est vis conscientie in utramque partem, ut nec timeant, qui nihil commiserunt, & panam semper ante oculos versari putent, qui peccaverunt. Et idem in epist. famil. Trepidatio conscientie indicium est, non memorie vitium. Et de Lyceste accusato, quod aduersus Alexandrum Magnum conspirasset, scriptum sic reliquit Q. Curtius in initio libri 7. Igitur ex custodia educitur, iussisque dicere, quanguam toto triennio meditatus eras defensionem, tamen hæstans, & trepidus pauca ex his, quæ composuerat, protulit, ad ultimum non memoria solus, sed etiam mens eum defecit. Nulli erat dubium, quin trepidatio conscientie indicium esset, non memorie vitium. Et Demolthenes in eandem sententiam ita scripsit in oratione de falsa legatione. Conscientia scelerum eripit audaciam, linguam reprimat, obrutos angit, silentium imponit. Hinc etiam Prouerbum cap. 10. scriptum est. Pavor hic, qui operantur malum. & libri Sa-

piencie, cap. 17. legitur. Cum sit timida nequitia, testimonium dat condemnationis, semper enim præsumit seina perturbata conscientia.

Novum est indicium ad torturam sufficiens, ꝑ quod oritur ex testimonio socij criminis, concurrentibus tamen aliis adminiculis. Ita scripserunt multi quos congesti, ac lectus sum libro 2. de Arbitrariis iudiciis, casu 474. num. 43. Quibus accedunt alij relati a Carrerio in practica criminali, pagin. 49. in 8. indicio, num. 10. qui ex aliorum sententia inter adminicula recenset, quod accusatus ille sit mala famæ, vel quod confueverit conuersari cum eo, qui offensus fuit. Cætera quæ de testimonio socij criminis dici possunt, præcitatis in locis abundè scripta sunt. Non enim illa omnia ad rem, de qua agimus pertinent.

Declaratur tamen hæc traditio, ut non procedat, quando is socius, qui testimonium dixit contra socium criminis, aliis fuit periturus. Nam tunc nullo casu facit indicium contra socium. Ita in specie declarat Alciatus, in tract. de presump. reg. 2. præsumpt. 10. in fin. & præterea cum socius ille mortuus esset, sic saltem dixit testimonium aduersus alterum, multum illi prodest ad probandum eius innocentiam. Quæ de re dicemus infra lib. 5. præsumpt. pen.

Decimum indicium ad torturam sufficiens ꝑ oritur ex testimonio mandatarij, modo alia adminicula concurrant. Ita scribunt Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, §. 3. vers. dicitur communitur. Bald. in consi. 429. An mandatarius, lib. 3. Imol. in c. 1. de cons. §. Marsilius in l. 1. §. dicitur, num. 6. ff. de quest. & in practica criminali, §. diligenter, num. 57. Grammat. decis. 28. numero 9. idem in consi. 21. num. 14. in criminali. & voto 34. num. 2. Carrerius in practica criminali, pag. 50. in nono indicio, Paris, in consi. 151. num. 4. lib. 4. & Ludou. Catus inter consilia criminalia diuersorum, in consi. 99. num. 9. ibi. 1. Ea est huius sententia ratio, quia ꝑ mandatarius dicitur commissis criminis particeps, & quodammodo socius: atque ita criminosis & consequenter indignus, cui fides adhibeatur: sicuti diximus supra de socio criminis.

Vndecimum indicium ad torturam sufficiens oritur ex confessione ꝑ atque attestatione offensis, facta in mortis articulo. Verùm hac de re sunt opiniones. Prima fuit opinio eorum, qui dixerunt, solum hanc assertionem facere ꝑ indicium ad torturam. Ita tradunt Angel. in l. si quis in gratui, §. si quis moriens, ff. ad S. C. Syllania. Isobonus Belulius in practica sub rubric. de questio, in 12. indicio. Paris Put. in tractatu de syndacatu, in verbo, tortura, il. 1. & manifestè Marsil. in consi. 5. num. 14. & in singul. 516. Decius in consi. 363. num. 2. Grammat. in consi. 57. num. 13. in criminali.

Secunda fuit opinio eorum: qui scripserunt assertionem ꝑ huius offensis quanquam in extremis laborantis, non facere indicium ad torturam. Ita sibi parum constans Angel. in l. mater, C. de calum. Alexand. in consi. 14. num. 5. lib. 3. Iason in l. 1. n. 10. C. commun. de leg. Franc. Bruu. in tract. de indicis & tortura, parte 1. qu. 3. num. 26. Petrasancta sing. 55. Nota bene, num. 7. Boer. qu. 90. Cassan. in consi. 58. num. 28. Petrus Placa lib. 1. epitome delictorum, cap. 13. n. 15. Mantua in consi. 118. n. 28. lib. 2. Gram. in consi. 42. nu. 7. in crimi. Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 21. vers. assertio vulnerati, qui attestantur hanc esse communem opinionem, & in foro obseruari.

Tertia fuit opinio ꝑ Marsilij in practica criminali, §. diligenter, num. 123. vers. attamen, qui ita distinguit, aut moriens ille est alienus à mente & intellectu, & tunc locum habet opinio illa secunda, quod scilicet non faciat assertio hæc indicium ad torturam. Aut ille moriens est sanæ mentis & intellectus: & tunc indicium facit, si que procedit illa prima opinio. Ceterum hæc distinctio expressè repugnat traditionibus Doctorum, qui dum loquuntur de assertionem huius morientis præsupponunt pro constanti, illum esse sanæ mentis & intellectus, cum alioqui certum sit, nullam ei adhibendam esse fidem. Quocirca ab ea secunda opinione magis recepta, & vsu forensi comprobata, non est recedendum.

Declaratur primò ut procedat, quando vnà ꝑ cum ipso offensis assertionem concurrunt alia indicia, est leuia. Nam tunc hæc simul coniuncta indicium faciunt ad torturam. Ita Alex. in consi. 14. num. 4. lib. 3. Marsil. in consi. 5. num. 14. in consi. 20. num. 14. & in consi. 78. num. 19. idem in sing. 516. Grammat. in consi. 70. num. 4. in crim. & Carrer. in practica crim. pag. 50. in 10. indicio.

Declaratur secundò, ut non procedat hæc opinio in crimine raptus. Nam tunc assertio raptæ ꝑ indicium facit ad torturam contra raporem. Ita Carrerius in d. indicio 10. nu. 4. post Afflicti quem recenset.

Duodecimum indicium ad torturam sufficiens, oritur ex confessione facta ex pace inita cum offenso. Id quod in 83. telligitur, quando pretio numerato inita fuit. Ita Franciscus Brunus in tract. de indicis & tortura, parte 1. quest. 3. num. 27. Marsilius in practica criminali, §. diligenter, num. 178. & Carrerius in

rius in pract. crim. pag. 51. in undecimo indicio, & pag. 55. in 31. indicio, qui ex sententia Baldi & Parisi Pur. scribunt hanc conditionem ꝑ sufficere etiam ad condemnationem. Et idem sentit Blanc. in tractatu de indicis & tortura, num. 306. Iulius Clarus in practica criminali, §. fin. quest. 21. versic. pax seu, & Plotus in l. si quando, num. 892. C. unde vi. qui intelligit hoc indicium procedere, quando pax & transactio sit illis in casibus quæ à lege non sunt permittit, aliàs secus.

85 Extenditur ut procedat etiam si pax ipsa ꝑ non fuit conclusa. Ita Blancus ubi supra. Nam adhuc indicium facit non declarat tamen Blancus, an illud indicium sit sufficiens ad torturam. Ego certè dicerem non sufficere, nisi alia adminicula concurrant.

87 Declaratur ut non procedat, quando pater ꝑ nomine filij, vel coniunctus nomine coniuncti, pecuniam numeravit, ne ipse filius, vel coniunctus accusaretur. Nam tunc confessio patris vel coniuncti, non facit indicium contra filium illum, vel coniunctum. Ita Carrerius ubi supra ex sententia Cornetii in consi. 300. nu. 2. li. 3. & Afflicti in commentarijs ad constitutiones Neapol. in consi. priusquam. Idem scripserunt Gram. in voto 39. ad fin. & Iulius Clar. in pract. crim. §. si quest. 21. vers. pax. Idem sentit Chaffaneus in consi. 58. nu. 22. Et ratio est clara, quia ꝑ dicitur res inter alios acta.

Decimumtertium indicium ad torturam sufficiens oritur ꝑ ex conuersatione, & multò magis ex cohabitatione, quando scilicet delictum fuit commissum in domo, vel in vicinia, & ignoratur à quo commissum fuerit, & aliquis extat in domo, vel vicinia, qui sit malæ conditionis & famæ, vel qui aliquando rixabatur cum mortuo. Nam ex his, indicium oritur contra illum. Illa Bart. in l. 1. §. si quis in villa, ff. ad S. C. Syllania. & ibid. Roma. numero quarto. & Igneus num. 3. Angel. in l. iusto errore, in princ. ff. de usucap. qui dixit occisum præsumi ab eo, qui locum illum frequentabat. Rom. in consi. 8. col. 1. Angel. Aret. in tractat. maleficium, in verbo, fama publica, num. 53. Calcaneus in consi. 63. num. 3. Gram. voto 23. colum. 1. Crau. in consi. 73. num. 12. Carrerius in pract. criminali, pag. 52. in decimotertio indicio, num. 6. qui eiu dem opinionis alios recenset, qui tamen vix hoc scribunt. Et scribit ibidem Carrerius numer. 26.

90 quod quando socius ꝑ reperitur occisus in domo socij, præsumitur ab ipso socio occisus. Et idem esse ait, quando ꝑ maritus reperitur mortuus, & mulier tacet, est indicium contra eam. Idem conuersò, quando mulier reperitur mortua, præsumitur contra virum. Ita Folerius in practica, parte secunda, secunde partis, rubr. dentur capitula, quod suffocant uxorem, n. 10. Igneus in l. exicipiuntur, numer. 32. ff. ad S. C. Syllania.

92 Est simile, quando quis reperitur mortuus ꝑ ante domum alterius concurrente inimicitia, præsumitur occisus à domino illius domus. Ita Bart. in l. ediles, numero 4. ff. de via publ. Bald. in l. 1. C. locati. Angel. in l. milites, C. de quest. Paris Puterius in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, in versic. si quis inuenitur. Felin. in c. asserit, num. 10. de presump. Ias. in l. si quando, C. unde vi, n. 40. Carrer. in d. 13. indicio, nu. 2. Iacobus Nouellus in practica criminali, in tractatu ad de en. am. num. 65. Grammat. in consi. 53. num. 2. 3. in criminali. Quæ sanè traditio intelligitur, nisi ꝑ conter occisum illum habuisse inimicū extra illam viciniam habitantem. Nam tunc relinquitur arbitrio iudicis, à quo occisus sit præsumatur. Ita Carrerius ubi supra, numer. 3. ex sententia Innoc. in c. cum oporteat, de accusat. Est quoque simile, quod diximus, damnus ꝑ præsumi datum à vicinis, ut docuit Bar. in l. si ita, §. ff. de fundo instruto, instr. que lega.

94 vbi idem esse ait de furto ꝑ quod præsumatur factum à vicinis. Et scribit idem Bart. in l. vlt. nu. 2. ff. de quest. furtum præsumi commissum ab eo, ꝑ qui consuevit conuersari in ea domo. Et cum Bart. idem scripserunt Anto. Gomef. como tertio variat. resolut. cap. 13. de tortura, reorum, num. 13. & Tiraq. in tract. de penis legum, c. causa 23. num. 10. & 11.

97 Declaratur primò, ut hoc indicium procedat in eo, ꝑ qui antea consueverat conuersari in domo, non autem in eo qui paulò antè conuersari cœpit. Ita declarat Carrer. in prædicto 13. indicio, numer. 4. ex sententia Ioan. de Ami. in consi. 7. numero 34.

98 Declaratur secundò, ꝑ ut procedat in cohabitante & conuersante, qui sit malæ conditionis & famæ: secus si bonæ. Ita Carrer. in d. 13. indicio, n. 5. ex sententia Baldi in l. 1. C. locati. & Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il. tertio. Et confert ea, quæ dicemus infra libro 5. præsumpt. 29. vbi declarabitur mus furtum ꝑ non præsumi factum à vi: o bonæ conditionis & famæ, etiam si res furto subtracta apud eum reperitur.

100 Decimumquartum indicium ad torturam sufficiens ꝑ oritur ex eo, quod quis visus est in loco delicti firmatus cum gladio, vel tolò: modo concurrat aliud adminiculum, vñ inimicitia, vel fama, vel quid aliud simile. Ita Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il. 1. versic. si quis est inuenitur.

Carrer. in pract. crim. pag. 52. in 23. indicio, numero undecimo. Idem sentierunt Blanc. in tracta. de indicis & tortura, n. 296. & Folerius in pract. crim. parte secunda, secunde partis prin. sub. rub. dentur capitula, quod suffocant uxorem, n. 12.

Decimumquintum indicium sufficiens ad torturam oritur ꝑ ex consuetudine delinquendi, hoc est, quod accusatus vel inquisitus, consueverit committere similia delicta, modo concurrant aliqua adminicula. Ita gloss. in l. iubemus, C. de probat. Bart. in l. vlt. n. 5. ff. de quest. S. lic. in l. vlt. col. 3. vers. nunc transsumus, C. eod. de quo, Alex. in consi. 5. nu. 2. & in consi. 50. nu. 8. lib. 1. Marsil. in pract. crim. §. diligenter, n. 99. & consi. 44. n. 4. & Carrerius in pract. crim. pag. 52. in decimoquarto indicio. Cum verò delicta sunt dissimilia, ex vno non lumitur indicium ad aliud ut torqueri possit. Ita Ludou. Catus inter consilia diuersorum criminalia in consi. 99. n. 13. lib. 1. tomo 1.

Extenditur hæc traditio ut procedat, ꝑ siue solitus sit iste committere delictum in personam aliorum, siue in personam offensi. Nam si aliàs offendit illum offensum, præsumitur contra eum. Ita Gandinus in tract. de maleficijs, in rub. de indicis indubitatis, in fin. Carrer. in d. 14. indicio, n. 4. Ea est ratio, quia ꝑ ex præteritis futura iudicamus & metimur.

Declaratur primò, ꝑ ut non procedat in eo quem constat tribus superioribus annis non deliquisse. Nam tantò ꝑ tempore censetur purgata eius mala fama: atque ita in eo cessat præsumptio ex regula c. semel malus, de regim. in 6. Ita declarant Ias. in l. si prius, ff. de operis noui num. Gram. voto 3. & ibi d. decimoquarto indicio, & copiosius dicemus infra lib. 5. præsumpt. dum declarabimus d. re. c. semel malus.

Decimumsextum indicium oritur ex eo, quod quis vltro ꝑ diligenter sollicitus, ut inueniatur atque inquiratur de malefactore, & delinquente, cum tamen iura non inuenit, ut hac diligentia. Ita Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il. 2. qui testatur hoc bis contigisse in magna curia Neapolitana in quibusdam, qui aliteris mortem detulerant & sollicitauer. ut malefactores inuenirentur. Nam & ipsi capti & questionibus supplicati, confessi sunt, se delictum illud perpetrasse. Hanc ipsam sententiam probant etiam Marsilius in l. vnus, §. seruo, qui vltro, num. 7. ff. de quest. in pract. crim. §. diligenter, num. 150. & Carrer. in pract. crim. pag. 53. in decimoquinto indicio, qui asseruit ita etiam occidisse suo tempore. Ita pariter euenisse in curia Salamaticensi testatur Antonius Gomefius, in tertio tomo variat. resolut. cap. 3. de tortura reorum, numero 14. Et huc pertinet egregius locus Ciceronis in oratione pro Sext. Roscio Amerino, cuius verba adscripsi. Tu ne cum ceteri socij fugerent, ac se occultarent, ne hoc indicium non de illorum præda, sed de huiusmodi maleficio fieri videretur, potissimum tibi partes istas depoposicisse, ut in iudicio versaberet, & sederes cum accusatore, qua in re nihil aliud assequeris, nisi ut ab omnibus mortaliibus audacia tua cognoscatur, & iua imprudentia. Hæc ille.

Decimumseptimum indicium ad torturam sufficiens oritur ꝑ ex eo, quod socius reperitur occisus in domo socij, qui mortem socii non detulit, sed tacuit. Ita egregie Rom. in l. exicipiuntur, in fiff. ad. S. C. Syllan. quem secuti sunt Angel. Ariim. in additio. ac Angel. Aret. in tract. de malef. in verbo, fama publica.

Ceterum hac de opinione dubitauit Marsilius in practica crim. in §. expediat, in fi. ex his quæ supra in proximo relato indicio diximus. Sed non erat quod dubitaret Marsilius, cum valde diuersa hæc sint, quod quis sollicitè deserat delictum, anxièque perquirat ut delinquentis inueniatur: aliud quod simpliciter deserat. Nam illò primo casu (ut iam diximus) se suspectum facit. Secundo verò casu non, imò (sicuti diximus) se suspectum faceret, si simpliciter non deserat, sed faceret, ut restè Roman. scriptum reliquit. Quod sanè indicium vehementis & violentum redditur, si in ea domo, is in terram aliquot dies sepultus iacuerit, quemadmodum dicit Aelianus in lib. 13. de varia hist. scriptum reliquit, aliquando euenisse apud Mitylenenses in Macareo Bacchi sacerdotè, qui hospitium repositum depositum occidit, & in templo vbi pecuniam deposuerat terra defossa sepeliuit. Porrò caduere temperato, & cum factum Macareus negaret, sufficiens causa iudicata fuit, quæ tormentis inquireretur. Et minus verisimile dicebatur, occisum illum eo in templo delatum & in terram defossum, in scio ipso Macareo sacerdote, & ob id eum scelus illud perpetrasse. Quare tormentis adhibitis, delictum est confessus. Est simile quod egregie admodum de Thæce illò Martiano, qui deinde Imperator fuit, apud Euagrium lib. 11. c. 1. & Nicephorum li. 15. c. 1. legitur. Et illo in loco scribit Euagrius, huiusmodi coniecturas vehementes adeo esse, ut proprie veritati præualeant.

Decimumoctauum indicium sufficiens ad torturam exoritur ex eo, ꝑ quando quis scienter accepit in domo propriarum ipsum delinquentem, cum inter eos nulla esset affinitas. Nam

insurgit præsumptio & indicium, quod is receptor mandauit delictu committi, vel quod cõscius sit. Ita scribit Gandinus in tract. de maleficijs, in rubri. de indicijs dubitatis ad torturam, in fine. Bonifacius Vitalinus in tract. maleficiorum, in rub. de indicijs, n. 35. Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 3. vers. rex mandauit. Angel. Aret. in tract. de maleficijs, in verbo, fama publica. sentit Felin in c. afferre, n. 11. in si. post B. l. quem citat, de præf. Grao. voto 15. n. 1. Iac. Nouel. in præf. crim. in tract. ad defensam, n. 94. & Carret. in præf. crim. pag. 53. in 17. indicio, & Blanc. in tract. de indicijs & tortura. 202. qui multis modis declarat. Et huc pertinet, quæ de his receptoribus scripsi lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu. 348.

Decimumnonum indicium sufficiens ad torturam oritur contra eum qui ipsum delinquentem statim commisso homicidio & delicto, associat extra urbem, ne prehenderetur. Ita Bald. in l. non ideo minus, in fine, C. de accus. Alex. in conf. 35. lib. 2. Blanc. in tract. de indicijs & tortura, n. 201. Carret. in præf. crim. pag. 53. in 17. indicio. & Iacob. Nouel. in dicto tracta. ad defensam, numer. 112. qui quidem intelligunt nisi ex

110 interuallo facta sit associatio. Nam tunc et stat mala hæc præsumptio contra ipsum associantem. Idem esse aiunt, quando factus associatus est affinis & sanguine coniunctus illi delinquenti: eo enim casu excusatur associans, quippe qui potuit quocumque sanguinem affinis sui redimere. Huc pertinet, quod ex sententia Bal. in l. 1. C. si qua præd. potest. scripsit Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsum. 22. in fin. quod non est præsumptio contra aliquem accusatum, si quomuis eius consanguinei impediant examinationem testium.

Vigefimum indicium ad torturam sufficiens, oritur ex scientia maleficij in eo, qui potuit & debuit impedire ne committeretur, & impedire noluit. Ita Gandinus in tract. de maleficijs, in rubr. de indicijs dubitatis ad torturam, in 9. indicio. Angel. Aretin. in tractat. malefic. in verbo, fama publica. Blancus in tract. de indicijs & tortura, n. 303. Carretius in præf. crim. pag. 53. in 18. indicio. & Iacob. Nouel. in d. tract. ad defensam, n. 98. Et conferunt quæ scripsi i. 2. de arbitr. iud. casu. 355. & dicemus infra li. 5. in præsumpt. vbi agemus de delictis commissis a filio, vel seruo vel amico.

Vigefimum primum indicium ad torturam sufficiens oritur contra eum, qui ita aliquo in loco adesse latrones & assassinos, & tamen ostendit mercatoribus viam, quæ ad locum illum ducit. Nam oritur indicium ad torturam contra eum, quod scienter id fecerit, vt mercatores illi occiderentur, vel spoliarentur. Ita Gandinus in tract. de maleficijs, in rub. de indicijs dubitatis ad torturam, in decimo indicio. Vitalinus in rubr. de indicijs, n. 38. & Carretius in dicta practica criminali, pag. 53. in 19. indicio.

Vigefimum secundum indicium sufficiens ad torturam, oritur ex allocatione secreta ad aures cum eo, qui deinde commisit delictum: si modo alia adminicula concurrant, vt puta inimicitia, & quod delictum fuerit incontinenti commissum. Nam ex his insurgit indicium quod is, qui ad aures est locutus, mandauerit delictum committi. Ita Bald. in l. 1. C. de seruis fugi. vbi apertius Ias. nume. 31. vers. 5. mirabiliter scribit, tria concurrere debere, quod inimicitia intercesserit capitalis cum illo occiso, quod allocutus sit ad aures, atque ita secreto, & quod incontinenti secutum sit homicidium. Idem docuit Fel. in c. afferre, num. 13. de præsumpt. Marfil. in l. 1. §. præterea, n. 27. ff. de quest. Carret. in præf. crim. pag. 53. in 20. indicio. & dicemus infra lib. 5. præsumpt.

Vigefimum tertium indicium sufficiens ad torturam oritur ex eo, quod reus inquisitus visus sit exire domum & aufugere cum ente euaginato & sanguinolento. Ita Gandinus in rub. de indicijs dubitatis, in 6. indicio. & alios plures commemorant Carretius in præf. crim. pag. 54. in 21. indicio, & Iulius Clar. in præf. crim. §. si quis, n. 21. vers. si aliquis, quo loci recenset multos affirmantes, ex hoc solo tam vehementi indicio, reum tunc hunc damnari posse.

Vigefimum quartum indicium sufficiens ad torturam oritur ex acclamatione, vt puta si audita fuerit puella, vel quis alius succurrere, succurrere, & visus deinde sit quis exire domum cum gladio, vel aliis munitis armis: & deinde in domo reperitur mulier stuprata, vel vulnerata. Nam tunc sumitur indicium contra eum, qui domum exiuit. Ita Bald. in l. ult. C. de probat. post Nicolæum de Materelis ibi, idem Bildus in c. cum in nostra, de elect. & in l. 1. §. possidet, ff. ad S. C. Syllan. Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 1. Afflict. in commentarijs ad constit. Neapol. in consuet. quæ incipit, in questionibus, post Ierniam ibi. Franciscus Brunus in tractatu de indicijs & tortura, parte 1. vers. item pone. & Carretius in præf. crim. pag. 54. in 22. indicio. & pag. 55. in 32. indicio. Hæc enim acclamationes & vociferationes indicium faciunt.

Vigefimum quintum indicium sufficiens ad torturam

oritur ex eo, quod quis mutuo suscepit pecuniam, & ex qua statim emit arma, conduxit honines vel alia his similia præparauit. Est sanè indicium contra eum, qui mutuo suscepit pecuniam, quod occiderit. Est etiam indicium contra eum, qui mutuo dedit, quod occidi mandauerit. Ita ex sententia Bartoli & Baldi in l. 4. ff. ad leg. iul. maieff. Scribunt in specie Franciscus Bonus in tract. de indicijs, & tortura, parte 1. quest. 4. n. 10. & apertius Carretius in præf. crim. pag. 54. in vigefimotertio indicio. Ex ea enim temporis breuitate, præsumitur eam ob causam mutuo data, & suscepta pecunia, vt simili in casu tradit Barr. in l. si ventris, §. eorum, ff. de priuileg. cred. & dicemus infra lib. 3. præsumpt.

Vigefimum sextum indicium ad torturam descendit ex præparationibus aptis ad offendendum, vt si quis visus sit emere gladium, vel acuere, vel polire arma, vel coadunare homines armatos, vel arma aliquo in loco collocare, vt parata ibi essent, & deinde apud domum illam perpetratum sit homicidium. Idem si se exercebat armis, cum antea id facere non consueuisset. Hæc sanè indicium faciunt ad torturam. Ita Barr. in l. ult. numer. 5. vers. possimus etiam, ff. de quest. Paris Put. in tractatu de syndacatu, in verbo, tortura, il 1. vers. viso, de indicijs, & in verbo, tortura, il 3. vers. mandauit Rex, ibi, si quis reperitur. Angel. in l. mittes, C. de quest. Franciscus Brunus in tract. de indicijs & tortura, parte 1. quest. 3. numer. 19. vers. item dat aliud. Blancus in practica, crim. in secunda parte defensionis, numer. 38. & 39. Carret. in præf. crim. pag. 54. in 24. indicio.

Vigefimum septimum indicium ad torturam oritur ex eo, quod quis visus sit emere venenum, & deinde reperitur statim fei quis veneno interfectus, præsumptio est contra eum, qui venenum emit. Ita scribunt Angelus in l. milites, C. de quest. Carretius in dicto vigefimotertio indicio, numero secundo & Petrus Folerius in practica criminali, in secunda parte, secunda pars, sub rubr. item quod fororem venenauit, numer. 5. Et ibidem numer. 17. 18. 19. declarat, nisi adfint contrarie præsumptiones & indicia, vt quæ 15, qui emit venenum, erat homo probatæ vitæ, & idem si is diligebat illum veneno necatum.

Vigefimum octauum indicium ad torturam oritur ex mala conuersatione, si modo aliud adminiculum concurrat. Ita sentit Baldus in l. 1. numer. 11. C. de seruis fugi. & apertius idem Bildus in conf. 95. Regula iuris, in fin. lib. 1. Gandinus in tract. de maleficijs, in rubr. de quest. Iacobus Beluifius in practica criminali, sub rubr. de quest. 14. indicio. & in vers. queris igitur index. Paris Put. in tractatu de syndacatu, in verbo, tortura, il 3. vers. mandauit Rex. Angelus Aretinus in tract. de maleficijs, in verbo, fama publica, vers. quæro, an indicium, & ibidem Augustinus Ariminenfis in additio. Marfil. in præf. crim. §. expedita, in fin. Crau. in conf. 73. numer. 12. Gram. in conf. 17. numer. 14. & in conf. 53. numer. 45. in crim. & in decis. 34. in fine, & voto 6. numer. 3. Carretius in præf. crim. pag. 54. in vigefimo quinto indicio. Et ij quidem adducti sunt argu. l. adiles, §. P. ed. us. ff. de edi. ediff. l. si plures, §. quæsi, ff. de administ. iur. & l. vlt. C. si mancip. ita fuerit alienat. Mala enim conuersatio arguit hunc esse talem, quales sunt illi mali, cum quibus is conue. sati solet. Nam ait sapientissimus Salomon, Prover. cap. 13. (Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.) & idem ca. 22. (Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum furioso, ne forte discas semitas eius, & semas scandalum animæ tuæ.) & Propheta in psal. 17. (Cum sancto sanctus eris, & cum vico innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.)

Vigefimum nonum indicium ad torturam sufficiens oritur ex assiduo frequentatione loci, in quo deinde reperitur aliquis occisus. Nam indicium oritur contra illum frequentantem, accedente tamen alio adminiculo, vt si malæ vitæ iste sit. Ita Barr. in l. iusto, in prin. ff. de usucap. & in l. 3. ff. de furt. & in l. vlt. n. 5. in si. ff. de quest. Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 1. vers. si quis est inuentus, & in verbo, tortura, il 3. vers. si quis fuerit inuentus, & vers. viso, de indicijs. Salicet. in l. vlt. col. penul. vers. item quod res, C. de questio. Imol. in d. l. iusto, de usucap. qui expresse dixit requiri, etiam, quod sit homo malæ famæ. Angel. Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publica, n. 52. vers. quid ausum est in strata. & ibidem August. Ariminen. in annotat. Marfil. in practica criminali, §. diligenter, numer. 108. Carret. in præf. criminali, pag. 54. in 17. indicio, & Blancus in tract. de indicijs & tortura, n. 73. & 74. & ibid. n. 75. subiungit, hoc indicium tolli si probatum fuerit, hunc frequentantem locum illum esse vitium bonæ conditionis, & famæ: & quod illa frequentatio est ex causa necessitaria, vt quia is habet domum ibi vicinam, vel ob quid simile. Et idem scripserunt reliquit Iacobus Nouel. in practica criminali, iis. ad defensam, sub rub. an indicia pro reo danda sint, n. 63.

Trigefimum

Trigefimum indicium oritur ex eo, quod adducto inquisito vel accusato coram cadauere, cadauer emisit sanguinem. Nam præsumitur, quod ille homicidium perpetravit. Ita scribit Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 3. vers. mandauit Rex, in fine, qui asserit, ita fuisse expertum, Nicolaus Florétinus sermone quinto, tract. primo, c. 6. qui dixit, quod suo tempore sanguis emanauit in præsentia homicidæ, & quod ob id ille fuit prehensus, & tortus, & confessus esse se occidisse: & ideo fuit diffinitiuè condemnatus. Idem scripsit conciliator in problem. Aristotelis, lectione 7. problema 6. qui ita Venetiis euenisse asseruit. Ita quoque commisit in oppido de Lesma Hispanæ, anno 1546. recenset Antonius Gomel. in tertio tomo variar. resolut. cap. 13. de tortura reorum, numer. 15. Eandem opinionem probant Marfilius in practica criminali, §. diligenter, nume. 81. Boer. q. 166. numer. 1. Blancus in tract. de indicijs & tortura, numer. 408. alios commemorat bene eruditus Hieronymus Maggius, qui superioribus annis in bello Cyprio captus, in vrbe Constantinopolitana feritate barbara à Turcarum Tyranno occidi iussus est, inquam, Maggius lib. 3. miscella. c. 5. quo loci hæc de re multorum opiniones & causas commemorat: locum indicasse nunc sufficit, & cuius etiam rei memini lib. 2. de arbitr. iudicium, & c. casu. 270. numer. 16. Sunt enim multi, qui asserunt, hoc iudicium esse incertissimum, inter quos Anto. Gomel. loco præallegato, & de hoc indicio latissime differit etiam Tefaurus in decis. 173.

Trigefimum primum indicium sufficiens ad torturam, oritur ex taciturnitate, vti amicus scribar amico, quod rumor est, & fama in ciuitate, & loco, quod ipse commisit tale delictum, & ille acceptis ac lectis literis, tacuit, atque ita non contradixit, nec se excusauit. Ita Marfilius in practica criminali, §. diligenter, numer. 137. & Carretius in practica criminali, pag. 55. in 28. indicio, & ij quidem moti sunt ex traditione, & doctrina Barr. in l. filius, §. 2. ff. ad Macedo. Qua de re scripsi lib. 2. de Arbitr. iud. & c. casu. 21. & vberius dicemus infra lib. 2. præsumpt. 46. Idem esse scripsit Marfil. & Carretius, quando quis coram testibus fuit reprehensus quod commiserit aliquod maleficium, & ipse tacuit, nec aliquo modo se excusauit.

Trigefimum secundum indicium oritur ex mala physiognomia. Ita Carretius in practica criminali, pag. 55. in vigefimonono indicio, ex sententia Baldi in l. 2. numer. 5. C. quorum appellat, non recip. Vexum Baldus hoc non asfirmat, sed id solum, quod mala physiognomia, arguit in genere malam naturam: non autem in specie aliquod delictum, & Baldum sic etiam intellexerunt Marfil. in præf. criminali, §. expedita, numer. 53. & Blancus in tract. de indicijs & tortura, nume. 406. Quocirca rectius sentit Iacobus Nouel. in præf. criminali, iis. ad defensam, sub rub. an indicia pro reo danda sint, numer. 108. alia adminicula cum hoc ipso indicio concurrere debere. Malam autem physiognomiam malam arguere naturam scripsi supra quest. 15. vbi differni de præsumptione, quæ à figura dicitur.

Trigefimum tertium indicium oritur ex malo & turpi nomine. Ita Carretius in practica criminali, pag. 55. in 29. indicio, ex sententia Io Andreæ in c. contemplatione, de reg. iur. Bald. in l. non ignorat, numer. 12. C. qui accusare non possunt. Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 1. vers. & in indicijs, & in verbo, tortura, il 3. vers. mandauit rex, & alij quos recenset. Verum turpe nomen suspicionem quandam facere tantummodo, scripserunt Ioan. Andr. Card. & Imol. in c. de deposito, Fel. in proam. decret. numer. 32. & alios commemorat Marfil. in l. 1. in prin. n. 39. ff. de questio. Blancus in tracta. de indicijs & tortura, numer. 406. Petrus lantæ sing. 75. Gram. conf. 40. numer. 12. in crim. Ripa in rub. ff. de iur. mar. numer. 8. Paris in conf. 29. numer. 25. lib. 3.

Trigefimum quartum indicium oritur ex loco à communiter accidentibus, vt si aliquo in loco frequenter contingat dilecta committi, ibi commissum præsumitur, & ab illis, qui in eo loco commemorantur. Ita Carretius in practica criminali, pag. 55. in trigefimotertio indicio, ex sententia Baldi in l. ult. in si. ff. de hered. instit. & in l. non hoc, col. ult. C. unde legitur. Antonij de Canario in tract. de tormetis, q. 6. Marfilij in præf. crimina, §. diligenter, numer. 33. & in 2. numer. 36.

Trigefimum quintum indicium oritur ex mala fama delinquentis. Ita Carret. in d. præf. crim. pag. 55. in 34. indicio, post Paridem Puteum in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 3. vers. quidam latro famosus. Verum Blanc. in tract. de indicijs & tortura, numer. 44. vult concurrere debere aliud adminiculum.

Trigefimum sextum indicium sufficiens ad torturam oritur ex eo quod quis reperitur præfens in loco, vbi commissum fuit delictum. Ita tradunt Abb. in c. cum nō ab homine, n. 19. de indicijs. Afflict. in commentarijs ad constitutiones Neapol. incipit, humanitatem. & Carretius in dicta practica criminali,

pag. 56. in trigefimoquinio indicio, & apertius Blanc. in tract. de indicijs & tortura, numer. 295. & n. 300. post Bart. & alios quos allegat. Et scribit Blancus idem esse, quando reperitur in loco propinquo.

Trigefimum septimum indicium sufficiens ad torturam oritur, quando reperitur sanguine madefactus, & probatur, ensem illum fuisse illius inquisiti. Ita Paris Put. in tract. de syndacatu, in verbo, tortura, il 3. quem secutus est Carret. in d. præf. crim. pag. 36. in 36. indicio. idem sentit Boer. in questio. 165. numer. 2. Extrat egregium exemplum apud Plurarchum in parallelis, qui scriptum reliquit, Laium Thebandum prehensum, & carceri inclusum, quod eius gladio constabat occisum Chryssippum, qui nisi adhuc loquens, ipsum Laium exsuspicionem liberasset detectis homicidis, forte questionibus suppositus, & pœna damnatus fuisset. Hoc autem indicium diluitur probando quod gladium ibi reperiunt, fuisse alteri commodatum, vel se amisisse, vt Carretius & Boer. scribunt.

Trigefimum octauum indicium ad torturam oritur ex eo, quod vulnera reperiuntur ad mensuram gladii, aut securis rei inculpati. Ita Carret. in præf. crim. 36. indicio, post Barroolum quem commemorat. Et idem esse ait Carretius, quando gladius reperitur in loco delicti, & vagina ad latum vacua: Boer. in q. 166. numer. 5. quo loci n. 4. recenset simile ex sententia Alberici de Rolare in l. iudicia, col. m. 2. vers. vidi etiam, C. de rei vtd. esse indicium contra eum, quod de furto fuit accusatus, si apparet formam eius pedis conuenire illi, quæ terræ humidæ infixæ est. Et simile, quando sotulares furis reperiuntur in domo, vbi commissum fuit furtum.

Trigefimum nonum indicium sufficiens ad torturam oritur, quando reus accusatus vel inquisitus recusauit præstare delatum iuramentum calumniæ. Ita Carretius in d. præf. crim. pag. 56. in 37. indicio, ex sententia Iacobi Beluifii in præf. crim. sub rub. de quest. Angel. Aretin. in tract. malefic. in verbo, iuramentum, & Alex. in annota. ad Barr. in l. ult. ff. de quest.

Quadragesimum indicium sufficiens ad torturam ex eo oritur, quod reus inquisitus fuit præfens cum armis in loco commissi delicti. Nam ex ipsa assistentia arguitur præstitum auxilium ad perpetrandum delictum. Ita Innocent. in c. continentia, de clerico percusso. Anto. de Canario in tract. de tormetis, quest. 7. Franciscus Bonus in tract. de indicijs & tortura, parte 1. quos secutus est Carret. in præf. crim. pag. 56. in trigefimo octauo indicio. Quod sanè indicium locum habet multo magis, si assistens iste, perpetrato delicto fuit associatus. Ita Carret. præcitat in loco, post Baldum in l. ob hæc, ff. de ijs qui nor. infam. in l. 1. n. 6. C. de seruis fugi. in l. 1. C. de rapr. virg. in l. nō ideo minus, in fin. C. 6. de accus. & in l. data opera, C. qui accus. non poss. Hoc autem indicium diluitur, si probatur hunc assistentem casu aduenisse.

Quadragesimum primum indicium oritur ex denunciatione syndici, vel alterius officialis præpositi ad deferendum delicta perpetrata: si modo aliud adminiculum concurrat, vt puta fama. Ita tradunt Marfilius in præf. crim. in fine princip. Capolla conf. 39. n. 41. in criminali. & Carret. in præf. crim. pag. 56. in trigefimo indicio. Sola enim denunciatio non sufficit ad torturam, sed ad inquirendum tantum, vt dixi supra suo loco.

Quadragesimum secundum indicium oritur ex eo, quod res furto subtracta reperta fuit apud hunc accusatum. Nam si hic sit homo malæ conditionis & famæ, oritur indicium sufficiens ad torturam. Ita Barr. in l. ult. n. 5. vers. item quod res furrua, ff. de questio. & dicemus infra lib. 5. præsumpt. 21. in primo casu. Et ibidem in præsumpt. 22. alias coniecturas furti ab aliquo commissi recenset.

Quadragesimum tertium indicium ex eo sumitur quod reus interrogatus negat respondere, vel responder se aliqua nescire, vel non recordari, cum tamen verisimile non sit, quod non recordetur, & sciat. Hæc enim obliuio non verisimilis, indicium ad torturam facit, ita post alios Bossius in tract. consularum criminalium, iis. de responso. a reo fac. numer. 4. in iis. de indicijs & considera. ante torturam, nume. 55. & in iis. de oppositio. contra testes, numer. 95. Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. a. 29. n. 3. & Iulius Clarus in practica criminali, §. si quis, 45. vers. sed pone, qui tamen Clarus intelligit, quando concurrat aliquod aliud indicium.

QVÆSTIO XC.

Præsumptiones ad quæstiones & tormenta, an diluantur confessione offensi.

SVM MARIA.

1 Indicia ad torturam sufficiens, diluuntur confessione off-

Confessio occisi, quando non operetur, & accusatus de homicidio dicatur innocens. Et quæ sit ratio. num. 3.

QVAERO nonagesimo, an præsumptiones de delicto, quæ ad torturam sufficiunt, dilui atque enervari possint, confessione offensis assentens ab illo inquisito se non fuisse offensum? Et dilui posse affirmarunt multi. Ita sanè Bald. in l. 1. num. 3. C. comm. de legat. Aretin. in ca. servio loco. nu. 31. de probat. Alexan. in cons. 24. num. 15. lib. 2. in cons. 1. num. 16. & in cons. 14. num. 1. lib. 3. in cons. 124. in si. lib. 6. & in cons. 30. colum. ult. lib. 7. Augustin. Ariminen. in additio. ad Angel. Aretin. in tra. cta. maleficiorum. in verbo, qui iudex ad probationem sine inquisitionis, colum. ult. Felin. in c. 1. num. 18. & in c. literas. num. 20. de præsumpt. Iafon in l. de die, colum. vi. ff. qui satisd. cognant. in l. 1. num. 9. ff. de eo per quem factum erit. & in d. l. 1. num. 10. C. comm. de legat. quo loci dixit hanc esse singularem traditionem, & memoria dignam. Marfil. in singul. 22. in fine. & in præctica criminali. §. diligenter. numer. 200. & idem in cons. 17. numer. 10. Petrasancta singul. 55. Paris. in cons. 67. numer. 4. in fine. Ioan. de Anono tracta. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 4. in fine. Ioan. de Anono tracta. 3. Boffius in tracta. causarum criminalium, titu. de factuoribus defensionis. numer. 10. Blancus in præctica criminali, in verbis sic præmissis, num. 132. & in cautela 4. Iacob. Nouell. in præctica criminali. titu. ad defensionem. sub rubric. an indicia pro reo danda sint. num. 90. Anton. Gomez. in tertio tomo variarum resolutionum. cap. 13. titu. de tortura reorum, num. 17. & Petr. Placa libro 1. epitome delicto. cap. 13. num. 17. Chaffan. in cons. 48. num. 5. Crauet. in cons. 6. num. 64. & Gramma. in cons. 65. num. 1. in criminali. Et quamquam ad hanc firmandam traditionem allegari soleant, l. qui cum maior. §. ult. & l. Paulus. la 2. §. 1. ff. de bonis libero. & l. maver. C. de calum. ac l. inter omnes. §. recte. ff. de iuris. vix tamen est, vt illi iuribus probetur. Quocirca dicendum est melius probari in l. 2. ff. ad S. C. Syllania. Et his accedit ratio, quod si confessione eius, pro quo stat præsumptio iuris & de iure, præsumptio illa eliditur, vt diximus supra suo loco quæto magis nostro in casu, vbi sola præsumptio iuris, vel hominis itat pro offensa. Nec hic obstat traditio gl. ult. d. l. 2. ff. ad S. C. Syllani. quod confessio occisi nil operatur, vt accusatus de homicidio dici possit innocens. Nam respondetur glossam illam loqui, quod non præsumptio, vt nostro in casu, sed verè probatum fuit, illum accusatum vel inquisitum deliquisse. Non enim tunc offensus exculpatio atque excusatio illi prodest. Ita declarant in d. l. 2. Bartol. Bald. Angel. Roman. & Comen. quos ibi secus est Igneus num. 11. & num. 54. Idem scripserunt Gandin. in tracta. maleficiorum, in rubr. de transfact. & pacis in maleficiis faciendis, vers. sed pene, quod quidam morisere. & Anton. Gomez. in d. c. 13. num. 17. Cuius sanè traditionis ratio ea est, quia hæc esset remissio quædam delicti facta ab offenso, qui ad sui præiudicium pacisci quidem potest de crimine: sed non ad præiudicium Reipub. offensa iuxta l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. & vctigal. & l. transfigere. vbi Docto. C. de transfact. Est enim ratio, quia non est in facultate hominis, facere de crimine, non crimen, vt scribit Barto. in d. l. transfigere. in fine. Quocirca Doctores præcitati, qui hanc offensus excusationem probant, in eo solo probant ne is accusatus quætionibus, & tormentis subiiciatur: non autem, vt ex eo torto excusetur: quin liceat iudicia aliis coniecturis & probationibus veritatem perquirere, & eum damnare, si constiterit deliquisse. Id quod in specie inter cæteros annotavit Petrasancta. in d. singul. 55. Illud tamen est annotandum, quod si alia adessent coniecturæ quæ præter hanc offensus excusationem ostenderent hunc accusatum non deliquisse, illa offensus excusatio prodesse poterit ad absolutionem. Ita egregiè respondit Alexan. in cons. 24. num. 15. lib. 2. ex traditione Bartol. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. quam explicauit lib. 2. de arbitrariis iudic. & c. casu. 298. Est quoque animaduertendum, quod quando aduersus assertionem, atque ita excusationem offensus, extaret aliqua vrgens præsumptio, illa offensus assertio nil illi accusato prodesset. Ita declarat Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. in fin.

QVÆSTIO XCI.

Præsumptiones ad quæstiones, & tormenta sufficientes, quot testibus probari debeant.

SVMARIA.

- 1 Indicum delicti proximum, uno teste de veritate probatur. Et qualis esse debeat.
2 Indicia remota singula quæque testibus duobus probanda sunt.

Et quando id præferim sit necessarium. n. 3.
4 Testes singulares de singulis indicis attestantes an sufficiant. Et verum sufficiant duo testes inhabiles. n. 5.
6 Imperfecta plura non faciunt vnum perfectum.

QVAERO nonagesimoprimum præsumptiones & indicia, quibus accusatus vel inquisitus subiici poterit quætionibus & tormentis, quot testibus probari debeant? Distinguenti sunt duo casus.

Primus est, quando agitur de indicio proximo, vt si testis de veritate ipsa attestatur, puta si dicat se vidisse Catum vulnerantem Sempronium. Hoc in casu sufficit solus ille testis. Ita loquitur gl. l. si quis. C. ad leg. Jul. maiest. quam probant Alber. ibi Bal. in l. obseruare. colum. 1. in si. ff. de off. procôs. & leg. Capolla in cons. 39. num. 39. in criminali. Boer. quæst. 163. num. 3. Paris. in cons. 151. num. 3. li. 4. Simanc. lib. 4. catholica. Institur. tit. 50. num. 27. & in praxi contra hæreticos. tit. 63. num. 12. Petr. Plac. lib. 1. epitome delicto. c. 46. nu. 46. vers. & inde. lib. 1. Rolan. in cons. 7. num. 3. lib. 2. Iul. Clarus in præct. criminali. q. 22. Riminal. Iun. inter consilia criminalia diuerforum cons. 105. num. 5. lib. 1. Cæterum est quod aduertatur, non hic probari indicium ex testimonio vnus testis, sed ex ipsomet teste nasci hoc indicium: sicuti inter cæteros ex præcatis Docto. aduertit Capolla. in d. cons. 39. num. 39. Et de quo quidem indicio diximus supra quæst. 59. in primo indicio. quo loci ex multorum opinione scripsi hunc testem esse debere omni exceptione maiorem: ac alia etiam concurrere debere adiuuui. Iam dicta non repeto.

Secundus est casus, quando agitur de indicis remotis, vt si agitur de probanda confessione extraiudiciali, vel fama, vel fuga, & his similibus. Hoc sanè casu ad probandum vnumquodque indicium duo testes requiruntur. Ita cenit glo. notab. vbi Bart. l. ult. num. 7. ff. de quæst. Bal. in l. si quis ex ar. gentarijs. §. 1. nu. 4. ff. de eden. Ange. in l. ult. in si. ff. quod mtr. cauf. l. 3. C. ad l. Jul. maiest. Castr. in l. cum proponebatur. col. ult. de leg. 1. Paris. Put. in tracta. de iudicarijs, in verbo, aduertendum, num. 1. Angel. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, fama, numero 18. Francisc. Brun. in tracta. de iudicij & tortura. part. 1. q. 2. num. 3. Iafon in repe. admonendi. num. 153. vers. quinto prædicta regula procedit. ff. de iureiur. Angel. de Castr. inter consilia criminalia diuerforum, in cons. 94. li. 1. nu. 26. Socin. Sen. in cons. 54. nu. 2. lib. 4. Ioan. de Amic. in cons. 7. numer. 5. & in cons. 127. numer. 10. Marfil. in l. 1. §. idem Corne. col. 1. vers. quod tamen intellige. in l. de minore. §. plurimum. num. 90. & in l. vnus. §. testes. numer. 1. ff. de quæst. idem in cons. 9. num. 9. & in cons. 12. num. 15. & in cons. 59. num. 6. idem in sing. 208. Paris. in cons. 153. num. 27. lib. 4. Machel. Bonon. patrocinijs 46. num. 13. Anto. Gomez. in 3. tomo variar. reso. cap. 13. de tortura reorum, n. 18. Gram. in cons. 21. nu. 24. & in cons. 56. nu. 22. in criminali. & voto 22. num. 1. Carcer. in præct. crimina. q. 22. Egid. Boff. in tracta. causarum crimin. in tit. de partu supposito. nu. 36. Alciat. respon. 455. nu. 1. & Simancas in commentar. catholicarum Instit. tit. 50. num. 27. qui scripsit ex multorum sententia iudicia in causa hæreticis plenè probari oportere.

Hæc recepta traditio multò magis locum habet, quando indicij ipsi & præsumptionibus plena fides adhibetur: sicuti quando statuto cautum est, quod in delictis nocturnis indicia & præsumptiones faciant plenam fidem. Nam tunc omnino indicia hæc duorum testimonio debent probari. Ita in specie annotatur Francisc. Brunus in tracta. de indicij & tortura. parte 2. quæst. 8. nu. 7. Marfil. sing. 269. & Carcer. precitato in loco, num. 3. & 4. Huc facit quod scripsit Innoc. in c. sicut. il. 1. de simm. quod est certis in casibus, leuia indicia sufficiant ad probandum crimen: at tamen illa indicia debere plenè probari. Dubitari etiam solet circa hanc quætionem, an testes singulares de singulis indicis attestantes sufficiant? Et sufficere, scriptum reliquit Francisc. Brunus in tracta. de indicij & tortura. part. 1. q. 2. nu. 5. qui asseruit, ita docuisse Fulgosium in l. ult. ff. de quæst. Verum opinio hæc à cæteris reuocatur, & in specie ab Antonio Gomezio in d. 3. tomo variar. resol. cap. 13. nu. 18. qui etiam animaduertit Fulgosium nihil ad d. l. ult. ff. de quæst. scripsisse. Rursus solet & hic ambigi, an sufficiant duo testes inhabiles, puta minores mulieres, infames & similes? Et sufficere scripserunt gloss. in l. inuiti. la 2. ff. de testib. Soci. Sen. in consil. 54. numer. 9. lib. 3. Marfil. in præct. crim. §. diligenter. numer. 8. & Carcer. in præct. crim. pag. 38. in verbo, vis ergo quid sit. Dissentit tamen Antonius Gomez. in d. cap. decimotertio, numer. 18. ver. item etiam, cuius sententia probabilior fortè est, cum ex pluribus imperfectis non resulter vnum perfectum l. vsuras. & l. placuit. ff. de vsuris. & l. Spadonum. §. qui iura. vbi Bar. ff. de excusat. iur. Et præterea, si (ait Gomezio) testis ille solus qui de visu attestatur, debet esse omni exceptione maior: ita etiam duo isti, cum non possit adferri probabilis aliqua differentia ratio.

QVÆSTIO XCII.

Quid agere debeat iudex, quando accusatus, vel inquisitus ob indicia & præsumptiones condemnari potest, saltem pœna arbitraria: vel potest torqueri pro eruenda veritate.

SVMARIA.

- 1 Præsumptionibus & indicij claris & indubitatibus, ab ipsa lege receptis & approbatis, iudex condemnare potest inquisitum, absque alia tortura, pœna tamen arbitraria.
2 Præsumptionibus quidem claris, sed hominis tantum extantibus, reus torqueri debet. Idque totum iudex arbitrabitur. num. 3.

QVAERO nonagesimosecundum, si ex præsumptionibus, & indicij, accusatus, vel inquisitus, potest condemnari pœna saltem arbitraria: item ex præsumptionibus & indicij, potest torqueri pro veritate eruenda quid agere debet iudex? Hac in re duos casus distinguo.

Primus est: quando præsumptiones & indicia sunt clara & liquida, à lege ipsa recepta & approbata. Hoc sanè casu debet iudex condemnare hunc inquisitum, nulla amplius adhibita quæstione, & tortura. Cum satis superque de ipsa veritate constet ex quo præsumptiones à lege approbate, censentur liquidissimæ probationes, vt scripsi supra q. 36. Et in specie ita affirmavit Anton. Gomez. in 3. tomo variar. resol. cap. 12. num. 26. vers. aduertendum tamen.

Secundus est casus, quando extant solum præsumptiones, & indicia hominis. Hoc in casu ait Gom. in d. c. 12. in si. inquisitum debere torqueri, si intelligens traditionem Bal. in l. ult. col. ult. C. de prob. & l. milites. num. 6. C. de quæst. ac Franc. Bruni in tracta. de indicij & tortura. parte. 1. q. 4. nu. 23. Ego existimauerim hoc totum iudicij arbitrio relinquere, vt pro ipsorum indiciorum & præsumptionum qualitate, ac pro conditione personæ arbitretur, an dampni vel torturæ subiici is debeat.

QVÆSTIO XCIII.

Præsumptiones & indicia, quando extant contra accusatum & inquisitum, negantem in tortura deliquisse, absolui an is debeat, vel relinqui causa indecisa.

SVMARIA.

- 1 Negans in tortura delictum se commississe, si præsumptiones contra ipsum extant, iudex an causam indecisam relinquat, vel absoluat. num. 2.
3 Regula, quod actore non probante absoluat reus, de qua probatione accipiat.
4 Malitij hominum obuiandum.

QVAERO nonagesimotertio, si accusatus, vel inquisitus, contra quem extant præsumptiones & indicia, negat in tortura se commississe delictum, an ferri ea in causa debeat sententia, vel causa relinqui indecisa? Hac de re sunt opinioniones. Nam aliqui scripserunt, & causam esse relinquendam indecisam, atque ita iudicem pronunciare posse, sibi non liquere. Ita S. lic. in l. si qui adulterij. col. 2. ver. ex ista glo. C. ad l. Jul. de adul. & in l. 3. in si. C. ad leg. Jul. maiest. & ibid. Ang. Paris. Put. in tract. de syndicat. in verbo, visio de repetit. col. ult. Albe. in l. diuus Marcus. in l. notab. ff. de offi. præsid. qui scribit ita obseruare consueuisse D. Beccarium de Beccaria (patria Papiensem illum fuisse opinor) in suis regiminibus, qui non statim absoluebat accusatum, quem cognoscebat non deliquisse, sed dissimulabat, ne præstaret aniam cæteris delinquentibus: ac accusatores ab accusato desisterent, deinde in fine regim. inis eos absoluebat. Eandem opinionem probauit apertius Marfil. in l. repeti. numero 36. ff. de quæst. & in præctica criminali. §. quoniam. numer. 49. qui testatur in vniuersa Italia obseruari consueuisse, vt iudices ita de causa hæc perplexi, è carceribus pro nunc relaxent carceratum, fideiussione præstita. Hoc enim modo nec absoluant, nec condemnant. Et anno 1576. Iunio mense ita obseruatum fuit Venetijs ab Illustissimo D. Legato apostolico, seu eius D. Auditore, qui ita relaxauit è carcere presbyterum Georgium de Georgijs, Rectorem ecclesiæ S. Bartholomæi huius ciuitatis Paduæ: qui quidem presbyter fuerat accusatus, quod crimen falsi commisisset: à quo crimine ego eum defendebam: sicu-

ti extat responsum à me tunc redditum in cons. 221. lib. 3. Et prædicti Doct. moti sunt ex d. l. diuus. ff. de off. præsid. ex l. si quis adulterij. C. ad l. Jul. de adulter. etiam ea ratione adducti: quia alioqui vel tolleretur defensio innocentia, vel vindicta Reipub. Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, iudicem sua sententia debere absolue hunc inquisitum, vel accusatum ab obseruatione iudicij. Ita Bar. in l. ult. in si. ff. de quæst. Angel. Aret. in tract. maleficiorum. in verbo, fama publica. in fin. Roma. in cons. 451. in si. Crauet. in cons. 287. col. 4. in fin. & egregiè Anton. Gomez. in tertio tomo variar. resol. cap. 13. de tortura reorum. n. 28. vers. sed his non obstantibus. Qui is vitur rationibus & argumentis: Et primo ex generali iuris regula, qua constitutum est, quod actore non probate reus absolui debet, l. qui accusare. C. de edend. Quæ sanè regula intelligitur de plena & legitima probatione, qua reus condemnari possit: quia aliàs non dicitur intentio actoris fundata: sicuti quando nil penitus probatur. Nec reperitur iure cautum aut permillum illud medium à Doctoribus inuentum. Secundo confert l. de qua re. ff. de iudi. De qua re (ait Iulianus) iudex cognouerit, de ea quoque pronunciare cogendus est. Idem in l. ubi captum. eod. tit. & in aut. qui semel. C. quo mo. & quando iudex. Tertio accedit tex. l. ult. ff. de calumniar. quo probatur, quod si reus torqueretur & delictum non fatetur ita vt delicti probatio non resulter: absolui debet: & ibidem annotauit Bald. Quarto huc pertinet c. quoniam. & c. ult. de purg. canon. quibus sancitum est, quod ille, qui compurgauit indicia, quæ contra se erant, statim debet diffinitè absolui. Quinto confert ratio, quod si causa hæc indecisa maneret, accusatus vel inquisitus, facile posset quotidie vexari ab aduersariis: id quod iure permillum non est: cum hominum malitias obuiandum sit. In fundo. in fine. ff. de rei vend. & l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arce. cum his similibus. Nec quidquam vrgent alterius opinionis argumenta. Nam tex. d. l. diuus. ff. de off. præsid. nil ad rem facit: quandoquidem illa dissimulatio fit, eo in casu, in quo delictum quidem fuit perpetratum, sed tamen illi delinquenti, ob futorem, & mentis alienationem, est quodammodo ignoscendum. Et simile est quod recentius in tract. de retinenda possessione, remedia tertio. nu. 750. auctoritate Gellii lib. 12. noët. Atit. cap. 7. & Valerii Max. li. 8. c. 1. Nò etiam obstat, l. si quis. C. de adulter. quia respondetur, quod verè ibi durante lite & instantia accusationis, de adulterio perpetrato, accurate ipsi, antequam vel absolui, vel damnari essent, contraxerunt matrimonium, vnde merito reiecta illa excusatione, fuerunt deinde damnari. Non etiam repugnat illa ratio, quod alioqui tolleretur defensio innocentia, vel Reipub. vindicta, quia responderetur, iudicem iudicare oportere, secundum probationes, quas tunc adesse cernit. quod si noua indicia, vel probationes superuenient, non impediatur de nouo inquirere, ex quo accusatum illum solummodo absoluit ab obseruatione iudicij.

QVÆSTIO XCIII.

Sententia quibus ex præsumptionibus ferri debeat, & possit.

SVMARIA.

- 1 Sententia ferri potest ex præsumptionibus iuris & de iure.
2 Sententia ferri potest ex præsumptionibus iuris tantum, contra-ria probatione non sublatis.
3 Sententia ferri potest ex præsumptione hominis violenta.
4 Sententia ferri non debet contra aliquem, ex præsumptione hominis probabilis.
Neque si præsumptio leuis sit. n. 5. Multò minus si temeraria. num. 6.

QVAERO nonagesimoquarto, ex quibus præsumptionibus ferri sententia possit & debeat? Distinguenti sunt tres casus, quemadmodum & tres præsumptionis species diximus.

Primus est casus, quando præsumptio est iuris & de iure. Hoc in casu certum & clarum est, sententiam ferri posse, cum hæc dicatur vera & propria probatio, vt suo loco scripsimus. Et expresse sic statuit statutum Venetum in prologo, in c. de præsumpt. n. 1.

Secundus est casus, quando præsumptio est iuris tantum, quæ tamen contraria probatione non fuit improbara. Hoc etiam casu clarum est, sententiam ferri posse. Quadoquidem & hæc dicitur liquida & manifesta probatio, ex quo lex eam sic approbat: vt supra suo loco explicauimus. Et idem statuit prædictum statutum Venetum, n. 3.

Tertius est casus, quando præsumptio est hominis tantum, quæ quidem à lege expressim approbata non reperitur. Hoc in casu diximus, sup. q. 5. hanc pendere à iure iudicij arbitrio, qui iudicare habet an eiusmodi sit præsumptio, vt

ferre sententiam possit. Et dicere possumus, quod aliquando præsumptio est violenta, aliquando probabilis, aliquando levis, aliquando temeraria. Primò itaque, quando præsumptio est violenta, ferri sententia potest in eum, contra quæ illa extat, quem admodum fecit Salomon, ut legitur libr. 3. Regum cap. 3. relatum in c. afferre. de præsumpt. dum iudicavit contra mulierem illam, quæ petebat puerum scindi, & dicebat, nec mihi nec tibi, sed diuidatur: collegit ex verbis illis Salomon, illam non fuisse matrem pueri, quippe quæ petebat eam, quæ repugnans humanæ naturali pietati. Quam quidem sententiam admittunt omnes in eo c. afferre. & ex Theologis Alexand. Aienfis in summa, par. 3. q. 45. membro 7. col. ult. vers. ex præsumptione vero violenta.

Secundo quando præsumptio est probabilis, ferri sententia non debet contra eum, cui illa obstat, sed solum indicanda est purgatio, ut in c. 1. & 2. de purgat. cano. & idè affirmat Alenfis in d. membro 7. col. ult. ver. ex præsumptione probabili.

Tertiò quando præsumptio est levis, ferri sententia non debet: sed in hoc dubio, in meliorem partem sunt interpretanda, ut dicebat Beatus Beda in Homeliis, quod relatum est in c. 2. de regul. iur. dum est interpretatus locum illum Lucæ c. 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et ad rem nostram Alenfis in dicto 7. membro col. ult. vers. ex præsumptione ne ergo. Qui sic etiam intellexit Diuum Augustinum super illud Diui Pauli Apostolorum principis ad Corinth. 1. cap. 1. Diui Augustini verba hæc sunt. Noluit hominem ab homine iudicari per arbitrium suspicionis, sine extraordinario usurpatorioque iudicio, sed legitime consuetum, ante spontè confessum.

Quartò, quando præsumptio est temeraria, nulla pariter ferri debet sententia in eum, aduersus quem sumpta est præsumptio ista, sed damnandus potius est ille ita præsumens. Nam & contra illum stat quod supra diximus, nolite iudicare, & non iudicabimini. Et ex prædictis declarari potest prædictum statutum Venetum, in d. c. de præsumptionibus. num. 6.

QVÆSTIO XCV.

Sententia lata ex præsumptionibus, an transeat in iudicium.

SVM MARIA.

- 1 Sententia ex præsumptionibus iuris & de iure lata in iudicium transit, ut nequeat retractari. Quando tamen non habeat locum. num. 2.
- 2 Sententia lata ex præsumptionibus iuris, adductis contrariis probationibus veris retractatur. Et quæ sit ratio. num. 4.
- 3 Sententia lata ex testimonio vicinorum, dicitur lata ex probatione præsumptiua.
- 4 Damnatus ob id quod in purgatione canonica defecit, quando retractato iudicio absoluitur.
- 5 Index absolutus ob iuramentum litigantium, quod nil dederint, ut corrumperetur, quando sententia retractata veniat.
- 6 Fama plenè probatione faciente ex forma statuti, quando nihilominus sententia lata non transeat in iudicium, & retractetur. Et quod in contumacia, ut pro conuictio habeatur. num. 9.
- 7 Sententiam latam ex iudicio peritorum in arte, non transire in iudicium.
- 8 Sententia lata ex præsumptionibus iuris non retractatur si contraria præsumptiones vel iuris vel hominis adferatur. Et quando id fallat. num. 14.
- 9 Sententiam à peritis in arte latam facile retractari, si contrariae præsumptiones iuris superueniant, erroneum asseritur.
- 10 Sententiam latam de consilio sapientis retractari ex consilio sapientioris, falsum demonstratur.
- 11 Sententia lata ex præsumptionibus iuris retractatur si præsumptiones iuris & de iure, ex aliquo actu in contrarium, superueniant.

Quæro nonagesimoquintò an sententia ex præsumptionibus lata, in iudicium transeat, atque ita retractari an possit, vel non, cum contrariæ præsumptiones, vel probationes superueniant? Et cum hac in re videam varias esse interpretum opiniones, ita aliquot casus distinguendo, dubitationem dissoluo.

Primus est casus quando lata est sententia ex præsumptionibus iuris & de iure. Hoc casu opinor sententiam ita in iudicium transire, ut retractari amplius non possit, ex contrariis allegatis præsumptionibus, & multò minus ex contrariis præsumptionibus. Ea est ratio, quòd si ab initio probationes alique aduersus ipsam præsumptionem iuris & de iure, obiici non possunt, ut abundè esse differimus supra q. 60. multò minus obiici possunt, lata sententia & in iudicium lapsa, cum firmitus quid sit.

Declarari tamen potest hic casus, ut locum non habeat illis in casibus, in quibus admittitur probatio contraria aduersus hanc præsumptionem iuris & de iure: sicuti quando de rei veritate constat per confessionem aduersarij. Quo sanè in casu tollitur præsumptio hæc iuris & de iure, ut dicitur supra quest. 61. imò ex confessione hac retractatur res iudicata, ex veris probationibus pronuntiata, ita in specie scribitur Bald. in l. si quis adulterij. numero 3. in fin. C. ad leg. Jul. de adulter. Aret. in c. proposuisti. num. 23. de probat. & clarus Iason in reper. l. admonendi. num. 46. ff. de iureiur. & ibidem Cur. Sen. numer. 23. Idem est dicendum, quando per indirectum probatio admittitur contra præsumptionem iuris & de iure, ut diximus supra q. 65. Ita etiam cæteris in casibus, in quibus contraria probatio recipitur, sicuti declarauimus supra q. 66. subsequenti.

Secundus est casus, cum sententia est lata ex præsumptionibus iuris, & deinde contrariæ veræ probationes adducuntur. Hoc in casu res illa iudicata retractari debet. Ita in specie tradunt Abb. in c. proposuisti. de probatio. & ibidem apertius Aret. num. 23. & Felin. num. 11. Curtius Junior in l. admonendi. num. 22. & ibidem apertius declarat Iaf. in reper. num. 48. ff. de iureiurand. qui ita de vera, & propria probatione loquentem, intelligit Innocent. in c. tua nos. num. 5. de cohob. cler. & mulier. cum simpliciter dixit, sententiam latam ex notorio, exiit à præsumptione, posse retractari, cum contrarium fuit probatum. Non eo loci declarat Innoc. qualis esse debeat hæc contraria probatio. Et ideo intelligi debet de probatione vera. Ita etiam interpretatur Angelus in l. diuis. ff. de testam. milit. in l. 1. C. sensen. rescind. non posse. & in l. sub specie. D. de re iudicata. dum securus Innocentius d. c. tua nos. scripsit, sententiam latam ex probationibus priuilegiatis, retractari contrariis probationibus: contrarias probationes intelligi veras, non autem præsumptas. Et ea est huius sententia ratio, quòd de rei veritate ex veris probationibus constat: & ideo illa sententia in lata prætextu falsarum probationum retractatur, iuxta l. 2. Cod. si ex falsis instr. & dicimus infra. Hinc modo inferretur ad id quod scribitur nostri interpretes in l. 1. ff. de rebus cred. si cert. per. si lata est sententia ex testimonio eorum, qui attestati sunt, se de negotio scire, ob id, quod vicini sunt: cum sit sententia lata ex quadam probatione præsumptiua, retractari illa debet, ut scribitur Decius in d. l. 1. n. 64. & ibidem Iacob. Niger n. 48. post Alex. & cæteros: Horum inquam traditio procedit, cum aduersus illam præsumptiuam probationem veræ superueniunt. Ita etiam declarari potest text. c. cum dilectus. il. 2. de purg. canon. quo definitum est damnatum quod id, quod in purgatione canonica defecit, si nouæ probationes de innocentia superueniant, retractato iudicio, absolui. intelligitur ille canon, cum veræ probationes superueniant, non autem præsumptiua, Non ignoro tamen Aretin. in c. proposuisti. num. 27. in fi. de probatio. aliter declarare.

Ita etiam declaratur text. in Auth. nouo iure. in fin. C. de pena iud. qui male iudi. & quod ibi scripsit Angel. si lata est sententia prætextu iuramenti à litigantibus suscepti, quòd nil iudici dederint ut corrumperetur, iudex absoluitur: quæ sententia cum sola præsumptiua probatione, ex iuramento scilicet lata sit, ob id retractatur, si contrariæ probationes superueniant. Intelligo hic etiam de veris probationibus, non autem præsumptiuis.

Hic etiam declaratur quod egregie docuit ad rem nostram Curt. Jun. in l. admonendi. num. 21. de iureiur. post Ioan. Baptist. à sancto Severino ibid. si statuto cautum est, quòd fama faciat plenam probationem, sententia eius prætextu lata, non transeat in iudicium, sed retractari potest, intelligo posse retractari, si veræ probationes superueniant, non autem si alie præsumptiua. Ita etiam declaratur quod eodem in loco subiungit ipse Curtius, si statuto cautum sit, quòd contumax faciatur pro coniuncto, & confesso: sententia, quæ deinde contra eum fertur, nunquam transit in iudicium, ob id retractari potest: intelligo posse retractari, si veris probationibus constat de illius contumacia innocentia. Eo tamen loci recenset Cur. ipse, Fran. Aret. in cons. 147. n. 5. scribentem, quod pro ipso contumace fieri possunt probationes ante latam sententiam, quia tunc contumax, vel eius nomine aliquis excusationem proponere, & innocentiam probare potest: secus iam lata ipsa sententia, si à statuto reuocatur contumax ab omni audientia, & remedio. Hinc etiam declaratur quod tradunt Doctores sententiam statam ex iudicio peritorum in aliqua arte, non transire in iudicium, sicuti scribitur Bal. & Alex. in l. si ab hostib. col. 3. ff. sol. mar. Ang. in l. quòd si nolit. ff. de mancipium. ff. de edi. edict. Fe. in c. proposuisti. col. 2. ver. quarta conclusio, de proba. Aff. in dec. 33. n. 6. Hæc sanè traditio intelligitur, quòd contrariæ, probationes adducuntur. Nò enim hæc reuocantur. Ita declaratur illa doctrina, quòd sententia

lata super ætate ex aspectu non transeat in iudicium, ut tradunt Batt. in l. minor 25. annis adito. & in l. de etate. num. 16. ff. de mino. Bald. in l. minore. C. de in integr. rest. & in l. 2. col. 2. vers. sed hic dubitatur. C. quando fiscus, vel priua. & Felin. in c. significasti. numero 8. de homicid. Hoc sanè intelligitur, ut non transeat in iudicium, quin possint fieri probationes contrariæ, sicuti cæteris in casibus supra commemoratis scripsimus.

Tertius est casus, cum sententia est lata ex præsumptionibus iuris, & deinde contrariæ præsumptiones vel iuris, vel hominis adferuntur. Hoc equidem casu non retractatur sententia. ita scribitur Abbas & Aretin. in d. c. proposuisti. & ibidem Felin. numero 11. de probat. Ea est huius assertionis ratio, quòd superueniens contraria præsumptio, non plus efficit rem esse certam ac indubitam, ut iam antè fuerat. Hinc intelligimus errasse illos, qui scripserunt, sententiam à peritis in arte latam, facile retractari, ob id, quòd sola iuris præsumptione fulcita est, si nouæ, contrariæque iuris probationes superueniant. Cuius quidem opinionis auctores sunt Burrius in d. c. proposuisti. col. 1. vers. nunquid autem. de probat. post Ioan. Andr. in additio. ad Specul. ziu. de homicid. §. 1. vers. sed pone. Alexand. in l. si ab hostibus, numero 10. ff. soluto matrimo. & communem asseruit Deci. in l. 1. in tertio lect. numero 65. ff. si certum petat. & idem Dec. in consil. 278. in fine. Clarius idem scripsit Iason in reper. l. admonendi. numero 39. ff. de iureiur. in l. si conuenit, numero 27. ff. de re iudica. Est inquam horum assertio, atque traditio falsa. Nam cum & secunda sententia, sola præsumptione nitatur, dicendum est, retractari non posse. sicuti aduersus Ioa. Andream. Burrium & cæteros iam relatos, scripserunt Abbas in d. c. proposuisti. & idem Deci. num. 14. ad finem. asserit, hanc posteriorum Abbatis opinionem, esse de iure veriore. Et eandem securi sunt Iaf. Balbus decis. 241. Scala Patavinus lib. 4. de cons. sapien. cap. 21. Marius Solomonius in §. responsa prudentium. Insti. de iure natur. gent. & civil.

Hinc etiam intelligimus multò magis falsam esse traditionem eorum, qui dixerunt sententiam latam ex consilio sapientis, secundum statuti dispositionem, retractari ex consilio sapientioris. Hanc equidem opinionem malè affirmarunt Burr. in d. c. proposuisti. de proba. Roman. in l. cum quidam. §. quod dicitur. de acquiren. hered. & in consil. 228. in fine. & Alexand. in l. si ab hostibus, numero 12. ff. solu. matrimo. qui asserit, hanc esse singularem traditionem: quam etiam commemorarunt Iason in rubric. in fine & in reper. l. admonendi, numero 41. ff. de iureiur. & in l. si conuenit, num. 21. ff. de iudic. & Pegra sancta singu. 20. Decius in consil. 278. in fine. Ruin. in consil. 34. numero 1. libro 1. Matilius in l. unica, numero 47. C. de raptu virg. & sing. 427. plures sunt casus.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando consentu aduersarij, pro quo lata est sententia, admittitur præsumptiua probatio. ita declarat Ripa in l. admonendi, nu. 43. ff. de iureiurand. post Iaf. & Curt. Sen. ibidem.

Quartus est casus, cum sententia est lata ex præsumptionibus iuris, & deinde contraria præsumptio iuris & de iure, ex aliquo actu superuenit. Hoc in casu ista sententia retractatur. Ita Abbas, Aretin. & Felin. in d. c. proposuisti. de probatio. qui ita interpretatur l. si qui adulterij. C. ad leg. Jul. de adulter. quòd loci ita etiam declarat Bald. numero 3. post gloss. ibi. & idem docuit Curri. Senior in l. admonendi, num. 22. de iureiurand. & idem sensit Felin. in c. significasti. numero 8. de homicid. Alexand. in l. 1. numero 29. ff. si certum petatur. Cum enim de commissio adulterio, vir & mulier essent accusati, & præsumptiones admissi criminis extarent, eam accusationem effugerunt, probationibus factis, quòd essent sanguine coniuncti, qua consanguinitatis præsumptione, euitabant eam præsumptionem commissi adulterij, ob id absolui fuerunt. Deinde hi vnà matrimonium contraxerunt, ex quo quidem actu præsumptionem maximè efficacem, quam iuris & de iure appellamus, fecerunt Imperatores Theodosius, Arcadius, & Honorius, illos deliquisse, atque ita abolitionem nil esse impedimento, quominus seuerissime puniri deberent. Nam illa præsumptio tam violenta æquiparatur confessioni, quæ vim habet etiam aduersus præsumptionem iuris & de iure, ac etiam aduersus rem iudicatam, ut diximus supra in primo casu. Cæterum constitutio hæc, traditionem hanc probare non videtur: cum ibi nulla super præsumpto adulterio lata fuerit sententia absolutoria, sed solum in accusator ob superuenientem præsumptionem prætextu consanguinitatis, ab accusatione delicti: sicuti ibidem sensit Accursus, & clarius explicat Cynus, & cum eo Salicetus, qui quidem subiungit quod forte non improbabiler dici potest: quòd iudex non absoluit simpliciter accusatum, sed causa adiecta, quòd crimen in eo non præsumatur, ob sanguinis coniunctionem. Quæ sanè causa, cum falsa decegatur, ob subsequutum matrimonium, absolutio illa euanescit.

Vel etià (sic Salicetus) lata ibi fuit absolutoria prætextu falsarum probationum super affinitate, nò mirum si retractatur iuxta l. 2. & 3. C. si ex falsis instr. & tradunt Soc. Jun. in consil. 40. nu. 6. lib. 2. Iason in l. si is, ad quem, nu. 19. ff. de acquiren. hered. Ruin. in consil. 89. nu. 15. lib. 1. & Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 31. de verb. oblig. Quæ sanè posterior Saliceti interpretatio à communi aliorum non discrepat. Esto enim sententiam prætextu falsarum probationum fuisse latam, illa probationum falsitas non aliunde detecta fuit, quam à præsumptione illa subsecuta iuris & de iure. Habet ergo vim hæc ipsa præsumptio iuris & de iure, ut iam lata sententia ex præsumptione iuris sola retractetur.

QVÆSTIO XCVI.

Sententia lata ex præsumptionibus, an exequi debeat.

SVM MARIA.

- 1 Sententia priusquam in iudicium transeat, exequenda non est.
- 2 Sententia ex præsumptionibus lata, executioni mandatur interim dum de retractatione dubitatur.
- 3 Sententiam in causa matrimonij latam in iudicium non transire.
- 4 Sententiam latam ex probationibus priuilegiatis exequendam esse. Et quòd illa ex contrariis probationibus retractetur. num. 5.

Quæro nonagesimosexto, an hæc sententia lata ex præsumptionibus, etsi non transeat in iudicium sit tamen exequenda? Dicendum videbatur, exequendam non esse, cum tunc demum exequenda sit sententia, quando iam in iudicium lapsa est, & quoad consultationem, de re iudic. Orian. in c. quoniam contra. in verbo, interlocutiones, & appellat. num. 40. de probatio. & confert l. 1. C. de execut. rei iudi. & ibidem Bald. & cæteri. & Paul. Girland. de relaxat. carcerato. cap. 2. Cæterum contrarium verius esse opinor, nempe sententiam hæc esse executioni mittendam, interim dum dubitatur de retractatione. ita enim dicimus, quòd licet sententia lata in causa matrimonij non transeat in iudicium, ut probat c. fraternitatis, de frigid. & malef. & scribitur omnes ibi. & Felin. in c. significasti. numero 8. de homicid. Nihilominus sententia hæc executioni mandatur, & ob id mulier, ad cuius fauorem pro dissolutione matrimonij lata est sententia, alteri viro nuberi potest, d. c. fraternitatis. vbi gloss. in verbo, per errorem. & in verbo, fornicatio. Burri. & Imola in c. consanguinei. de re iudic. dum dixerunt matrimonium separari cognito eius impedimento, per sententiamque declarato. Et in specie, quòd sententia lata ex probationibus priuilegiatis, quales esse videntur præsumptiones & coniecturæ, sit exequenda, scripsit benè eruditus Scala Patavinus in tractatu de consilio sapientis, libro 4. cap. 22. sic declarando traditionem Innoc. in c. tua nos. de cohob. cler. & mulier. & Angel. in l. 1. C. sensen. rescind. non posse. qui scripserunt sententiam latam ex probationibus priuilegiatis posse retractari ex contrariis probationibus. Et propterea scripsit præcitato loco Scala, quòd etsi sententia lata ex consilio sapientis non transeat in iudicium, ex multorum opinionem, at tamen executioni mittenda est.

QVÆSTIO XCVII.

Pœna ordinaria puniri an possit, de delicto conuictus præsumptionibus & coniecturis

SVM MARIA.

- 1 Pœna ordinaria puniri pro delicto posse eum, quem præsumptio ne iuris & de iure constat deliquisse. Et quam ob causam. num. 2.
- 2 Indicis partes in confessum & conuictum nullæ sunt alie, quam in condemnando.
- 3 Pœna ordinaria quando index punire possit ex præsumptione legis, secundum quam de delicto constat, & quot modis id euenire possit. num. 5. & 6.
- 4 Index quod à lege immutatum non est, sequi debet.
- 5 Homicidia & delicta similia, dolo præsumuntur à lege committi.
- 6 Delictum iuris sola præsumptione probatum, pœna ordinaria non puniri, erroneum asseritur. Idem de opinione Felin. num. 10.
- 7 Incendium est inhabitantium culpa commissum præsumatur, nemo tamen ad emendationem damni tenetur, si de persona determinata non constat. Idem num. 11. & 14.

rit iniuria, eiusque fama læsa vulgò videatur, quòd mulieris castitati & honestati sit detractum. Est quoque simile (inquit Sarmientus) quod sancitum est in c. inter sollicitudines, versic. in panam autem de purga. can. vbi ita inquit. Purgatio verò recepta beneficium ei restituere non postponas, in pœnam autem familiaritatis, & cetera. Hæc sanè Sarmienti consideratio quamquam subtilis & acuta, nil obstat, quandoquidem in casibus à me supra commemoratis, lex impositit pœnam pro ipso crimine principali in iudicium propositò, nec ibi consideratum fuit speciale aliquod crimen, ab illo principali separatum. Non nego tamen cum ipso Sarmiento, quin certis in casibus non approbaverit hominis præsumptiones, quas nec vehementes, nec violentas esse existimavit, vt in casibus ab ipso Sarmiento enumeratis, in quibus quidem lex, absolutis illis de crimine principali, ob id quòd illæ præsumptiones non vrgebant, statuit eos alio de crimine, eo ex facto resultanti, puniri: id quod nec nos negamus, sed tamen, vt dixi, extant casus, in quibus lex induxit pœnam mitiorem, conuictò de crimine ex solis præsumptionibus. Idem dicendum nostro in casu, quando extat hæc præsumptio hominis violenta. Quamquam enim illa scripta non sit in lege, vt pote quòd similis casus nunquam contigerit, attamen quemadmodum lex statuit eam præsumptionem esse efficacem, ita existimare atque statuere debet iudex: pœnam autem ipsam mitiorem indicare debet, vt mediam quandam viam eligat, quam eligere posse & debere ostendunt leges illæ, quæ mitiorem, similem ob causam indixerunt. Et si dicatur, quare iudex non imponit pœnam ordinariam, sicuti lex vult imponi, quando pœnam non immutavit. Respondetur, quòd lex eo casu quòdammodo prohibuit pœnâ mutari: Nam si mutari voluisset, ipsa met hoc fecisset. Hoc colligitur ex l. i. §. sed non, vers. pœnæ persequio, ff. ad Turpil. His constat veram esse hanc receptam opinionem. Nunc superest, vt satisfaciatur aliquot subtilissimis argumentationibus eruditissimi Sarmienti, qui in d. lib. i. select. interpret. cap. i. et si subobscure aliquantulum distinguit præsumptiones hominis à præsumptionibus legis, scripsit pœnâ mitiorem non esse indicendam, sed accusatum ipsum vel ex toto damnandum, vel ex toto absolendum.

Primo hac ratione motus est Sarmientus, quam ego clarius ita deduco. Aut iudex est certus hunc deliquisse, & tunc necesse non habet vltimam veritatem quaestionibus & tormentis perquirere iuxta l. diui. ff. de que. & per consequens non debet iudex imponere pœnam mitiorem, sicque extraordinariam. Aut iudex incertus est: & tunc ad quaestiones & tormenta deuenire debet. Et si ex tormentis potest constare, delictum ab eo fuisse perpetratum, idem est statuendum quod superiore casu, nempe pœnam ordinariam esse indicendam. Si verò nil fatetur, atque ita fert tormenta, negando se deliquisse: & tunc cum purgata censeantur præsumptiones, & indicia, absolvendus est. Nec potest (inquit Sarmientus) iudex hoc casu protestari, se ad tormenta deuenire, saluo iure ipsarum præsumptionum, & pœnæ ob illas imponendæ: cum sit protestatio iuri repugnans: atque ita non consistens in potestate hominis, nil prodest, vt docuit Bart. in l. nõ solùm. §. morte, num. 32. de oper. nou. num. Hæc argumentatio et si acuta sit, vera tamen non est. Non enim interpretes nostri, cum dicunt, iudicem damnantem accusatum ex præsumptionibus pœnam mitigare posse, loquuntur hoc in casu, quando veritas haberi potest vel ex tormentis, vel aliunde: sed verè loquuntur, quando solæ præsumptiones stant: sit exemplum, si accusatus de delicto vel abest, vel mortuus est, vel si priuilegiatus ita sit, vt de eo quaestio haberi non possit: & contra eum est violenta hæc præsumptio, qua is pœnâ ferendus erit. Ita in specie declarat Bal. in l. vlt. num. 8. versic. si autem non adiungitur. C. de probat. qui Innocent. securus, scriptum reliquit, pœnam mitiorem esse indicendam.

Secundò ita argumentatur Sarmientus: Aut accusatus iste deliquit, aut non deliquit: si non deliquit, absolvendus est: si deliquit, pœna ordinaria puniendus est: nec eam pœnam potest iudex immutare: cum in sua potestate id non sit, l. i. §. sed non vtiq. ff. ad S. C. Turpil. Nec (ait Sarmientus) tertium constitui potest quod scilicet occiderit, & non occiderit. Non enim natura, vt lex admittit duo pugnantia in vno subiecto, vbi repugnantia, de reg. iur. vbi Dec. & reliqui. Ceterum responderi potest, quòd et si hoc tertium dari non possit, nempe occidisse, & non occidisse: dari tamen potest hoc modo tertium, nempe dubium, an occiderit, vel non occiderit, sicuti datur tertium, an testator de vno senserit, vel de altero iuxta l. c. hoc Tiberius. ff. de hered. inst. Et conferunt l. an iur. ff. si pars hered. pet. l. sed est lege. §. aded. ff. de pet. hered. l. Titius. ff. ad Treb. His enim casibus media via, ob dubitationem probabilem eligatur, nec dicitur electio rusticana vt dicebat Sarmient. in d. c. i. numero 6. Et mediam viam esse eligendam in re dubia scripserunt copiosè Tyraquel. in tract.

de iure primogen. qu. 17. opin. 4. num. 9. Soc. Jun. in cons. 33. lib. 2. & Boer. in qu. 42. numer. 2. & qu. 139. nu. 3. Ita videmus in his pœnis eligi mediam viam, cum conuictus ex solis præsumptionibus à Legilatoribus alia pœna, quam ordinaria fuerit affectus, vt sup. multis iuribus demonstraui.

Tertiò adductus est Sarmientus in d. c. i. numero 3. ver. quod etiam apparet, & c. hac argumentatione, facta sunt diuidua, quia aut occidit, aut non occidit: non autem est dare medium quòd occiderit, & non occiderit. Verum huic argumentationi responderetur ex iam dictis, cum (vt dixi) sit dare medium, nempe probabilis dubitationis, quod scilicet occiderit, vel non occiderit. Et idè quod subiungit eoloci Sarmientus, pœnæ diuisionem fieri non posse, cum pœna in iudicis potestate non sit, d. l. i. §. sed non vtiq. ff. ad Turpil. vbi Marcellus ita scribit. Nam, vt Papinian. respondit, facti quidem quaestio in arbitrio iudicantis est, pœnâ verò pronuntiatio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati referatur. Hæc Sarmienti consideratio procedit, quando pœna certa est, sed diuersum est, quando non est à lege determinata. Nam tunc pœna eius arbitrio relinquatur, vt supra declarando d. l. i. §. sed non vtiq. dixi. Itaciam declarantur alia iura à Sarmiento citata. Et cõcedo, iudicem debere pronuntiare, vel occidisse, vel non occidisse, si ita liquet, (vt loquitur Papinianus à Sarmiento citatus) at si non liquet, nec vno, nec altero modo, & res dubia sit, ob illas præsumptiones, eligendum est hoc medium, vt eum condemnent, tanquam ex præsumptionibus conuictum, sicuti multi Legilatores fecerunt, vt supra retulimus.

Quartò considerat Sarmientus in d. c. i. numero 5. vers. aut enim clarè, & c. quòd aut clarè constat occidisse, & puniendus est: aut constat non occidisse, & absolvendus est: aut probatio est dubia, & iudex non firmat animum suum, & itidem absolvendus est: cum dubia probatio nil proferat, l. duo sunt Titij. ff. de test. iur. Et satis est, inquit Vlpian. impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem pro damnari, l. absentem. ff. de pœn. l. item Melas. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. Ceterum responderetur, quòd tunc dubia probatio nil operatur, quando verè dubia est, & iudex nullo modo applicare potest animum, ad vnam, vel alteram partem. Ita loquitur l. duo sunt Titij. ff. de test. iur. At hic iudex non parum inclinat in eam partem, quòd iste deliquerit, ob præsumptiones, quæ cum trahunt in sententiam illam. Verum cum non sit omninò verè & propriè certus, pœnam ordinariam non imponit, sed eligit mediam, securus exemplum Legilatorum, qui similibus in casibus idem obseruarunt. Ita etiam declaratur, quòd ait idem Sarmientus, mediam probatentiam semper esse iniquam, dum vel innocentem onerat, vel nocenti iustam delicti pœnam non irrogat, quòd ipsum delictum est, vt inquit text. in l. vlt. C. ne sanctum baptis. re. & l. seruus. C. ad leg. Iul. de vi publ. Et respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa deposcit. Hæc, inquam, intelligenda sunt, vel cum delictum est certum, & pœna certa: vel cum est incertum, seu de eo tantum suspicio seu leuis aliqua extat præsumptio. Nam quantum in se est, leui debet iudex, vt delicto conueniat pœna. Habet sanè iudex commensurare pœnam delicto, c. non asseramus. 24. q. 1. Non tamen hinc fit, quòd ex toto impunitum relinquere debeat eum, quem suspectum maximè habet, vt iam diximus. Ita etiam declaratur, quòd subiungit idem Sarmientus, quòd sumere in pœnis hoc medium, innocentibus miserum, noxiis non satis seuerum esse dignoscitur, vt inquit text. l. i. C. de custod. & exhib. reor. Atque ita (ait ille) siue nocens, siue innocens ille fuerit, semper sententia iniusta est. Hoc equidem, vt dixi, procedit, quando iudex ipse eam pœnam eligit in delicto clarè probato, quæ eligere non debuit, vel in re valdè dubia, nõ obseruata rectitudine quadam: sed aliqua animi passione ductus, vel leuè pœnâ pro graui, vel graui pro leui imponit, vt iam declarauimus.

Quintò ea præcipua argumentatione mouetur Sarmientus in d. c. i. num. 5. vers. prætereà si probatio, & c. si probatio, inquit ille, non est sufficiens, vt Titius occiderit: Ergò nec erit sufficiens, vt ad tritrem conuenietur: quia in pœnis frequeritur liquidissima probatio, c. vlti. C. de proba. Nec lex illa distinguit, an pœna sit mortis, vel exilij, vel alia similis. Ceterum responderetur, non esse bonam cõsequentiã, probatio nõ est sufficiens, vt quis ad inortem dânetur: ergo nec vt damnetur ad aliam. Hanc enim cõsequentiã destruit illa iura, quæ similibus in casibus pœnam ordinariam mitiorem, indixerunt. Et nil vrget rex. d. l. vlt. C. de probat. quia procedit quoad pœnam corporis afflictiuam, non autem quoad pecuniariam. Ita declarat Lud. Bolog. in addit. ad lo. de Anna. in cons. 49. & Alciar. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsump. 9. num. 5.

Sextò, & vltimò argumentatur idem Sarmientus in d. c. 5. vers. denique qualitas, & c. Qualitas facti, potest & debet minuire pœnam delicti, sicuti & culpam minuit, l. si adulterium, §. Impera

SVMARIA.

9. Imperatores ff. ad l. Iul. de adult. & l. Gracchus. C. eod. Probatio minuire non potest: cum illa non augeat, vel minuat delictum. Quocirca (ait Sarmientus) nec Claudianus in l. aut facta. ff. de pen. nec Ale. 111. in c. sicut homicidium. de homic. dum recensent qualitates, quibus vel augeatur, vel minuitur delictum hanc qualitatem ex ipsa probatione recensent. Et rectè (subiungit Sarmientus) ij fecisse videntur, cum probatio sit quid extrinsecum, post delictum perfectè consummatum superueniens: & propterea nec factum, nec eius qualitatem mutar. Non ergò pœnam mutare debet. Hæc acutissima consideratio dilui ita potest, quòd nec probatio reuertar: mutabat factum illis in casibus, in quibus vel in causis capitalibus, vel in causis pecuniariis via media fuit electa à legumlatoribus, & ramen media illa via fuit probata. Ita sane permissum est iudici, ne ex toto absoluat, nec ex toto cõdemnet. Nec conqueri poterit damnatus, quòd innocens dâ-natus fuerit, quandoquidem sibi imputandum est, qui præsumptiones illas diluit, non autem iudici aliquid est adscribendum, cum pietate potius, quàm alia de causa motus pœnam temperauit.

Septimus est casus, quando præsumptio est violentissima, sed non indubitata. Hoc casu scribitur multi, pœnam delicti ordinariam esse imponendam. Ita Abb. in c. asserere. nu. 6. de præsump. & ibi Imol. nu. 4. & Felin. nu. 8. Idem scripserunt Ant. Rosell. in tract. de concil. §. 23. nu. 4. August. Ariminen. in addit. ad Ange. de malefic. in verbo, quod fama publica, nu. 27. & Franc. Brun. in tract. de indi. & tort. par. 1. q. 4. n. 15. in fin. & Iensit Gramma. in dec. 42. n. 5. Et hæc sententia mihi magis probatur, tamen si Gandin. in tract. malefic. Rub. de indic. indubitat, in fin. scripsit, pœnam extraordinariam esse indicendam.

- 1 Falsi præsumptio, in ipso crimine falsi quid operetur, variè referuntur opinionès.
- 2 Falsi præsumptio an veretur circa scripturam publicam, priuatam, aut testes, distinguendum.
- 3 Falsi suspitionem, quæ inducant in scriptura publica.
- 4 Falsi suspicio sumpta ex vitio apparenti in scriptura publica, quos effectus habeat, num. 7. 8. 10. & 11.
- 5 Falsi suspitionem haberi pro falsitate ipsa, quando causa civilis est.
- 6 Notarij bona fides, & præsumptio quæ lex habet de ipso, tollitur vitio in scriptura apparente.
- 9 Suspectos de crimine falsi detineri, & carceri mancipari posse, quando verum sit.
- 12 Falsi suspicio sumpta ex vitio latenti scriptura publica, nulla est.
- 13 Notarium in sui munere, & officio, non errasse creditur.
- 14 Instrumentum publicum, magnam pro se præsumptionem habet.
- 15 Instrumento fides adhibetur, donec usque probetur contrarium.
- 16 Instrumentum tanquam suspectum de falso, volens arguere, pro qualitate causæ probare debet.
- 17 Instrumentum continens non verisimile, suspectum sit, vt in causa civilis nullam faciat fidem.
- 18 Instrumentum confectum à Notario, consueto facere falsa instrumenta, non probat in civilibus, nisi comprobetur testibus. Idque quomodo accipiendum, nu. 19.
- 20 Falsi suspicio circa scripturam priuatam, quomodo arguatur.
- 21 Vitium patens, & visibile, in quo differat à latenti.
- 22 Falsi suspicio circa testes quomodo arguenda.

QVÆSTIO XCVIII.

Præsumptio coniuncta testi fide digno, an & quando sufficiat ad condemnationem pœnæ ordinariæ.

SVMARIA.

- 1 Pœna corporis afflictiua non imponitur, ex præsumptione testi fide digno coniuncta. Et que sit causa, nu. 2.
- 3 Pœna pecuniaria vbi imponenda venit, cum præsumptione testis fide dignus sufficit.
- 4 Probationes due imperfectæ in causis civilibus iunguntur ad constituendam plenam, & perfectam probationem.

QVÆRO nonagesimo octauò, an præsumptio coniuncta testi fide digno sufficiat ad condemnationem pœnæ ordinariæ? Distinguo duos casus.

Primus est, quando agitur criminaliter atque ita venit imponenda pœna corporis afflictiua. Hoc casu dicendum est, hæc duo simul coniuncta non sufficere. Ita censuit in specie gl. in c. veniens, il. 1. de testib. cum dixit, famam coniuncto teste fide digno, non probare plenè in criminalibus. vt inde sequatur condemnatio, quàm quidem gl. secuti sunt ibi Butr. num. 10. Abb. num. 8. Imol. nu. 6. & Felin. num. 13. idem scripserunt Ancha. in cap. 1. de confess. & Imol. in l. interesse, in fine. ff. de acqu. poss. vbi idem ait de indicio, quòd oritur ex fuga, vt non sufficiat ad condemnationem criminalem, si coniungatur: cum teste. Idem affirmarunt Ange. Aret. in tracta malef. in verbo, quòd fama publica, num. 41. Bonifa. Vitallin. in tract. de malefic. in rubr. de testib. & qui repellantur à testimonio, col. pen. vers. sed nunquid fama. & Anto. Gomez. in 3. tom. var. resol. cap. 12. de probationib. delicto. num. 26. Et huius traditionis ratio, quòd hæc dici non potest certa, & liquida probatio, sicuti in Criminalibus ad condemnationem requiritur iuxta l. vlt. C. de probatio.

Secundus est casus, quando civiliter agitur, hoc est, ad pœnam pecuniariam. Hoc sanè in casu, sufficiunt ista duo, cum in causis civilibus fit duæ imperfectæ probationes iungi possunt ad constituendum plenam perfectamque probationem. Ita tradunt Bart. Bald. & Sali. in l. quæro. §. vlt. ex illo text. ff. de edil. edict. gl. in l. 2. §. etas ff. de exco. tut. Bald. in l. spadonij §. qui iura. eod. tit. & copiosè diximus supra qu. 40. Et in specie nostra tradit Gomez. in d. c. 12. nu. 26. vers. secus tamen. Et spectare quaestione diximus, & in subsequenti repetam, quòd vbi civiliter ad pœnam agitur, hoc est, de pœna pecuniaria, condemnatio sequi potest ex præsumptione, modò vehementer sit, vel violenta.

QVÆSTIO XCIX.

Præsumptio, coniectura, suspicio, & indicium falsi, in ipsa causa falsi quid, & quantum operetur, diligens, & accurata explanatio.

QVÆRO nonagesimononò, quid & quantum operetur præsumptio, coniectura, suspicio, vel indicium falsi, in ipsa causa falsi, quæ vel civiliter, vel criminaliter tractatur? Singularem egregiamque hanc iuris quaestionem hoc in loco explicare volui, cum huc pertineat, et si de ipsi præsumptionibus, & coniecturis falsi disputatus sim, infra libro quinto, præsumptio. 19. Et hac quidem in re, variè, & admodum pugnantes, ac perplexæ extant interpretum traditiones: Cum multi scripserint, quòd operari solum in civilibus, ne scilicet fides adhibeatur vel scripturæ, vel testibus. Alij verè operari eam, vt falsi suspectus prehendi & carcerari possit. Alij, quòd immò etiam torqueri. Alij alia, quemadmodum has multorum opinionum commemoras Ant. Gabr. lib. 7. conclusionum, in tit. de crimin. concl. 6. Credi derim esse sic distinguendum, quòd aliquando suspicio præsumptioque falsi, veratur circa scripturam publicam, aliquando circa scripturam priuatam, aliquando verò circa testes. Differamus primum de scriptura publica, vt purè de instrumentum, vel alia simili, cui de publico tributa est fides. Hac in re distinguendi sunt duo casus.

Primus est quando in ipsa publica scriptura extat aliquod vitium patens, & manifestum, vt quia in loco substantiali, apparet abratio antiquæ litteræ, & alia reposita, vel cum apparet cancellatio, & aliter scriptum, vel aliud extat apprens vitium, quòd in ipsa scriptura oculis ipsis cernitur. Hæc vitia præsumptionem, & coniecturam, vel suspensionem falsi inducunt, vt differemus infra. lib. 5. præsump. 20. Et hæc quidem præsumptio seu suspicio, ex ipso apparenti vitio sumpta, operatur multos effectus. Quorum primus est, vt ipsius scripturæ fides in dubium reuocetur, atque ita nullam fidem faciat, donec demonstretur vitium illud vel abrasionis, vel cancellationis, errore vel bona fide commissum, vel sic abratum, & rectè scriptum. Et hoc illud est, quòd scribunt Dd. nostri, suspensionem falsi haberi pro falsitate, quando causa est civilis, hoc est tractatur civiliter de fide adhibenda ipsi scripturæ. Ita sanè scripserunt Bald. in cons. 444. Ad quidentiam, col. 1. libro primo. Caltr. in l. iubemus, numero 2. C. de probatio. & in cons. 102. ponitur in facto. colum. vltim. libro secundo, qui omnium manifestus explicat Anchar. in cons. 173. num. 8. Ioan. de Anan. in rubric. extra de crimine falsi, col. 1. vltim. vers. vltim. sciendum. Alex. in cons. 77. nu. 6. lib. 1. Ial. in cons. 168. nu. 2. lib. 4. Dec. in cons. 189. nu. 1. & in cons. 615. in fine. & in c. porrecta. colum. 1. de cons. vtili, vel inutili. Gratus in cons. 60. in fine lib. 2. communem esse restatur. Curt. Junior in cons. 166. num. 6. & in cons. 178. nu. 17. Socin. Jun. in cons. 189. num. 61. libro 2. & in cons. 45. num. 10. libro 3. manifestè Albe. in cons. 99. num. 2. loquens de hoc vitio visibili, & patenti. sic & Crauer. in cons. 28. num. 9. in cons. 56. num. 20. & in cons. 134. num. 26. Natta. in cons. 633. n. 8. Ant. Gabr. in lib. 7. conclusionum, in tit. de Criminalibus, in conclus. 6. numero 16. Et his accedunt alij quos referam infra in secundo casu, qui fortius idem sùs affirmant, quando vitium est la-

tens, & inuisibile in ipso instrumento: sed deinde coniecturis aliunde sumptis, vel testibus detectum aliquod vitium apparet. Et hæc quidem vera sententia probatur in c. super eo. de crimin. falsi, intelligendo, vt etiam loquatur de vitio patenti: sicuti à fortiori probat etiam text. l. iubemus. C. de probatio. quo sancitum est, eos vt falsi suspectos esse detinendos, qui has suspectas scripturas in iudicio producant, si ij producentes detinerentur, immò & puniuntur, vt dicemus infra, sequitur à fortiori dicendum illi scripturæ fidem adhibendam non esse: alioqui ille producens malè detineretur, & puniretur. Et huius sententiæ ratio illa etiam afferri potest, quòd illa fides, & bona illa præsumptio, f. quæ lex habere solet de notario publico que scriptore, tollitur vitio illo, quod in scriptura cernitur: Et propterea impeditur seu suspenditur fides illa, quæ ipsi publicæ scripturæ adhiberi solet. Quocirca ob vitium hoc patens, & visibile in testamento, impeditur mistio illa in possessionem secundum dispositionem l. vit. C. de edito D. Adria. tollen. sicuti latè scripti in commentariis de adipiscenda possessione in quarto remedio. numer. 699. Et hæc quidem intelliguntur, donec vsque præsumptio seu probatio illa, ex hoc vitio exorta, diluatur contrariis probationibus, quibus fides ipsius instrumenti confirmetur, quæ admodum manifestè statuerit Imp. in d. l. iubemus, cuius verba hæc sunt. Iubemus omnes, qui scripturas comminiscuntur, cum quid in iudicio promiserint, nisi ipsi adstruxerint veritatem, vt nephariæ scripturæ reos, & quasi falsarios esse detinendos. Dixerunt Imp. nisi ipsi adstruxerint veritatem. Datur ergo facultas producenti scripturam hanc sic abrasam, sic suspectam, probandi, & confirmandi eius fidem & veritatem. Id quod manifestè affirmarunt in d. l. iubemus. gloss. Castr. nu. 2. & alij Curt. Sen. in cons. 74. super memorata. col. pen. & alij multi ex supra commemoratis, & clarè Natta in d. cons. 63. num. 8.

7 Secundus est effectus, vt procedi possit criminaliter, aduersus producentem scripturam hanc suspectam, vel contra ipsam notarium, & publicum scriptorem, atque ita accusari vel inquiri ij poterunt. Hoc admittunt Castr. Com. & reliqui in d. l. iubemus. Grat. in cons. 60. libro 2. Et argumento fortiori satis probatur, quia si locus esse potest torturæ, & pœnæ, vt dicemus statim, sic multò magis inquisitioni, quæ ad ea deinde peruenitur.

8 Tertius est effectus, vt non solum accusari, vel inquiri possint producentes & scriptores prædicti, sed etiam prehendi, & carcerari. Ita statuerunt Imp. in d. l. iubemus. & Lucius Pontifex in c. super eo. in fine. de crim. falsi. Et manifestè sic affirmarunt A. hid. in c. in memoriam. numero 3. dist. 19. Alexand. in cons. 70. col. 1. libro 1. & cons. 205. numero 1. libro 6. Decius in c. porrecta. in 3. notab. de confirm. utili, vel inuisi. & in cons. 175. numero 5. versicul. solam superest. Grat. in cons. 34. numero 15. & in cons. 60. numero 17. libro 2. Ruben. in cons. 15. in fine. Socin. Junior in cons. 61. numero 11. libro 2. Mantua in cons. 203. numero 31. & in cons. 208. numero 82. libro 1. & aduertit Natta in cons. 633. numero 2. Qui intelligit, & rectè secundum glossam, & Doct. in d. l. iubemus. quando præsumptio & suspicio hæc prouenit ex vitio patenti, & manifestè sicuti ex rasura, cancellatione, & simili. Atque ita sensisse Goffredum, Hostiensem & alios antiquos scripsit Natta. Et quamquam Imp. in d. l. iubemus, mandant atque ita cogant magistratus, detinere & carcerare hos suspectos, at tamen intelligit hoc verum esse, quando præsumptio, & suspicio vehemens ipsi iudici videtur: alioquin necesse non habet suspectum prehendi facere: sed in eius arbitrio, & potestate positum est, sicuti probat text. in c. memoriam 19. dist. 1. ibi. penes episcopum sit potestas, verum eum in carcerem, aut in aliam detruat custodiam. Nam fieri potest, vt leue sit abrasionis, vel cancellationis vitium, quò non fit magna suspicio.

10 Quartus est effectus, huius præsumptionis, & suspicionis ex vitio patenti ductæ, vt torqueri etiam possit is suspectus. Ita Alex. in cons. 77. n. 4. vers. ex his. libro 1. Felin. in c. cum Ioannes. numero 45. de fide instr. Grat. in cons. 60. num. 4. lib. 2. & Parisius in cons. 162. in fine lib. 4. Crediderim hac in le multum esse tribuendum arbitrio iudicis, qui recto suo iudicio habet considerare, quàm vigenz sit indicium, & suspicio, vel leuis. Nam ita vigenz esse possit, vt accusatum illum questionibus subiicere liceret, posset etiam esse tam leuis, vt torqueri non deberet, iuxta ea, quæ scripsimus supra in questio. 89.

11 Quintus est effectus huius præsumptionis, & suspicionis exorta ex vitio patenti scripturæ, vt f. is suspectus, nisi se purgauerit, puniri etiam possit. Ita Goffredus in d. l. iubemus. C. de probat. Spec. in tit. de instrum. edit. §. restat videre. col. 1. Abbas in c. porrecta. numero 3. de confirm. utili vel inuisi. & ibidem Decius col. 1. vers. esset enim, qui sic & Bal. in l. presbyteri. nume. 12. C. de episcopis, & clericis. Iason in cons. 168. numero 2. libro 4. Grat. in cons. 60. numero 18. libro 2. & Socin. Jun. in cons. 39. n.

44. & in cons. 61. col. 2. lib. 2. & his accedunt illi, qui idem scripserunt de vitio latenti, & inuisibili scripturæ, quando tamen detectum fuit coniecturis, aliunde quam ex ipsa scriptura sumptis, vt dicemus in secundo casu. Cæteri in traditione hæc intelligenda est, quando præsumptio, & suspicio satis vehemens est: secus si leuis. Nam tunc nulla indicii debet pœna. Ita intelligo Decium in cons. 175. num. 5. vers. unde non obstat, & in cons. 189. col. 1. & num. 19. Curt. Junior. in cons. 64. num. 5. in cons. 132. num. 19. & Socin. Junior. in cons. 45. num. 7. lib. 3. & manifestè Parisius in cons. 28. numer. 59. libro 2. Cum dixit traditionem illam Archidia. in d. c. in memoriam, procedere, quando suspicio non est leuis, & friuola: sentit ergo Parisius suspensionem friuolam, & leuem non efficiere, vt is suspectus puniri possit. Porro quando hic ob suspensionem punitur, pœna erit extraordinaria, sicuti scripti ex multorum sententia li. 2. de arbitrariis iudicium. casu. 314. nu. 7.

Secundus est casus huius disputationis, quando instrumenti publicæque scripturæ vitium f. est latens, & (vt nostri appellant) inuisibile. Hoc tanè casu pro ipsa scriptura præsumitur, quòd scilicet sit vera, & creata omni vitio: cum credatur notarium f. in suo munere, & officio non errasse, vt 13 inf. i. sequenti lib. in præsumpt. 64. explicabimus, sic nec quemquam alium, qui personam publici scriptoris sustinet, deliquisse exiitimetur. Et propterea dicere solemus, instrumentum f. magnam pro se habere præsumptionem. c. Abbate. de 14 verbor. signific. & multis comprobabimus sub sequenti libro in præsumpt. 28. quo loci dicemus, adhibendam esse fidem f. in instrumento donec vsque contrarium probetur. l. cum precibus. C. de probat. Non enim hic apparet aliquod vitium, quò fides vel tollatur, vel debilitetur. Et propterea fidem facit, donec probetur contrarium. Ita de vitio hoc latenti scripsit Castren. in d. l. iubemus. num. 2. C. de probatio. & in cons. 102. Ponitur in facto. col. vltim. lib. 2. & Curtius Jun. in cons. 166. num. 6. & manifestius explicat Natta in cons. 633. numer. 8. Quare qui vult arguere f. instrumentum hoc tanquam suspectum de falso, pro qualitate causæ p. ob. re. debet. Si de falso arguit, vt puniatur, concludentes admodum ac claras habere debet probationes, ita intelligo gl. in l. inuigentium. §. quod ferè. ff. de pactis, & ibid. Bald. & Iason. numero 10. qui alios recenit, affirmantes, quòd ad arguendum instrumentum de falso, probationes debent esse necessariò concludentes. Et idem scripserunt alij multi, quos commemorabimus infra lib. 5. præsumpt. 29. vbi differemus de coniecturis circa falsitatem. Et ratio huius sententiæ est, quia hic agitur criminaliter & de pœna indicenda, & id probationes debent esse luce clariore. l. vltim. C. de probatio. Et in specie sic confidet: aut Natta in cons. 633. numero 9. auctoritate Decij in cons. 189. col. 1. qui sic respondit in suspensione falsi, aduersus autem qui accusatus fuerat produxisse falsos testes. Et hoc in casu, probationes dicuntur concludentes, quæ ex præsumptione colliguntur, vt scripsit Dec. in d. cons. 189. col. 1. vers. secundò respondetur. & in cons. 615. num. 10. in fine. & in c. porrecta. col. 1. in fine. de confirm. utili, vel inuisi. & idem respondit Grat. in cons. 60. nu. 18. lib. 2. et si idem Grat. in cons. 151. nu. 17. eodem lib. 2. de hac Decij tradidit dubiter.

Si verò is, qui falsi suspicionem arguit contra instrumentum publicamque scripturam, id facit, vt in causa ipsa ciuili, & pecuniaria nullam fidem faciat, satis erunt leniores probationes, & præsumptiones, quam illæ requiritur in causa criminali. Ita in specie respondit Natta in d. cons. 633. numero 9. qui numero 10. recenit Bald. in l. scripture. col. 2. vers. quedam sunt scripture. C. de fide instrumentor. affirmantem quòd quando f. instrumentum continet non 17 verisimile, sed reddidit suspectum, vt in causa ipsa ciuili nullam fidem faciat. Commemorat etiam Cast. in l. vlti. in princ. C. de probatio. qui docuit, quòd si producit f. instrumentum confectum à notario, qui consuevit conficere falsa instrumenta, non probat in ciuili, sed repellitur, nisi testibus comprobetur. Et sententiam hanc ratione comprobant Alexand. in cons. 77. numero 6. lib. 1. Curtius Jun. in cons. 178. qui verè responderunt de instrumento, quòd dicebatur suspectum de vitio latenti, testibus tamen, & coniecturis detecto, & comprobatur manifestè Natta in cons. 633. nu. 13. sic etiam de vitio latenti respondit Neuiz. in cons. 27. num. 13. & numero 25. Et quando subest hæc suspicio, debet iudex in dubio, non adhibere fidem instrumento. Ita post alios respondit Alba in cons. 99. numero 7. Cæteri prædicta traditio, & doctrina intelligitur, quando f. præsumptiones sunt 19 satis vrgentes: secus si leues, friuolæ & temerariæ. Ita sentit Paris. in cons. 28. nu. 50. lib. 2. & manifestus Natta in d. cons. 633. nu. 16. qui sic declarat, & intelligit Inno. & Ioann. And. in c. 1. in fine de fide instrum. Et propterea debet iudex considerare qualitatem vitij, vt adducatur ad finem per illos gradus, quos considerat Bart. in l. admonendi. num. 24. ff. de iureiur. & attingit in specie vno verbo Curt. Junior in cons. 132. num. 10. in fine.

fine, & hos gradus explicauimus supra in quest. 7. Estque obseruandum, quòd quando his coniecturis, & præsumptionibus detectum fuit vitium alioqui in ipsa scriptura non visibile, & latens in ipso instrumento, is suspectus puniri potest, sicuti sententiæ commemorati Dd. & clarè Curt. Sent. in cons. 74. super memorata. col. vlt. quem secutus est Ripa in c. 2. num. 36. de rescript.

De præsumptione seu suspicione falsi quæ versatur circa scripturam priuatam, idem quòd de publica censuerunt Alex. in cons. 77. num. 1. in fine, lib. 1. Dec. in cons. 615. & Curtius Jun. in cons. 132. nume. 10. quando scilicet ipsi priuatæ scripturæ, legis vel statuti dispositione, eadem adhibetur fides, quæ solet præstari ipsi publicæ. Quocirca distinguendum ita est hoc in casu, vt dictum fuit de ipso instrumento, vt scilicet primum videat & consideret prudens causæ iudex, an ipsa scriptura, vel instrumentum contineat vitium aliquod visibile & patens, vt abrasionis, cancellationis, varietatis manus, vel similis: & tunc habebit illa suspecta: donec vsque is qui produxit, testibus, vel aliis modis, ita comprobet veritatem illius instrumenti & scripturæ, vt cognoscere possit vitium illud nil obesse. Si verò is producens nihil probauerit, considerabit quale illud est vitium, hoc est, si tam graue, vt producentem illiusque scripturis & instrumentum ventem inquirere, carcerare, ac punire possit: obseruando illos gradus præsumptionis, suspensionis & indiciorum, quæ ex Bart. in l. admonendi, & aliis explicauimus, supra in questione septima. si verò videbit iudex instrumentum & scripturam non habere aliquod vitium visibile & patens, ei adhibebit fidemque præstabit donec vsque is qui eam impugnat, ob aliquod vitium latens & inuisibile, vt puta ob non obseruatum stylum & consuetudinem, vel quòd non contineat verisimilia, vel ob aliud simile vitium, quòd oculis cerni non potest, illud probet. Eo autem vitio sic probato, per eisdem gradus præsumptionis, indicij & suspicionis progredietur iudex ad inquisitionem, incarcerationem, torturam & pœnam: sicuti in casu vitij patenti, vt diximus supra. In hoc enim, (si rectè considerabimus) solo, differt f. vitium patens & visibile, à vitio latenti & inuisibili, quòd patens onerat ipsum producentem, vt scripturam instrumentumque comprobet aliis probationibus diluendo vitium ipsum. Vitium vero latens & inuisibile onerat eum, contra quem facta est productio, vt ipse vitia ipsa probet & detegat. Vtroque tamen in casu saluz sunt exceptiones, & defensiones tam producentis, quam eius, contra quem facta est productio.

De præsumptione seu suspicione falsi, quæ versantur f. circa testes, responderunt Decius in cons. 189. & Curtius Jun. in cons. 64. numer. 5. Illis enim suis in casibus agebatur, de fide adhibenda, vel non adhibenda ipsi testibus. Vitium tamen hoc quòd circa testes versatur, latens & inuisibile est: cum vix vox eorum sit, non autem scriptura, cuius vitium oculis cerni potest. Si enim attestaciones in scriptis redactæ essent, non de testibus ipsis, sed de scriptura actorum disputatione esset.

14 Suspicio violenta in hæresi quæ sit, & quem effectum habeat num. 15.

QVÆRO centesimo & vltimo, præsumptiones vel suspensiones, quæ sufficiant, ac quid operentur in crimine hæresis? Hæc in disputatione, secutus communes aliorum traditiones, distinguo tres f. casus, quemadmodum tres sunt suspensionis species, leuis, vehemens & violenta.

Primus itaque est casus, cum agitur de leui suspicione. Est leuis suspicio, quando leuiter suspicatur: sicuti illa, quæ prouenit ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur coniectura, quæ conclusi potest, non quidem frequenter, sed raro, seu casu, quòd talia dicens, vel faciens, hæreticus sit. idque deducitur leui coniectura, vtputà, si argumentemur, Petrus peierat frequenter, Ergo hæreticus est. Ita ex sententia Gerf. de protest. confid. vlt. tradit Simanc. in comment. catholic. infir. tit. 50. num. 24. Est etiam exemplum, vt si quis vitam viuat, moresve habeat dissimiles à Christiane viuentibus, vt declarat Episcopus Balneoreg. in iudic. inquis. in verbo suspicio. num. 2. Præter hæc alia exempla, quæ nostris commentarij solent: & quæ nos suo loco explicabimus. Hæc leuis suspicio f. non est sufficiens, vt quis habeatur pro heretico, c. excommunicamus, de heresi. in 6. Non enim mouere hæc debet animum constantis viri, ad suspicandum tam graue crimen, sed potius ad interpretandum in partem benigniorem, c. estote, de regul. iur. Et huc facit quòd ait Cic. scribens ad Q. fratrem, his verbis: (Vt quisque est vir optimus, ita difficillimè esse alios improbos suspicatur.) Hæc ille. Accedit, quòd suspicio de homine Christiano ex leuibz signis, haud leue peccatum est: Cum talis suspicio sit actus voluntarius à recta ratione dissonans. Neque enim ex leuibz signis moueri debemus aduersus catholicos, quibus iniuria fit si malam de eis opinionem habuimus, absque iustà & probabili causa, vt scribunt D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 2. & Caietan. in Summa, in verb. suspicio. Et præterea iudicium f. temerarium est, cum quis iudicat de his, quæ dubia sunt, propter aliquas leues coniecturas. Ita D. Thom. & Caietan. & illis accedunt Soto lib. 3. de inst. & iur. q. 4. art. 3. & in specie Siman. in d. iur. 50. nu. 28. Qui quidem nu. 29. subiungit, reiecta opinione Afflic. & Carrer. nec etiam licere f. inquisitori procedere ad interrogandum, quid suspectus iste sentiat de fide catholica. Quandoquidem honestum hominem in f. iudicium trahere ob leuem suspensionem, eumque interrogare de fide, ac dubitare, an catholicus sit, graue quidem & iniustum vitium. Hoc tamen intelligit, & declarat Simanc. nisi hic leuiter suspectus esset persona vilis, abiecta, vel infamis: Nam in iudicium vocari, & interrogari poterit, quam sententiam recipit & Io. Royas in tract. de heret. part. 2. nu. 20. Præterea si contra hunc leuiter suspectum laborat mala fama, compelli poterit, vt canonica purgatione se tuatur: vel adhiberi poterit abiuratio de leui suspensione. vt in c. excommunicamus, de heresi. ibi. qui autem inueni fuerint, & c. in c. accusatus, de heresi. in 6. Et f. hunc parit effectum purgatio, vel abiuratio, vt si deinde incidat in hæresim, grauis puniatur: tamen si dici non possit relapsus, vt in d. c. accusatus. sancitum est, & tradit Balneoreg. in d. iudic. inquis. in ver. suspicio. nu. 6.

Secundus est casus quando agitur de suspicione f. vehementi. Hæc tanè suspicio est, quæ sumitur ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus conclusi solet frequenter, & vt in pluribus, quòd talia dicens, vel faciens, sit hæreticus: vt si quis propositiones hæreticas publicè afferat, vel adoret sepulchrum Mahumetis. Nam et si possibile sit, quòd ista sine errore intellectus, aut sine pertinacia dicantur, aut fiant, ecclesia tamen, quæ iudicat exteriora, præsumit vehementer huiusmodi homines hæreticos esse, nisi forte purgauerint se ipsos, probando ignorantiam, timorem, vel fictionem, & ostendendo se correctioni paratos. Hæc Gerf. in eo tract. de protest. quem secutus est Simanc. in d. tit. 50. nu. 25. qui quidem nu. 30. subiungit, suspensionem quoque vehementem f. oriri ex grauissimis criminibus longe ab hæresi distantibus. Nam qui catholicus est, Deum timere, & ab huiusmodi criminibus abstinere solet. Vnde qui cum formis f. consanguineis, affinitibus, monialibus commatribus, aliisque id genus facit commiserit, non immeritò vehementer suspectus censeri potest, idque (ait Simancas) auctoritate Apostoli ad Rom. 2. c. 1. & ibi Chrysostr. serm. 4. & D. August. ad fratres in Eremo, serm. 47. Ita quoque valde suspectus de heresi est, qui iuramenta fecerata solet facere, vt scriptum reliquit Is. in l. 3. §. iurari. num. 11. de iureiur. Præterea hic cætera exempla vehementer suspecti de heresi, quæ quidem commemorantur à Simanc. præc. loc. num. 31. & 32. & à Balneoreg. in d. verb. suspicio. num. 10. cum multis sub sequenti. & nos vbertus infra in 5. præsumptione, explicabimus.

QVÆSTIO C.

Præsumptiones & suspensiones, quid & quantum operantur, in crimine hæresis, breuis, & clara explanatio.

SYMMARIA.

- 1 Suspensiones in crimine hæresis, secundum tres casus distinguuntur.
- 2 Suspicio leuis non est sufficiens, vt quis habeatur pro heretico.
- 3 Iudicium temerarium est, cum quis iudicat de his, quæ dubia sunt propter leues coniecturas.
- 4 Inquisitori quando etiam non liceat procedere, ad interrogandum, quid suspectus de fide sentiat.
- 5 Hominem honestum in iudicium trahere, ob leuem suspensionem, eumque de fide interrogare, graue & iniustum videtur.
- 6 Purgatio canonica quem habeat effectum.
- 7 Suspicio vehemens in hæresi quæ sit. Et quos habeat effectus, num. 11.
- 8 Suspicio vehemens oritur etiam ex grauissimis criminibus longe ab hæresi distantibus.
- 9 Commiscens sese cum consanguineis, affinitibus, monialibus, commatribus, vehementer redditur de heresi suspectus.
- 10 Iuramenta scelerata facere solius, de heresi, valde redditur suspectus.
- 11 Relapsus in hæresim, vt quis dicatur, quid requiratur.
- 12 Purgationem canonicam vel abiurationem acceptare recusans excommunicatur.

Hæc vehemens suspicio operatur, et ut suspectus iste, de ipso crimine possit interrogari, non tamen poterit tanquam hæreticus damnari: cum nullus etiam pro vehementi suspicione debeat de ipso crimine damnari, c. literas. §. ult. de præsump. vbi Feli. num. 22. qui alios recenset. quod intelligo de poena ordinaria: Cum extra ordinem pro iudicis arbitrio puniri quidem possit, sicuti in eo c. literas. §. vi. illi vehementer suspecto, indicta fuit aliqua poenitentia: quæ quidem imposita non fuisset, nisi aliquo modo deliquisset, & post multos scripti in conf. 82. numer. 146. hunc vehementer suspectum puniri poena pecuniaria. Huic etiam suspecto iniungi poterit, quod purget se purgatione canonica, vel quod abiuret de vehementi hac suspicione, omnem generalem hæresim, & præsertim illam, de qua suspectus est, cap. accusatus, de hæret. & c. inser sollicitudines, de purgat. can. & scribunt multi relati à Feli. in c. literas, num. 21. de præsump. Hic suspectus, si deinde in hæresim verè indicat, non tamen censetur relapsus: Cum ad hoc ut quis relapsus dici possit, requiratur, ut semel saltem lapsus fuerit ad aliquam hæresim. Ita Balneoreg. in iudiciali inquis. in verb. suspicio, num. 7. & 8. lo. Royas in loco suprâ citato, num. 332. Quam sententiam declaravi in conf. 82. num. 147. & num. 152. ibi, dicta non repeto. Illud quoque an-

notandum hic est, ex eodem Balneoreg. præcitato in loco, num. 8. quod si vehementer suspectus purgationem, et vel abiurationem acceptare recusaverit, excommunicabitur, in qua si per annum remanserit, tanquam hæreticus damnabitur, c. excommunicatus, de hæret.

Tertius est casus, quando agitur de suspicione violenta. Est sanè violenta suspicio, et quæ magis efficaciter, quam illa vehemens insurgit, ex signis exterioribus operum, vel verborum. Et Phil. Fran. in c. cum cõmuni. in gl. 2. in fi. de hæres. in 6. scriptum reliquit, suspicionem vel præsumptionem violentam induci, quando post vehementem alia primam confirmans superuenit. Quocirca qui post abiurationem suspicionem vehementem in aliam vehementem reincidit, violententer suspectus appellatur, sicuti annotavit Balneoreg. in d. verb. suspicio, num. 28. qui & de his alia scripsit, & suo loco nos explicabimus.

His autem vehementer suspectus et punitur quidem ut hæreticus, d. c. cum contumacia. Non tamen censetur propriè hæreticus, sed præsumptus tantum: sicuti ex sententia Gem. in d. cap. cum contumacia, annotavit Balneoreg. vbi suprâ num. 30.

Hæc habui, quæ ad hanc quæstionem centuriam scriberem.

FINIS LIBRI PRIMI.



D. IACOBI MENOCHII

IURISCONSULTI

DE PRÆSUMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, SIGNIS, & INDICIIS, QUÆ VERSANTUR CIRCA IUDICIA,

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO.

DISPVT AVIMVS superiore libro de illis iuris quæstionibus, quæ in universum circa præsumptiones, coniecturas, signa, & indicia, siue illa iuris & de iure, siue iuris tantum, siue hominis sint, versantur. Nunc de singulis ipsis præsumptionibus, coniecturis, signis, & indicis descendit est. Cuius autem ad indicia ipsa omnia tandem referantur, quippe, quod illud ipsum sit, quo præsumptiones, cõsentaneæque omnes, & ex illis cõtentiones, & lites terminantur, atque definiuntur, visum est rectè satis prior loco agere de præsumptionibus illis, quæ circa ipsa indicia versantur. Verum quoniam iudiciorum, aliorumque auctum primùm est fundamentum lex ipsa, eapropter à præsumptionibus, & coniecturis, quæ circa ipsas leges tam scriptas, quam non scriptas: ac tam universales quam singulares sunt, institum sumere consentaneum esse existimavimus.

PRÆSUMPT. I.

Leges generales, præsumi iustè, & sanctè conditas, & promulgatas, & quid de legibus municipalibus, & consuetudinibus.

SVMARIA.

- 1 Legem communem, iustè, & sanctè conditam, præsumptio est.
- 2 Statutum iustè conditum, & promulgatum præsumitur.
- 3 Statutum ita est interpretandum, ne sine ratione statuentes illud edidisse videantur.
- 4 Consuetudo præsumitur iusta, ac magna cum ratione introducta.
- 5 Lex sancta, & honesta esse debet.
- 6 Lex quid sit.
- 7 Legem quomodo definiant Cicero, & Demosthenes.
- 8 Lex communis siue municipalis iniusta, non est observanda.
- 9 Iudex iurans observare leges, & statuta civium, non tenetur ad iniqua.
- 10 Lex iniqua nec in foro conscientie obligat.

Vm lites vel instituantur, vel definiantur legibus, statutis, consuetudinibus, & principum scriptis, non erit ab instituto nostro longe alienum, hic differere de præsumptionibus, quæ circa prædicta versantur. Et primum explicabimus, de legibus vniuersalibus, nempe legibus communibus, statutis, & consuetudinibus. Deinde de particularibus, hoc est, de re-

scriptis Principum. Dicimus itaque præsumptionem esse, quod lex et communis fuerit iustè & sanctè condita. Ita docuit Lucas de Pen. in l. 3. in præsump. §. 2. C. de apochis publi. li. 10. Ita quoque et statutum præsumi iustè, & sanctè conditum, & promulgatum: scripserunt Dynus, Bald. & alii nonnulli congesti à Tyraquel. in tract. de retract. consang. in proamio, num. 77. Quibus accedunt Alex. in conf. 36. num. 16. in fi. lib. 6. Curt. Iun. in conf. 5. col. 12. & Craue. in conf. 259. num. 6. qui responderunt statutum et ita debere interpretari, ne sine ratione statuentes illud edidisse videantur. Ita pariter consuetudo et præsumitur iustè, & sanctè, ac magna cum ratione introducta, c. frustra. vbi Archid. dist. 8. & manifestè Bald. in l. de quib. col. 10. vers. item valet. ff. de legib. Et idem in c. cum venisset. de eo, qui mittitur in possess. scriptum reliquit, consuetudinem præsumi bonam & laudabilem. Idem penè respondit Bellamercia in conf. 31. colum. 6. vers. circa secundam questionem. Et idem tradit Tyraque. in tract. de retract. consang. in proamio, num. 7. in fin. & Decius in c. 2. nu. 8. de probat. Ea est huius præsumptionis ratio, quia lex et debet esse sancta, & honesta. c. eris ausum lex. dist. 4. Præsumitur ergo legumlatoribus huius præcepti fuisse in legibus condendis memores, & delinquere minime voluisse, aduersus Dei mandata. Id quod etiam procedere intelligimus, & illis in legibus, quæ non nihil in commodi habent, quas quidem duras nostri appellant, ut in celebri illo responso Vlpiani in l. prospexit. ff. qui et a quibus. Nam & in illis ratio inest, sicuti aliquando declaravi in commentar. de arbitrariis iudicium, c. lib. 2. casu 22. n. 15. & explicauit Corafus in l. 2. nu. 7. ff. de legi. Est enim aliqua ratio, & importabilis videatur lex: attamen alia ratio & causa

causa, quæ fortè vrgens magis erat, ac æquitati magis consentanea, legum latores mouit, ut ita sancirent. Alioqui si iniqua esset & ratione careret lex, legis nomen non obtineret. Cum nil aliud sit et lex, quam mens & ratio sapientis, rectè facta iubens, & à peccatis auocans, seu ut Cicero lib. 1. de legibus, & in Philip. II. scribit, Ratio et summa iustitia in natura imperans, quæ faciendâ sunt, prohibendâque contraria. Nò etiam esset lex, ut ex Demosthene scripsit Martianus in l. 2. ff. de legibus. lex, ut ex Demosthene scripsit Martianus in l. 2. ff. de legibus. inuentum ac munus Deorum. Hinc fit, ut lex siue communis, siue municipalis, quæ iniusta et iniqua apparet, obseruanda minime sit, ut scribunt Bald. in l. ult. C. si contra ius, vel util. publ. Decius in conf. 410. num. 19. Nec et iudex qui iurauit seruare leges, & statuta civium, tenetur obseruare statuta iniqua & iniusta, & quæ peccandi occasionem præbent, ut scripsit Craue. in tract. de antiqu. r. ep. in prima particula quartæ partis principalis, num. 6. Imò nec in foro conscientie et lex iniqua obligat, quemadmodum rectè existimauit Imola, & alij plures in c. plerique. de immunit. eccl. Abbas in cap. 1. col. 3. vers. sed quero an lex. de constitut. & ibidem Decius, & reliqui. Et ex Theologis idem scripserunt Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 96. art. 6. Dominicus Soto li. 1. de iustitia & iure, qu. 6. art. 4. vbi doctissimè ac copiosè differit. & statutum aliquando apparet iniustum, quando coniecturæ extant fuisse editum contra certas personas tantum, ut de declarat Cacialupus in l. omnes populi, num. 70. de iustitia & iure. est etiam hic obseruandum, leges, & statuta præsumi fauorabilia, non autem odiosa. Ita Bald. in l. ultim. C. qui ad libert. perue. non poss. Alex. in conf. 197. num. 3. lib. Vitalis de Cambis in tract. clausularum, in clausula 52. colum. 7. Tyraque. in tract. de retractu consang. 29. in præfatione. num. 56. & Rota Roma. in decis. 117. nu. 3. parte prima in nouissimè impressis.

PRÆSUMPT. II.

Leges & statuta an vsu recepta, & obseruari præsumantur, & an sicuti recepta statuta ligant ciues ipsos contrahentes, vel disponentes sua in ciuitate, sic etiam ligare præsumantur, si extra territorium aliquid faciunt.

SVMARIA.

- 1 Leges non receptas non ligare.
- 2 Leges vsu receptas non præsumi.
- 3 Facta non præsumi.
- 4 Leges præsumi in viridi obseruantia.
- 5 Statutum posse ligare ciues suos, ne etiam extra territorium possint actum aliquem facere.
- 6 Statutum claris verbis conceptum prohibere ciues suos ne extra territorium etiam actum facere possint.
- 7 Statutum tribuens formam certo actui, non ligare ciues extra territorium actum illum facientes.
- 8 Statutum prædictum non ligare etiam ciuem apud hostes existentem.
- 9 Statutum tribuens formam actui comprehendit etiam ciuem actum illum facientem extra territorium, si id disponit si statutum respectu vsus ipsius ciuitatis.
- 10 Statutum tribuens formam actui respectu personæ principaliter, non ligare extra territorium.
- 11 Statutum inhabilitans personam ratione formæ, extenditur etiam extra territorium.
- 12 Statuti verba concepta in rem, obligare etiam extra territorium.
- 13 Statutum fauorabile inhabilitans ciuem, extendi extra territorium.
- 14 Interdictum bonis non posse etiam extra territorium contrahere.
- 15 Statutum inhabilitans ciuem non impedit contrahere de acquisitis extra domicilio iam mutatum.
- 16 Statutum odiosum inhabilitans ciuem non extendi extra territorium.

NON certè satis est, leges fuisse à legumlatoribus conditas, & promulgatas, nisi & ciues ipsi eas recipiant ac vsu comprobent. Nam si non et recipiantur, nec ciues illos præsentent, nec futuros, suo adstringent vinculo: quemadmodum omnino est sententia in c. primo de iura & pace, & copiosè Socin. Iunior in consilio 32. num. 44. & in conf. 126. num. 25. lib. 3. & Rolandus à Valle in tract. de lucro doris, q. 99. ceteros sciens prætereo. Dubitari autem sæpè contingit, an posteaquam lex condita, & promulgata fuit, præsumatur vsu hominum recepta & comprobata. Quæ in re vnà cum Socino Iun. in d. conf. 32. num. 47. 2. lib. 3. existimarem et non præsumi vsu fuisse receptam. Ratio,

quia sibi et priuilegia, quæ dicuntur priuata, id est, singulares leges, non præsumuntur vsu recepta. Bertrandus consil. 149. nu. 2. lib. 1. & consil. 130. nu. 3. lib. 2. Hora. Mandosius in tract. de priuilegiis ad instar. gl. 15. nu. 56. quod fuerit sique vsu recepta, est quid facti, quod et non præsumitur, l. in bello. §. facta ff. de capt. & postlim. reuer. & dicimus infra lib. 6. in præsump. 39. Nec huic nostræ Sociniquæ sententiæ, repugnant auctoritates Decij in conf. 649. num. 10. Curtij Iun. in conf. 119. num. 12. Gozadini in conf. 16. num. 16. Nartæ in conf. 340. num. 11. lib. 2. & Rolan. in conf. 90. num. 53. lib. 1. qui visi sunt affirmare, præsumi leges iam editas, fuisse ab hominibus receptas, & vsu comprobatas: si quidem nec lege, nec ratione suam illam assertionem probarunt. Nec ad rem illud facit, quod ait inter ceteros Gozadinus, legem semper esse in viridi obseruantia, ut ex l. Adri. §. ult. C. de hered. scribunt Bart. Soci. Sen. in l. si mihi & tibi. §. de legatis. col. 2. de leg. l. idem Bart. in l. certa forma. nu. 11. C. de iure fisci, lib. 10. Nam præter id quod responderet Socin. Iun. in d. conf. 32. nu. 47. facile possumus satisfacere, nempe legem præsumi et semper in viridi obseruantia: dato scilicet ipso initio obseruationis. Si enim semel cõcepta est obseruari: præsumitur adhuc in præsentiarum obseruari, atque ita esse in viridi obseruantia. Sed non hinc fit, quod ab initio præsumi debeat recepta & obseruata. Est & altera hic explananda dubitatio: an scilicet, quemadmodum statuta vsu civium recepta ligant ciues ipsos in ciuitate atque facientes, sic etiam ligent, si foris aliquid agunt? Distinguenta est hic primum voluntas à potentia. Quod et statuentes possint statuto ligare ciues etiam extra territorium actum facientes, apud me est certum: & passim sine controuerfia admittunt. Ad. Ita sanè Bart. in l. cum estis populos. qu. 8. C. de summa Trinit. & fide Cath. Bald. in conf. 456. Scæia origine paterna. col. 2. vers. prætereo statum Parma. lib. 1. Roma. in consilio 39. col. 1. apertius Alexand. in conf. 41. nu. 6. lib. 4. Rochus Curt. in tract. de consuetudine, q. 13. Botthæus in tract. de Synodo, parte tertia num. 21. Iason in conf. 59. li. 3. Marfilii in l. ult. nu. 142. de iurisd. om. iud. Ruin. in conf. 160. num. 3. vers. si vero loquitur in personam. lib. 4. Roland. in conf. 33. num. 46. lib. 3. Barlaus in consilio 307. nu. 58. lib. 3. diffinit à prædictis vnus tantum sibi parum constans Ruin. in conf. 52. num. 14. lib. 2. cuius argumenta facile est confutare. Quo verò ad voluntatem, an scilicet statuentes voluerint comprehendere ciues extra territorium actum facientes, sunt consideranda statuti verba, sicuti admonent Bartolus, & reliqui: quos statim referam: & propterea distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando et statutum videtur verbis claris. Est exemplum in statuto Mantuano, quo cautum est: quod in testamentis conficiendis à ciuibus Mantuanis etiam extra urbem Mantuæ adhibeantur testes Mantuani, si haberi poterint. & cum in claris opus non sit coniecturis. l. consuetus. §. cum ita. de verborum oblig. hæsitandum amplius non est. & in specie respondit Ruin. in d. conf. 53. num. 13. lib. 2.

Secundus est casus, quando statuti verba dubia sunt concepta in personam, quam statum inhabilitat respectu solemnitatis & formæ adhibendæ in actu: ut si statutum dicit: quod nemo conficiat testamentum, vel instrumentum, nisi coram duobus notariis vel tribus testibus: atque ita et statum tribuit formam actui in ipsum actum agendo. Hoc in casu statutum non comprehendit ciuem conficientem testamentum, vel instrumentum extra territorium. Ita Bartolus in d. l. cum estis populos. n. 32. vers. circa primum. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & ibidem Baldus nu. 20. & Cacialupus nu. 103. vers. secundus. Aretinus in conf. 54. col. 2. vers. tertia ratio. & in c. 6. §. 73. nu. 6. Socin. Senior in conf. 239. nu. 3. lib. 2. Ruinus in conf. 53. nu. 13. lib. 2. & in conf. 160. num. 3. lib. 4. Gozadinus in consilio 49. num. 15. Parisius in conf. 99. nu. 54. lib. 1. qui communem esse testatur: & idem tradit Durans in tract. de arte testandi, in tit. de testam. cautela 6. Ea est secundum prædictos interpretes huius sententiæ ratio, quia in solemnitatibus obseruandis semper inspicimus locum vbi contractus, vel testamentum, alterutrum actus geritur. l. si fundus. de emph. & propterea non ipse ciuis persona, sed locus ipse vbi fit actus respicimus.

Extenditur hic casus, ut locus habeat etiam quando et apud hostes testamentum alterutrum actus conficeretur. Nam adhuc ciuis ipse non ligatur suæ ciuitatis statuto: sed illo hostium. Ita Durans in d. cautela 6. post Ias. in d. l. cum estis populos.

Declaratur hic casus, ut non procedat, quando et statutum id prohiberet respectu vsus suæ ciuitatis. Nam tunc ligat ciuem vbi que contrahentem aliumve actum gerentem. Ita respondit Bald. in conf. 456. Scæia origine. col. 2. vers. in contrarium videtur. lib. 1.

Tertius est casus, quando et statutum dat formam actui ratione personæ, cuius causa & respectu principaliter actum ipsum inhabilitat. Hoc etiam casu ciuis extra ciuitatem actum gerens non præsumitur ligatus eo suæ ciuitatis statuto:

PRÆSUMPT. VI.

Iuris, vel iuris communis mentione facta, in rescripto, statuto, vel aliqua dispositione, de quo iure sensisse præsumatur, atque intelligatur.

SUMMARIA.

- 1. Princeps iuris mentionem faciens, in dispositione aliqua, veluti privilegio vel rescripto, intelligitur de iure à se condito.
2. Rex faciens mentionem iuris, præsumitur sensisse de iure regio.
3. Episcopus mandans aliquid fieri secundum formam iuris, intelligitur de iure à se condito.
4. Verba intelligi debent, secundum qualitatem, & conditionem personæ loquentis.
5. Princeps non præsumitur leges à se conditas, non velle observari.
6. Principe inferior, mentionem faciens iuris, quo casu de statuto tantum intelligatur.
7. Et quo casu intelligatur de consuetudine.
8. Ius commune interpretatur à consuetudine, est idem quod ipsi consuetudo interpretans.
9. Marius promittens dotem restituere, casu quo de iure restitui debeat, intelligitur de iure consuetudine approbato & interpretato.
10. Statuto stante ut in casibus non determinatis lege municipalis, recurratur ad ius commune, quomodo id intelligendum, & num. 13.
11. Decreta principis, dicuntur ius commune civitatis.

Præsumptio fieri solet mentio iuris, vel iuris communis in rescripto, statuto, vel aliqua dispositione, & dubitant Doctores nostri, quo de iure illi rescribentes, vel statuentes, & disponentes, sensisse atque intellexisse præsumatur. Crediderim esse distinguendos aliquot casus, ut interpretes perplexè & obicure loquentes facilius intelligantur.

Primus est casus, quando princeps ipse supremus sua aliqua in dispositione, ut puta lege nova, privilegio, vel rescripto aliæque simili, mentionem iuris simpliciter facit, ut si rescriptis: quod secundum ius, causa diffinitur. Hoc sanè casu intelligitur secundum leges & ius à se conditum. Ita sanè Iustitia in §. sed ius quidem. vers. sed quoties. in Instit. de iure natura. gent. & civil. cum dixit, quod quoties fit mentio iuris, intelligitur de ipso iure Romanorum, quod dicitur ab ipso Imperatore Romano conditum. Et in specie sic interpretando d. vers. sed quoties, scriptis illo in loco Modernus Hispanum, quem recenset Gomez. in Instit. de actio. in prin. num. 42. vers. tamen iste. Et ipse Gomez. ibid. num. 42. in si. idem sensit. Et simile est, quando Rex & mentionem iuris fecit, præsumitur sensisse de iure suo Regio, ut scribit Bald. in c. cum venissent, de eo, qui mittitur in possess. causa rei serva. Iason in l. stipulatio ista habere licere. §. ij. quoque. in 6. notabi. de verborum obligat. Deci. in l. & in mittibus. num. 4. C. de testament. milita. Gomez. præcitato in loco, & Crauet. in c. 45. num. 7. lib. 3. Huc facit text. in c. gloss. ibi in c. 1. in si. ut lite non constet. vbi si princeps in rescripto, te refert ad ius, intelligitur ad ius suum spectale & proprium: non autem ad aliud ius. Et illo rextu adducti sic scripserunt Abb. in rub. de consuetud. Iason in repet. l. omnes populi. nu. 24. ff. de iustit. & iure. Et simile respondit Anchar. in c. 17. In questione ne, que vertitur, cū dixit, quod si episcopus iubet aliquid fieri secundum formam iuris, intelligitur de statutis, & sic de à se condito. Et sequitur Socin. Sen. in cons. 81. colum. 3. vers. ad hoc etiam adduco. lib. 1. Ita etiā Bald. in cons. 371. In volumine. colum. 2. lib. 5. respondit, si pacto conventum est inter dominum civitatis & subditos quod in successibus observentur iura: intelligitur, de iuribus municipalibus, ab ipso domino latis. Et huius sententia ea est ratio, quia verba & intelligi debent secundum qualitatem & conditionem personæ loquentis. l. si miles unum. ff. de testam. militis. Et præterea, quia non præsumitur principem & ipsum nolle leges à se conditas non observari. arg. l. Arrian. C. de heret.

Secundus est casus, quando inferior & atque ita subditus principis, mentionem iuris faciat, & eo de casu, in quo mentio iuris facta est, nil statuit ius commune, sed statutum tantum. Hoc sanè casu iuris mentionem sic sciens, præsumitur intellexisse de ipso statuto, non autem de iure communi. Est manifesta ratio, quia ius aliquod commune ea de re non extrahit. Exemplum est. Statuto indicitur pœna extrahenti annonam è civitate. Iure verò communi nulla imposta pœna. Si ergo accusator petit eum, quem accusavit extraxisse, condemnari in pœnam iuris, intelligitur de pœna statuti,

cum ius commune nullam imponat. Ita Bald. in l. unica. num. 48. C. de confessi. quem secuti sunt Caccialupus in l. omnes populi. num. 4. vers. ult. facit etiam, quod idem. ff. de iustit. & iure. & ibidem Iason in prima lectura. n. 5. & in secundo, numero decimoquarto, vers. ult. facit quod vult, quo quidem in loco affect. Iason rationem illam leuem, quod libellus debeat intelligi Iason intentionem libellantis. idem Iason in cons. 149. colum. 4. vers. 1. ex eod. libro secundo. Eandem traditionem probavit Brun. in tract. Quod statibus m. s. art. 5. numero sexagesimoquarto. & Blancus in tract. de compromissis. qu. est. 1. numero 19. vers. dem Bald.

Tertius est casus quando inferior à principe, & sic subditus facit mentionem & iuris, & ea in vrb. vel loco, extat lex municipalis diversa, vel contraria iuri communi, vel legi ipsius principis. Hoc etiam casu præsumitur, quod intellexerit de iure ipso municipalis. Ita Bald. in l. illa institutio. ff. de her. vel. instit. Cum dixit quod si compromissum est in arbitros qui de iure, & de facto, & de iure tantum pronunciare possunt, præsumitur, quod compromittentes intellexerint de iure municipalis & statuto. Idem scripserunt Butrius in c. quinta. allis. in fine. de iure iurand. Abbas in rubri. de consuetud. Alex. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. Socin. Sen. in cons. 9. numero 19. libro 1. Ial. in consilio 149. colum. 4. vers. 3. fact. libro 2. Curtius Sen. consilio quadragesimo septimo, super controversia. col. vlt. Barba. in consilio sexagesimo sexto, colum. 3. libro tertio, Brun. in tract. Quod statibus m. s. art. 5. num. 60. & alios plures refert Blancus in tract. de compromissis. qu. est. 1. num. 19. vers. istam autem.

Et hæc quidem sententia mihi probatur, cum ius ipsum commune correctum à statuto, dici minime possit ius in ea civitate. Quocirca reicienda est opinio eorum, qui à Baldo dissentiunt, ut Gulielm. Ioan. Andreæ, Ang. Alberici. & Cardinal. quos recenset Iason in repetit. dict. l. omnes populi. num. 22. quo in loco, numero vigesimoquinto. vers. non omitto tamen, recenset distinctionem Roma. in rubri. ff. de arbit. qu. est. 15. Hæc tamen recepta opinio intelligitur, ut accipi, quando extat statutum iuri communi contrarium: secus verò si statutum nullum extat. Nam tunc intelligitur compromissum, ut secundum ius commune arbitri pronuncient. Ita intelligitur, & declaro Blancum in d. tract. de compromissis. qu. est. 1. numero 19. vers. contrarium & c. & præterea idem Blancus in d. qu. est. 1. num. 23. declarat non procedere, quando compromittentes ignorantem statuta loci. Nam tunc præsumitur eos sensisse de iure communi. Est etiam simile quod docuit idem Bald. in l. maximum vitium. colum. 6. vers. vterius queritur. C. de liberis præter. quem refert & sequitur Ial. in d. repetit. l. omnes populi. nu. vigesimoquarto. vers. ego addo, cum dixit quod si extat statutum, quod pater teneatur relinquere filiis quintam partem bonorum, pro eorum legitima, quæ olim erat quarta, & hodie triens, Auth. novissim. C. de officio testam. & alio statuto sic cautum, quod si pater non reliquit filiis plenam legitimam, sit ipso iure nullum, cum tamen de iure communi valeret: licet possit peti supplementum. l. omnimodo. C. de officio testam. an istud vltimum statutum, intelligi debeat loqui de legitima secundum ius commune, vel secundum aliud statutum. Et debere intelligi legitimam secundum statutum, scripserunt Bald. & reliqui à Iason commemorati. Blancus vbi supra. Huc etiam pertinet quod Bald. in l. sed est quis. §. quæsum. in fine. ff. si quis causis. dixit, quod is, qui renunciavit omni iuris auxilio, præsumitur intellexisse de auxilio statuti. Et Bald. secuti sunt Caccialupus in d. l. omnes populi. num. 4. in fine. & ibidem Iason in repet. num. 23. Idem responderunt Roman. in cons. 251. num. 3. & Ial. in cons. 149. col. 4. vers. 4. fact. lib. 2. & Ruin. in cons. 51. n. 20. lib. 1. His intelligimus malè sensisse Baldum in l. quicumque. C. de seru. fugit. relatum Iason in repet. d. l. omnes populi. num. 21. vbi dixit, quod si statuto cautum sit, fratrem excludere debere forem ab intestato, salvo quod debeat dotari, si contingit patrem testari & instituere filium & filiam in eo, quod eos de iure tangit: an intelligatur de iure communi, quo æque filius & filia succedunt, vel de iure statuario, quo filia excluditur? Et inquit Bald. intelligi de iure communi, ad quod simpliciter se resultat. Et in specie à Baldo dissentit Iason in d. repe. d. l. omnes populi. num. 28. qui scripsit, dispositionem testatoris in dubio regulari à statuto, non autem à iure communi: ut scribit Bartol. & reliqui in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & Castren. in cons. 72. Casus iste frequenter. l. 1. & idem quod Iason, affirmarunt Socin. Sen. in consilio quinquagesimo primo, numero decimo octavo, & numero trigesimo tertio, libro quarto. & Brunus in tract. quod si sibus masculis faminae exclud. art. 5. qu. est. 12. vers. ex prædictis colligitur. Qua de re dicemus infra libro quarto, in præsumptio. vltima, vbi explicabimus, quando præsumatur testatorem voluisse, suam dispositionem esse debere legi conformem.

Quartus est casus, quando inferior à principe facit mentionem

tionem iuris & nullum extat statutum: sed solum consuetudo iuris communis interpretatiua. Hoc in casu non est condituenda differentia quod intelligatur de ipsa & consuetudine, vel de ipso iure communi, cum ius commune & interpretatur à consuetudine, sit idem quod ipsa consuetudo interpretans. §. vltim. in Auth. de filiis ante dotalia instrument. natis. Ita Bald. in l. constitutionum. in fine. C. de bonis, que liberis. cum dixit, quod si maritus promisit restituere dotem in casu, quo de iure debeat restitui, intelligitur de iure consuetudine approbato, & interpretatur, secundum opinionem Martini in l. dos à patre. C. soluto matrimonio. Et Baldum secuti sunt Castr. in d. l. constitutionibus. Butrius in d. c. quinta. allis. in fin. de iure iurand. cum reprehendunt Baldum in eo tantum, cum dixit, de iure communi, sentientes, quod si simpliciter dixit, de iure, intelligi debeat de iure consuetudine approbato. Idem quoque scripserunt Rom & Alexand. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. & ibidem Ial. numero 100. & idem Ial. in d. l. omnes populi. numero 24. & ibidem eo prius Caccialupus, numero 4. vers. facit etiam quod singulariter. Ita quoque Socin. Sen. in cons. 9. num. 19. lib. 1. Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam, quando facta est mentio iuris communis. Nam adhuc intelligitur de consuetudine interpretante ipsum ius commune: cum sit idem cum ipso. Ita Bald. in d. l. constitutionibus. in fine, quem in specie secutus est Castr. in cons. 129. statuta Pisana. num. 2. lib. 1. qui respondit, quod statutum Pisana, quo cautum est, quod vbi aliquis casus non reperitur statutis illius civitatis decisus, recurratur ad ius commune, intelligitur, quod recurratur ad hanc consuetudinem iuris communis interpretatiuam: Cum dicatur esse idem quod ipsum ius commune: ex quo est generalis consuetudo. Idem responderunt Ruinus in cons. 186. num. 8. lib. 2. Socin. Sen. in cons. 9. num. 20. vers. quinimo plus, lib. 1. & Gozad. in cons. 90. numero 17. qui quidem Gozad. alios eiusdem opinionis commemorat.

Quintus est casus, quando fit mentio iuris & extat consuetudo illius loci correctoria iuris communis. Hoc sanè casu intelligitur & de ipsa consuetudine: cum ius commune sit abrogatum ea consuetudine, quæ dicitur ius non scriptum. Ita Soc. Sen. in d. cons. 9. n. 19. lib. 1.

Sextus est casus, quando in ea civitate, in qua fit mentio iuris communis, non extat aliquod statutum: sed extat in civitate dominante, an mentio illa iuris communis intelligatur de iure & iuris Romanorum, vel de iure civitatis dominantis? Exemplum est in statuto civitatis Pisarum, quæ subdita est civitati Florentiæ. Est eo statuto cautum, quod illis in casibus, in quibus non est dispositum & prout sum ab ipis statutis Pisani, recurratur ad ius commune, an intelligi debeat de iure communi Romanorum, vel de iure communi est de statutis Florentiæ. Extat & simile statutum hic Patavij sub rubri. de competentia iudicis, cuius verba hæc sunt. Et vbiunque deficerit statuta Paduæ, tunc sequi teneantur & debeant formam iuris communis, & c. Hoc in casu sunt opiniones. Vna fuit eorum, qui scripserunt, intelligi de iure communi Romanorum. Ita sanè in specie statuti loci Portitanæ districtus Pisani respondit Castr. in cons. 129. statuta Pisana. num. 3. lib. 1. cum dixit, statutum illud, quod recurratur ad ius commune intelligi de consuetudine generali, quæ vbi que locorum extat: & quæ ob id dicitur ius commune, secus est (inquit Castrensis) quando est consuetudo, vel statutum loci: quia illa non continentur appellatiue iuris communis. Et apertius super statuto Pisano, sic respondit Socin. Sen. in cons. 271. num. 3. vers. sed in veritate. lib. 2. Et Socinum secuti sunt Dec. in cons. 429. num. 5. in cons. 469. numero 12. & in cons. 686. num. 5. Cæphalus in consilio 414. num. 67. lib. 4. Burfatus in cons. 189. nu. 44. libro 2. ij ambo de eadem facti specie interrogati, idem responderunt. Idem affirmavit Mandosius in additionibus ad Roman. in cons. 218. Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, intelligi de statuto & iure & civitatis dominantis, atque ita esse recurrendum ad statuta Florentina. Sic sanè in prædicta specie respondit Roma. in cons. 218. numero 3. & 4. Et illum secuti sunt Socin. Sen. in cons. 81. numero 3. lib. 1. Riminal. Sen. in cons. 72. in fine lib. 1. Gozadin. in cons. 37. numero 3. & numero 13. Giatus in cons. 11. num. 12. lib. 2. Claudius Seyfilius in l. post dotem. numero 3. ff. soluto matrimonio. Alciat. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum significat. & Hieronym. Zanchus in l. heredes mei. §. cum ita. in nona parte. numero 29. ff. ad Trebellian. quo loci testatur hanc esse comunè opinionem, & si malè, & corruptè hac pro opinione recenset Castr. in l. si conuenierit. §. si nuda. ff. de pignor. actio. Cornetium in cons. 151. lib. 3. Ferrerum in cons. 105. & Crauet. de antiquit. tempor. in quarta parte, qui quidem hac de re nihil scripserunt. Præter prædictos addo Iasonem in cons. 149. colum. 4. vers. ult. secundo notabilis. lib. 2. & Curtium Sentio. in cons. 47. super controversia. colum. vltim. qui ambo de eadem

facti specie interrogati, declarando decretum antiquum Ducis Mediolani de tutelis decernendis, responderunt, quod etiam si decretum diceret, tutelam debere decerni secundum ius commune, nihilominus intelligi possit, secundum statuta & alia decreta principis: cum illa & dicantur ius commune civitatis. Et Iasonem ac Curtium secutus est Plorus in l. si quam. do. num. 377. C. unde vi. Et hanc postremam opinionem secutus sum aliquando fretus auctoritate Zanchi, qui communem asseruit, & Fulgosium vel verius Comensem, in d. cons. 72. recensuit, quem aduertit, nil ad rem scribere. Quocirca magis probatur prima illa opinio.

Declarari tamen illa potest, ut non habeat locum quando ipso usu & observantia interpretata fuerunt illa verba, quod recurratur ad ius commune: ut scilicet intelligantur, de iure civitatis dominantis. Nam tunc ab ea observantia recedendum non est. Ita in specie responderunt Socin. Sen. in d. cons. 81. num. 3. lib. 1. & in cons. 271. num. 13. lib. 2. Dec. in cons. 469. num. 12. & Gozadin. in cons. 37. num. 13. Ita quoque Mandosius in additio. ad Rom. in d. con. 118. Serenissimam Rempubl. Venetam sic iam bis observasse & indicasse auiduific sanè in causa Comitum Muzani Vicentini: & anno 1570. mense Februario in causa Horatij Beretini, & Ruberti Cattanei Lepdenariensis. His declarari potest statutum prædictum Patavinum.

PRÆSUMPT. VII.

Dicta & disposita in vna parte legis communis, vel municipalis, an & quando præsumantur repetita in alia parte.

SUMMARIA.

- 1. Dicta & disposita in vna parte legis, quando in alia repetita non censentur. & num. 4. Et quo casu id non procedat. num. 2.
2. Dicta & disposita in vna legis parte, quando præsumantur repetita in alia, & num. 5. & 8. Et quo casu id locum non habeat. num. 6. & 7.
3. Præsumptio legis si generalis sit, & lex specialis generaliter tamen debet intelligi.
4. Dicta in lege interpretata, quando præsumantur repetita in interpretante, & quando non, num. 11.

Disputatio est frequens, & utilis, an & quando dicta, & disposita in vna parte legis, vel statuti, repetita præsumantur in alia parte? Quæ in re vna cum Bart. in l. Prætor. §. erisque. n. 1. ff. de bonorum raptorum distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est casus quando eadem lex habet plura capita: sub diversis inserta orationibus. Et agitur de his, quæ ad facti narrationem pertinent. Hoc sanè casu & dicta, & disposita, atque ita qualitas posita in vna parte, non præsumuntur repetita in alia parte. Ita Bartol. in d. §. erisque. num. 1. vers. primo casu. Floria. in l. quemadmodum. §. hæc verba. num. 3. ff. ad leg. Aquilianam. Arret. in cons. 144. Vsa consultatione. colum. vltim. vers. unde tunc. & Soc. Iun. in cons. 29. num. 9. lib. 1. Et ij quidem adducti sunt text. l. 2. in princip. & d. l. Prætor. §. erisque. ff. de bonorum raptorum.

Declaratur hic casus, ut habeat locum in qualitate extrinseca, qua qualificatur seu modificatur dispositio: secus est in qualitate ac dictis, quæ respiciunt & solam declarationem obscuri sermonis. Quia tunc præsumitur etiam hoc casu facta repetitio. Ita declarat Arretin. præcitato in loco.

Secundus est casus, & quando eadem lex habet plura capita: quæ sub vna eademque oratione inseruntur: & agitur de his, quæ ad facti narrationem pertinent. Hoc casu dicta, & disposita in vna parte, præsumuntur repetita in alia parte. Ita Bartol. in d. §. erisque. nu. 1. vers. aut inferuntur sub eadem. Et Bart. secuti sunt alij quos ref. ram infra in quarto casu, & in specie Florianus in d. §. hæc verba. numero 3. & Arretin. in cons. 44. in fine. Et adducti sunt text. l. 1. in princ. iuncta l. 3. §. ait Prætor. ff. de incend. ruina, & naufrag. & argument. l. Seie. §. Caio. ff. de fundo instr. instrumentoque legato.

Tertius est casus & quando eadem lex habet plura capita, & agitur de his, quæ ad iuris decisionem pertinent. ea varò quæ dicta sunt in præcedentibus, sunt contra ius commune, vel ab eo exorbitant. Hoc casu illa dicta, & disposita non præsumuntur repetita in sequentibus. Ita Bart. in d. l. Prætor. ait. §. erisque. num. 10. vers. secundo casu. ff. de bon. raptor. quem secuti sunt Florianus in d. §. hæc verba, num.

3. Socin. Sen. in l. Gallus. §. Et quid sit tantum numero 20. ff. de li-

5. Quartus est casus, quando eadem lex habet plura capi-

6. Declarator secundum, ut non procedat quando mens sta-

7. Declarator secundum, ut non procedat quando mens sta-

8. Quintus est casus, quando diuersæ sunt leges seu statuta,

9. Sextus est casus, quando diuersæ sunt leges, seu statuta:

10. Et in lege interpretata, præsumuntur repetita in inter-

tur dotem, etiam stantibus filiis primi viri, interpretatiõu al-

Septimus, & vltimus est casus, quando diuersæ sunt le-

QVÆSTIO VIII.

Consuetudo, & Stylus, an & quando præsumantur, &

SVMARIA.

- 1 Consuetudo est lex non scripta.
2 Consuetudo, ritus, & stylus differunt, & in quibus. nume. 3.
4. & 5.
6 Ritus quid sit.
7 Ritus, stylus & consuetudo, cum sint quid facti, non præsumuntur.
8 Consuetudo ut probata dicatur, multa requirit.
10 Magistratus, quis non possit introducere legem contrariam in...

Cum consuetudo sit lex non scripta. §. ex non scri-
pro. in Instit. de iure naturali, gent. & civili, capropter
post leges scriptas de his agendum esse duximus.
Qua in re solent interpretes nostri constitere differentiam
inter consuetudinem, ritum, & stylum. Nam stylus
est in scribendo, consuetudo vero in aliis actibus. Bald.
in rubr. extrâ de rescriptis. colum. 4. Albertic. in l. de quibus.
colum. 9. vers. in quo autem differunt consuetudo, & stylus, ff. de
leg. Butr. in c. vlt. de consuet. Dec. in rub. extrâ de consuet. col. 2. &
in cons. 11. n. 11. Felin. in c. 2. n. 18. de rescript. & Marf. in cons. 8. n.
27. Et rursus stylus proprie versatur circa modum procedendi in iudicio,
conuetudo vero circa diffinitionem decisionemque causarum. Alexand. in consi. 65. in fin. libr. 1. &
manifestius idem Alex. in consi. 63. num. 9. libr. 2. qui exemplo
declarat. & Crauet. in tract. de antiquit. tempor. in quarta prin-
cip. num. 36. improprie vero stylus versatur circa decioria
causæ. sic intelligo Soci. Sen. in consi. 36. num. 11. libr. 4. Dif-
fert etiam stylus à consuetudine, ut quod consuetudo est
generalis, stylus vero particularis. Felin. in d. c. 2. num. 18. de
rescript. Ritus vero est quidam modus actui ordinando so-
lemnitate præbens. Ita Abbas in c. cum secundum, in primo
notabil. de tempor. ord. & Ripa in c. 2. num. 37. de rescript. Por-
rò cum tam stylus quam ipsa consuetudo, & ritus sit quid
facti: non præsumuntur. De consuetudine sic post alios scri-
psi in consi. 8. num. 16. in consi. 32. num. 65. in consi. 54. num. 36. in
consi. 75. num. 60. in consi. 226. num. 38. & alibi sæpè. Stylum autè
non præsumi affirmat Soc. Se. in consi. 46. in lib. 4. Parisius
in consi. 112. n. 12. & in consi. 168. n. 15. li. 4. & Alcia. in resp. 220. nu. 2.
Cõsuetudo ut probata dicatur, multa habent cõcurrere, quæ
recensui in d. cõf. 8. n. 16. vbi etiam Decii affirmatè difficultè
est cõsuetudinis pbatione, id quod etiam scripsit Paris. in consi. 31.
n. 15. li. 1. & alia scripsi in respõs. supra cõmemoratis. Stylus
autem ut dicatur probatus, multa pariter requirit. Et primum
quòd à iudice aliquo maiore habere potestati cõdendi legè
fuerit introductus: cù magistratus carens potestate cõdendi
legem, contrariam communi, vel statuto legem inducere non
possit. Ita Bartol. in l. de quib. num. 20. ff. de legib. Alex. in consi.
36. num. 10. lib. 2. Dec. in Rubr. de consuet. col. 2. & consi. 677. in fi-
ne. & Crau. in tract. de antiquit. temp. in 4. part. princ. num. 36.
qui

quihoc declarat non procedere quando stylus fuisset præscri-
ptus, vel venisset in noticiam populi, vel maioris partis
quia etiam tunc facis legitime fuisset introductus, & si à
magistratu non habente potestatem condendi legem. Et i-
dem scripsit Afinius in praxi de ordine iudiciorum, §. 22. cap. 16.
nume. 4. Requiritur secundò, quòd deducantur atque osten-
dantur casus, in quibus dicitur fuisse obseruatum, ut ar-
guit possit, an actus sint similes, quibus stylus censetur in-
troducitur. Ita ex sententia Bellameræ respondit Paris. in
consi. 112. numero 12. libro 4. Quot autem requirantur actus
ad introducendam consuetudinem iudicis relinquuntur ar-
bitrio, quemadmodum de consuetudine scripti in libro 2. de
arbitrariis iudicium. casu 81. numero 4. & duos actus sufficere
post Burrium, & Alexand. Afinius in d. c. 16. numero 5. Re-
quiritur tertio, ut stylus probetur plene, & perfecte,
quando respicit decisoria, ut respondit Socin. Sen. in consi.
36. numero 11. libro 4. & propterea testes debent cum iuramè-
to de stylo deponere. Gratus in consi. 15. in fine. libro 2. & Af-
finius in d. c. 16. numero 6. Quando verò respicit modum pro-
cedendi, sufficit, quòd iudex ex officio sumat informationes.
Ita censuit præcitato in loco Socinus ex sententia Bartol.
in l. de quibus. in 4. qu. principali. ff. de legibus. Natta in consi. 318.
numero 3. ac intellige Neuzan. lib. 3. Syluæ nuptia. numero 32.
in fin. sic declarari possunt multi relati ab Afinio, in d. cap. 16.
numero 7. Non est tamen necesse, quòd ita obtentum fuerit in
contradictorio iudicio, ut scripsit Crauetta in d. tractat. de an-
tiquit. temporum in quarta parte principali. numero 36. in fine, au-
thoritate Cornei in consi. 73. colum. 1. libro 3. qui tamen affir-
mant, quod si ita fuisset obtentum in contradictorio, ma-
gnam adminiculo præstaret eius validitati. Porò quan-
do de stylo ipso constat, seruari ille pro lege debet. Ita
scribunt Cardin. in clem. sepè. §. per hoc. de verborum signifi-
cat. Alexand. in consi. 240. num. 2. libr. 6. & in consi. 58. num. 10.
libro 7. Decius in l. edita. num. 2. C. de eden. & in consi. 11. num.
16. & 17. & in consi. penult. num. 4. Marfilius in singu. 18. Affi-
ctus in decif. 135. num. 3. & in decif. 153. num. 4. Chaffan. in consi.
68. numero 47. Curtius in l. more. num. 11. ff. de iurisdic. omn. iud.
& in consi. 162. numero 2. Parisius in consi. 17. num. 30. & in consi.
44. in fine. libro 2. Id quod non solum in causis ciuilib. sed &
in criminalibus locum habet. Affict. de iur. 391. numero 5. Et
ea quidem ratione ij vsi sunt, quòd stylus vim legis habet.
Alexand. in consi. 40. numer. 1. libro 6. & idem oneratur sty-
lus quod consuetudo principis. Idem Alexand. in consi. 39.
in fine. libr. 3. Quin immò etiam iudex habens liberum ar-
bitrium procedendi, seruare debet stylum. Barbat. in consi.
17. 47. colum. vltim. lib. 1. & Marf. in singu. 118. Et iudex non ob-
seruans stylum, facit licem suam, & in syndicato tenetur. Ia-
son in Authent. iubemus. C. de iud. & Neuzan. in lib. 3. Syluæ
nuptia. numer. 32. in fine. qui subiungit, quòd quando stylus
notorius non obseruatur, sententia redditur nulla. Et stylus
obseruatur ad eumque recurrimus, in interpretandis etiam
clausulis instrumentorum. Alexand. in l. finita. numer. 2. ff. de
damno infecto, & Decius in l. semper in stipulationibus. nume. 12.
ff. de regu. iur. Et accedit quòd scripturæ, & instrumenta
& rescripta, suspensa sunt de falso, si confecta sunt contra sty-
lum. Ita post multos Felin. in c. 2. num. 16. de rescript. & dice-
infrâ libro 5. in præsump. 44. vbi differemus de suspitione falsi
in rescriptis. Prædicta tamen de styli obseruatione intelligenda
sunt, cum stylus ipse antiquus est, & inuariabilis: alioqui
obseruari non debet. Iason in l. cunctos populos. in prima lectura.
num. 53. C. de Summa Trinit. & fide cathol. Felin. in c. Rodolphus.
§. ceterum. num. 22. versu. vbi autem. de rescriptis, & Neuzan. in
libro 3. Syluæ nuptialis. nu. 32.

PRÆSUMPT. IX.

Rescripta principum præsumi concessa,
ut iuri, & æquitate conuenit.

SVMARIA.

- 1 Rescripta principum dicuntur leges singulares.
2 Principes rescribere secundum ius, & æquitatem præsumi-
mus.
3 Rescripta verba debent conuenire equitati, etiam si verborum na-
tura non patiat.
4 Principi placere, nisi quod iustum est, non præsumitur.
5 Princeps dans vel confirmans aliquid, intelligitur saluo iure
terrij.
6 Rescripta principum quoad fieri potest, ad dispositionem iuris
communis redigenda sunt.
7 Rescriptum mandans quem non audiri, nisi mandato pareat,
quomodo accipiendum.
8 Rescripta principum intelligenda, ut nemini faciant iniu-
riam.

- 9 Rescriptum falsum præsumitur potius, quam quod princeps ius
voluerit tollere.
10 Rescriptum etiam verbis generalibus conceptum, intelligitur
absque læsione iuris terrij.
11 Vicarius Imperialis ex quauis generali facultate sibi concessa,
non potest auferre ius alteri quæsitum.
12 Idque procedit etiam si ius terrij, veniret in consequentiam iuris,
ipsum principis. num. 12.
13 Principe remittente delictum commissum, non præsumitur re-
missa pena læso delata.
14 Deportatus, per restitutionem à principe factam, restituitur in
pristinum statum, tum quoad honores, tum quoad bona.
15 Rescriptio abiecta clausula, ex certa scientia, non tamen
præsumitur in præiudicium terrij principem rescribere
voluisse.
16 Idque etiam in rescripto ad pias causas locum habet. nu. 17.
17 Rescriptum in præiudicium terrij, quando valeat.
18 Princeps quando in rescripto voluerit præiudicare terrij, etiam
in rebus magnis.
19 Principem præiudicare voluisse terrij, quo ad ius querendum,
sæpe non approbata.
20 Idem si sit ius quoddam contingens, nec ordinarium. nume-
ro 21.
21 Molendini construendi concessio à principe facta, præsumitur
etiam in præiudicium alterius, molendinum habentis.
22 Rescriptum principis ut aliquid operetur, præsumitur etiam in
terrij præiudicium.
23 Idem si de emixa principis voluntate constat. nu. 24.
24 Et quando voluntas illa conuincitur. num. 25.
25 Clausulam ex certa scientia, in rescripto principis, secundum
quosdam, non operari in terrij præiudicium. Idem de clau-
sula motus proprii. nu. 27.
26 Princeps nil potest in his, quæ sunt iuris diuini, naturalis, vel
genium.

De rescriptis principum, quæ leges & singulares appella-
ri solent, nunc differemus. Est sanè præsumptio, & prin-
cipes rescribere secundum ius ipsum, ipsamque æquitatem,
atque ita mentis suæ non esse, quod ius alterius lædatur, vel
imminuatur. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco
public. & c. ex marum. de auctor. & vsu palij. & confert c. causam
quæ, de rescriptis, & c. licet, de præbend. Hinc censuit gloss.
in c. paratus. in verbo, prodesse. 23. quæstio. 1. quod verba & re-
scripti debent conuenire æquitati, etiam si verborum na-
tura non patiat. Et traditionem hæc probarunt Oldra-
dus in consi. 268. Quæstio est, utrum per priuilegium. in fine. &
Felinus in d. c. causam, quæ numero 5. de rescript. qui refert ex
Calderin. in consi. secundo, titul. de rescript. & in consi. 1. titul.
de sententia excommunicationis, quod rescriptum mandans
aliquem absolui præstita satisfactione, intelligitur atque
ita interpretatur, cautione de satisfaciendo præstita, ut con-
ueniat iuri communi. Et scribit Baldus in l. 1. numero 6. ff. de
consuet. princip. præsumi non placere principi nisi quod
verum & iustum est. atque ita omnia rescripta intelligi de-
bere cum iustitia. Et si princeps & aliquid dar vel confirmat,
debet intelligi, saluo iure terrij. Et Baldus secuti sunt
Iason ibidem numero 3. & Felin. in d. c. causam quæ, numero
quinto, de rescript. Idem Baldus in l. monumta. C. de legatis.
Decius in consi. 271. numero primo, Marfilius singu. 440. Cur-
tius Iunior in consi. 174. numero 21. Neuzanus inter consi.
Bruni, in consi. 12. numero 131. & numero 136. Alciatus in tra-
ctat. de præsumptio. regul. 3. præsumptio. 11. Et rescripta prin-
cipum redigi oportere ad dispositionem iuris communis,
quoad fieri possit, scripserunt Roman. in consi. 334. numero
1. Felinus in d. c. causam quæ. numero 6. de rescript. & in rubr.
de re iudicata. num. 1. Iason in l. 3. numero 8. ff. eodem. Et pro-
pterea respondit Roman in d. consi. 334. Et quod scriptum
mandans quem non audiri, nisi prius pareat iudicato,
interpretatur, nisi appellatio fuerit ab ea sententia inter-
posita. Hinc Bologninus in consi. 6. colum. 9. vers. nam licet
princeps. respondit declarationem à principe factam, quod
sua in concessione vni voluerit clausula decreti annullata,
intelligi factam sine præiudicio iuris terrij. Accedit his
Baldus in l. ex facto. in princip. ff. de vulga. & pupil. subst. qui scri-
psit rescripta & principum ita debere interpretari, ut nemini
iniuriam faciant. Quod procedit etiam improbandis verba
rescriptorum. Ita Compostella in c. causam quæ, de rescrip. &
& ibid. omnes. & respondit Decius in consi. 11. num. 4. & in con-
si. 286. in fine. Curtius Iun. in consi. 142. num. 3. Imò falsum po-
tius præsumitur & rescriptum, quam quod voluerit princeps
tollere ius. Ita docuit Abbas in c. ex parte, il secundo, in fine. ff.
de offic. delegat.

Extenditur primò, ut locum habeat hæc præsumptio,
etiam in rescripto verbis & generalibus concepto. Nam i

adhuc præsumitur concessum secundum legis dispositionem, ne scilicet ius tertij lædatur. Ita scriptum reliquit Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 11. num. 2. ex sententia Comenensis in conf. 118. in primo dubio, qui respondit, Vicarium præ imperialem, ex quavis generali facultate à Cæsare sibi concessa, non posse auferre ius iam alteri quæsitum.

12 Extenditur secundò, vt procedat prædicta præsumptio, etiam si ius tertij, vel alteri quæsitum veniret in quandam consequentiam iuris ipsius principis, sicuti exemplum adferri potest in remissione delictorum. Nam etsi pœna delicti, quæ pro aliqua parte deferretur accusatori, vel læso, pendeat ab ipso delicto, à quo causata est: attamen, si princeps remittit, atque ita delet commissum delictum, non præsumitur remissa pœna ipsi læso delata. Ita censuit in specie Alciatus in d. præsumpt. 11. numero 3. post Felinum in c. super eo, num. 5. de offic. delega. & Iasonem in l. venia. num. 6. C. de in ius vocand. Quibus nunc addo Ruinum in conf. 167. num. 20. libro 1. in conf. 13. numer. 2. in conf. 60. num. 7. & in conf. 143. numero 4. libr. 5. Decium in d. l. venia. in fi. & eundem in conf. 520. n. 3. & in conf. 570. n. 4. Gomez. in s. panales. nu. 29. in Instit. de actio. Paritium in conf. 1. n. 41. lib. 4. Gram. in conf. 34. nu. 2. in crimin. & in voto ultim. Huc pertinet quod scribit Bartol. & reliqui in l. Gallus. s. & quid strantum. ff. de liber. & posthu. quod licet restitutio deprecati à principe facta, restituat atque reponat restitutum illum in pristinum statum, tam quo ad honores quam quo ad bona, l. l. 2. & l. ult. C. de sentent. pass. Attamen restitutus iste, non recuperat bona medio tempore in alium translata, cum illi censeatur iam quæsitum ius, quod auferre principem noluisse, lex præsumit. Et traditionem hanc probarunt multi quos recensui in conf. 186. n. 10. & 11. Et illis addo Iaf. in l. ult. n. 16. ff. de const. princ.

13 Extenditur tertio, vt non præsumatur à principem rescriptisse in præiudicium, etiam si rescripto adiecta sit clausula, ex certa scientia. Ita Marfil. in singul. 440. Princeps, post Caltr. & Alex. quos commemorat.

Extenditur quartò, vt procedat etiam quando princeps rescribit à favore patris causæ. Nam adhuc non præsumitur voluisse præiudicare tertio. Ita post Alexandrum, & Iasonem & alios rescripsit Gomez. in commentariis ad regulas cancellarie, de tollendo iur. q. 1. col. 2. quos sum secutus in conf. 36. numero 54.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, à quando in ipso rescripto, & concessione principis diceretur, non obtante iure & præiudicio tertij. Nam tunc censetur etiam ipsi tertio voluisse præiudicare. Quod quidem intelligitur in leuibis, non autem in his, quæ sunt maximi ponderis & præiudicij. Ita probat d. l. 2. s. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. gloss. in l. sed cum ab herede. ff. ad S. C. Treb. & in c. cum olim. de consuetud. vbi Gemina. Et idem scripserunt Cardinal. in c. mandatum. in 6. nos ab. de rescript. Alexand. in l. 3. s. si his, qui ff. quod quisque iuris. communem esse opinionem restat Ruin. in conf. 12. numero 24. libr. 3. & in conf. 163. num. 21. libr. 5. Bolo. in conf. 6. col. 9. vers. nam licet princeps, egregiè Iason in l. ultim. numero 24. ff. de const. princ. Felin. in c. super eo. colum. ultim. vers. ista ampliat. de off. leg. Gozad. in conf. 5. numero 16. Socin. Iun. in conf. 77. numero 126. libr. 1. & Alciatus in d. tractat. de præsumptionibus. reg. 3. præsumpt. 11. nu. 4. Hæc tamen declaratio intelligitur, nisi huic clausulæ non obtante & c. adiecta sit alia clausula, ex certa scientia. Nam

17 tunc præsumitur à principem voluisse præiudicare tertio in rebus magnis. Ita responderunt Ruinus in conf. 12. num. 24. libr. 3. in conf. 86. num. 8. & in conf. 163. num. 21. libr. 5. & Gozad. in conf. 5. num. 16.

20 Declaratur secundò, vt non procedat quò ad ius quærendum spe non approbata. Nam tunc præsumitur, quod princeps ipse voluerit præiudicare etiam tertio, ex quo non dicitur verè & propriè ius quæsitum. Ita Angelus in conf. 292. D. Papa, quem ad rem hanc recenset & probat Alciatus in d. præsumptionibus 11. num. 5. Et his accedunt à me relati in conf. 20. n. 39. & in conf. 157. n. 24.

21 Declaratur tertio, vt non procedat, quando esset ius quodam contingens & non ordinatum. Ita scripsit Alciatus in d. præsumpt. 11. num. 4. vers. & facit auctoritate Signoroli. inter cõs. Baldi. in conf. 71. casus talis est, commune & homines, libro 1.

22 dum respondit, à concessionem principis de constituendo molendino, præsumitur factam etiam ad præiudicium eius qui habet aliud molendinum. Quam traditionem secuti sunt alij plures relati à Ripa in l. quominus. n. 82. de sum. & si ipse Ripa dissentiat.

Declaratur quartò, vt locum non habeat præsumptio hæc, quando alias rescriptum, vel concessio principalis nil operaretur, nam tunc, vt aliquid operetur, præsumitur, à voluisse tollere ius tertij. Ita post Calderinum, Felinum, & Decium, quos recenset, scribit Alciatus in d. præsumpt. 11. num.

6. & dicemus aliqua infra libr. 6. in præsumpt. 6. in prima illatione. Et confert quod post Casti. in conf. 280. in facto presentis lib. i. docuit Alex. in l. quoniam, num. 5. C. de testam. milit. cum dixit, quòd etsi regulariter non præsumitur principem vii plenitudine potestatis, attamen locum non habet, quando rescriptum nihil operaretur. Hæc tamen declaratio intelligitur, vt satis sit, si illud rescriptum aliquid modicum operetur. Ita Bald. in c. 1. s. sacramenta. de pace iura. firma. in vltimis fendo.

Declaratur quintò, vt non procedat præsumptio hæc, quando constat de enixa voluntate principis volentis præiudicare tertio. Ita gloss. in d. l. 2. s. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. quam quidem in specie secuti sunt multi, quos statim recensere, & præsertim Alciatus in d. præsumpt. 11. num. 7. Porò enixa principis voluntas conicitur, à quando ex certa scientia, vel motu proprio concessit atque rescriptit. Ita Bart. & Ioan. à Platea in l. 1. C. de petis. bono. subla. libr. 10. Socin. Sen. in conf. 3. num. 11. libr. 3. & Alciat. in d. præsumpt. 11. in fine. Et his accedunt Ioan. de Ana. in conf. 81. Alexand. in conf. 216. numer. 24. libr. 2. Corneus in conf. 83. colum. pen. & in conf. 189. colum. 2. libr. 4. Ruinus in conf. 175. numero 22. & in conf. 219. num. 2. libr. 1. Decius in conf. 373. num. 7. & peritius in conf. 390. num. 14. Curtius Iun. in conf. 174. num. 11. Gozad. in conf. 8. num. 43. in conf. 9. num. 32. & in conf. 14. colum. ultim. & Gramma. in conf. 99. numero 19. & in conf. 100. num. 10. in ciuilibus. Ideam de clausula motus proprii, in specie responderunt Socin. Sen. in d. conf. 3. num. 11. libr. 3. & Decius in conf. 137. num. 2. Ceterum à prædicta Doctorum opinione dissentient multi, qui scribunt, imò clausulam à ex certa scientia non operari in præiudicium tertij. Ita sibi parum constans Bartol. in l. vltima. num. 2. C. de loca. prædio. fiscal. lib. 11. Roman. in conf. 298. num. 2. Alexand. in conf. 3. num. 7. libr. 5. Felinus c. nonnulli. num. 12. in fine, de rescript. & in c. causam quæ num. 12. de testib. Socin. Sen. in conf. 302. num. 6. libr. 2. & in conf. 63. numero 7. & in conf. 120. numero 5. libr. 5. Ruinus in conf. 71. colum. 2. libr. 3. Iason in l. vlt. numero 16. ff. de pact. Decius in conf. 468. numero 21. & in conf. 606. colum. vlt. Curt. Iun. in conf. 170. numero 31. Patius in conf. 1. n. 83. & in conf. 11. colum. penult. lib. 1. Gozad. in conf. 62. colum. vltim. & Gramma. in decif. 105. numero 1. idem de clausula motus proprii, vt nihil operetur contra tertium, tradunt permulti longa serje congesti, ab Antonio Gabriel. in lib. 6. conclusio num. in iur. de clausulis. conclusio 2. num. 8. Conciliat prædictas opiniones Alciatus in d. præsumpt. 21. in fine, vt scilicet illa prima opinio vera sit & procedat, duobus concurrentibus, nempe quod princeps sciuerit, vel scire potuerit, agi de præiudicio tertij. Et quod agatur de his, quæ sunt positui iuris: His non concurrentibus locum habet (inquit Alciat.) contraria opinio, Nisi adesset (subiungit idem Alciatus) etiam clausula de plenitudine potestatis. Nam tunc nil opponi potest, quominus concessio suum effectum sortiatur, secundum Bald. in l. 2. C. de seruis. & aqua. Caltr. in conf. 416. In facto presentis, non intendo adulari. numero 5. libr. 1. & Alexand. in l. quoniam. nu. 4. D. de testam. milit. Conciliatio hæc non parum dubia mihi videtur. Nam quò ad primum casum, dicimus Doctores penè omnes loqui, quando agitur de his, quæ sunt iuris positui, ex quo fatentur, vt superiore casu diximus, quod in his quæ sunt iuris à diuini, vel naturalis, vel gentium, nil potest Princeps. Non ergo conuenit hic casus menti ipsorum Doctorum. Præterea nec quò ad secundum casum, vera est conciliatio Alciati: cum clausula illa, de plenitudine potestatis, nil etiam operetur in præiudicium tertij. Ita ipsemet Baldus in l. 2. num. 24. C. de seruis. & aqua. quem sua pro opinione citauit Alciatus. Et idem quod Baldus, scripserunt Corneus in conf. 189. colum. penult. libr. 4. Iason in l. ex facto. in quarto notab. ff. de vulg. & pupillar. subtit. Gozadin. in conf. 5. colum. 3. Ioan. Iacob. de Leonardis inter consilia Bruni, in conf. 117. num. 303. & Crauet. in conf. 296. numero 3. & in Tract. de antiquit. tempor. in 2. part. 1. part. principalis. num. 40. qui hoc locum maxime habere intelligunt, quando ius tertij descendit à iure diuino, naturali, vel gentium.

Altera est conciliatio, quam fecerunt Ruinus in conf. 11. numero vigesimo quarto, libro tertio. & Socinus Iun. in consilio septuagesimo septimo, numero centesimo vigesimo sexto libro primo. quos secutus est Antonius Gabriel. in libro sexto conclusio num. in sisto de clausulis. in conclusio, 1. numero nono. vbi eiusdem opinionis recenset Afflictum in commentariis ad Constitutiones Neapolitanas. Quod aut agitur de modico præiudicio, & tunc locum habet communis opinio, quod scilicet voluerit princeps præiudicare tertio: ob clausulas, ex certa scientia & motu proprio. Aut agitur de magno, & graui præiudicio. Et tunc clausulæ illæ nil operantur. Et hoc casu procedit secunda illa opinio. Et hæc qui-

quidem conciliatio satis probabilis est, etsi Doctores qui communem tuentur, absolute fere omnes de quouis præiudicio loquantur. excipio Felin. in d. c. nonnulli. num. 13. vers. secundus casus est. de rescript. qui pariter intellexit prædicta, quòd agitur de modico præiudicio.

quidem conciliatio satis probabilis est, etsi Doctores qui communem tuentur, absolute fere omnes de quouis præiudicio loquantur. excipio Felin. in d. c. nonnulli. num. 13. vers. secundus casus est. de rescript. qui pariter intellexit prædicta, quòd agitur de modico præiudicio.

PRÆSUMPT. X.

Quando princeps præsumatur iustus de causis aliquid fecisse, vel concessisse, copiosa & diligens explicatio.

S V M M A R I A.

- 1 Princeps aliquid faciens vel concedens, præsumitur iustus cum causis. Eaque præsumptio non admittit probationem in contrarium, num. 2.
- 3 Princeps dicitur loqui per os Dei.
- 4 Princeps Deus dicitur inter homines secundum Arist.
- 5 Veritate non mendacio Princeps moueri dicitur.
- 9 Princeps cognoscens de causa dicitur, cognoscere tanquam Deus.
- 7 Princeps talis præsumitur qualis de iure esse debet.
- 8 Princeps iustitia plenus, non præsumitur velle plus quam velle lex.
- 9 Principis mens præsumitur talis, qualis lex, eiusque ratio.
- 10 Princeps ea quæ iuris positui sunt liberè & absque causa tractare potest.
- 11 Princeps sine causa iusta, non potest facere quæ sunt iuris diuini naturalis vel gentium.
- 12 Restitutio relegati etiam sine causa fieri potest.
- 13 Panam delicti Princeps sine causa remittere potest.
- 14 Iurisdictionis concessa renouata à principe sine causa fieri potest. Idem in privilegij renouatione, num. 15. Nisi per modum contractus sit concessum, num. 16.
- 17 Statutorum derogationem Princeps pro sue voluntatis arbitrio facere potest.
- 16 Pontifex summus in beneficiis, plenam & liberam dicitur habere facultatem.
- 19 Papa etiam sine causa potest auferre beneficium ab eo cui conuulerat, aliquibus tamen dissentientibus, num. 20.
- 21 Pontifex dispensare potest, vt quis plura beneficia incompatibilia retineat, etsi aliqui dissentiant, num. 22.
- 23 Pensio excessiua à Pontifice modificata, ex iusta causa modificata præsumitur.
- 24 Causa iusta concessionis à principe factæ, non præsumitur, quòd agitur de facto alieno eiusque magno præiudicio. Nisi princeps de eo optime sit informatus, num. 25.
- 26 Causa iusta in principe non præsumitur, quando res & negotiū versatur cum non subdito Princeps.
- 27 Princeps non subdito nequit præiudicare.
- 28 Princeps contrahendo cum non subdito, non fruitur privilegijs principatus.
- 29 Privilegium concessum non subdito, Princeps non renouat.
- 30 Contractui celebrato cum non subdito, tenetur Princeps stare.
- 31 Principis ab expressa assertione recedimus, quando de veritate in contrarium constat.
- 32 Causa iusta cessat in Principe, concedente aliquid ad partis instantiam, Et quæ eius ratio, nu. 33.
- 34 Causa iusta in Principe non præsumitur in his quæ sunt iuris diuini, naturalis vel gentium.
- 35 Pontifex summus sine causa dispensare non potest cum monacho, vt claustra exeat, & uxorem ducat. Et quod neque cum causa possit, volumus aliqui, nu. 36.
- 37 Dispensationem super matrimonio contracto per verba de presentis, non nisi iustus de causis concedit Pontifex.
- 38 Matrimonium etiam copula carnali consummatum, iustus de causis à Pontifice dissoluit. Et quæ sint cause iustæ, nu. 39. 40. & 44.
- 40 Nuptiæ inter impares contractæ apud Romanos illegitimæ habebantur.
- 41 Amicitia quæ proficitur à dissimilibus, dura est, & apera.
- 45 Dispensatio matrimonij sanguine coniunctorum, non nisi magnis sit de causis.
- 46 Dispensatio vt liceat exercere fanus, an concedatur.
- 47 Dispensare super quinto præcepto, quando Pontifex possit.
- 48 Ius tertij sine iusta & legitima causa auferri non potest.
- 49 Contractum rescindere, aut renouare Princeps sine causa iusta ne quis.
- 50 Feudi concessionem non potest princeps nisi iusta cum causa re-

uocare, & maxime si sit antiquum, num. 51.

52 Causa iusta in principe non præsumitur, si quid faciat eorum, quæ sine causis iustis facere non possent. Alia refertur opinio, num. 55. Tertia Alciati, num. 57.

53 Causa iusta non præsumitur in principe, qui sensentiam parte non citata tulit.

54 Princeps quando priuato æquiparetur.

56 Principis de potestate disputare nefas esse, quòmodo accipiendum.

58 Causam iustam vel iniustam non allegans Princeps, quo causa pro eo non præsumatur.

59 Lucem odit, qui male agit.

60 Causa minus idonea à principe allegata, tollit eam, quæ pro ipso erat, præsumptionem.

61 Solemnitas intrinseca ob temporis antiquitatem præsumitur, & quando cesset præsumptio.

62 Principe allegante causam iustam, & legitimam, præsumptionem esse pro ipso vult Alciatus, cuius opinio refutatur, num. 63.

64 Principis assertioni crediatur in antiquis, etiam quo ad ea, quæ sine causa iusta facere non possent.

Quæ superiore præsumptione scripsimus, efficiunt, vt hoc in loco differamus, quando princeps præsumatur aliquid egisse iustus de causis. Quam quidem tractationem satis diligenter explanauit eruditissimus Alciatus in Tractat. de præsumptionibus, regul. 3. præsumpt. 8. Nos tamen adiuuemus aliqua non contentenda. Dicimus itaque, præsumptionem iuris esse, quod quando princeps à aliquid facit, vel concedit, præsumatur id facere vel concedere, iustus de causis. Ita censuit gloss. in l. relegati. C. de panis, & probant e. cum à nobis. in fin. de testib. & clemens. unica. de probat. & præter Alciatum præcitato in loco, idem scripserunt Cynus in l. rescripta. C. de precib. Imper. offeren. Roma. in conf. 369. numero 28. & in conf. 436. numero 19. qui dixit, hanc præsumptionem non admittit probationem in contrarium. Marfil. in l. de unoquoque, num. 14. de re iud. & in sing. 6. Gramma. conf. 100. numero 17. in ciuilibus. Et huius præsumptionis ea videtur esse ratio: quia princeps à dicitur loqui per os Dei, à quo delegatus est iudex in tertis, vt inquit Iustitia. in Aulien. de hered. & Falcii. in princip. & tradit Barba, in conf. 24. colum. 1. libr. 2. & in conf. 1. colum. 3. libr. 3. Et Aristoteles libro 3. polit. cap. 9. dixit, principem à esse quasi Deum quendam inter homines. Et quemadmodum Deus est ipsa veritas, c. cum esset. de test. & habetur apud Mathæum, Ego sum via, veritas & vita. Ita etiam à veritate moueri præsumitur princeps, non autem mendacio, vt scripsit Socin. Iun. in conf. 69. numero 20. libr. 1. Hinc quoque dicimus, quod quando princeps à cognoscit de aliqua causa, dicitur cognoscere tanquam Deus, sicuti tradunt Decius in conf. 463. in fine. Bellonus in conf. 63. numero 7. Gramma. decif. 62. num. 30. & Crauet. in conf. 318. colum. 4. Huc etiam facit quòd dicimus, à principem talem præiurari, qualis de iure esse debet. Ita Calc. in conf. 120. numero 9. Iason in l. causas. num. 6. C. de transa. & in conf. 57. colum. penult. libro 3. Callan. in conf. 64. numero 26. Gramma. in conf. 34. num. 3. & in conf. 45. numero 33. in crim. Neuiz. inter consilia Bruni in conf. 12. num. 8. Huc quoque pertinet quod ex aliorum sententia scripsit Crauet. in conf. 253. num. 4. principem à præiurari iustitia plenum. Et propterea præsumitur, quod nil plus velle quam lex ipsa vult, vt scripserunt Callan. in d. conf. 120. numero 8. Decius in conf. 580. num. 2. & Gozad. in conf. 101. num. 10. Et talis præsumitur mens à principis, qualis est lex, & eius ratio, vt post alios respondit Decius in conf. 64. num. 7. Est itaque vera hæc sententia, præsumi in dubio principem esse motum iustus de causis, ad aliquid agendum, vel concedendum. Ceterum cum multa sint quæ imaginari mouere possunt dubitationem, & quo clarius omnia elucescant, distinguendi atque ita constituendi sunt duo casus. Primus est, cum agitur de his, quæ iuris positui à sunt: quæque tractare potest princeps liberè etiam sine causa. Secundus est, casus cum agitur de his quæ non sunt iuris positui, sed vel diuini vel naturalis, vel gentium, & quæ facere à non potest princeps sine iusta & legitima causa.

Primo in casu, adferri possunt varia exempla eorum quæ princeps secularis facere potest sine causa: illud primum sit in restitutione relegati, quam princeps laicus facit. Illa enim à fieri potest, etiam sine causa à prima. C. de sentent. pass. & rest. & toto iur. C. de abolit. & tradunt Isernia & Afflict. in c. l. in verbo, committentium. in iur. quæ sint regalia. Boss. in Tract. causarum crimi. iur. de remedijs ex sola Clementia principis. n. 23. Est & secundum exemplum iam relato maxime proximum, cum princeps laicus tollit pœnam delicti. Eà sanè remittere liberè, atque ita sine causa potest, l. diui fratres. ff. de panis. l. rescripta. & ibi omnes. C. de precib. Imp. offe. Quod sanè exemplum, locum etiam

filio 146. Alciatus in tractatu de præsupp. regul. tert. præsumptio. 8. nume. 5. Parisius in consil. 82. nume. 49. & 50. libr. primo. Socinus. Junior in consil. 78. numer. 3. libr. 1. & in consil. 60. num. 16. libr. 3. Crauet. in consil. 171. nume. 11. & in tractatu de antiquita. temp. in prima particula quartæ partis principal. num. 20. Grammatic. decis. 15. in fine. Boer. questio. 203. num. 50. alios plures de industria prætereo.

Ofitium sit exemplum valde proximum præcedenti, in concessione feudi, & quam reuocare non potest Princeps. nisi iustis de causis, c. 1. de natura feudi. & præter citatos ab Alciat. in d. præsumpt. 8. nume. 5. tradunt Curtius Junior in consil. 1. num. 29. & in consil. 142. nume. 7. Socin. Junior in consil. 76. num. 13. libr. 1. & in consil. 126. num. 17. libr. 3. Crauet. in consil. 135. num. 19. & in consil. 241. nume. 6. Et hoc maxime procedit, quando secundum est antiquum, vt ex recentioribus scribunt Socin. Junior in consil. 115. num. 10. libr. 2. Crauet. in tractatu de antiquita. temp. in prima particula primæ partis principal. num. 16. & Tyraquell. in tract. de retract. consanguin. §. 32. gloss. 1. nume. 39. Non recentibus hic plura alia exempla, quæ diligens Lector obseruare facile poterit. Hæc enim quæ commemorauimus, satis superque indicant, non licere Principi aduersus ea, quæ vel diuinum, vel naturale, vel gentium ius ledere possunt, quidquam agere, nisi iustis, & legitimis de causis. Nunc ad rem nostram propriè accedamus. Nonum est exemplum in dispositione testatoris, quam Princeps sine iusta causa tollere, & mutare non potest: cum illa sit iurigenium, & testamentum. C. de testam. & ibidem tradunt omnes, præsertim Iason, & latissime explicuit Didacus in libr. 3. variarum resolutio. cap. 6. num. 5. & præter eum scribunt Calcanes in consil. 3. num. 16. Ruinus in consil. 80. num. 8. & 9. libr. 1. qui dixit, non sufficere clausulas derogatorias. Paris. in consil. 1. num. 49. libr. 2. & in consil. 46. num. 36. & 43. libro 3. Quocirca dicere solemus Principem non posse sine iusta causa legitimare spurium, vt succedat tanquam natus ex legitimo matrimonio, vt scripsi infra libr. 4. præsumptio. 79. num. 22.

Disputatio est inter nostros, an hoc secundo in casu, quando Princeps aliquid agit eorum, quæ sine causa fieri non potest, præsumatur iustis de causis motus. Quæ in re tres sunt interpretum opiniones. Prima est, quæ & verior, & receptior est, & iustam causam non præsumi. Ita hanc probarunt Oldrad. in c. 240. in questione proposita, in 2. dubio. cum dixit, quod nemo tenetur credere Principi asserenti Castrum ad se pertinere. Sentit ergo Oldradus, non præsumi iustam causam in Principe, alioqui eius asserenti esset credendum. Et clarè, ac in specie hanc opinionem probauit Bald. in c. quæ in ecclesiis. num. 14. de consuet. & in consil. 326. Rex Romanorum, in si. lib. 1. Fulgof. in l. ult. C. si contra ius, & util. publi. & in consil. 61. colum. 1. Rom. in consil. 352. in fin. Abb. in consil. 3. colum. penult. q. 28. lib. 2. Aret. in l. Galus. §. & quid si tantum. col. 8. vers. circa tertium, de liber. & posthumis. Gouinus Gunyer in Pragmat. sanctione, in tit. de sublat. Cle. liter. in ver. bo. non præiudicent. Felin. in c. quæ in ecclesiis. nu. 62. de cõstit. Iason in l. quominus, in tertio notab. ff. de sum. & in l. si testam. in l. 1. not. 2. C. de test. & in consil. 105. col. pen. vers. in secundo respondetur. lib. 1. & in consil. 234. col. ult. lib. 2. Socin. Sen. in consil. 273. col. penult. lib. 2. & in consil. 38. lib. 4. idem inter consilia Curtij Sen. in consil. 20. colum. 6. & in consil. confirmatur. quin & ipse Curtius Sen. in consil. 50. A memorie recolende. col. 71. vers. scilicet. secunda conclusio. Gozad. in consil. 26. num. 41. Neuz. inter consilia Broni, in consil. 12. num. 145. & ipse Brunus in consil. 15. num. 7. Claudius Seyllius in l. ut vim. col. 4. de iustitia & iure. Crauet. in consil. 135. nume. 41. in tractatu de antiqui. temp. in 1. parte in initio. numer. 32. & Alciatus in tracta. de præsumptionibus. regu. 3. præsumpt. 8. numero septimo, inquit, hanc opinionem esse veram non iure solum, sed & æquitate. Quæ sanè sententia fulcitur ex elem. pastoralis. de re iud. vbi causa non præsumitur in principe, qui & sententiam tulit, parte non citata. Idem probare videntur c. 1. de causa possess. & propr. vbi Doctores. Præter eam accedit regul. l. si donatione. C. de collat. & l. si forte. ff. de Cast. pecul. qua dicimus, quod quando aliquis non potest aliquid facere sine iusta causa, illa causa debet probari ab eo qui factum allegat. Quæ sanè regula locum etiam habet in principe, vt tradunt Innoc. c. penult. de dilat. Deci. in consil. 576. num. 10. in si. Soc. Sen. in consil. 120. n. 9. lib. 3. & idè inter consilia Curtij Sen. in consil. 20. Sæp. numer. col. 6. ver. 2. etiam negare. Nam quando princeps sine iusta causa aliquid facere non potest. & priuata personæ æquiparatur vt scribunt Dec. in l. mutare consiliu. in fin. de regu. iur. & in consil. 293. num. 4. Rufus facile eluderetur lex, quæ vult in prædictis adesse causam, eluderetur inquam exprimens aliquam causam, quæ tamen re ipsa non esset vera & iusta. His accedit textus in c. nouit. de iudiciis. vbi non præsumitur pro Rege, quod seruauerit debitam solemnitate, in denun-

ciatione euangelica. & ibid. annotant Abb. & reliqui. Huc pertinet & illa ratio, quod cum à potestate libera principis hoc non pendeat, sed necessaria sit iusta causa, si præsumetur, quod iusta de causa id egerit, atque ita si ei crederetur, esset quodammodo testis in causa propria: contra testis nullus ff. de testibus. Quæ quidem iuris sententia, locum habet etiam in iuris summæ auctoritate, vt Cicero testimonio in Oratione pro Sex. Roscio Amerino probatur. Ciceronis verba hæc sunt. Itaque more maiorum comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi testimoniu de iure non dicerent. Africanus qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamè si sua res ageretur, testimoniu non diceret. Nam illud in eadem sententia non audeo dicere, si diceret, non crederetur.

Secunda fuit opinio & contraria præcedenti, quam quidem probarunt Cyn. in l. rescripta. quest. 3. & qu. 4. C. de precio. Imper. off. & ibidem Baldus nume. 10. Butrius in c. quæ auto. nume. 16. de iur. iur. & ibidem Abbas col. 5. vers. ex quo infero. idè Abbas in consil. 84. colum. 2. lib. 1. sic intelligens Cynum prædicto in loco. Imola in c. nam concipiscenti. am. de consuet. Socin. Sen. in consil. 266. num. 55. vers. etiam quando & secundo. libr. 2. in consil. 4. num. 13. libr. 3. Iason in consil. 233. in fine. lib. 2. Decius in consil. 125. numero 4. sentit Curtius Junior in consil. 170. numer. 25. Ea ratione prima ius moti sunt, quod princeps (vt diximus supra) locum Dei in terris obtinet. Atqui Deus iustissime omnia agit: & non solum id præsumere debemus, sed etiam firmiter credere. Ergo idem de principe. Verum responderi potest, non esse parem in his potestatem principis, & potestatem Dei. Nam Deus absolute dominus est, non modo rerum nostrarum ac corporum: verum etiam ipsarum animarum, quas sua bonitate creauit: Libera ergo ei facultas est disponendi. At non ita est in principe, in his de quibus nunc agimus: cum ei data non sit libera potestas sed limitata, hoc est, quando iusta subest causa: si ergo ei crederemus, perinde esset ac si libera facultas ei competere: quod saluum omnino est. Præterea, cum Deus ipse opt. Max. voluit hoc in seculo aliquorum delicta ponere, atque iudicis temporalis personam sustinere, nonne iustas esse causas, quibus id ageret notas esse voluit: sicuti quando peccata Sodome castigare voluit, vt scripserit est in c. Deus omnipotens. 2. quest. 1. Adferri etiam solet alia argumentatio hæc pro opinione, quod scilicet nephas sit de principis potestate disputare. 2. C. de crim. sacrileg. & scribunt Baldus in consil. 359. Proponitur, quod inter agnatos. colum. 1. lib. 1. Cæterum respondetur d. l. 2. procedere in his, quæ sunt iuris positiu, in quibus & princeps liberè disponere, & statuere potest, vt diximus supra. Ita declarat in specie Crauet. in tractatu de antiqui. temp. parte prima, in initio. nume. 38. In his verò, quæ attingunt ius diuinum, vel naturale, vel gentium diuersum est, cum non competat ei libera statuendi facultas. Solet tandem considerari, quod princeps præsumitur plenus iustitia, vt respondit Baldus in consil. 395. Pro Dom. D. n. d. l. 1. in si. lib. 2. & diximus supra, lex facta in prin. ff. de vulg. & pupil. subli. & ex l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loca publico. Cæterum facile responderetur, hanc præsumptionem ita generalem cessare ob contrariam specialem, quæ insurgit ex eo, quod aliquid facit contra ius ipsum vel diuinum, vel naturale, vel gentium. Cum enim hoc facere non possit, nisi ex iusta causa, si ipsi principi semper crederetur, nulla esset differentia inter vnum, & alterum casum.

Tertia fuit opinio & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. numer. 8. qui tres casus ita distinguit.

Primus est, quando princeps, nullam causam vel iustam vel iniustam allegat. Hoc & casu (ait Alciatus) non præsumitur pro principe, & hoc in casu procedit communis illa opinio. Ea est ratio (inquit Alciatus) quia iam deficit ipsius principis potestas: cum non sit supra ius diuinum, naturale vel gentium. Et accedit, quod si causa fuit iusta quare eam non expressit, vel verius eam non esse noluit. Ex quo ergo quod latere eam voluit, insurgit & contra eum est præsumptio: quia dici solet, qui male agit odit lucem, c. consiliu. 3. de offi. delega.

Secundus est casus, quando princeps expressit causam minus idoneam. Et idem est (ait Alciatus) quod superiore casu. Ego existimo hunc casum non solum clariorem esse superiore casu, sed etiam carere probabili dubitatione. Non enim in claris opus est coniecturis & præsumptionibus. l. iile, aut illi. §. cum in verbis. de leg. 3. si ergo causa minus idonea à principe ipse allegata, sequitur non solum non præsumi pro ipso principe, sed etiam esse clarum, & certo certius mala egerit. Immo expressio hæc vitiosa, tollit omnem præsumptionem, quæ alioqui pro ipso actu esse poterat, iuxta traditionem 360. in §. multis. in verbo transiit. in Inst. de lib.

de lib. & conferunt tradita à Castren. in consil. 81. In causa, quæ vertitur inter Reuerendum Patrem. colum. 3. libr. 2. ab Abb. in consil. 61. col. ult. vers. item antiquitas. lib. 2. à Iafone in l. 1. col. 5. in §. limita. C. qui admitti. & ab aliis multis quos nunc prætereo: qui quidem scripserunt, quod est solemnitas & intrinseca præsumatur ob temporis antiquitatem, artamen cessat illa præsumptio, quando ex inspectione gesti actus appareat eam solemnitate minus rite fuisse obseruatam.

Tertius est casus quando princeps allegauit iustam, & legitimam causam. Hoc in casu & præsumitur (ait Alciatus) vera hæc causa, atque ita præsumitur pro ipso principe. Et hoc in casu (inquit ille) procedit opinio Butrij, & Abbatis, & sequacium aduersus communem. Et idem sentit Crauet. in consil. 135. numer. 41. Et motus est Alciatus ex clem. 1. de proba. Cæterum veratim est hæc traditio. Nam ipsemet Alci. in d. præsum. 8. numer. 2. scripsit, d. clem. 1. loqui in beneficiis, in quibus Papa habet plenam & absolutam potestatem. Et ob id mirum non est, si ei creditur. At diuersum est in his, in quibus non potest liberè disponere: sed requiritur causa. Nam tunc, nec clarè quidem assertioni ipsius principis fides adhibetur, vt scribunt Baldus & alii plures supra pro prima opinione commemorati: Et præterea hoc in casu locum habet & illa ratio, quam ipsemet Alciat. considerauit primo in casu, quod scilicet non sit princeps supra ius diuinum, naturale, vel gentium.

Non ergo recedendum est ab ea communi opinione, quod scilicet non præsumatur iusta hæc causa. Et multo magis hæc traditio procedit, quado nulla iusta causa potest considerari. Ita Soci. Sen. inter consilia Curtij Sen. in consil. 20. col. 5. ver. quinto respondeo.

Declaratur nunc prædicta opinio, vt non procedat in antiquis. Nam in his creditur & assertioni ipsius Principis, etiam quo ad ea, quæ sine causa facere non potest. Ita Crauet. in tract. de antiq. temp. in secunda particula primæ partis principal. num. 25. ex sententia Cornei in consil. 312. colum. 5. lib. 1. & Socin. Sen. in consil. 266. colum. 11. ver. ad secundum respondetur, lib. 2.

PRÆSUMPT. XI.

Præsumptionem quando faciat Principis assertio, dilucidè explicatur.

SVMARIA.

- 1 Verba assertiua Principis circa factum alienum, non faciunt fidem plenam, sed præsumptionem tamen, n. 2. Et quid ea præsumptio operetur, num. 3.
2 Verbis enunciatiuis Papæ credi de re aliena, donec adstruatur contrarium.
3 Verba assertiua Principis etiam generalia præsumptionem faciunt in facto alieno.
4 Principi asserenti de facto antecessoris sui creditur etiam in præiudicium tertij.
5 Verba assertiua Principis præsumptionem non faciunt in his, quæ versosimiliter ipse ignorat. Idem in his, quæ non pendent à libera potestate eius, num. 8. Vt si assertio ista fuisset facta ob aliud, num. 9.
6 Verba assertiua priuatorum, prolata etiam propter aliud, præsumptionem faciunt.

CONVENIT superiori præsumptioni adiciere hanc, quæ dicimus, quod est & verba Principis assertiua circa factum alienum in his, quæ antiqua non sunt, plenam fidem non faciunt, vt scribunt Calde. in consil. 2. in si. in tit. de priuileg. Butr. & Imol. in Clem. 1. de probat. Alexand. in consil. 12. colum. 1. lib. 7. Corne. in consil. 22. colum. 3. lib. 3. Dec. in consil. 198. col. ult. vers. item & 3. in consil. 602. nume. 12. & in consil. 606. num. 14. Nihilominus & assertio hæc præsumptionem facit. Ita respondetur Ange. in consil. 368. col. 1. Roman. in consil. 368. numer. 38. Cast. in consil. 414. in facto presenti, num. 2. & in consil. 437. in questione, quæ vertitur inter Rectorem, ad si. lib. 1. Alex. in consil. 15. nume. 3. lib. 5. Soci. Sen. in consil. 266. col. 11. vers. sed tamen ad præmissa, lib. 2. Iaf. in consil. 34. colum. 6. libro 1. in consil. 65. col. 3. & in consil. 86. col. 5. lib. 3. Crauet. in consil. 135. num. 42. & in tract. de antiq. temp. in 1. parte princip. in initio, nume. 14. qui quidem scripserunt hanc præsumptionem operari, & vt non probandi contrarium, transferat in aduersarium, Idem censuit Gramma. in decis. 65. num. 58. Et Doctissimus Cardinalis Albanus, cuius pedes, vt Petri successoris, spero aliquando mihi dari deosculandi facultatem: eò enim & totius Christianæ Reip. salus, & præclara eius merita vocant. Is, inquam, in benè lucubratis ad Bartolum lucubrationibus in l. 3. §. cum urbem, nume. 3. de offi. præfec. vrb. scripsit, verbis enunciatiuis & Papæ de re digna credi: donec con-

trarium probetur. Extenditur primò, vt procedat etiam si verba ipsa Principum essent & generalia, atque ita incerta. Nam adhuc faciunt præsumptionem de facto alieno. Ita respondit Bald. in consil. 328. queritur si Rex, col. pen. lib. 1. quæ securus est Crauet. in d. tract. de antiq. temp. in d. parte princ. in initio, numero 14. in fin.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam quoad factum antecessoris ipsius Principis, de quo ipsi & Principi asserenti creditur etiam in præiudicium tertij. Ita Claudius Seyll. in Auth. si quis in aliquo, col. vlt. C. de edend. quem secuta est Rota Romana, referente Puteo in decis. 359. num. 5. lib. 1. & accedit Roman. in consil. 350. n. 18.

Declaratur primò, vt non procedat, quando verba hæc assertiua & sunt super eo, quod ipse Princeps vitiosimiliter ignorat. Nam tunc nec præsumptionem faciunt. Ita Bald. in consil. 359. proponitur, colum. 1. in si. lib. 1. Crauet. præcitato in loco, num. 15.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando verba assertiua fuissent prolata super eo, quod non & pender à libera potestate Principis. Ita Crauet. vbi supra n. 16. & scripsit superiore præsumptione.

Declaratur tertio, quando assertio ista ob aliud & facta fuisset, & in ea Princeps principaliter fundamentum non constituisset. Nam tunc nec præsumptionem quidem faciunt. Ita Lap. & Imo. in Clem. se summus Pontifex, in si. de sent. excomm. & ibidem Cardin. in 5. oppos. quos securus est Crauet. in d. tract. de antiq. temp. in 3. parte primæ partis principal. num. 19. & ibid. num. 21. adfert duas rationes differentie inter hæc verba Principum, & verba priuatorum: quæ quidem verba & assertiua priuatorum prolata etiam propter aliud, præsumptionem faciunt.

PRÆSUMPT. XII.

Quando præsumatur Princeps vel concessisse, vel rescripsisse secundum ius commune, vel secundum ius speciale, diligens explanatio.

SVMARIA.

- 1 Princeps in dubio præsumitur iure communi vti voluisse & secundum id rescribere.
2 Comes Palatinus habens legitimandi potestatem à Principe, quomodo habere intelligatur.
3 Iure speciali aut potestatis plenitudine, quando Princeps vti voluisse præsumatur, num. 4. & 5.

VERA est, & ab omnibus recepta hæc iuris sententia, Principem, qui iure communi, & speciali vti potest, in dubio vti & voluisse iuri communi, atque ita secundum illud rescribere, & concedere, c. innovat. de elect. & Abbas in c. adhuc. de rescript. & in c. illa quotidiana, colum. 1. de elect. Bald. & Cast. in l. si testamentum. C. de testam. milit. Iaf. in l. quanquam, num. 2. C. eodem. Galliaula in l. Centurio, num. 13. de vulg. & pupil. subli. cum (ait ille) princeps censetur sequi ius commune, ex facto, in si. ff. de vulg. & pupil. subli. & docuit post alios Decius in c. 1. colum. 2. de consil. Hinc docuit Castren. in l. Gallus. §. & quid si tantum, in fine. ff. de liber. & posthum. quod & Comes Palatinus habens potestatem legitimandi à Principe, dicitur habere secundum potestatem ordinariam, non autem secundum absolutam. Ita quoque dicimus, quod in dubio præsumitur rescripto datus iudex, qui procedat secundum ius commune, non autem secundum ius speciale, & extraordinarium: sicuti procedere solet inquisitor. Dec. in l. in testamento, in vlti. notab. C. de testam. milit. Galliaula in d. l. Centurio, nu. 138. Et plura his similia cogeremus infra lib. 6. præsumpt. 7. vbi agemus de actu præsumendo, an scilicet præsumatur gestus secundum ius commune, vel secundum speciale.

Declaratur primo, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando Princeps apposuit in rescripto clausulam, Non obstante, &c. Nam tunc & præsumitur velle vti plenitudine potestatis, atque iure speciali. Ita in specie declarat Galliaula in d. l. Centurio, num. 140. ex sententia Bal. in l. si testamentum. C. de testam.

Declaratur secundo, vt non habeat locum, quando & Princeps vsus est clausula, ex certa scientia. Nam, & tunc præsumitur voluisse vti plenitudine potestatis, sicque iure speciali. Ita Galliaula in d. l. Centurio, num. 141. post Alex. ibid. Abb. Felin. & alios in c. ad hæc. de rescript. & Socin. Sen. in consil. 164. col. 2. lib. 1.

Declaratur tertio, non procedere, quando aliàs & actus

valere non possit. Nam tunc Princeps præsumitur voluisse...

PRÆSUMPT. XIII.

Rescriptum an & quando motu proprio Principis, vel ad postulationem partis concessum præsumatur.

SUMMARI.

- 1 Rescriptum ad postulationem partis, non motu Principis proprio, emanatum præsumitur.
2 Idque procedit etiam si adiecta fuerit clausula motus proprio, præcedente tamen partis postulatione, num. 2.
3 Rescriptum geminatum proprio Principis motu concessum præsumitur.
4 Rescriptum concessum ob præcedentia bene merita, præsumitur motu proprio factum.
5 Rescriptum concessum, per viam legis, vel statuti, præsumitur motu proprio.
6 Rescriptum redactum in Corpore Iuris vel Statutorum volumine, motu proprio præsumitur emanasse.
7 Rescriptum ad multorum utilitatem concessum, præsumptionem habet motus proprio.
8 Rescriptum reservationis motu proprio concessum præsumitur.
9 Concessionum ubi paritas datur præfertur ea, quæ habet motum proprium.
10 Concessio facta motu proprio, præsumitur recta & legitima, nec debet revocari in dubium.
11 Clausula motus proprio tollit vitium subreptionis.
12 Concessio facta motu proprio, favorabilis est, & extensibilis.
13 Concessio facta motu proprio, iustis de causis facta præsumitur.

REVOCA RI in dubium per se solet, an & quando rescriptum præsumatur concessum motu proprio Principis, vel ad partis postulationem? Et pro regula...

1 Extenditur primò, vt locum habeat etiam, & quando rescripto adiecta fuit clausula, motus proprio, sed iam præcessit ipsa partis postulatio. Nam adhuc præsumitur ad partis instantiam facta concessio: & ita clausula, motu proprio, nihil operatur. Ita Paris. in conf. 79. n. 23. li. 4. Soc. Jun. in conf. 78. nu. 98. lib. 1. Anto. Gabr. in li. 6. conclus. in tit. de clausulis, in conclus. 2. in fin.

3 Declaratur primò vt locum non habeat, & quando rescriptum fuisset geminatum. Nam tunc præsumitur motu proprio Principis concessum. Sic declarat Bald. in l. nec damnosa. C. de precip. Imperat. offer. vbi Iaf. & in d. l. 3. in prin. num. 6. ff. quod quisque iuris, vbi Alexand. & Dec. num. 5. Idem Dec. in conf. 33. n. 2. & n. 6. Paris. in conf. 9. nu. 21. lib. 3. & Grammat. in conf. 99. col. 3. in ciuilibus. Et hanc declarationem intellexit Dec. in d. l. in prin. num. 5. vers. & hoc primo, post Felin. in c. si quando; col. pen. de rescript. in aliis concessionibus, præter illas beneficiorum, in quibus adhuc præsumitur concessum rescriptum ad partis instantiam. Et Ant. Gabr. in d. conclus. 2. numero 100.

4 Declaratur secundo, vt non procedat, quando ob præcedentia & benemerita concessum fuit rescriptum: Nam tunc præsumitur concessio facta motu proprio ipsius Principis. Ita Alexand. & Iaf. in d. l. 3. in princip. num. 7. quod quisque iuris, post Gulielmum Cuneum, & Albericum, quos ibi recensent & eodem in loco Decius num. 6. & Iacobinus à Sancto Georgio in secunda lectura. Felin. in c. causam quæ, col. 4. vers. undecimo nota, de testibus. Grammat. in conf. 100. col. 6. in ciuilibus. & Gabr. in d. conclus. 2. num. 133.

5 Declaratur tertio, non procedere, quando & rescriptum fuit concessum per viam legis, vel statuti. Nam tunc præsumitur motu proprio concessum. Ita Bar. in l. 1. in fi. C. de bon. vac. lib. 10. & in l. 1. de pet. bon. sublat. lib. 10. Iaf. in d. l. 3. in prin. nu. 8. ff. quod quisque iur. & ibid. Deci. num. 6. vers. tertio fallit.

6 Declaratur quarto, non habere locum, quando & rescriptum fuisset deinde redactum in Corpore Iuris, vel in volumine Statutorum. Nam tunc præsumitur motu proprio concessum. Ita Iaf. in d. l. 3. in princip. num. 9. ff. quod quisque iuris.

Declaratur quinto, vt locum non habeat, & quando rescriptum fuit concessum ad commodum, & utilitatem multorum, vtputà omnium ecclesiarum, vel omnium subditorum. Hoc sanè casu concessio præsumitur facta motu proprio Principis: cum verisimile non sit, omnes supplicasse. Sic declaratur Bald. in Authen. quas actiones, col. 1. vers. vel aliter, & ibid. Iaf. col. 4. vers. ultra. Barto. C. de sacrosanct. eccles. Idem Iaf. in d. l. 3. in prin. num. 10. vbi etiam Dec. num. 7. Fel. in c. si quando, col. ult. de rescript. & in c. causam quæ, col. 4. vers. undecimo nota, de testib. & Ant. Gabr. in d. concl. 2. numero 112.

Declaratur sexto, vt non procedat, quando & fuit concessum rescriptum reservationis. Nam tunc præsumitur concessum motu proprio Principis. Ita ex sententia Anez de Falconib. declarat Anto. Gabr. in d. conclus. 2. num. 114. Huius disputationis summa est utilitas, cum effectus per plures pariat concessio motu proprio facta. Et primus quidem effectus est, quòd vbi datur paritas & concessio, illa præfertur, quæ motum proprium habet. Ita scribunt Io. Andre. & Gemin. in cap. duobus, de rescript. in 6. & alios congesti in libro de arbitrar. iudic. casu 48. col. ult. vers. & nonus est casus.

Secundus est effectus, quia & concessio motu proprio facta, præsumitur recta & legitima, nec in dubium reuocari amplius debet, Clem. disuadente. §. qui autem, de præbend. & propterea dici toler. clausulam motus proprio, tollere vitium subreptionis, c. si motu proprio, ff. de præb. in 6. & c. si Rom. de præb. & scribit Dec. in conf. 341. num. 4. in fi. & in conf. 407. nu. 3. & in c. 2. de rescript.

Tertius est effectus, quia reddit dispositionem & concessionem favorabilem, & consequenter extensibilem, de casu ad casum. Ita Anchar. in conf. 296. Butti. in c. cum in cunctis, de test. Dec. in d. conf. 341. n. 5.

Quartus est effectus, quia præsumitur quòd Princeps & concedens, sit motus iustus de causis, ad sic concedendum. Ita Roman. in conf. 436. num. 5. Dec. in d. conf. 341. num. 5. vers. & operatur, & c. qui eiusdem sententia recenset Barbar. & Felinum.

Alios effectus, qui septem & quadraginta sunt, congerit Petrus Rebuffus in Commentariis ad concordata Regis Galliarum in forma mandati Apostolici, in verbo, motu proprio, plura etiam scribit Ioan. Staphylus in tractatu de literis gratiæ, & iustitiae, in 1. parte, in tit. de vi & effectu clausularum.

PRÆSUMPT. XIII.

Iurisdictionem ordinariam non præsumi, & quibus illa probationibus probari possit, paucis, sed dilucidè explicatum.

SUMMARI.

- 1 Iurisdictione, potestas, & imperium, dicuntur fundamenta iudicij.
2 Pontifici Maximo omnis à Deo data potestas.
3 Cesar totius orbis dominus, quoad dignitatem, & protectionem.
4 Iurisdictione omnis, & potestas, à Cesare fuit, & refuit.
5 Iurisdictione, & imperium in alios, non habet inferior à Principe: & que sit ratio, n. 6.
6 Iurisdictionem sibi à Principe tributam asserens, id probare debet.
7 Iurisdictione est qualitas quedam, quæ homini à natura non inest.
8 Iurisdictionem sibi concessam probatur ex inuestituris. Item ex literis commissionis & mandati, n. 10.
9 Iurisdictione ordinaria semel facta publica, non indiget alia probatione. Idem est, si à magistratu isto sententia lata sit, contra præsentem non reclamantem, num. 12. Vel lis fuerit per ipsas partes contestata, n. 13.
10 Approbatum semel, reprobare amplius non possum.

IURIS DICTIO omnis, omnifque & potestas, & imperium, quæ dicuntur iudicij fundamenta, secundum Bald. in Rub. C. si à non compe. iud. sunt apud supremos Principes. Pontifici enim & Max. potestatem omnem à Deo ipso Seruatore nostro datam legitimus, c. 1. 22. distin. Data est etiam potestas ipsa Cæsari: cum sit totius & terrarum orbis dominus, quoad dignitatem, & protectionem censeatur, l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. Hinc scriptum reliquit Bald. in c. 1. num. 2. tit. de allod. in vrb. feudo. omnem iurisdictionem & potestatem à Cesare fluere in suos magistratus, & ad eum refluere.

refluere. Et idem docuit Alexan. in l. r. in fin. ff. de iurisd. omn. iud. & idem in conf. 24. num. 1. lib. 5. Quocirca qui à Principe inferior est, iurisdictionem, & imperium in alios habere non præsumitur: quemadmodum scripserunt Bald. in l. 1. in I. C. de reb. alien. ad alien. & in l. 2. nu. 74. C. de seru. & aqua. & in l. prohibitorium, nu. 12. C. de iure fidei. lib. 10. Par. Put. in tract. de syn. dicatu. §. an officialis successor, nu. 2. Alexan. in conf. 107. num. 6. lib. 7. Iaf. in l. mores, nu. 53. vers. item aduerte, ff. de iurisd. omn. iud. & omnium apertus Sebatt. Vant. in tract. de nullitat. iur. de null. sentent. ex defectu iurisd. ordinar. nu. 10. & II. Et huius quidem sententia est ratio, & quam & vno verbo attigi supra, quia si iurisdictione omnis est apud supremum Principem: & si iudicandi munus publicum, non autem priuatum est, l. quippe, ff. de iud. & L. munerum. §. iudicandi. ff. de mun. & honor. necuo à Principe inferior iura magistratus sibi assumere poterit, sed à Principe ipso creari debet, l. 1. ff. ad leg. Tul. de amb. in. & c. iudicibus 2. q. 6. Qui ergo à Principe sibi iurisdictione tributam asserit, ob id, quod facti est, probare tenetur, cum facta ipsa non præsumatur, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlim. reuers. & suo loco dicemus. Et propterea accedit, quòd iurisdictione est quædam, quæ homini à natura non inest, sed ita competit vni, vt non alteri, ob id probanda est, iuxta traditionem glo. in c. si forte, in verbo, scientia, de elect. in 6. Abb. in c. postquæ, col. ult. de elect. Cardi. in c. 1. col. 2. de seruin. & Dec. in conf. 522. col. vlt. & dicemus infra lib. 6. præsumpt. 48.

Et quanquam idem sit dicendum de iurisdictione delegata, quod de hac ipsa, de qua nunc verba facimus, iurisdictione ordinaria: atramen de delegata ipsa subsequenti in præsumptione, vt clariùs atque dilucidius singula explicemus, dicere institui. Qui ergo asserit, se obrinere iurisdictionem ordinariam, id probare debet. Probatum autem primò ex & inuestituris, quibus demonstrat, concessum sibi fuisse castrum vnà cum iurisdictione, & imperio, c. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio, vt scribunt ibi omnes in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Probatum etiam ex literis & commissionis, vt in Extrava. Inimicæ, de electio. Quas quidem commissionis, & mandati literas, statim quo magistratus iste ingressus est prouinciam, vrbem, vel oppidum, suo antecessori præsentat, & iuber consuetis in locis publicari: sicuti admonent Specular. in tit. de legato. §. superest, vers. & pro hoc sedis Barto. in l. prohibitorium. C. de iure fidei. lib. 10. & in l. probatorio. C. de diuers. offi. lib. 12. & in §. 605. in Authen. de collat. quos secutus est Vant. in tracta. de nullitatib. tit. de nullit. sentent. ex defectu iurisd. ordinar. nu. 19. Et ex his elicitur subsequens declaratio.

Declaratur itaque primò hæc præsumptio, vt non procedat, quando huius magistratus iurisdictione ordinaria & semel facta est publica, vel (vt diximus) ex inuestituris, vel ex commissione. Nam tunc illa in posterum præsumitur: atque ita necesse non est, amplius eam probare, cum iam ea in prouincia omnib. nota ac manifesta sit. Ita sanè intelligendus est Bald. in l. si qua per calumniam, col. pen. vers. deinde quæro. C. de episc. & cler. cum dixit, iudicem ordinarium præsumi, qui iam publicè est in quasi possessione administrationis illius officij. Semel enim assumptus admissusque talis præsumitur, donec vsque perdat tempus officij. Idem apertius docuit Bald. in l. 1. in fine. C. vbi & aduersus quos, in l. 2. nu. 75. C. de seru. & aqua. & l. ea quidem, nu. 14. vers. notorium verò facti. C. de accusat. Et Baldum secuti sunt Guid. Papæ, quæstio. 259. ff. in ciuitate, & Vantius in d. tit. de nullitat. sentent. ex defectu iurisd. ordinar. nu. 20. Qui quidem num. 21. subiungit, quòd in aliena prouincia, seu loco, aut tribunali, in quibus huiusmodi iurisdictione facta non sit notoria, si de ea non constiterit, & à parte negetur, per famam, & communem opinionem probari poterit. Quam sanè traditionem aliorum auctoritate Vantius ipse probauit. Et propterea scribit idem Vant. in d. tract. in tit. quib. mod. sentent. nulla reparatur, num. 95. iurisdictionem præsumi ob tolerantiam.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando à magistratu isto & lata fuit sententia contra præsentem, & non reclamantem. Nam tunc iurisdictione præsumitur, & ob id asserenti contrarium, incumbit onus probandi. Ita Inn. in c. nihil est, de elect. in c. cum in iure peritus de offic. delega. & in c. innotuit. de eo qui surtim ordines suscepit. Bart. in l. 2. nu. 7. ff. si quis in ius voc. non ier. Abb. in c. scut. nu. 21. de re iud. qui tamè loquitur de delegato. Castiodor decis. 1. tit. de præsumpt. qui loquitur de officio inquisitionis & apertius hoc secutus, scripsit Vant. in tract. de nullitate ex defectu iurisd. ordinar. numer. 22. & huius declarationis ratio ea est, quia suo consensu ille contra quem lata fuit sententia, sibi ipsi detrimentum attulit: & quia pro ipsa re iudicata præsumitur, vt multis infra hoc libro probabimus.

Declaratur tertio, vt non procedat, & quando lis per ipsas partes fuisset contestata. Nam adhuc ex post asserenti, eum

non esse iudicem, non creditur, sed probare debet. Ita Innocent. in c. innotuit. de elect. Bald. in l. licet, col. 3. C. de procurat. & in l. gesta, col. pen. vers. quæro nunquid. C. de re iud. Abb. in d. c. scut. n. 21. de re iud. & Vant. loco præallegato. n. 23. Ea est huius traditionis ratio, quia quem semel & approbati, amplius reprobare non possum. l. si proprias. vbi Bald. ff. de pet. hered. & c. quod semel, de reg. iur. in 6.

PRÆSUMPT. XV.

Iurisdictionem delegatam non præsumi, etiam in vito excelso: & inibi quo ordine & modo iurisdictione hæc probetur.

SUMMARI.

- 1 Iurisdictione delegata minus quam ordinaria præsumitur: eaque dicitur odiosa, num. 2.
2 Mandatum non præsumitur.
3 Iurisdictione delegata, nec in persona excelsa, vel illustri præsumitur.
4 Delegato nec ob summam dignitatem, de iurisdictione delegata credi.
5 Delegatio facta non præsumitur in causis reservatis. Pontifici, vel Principi, nisi tamen & c. n. 7.
6 Delegatus rescriptum suæ delegationis ostendere, & copiam mandati facere debet.
7 Delegato excelsæ dignitatis tunc demum creditur, quando de negotio, & factio delegantis solùm agitur, nec versatur tertij præiudicium.
8 Delegatus mandatum habere quando præsumatur, & n. 11.
9 Mandatum delegationis, quomodo probandum, & n. 13.

DELEGATA iurisdictione multò minus & præsumitur quam ordinaria, de qua superiore præsumptione disseruimus. Nam cum iurisdictione ordinaria sit quasi naturalis, etiam favorabilis creditur, nimirum si facillè illa præsumitur. Ita scribit glo. in c. 1. in glossa magna. & in c. dispensa. de rescript. in 6. & in c. si contra vni. in verbo, episcopi, de off. de leg. in 6. Diuersum est in iurisdictione delegata, quæ odiosa & dicitur, vt tradunt glo. in d. c. 1. de rescript. in 6. Alex. in l. 1. col. 15. de officio eius, & c. Marana de ordine iudiciorum, parte 4. distin. 6. numero 29. Et propterea difficilior præsumitur: sed probare debet qui eam allegat. Ita gloss. & omnes in c. cum in iure peritus. de off. deleg. Et ibi Felin. num. 5. Et affirmatur Alex. in conf. 200. nu. 11. lib. 2. Guido Papæ quæst. 322. Non creditur. Dec. in l. unica, nu. 7. C. de mand. princip. & in conf. 214. numero secundo, vers. ad tertium dubium. Crauet. in conf. 266. n. 5. & in conf. 319. col. vlti. Vant. in tract. de nullitatibus, tit. de nullitate sentent. ex defectu iurisd. ordinar. nu. 16. & n. 28. Andr. Gail. lib. 1. pract. obserua. ca. 48. n. 17. qui praxim docet, vt delegatus ipse inferi faciat in citatione luez delegationis rescriptum. Et testatur esse communem opinionem. Quam sententiam manifestè probat d. c. cum in iure peritus. de off. delega. & generalis illa iuris præsumptio, & regula illa quæ dicimus mandatum & non præsumi, vt omnes scribunt in l. sciendum. ff. de ver. oblig. & infra suo loco dicemus.

Extenditur primo, vt hæc præsumptio locum etiam habeat in persona & excelsa atque illustri, quæ sibi factam delegationem assereret, vt in Cardinali. Nam & tunc non præsumitur facta delegatio, sed de ea constare debet. Ita tradunt Innoc. in c. cum olim. il. 1. de priuileg. & ibidem Abbas in c. cum in iure peritus. in 1. notab. de off. delega. & ibidem Felin. col. 3. vers. sed contra istam. qui eiusdem sententia recenset Io. Monachum, Cardinalem, Butrium, & Imolam. Idem scripserunt Lanfran. Orian. in c. quoniam contra. in verbo, rescriptum depositionis. n. 75. vers. ulterius dubitatur. de probat. Alex. in conf. 92. n. 14. lib. 6. egregiè Iaf. in conf. 104. col. 1. lib. 1. qui eiusdem opinionis alios plures commemorat. His accedunt Dec. in l. unica, nu. 17. C. de mand. prin. Vant. in præallegato tract. de nullitatib. tit. de nullitate sententia ex defectu iurisd. ordinar. nu. 17. Et horum sententiam probant d. l. unica. C. de mand. principum. sibi nullius dignitate terreri. l. prohibitorium. C. de iure fidei. lib. 10. sibi cum literis nostris non ex arbitrio suo. & l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. 12. Quibus constat minus rectè sensisse illos qui scripserunt, credi & delegato ob summam dignitatem, sibi mandatum esse iurisdictionem. Quæ quidem in opinione fuerunt Hostien. in summa tit. de offic. deleg. Specul. in tit. de probatib. §. in seruum. vers. quid de auditoribus. Ioan. Monach. in capis. v. nico de schismatic. in sexto. Calderin. in conf. secundo. tit. de offic. lega. Abbas sibi parum constans in capis. quod super his, de fic. k 3

de instr. in conf. 17. in fin. lib. 2. Cast. in conf. 307. Priusquam iura. lib. 2. Roma. in conf. 59. in quarto dubio. Alex. in conf. 106. col. pen. lib. 2. & Tyraq. in tract. de panis legum, &c. Causa 51. nume. 100. Et argumentis rationibusque perpensis ab huius opinionis Doctoribus, partim à Dec. in d. l. unica, n. 17. C. de mand. princ. n. 5. de off. deleg. partim à Dec. in d. l. unica, n. 17. C. de mand. princ. repelluntur. Hæc declaratio procedit multo magis, quando asseritur facta delegatio eorum rerum, & causarum, quæ alioqui referuntur sunt ipsi Pontifici vel principi. Nam tunc non præsumitur delegatio nisi manifeste probetur. Ita Ioan. Andr. & Gemina. in c. 1. de off. legat. in 6. Idem Gemin. in c. eos. §. 1. in fin. de senten. excomm. in 6. & in conf. 62. col. 2. Bal. in l. si qua per calumniam. vlti. C. de epis. & cler. Abb. in c. quod translationem. in fi. de off. leg. & in d. c. quod super his. de fide instr. vbi Felin. col. 3. Dec. in d. l. num. 18. C. de mand. princ. qui nume. 19. subiungit post Cald. in d. consil. titu. de off. legat. nisi legatus esset in possessione seu quasi administrandi ea, quæ referuntur sunt Pontifici.

Extenditur secundo hæc præsumptio procedere, vt non solum teneatur delegatus ostendere rescriptum suæ delegationis, sed etiam debet facere ei copiam commissionis & mandati. Ita gloss. in c. porro. de priuileg. in gloss. 3. Felin. in d. c. cum in iure peritus. numer. 6. de off. deleg. Quibus accedit Cast. in conf. 82. In causa que versitur inter Reuerendum patrem. col. 4. vers. est etiam alius defectus, lib. 2. qui respondit in ipso citationis libello esse inferendam copiam & tenorem ipsius delegationis, id quod respondit & Crau. in conf. 319. col. vlt. qui quidem affirmant hoc procedere, cum citandus est in remota regione, vel loco.

Declaratur primo hæc præsumptio, vt non procedat quando delegatus est persona excellæ dignitatis, & non agitur de præiudicio, tertij: sed solum de negotio & facto ipsius delegantis. Nam tunc ipsi delegato creditur absque eo, quod delegationis suæ mandatum exhibeat. Ita intelligitur gloss. ex illo text. in c. nobilissimus. 97. dist. & expressè affirmant Ang. in l. quæcumque. §. vlti. ff. de pub. in rem act. & in conf. 182. Mandatum. l. in conf. 104. col. 1. vers. sed quando. Dec. in d. l. unica, numero vigesimo. Cod. de mand. princ. Gozad. in consilio 41. numero 15. Part. in conf. 57. in fi. Crau. in conf. 104. nume. 5. & Rebuff. super concordata Regis Galliarum in titu. de mandat. apostolicis. in verbo, literas. versic. imo non credentur.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando delegans est eodem in loco, in quo ipse delegatus vult suam illam delegationem exequi. Nam tunc præsumitur, quod is delegatus habeat delegationis mandatum: cum non præsumatur velle dicere mendacium, quod facile ob delegantis presentiam detegi potest. Ita declarat Spec. in tit. de iudice deleg. §. sequitur. ver. in omnia. & apertius in tit. de prob. §. videndum. ver. quid de audiorib. Rom. in l. sciendum. num. 18. ff. de verb. obl. Butr. & Imol. in c. super his, de fide instr. & ibidem Felin. Iason in conf. 104. col. 2. vers. prædicta multo. lib. 1. Dec. in d. l. unica, n. 22. C. de mand. princ. Paris. in conf. 99. nu. 10. lib. 4. & Gramm. deci. 36. num. 27.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando coram hoc delegato lis fuisset à partibus contestata, vel ab eo lata fuit sententia partibus presentibus, & ab ea non fuit appellatum. Ita Abb. in c. scicut. num. 21. de re iud. & Felin. in d. c. cum in iure peritus, num. 10. de off. deleg. Et huc pertinent quæ scripti superiore præsumptione, in secunda, & tertia declaratione. Cum verò delegationis mandatum probari debet, illud quidem præbendum est scriptura ipsa mandati, non autem testibus. Ita Bart. in l. prohibendum. C. de iure fisci. & in l. pen. C. de superindictio. lib. 10. Angel. in §. eos. in athen. de collato. & idem in conf. 182. Mandatum. Bal. in l. si qua per calumniam, col. pen. C. de epis. & cler. Feder. de Senis in conf. 251. casus talis est. Iacobus & c. Felin. in c. cum in iure peritus. col. 3. vers. sed contra istam. de off. deleg. Dec. in l. unica, num. 6. C. de manda. princ. & Rebuff. in comment. super concordata Regis Galliarum in tit. de mand. apost. in verbo, literas. versic. ad probandum. et si loquatur Rebuff. de rescriptis gratiæ. quæ tamen quoad rem hanc non differunt à rescriptis ad lites. Cæterum si semel fuisset delegationis mandatum exhibitum, & deinde casu perdidit, potest illius tenor probari testibus. Ita glo. in c. cum olim. il. 1. de priuileg. & ibi Abbas in fi. Bald. in l. unica. C. de mand. princ. quos secutus est Vanc. in tracta. de nullitatibus. titu. de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis. ord. numero 29. qui & Spec. eiusdem opinionis recenset. Idem scripserunt Paris. Puteus in tracta. de syndicat. §. an officia-rii successor. numero 2. Felin. in c. scicut. numero 15. de re iud. & Rebuff. loco præallegato. vers. secundo fallit. quo loci declarat, quando testes deponere & testificari debent. Et ibidem nonnullas declarationes ad rem hanc commemorat.

PRÆSUMPT. XVI.

Iurisdicctio concessa an ordinaria vel delegata in dubio præsumatur, diligens & accurata disputatio.

SVMMARIA.

- 1 Iurisdicctio à lege concessa, secundum subiectam materiam diiudicatur.
- 2 Dispositio quelibet à subiecta materia recipit interpretationem.
- 3 Contrahere non posse in loco vbi iurisdicctio exercetur, solum contra iudices ordinarios est constitutum.
- 4 Iurisdicctio talis concessa præsumatur, qualem verba adiuncta demonstrant.
- 5 Dicitio, propria iurisdicctio, significat ordinariam.
- 6 Delegatus fungitur iurisdicctioe delegantis.
- 7 Genitius proprietatem significat.
- 8 Iurisdicctio ordinaria præsumitur concessa, quando lex aliquem simpliciter constituit iudicem.
- 9 Iudex datus, præsumitur datus, vt procedat iure ordinario, non autem speciali.
- 10 Concessio & verba illius in potiori significatu accipienda.
- 11 Iurisdicctio delegata dicitur extraordinaria, & delegatus dicitur extraordinarius.
- 12 Dispositio intellegi debet in dubio, de actu alteri minus præiudiciali.
- 13 Iurisdicctio delegata cur odiosa dicatur.
- 14 Actus & dispositio recipit interpretationem à natura & qualitate persone concedentis.
- 15 Legis qualitas est, vt perpetuò vigeat.
- 16 Dispositio intellegitur de actu perpetuo.
- 17 Iurisdicctio delegata dicitur specialis, & delegatus iudex est specialis.
- 18 Disponens iure communi non speciali, in dubio vti velle præsumitur.
- 19 Rescriptum iustitiæ potius quàm gratiæ præsumitur principem concedere velle.
- 20 Extraordinaria non sunt in consideratione.
- 21 Res ad suam naturam facile reuertitur.
- 22 Iudicium ordinarium est secundum ius commune, extraordinarium dicitur contra vel præter illud.
- 23 Iurisdicctio mandata à principe persone habenti iurisdicctioem ordinariam, de qua intellegatur cum distinctione, num. 24. & 25.
- 24 Iurisdicctiois prorogatio fieri potest tam à lege quàm ab homine, non tamen datur de vna re ad diuersam. n. 27.
- 25 Iurisdicctio concessa à principe persone priuata delegata est, & quibus ea verbis fiat.
- 26 Delegatus effectus dicitur is, cui tanquam persone priuata causa singularis à principe committitur.
- 27 Iurisdicctio ordinaria tributa censetur à principe causam committente, si dicat expressè quod in sui locum, in omnibus eum reponat.
- 28 Delegatus effectus præsumitur priuatus, cui à principe simpliciter certum genus causarum committitur.
- 29 Argumentum à potestate tutoris ad iurisdicctioem in iure tut. primum est.
- 30 Tutor datur vniuersitati, & quare non certis rebus. n. 34.
- 31 Iurisdicctio ordinaria sui natura non est restricta ad hoc, vel illud genus causarum.
- 32 Syndicatores obtinent iurisdicctioem delegatam.
- 33 Syndicatores quando censentur ordinarij.
- 34 Ordinarius iudex factus præsumitur, cui princeps vniuersitatem causarum commisit.

DONCESSA & DATA PRÆSUMATUR? Egregiam hanc disputationem proposuit atque explicauit Bar. in l. more, nu. 8. ff. de iurisd. om. iudi. & ibidem recentiores. idem Bart. in l. ambrosiana. numer. 34. ff. de decretis ab ordi. facien. in l. in fi. C. vbi & apud quem in integ. resti. & in sua disputatione 5. Admansia, in fine: & melius fustiusque Ioan. Baptista à S. Seuerino in d. l. more. q. 15. num. 25. Verum cum non perfectè satis rem hanc absoluerint, ego mea pro virili interpretum traditiones omnes complexus, noua distinctione atque partitione tantæ obcuritati, lucem aliquam adferre conabor.

Tria itaque capita huius disputationis constituenda sunt, quemadmodum & tres regulas is Ioan. Baptista à S. Seuerino constituit.

Primum est caput quando iurisdicctio à lege data concessa que fuit.

Secundum, quando à principe, vel ab eo, qui & ordinariam

LIBER SECVNDVS. PRÆSUMPT. XVI.

Nam & delegatam dare potest.

Tertium est caput, quando iurisdicctio ab inferiore data fuit.

Primum itaque caput est, cum à lege iurisdicctio fuit concessa, an concessa & data præsumatur ordinaria, vel delegata? Quo sane in capite aliquot casus sunt distinguendi atque constituendi.

Primum est casus, quando subiecta ipsa materia ostendit, quæ iurisdicctio fuerit tributa. Illa enim talis diiudicabitur. Ita simili de questione censuerunt omnes penè in rub. ff. de iurisd. om. iud. ibi Alex. l. Dec. Rimin. senior, Curt. Jun. numero 4. & nouissimè Ioan. Bologn. numero 7. & num. 8. dum disputant, appellatio iurisdictionis quæ intelligatur. Et aiunt ante omnia spectandam esse subiectam ipsam materiam, & rectè quidem, quandoquidem omnis dispositio præ subiecta ipsa materia declarationem & interpretationem recipit, etiam si flectantur atque improprietur verba, l. si vno. al. l. ex conductio. §. Papinianus ff. locati. l. si stipulatus ff. de usuris. & l. si insulam ff. de præscrip. verb. & egregiè similia tradunt Bartol. in d. l. vno. Dec. in l. non vult heres esse, numero 8. de reg. iuris. idem in l. qui accusare. in fi. C. de ede. & in l. 3. num. 4. C. de milit. testat. Alciat. libro 2. de verb. sign. numero 4. & Crauet. in conf. 23. numero 7. & in conf. 245. numero 6. qui plura congerit. Et huc maximè facit, quod docuit Aret. in l. 1. §. si quis ita. de verb. oblig. dum dixit, quod ad cognoscendum actum potissimum iudicium refertur ex subiecta materia. Et ex Aret. sententia scriptum ad rem propè nostram reliquit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. in fin. subiectam materiam ostendere, an quis vti voluerit actu privilegiato vel ordinario. Hinc iura permulta, quæ alioqui subobscura sunt, de vtraque iurisdictione loqui, ob subiectam ipsam materiam intelligimus. Ita enim intelligi & declarari potest l. 2. ff. de iurisd. om. iud. quo loci Iauolenus ait, cui iurisdicctio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdicctio exerceri non potest. Hæc iurisdicctio, cuius Iauolenus mentitur, tam de delegata, quàm de ordinaria intelligitur: cum subiecta coactionis materia vtrique conueniat. Ita parte declarari & intelligi potest l. qui iurisdictioni. eod. titu. ff. de iurisd. om. iud. de cuius interpretatione egregiè scribit Duaren. libr. 1. disputa. amniuers. cap. 51. C. rati. in l. 3. numero quinto. ff. de offic. prætor. & libr. 4. miscel. cap. 9. & Iouean. in l. 1. in princip. ff. eo. Et ad rem nostram adferri potest exemplum, quo ex subiecta ipsa materia ostenditur potest, vtraque iurisdictionem fuisse concessam: vt si lex constituit Archidiaconum loco Episcopi, causarum hæreticæ prauitatis iudicem: cum Episcopus vtramque potestatem obtineat, c. per hoc. de hæret. in 6. Et scribit Abbas in c. cum ex officio, numero 20. de præscrip. Inde fit, vt ob subiectam ipsam materiam vtramque potestatem assecutus dicatur Archidiaconus. Ita parte subiecta materia ostendit collatam esse ordinariam iurisdictionem tantum, vt putà si lex constituit iudicem, & præcipiat, ne eo in loco vbi ius dictum est, contrahere & immobilia acquirere possit, subiecta ipsa materia ostendit, hunc esse iudicem ordinarium, cum non posse prætere heri in loco vbi iurisdicctio exercetur, solum constitutum sit contra iudices ordinarios, l. principalibus. vbi Docto. ff. si certum petat. Et propterea officialis, qui administrationem sine iurisdictione habet, contrahere potest. Ita Bart. in l. aufertur. §. quod si à Præside. de iure fisci. & l. in d. l. principalibus. col. 3. versic. nono limita. Præterea & tertio subiecta materiali ostendit solum concessam fuisse iurisdictionem ordinariam: vt si lex constituit iudicem, qui de certis causis cognoscat: quæ quidem delegari suo iure non solent, vt sunt causæ graues, meri & mixti imperij, l. nemo potest gladij. de reg. iur. Decius in l. 1. numero 28. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. cum ergo iurisdicctio de his grauibz à lege tribuitur ordinaria, non autem delegata, subiectam ob materiam præsumitur.

Secundus est casus, quando verba adiuncta declarant naturam concessæ potestatis & iurisdictionis. Nam tunc talis præsumitur tributa iurisdictioni. Ita simili in questione scribunt omnes in rub. ff. de iurisd. om. iud. ibi Decius Curtius Junior numero 8. & Bologn. numero 7. Idem docuit Ripa in l. ais prætor. in princip. numero 1. ff. de re iudic. Ita quoque dicimus declarari iurisdictionis tributa speciem ex procedentibus & subsequenibus, vt simili in questione docuit Riminal. Sen. in rub. ff. de iurisd. om. iud. numero 1. vbi sitem scias. Exemplum ex adiunctis verbis quo demonstratur veramque iurisdictionem fuisse collatam, adferri potest ex c. significauit de corpore vitia. dum Pontif. Maxim. mandat causam ab Episcopo auctoritate sua, ac ipsius Episcopi diffinit. Est sane is Episcopus ordinarius, & delegatus simul: quod declarat Abbas in c. cum ex officio. numero 21. de præscrip. Præterea solum ordinariam iurisdictionem

collatam fuisse his exemplis declaratur, vt si dictum fuit, quod ipse iudex ex propria iurisdictione possit causam diffinire. Illa enim dicitio, propria, significat potestatem & iurisdictionem ordinariam. Ita Dec. Curt. Bolo. & reliqui præallegati. Et ratio illa est, quia delegatus iurisdictionem propriam non habet, sed delegantis iurisdictionem fungitur, l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius. & ibidem crebrius affirmant interpretes, & si Riminal. Sen. in rub. ff. de iurisd. om. iud. numero 3. dissentiat, & male. Est aliud exemplum, quo ex adiunctis verbis demonstratur tributa ordinaria iurisdicctio, vtputà si sub nomine genitui concessa sit iurisdicctio. Ita Alex. in rub. ff. de iurisd. om. iud. numero 2. & ibidem Curtius Junior numero septimo. & Ripa in l. ais prætor. in prin. numero 1. ff. de re iud. Ea est ratio, quia genituius propriam potestatem significat. l. 2. §. in locum. ff. de religio. & sumpt. fun. & communis est opinio cum Bar. in rub. ff. de oper. noui num. Quocirca deferendum non est Riminal. Sen. in d. rub. ff. de iurisd. om. iud. numero 2. dum reiiciendo exemplum hoc, negauit genituum significare dominium & proprietatem, adferri pariter potest exemplum, quo ex adiunctis verbis præsumitur tributa iurisdicctio delegata, vt si dictum sit: quod auctoritate principis, vtputà Pontificis Maxim. procedat, causamque diffinat, sicuti in casu c. ad abolendam. in fin. de hæret. & c. per hoc. eod. titu. in 6. quibus in locis Episcopus appellatur delegatus ob id, quod auctoritate Pontificis, & non propria cognoscat, & diffinit hæreticorum causas. Exempli huius ratio ea est, quia sermonis proprietates ostendit aliquem vsum fuisse iure speciali, & si alias non præsumatur, quod eo vti voluerit. l. miles vnum ex fundo. & l. miles ita. in prin. ff. de test. mili. & l. 1. ac l. 2. C. de test. mili. & scribit Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 36. num. 4. & suo loco dicemus.

Tertius est casus, quando lex simpliciter constituit aliquem iudicem, & dubitatur quam iurisdictionis speciem tribuerit, an scilicet solum ordinariam, vel solum delegatam? Et præsumi potest concessam ordinariam scripserunt. gl. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. in l. vnic. in glo. vlt. C. ne liceat potest. clarè Specu. in tit. de inquisitore. §. impugnatur. numer. 25. Abbas in c. exhibita. col. 3. vers. in dubio autem. de iud. Cast. in l. 2. iudice. col. vltim. & ibidem l. in fin. C. de iud. Imol. & Alex. in l. 1. ff. de dam. infect. vbi idem annotatur Ripa nume. 7. idem Alex. in l. more. num. 13. ff. de iurisd. om. iud. Burt. in c. cum ab ecclesiasticum. num. 18. de offic. ordina. Ita quoque tradunt Dec. in l. in testamento. num. 11. versic. & ideo. C. de testamento. milit. & Alciat. in tracta. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 36. num. 2. dum scribit quod iudex datus præsumitur ita datus, vt procedat iure ordinario, & non speciali. Idem respondit Feder. de Senis in conf. 130. quem & infra commemorabo. Et huc pertinet illa disputatio Doct. in rub. ff. de iurisd. om. iud. & Cagnoli in rub. ff. si quis iud. non obtemp. Et hæc quidem sententia multis rationibus ac argumentis comprobari potest.

Primo verba & concessio intelligi debent in potentiori significatione, l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vestig. vel emphyt. petat. & similia congerunt Bart. in l. Lucius. ff. de cond. & demonst. & Cagno. in d. rub. ff. si quis iud. non obtemp. numer. 13. versic. quæ tamen. Atqui ordinaria iurisdicctio est firmior & potentior, ergo in dubio præsumitur concessa ordinaria. Nec huic argumentationi obstat responsio Decij in d. rub. ff. de iurisd. om. iudic. quod cum hic intelligi possit collata iurisdicctio ordinaria, & delegata, potentior significatus est, vt vtramque complectatur: cum sub genere contineantur etiam species, & proprie, vt inquit Bald. in l. 2. C. de iure aureo. annul. Non inquam obstat hæc consideratio, quandoquidem verè Doctores in d. rub. ff. de iurisd. om. iud. & nos hic disputamus de vna specie iurisdictionis, non autem de ea in genere.

Secundo accedit, quod delegata iurisdicctio dicitur extra ordinem: & iudex delegatus iudex extraordinarius appellatur. l. si quando. vbi Bal. C. de dilat. l. ais prætor. in prin. num. 1. ff. de re iudic. & Dec. in l. 1. §. qui mandatam. numer. 1. ff. de off. eius. Atqui in dubio quis iure ordinario, & non extraordinario vti, & concedere præsumitur. l. Seio. §. modico. ff. de annuis leg. Ergo iurisdicctio ordinaria concessa præsumitur.

Tertio confert, quod in dubio dispositio intelligi & interpretari debet de actu alteri minus præiudiciali, & quo vtrique parti sit magis consultum, vt scripti in lib. 2. de arbitris iudicium, casu 199. num. 13. ex l. adoptiuus. §. 1. ff. de risu mpt. ac ex sententia Baldi & Crauetz, quos eo loci recensui. Atqui si de ordinaria intelligemus, concessio est minus præiudicialis quam si de delegata intelligatur. Ergo de ordinaria intelligi debet. Illa minor probatur, quoniam concedendo ordinariam, alteri ordinario nullum adferret præiudicium, ex quo ambo cumulatiue concurrunt, vt scribunt

Bart. in l. c. de offi. p. r. f. u. r. b. Felin. latè in c. pastoralis. nu. 3. de offi. ordina. & in c. Ceterum. num. 4. de ind. Sebastia. Van. in tract. de nullitatib. iur. de nullitate sententiæ ex defectu iurisd. ordina. numero 26. qui dixit in dubio præsumi cumulatim concessam. E contra verò si delegata intelligeretur, ordinariæ esset derogatum. c. P. & G. de offi. deleg. Et ideo iurisdic- tio delegata dicitur odiosa, quia per eam aufertur potestas ordinario. Ita inquit gl. in c. i. in verbo, processus, de re- script. in 6.

14 Quartò accedit, quod in dubio actus & dispositio reci- pit interpretationem à natura & qualitate personæ conceden- tis, l. si servus plurimum. §. ultim. & ibi glo. ff. de leg. 1. & ibi scribunt Docto. & egregie Boer. quæst. 158. num. 13. Atqui natu- ra & qualitas legis est, ut perpetua sit, & semper vigeat, l. Arian. in fin. C. de heret. & c. erit. autem lex. diffin. 4. Ergo intelligitur à lege concessa & illa iurisdic- tio, quæ perpetuam naturam habet: quæ quidem perpetua iurisdic- tio est illa quæ ordinaria appellatur, non autem delegata: Cum de lega- ta temporalis sit. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Et hoc facit

16 quod dispositio intelligitur de actu perpetuo. Ita Bart. in l. si quis aditorem. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. & l. servus. C. de pen. Et licet Sapia in rubr. ff. de iurisd. omni. iud. scriptum reliquerit, etiam iurisdictionem ordinariam esse temporalem, cum ordi- narij officium tempore extingatur, l. diem functo. ff. de offi. assessor. arcamen errat Sapia, quia non est iurisdic- tio ordina- ria, quæ tempore finitur, sed officium illius, vel illius singula- ris personæ: Cum dignitas, & potestas in successorem con- tinuetur, l. proponebatur. ff. de iudic. & c. quoniam. Abb. de offic. deleg.

17 Quintò confert, quod iurisdic- tio delegata est iurisdic- tio specialis, cum & ipse delegatus specialis iudex ap- pelletur, l. cum specialis. C. de iud. Et e contra iurisdic- tio ordina- ria dicitur secundum ius commune. Atque in dubio

18 non præsumitur disponentem velle uti iure speciali, sed communi. l. quamquam. ff. de testam. militis & l. in testamen- to. la prima. C. eod. & ibi Decius numero 11. & Alexand. in cons. 55. numero 6. lib. 5. Ita etiam videmus principem præsumi concedere potius referiptum iurisdic- tionis, quam gratiæ, ex quo illud gratiæ est magis speciale, ut docuit Rip. in rubr. de refeript. numero 17. Ergo concessa præsumitur ordinaria iurisdic- tio, & non delegata. Confirmatur illa minor propositio, quod ius speciale dicitur extraordina- rium. Extraordinaria autem non sunt in considera- tione, l. 4. §. 1. ff. de fideicommiss. liber. & scribit Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. numero 2. vers. secun- da ratio.

21 Sextò accidit, quod res faciliè reuertitur ad suam natu- ram, ab exordio. 35. diffin. & l. si unus. §. p. actus. & ibi Iason numero 6. ff. de pacis. Atqui natura iurisdictionis & iudicij est, ut sit ordinaria, non autem extraordinaria. Ergo & c. Minor propositio ita probatur. Ordinarium est secun- dum ius commune, quod ius generale dicitur: extraordina- rium verò est secundum ius speciale & singulare. Et e- nim ius commune seu lex generalis, quæ æquè in omnibus obseruetur: & quæ in communi de rebus hominum statuit, l. 2. ff. de legibus. ibi, civitatis autem communis compositio. & c. erit autem lex. 4. diffin. ibi, sed pro communi utilitate. Et i- deo dicitur ordinarij iudicium esse secundum ius commune, cum in omnibus obseruari debeat, nisi speciali ratio- ne facta sit exceptio. Extraordinarium autem dicitur contra seu præter ius commune, cum sit ob legem sin- gularem: quæ sanè singularis res est de persona, vel re, vel loco, speciali de causa constituta, ut ex Gellio lib. 10. no. 1. at- tic. cap. 20. colligitur, & declarant Budæus in annotat. ad Pan- dectas ad l. legis virtus. ff. de legib. & Alex. ab Alex. lib. 6. dierum generalium. c. 23. Cum ergo in aliquo negotio conceditur pro- cedi extra ordinem, id sit speciali favore, vel personæ, vel rei, vel cau. & atque ita illa est singularis, sicuti dicimus, singulari favore pupillorum & viduarum procedi in causa, & quæ ita extraordinariæ, ut in i. c. quando Impera. inter pup. & vidua. Ita favore causæ alimentorum speciali & singulari iure pro- ceditur summarè & extraordinariè. Hæc de primo huius disputationis capite.

Secundum est huius disputationis caput, quando iurisdic- tio fuit concessa à principe, an extraordinaria, vel delegata præsumitur concessa? Hanc disputationem proposuit Bart. in l. more. numer. 8. ff. de iurisd. omni. iud. in l. ambrosia. nu. 34. ff. de decretis ab ordine facien. & in sua q. quæ incipit Adunantia. colu. ultim. Ego Barroli traditiones secutus, ita plantus aliquot casus distinguo.

23 Primus est casus, quando mandatur causæ cognitio & diffini- tioque, iudici habenti iurisdictionem ordinariam, & commissio sit officio, non autem personæ nominatim: ut præ- ter si mandatur Prætori Patavino, committimus & mandam. ut de causa hac videat, cognoscat, & iudicet, hoc in casu or-

dinaria iurisdic- tio est tributa. Ita Bart. in d. l. ambrosia. num. 34. ver. si enim hoc concedit. Bal. in l. more. col. 2. vers. iuxta quod quero. ff. de iurisd. omni. iud. & ibid. Ioa. Bapt. à Sancto Seue. 7. 15. n. 25. Cur. Iun. n. 56. Ceterum nõ declarant Bar. & Bal. an ordina- ria hæc iurisdic- tio sit propria, vel protogata. Nos ita distinguiamus. Aut causa hæc commissi. & alias spectabat ad 24 officium, & potestatem huius ordinarij: & tunc ex noua hæc commissio dicitur solum excitata eius iurisdic- tio, atque ita propria est iurisdic- tio. c. licet. in corrigendis. vbi Abb. n. 2. & c. p. e. de offi. ordi. Non habet tamen locum hæc traditio, quan- do altera fuit hæc ordinarij iurisdic- tio. Nam tunc ex ordina- ria efficitur delegata. Ita Iason in l. ius civile. n. 2. ff. de iurisd. & iur. Abb. in c. licet in corrigendis. n. 2. & ibid. Felin. n. 1. ff. de offi. ordi. Arct. in l. 1. §. si quis simpliciter. n. 2. de verb. oblig. & ibidem Alex. n. 9. & Soc. Sen. n. 3. Gallia. n. 23. & Alciat. n. 1. Curt. Iun. in d. l. more. n. 47. Boer. in q. 15. n. 5. & Rota Roma- na referente Verallo in decis. 60. in prima parte, quæ secuta est Crotum in l. 1. §. si quis simpliciter. num. 10. de verb. oblig. qui dixit esse ordinarium in procedendo, sed delegatum in iudi- cando. Plura autem alterationis signa commemorant Iason in d. l. ius civile. num. 5. & 6. Dec. in l. more. num. 32. ff. de iurisdic- tio. omni. iud. Felin. in d. c. licet in corrigendis. de offi. ordina. & in c. cum ex officij num. 20. de præscript. & Affl. in c. 1. §. miles. num. 2. de secundo sine culp. non amittit. Aut causa hæc commissi alias ad hunc ordinarij non pertinebat aliquo modo, ut si Princeps mandat Prætori Patavino causam aliqui pertinentem ad Prætorium Brixia: Et tunc Prætor ille Patavinus censetur factus delegatus. Ita Bart. in l. more. numer. 8. ff. de iurisdic- tio. omni. iud. & Alber. in l. sepè. ff. de offi. præ- sid. Et si rectè perpendatur, idem censentur Anchar. & Franc. in c. ij. qui auctoritatem. de præben. in sexto. Arct. in l. 1. §. si quis simpliciter. colu. 3. ver. sed queritur pro perfecta. ff. de verb. oblig. adducti ex l. & si Prætor. ff. de offi. eius. d. 1. C. qui pro sua iurisdic- tio. & ex c. cum aliquib. de rescript. in sexto. Quæ sanè opinio verior est illa Collegij Perusini, quod contra- rium respondit ex consilio Baldi, ut est relatum inter alle- gationes Lapi. alleg. 88. & inter consilia Angeli in cons. 210. incipit, Primò est videndum. Respondit sanè collegium Pe- rusinum, hunc esse iudicem ordinarium: Cum eius ordina- ria iurisdic- tio, quam suis in causis ordinariè obtinet, ad hanc protogata fuerit. Hanc opinionem secuti sunt Ioa. Ba- ptista à Sancto Seuerino in l. more. num. 26. & ibid. Deci. num. 36. ff. de iurisdic- tio. omni. iud. Franc. Patavin. in tracta. de of- ficio & potestate, c. sede vacan. parte prima. qu. 2. vers. per hanc. & parte 2. quæst. 10. num. 29. Socin. Sen. in l. 1. §. si quis sim- pliciter. num. 3. de verb. obligat. Ea ratione in moti sunt, quia officium protogari potest, l. quæro. ff. de solutio. quemadmodum ergo iurisdic- tio protogari potest ab homine: ita etiam potest prorogari à lege via, hoc est à principe, l. 1. l. de qua res. ff. de iudic. Et cum hic simus in dubio, dicendum est hanc esse potius ordinariam iurisdictionem, utpote fa- vorabilem, quam delegatam, quæ odiosa est, ut diximus su- præ. Quæ quidem ratio vera non est, ut animadvertit, & rectè Arctimus, in d. §. si quis simpliciter. Nam et si prorogatio fieri possit, tam à lege quam ab homine: non tamen hoc in casu facta reperitur, ut sensit Bald. in l. ult. C. de vindict. liber. post gloss. ibi. Et propterea prorogatio non datur de vna re ad aliam diuersam. l. si manente. ff. de 27 precario. & sensit in specie gloss. in d. cap. 2. qui auctori- tate.

Secundus est casus huius secundi capitis, quando cau- sa mandatur personæ priuatæ, atque ita non habenti ali- quam iurisdictionem, & Princeps mandans his verbis vritur: auctoritate nostra, vel vice nostra faciat. Hoc in casu dicitur delegatus. Ita Bartol. in d. l. ambrosia. num. 34. vers. si etiam hoc concedit. ff. de decretis ab ordine facien. Bald. in d. l. more. colu. 2. vers. iuxta quod quero. ff. de iurisdic- tio. omni. iudic. & ibidem Decius numero vigesimo sexto. & Purpur. numero 46. Qui sanè casus à fortiori probatur: quia etiam si alias hic cui facta est commissio, esset ordinarius, & ei committeretur, quod noua hæc in causa procederet, & iudicaret auctoritate mandantis, factus diceretur delegatus, ut diximus supra ex cap. cum aliquib. in fin. de rescript. in sexto.

Tertius est casus, quando simpliciter personæ priuatæ causa singularis particularisque committitur, hoc in casu dicitur iste effectus delegatus. Ita Bartol. & Bald. in locis præcitatis. Et idem Bart. in l. i. in fine. C. vbi & apud quem in integ. restituit. per. Deci. in l. more. numero 35. & ibidem Purpur. num. 48. Ruin. in cons. 62. num. 5. lib. 5. & idem scripti lib. 1. de arbitrar. iudicium quæst. 10. num. 7. Quam quidem sententiam probat Bartol. ex c. cum aliquibus. de rescript. in 6. Et quamquam Decius in d. l. more. numer. 36. scripserit, dictum cap. cum aliquibus. non probare: at tamen verè mihi visus est errare Decius, cum is consideret d. c. cum aliquibus in se;

in secunda sui parte, hoc est, in fin. Quæ sanè secunda pars non loquitur de eo, qui aliàs priuatæ persona est, & qui careat auctoritate ordinaria conferendi, sed de eo qui conferre potest, & cui si concedatur facultas conferendi, non ob- stante statuto ecclesiæ & c. dicitur ex ordinaria iurisdictione conferre, non autem ex delegata. Ar Bart. non perpendit tex- tum illum in ea parte, sed in prima sui parte, ibi, si cano- nicorum receptio, & c. Quo sanè loci ex iurisdictione dele- gata, is dicitur conferre, qui aliàs conferre non poterat. Et de- legata est, cum negotium particulare sit. Præterea & secundo ea ratione probatur hic casus, quod ordinaria iurisdic- tio est de causarum vniuersitate, ut mox dicemus. Et simile est de tu- rela, & tutore, qui pro re vna pupillo non datur, l. certarum. ff. de testa. tutel.

30 Declaratur hic casus, ut non procedat, cum ipse man- dans & committens causam expressim diceret, quod in sui locum, in omnibus ponit eum, cui mandat. Nam ex hoc cen- setur concessa ordinaria iurisdic- tio. Ita Angel. in d. l. more. quem ibi secutus est Ioa. Bapt. à Sancto Seuerino. qu. 15. numero 25. & idem sensit Innoc. in ca. super questionum. numero quinto, de offic. delegat. Diffinit tamen Purpur. in d. l. more. nu. 55. vers. tertio limitatur.

31 Quartus est casus, cum à principe simpliciter committitur atque mandatur priuatæ personæ, certum genus causa- rum. Hoc in casu iste præsumitur effectus delegatus. Ita Bart. in d. l. more. nu. 8. vers. si verè hoc. ff. de iurisd. omni. iud. & in l. 1. in fin. C. vbi & apud quem. Et illum secuti sunt Ioa. Bapt. à Sancto Seuerino. in d. l. more. numero 26. Deci. numero 35. Purpur. numero 50. qui communem esse asserunt. Et idem docuit Ho- stien. in summa titul. de officio ordinarij. numero 1. Et adfer- tur pro hac ipsa traditione text in c. ne aliqui. de heret. in 6. quo loci inquisitor hereticæ prauitatis delegatus appellatur ob id quod certum genus causarum, nempe hereticæ prauitatis commissum fuit. Ceterum facile cuiaripotest text. iste: quando in dem expressim ibi non dicitur illum esse effe- ctum delegatum ob certum illud genus causarum: solum e- nim inuit text. ille hunc esse delegatum. Qua ratione au- tem talis præsumatur, colligi facilius potest ex c. v. officium. quod subsequitur: in quo quidem scriptum est inquisitores auctoritate apostolica inquirere. Delegati ergo ij censentur ob vim illorum verborum, auctoritate apostolica, ut diximus supra.

Secundò motus est Bart. argumento ducto à potestate tu- toris ad iurisdictionem, quod quidem argumentu est genus à iure receptum est, ut docuit Bartol. in l. inter tutores. ff. de administrat. tuto. Atqui tutor non datur certis rebus, sed vniuersitati. l. certarum. ff. de testam. tutela. Ergo pari modo ordinaria iurisdic- tio, si itaque non ordinaria, sequitur esse delegatam. Hæc tamen argumentatio, qua vti voluit Barto. & clarius Purpur. in d. l. more. numero 50. mea quidem opinione non concludit. Nam quod tutor dari certis re- bus non possit, & ex eo fit, quod natura illius actus repugnet. Tutor enim datur personæ. §. 1. Institum. de tutel. Per- sona autem in vniuersum sua bona æquè possidet: Et ideo datur tutor personæ, in necessariam consequentiam om- nibus rebus datus dicitur. Quod si rebus prouidendum est, statuitur lex curatorem dari debere. Non ita est in iurisdic- tione, quæ etiam ordinaria dari potest quoad certas causas. Tertio itaque, & melius hac ratione casus iste probari vi- detur: ordinaria iurisdic- tio sui natura non est restricta ad hoc, vel illud causarum genus, sed in vniuersum illa om- nia respicit, ut diffiniendo declarat Barto. in l. more. numero 55. ff. de iurisdic- tio. omni. iud. Cum ergo certum genus causa- rum committitur, illa natura iurisdictionis ordinariæ immutatur atque alteratur. Non ergo ordinaria præsumitur, sed potius delegata, quæ alio nomine extraor- dinaria appellatur. Hinc inferitur syndicatores & datos ad syndicandum iudices & officiales obtinere iurisdictionem de- legatam, non autem ordinariam. Ita docuit Bart. in d. l. vltim. in fine. C. vbi & apud quem. Et illum secuti sunt Ias. in d. l. more. num. 50. & ibid. Purpur. numer. 51. qui quidem Purpur. ita distinguit. Aut syndicatores dati sunt à statuto, & tunc censentur ordinarij: id quod ex dictis in præcedenti capite declarari potest. Aut dati sunt à principe, quo de casu nos nunc loquimur, & tunc est dubium, quia (ut inquit Purpur.) dati videntur & ad causarum vniuersitatem: Et ideo censeri debent ordinarij. Ergo pariter existimus hos esse ordinarios. Nam eo ipso, quod syndicatores constituti sunt, merè & mix- tum imperium habent. Ita Bald. in l. obseruare. §. proficisci. qu. 1. ff. de offi. procons. & leg. Præterea salarium habent de publico, ob id sportulas non recipiunt. Ita Par. Puteus in tract. de syn- dicatu. §. an syndicatores.

32 Tutor enim datur personæ. §. 1. Institum. de tutel. Per- sona autem in vniuersum sua bona æquè possidet: Et ideo datur tutor personæ, in necessariam consequentiam om- nibus rebus datus dicitur. Quod si rebus prouidendum est, statuitur lex curatorem dari debere. Non ita est in iurisdic- tione, quæ etiam ordinaria dari potest quoad certas causas. Tertio itaque, & melius hac ratione casus iste probari vi- detur: ordinaria iurisdic- tio sui natura non est restricta ad hoc, vel illud causarum genus, sed in vniuersum illa om- nia respicit, ut diffiniendo declarat Barto. in l. more. numero 55. ff. de iurisdic- tio. omni. iud. Cum ergo certum genus causa- rum committitur, illa natura iurisdictionis ordinariæ immutatur atque alteratur. Non ergo ordinaria præsumitur, sed potius delegata, quæ alio nomine extraor- dinaria appellatur. Hinc inferitur syndicatores & datos ad syndicandum iudices & officiales obtinere iurisdictionem de- legatam, non autem ordinariam. Ita docuit Bart. in d. l. vltim. in fine. C. vbi & apud quem. Et illum secuti sunt Ias. in d. l. more. num. 50. & ibid. Purpur. numer. 51. qui quidem Purpur. ita distinguit. Aut syndicatores dati sunt à statuto, & tunc censentur ordinarij: id quod ex dictis in præcedenti capite declarari potest. Aut dati sunt à principe, quo de casu nos nunc loquimur, & tunc est dubium, quia (ut inquit Purpur.) dati videntur & ad causarum vniuersitatem: Et ideo censeri debent ordinarij. Ergo pariter existimus hos esse ordinarios. Nam eo ipso, quod syndicatores constituti sunt, merè & mix- tum imperium habent. Ita Bald. in l. obseruare. §. proficisci. qu. 1. ff. de offi. procons. & leg. Præterea salarium habent de publico, ob id sportulas non recipiunt. Ita Par. Puteus in tract. de syn- dicatu. §. an syndicatores.

33 Quintus est casus, quando princeps priuatæ personæ committit vniuersitatem causarum. Nam tunc præsumi- tur ille factus iudex ordinarius. Ita Bart. in d. l. more. numero

8. in fin. & ibid. Dec. num. 37. Curt. Iun. num. 57. & Purpur. num. 57. vers. secundum membrum. qui communem esse testan- tur. Et in hanc sententiam adductus est Bart. ex l. 1. §. cum ur- bem. ff. de offic. Præfecti urbi, qui tamen vix probat: quia et si eo loci scriptum sit, Præfecto urbi ceteri mandata, quæ intra urbem committuntur: non tamen ex eo necessario iudicatur ordinarius: sed ex eo quod solum more Romano ad magi- stratum assumebatur. Et propterea in l. 2. §. & hæc omnia. ff. de origine iuris. Præfectus iste urbi hoc nomine magistratus appellatur. Non ergo hic versamur in dubio, sed in casu cla- ro, in quo constat præfectum urbi esse creatum magistratum atque ita ordinarium esse. Non etiam probat hanc senten- tiam text. l. vltim. C. vbi & apud quem, citatus à Bart. dum ait ille tex. in vltimis suis verbis: illum, cui generaliter causæ demandatæ sunt, posse cognoscere de restitutione in in- tegrum petita. Non inquam probat, cum non declarat ibi le- gislator ille, an is ordinarius sit vel non. Quocirca melius hæc sententia probari videtur ea ratione: quod cum iurisdic- tio ordinaria sit sui natura fauorabilis, delegata verò odiosa, ut inquit gloss. in c. 1. in verbo, processus, de rescript. in 6. & diximus supra ob id ordinaria, non autem delegata præsumitur. Exi- stit autem tamen Curt. Iun. in d. l. more. num. 58. de iurisd. omni. iud. inspiciendum potius esse, an in ea causarum vniuersitate esse consueverit iurisdic- tio ordinaria, vel delegata, ut secun- dum eius naturam præsumatur facta commissio.

P R Æ S V M P. XVII.

Qua iurisdictione vsus præsumitur is, qui secundum ordinariam, & secundum delegatam cog- noscere & diffinire cau- sam potest.

S V M M A R I A.

- 1 Iurisdictionem tam ordinariam quam delegatam habens, si ex actis constet, qua voluerit vti iudex, vel ordinarius habeatur, vel delegatus.
2 Iurisdictione ordinaria vsus esse præsumitur iudex, quan- do processus & sententia secundum eam sustineri po- test.
3 Index assumptus à partibus, in dubio præsumitur assumptus ut ordinarius, non ut delegatus.
4 Delegatione facta à principe vel Pontifice, iudex tanquam de- legatus processisse præsumitur.
5 Delegatus Principis est dignior ordinario.
6 Iurisdictione delegata quando iudicem vsus fuisse præsu- matur.
7 Viam & modum amplecti quilibet præsumitur illum, quo a- ctus suus valeat.

Cum utramque iurisdictionem obtinet iudex, sicuti certis casibus obtinere posse, superiore disputatione demonstrauimus: & ambiguit secundum quam de causa cognouisse, & sententiam tulisse præsumatur, ita ali- quot casus distinguendi sunt.

Primus est, quando ex actis ipsis constare potest & potestatem & iurisdictionem vsus sit. Hoc in casu res clara est, ob id opus non est confugere ad coniecturas, quæ in claris cessant, iuxta l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. Si ergo acta significant hunc processisse ut ordinarium, talis erit iudicandus: si verò ut delegatum, delegatus habendus erit. Ita in specie docuit Abbas in c. cum ex officij. num. 32. de præscript. & ibid. Felin. colu. 13. num. 32. ver. limita primo & c. qui scrip- sit ita posse intelligi responsum Feder. de Senis in cons. 130. in fin. quod alioqui ab Abbate, & aliis multis, vt infra dicemus, reicitur. Et casum hunc multis similibus confir- mauit Felin. Et eandem sententiam probauit etiam Paril. ibid. numer. 33. in fin. Idem respondit Alex. cons. 55. numero 8. libr. 5.

Secundus est casus, quando ex actis quidem non potest apparere, qua potestate vsus sit, sed tamen processus & sententia sustineri ita potest, secundum ordinariam iurisdic- tionem, quemadmodum & secundum delegatam. Hoc in casu præsumitur vsus iurisdictione ordinaria. Ita ex sen- tentia Baldi in c. vltim. colu. 1. de re iud. tradit Felin. in d. c. cum ex officij colu. 12. numero 34. vers. si autem iudices, & ibid. apertius numero 33. vers. si autem actus valeret. His addo A- lexand. in cons. 55. numero 5. & 6. lib. 5. dum respondit quod in dubio iudex assumptus & à partibus, præsumitur assumptus ut ordinarius, non autem ut delegatus. Non ergo etiam a- liter quam ut ordinarius præsumitur procedere. Et ratio

est, quia non extraordinario specialique iure, sed communi potius vltus p[re]sumitur, l. quanquam. & in l. in testamento. l. 1. ff. de testam. milit. & respondit Alexand. cons. 60. numero 20. libro 2. Et iurisdic[tio] ordinaria dicitur esse senior & prior ipsa delegata, vt scribit omnes in rubr. ff. de officio eius &c. Est ergo p[re]sumendum hunc iudicem fuisse vltum iurisdic[tio]ne ordinaria, cum in dubio quis p[re]sumitur velle actum suum valere debere omni meliori modo. l. 3. ff. de mil. test. de qua re statim dicemus.

Declaratur hic casus, vt non procedat quando delegatio est facta à Principe, vt à summo Pontifice, & aliis: Nam tunc p[re]sumitur processisse tanquam delegatus. Ita Ioan. And. in c. vlt. colum. 1. ver. item quando concurrunt de re iudi. que secuti sunt Felin. in d. c. cum ex officio. colum. 12. num. 31. ver. bene facit. & ibidem Paris. numero 33. ver. quod intelligit. qui recensent alios plures, qui Ioan. Andreæ secuti sunt. Et ratio illa est, quia delegatus est principis est dignior ipso ordinario vt scribit omnes in d. rubric. de officio eius. Et ob id appellatio deuoluitur ad ipsum principem declarat, idem Felin. in d. c. cum ex officio. n. 24. & ibidem Paris. num. 25. Et certum est ea que digniora sunt p[re]fenda, l. 2. de albo scrib. p[re]tulit ergo hic delegatus eam iurisdic[tio]nem digniorem, ordinariæ minus dignæ.

Tertius est casus quando ex actis apparere non potest, qua potestate & iurisdic[tio]ne vltus sit iudex, sed secundum iurisdic[tio]nem ordinariam processus & sententia sustineri non possunt, secundum delegatam verò possunt. Hoc in casu * recepta magis opinio est, hunc iudicem p[re]sumi vltum iurisdic[tio]ne delegata. Ita sanè Buti. in d. c. cum ex officio. nu. 28. de p[re]scrip. & ibidem Abb. num. 31. Felin. n. 1. & Paris. nu. 33. eandem probat. Ea est ratio, quia quilibet p[re]sumitur amplecti eam viam & modum, quibus actus ipse suus valeat. l. 3. ff. de testa. mili. & l. quories. ff. de rebus dubiis, & aliis multis quæ commemorabimus infra lib. 6. p[re]sumpt. 8. confirmari possent. Et egressi sunt illæ traditiones, quas ad rem hanc congerunt Felin. p[re]citate in loco. nu. 31. ver. dixit etiam Ludovic. & Aici. de p[re]sumpt. regula 3. p[re]sumpt. 35. n. 3. & 4. & 5. Et nos alia his similia adferemus infra hoc libro, p[re]sumpt. 38. vbi differemus, quando p[re]sumatur pro intentione iudicis ordinarij. Nec hic repugnat auctoritas Federici de Senis in d. cons. 100. in fine. qui contrarium vltus est respondere. Nam aut Federicus intelligendus est, quando ex actis ipsis constabat iudicem illum tanquam ordinarium processisse in causa, vt supra in primo casu diximus. Et illum pariter ita intellexit Alexand. in d. cons. 55. num. 6. lib. 5. Aut malè is Federicus respondit: sicuti eum reprehendunt Buti. & Abbas.

PRÆSUMPT. XVII.

Iurisdic[tio]nem vni vel duobus concessam, aliquando cumlatiue, aliquando priuatiue concessam p[re]sumi, distinc[tio]ne multo- rum casuum dilucidè explicatur.

SVMARIA.

- 1 Iurisdic[tio]nem ordinariam concedens princeps magistratui, respectu sui p[re]sumitur cumlatiue concedere.
- 2 Concedentis auctoritas in iurisdic[tio]nis concessione semper p[re]sumitur p[re]seruata illæsa.
- 3 Sermo generalis non comprehendit personam loquentis. Idque maximè in principe. nu. 4.
- 5 Iurisdic[tio]ne annexa feudo, si vasallo fuerit à principe concessa, priuatiue intelligitur.
- 6 Dominio & iure vtili tranllato, priuatiue dicitur translata iurisdic[tio]ne.
- 7 Iurisdic[tio]nem in homines vasalli sui princeps exercere non potest.
- 8 Iurisdic[tio]ne vniuersalis eodem tempore duobus & pluribus concessa à lege, vel principe, cumlatiue intelligitur.
- 9 Vicarij vel assessorij concessa iurisdic[tio]ne, cumlatiue accipiuntur.
- 10 Iurisdic[tio]ne specialis concessa magistratui tanquam superiori iudicij vniuersalis, priuatiue concessa p[re]sumitur.
- 11 Iudicij nouo tributa iurisdic[tio]ne aliquo in loco ordinario magistratui ibidem ius dicente, priuatiue facta intelligitur.
- 12 Iurisdic[tio]ne discretiue concessa nouo magistratui, priuatiue facta p[re]sumitur.
- 13 Iurisdic[tio]ne concessa taxatiue circa aliquod genus causarum, priuatiue intelligitur. Fallit id in iurisdic[tio]ne competente ex consuetudine. n. 15.
- 14 Taxatiua habet vim exclusionis.
- 15 Concessio iurisdic[tio]nis facta nouo iudicij, respectu iudicis inferioris, priuatiue p[re]sumitur.

- 16 Dispositio legis specialis generali non derogat, nisi incompatibiles sint.
- 17 Iurisdic[tio]ne concessa alteri favore personarum, priuatiue concessa p[re]sumitur. Idem procedit multo magis accedente favore personæ, cui conceditur. nu. 18.
- 19 Priuilegia duo vbi concurrunt, illud magis speciale dicitur, quod personæ conceditur.
- 20 Iurisdic[tio]ne concessa alicui priuatiue non p[re]sumitur, si lex vel statutum id declarat.
- 21 Iurisdic[tio]ne concessa odio certarum personarum, cumlatiue facta p[re]sumitur.
- 22 Iurisdic[tio]ne concessa p[re]latis regularibus in suos monachos, priuatiue ad Episcopum p[re]sumitur.
- 23 Iurisdic[tio]ne concessa priuilegio alicuius personæ, intelligitur priuatiue.
- 24 Iurisdic[tio]ne p[re]scrip[tio]ne acquisita, priuatiue censetur acquisita.
- 25 Iurisdic[tio]ne concessa duobus ordinarijs, cum clausula, ambobus vel alteri eorum, cumlatiue intelligitur.
- 26 Iurisdic[tio]nem ordinariam concessam alteri, quando non apparet, an odio vel favore personarum facta sit, cumlatiue p[re]sumimus.
- 27 P[re]fecto vrbis totius ciuitatis generalis iurisdic[tio]ne erat concessa.
- 28 Proconuuls quanta apud Romanos p[re]fatis.
- 28 Dispositio hominis specialis derogat generali, jecus in legali dispositione.
- 30 Regulam, Geney per speciem derogatur, locum habere in iurisdic[tio]nibus favore publici.
- 31 Iurisdic[tio]ne primam concessam à delegato, postmodum alteri ab eodem principe, priuatiue accipitur.
- 32 Argumentum à mandato procuratoris, ad mandatum iurisdic[tio]nis valet.
- 33 Expeditio cause vel vnius articuli, mandata vni ex delegatis, priuatiue intelligitur.
- 34 Iurisdic[tio]nem mandata duobus simpliciter, cumlatiue, non tam in iudicium mandata p[re]sumuntur.
- 34 Iurisdic[tio]ne mandata duobus adiecta clausula, vel alteri vestrum censetur cumlatiue mandata & in solidum.
- 36 Iurisdic[tio]nis priuatiue vel cumlatiue concessæ quis sit effectus.
- 37 P[re]sentioni quando sit locus.
- 38 Iurisdic[tio]ne cumlatiue pluribus & vniuersis, sicque simul concessa, aut sine alio non cognoscit.

Disputatio est egregia, sed perplexa admodum, quando iurisdic[tio]ne cumlatiue vel priuatiue p[re]sumatur tributa & concessa. Existimo facili explanationis gratia, distingui atque constitui posse duo disputationis capita. Quorum primum est de iurisdic[tio]ne ordinaria, secundum est de delegata iurisdic[tio]ne.

Primum est casus, quando princeps concedit iurisdic[tio]nem magistratui, & dubitat an respectu personæ ipsiusmet principis concedentis p[re]sumatur concessa cumlatiue, vel priuatiue. Hoc casu dicendum est, p[re]sumi & concessam cumlatiue. Ita Bald. in cons. 326. Rex Romanorum. in fin. lib. 1. Cùm dixit, quod si Papa committit iurisdic[tio]nem alicui, nihilominus retinet sui eandem & maiorem. Idem sentit ipse Bal. in c. 1. in princip. num. 2. de his qui feudum dare poss. Et idem Bald. in l. qui se patris. num. 10. ad fin. ver. item in concessis. C. de iur. beati. e. p[re]fatis, quod in concessionibus iurisdic[tio]nem semper auctoritas & concedentis ceterum p[re]seruata illæsa: & quod in eo relinquitur a potestas, & manifestè Græ. in d. c. 10. num. 1. & nu. 11. & post de iur. in cons. 2. Idem in cons. crim. in con. 6. & vno 28. n. 2. Idem ego ipse scripsi in libr. 1. de arbitrar. iudic. qu. 40. nu. 1. & 2. Et ij quidem adducti sunt text. c. dudum. de p[re]ben. in 6. Extat & ratio, quod in sermone generali, non comprehenditur persona loquentis, l. inquisitio. C. de iur. & dicemus infra lib. 3. p[re]sumpt. 54. Et hoc maximè procedit in persona & principis, quæ dicitur excepta, ne sibi legem imponere videatur, c. 1. in fin. de prohib. feu. aliena. per Feder.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando princeps concessit iurisdic[tio]nem, quæ annexa est feudo concesso vasallo. Nam tunc vasallus dicitur obtinere iurisdic[tio]nem priuatiue ad dominum concedentem. Ita Bal. in l. 1. q. 43. ff. de re iudi. Martinus Laud. in tract. de prin. in 1. part. q. 138. incipit, Dux Mediolani. Abb. in c. ceterum. col. 2. ver. fateor tamen, de iud. & ibid. Felin. n. 12. & in c. pastoralis. n. 5. de off. ord. Curt. sen. in cons. 74. super memorata, in quinto dubio. Curt. Iun. in cons. 2. n. 1. Brunus in cons. 47. n. 7. Gram. in decis. 30. nu. 1. Socin. Iun. in cons. 126. num. 4. lib. 3. Bero. in cons. 74. num. 8. & 11. lib. 1. Et cum Beroio & Socino de eadem facti specie idem respondit Crauet. in cons. 411. num. 36. qui nu. 29. ver. quarto non potest, scripsit, quod vbi transfertur dominium & ius vtile, dicitur

etiam in oppidis & castris ciuitati subiectis, datur alter iudex qui aliquo in oppido & castro ius dicat. Hoc casu censetur huic nouo & iudici collata iurisdic[tio]ne priuatiue, atque ita censetur adempta ab illo ordinario generali. Ita respondit Roman. in cons. 393. num. 10. ver. nihilominus in p[ro]posito, quem securus est Crauet. in cons. 411. num. 28. ver. tertio cessat. Idem sentit Ange. in cons. 375. Pratenfis. in fine. Et ij quidem modi sunt tex. §. & iudicare, in auth. de defensi. ciuili. Est & ratio quod sancitum ita fuit, ne propter huiusmodi ciuiles pecuniariisque causas, litigantes de castro & oppido, ad ciuitatem cogantur accedere.

Sextus est casus, quando iurisdic[tio]ne discretiue & conceditur nouo magistratui: vt si cauetur statuto quod omnia instrumenta contractuum insinuentur: & creetur iudex, qui de causis insinuationum cognoscat & iudicet. Hoc casu dicitur huic iudici concessa iurisdic[tio]ne priuatiue: atque ita nullus alius, de causis illis insinuationum cognoscere & iudicare poterit. Ita docuit Bald. in l. unica. §. vbi autem, nu. 6. ver. secundo casu, C. de cad. tollend. in auth. habita, num. 32. ver. super hoc. Cod. ne filius pro patre. Idem sentit ipse Baldus in l. nec quidquam, in princ. ff. de off. p[ro]curator. & lega. in prima lectura, cum dixit, quod legatus de latere non potest se intromittere in of. Collectoris Camere Apostolicæ, sic & Fran. Bald. inter cons. ipsius Bald. in cons. 253. Vltis omnibus p[re]dictis; colum. 2. ver. quia aut. & col. vlt. libro 5. Idem apertius scripsit Ang. in l. cum p[re]tor, in princ. ff. de iud. & in l. si vacantia, colum. 11. C. de bon. va. libro 10. Ita quoque Imola in l. Titie rextores, in princ. numero 4. de legat. 1. docuit, quod si statutum tribuit iurisdic[tio]nem p[re]tori in causis pupillorum: & Capiraneo dedit potestatem cognoscendi de causis à decem libris infra, non poterit Capiraneus cognoscere de causis pupillorum à decem libris infra. Cùm (ait Imola) statutum distinguere voluerit iurisdic[tio]nem circa causas separatas. Hæc tamen traditio Imolæ procedit favore personarum, vt dicemus in subsequenti nono casu. Et idem docuit Alexand. in d. l. Titie, num. 3. vbi numero 7. ait, statutum voluisse hoc casu diuidere & distinguere causas, idem in cons. 65. numero 9. libro 7. idem affirmantur Roman. in l. 1. §. 1. ff. de operis noui nunciat. Aret. in l. quod in rerum, §. si quis post. colum. vlt. ver. secundo limita. & in cons. 102. Felin. in c. pastoralis. col. 2. ver. limita secundo, de off. ordin. Crauet. in cons. 411. num. 28. ver. secundo dicit non potest. Et ij quidem moti sunt ex l. solems, §. laurinculator, ff. de iud.

Septimus est casus, quando taxatiue & vni magistratui concessa est iurisdic[tio]ne, circa aliquod genus causarum. Hoc etiam casu priuatiue collata p[re]sumitur iurisdic[tio]ne. Ita Angel. in l. 1. C. vbi & apud quem in integ. ver. peten. si vbi scripsit, quod si statutum dicit, quod solus Capiraneus cognoscat de adulterio, alijs censetur adempta iurisdic[tio]ne. Idem sentit Bart. quem infra referam, & securus est Barbat. in cons. 59. col. 3. libro 5. Et apertius Felinus in c. pastoralis, col. 2. ver. limita tertio, ff. de off. ord. qui refert Ioan. de Anan. Respondisse pro Ferrariensis Ecclesiæ capitulo, cui pontifex concesserat, vt ipsum solum, & non alij exercere possent iurisdic[tio]nem in certis capellis, respondit inquam Anania, Episcopum iudicem generalium ordinarium non potuisse se intromittere in causis illarum capellarum, cum iurisdic[tio]ne collata fuerat capitulo priuatiue ad Episcopum. Eandem sententiam probauerunt Beroius in cons. 22. num. 28. lib. 1. & Ripa in tract. de peste, in tit. de p[re]seruatiuis remedijs contra pestem, num. 62. Et horum sententia probatur satis manifestè in d. c. pastoralis, de off. ordin. & in c. venerabili, de senten. excomm. in 6. & confert l. vltim. C. vbi cause fiscal. iuxta expositionem, quam referam infra in vltimo casu huius capituli. Et accedit ratio, quod taxatiua habet vim exclusionis, l. ob es, vbi gloss. & Doct. C. de p[re]dij. minor. Et constat hanc esse v[er]am receptam opinionem, & si ab eo dissentit Decius in cons. 3. numer. 3. ver. secundo hoc, post Franciscum Bald. inter consilia Baldi in consil. 253. vltis omnibus, colum. 2. ver. sed p[re]dictis obstare, libro 5.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando iurisdic[tio]ne competit ex consuetudine. Nam tunc illa non dicitur sublata per concessam taxatiue alteri iudici factam. Ita docuit Bart. in l. vltim. numer. 1. C. de diuersis offic. lib. 12. cum dixit, quod si extat consuetudo, quod Rector Gymnasij cognoscat de causis scholarium: & deinde statuto caueatur, quod scholares conueniri possint sub Episcopo tantum, non erit derogatum iurisdic[tio]ne Rectoris. Et Bart. secuti sunt Iaf. in l. 2. in princ. num. 11. ff. de v[er]ig. & pupill. subst. Dec. in consil. 3. numer. 3. Ripa vbi sup. & Crauet. in tract. de antiq. tempor. in 1. part. numero 41. & in 4. parte princ. num. 119. Et ij quipem moti sunt textu c. 1. de consil. in 6. & regu. l. eius milites, §. militia missus, ff. de milit. test.

Octauus est casus quando electus creatur ve iudex est inferior, qui suppositus minori ius dicit duobus oppidis &

etiam in oppidis & castris ciuitati subiectis, datur alter iudex qui aliquo in oppido & castro ius dicat. Hoc casu censetur huic nouo & iudici collata iurisdic[tio]ne priuatiue, atque ita censetur adempta ab illo ordinario generali. Ita respondit Roman. in cons. 393. num. 10. ver. nihilominus in p[ro]posito, quem securus est Crauet. in cons. 411. num. 28. ver. tertio cessat. Idem sentit Ange. in cons. 375. Pratenfis. in fine. Et ij quidem modi sunt tex. §. & iudicare, in auth. de defensi. ciuili. Est & ratio quod sancitum ita fuit, ne propter huiusmodi ciuiles pecuniariisque causas, litigantes de castro & oppido, ad ciuitatem cogantur accedere.

Sextus est casus, quando iurisdic[tio]ne discretiue & conceditur nouo magistratui: vt si cauetur statuto quod omnia instrumenta contractuum insinuentur: & creetur iudex, qui de causis insinuationum cognoscat & iudicet. Hoc casu dicitur huic iudici concessa iurisdic[tio]ne priuatiue: atque ita nullus alius, de causis illis insinuationum cognoscere & iudicare poterit. Ita docuit Bald. in l. unica. §. vbi autem, nu. 6. ver. secundo casu, C. de cad. tollend. in auth. habita, num. 32. ver. super hoc. Cod. ne filius pro patre. Idem sentit ipse Baldus in l. nec quidquam, in princ. ff. de off. p[ro]curator. & lega. in prima lectura, cum dixit, quod legatus de latere non potest se intromittere in of. Collectoris Camere Apostolicæ, sic & Fran. Bald. inter cons. ipsius Bald. in cons. 253. Vltis omnibus p[re]dictis; colum. 2. ver. quia aut. & col. vlt. libro 5. Idem apertius scripsit Ang. in l. cum p[re]tor, in princ. ff. de iud. & in l. si vacantia, colum. 11. C. de bon. va. libro 10. Ita quoque Imola in l. Titie rextores, in princ. numero 4. de legat. 1. docuit, quod si statutum tribuit iurisdic[tio]nem p[re]tori in causis pupillorum: & Capiraneo dedit potestatem cognoscendi de causis à decem libris infra, non poterit Capiraneus cognoscere de causis pupillorum à decem libris infra. Cùm (ait Imola) statutum distinguere voluerit iurisdic[tio]nem circa causas separatas. Hæc tamen traditio Imolæ procedit favore personarum, vt dicemus in subsequenti nono casu. Et idem docuit Alexand. in d. l. Titie, num. 3. vbi numero 7. ait, statutum voluisse hoc casu diuidere & distinguere causas, idem in cons. 65. numero 9. libro 7. idem affirmantur Roman. in l. 1. §. 1. ff. de operis noui nunciat. Aret. in l. quod in rerum, §. si quis post. colum. vlt. ver. secundo limita. & in cons. 102. Felin. in c. pastoralis. col. 2. ver. limita secundo, de off. ordin. Crauet. in cons. 411. num. 28. ver. secundo dicit non potest. Et ij quidem moti sunt ex l. solems, §. laurinculator, ff. de iud.

Septimus est casus, quando taxatiue & vni magistratui concessa est iurisdic[tio]ne, circa aliquod genus causarum. Hoc etiam casu priuatiue collata p[re]sumitur iurisdic[tio]ne. Ita Angel. in l. 1. C. vbi & apud quem in integ. ver. peten. si vbi scripsit, quod si statutum dicit, quod solus Capiraneus cognoscat de adulterio, alijs censetur adempta iurisdic[tio]ne. Idem sentit Bart. quem infra referam, & securus est Barbat. in cons. 59. col. 3. libro 5. Et apertius Felinus in c. pastoralis, col. 2. ver. limita tertio, ff. de off. ord. qui refert Ioan. de Anan. Respondisse pro Ferrariensis Ecclesiæ capitulo, cui pontifex concesserat, vt ipsum solum, & non alij exercere possent iurisdic[tio]nem in certis capellis, respondit inquam Anania, Episcopum iudicem generalium ordinarium non potuisse se intromittere in causis illarum capellarum, cum iurisdic[tio]ne collata fuerat capitulo priuatiue ad Episcopum. Eandem sententiam probauerunt Beroius in cons. 22. num. 28. lib. 1. & Ripa in tract. de peste, in tit. de p[re]seruatiuis remedijs contra pestem, num. 62. Et horum sententia probatur satis manifestè in d. c. pastoralis, de off. ordin. & in c. venerabili, de senten. excomm. in 6. & confert l. vltim. C. vbi cause fiscal. iuxta expositionem, quam referam infra in vltimo casu huius capituli. Et accedit ratio, quod taxatiua habet vim exclusionis, l. ob es, vbi gloss. & Doct. C. de p[re]dij. minor. Et constat hanc esse v[er]am receptam opinionem, & si ab eo dissentit Decius in cons. 3. numer. 3. ver. secundo hoc, post Franciscum Bald. inter consilia Baldi in consil. 253. vltis omnibus, colum. 2. ver. sed p[re]dictis obstare, libro 5.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando iurisdic[tio]ne competit ex consuetudine. Nam tunc illa non dicitur sublata per concessam taxatiue alteri iudici factam. Ita docuit Bart. in l. vltim. numer. 1. C. de diuersis offic. lib. 12. cum dixit, quod si extat consuetudo, quod Rector Gymnasij cognoscat de causis scholarium: & deinde statuto caueatur, quod scholares conueniri possint sub Episcopo tantum, non erit derogatum iurisdic[tio]ne Rectoris. Et Bart. secuti sunt Iaf. in l. 2. in princ. num. 11. ff. de v[er]ig. & pupill. subst. Dec. in consil. 3. numer. 3. Ripa vbi sup. & Crauet. in tract. de antiq. tempor. in 1. part. numero 41. & in 4. parte princ. num. 119. Et ij quipem moti sunt textu c. 1. de consil. in 6. & regu. l. eius milites, §. militia missus, ff. de milit. test.

Octauus est casus quando electus creatur ve iudex est inferior, qui suppositus minori ius dicit duobus oppidis &

castris: deinde Princeps in vno ex illis oppidis vel castris alium iudicem constituit. Hoc casu concessio facta secundo, dicitur facta priuatiuè ad priuatum. Exemplum est in casu egregio, de quo respondit Roman. in cons. 393. num. 11. Castrum Compagnatici erat subiectum ciuitati Senarum, quæ prætorum in illo ad ius dicendum mittere consueuerat. Et qui quidem prætor iurisdictionem exercebat etiam in homines Castri Battignani. Conuentum deinde fuit inter ipsam ciuitatem Senarum, & castrum Battignani, quòd eò mitteretur specialis Vicarius, qui de causis Battignanorum cognosceret & iudicaret. Dubitatum fuit, an à prætorum Compagnatici adempta fuerit iurisdictione Battignanorum, vel potius posset ipse etiam ius dicere in ipsos Battignanos atque ita an vicario collata esset iurisdictione cumulatue vel priuatiuè? respondit Roman. priuatiuè collatam fuisse. Ea ratione vsus est Roman. in d. numero 11. quia concedendo specialem iurisdictionem, censetur derogatum generali competenti alteri, argum. l. quod in rerum, §. si quis post, de legat. 1. & l. quæsum, §. vltim. ff. de fundo instructo, instrumentoque lega. Nec obstat (inquit Roman. numero 14. vers. nec dicitur tali casu) quòd videatur sublata iurisdictione prætoris Compagnatici, quia iurisdictione non erat propria dicti prætoris, ex quo subieciatur ciuitati Senarum. Et propterea eius iurisdictione dici non potest læsa. Ita (ait Roman.) probat l. tam collatores, C. de re militar. libr. 10. & ibi notat. Bart. in fin. & dicit esse singularem idem Roman. in singul. 21. Romanum secuti sunt Martinus Laudens. in tract. de confederationibus principum, quæst. 17. Caccialup. in l. omnes populi, numero 182. vers. nono quæritur. ff. de inst. & iure. Ioan. Baptista Ferret. in cons. 142. numero 15. & rurus in cons. 47. num. 10. vers. & postremò, & Grammat. in dec. 30. numero 8. Cæterum Felinus in c. pastoralis, colum. 1. vers. limita primò, de offic. ord. dubitat, & respondet illi l. tam collatores. Et rectius quidem quàm Felin. qui Romani responsum non satis rectè intellexit, dubitari potest, quod iura quæ pro sua illa opinione considerauit Roman. in dicto cons. 393. numero 11. procedunt in vltimis dispositionibus non autem in dispositione legis, in quibus specialis non derogat generali, nisi incompatibiles sint, sicuti explicat Aretin. in d. l. quod in rerum, §. si quis post, colum. 2. vers. sed his rationibus. Et præterea dubitare poterat. Ro. quia rex. ille l. tam collatores. in si & ibidem Bart. loquitur respectu personæ illius, cui collata est iurisdictione, vs scilicet si aliquis ipse egerit, conueniri possit sub maiori illo magistratu, à cuius iurisdictione hic nouus iudex non dicitur exemptus. In iudiciis tamen difficile admodum esset recedere à Roman. & sequacium opin.

Nonus est casus, quando iurisdictione competens ordinario magistratu, conceditur alteri iudici, fauore personarum in quibus illa exercenda est: sicuti si fauore monachorum datus est specialis visitator. Etenim præsumitur datus priuatiuè ad iurisdictionem Episcopi. Ita ex sententia Iacob. de Aren. in l. quod in rerum, §. si quis post, de leg. 1. Scripserunt Bald. in l. vnica, §. 2. bi autem, numero 7. C. de cad. tol. Angel. in l. testamenta, colum. 1. vers. aut non constat. C. de testam. Castrenf. in l. si quis cum procurator. §. Iulianus, numero 2. ff. de procur. Aretin. in d. §. si quis, colum. 3. in princip. & in cons. 102. numero 1. vers. aliquando iurisd. Alexand. in l. Gallus, §. ille casus, numero 10. ff. de lib. & posthum. Ruin. cons. 7. num. 6. lib. 4. Cornus in cons. 30. numero 4. & 5. lib. 2. Afflict. in decis. 41. & Crau. in consil. 41. num. 34. vers. scilicet. septimo iura, qui scribit hoc multo magis procedere, quando etiam ¶ concurrat fauor personæ qui conceditur iurisdictione. Et in hanc sententiam adducitur l. vltim. C. de iurisdic. vni. iudic. & l. vltim. C. de appar. mag. milit. libr. 12. Et idem probat text. l. vltim. C. vbi causa fiscal. iuxta sensum, quem explicabimus infra in vltimo casu huius capituli. Verum à prædicta opinione post Anchara. in c. tibi qui, de rescript. in 6. & Baldum in l. 1. quæstio. 1. ff. de offi. cons. & in authent. habita, colum. 5. C. ne filius pro patre, dissentit Iason in d. §. si quis post, numero 6. vers. scilicet. b. e. uiter. Et inter alia multum vrgere videtur quod scripsit Bartol. in l. in sacris, numero 2. C. de prox. sac. scrib. libr. 12. cum dixit, quod si cauetur statuto, quod Hospitalis Misericordie non possit agere, nec conueniri, nisi sub iudice portæ sancti Petri: Et si alio statuto cauetur, quod iudex portæ Eburneæ solum habeat cognitionem à decem libris infra. Inquit Bartol. quod Hospitalis poterit agere & conueniri coram iudice portæ Eburneæ, in causis à decem libris infra. Et illud statutum, quod Hospitalis debeat agere & conueniri coram iudice S. Petri, intelligitur in aliis causis, quarum cognitio non est specialiter commissa aliis iudicibus. Et Bartol. secuti sunt Franc. Baldi inter consilia Baldi in consil. 253. Vt si omnibus, in fin. lib. 5. Alex. in cons. 65. num. 9. lib. 7. Dec. in cons. 3. num. 3. Gram. in consil. 2. num. 8. post decisiones. Responderi facile potest, illud priuilegium concessum Hospitali, esse magis speciale illo concessio pro causis à decem libris infra. Nam quando

duo priuilegia ¶ concurrunt, illud dicitur esse magis speciale, quod conceditur personæ, sicuti in his terminis docuit Bald. in l. 1. q. 3. ff. de offic. consul. in l. Gallus, §. ille casus, colum. vltim. ff. de libe. & posthum. Idem scripsit Dec. in l. toto, num. 3. de reg. iur. & in c. in presentia, num. 51. de probatio. Et in specie huius nostri casus idem affirmant Bal. in l. vnica, §. vbi autem, numero 7. C. de cad. tollend. & Alexand. in d. §. ille casus, numero 10. & in d. l. Titie, textores, de leg. 1. Retinenda est ergo prima opinio, quæ quidem locum non habet, quando ¶ lex vel statutum vltius progreditur declarando, quod non sit derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij, sicuti loquitur statutum Papiæ de regimine potestatis stat. 58. sub vrb. de officio consulum mercatorum, &c. quod declarat iurisdictionem datam consilib. mercatorum, in eorum causis non derogare iurisdictioni Prætoris.

Decimus est casus e contra, quando odio ¶ certarum personarum conceditur iurisdictione alteri iudici. Hoc casu cumulatue concessa dicitur. Ita Ang. in l. si testamento, col. 1. vers. se uero est iurisdictione. C. de test. l. si vacantia, C. de bonis vaca. libr. 10. Aret. in dicta l. quod in rerum, §. si quis post, col. 2. in si. de leg. 1. vbi etiam Taf. num. 10. & Ioan. Pet. Surdus in consil. 56. numero. 30. Sic intelligentes c. per hoc, de heret. in 6. Idem probat. text. §. 1. ver. oportet. in authent. ut desinitur (sen funera eorum, iuxta sensum quem explicabimus infra in vlt. casu.

Vndecimus est casus, quando concessa est iurisdictione ¶ prælatis regularibus in suos, vel monachos, vel fratres. Hoc sanè casu priuatiuè utitur concessio priuatiuè ad Episcopum. Ita Abb. in c. pastoralis, & ibidem Felin. nu. 4. vers. limita septimo, de offi. ordi. & idem Abb. in c. cæterum, col. 2. ver. fateor tamen, de iudic. Et his declarauit Rota Romana referente Puteo in dec. 239. lib. 3. factum Concilium Tridentinum sess. 24. c. 3. in decreto de reformatione, tribuens Prælatis iurisdictionem corrigendi excessus subditorum, intelligi concessisse prælatis regularium iurisdictionem priuatiuè ad ordinarium. Id quod mihi apertè videtur decisum ab eodem concilio, sess. 25. tit. de regularibus c. 14.

Duodecimus est casus, ¶ quando priuilegio personæ eius cui facta est concessio, fuit concessa iurisdictione. Hoc sanè casu intelligitur priuatiuè concessa. Ita respondit Angel. in consil. 375. colum. 2. ver. idem dico, si in modum, & colum. vltim. ver. quarto fallit. idem scripserunt Felin. in c. irrefragabilis, col. 1. ver. declara prædicta, de offi. ord. Gram. in dec. 30. nu. 12. Grau. in cons. 411. nu. 31. & nu. 33. in fine, qui dixit, idem esse, quando contractu concessa fuit iurisdictione. Et ij quidem moti sunt text. c. irrefragabili, de offi. ord. & c. vbi debitis, de ap. pel.

Decimustertius est casus, quando præscriptio acqui- ¶ sita fuit iurisdictione. Hoc casu censetur acquisita priuatiuè. Ita Felin. in c. pastoralis, num. 5. ver. limita octauo, de offic. ord. post Abbatem ibi, & in c. auditis, colum. 3. de præscrip. Butriuni. & Imol. in c. conuenerunt, colum. pen. de offi. ord. Calder. in cons. 6. in tit. de sent. excommun. Ioan. Baptista Ferretus in cons. 142. num. 13. Et subiungit Felin. casum hunc sine contro- uersia procedere, quando primus ille iudex, contra quem scriptum fuit, prohibitus fuisset ab hoc præscribente, & prohibitioni acquiescisset: Etiam si prohibitio facta fuisset (ait Felinus) pro bono pecis.

Decimusquartus casus est, quando statuto, vel consuetu- ¶ dine, concessa est duobus ordinariis iurisdictione, adiecta clausula, amobus, vel alteri eorum. Hoc sanè casu iurisdictione ¶ censetur concessa cumulatue, & in solidum. Ita egregiè respondit Berous in cons. 22. col. pe. in si. li. 1.

Decimusquintus & vltimus est casus, quando sumus in ¶ dubio, vt quia non apparet, vel fauore, vel odio personarum fuisse alteri iudici concessam ordinariam iurisdictionem, sed solum apparet, quod in vna specie causarum fauore publico concessa fuit iurisdictione, quæ ordinario competebar. Hoc in casu dubio ¶ præsumitur concessio cumulatue, non ad alterum priuatiuè facta. Ita Bartol. in l. 1. C. de offic. præf. vrbis. cum dixit, quod licet in ciuitate creatur nouus officialis specialis super damnis datis, vel super abundantia: non tamen propter hoc tollitur iurisdictione Prætoris, qui vniuersalem habet iurisdictionem. Et Bartol. secuti sunt Angel. in l. testamenta, ad fin. ver. idem est si dubitatur, C. de testam. & in cons. 375. numer. 3. in fin. vers. regulariter autem, & alij congesti à Franc. Aret. in l. quod in rerum, §. si quis, col. 1. de leg. 1. vbi cillum, vlt. ver. pro conclusione, testatur cum Bar. esse magis receptam opinionem. Eandem probauit ipsemet Aret. in cons. 102. num. 1. Et idem asseruit ibid. Iason in d. §. si quis post, num. 8. His accedunt & alij commemorati ab Ang. Aret. in l. 1. §. si quis in appellatione, num. 13. ff. de ap. pel. & à Felin. in d. c. pastoralis, col. 1. de offi. ord. Eandem probauit Bened. Plumbinus in l. Thais, §. vltim. ff. de fideicom. libert. Ita quoque respondit Ancha. in cons. 164. num. 6. ver. nec ex eo, cum dixit, iurisdictionem concessam certis officialibus Florentiæ super bonis

bonis cessantium, quos appellamus decoctores, non aufer- ¶ re iurisdictionem ab ordinario: sed cumulatue illis concessam præsumi, sic etiam responderunt Dec. in consil. 3. num. 3. Gratus in cons. 71. num. 11. & num. 26. lib. 2. Berous in cons. 22. nu. 24. lib. 1. Paris. in cons. 9. num. 10. lib. 4. Gram. in cons. 6. num. 23. in crim. & Ripa in tract. de peste, in tit. de præseruatiuis remedijs cõtra pestem, num. 60. qui ob id ait, Papiæ iudicibus viarum, qui & cloacarum curam habent, censi datam iurisdictionem cumulatue ad prætorum Papiæ, non autem priuatiuè. Idem quoque nouissimè Ioan. Petr. Surdus in cons. 56. num. 19. lib. 1. respondit, non præsumi derogatum iurisdictioni Capitanei Iustitiæ Montisferrati, & si Sereniss. D. Dux constituit duos ex consiliariis, qui cognoscerent de crimine eorum, qui contra edictum principis exportassent annonam extra prouinciam. Et horum opinionem securus sum in lib. 1. de arbit. iud. q. 40. num. 1. & 2. Et quanquam existimo receptam hanc opinionem esse veram & sequendam, attamen multa afferuntur argumenta, quæ minime probant.

Primo enim adduci solet text. l. 1. C. de off. Præf. vrbis. vbi ¶ licet iurisdictione sit concessa præfecto annonæ circa annonam ipsam, non tamen censetur priuatus eadem iurisdictione præfectus vrbis, ¶ qui totius ciuitatis generalis iurisdictione concessa fuerat. Verum Aret. in d. l. quod in rerum, §. si quis post, col. 2. ver. ad secundum, de leg. 1. respondet, quod id euenit, quia princeps ipse expressè declarauit, quod ea concessio facta præfecto annonæ sublata non esset iurisdictione iam competens præfecto vrbis, si ergo princeps esse non declarasset, derogatum diceretur iurisdictioni ipsius præfecti vrbis, atque ita argumentum retorqueret: Nisi dicamus principem ita eo in loco declarasse ad tollendam omnem dubitationem. Ne igitur in dubium reuocaretur, an illi iurisdictioni fuisset derogatum, vel non, ita statuit princeps. Hanc postremam interpretationem probauit post Jac. Bur. Ang. in cons. 375. Pratenf. num. 2. Alium tamen sensum attulit idem Ang. in l. testamenta, col. 1. C. de testam.

Secundo affertur text. l. 2. §. aliquor annos, ff. de orig. iur. vbi ¶ prætor peregrinorum creato, non dicitur sublata iurisdictione prætoris vrbani. Inquit enim text. quod prætor peregrinorum plerumque de ipsorum peregrinorum causis cognoscit: ergo non semper, atque ita etiam prætor vrbanus aliquando cognoscere potest. Cæterum responderi potest, quod prætor ille peregrinus creatus non fuit, vt de peregrinorum causis tantum cognosceret: sed poterat etiam causas ciuium iudicare atque ita non specialis iudex, sed generalis creatus est, vt illo in loco explicat Coraf. in si. Et tamen dictus prætor peregrinus ob id, quod multò plus de illorum causis, quàm de causis ciuium cognosceret, & iudicaret.

Tertio perpendi solet text. l. nec quidquam, in princ. & in 2. ¶ respons. ff. de off. procons. & lega. vbi proconsul in causis inter sicum & priuatum melius facit, si sic abintere. Illud verbum, melius, stat comparatiuè, & significat, quod ipse proconsul est etiam iudex in iudicis causis, quamuis procurator Cælaris sit specialis iudex. Ita text. hunc ad rem perpendit Aret. in d. §. si quis post, colum. vlt. vers. secundo adduco. Cæterum respondetur potest id euenire ob summam potestatem ¶ proconsulis, cui tributa erat facultas, vt posset ius dicere de omnibus causis, de quibus poterant omnes magistratus ordinarij & extraordinarij vrbis Romæ, l. si in aliquam, §. vlt. ff. de off. procons. & legati, & principis personam quodammodo in ipsa prouincia obrinebat, l. & ideo, eodem tit. Non ergo mirum, si cum Cælaris procuratore in eadem iurisdictione concurreret.

Quarto consideratur l. vlt. C. vbi cause fiscal. & ibi glo. vbi ¶ licet Comiti domorum detur specialis iurisdictione in colonos & inquilinos imperiales, attamen iurisdictione competens præfidi circa easdem personas & res, sublata non censetur, l. cum aliquis, eodem tit. Cæterum, si rectè perpendamus, nil vrget hoc responsum. sunt enim duo casus, quorum primus est, quando contentio est inter colonum Cælaris, & Cælarum ipsum. Hoc casu cognoscit Rector prouinciæ. Ita loquitur dicta l. cum aliquis, & ibi sensu gloss. in pen. exposit. Secundus verò est casus, quando contentio est inter colonum Cælaris & priuatum. Huius causæ cognitiones sunt Præpositus sacri cubiculi, & Comes domorum, & nullus alius. Ita loquitur dicta l. vltim. quæ edita fuit fauore ipsorum colonorum & inquilinorum imperialium. Non ergo mirum, si taxatiuè est dictum, quod non alterius sit cognitio hæc.

Quinto melius suffragatur text. l. vlt. C. de iurisdic. omnium ¶ iudic. vbi est Rectori militum conceditur iurisdictione de rebus militaribus: non tamen adempta censetur iurisdictione, eisdem de causis competens alteri magistratu ordinario. Et quanquam existimant aliqui, vt retulit supra in nono casu, id contingere fauore personarum, quibus dau sunt iu-

dices illi, attamen si rectè perpendatur, nullus eorum fauor ¶ cõsideratur, quom coactio eis imponatur, vt conueniri possint, tam sub vno quam sub alio magistratu.

Sextò perpenditur text. in §. 1. ver. oportet, in authent. ut desinitur ¶ seu funera eorum, vbi aduersus prohibentem exequias morui, constitutus est iudex specialis, nempe præfectus vrbis, & tamen duobus aliis eadem potestas concessa est, nempe Præfecto prætorio, & Magistro officiorum. sed facile euitari potest hic locus, cum constitutum id sit odio personarum, qui exequias mortuorum impediunt, sicuti attigimus supra in decimo casu.

Septimò affertur solet text. in §. & iudicare, in authent. de defenf. ¶ vni. Verum colligi facile potest: responso ex his, quæ scripsi supra in §. casu, in quo text. iste procedit.

Octauò adducitur text. c. cæterum, de iud. argum. ducto à ¶ speciali. Est enim ibi speciale, vbi iurisdictione concessa domino feudi, in causis suorum vassallorum, ei soli competat & non ordinario. Verum negari facile potest, id factum esse speciale iure, sed in d. communi, cum in dominum illum translata sit iurisdictione vel priuilegio, vel contractu, iuxta ea quæ diximus supra in primo casu.

Nonò affertur etiam consuevit text. c. per hoc, de heret. in 6. ¶ Verum procedit odio hereticorum, aduersus quos dantur plures iudices cumulatue, nempe episcopus & inquisitor, sicuti diximus supra in nono casu.

Decimò & vltimò adducitur simile quod habetur in l. ¶ quoties, §. vlt. ff. de adm. iur. vbi curatore dato certis bonis pupilli auctis, non dicitur sublata administratio tutoris generalis circa eadem bona. Potest euitari facile, si id factum esse fauore pupillorum dicimus: Et quia is curator certis bonis datus, subest tutori, cui rationem suæ administrationis tanquam principali administratori reddere tenetur. Est ergo dicendum, quod casus iste solum probetur illis text. l. 1. C. de officio Præf. vrbis, & l. vlt. C. de iurisd. om. iud. Cõtrariam itaque opinionem & inale conati sunt defendere Iacob. de Arena, & Bald. in d. l. quod in rerum, §. si quis post, §. ff. de leg. 1. & idem Bald. in l. cum prætor, ff. de iudicis, quem ibi secutus est Angel. Ita quoque Crauet. cons. 411. nu. 8. vers. pro hoc quod. Et primò quidem adduci solet d. l. 1. C. de offi. præf. vrbis, de cuius sensu satis abundè dictum fuit supra. Secundò affertur l. cum clericis, C. de episc. & cler. vbi Bal. notat. Ibi enim assignato speciali iudice certo generi personarum, censetur adempta iurisdictione primo magistratu. Verum respondetur id contigisse fauore illarum personarum, quibus datus fuit secundus iudex, iuxta ea, quæ scripsi supra in 9. casu. Tertio adducitur argumentum, species derogat generi, l. vlt. xorem, §. felicissimo, & l. seruis vrbani, de leg. 3. & l. quæsum, §. si quis fundum, ff. de fundo inst. cuius ergo secundo iudicij concessa est specialis iurisdictione, derogatum censetur iurisdictione alterius generalis iudicis. Cæterum respondet Aret. in d. §. si quis post, col. 2. ver. sed his rationibus, &c. quod in vltimis voluntatibus, sicque in dispositione hominis, ¶ specialis de 29 rogat generali. Ita loquuntur iura supra allegata: scilicet verò in dispositione legis, in qua specialis non derogat generali, nisi sint incompatibiles. Ita declarat Bart. in l. 1. §. hoc autem, l. 1. numero 7. ff. de oper. noui nunt. & in l. sanctio legum, §. ff. de pen. quem secuti sunt ibi Alexand. & alij, & Rain. cons. 7. num. 5. lib. 4.

Respondetur etiam secundo, ex sententia Bald. in l. vnica §. ¶ vbi autem, C. de cad. tollend. quem secutus est Affli. decis. 41. nu. 2. Dixit Bald. quod regula generi per speciem derogatur, locum ¶ habet in iurisdictione generi per speciem publico. Quarto adducitur simile ex l. duo, ff. de adm. iur. Verum respondetur, quod ibi expressè facta fuerat administrationum diuisio, ita quod vnus de alterius administratione se impedit non poterat.

Secundum est huius disputationis caput, quod versatur ¶ circa iurisdictionem delegatis tributam. Quo sanè in capite distinguendi sunt pariter aliqui casus. Primus est, quando princeps delegauit causam vni, deinde eandem alteri mandauit. Hoc casu ¶ priuatiuè mandata censetur iurisdictione. Ita Ang. in l. testamenta, col. 1. vers. idem post commissionem, C. de testam. Felin. in cap. pastoralis, colum. 2. ver. limita 4. de off. ordi. & Io. Petr. Surdus in d. cons. 56. num. 29. lib. 1. Ea ratione & argumento ij vsi sunt, quod valet argumentum à mandato ¶ procuratoris ad mandatum iurisdictionis, l. iudicium soluitur, ff. de iudi. iuncta l. si quis cum procuratorio, §. vlti. ff. de procur. & cap. 1. de procurat. in 6. Atqui quando mandatur idem negotium nouo procuratori, primus ille præsumitur reuocatus, l. si quis cum procuratorio, §. vltim. ff. de procurat. vbi Bar. Bald. Castren. & reliquodidicimus infra præsumption. 22. in quarto casu. Ergo pari modo censetur derogatum & iurisdictione primo delegati. Conferret etiam cap. iudicium, de offic. delegat. Hunc casum tamen intelligit Castr. in d. l. si quis cum procuratorio, §. vlt. num. 2. quando secundum scripturam mentionem

facit primi, aliis non, ex c. ceterum, de rescript. Secundus est casus, quando iam pluribus delegatis man-

33 data fuit iurisdictione, deinde t expofitio caufæ, vel vnus articuli ad eam pertinentis, vni ipforum delegatorum mandatur. Hoc etiam casu priuatiue mandata cenfetur iurisdictione. Ita Ange. in d. hestam. in prin. C. de testam. & idem in conf. 375. Præf. num. 3. Felin. in d. c. pastoralis, col. 2. vers. limita quar-

34 Tertius est casus, quando iurisdictione duobus t simpliciter mandatur. Hoc sanè casu, præsumitur mandata cumulatiue, non tamen in solidum: sed quod simul concurrant in cognitione & diffinitione caufæ. Ita probat c. prudentiam, in prin. de officio delegat. & ibidem Decius & Berous, & idem Bero. in conf. 22. nu. 26. & nu. 42. lib. 1.

35 Quartus est casus, quando duobus mandata est iurisdictione, t adiecta clausula, vel alteri vestrum. Hoc casu iurisdictione cenfetur cumulatiue mandata in solidum. Ita Bero. in d. conf. 22. nu. 26. & nu. 42. lib. 1. Et sententia Archid. in c. cum episcopus, nu. 8. de offi. ord. in 6. & Butrij in c. 1. in 2. opposit. de officio Archid. & apertius Abbas in c. prudentiam, in prin. in secundo notab. de officio delegat. & ibidem Decius & Berous, egregie Vantius in tract. de nullitate, in tit. de nullitate sententia ex defectu iurisdictionis ordinarij, numero 179. & numero 180. vbi declarat.

36 Effectus, t qui oritur ex hac cognitione quod cumulatiue vel priuatiue concessa fuerit iurisdictione, magnæ est vtilitatis. Cum enim priuatiue collata est, nullus præter principem manus, (quod aiunt) apponere potest. Is enim solus magistratus vel delegatus cui sic tributa est iurisdictione, cognoscit & diffinit: quemadmodum scribit Doctores multi ex allegatis supra, præfertim Felin. in d. c. pastoralis, colum. 3. & Berous in d. conf. 22. numero. 42. lib. 1. Quæ tamen sententia intelligitur, nisi hic iudex sit negligens. Nam tunc eius negligentiam supplet maior magistratus illius loci. Ita declarat Bart. post alios ab eo congestos, Felin. in d. c. pastoralis, colum. 3. vers. tempera ista. Qui iubiungit, idem esse quando ob absentiam iudex iste non potest cognoscere & iudicare. idem scripsit Rui. in conf. 5. num. 2. libr. 5. vbi colum. 4. vers. non obstat, declarat non procedere, quando ille maior magistratus tanquam suspectus fuisset ea iurisdictione priuatus. Cum verò cumulatiue concessa est iurisdictione, ita quod vnusquisque per se & in solidum cognoscere & diffinire potest causam, locus est t præuentioni. Is enim solus de ipsa causa cognoscit & iudicat, qui primus aditus fuit à partibus. Et quod ab eo factum erit, valebit absque eo, quod constet de alterius impedimento. Ita tradunt omnes in c. prudentiam, in prin. vbi Abb. col. 3. Decius & Berous de off. delegat. Aret. in conf. 192. Ruin. in conf. 7. n. 7. li. 3. Berous in d. conf. 22. n. 42. li. 1. Cum verò iurisdictione concessa fuit cumulatiue pluribus vt vniuersis, sic que simul: tunc vnus sine altero procedere non potest, sed vnà simul adesse debent, sicuti probat d. c. causam matrimoniij, & c. prudentiam, in prin. vbi Felin. colum. 1. de off. deleg. & ibidem etiam Dec. & Bero. Vantius in d. tract. de nullit. sent. ex defectu iurisd. ord. num. 176.

PRÆSUMPT. XIX.

Iurisdictionem iudicis quando prorogasse auctorem, vel reum conuentum præsumatur.

SVMMARIA.

- 1 Iurisdictione iudicis ab ipsi litigantibus confertur, tacito vel expresso eorum consensu, iudice tamen volente.
2 Iurisdictione de tempore ad tempus, & de re ad rem prorogatur, etiam sine expresso consensu, n. 3. Sicque de persona ad personam, num. 4.
3 Iurisdictionis prorogationi, quando præsumantur partes consensisse, num. 6. 7. & 11.
4 Actus necessitate factus, consensum non infert.
5 Errantis nullus est consensus.
6 Iura omnes scire tenentur.
7 Litigator imperitus in dubio coram iudice incompetente, per errorem litigasse præsumitur.

EVENIT etiam aliquando, vt iudici conferatur iurisdictione, ab ipsismet litigantibus, qui vel expresso vel tacito consensu iurisdictionem prorogant, atque extendunt, eodem tamen iudice expressè, vel tacitè consentiente,

l. 2. sed si iudex, ff. de iud. vbi de tempore ad tempus t prorogatur iurisdictione, & ibidem annotavit Bart. & idem scripserunt Innoc. & reliqui in c. de causis, de offi. deleg. Ita pariter de re ad t rem, prorogari iurisdictione potest, etiam sine expresso consensu partium, l. de qua re, §. 1. ff. de iudicij. & ibidem gl. Bart. in d. l. 2. §. sed si iudex. Et sufficere tacitum consensum hoc in casu auctoritate Abbatis, Imol. Alex. & aliorum, affirmavit Vantius in tract. de nullitate, in tit. quibus mod. scit. nulla defendatur, numero. 77. Ita quoque citato, vel expresso partium consensu prorogatur iurisdictione t de persona ad personam, & vnus iudex pro altero assumitur, l. 1. & l. 2. §. conuenire, ff. de iudicij, & declarat Vant. præcitato in loco, num. 78.

Dubitari autem contingit, quando dicantur & præsumantur partes ipsæ litigantes consensisse ipsi prorogatione? Et tunc dicendum est, aliquibus signis cognosci consensisse, & primum quidem esse potest signum, t quando reus conuentus coram iudice non suo, non opposuit exceptionem declinatoriam ante litem contestatam: sed solum opposuit alias exceptiones dilatorias, vel peremptorias. Hoc sanè casu, is consensisse & prorogasse iurisdictionem illius iudicis dicitur, atque præsumitur, l. sed & si suscepit, in prin. ff. de iud. & c. inter monasterium, de re iud. & tradunt Bart. in l. si conuenit, ff. de iurisd. omnium iud. & in l. quidam consulebat, ff. de re iud. Baldus in l. ult. C. de iud. Pract. Papiensis in forma de declinatione iurisdictionis, in verbo, nec fuisse, nu. 1. Imol. in l. quidam consulebat, nu. 39. ff. de re iud. & ibidem Alexan. num. 20. & late comprobatur Felin. in d. c. inter monasterium, num. 4. de re iud. & Decius in l. si conuenit, nu. 24. ff. de iurisd. omnium iud. Partius in conf. 15. numero 5. & 6. lib. 4. Ripa in c. 1. num. 52. vers. circa primum, de iudicij. qui testatur esse communem opinionem, & Vantius in tractatu de nullitate, in ritu. Quibus mod. sent. nulla defendatur, n. 80.

Secundum est signum & coniectura prorogate huius iurisdictionis, quando t reus ipse conuentus, qui iudicium declinare potuit, sua ipsa sponte satisfecit iudicio sibi. Ita Innoc. in d. c. monasterium, & ibi Felin. num. 9. de re iud. qui eisdem sententia recentet Imol. in l. quidam consulebat, num. 41. Ita etiam Alex. ibid. nu. 24. Et multo magis si etiam fideiussit de iudicio soluendo. Ita Socin. sen. conf. 113. col. 2. lib. 3. & doctissimus Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Bart. in d. l. si conuenit, n. 5. Est autem secundum prædictos diversum, quando reus iste fuit ab ipso iudice coactus satisfacere. Nō enim sic satisfacendo consensisse præsumitur: cum t actus necessitate factus consensum non inferat, vt in specie docuit Angel. in l. sed est suscepit, ff. de iud.

Idem est, quando reus ipse erraret, vt qui crederet se teneri satisfacere, cum non teneretur. Nam & tunc non præsumitur consentire, cum errantem t nullus sit consensus, l. si quis per errorem, ff. de iurisd. om. iud. Ita in specie declarat Imola in d. l. quidam consulebat, nu. 41. ver. forte possit. & ibid. Alex. nu. 34. & Felin. in d. c. inter monasterium, num. 9. qui testatur sic se aliquando defendisse rusticum, qui præstiterat satisfactionem de iudicio sibi coram Capicaneo Pisano, iudice non suo. Et in dubio non præsumitur per errorem & ignorantiam præstitam fuisse cautionem hanc: cum omnes t teneantur scire iura, l. leges, C. de legib. & in specie annotavit Imol. in d. l. quidam consulebat, num. 41. in fi.

Tertium est signum & coniectura prorogate huius iurisdictionis, quando t reus conuentus obicit non esse procedendum sine libello, & actor econtra dicit, procedi posse. Hoc sanè casu reus ipse dicitur atque præsumitur consensisse in iudicem. Ita manifestè docuit Imol. in d. l. quidam consulebat, nu. 40. ff. de re iud. qui scribit, hoc esse ex mente Bart. ibi, atque ita (ait Imola) declaratur l. nō videtur, ff. de iud. Illud porro obseruandum est, quod si litigator t non fuerit peritus, præsumitur in dubio coram iudice incompetente litigasse, per errorem. Ita Specul. in titu. de iud. compet. aditione, §. 1. ver. sed nūquid præsumetur, Bald. in l. eos, in prin. col. ult. C. de appellat. Alexand. in conf. 12. num. 8. lib. 6. & Vantius in tract. de nullit. in tit. Quibus modis sent. nulla defend. nu. 8. vers. erit tamen.

PRÆSUMPT. XX.

Iurisdictionem quando Princeps præsumitur cōtullisse, & habilem reddidisse inhabilem, quem ad magistratum promouit, diligenter pertractatur.

SVMMARIA.

- 1 Iurisdictionem inhabili tribuisse censetur princeps, cum in literis promotionis inhabilitas expressa fuit. Idem etiam si fuerit

- fuerit adiecta clausula, ex certa scientia, num. 2. Huic sanè opinioni aliqui licet male, refragantur, num. 3.
4 Principem vno momento legis dispositionem intermittere velle, non præsumitur.
5 Clausula, ex certa scientia, circa quæ operetur.
6 Dispersatio super inhabilitate, requirit iustam causam.
7 Inhabilis quando dispensatus censetur, etiam si princeps non exprimat in literis promotionis inhabilem, nec adstet clausula, ex certa scientia.
8 Minori tribuens magistratum princeps, omnia eum rectè gerere decernit.
9 Tutori promittens princeps domicili mutationem, à tutela munere eum excusatum præsumitur.
10 Bonorum possessionem pupillo decernens Prætor, etiam sine iure possessorem eum facit.
11 Miles filium se habere sciens, alium instituendo, scitè præsumitur filium exheredare.
12 Beneficium alicui conferens Pont. Max. ob aliquod temporale, præsumitur dispensare cum eo quoad penam simoniæ.
13 Infamem Pontifex scienter ordinando, samè restituere præsumitur.
14 Spiritum ad Episcopatum Pontifex promouendo, præsumitur eum dispensasse simoniam remississe Pontifex præsumitur, si quem ad beneficia promouet, & si certo sciat ipsum beneficium emisse.
15 Beneficium curatum conferendo Pontifex habenti simile super incompatibilitate præsumitur dispensasse.
16 Matrimonij impedimentum sciens Papa, permittendo, videtur dispensationem concedere.
17 Bannium ad honores & dignitates assumens princeps, cum eo dispensare præsumitur.
18 Causam à qua bis fuerit appellatum simpliciter committendo, videtur appellationem admisisse.
19 Feudum princeps concedens monacho vel mulieri, præsumitur dispensasse vt per substitutum seruiant.
20 Scientia principis super inhabilitate promoti, quomodo probetur.
21 Inhabilitatem alicuius princeps ignorans, an promouendo eum dispensasse credatur, nu. 22. 23. & 24.
22 Dispensandi facultate, habens etiam à principe inferior, promouendo inhabilem præsumitur dispensare. Id tamen si fiat cum causæ cognitione, num. 26.
23 Inhabilem princeps promouens, dispensare creditur, est inhabilitatem ignoret, cum idem si inhabilitate sciuisset, fuisset facturus. Idem etiam si saltatem inhabilitatem scire præsumatur, num. 28.
24 Inhabilitatem etiam à defectu naturali pronientem, princeps promouendo dispensare præsumitur.
25 Beneficium infanti Papa conferens, dispensare præsumitur, aliquibus tamen ab hac opinione dissentientibus, num. 31.
26 Derogatio expressa iuris communis, an in Papa requiratur.
27 Habilem non dicitur princeps reddidisse eum, quem in officio iam existentem illud exercere permittit.
28 Bannium toleratio & patientia principis, non arguit banni reuocationem.
29 Inhabilem nō præsumitur dispensare princeps per substitutum promouendo. idem si existimare potuit eum ab alio fuisse habitatum, num. 36.
30 Inhabilem promouens princeps necessitatem non præsumitur dispensare.
31 Inhabilem dispensare princeps censetur, quando rescriptum aliquid aliud operari non possit.
32 Inhabilem non præsumitur dispensare princeps, faciendo quod est consuetum.

in ipsi literis promotionis, sed t fuit quidem adiecta clausula, ex certa scientia. Hoc in casu præsumi etiam dispensatum, & sufficere hanc tacitam expressionem inhabilitatis scripserunt glo. in c. fainum, in verbo / literarum, de rescript. in 6. & clem. 2. eod. tit. Cardin. Zabarella in conf. 117. Bald. in l. impetrata, colum. 1. c. sentent. rescin. nō posse. & in c. 1. colu. 1. per quos fiat inuestit. Rom. in conf. 216. num. 7. vers. in quo quidem. Felin. in c. cum vigesimum, num. 12. vers. contrarium puto, de off. delegat. idem in c. si aliquando colu. 1. de sentent. excomm. & in c. cum inter, colum. 1. de except. Croc. in ca. 1. numer. 52. vers. primus casus, de consir. in 6. & Grā. in conf. 48. col. ult. in civilibus. Ceterum ab hac opinione dissentient permulti, qui verius existimant, non præsumi t principem dispensasse super inhabilitate, ex sola clausula, ex certa scientia, nulla facta mentione ipsius inhabilitatis. Ita sanè scripserunt Cald. in conf. 8. tit. de regula. Oldra in conf. 325. colum. 1. & in conf. 326. colum. 1. & numer. 6. Felin. in c. nonnulli, num. 12. de rescript. & in c. præterea, num. 8. de testibus cog. Ioan. de Selua in tract. de beneficio, parte 3. quæst. 8. numer. 40. & Anton. Gabriel. in d. conclus. 8. numer. 8. scribit, ita hodie obseruari. Idem sentit post alios Tyraquel. in tract. de nobilitate, quæst. 6. num. 24. cum dixit, quod si Princeps appellat nobilem eum, qui plebeius est, non præsumitur eum fecisse nobilem. Et horum quidem sententia ea ratione primū fultur, quod in dubio non præsumitur principem t velle vno momento subuertere legis dispositionem, l. si quando, in prin. C. de inoff. testam. Clausula ergo t ex certa scientia, solum operatur circa substantiam gratiæ, præsupposita personæ habitate, & circa verè ignorata clausula ex certa scientia nihil operatur, vt tradunt Bald. in l. impetrata, colum. 3. c. sent. rescin. nō posse, & ad re nōstrā Felin. in c. cum inter, numero 5. vers. intellige, de except.

Et præterea dispensatio t super inhabilitate requirit iustam causam, alioquin non esset dispensatio, sed dissipatio, c. ex tenore, de temp. ordin. & post alios responderunt Curtius senior in conf. 19. vis. col. 2. vers. aggredior secundum. Brunus in conf. 15. num. 8. & Socin. iun. in conf. 120. num. 28. libr. 2. causa autem non præsumitur, cum sit quid facti, iuxta l. in bello, §. facte, ff. de capt. & postlim. reuer.

Tertius est casus, quando t inhabilitas ista non fuit expressa in literis promotionis, nec etiam fuit adhibita in literis ipsi illa clausula, ex certa scientia: sed tamen constat principem sciuisse à se promouendum fuisse inhabilem. Hoc in casu præsumi super ea inhabilitate dispensatum, scripserunt Bart. in l. Barbarius, numer. 12. ff. de off. prætor. & in l. 2. num. 2. C. si feruus, aut liber ad decurio, aspira. lib. 10. Bald. in l. imperialis, §. similes, C. de nupr. Imol. in l. quidam consulebat, col. 4. vers. sed verius, ff. de re iudi. Bellamera in conclus. 333. idem in conclus. 797. colum. 2. ver. patet primum, & in conclus. 795. numer. 6. vers. sed nūquid. Rom. in conf. 216. num. 7. vers. aliquando verò. Abbas in c. cum cunctis, §. inferiora, colum. 3. & in c. innotuit, colum. 4. de elect. Alexan. in l. quidam consulebat, num. 8. & num. 10. ff. de re iud. & conf. 138. num. 17. lib. 1. Felinus in c. præterea, numer. 9. de testibus coged. Iason in l. Barbarius, num. 10. ff. de off. prætor. Ruin. in conf. 85. num. 9. lib. 3. Ioan. Staphilæus in tract. de literis gratiæ, tit. de vi & effectus clausularum, in verbo, subsequenter, num. 19. Puteus in decis. 448. lib. 1. qui declarat, sic & Parisius conf. 44. num. 15. & num. 18. lib. 4. Antonius Gabriel. in suis conclusionibus, lib. 1. in tit. de præsumpt. conclus. 8. num. 11. vers. tenedo primam. Crauetta conf. 958. numer. 16. cum quo de eadem facti specie respondit Socin. iun. in conf. 60. numer. 13. lib. 4. Tandem sententiam probauit eruditissimus Didacus Couarru. in cap. peccatum, parte 2. §. octauo, vers. hinc etiam expandi, de reg. iur. in sexto. Et hos secutus sum in conf. 421. numero 21. His constat hanc esse receptam sententiam, etsi ab ea dissentierint nonnulli congesti à Natta in conf. 491. numero 29. & in conf. 420. numero 11. Et communis illa sententia fultur primo text. l. Barbarius, in fin. ff. de officio prætor. Barbarius Philippus, quem Suidas in dictione, βαρβαρι, Barbium historiam enarrans, appellat, cum seruus esset, Prætorum Romæ gessit: cumque detecta aliquando fuisset illius feruitus, dubitatum fuit, an gesta ab illo rata essent. Diffinit Vlpianus humanitate potius quam iure, ea fuisse rata, quæ gessit, quando feruitus latuit. Detecta verò feruitate iure rata fuisse omnia: cum populus ipse Romanus, & multo magis Princeps, Barbarium ipsum prætura fungentem libertate donasse videatur. Hoc responsum doctè explicant ex recentioribus Antonius Contius, libr. 1. disputat. iuris civilis, cap. 2. Franc. Horoman. libr. quæstionum illustrium, cap. 17. Antonius Costanus libro primo quæstionum, lib. 17. & ad rem nostram magis Crau. conf. 958. numero 10. libro quinto. qui ostendit, ibi scientiam tacitam inhabilitatis satis superque fuisse, vt censetur dispensatum. Hanc quoque sententiam probat text. l. quidam consulebas, in fine, ff. de re iud. vbi idem Vlpianus respondit, quod t si

Secundus est casus, quando inhabilitas non fuit expresse

prætor, aut consul minor ius dixit, idcirco valet, quia princeps qui et scienter magistratum dedit, omnia cum gerere decreuit, atque ita minorem illum ad magistratum habilem reddidisse præsumitur. Nec ibi inhabilitatis expressionem in literis requirit, vt declarat Craue. in d. consi. 958. numer. 13. post Oldra. consi. 325. in fine. Ita pariter in l. quæro, §. vltim. ff. de testam. tit. seruis à domino scienter tutor datus, & libertate, & tutelam obtinet. Præsumitur enim libertate donatus, cum tutor datur, sic etiam in l. idem Vlpianus, §. vlt. ff. de excusat. tutor. Cum princeps permittit tutori, vt alio domiciliu transmigret, à tutelæ munere eum exculare voluisse præsumitur. Est simile diffinitum in l. penult. C. de necess. seruis hered. instit. vbi seruis hæres institutus, præsumitur prius manumissus. Ita etiam in l. bonorum, C. qui admittit ad bon. poss. deb. responsum est, prætorum scienter vt decernentem bonorum possessionem pupillo, qui alioqui sine tutore agnoscere non poterat, eum bonorum possessorem facere, cum præsumatur impedimentum illud tollere voluisse. Est etiam simile, quod dicimus, quod si miles sciens se habere filium, alium instituit, tacite filium exheredare præsumitur, vt dicatur substituisse impedimentum institutionis, l. scilicet, C. de testam. milit. si paronius in prin. & l. Paulus, §. vlt. ff. de bon. libert. & §. sed si in expeditione, in Instit. de exhered. libero. Ex prædictis inferitur recte sensisse illos qui scripserunt, quod si Pontifex vt maxime scienter confert alicui beneficium, ob aliquod temporale, præsumi cum eo dispensasse, quo ad pœnam simoniæ. Ita Siluester Prierius in summa, in verbo, simonia, §. 4. & §. 13. Petrus de Palude in 4. sent. dist. 25. q. 4. Fel. in c. de simo. & in c. de cetero, col. vlt. de re iud. Cardin. à Turrecremat. in c. latorem, nu. 1. q. 4. D. Soto de iust. & iure, lib. 9. q. 5. art. 2. ad finem, & q. 8. art. 2. & Didac. in c. peccatum, in 2. parte, §. 8. vers. hinc etiam, de reg. in 6. & si ab his dissentiant Abbas in c. 1. de simo. Adria. quodlib. 9. art. vltim. vers. ad quartum. Ioan. Maior in 4. sent. dist. 25. questio tertia, volum. penult. & Caietanus in secunda secunde, questio. 100. art. vlt.

Hinc etiam recte censuit Abbas in c. 2. nume. 3. de scisma. ex text. in c. p. eterea, de testib. & ibid. Felin. num. 6. quod pontifex ordinando scienter infamem, præsumitur illum restituere famæ, idem dixit gl. in c. cum autem, 43. dist. in. & glo. illum secuti sunt Bald. in l. imperialis, §. si miles, C. de mpt. & Alex. in l. quidam consuebat, nu. 8. ff. de re iud. qui & illud dixerunt, quod si Papa sciens aliquem spurium, promouet ad episcopatum, præsumitur cum eo dispensasse, & idem respondit Barbat. consi. 26. col. 3. lib. 2. Iaf. in l. Barbarius, nu. 13. ff. de off. prætor. Dec. in c. si quando, n. 5. de rescrip. Idem etiam scripserunt Io. de Selua in tract. de beneficio, in 3. parte, q. 8. num. 41. Paris. consi. 44. nu. 15. lib. 4. Gigas in tract. de pensionibus quest. 16. numer. 12. & Quintilianus Mandosius ad regulam cancellariæ, de idiomate, quest. 5. numer. 4. Rebuffus in praxi beneficiorum, in tit. de dispen. numer. 7. Gram. in decis. 81. numero 8. Huc pertinet quod tradit Cardinalis Iacobatus in tract. de concilio, lib. 4. tit. 4. nume. 27. cum dixit, Pontificem præsumi dispensasse in crimine simoniæ cum eo, quem certo sciuit emisse beneficium, idem de concessione gratiæ ab beneficia secularia & regularia, in titulum, quod scilicet Papa sic scienter concedens dispensasse præsumitur. Ita tradit Quintilianus Mandosius in tract. de signatura gratiæ, in verbo, dispensationes.

Huc spectat quod scripserunt Imola in c. de Romanis, nu. 8. & ibidem apertius Bonifacius Vitalinus num. 30. & num. 10. de præben. quod si pontifex scienter confert beneficium vt curatum, habenti aliud simile, præsumitur dispensasse super incompatibilitate. Huc etiam facit, quod respondit Roma. consi. 207. col. 1. quod Papa sciens impedimentum vt matrimonij, si concedit eos contrahere, dicitur dispensationem concedere, & Roman. secuti sunt Felin. in c. præterea, num. 9. de testib. cogen. Deci. in consi. 614. in fin.

Hinc respondit Ruin. consi. 85. n. 9. lib. 4. quod si princeps promouet bannitum vt ad honores & dignitates, ad quæ alias assumi non possunt banniti, præsumitur cum eo dispensasse.

Huc facit, quod si princeps committit vt simpliciter causam, à qua scilicet bis fuisse appellatum, videtur appellacionem admittisse, etiam si alias tertio non posset prouocari. Ita Burr. & Imol. in c. sua nobis, de appell. Alex. consi. 72. lib. 2. Iafon in l. Barbarius, num. 12. ff. de off. prætor. & Felin. in c. cum inter, num. 4. de except. Huc etiam pertinet quod decidit Afflict. in decis. 320. numer. 8. principem concedendo scienter feudum monacho, vt præsumi dispensasse vt possit seruire per substitutum: & idem dicimus quando mulieri concessit. Cæterum dubitari hic conuenit, quomodo hæc principis scientia possit probari? Et probari posse confessione ipsius inhabilis respondit Crau. consi. 958. nu. 18. Item testib. Crau. num. 15. & aliis modis quibus scientia probatur & præsumitur, vt dicemus infra.

in fi. lib. 6. vbi de scientia præsumenda agemus, & quando agitur de facto proprio principis, Craue. d. consi. 958. numer. 20.

Quartus est casus quando princeps ignorans alicuius vt inhabilitatem eum eligit, vel promouet, hoc in casu, an cum eo dispensasse præsumatur, disputatio non est leuis inter Dd. Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt, dispensasse vt præsumi, ita gl. in l. Barbarius, ff. de off. prætor. & communem esse opinionem testatur Romanus in consi. 216. num. 7. vers. aut promouet. & ij quidem adducti sunt ex d. l. quidam consuebat, ff. de re iud. quæ simpliciter & indistincte loquitur. Rursus promotionis causa creditur virtus & probitas promori, leg. 1. §. creditur enim, ff. de off. prætor. ob quam quidem causam satis est verisimile, quod etiam si princeps ipse sciuisset, vitium inhabilitatemque promoti, cum nihilominus promouisset, stante eius virtute & probitate, d. l. Barbarius, vers. & si scisset, ff. de off. prætor. qui contrarium probat.

Altera fuit opinio eorum vt qui existimant, principem non præsumi hoc in casu dispensasse. Ita Innocent. in c. cum dilecti, de electio. & ij quidem adducti sunt eodem responso Vlpianus in d. l. Barbarius in fi. vers. & si scisset. Dixit Vlpianus, quod si populus Romanus sciuisset Barbarium illum Philippum seruum fuisse & illum prætorum decreuisset, eum liberum fecisset: sensus est quod tanta est populi Romani potestas, vt non modo euehere potuerit seruum ad præturam: sed etiam si sciuisset esse seruum & ei præturam decreuisset, liberum eum effecisset. Ergo contra seruis libertate donatus non dicitur, si ignoranter promouetur.

Tertia fuit opinio vt Rom. consi. 216. num. 8. qui ita consiliando prædictas opiniones distinguit. Aut certum est, quod si Princeps promouens sciuisset promoti vitium & inhabilitatem, nihilominus eum promouisset, & tunc præsumi debet cum illo dispensasse. Ita procedit prima illa opinio, & ita intelligitur d. l. Barba. in illis verbis, et si scisset. & si male, Rectius dici potest, concessio censeri, quod verisimiliter concessisset, si de eo fuisset interrogatus, gl. in l. tale pactum, §. vltim. ff. de pact. Aut verò est dubium, quod si sciuisset princeps vitium & inhabilitatem promoti, non forte promouisset, & hoc casu non præsumitur dispensasse, ita procedat opinio Innoc. per text. in c. si eo tempore, de rescrip. in 6.

Extenditur nunc primò prædicta præsumptio, vt locum habeat etiam in vt inferiore à supremo principe, qui tamen habeat facultatem dispensandi inhabilem. nam & is promouendo dispensare cum eo præsumitur, ita de c. canonicorum, quod certis in casibus potest dispensare, scriptis Spec. in tit. de dispensa. §. sunt quoque, in fi. Idem de episcopo & cap. respondit Oldra. in consi. 329. numer. 4. & 5. & consi. 331. numer. 3. ex c. celsa, 16. qu. 1.

Et hinc docuit Bald. in l. eam quam, numer. 39. ff. de fidei com. quod si comes Sabaudia scienter concedit feudum spurium, præsumitur cum eo dispensare, vt feudum retinere possit, quod aliàs non posset. Idem Bald. in consi. 248. Queritur vitium, lib. 1. qui de duce Mediolani sic respondit, & latè Crauet. consi. 958. num. 7. lib. 5. vbi de Duce seu Marchione tunc Mantua. Et hæc quidem est magis recepta sententia, et si ab ea dissentiat Nat. in consi. 402. numer. 6. & num. 25. vers. & ex prædictis, qui recenset Baldum & alios, & aduersus Nattam de eadem facti specie interrogatus respondit prætor in loco Crau. & simili in casu sic etiam ego respondi in consi. 421. nu. 18. lib. 5. vbi differui de legato factò à principe filio suo spurio, sic etiam respondit Paulus Leonius consi. 12. Hæc tamen extensio intelligitur & locum habet, quando hic inferior à principe vt promouet hunc inhabilem, adhibita causæ cognitione. Nam illa necessaria videtur, vt dispensasse præsumatur, ita gl. 1. in c. 2. de schismat. vbi Hostien. Ioan. Andr. Burr. Anchar. Cardinalis, Abbas num. 3. & Io. de Anao. col. 1. idem scripserunt Imola in l. quidam consuebat, col. 3. ff. de re iud. & ibid. Cast. numer. 8. vers. allegatur etiam ista lex. Felin. in c. præterea, nu. 8. de testib. cogen. in c. cum inter col. 2. in fine, vers. in hoc posset insisti, de except. Iafon in l. Barbarius, numero decimo quarto de off. prætor. Deci. in c. si quando, numero quinto, vers. secus est in inferiore, de rescrip. Gram. in decis. 81. numero 9. qui communem esse opinionem asserit. His addo Ioan. de Selua in tract. de beneficio, in tertia part. quest. 10. num. 24. & Grammarum in tract. de auctoritate legati à latere, li. 10. nu. 314.

Extenditur secundò, vt procedat, etiam si vt princeps ignorans inhabilitatem promoti, si modo certum est, quod idem fuisset facturus, si sciuisset eum inhabilem, ita Bar. in l. 2. nu. 3. vers. ex quo nota, C. si seruis vel liber. ad decurio. aspira. lib. 10. Imola in l. quidam consuebat, col. 3. vers. cum verò non requiratur, de re iud. Roma. in consi. 216. numer. 8. vers. mihi autem. Anton.

on. Gabriel. in suis conclusi. lib. 1. tit. de præsumpt. concisi. nume. 16. adducti omnes ex l. Barbarius, ibi, et si scisset, ff. de off. prætor.

7 Extenditur tertio, vt procedat non solum, vt quando princeps scit verè eam inhabilitatem, sed etiam quando præsumitur scire. Ita Burr. in d. l. 2. C. si seruis, vel liber. ad decurio. aspir. lib. 10. Parisius in consi. 44. nu. 18. lib. 4. Ant. Gab. in d. consi. 3. nu. 16. & latè Craue. consi. 958. nu. 21. & 22. vbi diluit contraria argumenta Nattæ dissentientis.

28 Extenditur quarto, vt procedat etiam vt quando inhabilitas prouenit à defectu naturali, sicuti quando Pontifex Max. sciens aliquem esse infanrem, vel puerum, ei confert vel cõferri mandat beneficium. Nã cū eo dispensasse præsumitur. Ita Gemina. in c. si eo tempore, nu. 5. de rescrip. in 6. & apertius Bald. in l. impetrata, numer. 6. C. sentent. rescindi non posse, dixit, quod si Papa confert beneficium vt infanti coram se existenti, præsumitur cum eo dispensasse. Idem Bald. in c. cum ad col. 4. de rescrip. dixit sufficere Papam exprimere ætatem imperfectam, vt præsumatur super ea dispensasse, idem asserunt Imol. in l. quidam consuebat, col. 2. & ibi Alex. num. 7. de re iud. Barb. consi. 26. col. 3. vers. & facti, lib. 2. Rebuff. in praxi beneficiorum, in tit. de dispensationibus, nume. 14. & Anton. Gabriel. in suis conclusionibus, lib. 1. tit. de præsumpt. concisi. 8. num. 8. & his accedit Bellamera in decis. 728. incipit, si existens, cum decidit, quod stante constitutione Pontificia, quod minor quatuordecim annis non possit obtinere canonicatum, & thesaurarium, si ipse summus pontifex rescripserit pro eo, qui minor est ætate, adiecta clausula, quod si thesauraria ei dignitas, talis dispenset secum super ætate, præsumitur ex hoc dispensasse super ætate, etiam quoad canonicatum. Et hanc sententiam videmus etiam sequi Felin. in c. cum inter, num. 4. de excep. Idem scripserunt Ioan. de Selua in tract. de beneficio, parte 3. questio. 8. num. 42. & ibid. nume. 43. secutus est Bellamer. prætor in loco, & G. amianus in tract. de auctoritate legati à latere, lib. 10. numer. 306. Eandem opinionem probauit Oldra. vel verius alter ignotus nomine inter res sponfa ipsius Oldra. in consi. 328. 329. & 330. 331. & ego ipse notabili in casu sum secutus in consi. 421. numer. 22. lib. 1. vbi retuli similem casum. Cæterum ab hac traditione vt dissentit idem Oldra. in consi. 325. consi. 326. & consi. 332. n. 6. & 7. Hæc enim & superiora responsa, inuicem contraria, de eadem causa reddita fuerunt, & Bald. in c. 1. in prin. num. 3. per quos fiat instituta, visus est sequi Oldra. apertius Calder. in consi. 8. in tit. de rescrip. cum respondit, quod si Papa scienter confert beneficium curatum ætate minori, non dicitur cum eo dispensasse, nisi adiciat clausulam, ex certa scientia. Idem asserit Croc. in c. numer. 53. de consi. in 6. Exillimo tamen postremæ huius opinionis rationes leues esse, nam prima illa ratio, qua vitus est Oldra. in d. consi. 325. num. 1. quod requiratur vt Papa expressa vt derogatio iuris communis, non est vera, quia satis est, quod faciendo actum iuri communi contrarium, ab eo recedat, vt in casu d. l. quidam consuebat, de re iud. non est etiam vera secunda ratio Oldra. in d. consi. 325. numero 2. quod in Papa dispensante cum puero ad beneficia requiratur causa. Nam inquam est verum, quia ad libitum potest dispensare, ex quo vitium non est naturale. Non etiam obstat quod idem Oldra. in consi. 326. n. 14. inquit, hoc esse vitium naturæ quod tolli non potest. Et ob id non esse in hoc pontifici parendum, dixerunt Bald. in c. cum adeo, nu. 10. de rescrip. Fel. in c. si quando, nu. 4. cod. tit. & Ioan. de Selua in tract. de beneficio, parte 3. q. 8. num. 44. nam responderetur, hoc vitium vel verius impedimentum non esse naturale, vt tolli non possit: alioqui nec in casu d. l. quidam consuebat, de re iud. dici posset dispensatum.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt non habeat locum, quando princeps facit aliquem actum positiuum, vt pura, quando scienter promouet actum ad officium, vel beneficium: secus verò, si non adit actus positiuus, vt si solum patitur aliquem iam in officio existentem illud exercere.

32 Nam tunc non dicitur illum vt reddidisse habilem, ita Imola in l. quidam consuebat, col. 3. vers. aut princeps, de re iudic. Abb. in c. veniens, vers. quidam sunt actus, de filijs presbyter. Soci. sen. in consi. 99. col. 3. vers. sed respondeo, lib. 3. Ruin. in consi. 85. n. 9. vers. secundus casus, li. 3. qui exemplum affert de bannito tollerato à principe. Non enim vt sola hæc patientia arguit banni reuocationem, Anton. Gabriel. in dicta conclusi. 8. nu. 18. His addo Felin. in c. præterea, nu. 8. vers. quod actus, de testib. cogen. Ioan. de Selua in tract. de beneficio, parte 3. q. 8. nu. 49. & q. 10. nu. 25. Conferunt quæ scripsi supra lib. 1. q. 2. & similibus comprobatur Ruin. prætor in loco, & ego ipse in consi. 275. n. 50. lib. 3.

34 Declaratur secundò, vt non procedat hæc præsumptio, vt quando princeps promouet per substitutum. Nam tunc non præsumitur dispensare cum illo inhabili. Ita respondit Roman. in consi. 216. nu. 8. vers. aliquando verò, quem secutus est Gram.

in decis. 81. n. 11.

Declaratur tertio vt non procedat hæc præsumptio, quando vt princeps potuit existimare illum inhabilem fuisse ab alio habitatum, vtputà à principe suo, qui hoc facere pot. rat. Ita Soc. Sen. in d. consi. 99. col. 4. vers. secundo respondeo, lib. 3. Gabriel. in d. conclusi. 8. n. 19.

Declaratur quarto, vt non procedat hæc præsumptio quando vt princeps ob necessitatem promouet inhabilem. Nam tunc nõ præsumitur cū eo dispensasse, & perpetuò habile reddidisse. Ita Barr. in l. 1. in fi. C. qui & à quibus, & respon. dit Ruin. in consi. 85. col. pen. vers. & istud confirmat, lib. 4. quem secutus est Gabriel. in d. conclusi. 8. num. 20. Exemplum affertur, quando urgente necessitate, vt quia nullus magis idoneus reperiebatur, fuit inhabilis promotus ad decurionatum. Et Ruin. secutus sum in consi. 275. n. 56. li. 3.

Declaratur quinto, vt procedat hæc præsumptio, quando rescriptum non posset aliquid aliud operari: secus si etiam quod minimum operari potest. Ita Oldra. in consi. 332. num. 8. Rebuffus in praxi beneficiorum, in tit. de dispensat. n. 8. & Gabriel. in dicta conclusione 8. in fine.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio, quando princeps facit vt quod esse fieri conuictum, sicuti quando pontifex salutat excommunicationem, vel ei dat delegatum, vel quid simile fieri solitum, non tamen præsumitur eum absoluisse ab excommunicatione. Clemen. si summus, vbi gloss. in verbo, approbare, de senten. excom. & Oldra. in consi. 328. num. 2. in fi. Confer text. in l. libertus aduersus, ff. de in ius voca. quò loci annotauit Angel. quod princeps dando iudicem delegatum supplicanti, non reddit eum habilem ad agendum. Et Angelum secuti sunt Felin. in c. præterea, num. 7. vers. secundò dic. de testib. cogen. Ruin. in consi. 85. numer. 15. lib. 4. qui egregie explicat, & Deci. in c. si quando, nu. 5. de rescrip. & si eo in loco aliter intelligat d. clem. si summus, & Iafon quoque in l. Barbarius, nu. 23. ff. de off. prætor. aliter interpretatus est verba Angelii.

Quintus est casus, quando princeps qui promouit inhabilem, non erat verus & legitimus princeps, sed tyrannus manifeste & notorie. Hoc casu gesta ab illo promoti inhabili nil valent: cum nec dicatur is dispensatus. Ita declarando d. l. Barbarius, ff. de off. prætor. docuit Baldus in l. 2. n. 83. C. de seruis, & aqua. quem secutus est Ruin. in consi. 48. numer. 2. & numero 11. lib. 4. qui declarat.

PRÆSYMPT. XXI.

Jurisdictione, vel imperio alicui à principe delegato, quando eius industria electa præsumatur, vt is alteri subdelegare minimè possit.

SVMARIA.

- 1 Delegatus à principe potestatem subdelegandi habere censetur. Fallit si persona illius industria electa sit, n. 2.
- 3 Delegati industria electam esse, quibus constare possit.
- 4 Delegati industria in causa graui & ardua præsumitur.
- 5 Imperium merum, vel etiam mixtum, commissum alicui, non potest alteri demandari.
- 6 Industriam persone electam vis etiam verborum indicat, numeri 7. 9. 10. 11. 13. 15. 16. & 17.
- 8 Delegatus principis quando non potest vices suas alteri delegare.
- 12 Verba geminata quando aliquem pariant effectum.
- 14 Visitare iustus personaliter, non potest per alium id facere.
- 18 Subdelegationem partium conuentione permitti, quando ab implarum partium voluntate negotium dependet.

VM princeps alicui iurisdictione vel imperium madat, cis vt delegatus potestatem subdelegandi habere dicitur, l. à iudice, C. de iud. vbi latè Dd. Verum quando delegati electa est industria, subdelegare is non potest, sicuti tradunt omnes in d. l. à iudice, & in c. vltim. §. vltim. de off. delega. Delegati autem vt industriam electam constare potest præsumtionibus & coniecturis ductis à qualitate facti delegati, & à verbis ipsius delegationis.

Prima itaque est coniectura & præsumptio, sumpta à qualitate facti, sicuti vt quando causa grauis & ardua delegata fuit. Nam tunc præsumitur ita electa industria personæ, vt delegare is alteri minimè possit, c. is cui, de off. deleg. in 6. Iafon in l. more, nume. 65. ff. de iurisd. om. iud. & scripsi in lib. 1. de Arbitr. iudic. quest. 68. numer. 15. & ibidem numer. 13. idem esse affirmari, quando factum est variabile, atque ita quando

mus esse factam ad partis petitionem, alioqui citatio non diceretur. Ceterum responderi facile potest, citationem tres rationes habere, & relationem. Sicuti scribunt Card. in c. ultim. & Fern. in c. gratum. num. 5. de off. deleg. Et cum citatio sit actus iudicis & partis, partis petitio nil ei tribuit. Et præterea citatio (vt sapius dixi,) fieri potest ex officio iudicis.

Septimo & vltimo hæc sententia, quam veram esse opinor, sic probari potest. Citatio fit aut parte ipsa petente, aut ex officio iudicis, & sua commissione, aut ab ipso solo nuntio. Quod facta fuerit citatio à solo nuntio, non est præsumendum, tum quia de aliquo eius commodo non agitur, tum quia nuntij fides approbata est, non etiam præsumitur facta citatio solo iudicis officio, cum iudex in his, quæ principaliter respiciunt priuata vitare, officium suum non exerceat, nisi aliquo petente. Ita omnes in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, vbi Ripa numero 39. Est ergo necesse dicere, quod citatio hæc dicatur facta ad instantiam, & requisitionem partis. Contrariam opinionem itaque, malè probarunt Roman. & Decius quos commemorat Ripa in d. c. l. numero 20. de ind. & idem vltus est sententia Rui. in conf. 32. numero 1. libro 4.

Primo eo argumento mouentur, quod solemnitas extrinseca non præsumitur, l. quicumque. §. de public. in rem actio. Atqui partis petitio in citatione est solemnitas extrinseca. Ergo hæc petitio non præsumitur. Verum facile responderi potest, huius argumenti propositionem minorem à Decio, & sequacibus non probari. Negari enim potest quod sit extrinseca solemnitas, sicuti ex dictis supra colligi potest.

Secundus mouetur Decius quia sic videmus in sententia præferenda, necessarium esse iudicij ordinem, l. prolatam, C. de sent. & interloc. omn. iud. Et tamen non præsumitur is ordo obseruatus, nisi manifestè constet. Ita multis aliis in casibus idem dicimus secundum Decium. Ergo idem hoc ratio in casu, in quo est necessitas fieri partis petitionem, non tamen præsumitur in eadem. Ceterum responderi potest, illa procedere in casibus, ex quo celebrantur ex intervallo non autem in vno eodemque instanti, sicuti citatio, quæ conficitur parte petente, iudice concedente, & nuntio exequente.

Tertio argumentatur Bero. in d. c. l. numero 49. Si verum esset, citationem præsumi factam ad partis requisitionem, & instantiam, esset quoque præsumendum esse factam mandatio iudicis, ex quo illud ad esse citationis requiritur.

Atqui fallum est iudicis mandatum, & commissione præsumi, vt tradunt scribentes in c. gratum. de off. deleg. & in c. cõ dilecti. de dolo & conu. Alexand. in l. sciendum. colum. vltim. ff. de verb. oblig. & Ruin. in conf. 102. numero 8. libr. 5. Ergo fallum erit, partis petitionem requiri. Verum præter responsiones perpenlas à Bero. in d. c. l. numero 54. responderi potest, distinguendo mandatum extraiudiciale, quod fieri solet à domino procuratori suo, à mandato seu commissione quam suo nuntio facere consuevit iudex. Illud sanè mandatum procuratori factum præsumitur, vt scribunt omnes in l. sciendum. vbi Iason num. 19. ff. de verb. oblig. vt explicabimus in l. sciendum. 19. At mandatum seu commissio iudicis nuntio facta præsumitur, vt infr. dicemus. Hanc differentiam in specie notauit Ruin. in conf. 66. numero 6. libro 5.

Hæc recepta & à nobis probata sententia multò magis procedit in casibus summariis & leuis, præiudicij. Nam in his præsumitur facta citatio ad partis requisitionem. Ita Decius in d. c. l. in 2. lect. numero 8. in fine. de iud. post Albat. & alios in c. Albericus. de testibus. Et præterea procedit hæc sententia multò magis quando concurrit temporis diurnitas. Ita docuit Ripa in d. c. l. numero 10. in fine. de iud. post omnes in d. c. Albericus. de testibus. cum dicunt solemnitatem etiam extrinsecam præsumi ob temporis diurnitatem. Et communem esse opinionem asseruit Ioan. Crotus in l. sciendum. num. 21. Quæ de re suo loco dicemus. Hanc doctrinam declarat Ruin. in conf. 32. col. 1. lib. 4. non procedere, quando non constat nuntium citasse ex mandato iudicis. Nam tunc nullo modo (aut ille) præsumitur partis petitio. Verum existit dubiam esse Romi declarationem, cum præsumatur regulariter commissio iudicis, quando apparet citationem à publico nuntio fuisse factam, sicuti infr. dicemus.

PRÆSUMPT. XXIII.

Citatio facta, an præsumatur commissione & mandato magistratus, vel iudicis.

SVMARIA.

- 1 Citationem verbalem aut personalem, iudicis commissione factam non præsumi, & que causa sit, num. 2.
- 3 Commissionem iudicis non esse quia connexum cum ipsa citatione.
- 4 Commissionem iudicis in citatione, non esse leuis solemnitatis, sed tantam, vt sine ea citatio stare nequeat.
- 5 Commissio & mandatum iudicis in citatione verbali, que cause cognitionem desiderat, non præsumitur. Idque verum est, etsi notarius in relatione nuntij enunciauerit, eam commissione iudicis factam esse, n. 6. Et apparet etiam de commissione iudicis generali n. 7. Neque nuntio attestanti in relatione, iudicis se commissione citasse creditur, num. 8.
- 9 Commissio & mandatum iudicis in citatione præsumitur, si nuntius est præiudicij, & nuntius est bonæ fame.
- 10 Commissiones iudicis si de consuetudine & stylo curiæ non scribantur in actis, præsumitur iudicis commissio. Idem si consuetudo sit vt nuntij citationes faciant sine iudicis commissione, num. 11.
- 12 Citationem sua commissione factam, declarat iudex ad vltiora procedendo.
- 13 Citatio comparenti & non opponente, citatis commissione iudicis facta præsumitur.
- 14 Comparatio si in actis purgat omne vitium.
- 15 Citatio vt comparis a nuntio, mandato iudicis facta præsumitur.
- 16 Citatio non in specie præsumitur, quia magnam cause cognitionem requirit, non præsumitur mandatum iudicis.

Diximus superius de casu, citationem præsumi factam parte ipsa petente & instante, nunc dicendum est, an præsumatur facta commissione, & mandato magistratus, vel iudicis? Quæ quidem in citatione constituta non sunt duo casus, sicuti dicitur in præcipua citationum ipeccetis.

Primus est casus, cum agitur de sola ipsa citatione verbali, quam personalem appellant, vt cui quis in ius vocatur ad respondendum. Hoc sanè in ea videntur opiniones. Illa tamen est vera & recepta, hanc iudicis & commissione non præsumi. Ita Bart. in l. §. autem, ff. de off. præf. ceteris, & in l. 2. qui ad curiam, C. de appell. Aob. in c. Albericus, de testib. Aretin. in conf. 33. num. 5. et 4. præmittit, communem esse asseruit, Franciscus in d. c. l. numero 4. de app. c. l. in conf. 15. numero 8. libr. 4. & in conf. 102. numero 8. libr. 5. Ripa in c. l. numero 90. & in d. c. l. Bero. num. 54. de iud. & communem etiam attestat Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. numero 4. vers. sed nunquid. Quæ quidem sententia est solida ratione, ceteris præferenda, fulcitur, quod commissio hæc vel mandatum, & est extrinseca solemnitas quæ non præsumitur, l. quicumque. §. de testib. de publ. in rem acti. & suo loco copiose differemus. Ceterum ab hac sententia dissentunt & male. Guido de Zuzar. in ad peremptorium, ff. de iud. Imol. in l. si iudex, ff. de damno infecto. & in c. de iud. Tancredus in materia citationis, qu. 10. quos ita commemorat & sequitur Alciat. in d. c. l. et. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. num. 5. vers. contrarium tenent. qui recenset Ioan. Anar. & Abd. in . quoniam contra, de probat. effectus artes con uerentem approbasse hanc opinionem. L. de a. vltim. p. obare Bald. in l. si quando, quæst. 12. num. 12. de testib. Alex. in d. c. l. numero 123. num. 3. libr. 2. & Ruin. in conf. 66. numero 6. libr. 5. Et quid in e prima ratione notandum, quod dicitur esse de connexis citationibus, & non de citate citari nuntio, sicuti adhiberi fides, cum dicit, se citasse, cum parati, de appella. Verum facile respondendum, quod nec lege nec ratione probatur, commissione hanc esse quid connexum cum ipsa citatione, cum aliud sit committere, & mand. re, qui actus iudicis est, aliud in ius vocare, qui est actus nuntij, & fieri potest, quod citatus quis sit, & tamen iudice non mandante factum id fue. Et argumentum hoc Doctorum posset procedere præsupposita citatione valida & legitima, de qua quidem nos disputamus. Secundo adfertur ratio, quia nisi præsumeretur hæc commissio iudicis, sequeretur quod nuntius fallum committeret, citando scilicet sub falsa iudicis auctoritate, & nomine, l. qui nomine, ff. ad leg. Corn. de fals. Rom. in conf. 313. Hodie fuit. Id quod præsumendum non est, l. merito, ff. pro soc. Ceterum facile responderetur, nuntium posse excusari, quia potuit iustè credere, quod posset citare sine iudicis commissione: tum quod se ob officium quod gerit, id posse sine iudicis mandato credat: quæ sanè causæ, & si minus iustæ sint, artamen excusant, l. i. §. potest, ff. de liber. causa. & vberimè differui in commentariis de recuperanda possess. remedio 5. numero 49. Tertio solet considerari, quod commissio hæc est leuis præiudicij & ponderis, ex quo non requiritur cause cognitionem. Ergo credi debet nuntio eam fuisse factam à iudice, argum. l. magis pu-

PRÆSUMPT. XXV.

Nuntium citasse sicuti à iudice habuit in mandatis an præsumatur.

SVMARIA.

- 1 Nuntio asserenti se citasse, prout in mandatis habuit à iudice, utrum credatur.
- Et in quo nuntio verum sit, num. 2.
- Et quibus in rebus ipsi præstetur fides, num. 3.

Disputatio est non mediocri inter doctores, an pro nuntio præsumatur, eique credatur, quod citauerit reum vel actorem ad iudicium, quem admodum habuit in mandatis à iudice? Hac de re post Alciatum in tracta. de præsumptionibus regul. 3. præsumptio. 14. scripsi satis copiosè in commentariis de arbitrariis iudicium, libro secundo, casu 112. col. 1. & 2. vbi tres commemoravi opiniones, & dixi ibi. num. 8. tertiam opinionem verioremi mihi videri, hoc relinqui iudicis arbitrio: sed tamen in dubio credendum esse ipsi nuntio, quod declarauit locum non habere tribus in casibus non repeto iam scripta. Et post à me editos illos commentarios disputationem hanc doctè & diligenter explicauit benè eruditus Ioan. Baptist. Afinius in praxi de ordine iudiciorum. §. 9. cap. secundo, vbi recenset sex opiniones, & capite 3. num. 1. testatur communem opinionem esse, quod nuntio credi debeat: quam quidem opinionem declarat habere locum, quando nuntius est iuratus: intelligit, & 2. ibi. num. 4. procedere quoad eam, quæ sibi à iudice mandata fuerunt, non autem in aliis: & propterea ipsi nuntio referenti se à citato fuisse verberatum, vel affectum iniuria, vel dixisse, nolle venire, fides non adhibetur. Quam quidem postremam declarationem, & nos diligenter explicauimus in dicto casu 112. num. 12. & 16. hic loca nunc indicasse sufficit. Illud etiam annotandum est, quod cum hæc sit sola præsumptio, contrarium probari poterit, nempe nuntium non citasse, vt retulit in actis, ita Angel. Imol. & Alexand. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto. & alios quamplures congegit Afinius in d. §. 9. cap. 11.

PRÆSUMPT. XXVI.

Citatus ad domum an præsumatur perquisitus à nuntio, qui personaliter citare debuit, si inuentus ille fuisset, alioqui ad domum.

SVMARIA.

- 1 Nuntio cui mandauerit iudex expressim, vt reum personaliter citaret, & si non inueniret citaret eum ad domum, de perquisitione facta creditur. Et quid simpliciter referat se ad domum citasse, num. 3.
- 2 Expressum dicitur illud, quod per relationem ad aliud intelligitur.
- 4 Nuntio in his que ad suum officium pertinent, creditur.
- 5 Nuntio nulla data commissione à iudice, vt reum citaret, qui prius personaliter citandus erat, quam ad domum, non præsumitur quod perquisierit, & non inueniret.

Cum multi sint casus, in quibus personaliter citari debet reus, & si non reperitur, ad domum, l. 4. §. Prætor. vbi Bart. & reliqui, ff. de damno infecto. ob id dubitari aliquando contingit, si nuntius referat citasse ipsum reum ad domum, an præsumatur, quod eum perquisierit personaliter, & inuenire non potuerit? hac de re sunt distinguendi duo casus.

Primus est, quando iudex expressim mandauit nuntio, vt citaret reum personaliter, & si non inueniret, eum ad domum citaret: & deinde nuntius retulit se citasse ipsum reum, vt habuit in mandatis. hoc sanè casu præsumitur, quod perquisierit ipsum reum, & quod eum non inueniret, quod id ad domum citauerit. Ita Abb. in conf. 84. lib. 4. Alexan. in conf. 2. num. 7. lib. 3. & in conf. 29. num. 8. & 10. lib. 6. Socin. Sen. in conf. 56. nu. 6. & 7. lib. 4. Dec. in c. quoniam contra. nu. 31. de probat. & in c. cum parati. col. penult. de appell. Gratus in conf. 30. in fine. lib. 1. Tiracquel. de retractu consang. §. 8. gloss. 9. num. 10. Rebuff. in commentariis ad Regiæ constitutiones Galliarum, tom. 3. in tit. de citationib. art. 2. glo. 3. num. 27. qui testatur, quod ita seruaretur in practica. Eandem opinionem probatur Boer. Maran. in praxi de ordine iudiciorum in tit. de citationib. nu. 127. & Afinius in praxi iudiciorum. §. 9. cap. 6. n. 3. vers. id autem. Et huius sententiæ ea est ratio, quia nuntius se retulit ad expressum

mandatum iudicis, dum dixit citasse, vt habuit in mandatis, perinde est ac si expressim retulisset, dixisset que se perquisi- uisse illum personaliter, & reperire non potuisse, & pro- pterea citasse ad domum cum expressim illi dicatur, quod per relationem ad aliud intelligitur. l. ait Prætor. §. 1. vbi Bart. ff. de re iud. & confert. l. si ita scripsere. ff. de cond. & demons.

Secundus est casus, quando iudex expressim manda- uit nuntio, vt citaret reum personaliter, & si eum non inue- nisset, citaret ad domum: & deinde nuntius retulit in actis simpliciter citasse reum ad domum: atque ideo non dixit, vt habuit in mandatis. Hoc in casu sunt opiniones, vna fuit eorum, qui scripserunt non præsumi, quod nuntius perqui- siverit reum illum, & quod non inuenit. Ita Bartol. in l. 4. §. prætor ait. numero 14. ff. de damno infecto. Abbas in c. cau- sam. colum. 3. de dolo & contuma. & ibidem Butr. colum. penul. Idem Abb. in conf. 84. libro secundo. Roman. in conf. 454. num.

4. Alexand. in l. heres institutus. ff. de acquirend. hered. & in consil. 137. numer. septimo, & in consil. 201. numero 9. libro 2. & in consil. 2. numero primo, libr. 3. Decius in c. quoniam con- tra. numero 31. versicul. & prædicta conclusio. de probatio. & hanc esse veriore, & magis communem opinionem testa- tur Afinius in d. c. 6. numero 3. ea vti sunt ratione, quod cum nuntius iste sit persona vilis, pro eo præsumi credi que non debet. argum. l. 1. C. de usuris. Quæ sanè ratio leuis est: cum in his, quæ pertinent ad eius officium, credi debeat, quod rectè rite que fuerit illud executus, vt statim dicemus. Altera fuit opinio, quod immò præsumatur pro nuntio, eique credatur, quod personaliter reum perquisierit, & non inue- nerit. Ita Bald. in l. scire oportet. §. multa verè. in fin. ff. de ex- cusat. iuro. Castren. in d. l. 4. §. prætor ait. num. 1. ff. de damn. in- fecto. Roman. in d. l. heres institutus. ff. de acquirend. hered. & ibidem Aretin. colum. 1. & colum. 2. vers. sed ad primam que- stionem, & ij quidem adducti sunt ea ratione, quod in his que pertinent ad suum officium creditur nuntio, sicuti copiose scripsi in libro 2. de arbitrariis iudicium, casu 112. numer. 1. & 2. & atigi superiore præsumptione. Cum ergo ad officium ipsius nuntij pertineat, diligenter exequi manda- tum iudicis credendum est, quod sicuti mandatum fuit, sic perquisierit, & non inuenit reum. & si admittunt Docto- res superiore casu commemorati, adhiberi fidem nuntio re- ferenti se citasse, vt habuit in mandatis: ita quoque admitti debet, quod eidem nuntio credatur in casu nostro. Et quoad adhibendam vel non adhibendam fidem nuntio, hic casus non differt à præcedenti, solum (mea quidem opinio- ne) differt quoad interpretationem facti, & voluntatis ipsius nuntij. Cum enim dixit se citasse, vt habuit in mandatis, satis manifestè declarauit, quod personaliter perquisiuit, & non inuenit. Cum verò simpliciter dixit se citasse ad domum, nõ declarauit factum, nec voluntatem, sed reliquit in disposi- tione legis, quæ præsumit nuntium fuisse executum munus suum. Tertia afferri potest opinio vt dicamus hoc relictum iudicis arbitrio: sicuti scripsi in libr. 2. de arbitrariis iudicium, casu 112. numero 8. esse in iudicis arbitrio, quod adhibeatur fi- des his nuntii publicis in his, quæ ad eorum officium per- tinent, & propterea nostro in casu pendet iudex qualita- tem nuntij, an scilicet confueuerit esse diligens, vel non, an res sit magni vel leuis ponderis, & an verisimile sit, quod eum inuenire potuerit vel non.

Terius est casus, quando nuntio data est simpliciter à iudice commissio, vt citaret reum, qui secundum ius commu- ne, vel statuta erat prius perquirendus, & citandus perso- naliter, alioqui ad domum. (sic cautum est statuto Bononiensi, de quo statim dicam.) Et nuntius deinde retulit se il- lum citasse ad domum. Hoc sanè casu non sumitur inter- pretatio, & præsumptio, quod prius perquisierit, & non inuenit. ita intelligo Bart. in d. l. 4. §. prætor ait. numero 13. vers. item si commiseretur. ff. de damno infecto. & Bartolum secuti sunt Abb. & Butr. in d. c. causam. de dolo & contum. & idem Abbas in d. consil. 84. libr. 2. non enim præsumitur nuntium ignarum dispositionis legis, eius formam obseruasse. Hunc tamen casum temperare, quando nuntius similibus in casibus consueuisset perquirere reum, & personaliter eum ci- tare, & in subsidium ad domum. Quare & in hoc mul- tum poterit prudentis iudicis arbitrium. Cessant hæc dispu- tationes Papæ ob statutum decimum in ciuilibus sub rubric. de citationibus fiendis, dum vult ciues citari debere perso- naliter, vel ad domum habitationis. Est enim conces- sa facultas alternatiue citandi vel personaliter, vel ad do- mum, secundum Bartol. in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infecto. Abb. & Imol. in c. causam. de dolo & contum. & si dissentiat Matthes. notab. 85. Est autem vtilis hæc traditio ad inter- pretationem statuti Bononiæ libro 1. sub rubric. de electio- ne nuntij. §. vltimus, & §. seq. quo cautum est, quod citatio

personaliter fieri debeat, & si citandus inueniri non potest, citetur ad domum habitationis. hic autem Patavij cessat dis- putatio, cum statuto sub rubric. de citationibus, in principio cautum sit, credi debere nuntio referenti se perquisiuisse, & non inuenisse citandum.

PRÆSUMPT. XXVII.

Citari virum posse in ædibus vxoris, cum ibi habitare præsumatur.

SUMMARIA.

- 1 Citari potest maritus in ædibus quibus habitat eius vxor. Idem est in muliere. num. 2.
2 Vxor præsumitur scire facta mariti.
3 Maritus stipulatus sibi alimenta præstari, etiam pro vxore fipulatus præsumitur.
4 Seruus concessa vxori, etiam viro concessa præsumitur.
5 Vxor interfecta præsumitur occisa à marito.

Cum in ius vocandus est maritus, sufficit si citetur in æ- dibus, in quibus habitabat eius vxor. ita Guido supra in tracta. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 35. alios eiusdem sententiæ commemorat Tiraquel. in tracta. de retractu consanguin. §. 9. gloss. 1. numero septimo, ea est ratio, quia præsumitur maritus habitare ea in domo, in qua habitat eius vxor, l. 1. §. domum. ff. de liberis agnoscen. sicuti clericus præsumitur residere in su. ecclesia. c. tua. de cler. non resid. & cap. 1. qui mar. accus. possess. & huius præsumptionis ratio est, quia maritus & vxor dicuntur tenere vitam indiuiduam, dicuntur & socij humanæ & diuinæ domus, l. aduersus. C. de cri- mi. expil. hered. & propterea censuit Innoc. in c. vltim. de eo, qui mitt. in possess. quod vxor potest citari facere maritum va- gabundum, suis ipsis in ædibus. ita etiam e contra i mulier citari debet ad domum mariti: cum ibi habitare præsumatur. ita Bald. in l. ab eo. C. quomod. & quando iudex. & Alciat. in d. præsumptio. 35. in fine. & intelligit Tiraquel. præcitato in loco procedere, etiam si maritus absit ab ea domo. Nam adhuc ibi citari potest.

Et ex prædictis infertur, quod i vxor præsumitur scire facta mariti, l. aut qui aliter. §. sed & Seruius. ff. quod vi aut clam. & ibi Bartol. & tradunt Lucas de Penna in l. 3. col. 4. vers. sed de- puage simo primo præsumitur. C. de apochis publ. libro 10. Neuz. in consil. 20. num. 34. & vberius Tiraquel. in tracta. de legibus conub. l. 12. colum. 1. & in tract. de retract. consang. §. 9. gloss. 1. num. 1. Hinc etiam infertur, quod i maritus stipulans sibi præ- stari alimenta, præsumitur stipulari etiam pro vxore sua. ita probant Oldra. in consil. 95. colum. 2. Marfil. consil. 1. num. 13. & Crauer. consil. 51. numero 3. ita quoque seruitus i concessa mu- lieri, præsumitur concessa eius viro, l. pater filia. ff. de seruis. leg. Hinc quoque infertur ob communem hanc & indiuiduam viri & vxoris habitationem, quod vxor i interfecta, præsumitur occisa à marito. ita Boer. quæst. 261. & dicemus infra lib. 5. præsumpt.

PRÆSUMPT. XXVII.

Libello in actione personali proposito, præsumi omne ius actori competens deductum.

SUMMARIA.

- 1 Libellum proponens in actione personali præsumitur omne sum- ius deduxisse.
2 Et quæ sit ea præsumptio. nu. 2.
3 Clausula: deducendo ius competens, & competiturum, cuius sit effectus. & nu. 4.

Cum à vocatione in ius ad libellij oblationem deueni- ri soleat, dicendum nunc est de præsumptionibus, quæ versantur circa ipsam libelli oblationem: & illa occurrit ante omnia, quod libellum i proponens in actione perso- nali, præsumitur deduxisse omne ius sibi competens, l. vltim. C. de annali except. quam & ibi annotauit Bartol. num. 2. qui

2. qui scriptum reliquit, hoc esse apertè diffinitum ex cap. Ab- bate, de re iudicat. in 6. Et hanc esse i præsumptionem iuris scripsit Ioan. Andrez in additio. ad Specul. in titu. de præsump- §. species. num. 5. in verbo, in prædict. concord. Hodie tamen qui in foro versantur, solent adhibere clausulam illam, i de- quidam clausulæ vis ea est, vt censetur proposita actio non solum de præsentis competens, sed etiam in futurum: qua de re copiose differit Pract. Papien. in forma libelli pro actione real. in verbo, deducendo. Sicuti etiam operatur hæc clausula, i vt petitorium cum possessorio sit deductum, vt respondit Ruin. in consil. 32. numero 11. lib. 1. qui declarat, nisi ab aduer- sario fuerit oppositum.

thes. notab. 33. Soc. Sen. in consil. 112. num. 18. lib. 4. Ruin. in consil. 141. num. 14. lib. 5. & Dec. in consil. 593. nu. 4. Huic ramen decla- rationi multa obstant, quæ explicat Iaf. in d. §. si filio. Et præ- ter eum obstat & illud, quod scribit Curt. Iun. in l. vlt. §. l. beo. num. 5. ff. si certum peta. dubiam i responsonem declarari ab interrogatione quoad extrinseca, non autem quoad sub- stantiam, nempe quoad verba obligatiua. Nisi dicamus Cur- tij traditionem non satis veram esse.

PRÆSUMPT. XXX.

Litis contestandæ animum præsumi, & quando id contingat, variè explicatum.

SUMMARIA.

- 1 Reus respondens libello actoris, vel actor exceptioni rei, animo litem contestandi facere præsumitur. Et quibus id casibus non habeat locum. n. 3. 4. & 5.
2 Verba vbi ad litem contestationem apta sunt, talis animus esse præsumitur.

Postulat nunc hic locus, vt differamus de præsumptioni- bus, quæ versantur circa litem contestationem: Cum itaque i vel reus, vel actor responderet, vel libello, vel exceptioni aduersarij, præsumitur, quod animo contestandi litem responderit. Ita Specu. in titu. de litis contesta. §. 2. ver- sic. quid ergo si proponitur. Hostien. in summa eo. titu. §. vltim. in fine. Rota decis. 12. titu. de litis contesta. in antiquis. Ab- bas in c. 1. numero 15. de litis contesta. & ibidem Maria. Socin. Senior numero 68. & Felin. Socin. in tract. fallen. regul. 198. in verbo, litem contestatio. Quam sententiam probant ex l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. ex l. 2. §. 1. C. de iureiur. pro- pter calum. dan. ex c. diuim. il. 2. de elect. & ex c. 1. de litis contesta. Quæ sanè iura exigunt responsonem, nec requirunt, quod exprimat se respondere animo contestandi litem: ex quo intelligitur animum ipsum præsumi. Et præterea cum verba i sint apta ad litem contestationem, talis esse præsumitur animus: cum nemò dixisse aliquid præsumatur, quod prius mente non cogitauit. l. Labeo. ff. de supp. legat.

Declaratur primò, vt non i procedat, quando extat consuetudo seu stylus curiæ & iudicij, quod verba clara, quibus declaratur animus contestandi litem, exprimi debeant. Nam tunc non præsumitur animus contestandi litem, nisi id dicatur clavis verbis. Ita declarant, Abbas in d. c. 1. numer. 15. & Maria. Sen. num. 68. vers. putat tamen. de litis contesta. & Soc. in d. reg. 198. fall. 1.

Declaratur secundò, vt locum non habeat, quando i respondens diceret se respondere animo nõ contestandi litem. Ita Abb. Maria. & reliqui supra allegati. Est ratio manifesta, quia illa præsumptio ex verbis clavis respondentis fuit declara- rata: & in clavis non est opus coniecturis, l. ille, aut ille. §. cum in verbis. de leg. 2.

Declaratur tertio non procedere, i quando libello ad- huc non est responsum, sed petita dilatio ad probandum. Nam hoc casu non præsumitur litem contestatio. Felin. in consil. 23. num. 1. quem secutus est Afinius in praxi iudiciorum, §. 17. cap. 3. vers. nono contestatio.

PRÆSUMPT. XXXI.

Litis contestatione facta, bonæ fidei possessorem præsumi mala fide possidere.

SUMMARIA.

- 1 Litis contestatio bonæ fidei possessorem in mala fide præsumit.
2 Et in quibus id iudicij procedat.
3 Quis que operetur ea præsumptio.

Effectum hunc parit litem contestatio, vt qui antea bo- na fide possidere præsumebatur; deinde i malæ fidei crea- tur, l. sed & si lege. §. etiam si ante. ff. de petis. hered. Et hanc esse præsumptionem iuris, & de iure affirmarunt gloss. ibi- dem. & Bart. num. 2. apertè Ioan. Andrez in additio. ad Spec. in tit. de præsumpt. §. species. n. 5. in verbo, in prædict. concordant. vers. tertius. Et hoc quod de litem contestatione dicitur, pro- cedit secundum gloss. & Bart. in iudicij singularibus, in quibus mala fides inducitur solum post litem contestationem: secus verò in vniuersalibus, vbi sufficit sola denunciatio. l. item veniunt. §. petiam. eo. titu. de petis. here. cum tamen non sufficiat in v- niuersalibus. l. pen. ff. pro emptore. Hæc autem mala fides, quæ inducitur in his iudicij singularibus, & quæ ab aliquibus ficta appellatur, & rectius præsumpra operatur i solum quoad

PRÆSUMPT. XXIX.

Responsones libellis factas præsumi eo modo factas, quo proposita fuit interrogatio: & inibi de aliis aliarum interroga- tionum responsonibus.

SUMMARIA.

- 1 Reus in iudicium vocatus respondendo simpliciter, præsumitur eo modo quo facta est interrogatio respondiisse.
2 Rescriptum interpretationem recipit à porrectis precibus.
3 Responso facta stipulationi præsumitur conformis interrogationi.
4 Iuriconsultus non respondens clare & manifestè propositæ iuris questionis, præsumitur vt interrogatus fuit respondiisse.
5 Legislatoris responso interdum interrogatioe vberior.
6 Responso determinatè facta non intelligitur facta conformis ip- si petitioni.
7 Signatura ampliante vel limitante gratiam, non attenditur pe- titio, sed ipsa signatura.
8 Responso petitioni conformis præsumitur, quoad id super quo principaliter facta est interrogatio, non quoad accidentia.
9 Responso dubia ab interrogatione declaratur quoad extrinseca, non quoad substantiam.

LIBELLVS cum in iudicio proponitur, interrogatio- nes aliquot fieri solent reis ad iudicia vocatis, vt cum interrogantur, an possideant, vel non: & quid simile: si ergo contingit reum i ipsum vocatum in ius respondere sim- pliciter, respondiisse præsumitur eo modo, quo facta fuit ipsa interrogatio. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. actio. & scribit Socin. Senior in consil. 112. num. 14. lib. 4. Lucas de Pé- na in l. 3. colum. 8. vers. 122. præsumitur. C. de apochis publicis libr. decimo, ita quoque dicimus, quod rescriptum interpretatio- nem recipit à porrectis precib. l. 1. C. de diuers. rescript. & tra- dunt Iafon in l. causas. numer. 5. C. de transact. Deci. in consil. 142. num. 6. Paris. in consil. 3. numer. 56. lib. 4. Ita dicimus de respon- sione facta stipulationi, i que præsumitur conformis ipsi in- terrogationi. §. præterea. inst. de iur. i. stipul. & l. Titia. §. 1. de verb. oblig. Ita quoque dicimus, quod si Iuriconsul. propositæ iuris quæstioni non responderet clare & manifestè, præsumitur respondiisse vt interrogatus fuit, vt scribunt relati à Iafone in l. Barbarius. nu. 8. ff. de off. Præto. in l. feruum. §. si pupillus. numero 5. ff. de vulg. & pupill. subdit. & in l. si ita stipulatus. §. Chryso- gonus. num. 64. de verb. oblig. & probat l. post emancipationem. in prin. & ibi glo. in verbo, præstari, de leg. 3. In legislatore i ta- men obseruatio aliquando Iafon in l. vnum. colum. 1. ff. si cer. per. & cum eo Bellon. libr. 1. si pp. iuris. cap. 17. num. 1. pinguiorem re- sponsonem ipsa interrogatioe.

Declaratur tamen primò hæc præsumptio, vt procedat in responsonem simpliciter, secus verò in ea i que determinatè facta fuit. Nam illa non intelligitur facta conformis ipsi in- terrogationi. Ita declarat Iafon in consil. 173. colum. 4. in princ. libr. 4. post Imolam in c. 1. de pactis. & idem sensu Ruin. in consil. 43. num. 3. libr. 1. est in ea facti specie aliis rationibus aduersus Iafonem in d. consil. 173. responderit. Et refert Ruin. Abbatem in c. inter dilectos. colum. 4. de fide instrum. & in c. 2. de treuga & pace. qui docuit, quod quando i signatur ampliat, vel limitat gratiam, non attenditur petitio, sed ipsa signatura. Et ideo si petitio fuit indeterminata, & concessio determinata, concessio ipsa attenditur.

Declaratur secundò, vt procedat quoad id, i super quo principaliter facta est interrogatio, non autem quo ad acci- dentia. Exemplum, si quis interrogatur, an carnaliter cogno- uerit Caiam vxorem Sempronij, & simpliciter respon- deat se cognouisse, non tamen dicitur fateri Caiam illam esse vxorem Sempronij. Ita Bart. in l. si cui serui. §. si à fi- lio. de leg. 1. & ibi latè differit Iaf. numer. 6. & 12. de leg. 1. & cum Bart. videtur magis recepta opinio, quam probaturunt & Ma-

fructus, ut is effectus male fidei possessor teneatur eos restituere, ex d. s. etiam si ante. Secus quoad rei interitum. Nam de eonon tenetur, l. illud in princ. vbi Bart. declarat. ff. de pei. hered. & scribit Bald. in l. i. in fi. C. de usufruc. transfor. & in l. i. col. 2. C. de fructib. & litium expens. & Dec. in consil. 698. in fi.

PRÆSUMPT. XXXII.

Comparentis in iudicio habitas, an & quando præsumatur.

SVMARIA.

- 1. Habilitas personæ consideratur etiam in iudiciis summaris.
2. Inhabilitatis exceptio aded potens est, ut nunquam exclusa præsumatur à statuentibus.
3. Habilitas personæ an præsumatur inter reum & actorem distinguendum est.

INTER multa, quæ in iudiciis solent obseruari, illud est maximè considerabile, vt qui ad iudicium veniunt, habitus, & idonei sint, qui in iplo iudicio stare valeant. Quocirca in iudiciis, sicuti & cæteris in actibus de personæ habitate queri solet, non ignorat. C. qui accusa. non poss. Id quod locum habere etiam in iudiciis summaris, vt in possessoris, & similibus tradunt Barto. & reliqui in l. 2. C. de edicto Diui Adria. tollend. & scripsi in commentariis de adipiscenda possessione, in quarto remedio, num. 441. & de recuperanda possessione, in remedio 15, numero 272. & aded potens est exceptio t in iudiciis, vt exclusa nunquam præsumatur à statuentibus, qui exceptiones omnes reiciendas esse statuerunt: quemadmodum scribunt Bartol. & reliqui in l. 1. s. & parui. ff. de operis noui nuntia. & egregiè Vant. in tracta. de nullitati. in tit. Quis possit dicere de nullitate, numero 41. Dubitari autem contingit, an personæ habitas, vt esse possit in iudicio, præsumatur? Et scribit Vantius præcitato in loco num. 43. habitatem non præsumi, sed de ea constare debere. Rectius crederiderim distinguendum esse personam t actoris ab illa rei cõuenti. De reo querendum non est: quia factus præsumitur habitus, cum sic ab actore, qui eum in ius vocauit, approbatus fuerit. De actore dicendum est eum non præsumi habitus, & propterea aduersus eum opponere solet reus conuentus non esse talenti, qualem se facit, vt scribit Doct. in c. cum inter. de except. & tradit Vant. in d. tracta. de nullita. in tit. quibus modis sent. nulla reparatur. numero 85. qui consilium reo præbet, vt exceptionem hanc opponat, vt oneret ipsum actorem ad demonstrandum se esse habitum. Quando autem cæteris in casibus habitus & idoneus quis præsumitur, differemus infra lib. 6. præsumpt. 54.

PRÆSUMPT. XXXIII.

Mandatum an & quando præsumatur, tam quoad actus iudiciales quam extraiudiciales, diligenter, & accuratè explanatum.

SVMARIA.

- 1. Mandatum vel ad lites vel ad negotia non præsumi, quando de mandato recentis est disputatio.
2. Ius in re aliena nemo nisi probet, habere præsumitur.
3. Mandatum præsumitur in iis actibus, qui circa mandatum fieri non solent, est non ad sit temporis diuturnitas, num. 4. Id tamen quo casu non procedat, num. 6.
4. Iactare suum nemo præsumitur.
5. Mandatum præsumitur interueniente scientia, & patientia principalis.
6. Mandatum præsumitur, vbi de medico damno vel præiudicio agitur.
7. Mandatum præsumitur ex enunciatione notarij in actu aliquo.
8. Mandatum inter partes præsumitur enunciationem aut assertionem iudicis.
9. Mandatum inter me & illum præsumitur, qui aliquid ad meã utilitatem scripsit, si talis sit cuius libris credatur.
10. Gerens se pro procuratore si talis sit, pro quo præsumatur, mandatum habuisse creditur.
11. Mandatum habere præsumitur is qui causas tractare consuevit, si scripturæ ipsi consignatæ sint.
12. Mandatum vtrum ex cursu longi temporis præsumatur, sunt opinionones, & nu. 17 & 19.
13. Tempus non est modus tollendæ vel indandæ obligationis.
14. Fratres duo possidentes bona paterna tanquam diuisa per decennium, præsumuntur ab initio diuisisse.

- 18. Coniecturæ suffiunt in his, quæ sunt difficilis probationis.
19. Mandatum ob temporis antiquitatem præsumi aliqua coniectura concurrente, & num. 27.
20. Mandatum etiam iudici ob diuturnitatem temporis factum non præsumitur. Idem in mandato facto executori, num. 21.
21. Mandatum nec quoad inducendam bonam fidem, ex diuturnitate temporis præsumitur. Vide tamen num. 23 & 24.
22. Mandatum adfuisse præsumitur, quando in aliquo instrumento antiquo enunciat.
23. Verba enunciatina alterius instrumenti quomodo non probent enunciatum, nisi inter ipsos contrahentes.
24. Personæ egregiæ afferenti se iudicium ciuitatis creditur, temporis stante diuturnitate.
25. Mandatum Vicario Episcopi præsumitur, si non negatur, & quid sit si negetur.
26. Ratificatio temporis ob diuturnitatem præsumitur. Et præcipuè si accedat aliquis actus qui patientiam ostendat, n. 31.
27. Mandati qualitas ob temporis diuturnitatem præsumitur.
28. Mandatum delegationis præsumitur in sententia antiqua.
29. Præsumptio est pro sententia antiqua, etiam quod processum.
30. Latum arbitri ex compromisso latum præsumitur, si antiquitas est pronunciatum.
31. Mandatum de custodiendo præsumitur ex diuturnitate præcedentis custodiæ.
32. Mandatum præsumitur cum antiquitate temporis, quasi possessione concurrente.
33. Mandatum ob diuturnitatem temporis præsumitur, quando de commodo, & fau. re allegantis ageretur.
34. Mandatum iudicis factum nuncio vt aliquem citet, præsumitur ob temporis diuturnitatem.
35. Mandatum syndico factum fuisse ob longinquitatem temporis præsumi.
36. Mandatum præsumitur, quando lapsus est tempus opponendi defectum illius.

Cum non modò ab ipsismet causarum dominis, sed & ab eorum procuratoribus, lites, & iudicia, tractari atque exerceri soleant, congruè agendum hic est, an & quando mandatum ad lites, & iudicia ipsa præsumatur. Verùm quia quæ de iudiciis tractantur, communia in multis sunt cum cæteris, quæ extra iudicium geruntur: ea propter in vniuersum hic agemus, an & quando mandatum hoc præsumatur. Quia in re duos casus constituo.

Primus est quando nullus extat temporis cursus, sed de recenti mandato est disputatio. Hoc in casu nulla est apud nostros contentio. Vno enim ore omnes scribunt mandatum t vel ad lites, vel ad alia negotia non præsumi. Ita sanè omnes in l. sciendum. de verbo. oblig. Et huius sententiæ ratio ea est, quia mandatum est quid facti: facta autem non præsumuntur, l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postlim. reuerf. Et præterea dicimus, quod nemo præsumitur habere ius t in re aliena, nisi probetur. l. siue possideris. C. de probat. Hinc dicimus, neminem præsumi habere officium, nisi probetur. l. prohibitus. C. de iure fisci. lib. 20.

Declaratur primò, vt locum non habeat prædicta sententia in actibus, t qui communiter fieri non solent citra mandatum: sicuti quando quis soluit nomine alterius. Nam tunc mandatum præsumitur. Ita Rota decis. 2. in tit. de causa possess. & proprie. in antiquis: quæ censuit, præsumi mandatum habuisse illum, qui nomine debitoris soluit pensionem. Et Rotam secuti sunt Cassiadi. decis. 3. num. 4. tit. de procurat. Socin. Sen. in cons. 46. colum. 2. lib. 3. Felin. in c. sicut. num. 35. de re iud. Dec. in cons. 36. nume. 8. & in consil. 42. num. 13. vers. tertio respondetur. & in l. i. in prima lectione. col. 4. C. qui admitti. Curtius Sen. in cons. 77. colum. 4. Gozad. in cons. 11. numero 14. Lofted. in cons. 35. colum. 1. Berouis in quest. 3. numero 4. in fin. Cagnol. in l. velle non creditur, numero 15. de reg. iur. qui expresse dixit procedere etiam t quando non adest temporis diuturnitas. Crauet. in tract. de antiq. tempo. in 2. parte princ. numero 65. Gigas in tracta. de pensionibus, qu. 47. Tyraquell. de prescriptionibus in gloss. 4. vers. si posterior. & Anton. Gabr. in d. conclus. 1. num. 6. Ea est ratio, quia nemo præsumitur t iactare suum, l. cum de indebito. in princ. ff. de probat. cum similibus. Qui ergo soluit tanquam procurator, præsumitur afferuisse quod verum est. Quibus constat malè sensisse Imolam in l. que sub condicione. ff. de cond. & demonstr. Alexand. in l. cum seruus, colum. ult. vers. sed aduerte. ff. de verb. oblig. & ibid. Iason colum. vlti. & Ruin. in consil. 156. n. 16. lib. 1. qui opinati sunt, hoc in casu requiri aliam coniecturam. Hæc tamen declaratio intelligitur, quando præsumendo hac de causa mandatum, non inducitur aliquod delictum contra ipsum principalem: secus: si t delictum

listum in eo redargueretur: sicuti quando quis tanquam procurator eius, qui homicidium perpetrasset arguitur transegit, & damna ac impensas soluit filius occisus. Hoc sanè casu non præsumitur hic transgens habere mandatum ab accusato illo: & ideo hæc transactio facit iudicium contra eum. Ita in specie declarat Chazan. in consil. 58. nume. 22. & conferunt quæ scripsi superiore libro q. 90. in iudicio duodecimo.

Declaratur secundò, vt non procedat hæc sententia, vt si quando interuenit scientia, & patientia principalis, vt si quis in iudicio agit & experitur nomine alterius, eo sciente, & patiente. Nam tunc mandatum præsumitur. Ita Inno. in c. ex parte Deca. 2. de re iud. Abbas in consil. 7. in 2. dubio, lib. 2. Calderi. in cons. 4. in tit. de procurat. Guido Papæ quest. 40. Alex. in l. sepè, col. 1. ff. de re iud. & in consil. 157. n. 12. lib. 2. & in cons. 80. colum. 2. lib. 4. Felin. in c. cum olim. col. 2. de offi. deleg. Ruin. in consil. 101. num. 14. vers. facit etiam. lib. 1. Afflict. decis. 308. num. 8. Gozadin. in cons. 94. num. 48. Balb. in tracta. de præscript. in 3. parte, q. 10. num. 30. Vant. in tracta. de nullitati. in tit. Quibus modis nullitas reparari possit, num. 94. Crau. in tract. de antiq. t. ep. in 6. particula primæ partis princip. num. 57. Anto. Gabriel. in suis conclusio. lib. 2. tit. de procur. conclus. 1. num. 12. & Vantius in tract. de nullitati. in tit. Quibus modis sententia nulla reparari possit. n. 94. Cæterum ab Innocentij traditione dissentient multi commemorati ab Alex. in l. sepè, nu. 87. ff. de re iud. qui multis modis, & casibus eum tueri conatur. & idem Alexan. in consil. 80. num. 14. lib. 4.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando t agitur de modico præiudicio & damno. Nam tunc mandatum præsumitur. Ita scripserunt Balb. in tract. de præscript. in tertia parte princip. q. 10. nume. 31. Gozad. in consil. 94. num. 48. & in consil. 96. col. pen. Gigas in tract. de pensio. conclus. 1. nume. 13. Anto. Gabr. in d. conclus. 1. num. 13. Cæph. in cons. 441. num. 74. lib. 3.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando enunciatum t mandatum per acta certi notarij ut eo qui soluit tanquam procurator alterius, vt repetit ab eo, cuius nomine soluit. Nam tunc præsumitur mandatum. Ita declarat Anto. Gabriel. in d. conclus. 1. nume. 22. ex sententia Comenij. in consil. 6. in fi. & Comenij secuti sunt Curt. Iun. in auth. quis in aliquo. in fi. C. de eden. & ibid. Cagnol. num. 96.

Declaratur quinto, vt non procedat quando t mandatum enunciatum in sententia iudicis, vt si condemnauit aliquem tanquam procuratorem talis. Nam tunc præsumitur mandatum inter ipsas partes ob illam iudicis assertionem. Ita post Anchar. in Clem. 1. de proba. & Trigonium in frag. 121. annotauit Gabr. in d. conclus. 1. num. 23. & ibid. num. 26. idem esse scripsit in assertionem principis, ex sententia Ruin. consil. 41. col. 1. & 6. lib. 1.

Declaratur sexto, vt non procedat, quando enunciatum t liquid ad mei utilitatem t scriptum, ab eo qui officium publicum gerit, vel ab eo cuius libris creditur, vt in argentario, mercatore, & notario tradit Aret. in c. 1. nu. 22. & 24. de probat. & ibi Dec. num. 27.

Declaratur septimo, vt non procedat, quando is qui gestit sit t se pro procuratore est talis, pro quo præsumitur. Nam tunc habuisse mandatum præsumitur. Ita Gabriel. in d. conclus. 1. nume. 25. ex sententia Ruini in consil. 35. numero 21. libro primo.

Declaratur octauò, vt non habeat locum, quando comparès consuevit t causas tractare, & constat ei consignatas fuisse scripturas à princip. li. Nam tunc is comparens præsumitur constitutus procurator. Ita post multos Iaf. in l. 1. in fi. C. de procura. Felin. in c. coram. col. 4. vers. limita primò. de off. deleg. & alios refert Vant. in tract. de nullita. in tit. Quibus modis sententia reparatur, num. 96. qui declarat.

Secundus est casus, quando adest longus atque diuturnus temporis cursus, an hoc in casu præsumatur mandatum? Hic sunt t opinionones. vna fuit eorum, qui scripserunt non præsumi. Ita Bald. in l. secunda. C. si ex falsis instrumentis, qui censuit, nec spacio quidem mille annorum præsumi mandatum. idem Bal. in consil. 82. Berton. colum. 2. lib. 3. & in l. 1. C. de reb. alienis non alienan. & ibidem Sali. Alexan. in l. qui in aliena. in princip. num. 11. ff. de acquir. hered. & in l. sciendum. nume. 20. de verbo. obligat. idem in consil. 1. num. 19. lib. 4. in consil. 191. nu. 4. lib. 6. & in consil. 35. num. 4. lib. 7. Cæpolla in consil. 26. num. 6. in consil. Soc. Sen. in consil. 254. colum. 2. vers. præterea. non sumus, lib. secundo. Felin. in cap. sicut, numero trigessimoprmo, de re iudic. Iason in consil. 140. colum. 2. in fine. lib. 4. Decius in consil. 205. colum. 2. vers. vltimus in tali. Curt. Senior in consil. 49. colum. 5. in fine. Curt. Iun. in tract. feudo. um. parte 1. quest. 1. nu. 4. Afflict. decis. 345. & decis. 368. Marfil. in singul. 323. Gozadin. in consil. 94. nume. 48. & in consil. 96. num. 11. Parif. consil. 47. num. 38. lib. 1. Soc. Iun. consil. 56. num. 5. & num. 11. lib. 1. Brun. in consil. 96. nu. 3. Ber-

tran. in consil. 1. nu. 33. lib. 1. Horma. Detas. in l. 4. §. Cato. nu. 235. de verbo. oblig. Bald. in tract. de præscript. in secunda parte tertiae partis princip. nu. 30. Cagnol. in l. velle non creditur, nu. 13. de reg. iur. Crau. in consil. 266. nu. 9. Grama. decis. 103. n. 83. Cæphal. in consil. 65. nu. 16. lib. 1. & Hier. Gabriel. in consil. 36. nu. 39. Ea ratione adducti sunt, quod mandatum est quid facti. & ideo, (vt diximus supra) non præsumitur, d. l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postlim. reuer. Ne obstat videtur cursus temporis: Cum tempus non sit modus tollendæ, & inducendæ obligationis, l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & oblig. Nam responderetur quod licet tempus non sit modus inducendæ obligationis de nouo, attamen aptum est, vt præsumatur illa ab initio interuenisse, sicuti dicimus solemnitate extrinsecam præsumi temporis diuturnitate, c. peruenit. de empt. & vend. & tradunt omnes in l. sciendum. de verbo. oblig. & infra lib. 3. præsumpt. 94. dicemus. Ita quoque videmus, quod si duo t fra. 16 tres per decennium possederint bona paterna tanquam diuisa, præsumitur quod ab initio diuiserunt, l. pen. C. com. diuisid. vbi gl. & Bar. & reliqui, & explicabimus infra lib. 3. præsumpt. 58. Quema lmodum ergo ob temporis diuturnitatem præsumitur inductus ab initio ille titulus, ita etiam præsumi debet hoc mandatum.

Secundò sui opinio eorum, qui affirmarunt, immò t mandatum temporis diuturnitate præsumi. Qua quidem in opinione fuit sibi parum constans Bal. in consil. 337. col. vlt. lib. 1. Castren. in consil. 84. Vifa facti narratione, & his, quæ copiose ad lib. 1. Curt. Sen. in consil. 77. super motiuis. col. 2. Iaf. in l. sciendum, nu. 19. de verb. oblig. & ibid. Curt. nu. 24. Ruin. in consil. 35. num. 18. lib. 1. Dec. in consil. 196. ad fin. vers. præterea etiam in mandato, in consil. 297. col. 2. n. 3. vers. nec obstat quod ista, in consil. 486. col. vlti. & in consil. 638. col. 2. Boer. q. 124. n. 13. & in q. 281. n. 17. Soc. Iun. sibi parum constans in consil. 139. num. 10. & in consil. 146. nu. 10. lib. 3. Crau. in consil. 317. num. 1. vers. vniuersa difficultas. & in tract. de antiq. temp. in 2. parte princ. n. 59 & in 1. particula tertiae partis princip. num. 37. post Calca. in consil. 8. col. 4. qui intelligit, quando tempus est valde antiquum. Hic Montan. in tract. de finib. cap. 105. nu. 4. Natta in consil. trecentesimoquadragessimoprmo, numero tertio, libro primo, in consilio 426. n. 9. & in consil. 638. n. 184. lib. 3. & Tyraquell. in tract. de præscript. §. 1. glo. 4. vers. 31. Quam quidem opinionem ij probarunt primò ex l. vlt. ff. de usufruc. pro emp. verum ibi loquitur Sequola conditionaliter, si credidisset mandatum adfuisse. Non ergo in solo temporis cursu constituit fundamentum, sed in aliis coniecturis, quibus ille emptor probabiliter credit: illum venditorem habuisse mandatum.

Secundò ex l. filius. C. de petitio. hered. Cæterum facile respondetur adfuisse quasi possessionem vnà cum cursu temporis. Et præterea variz sunt ad hoc responsum interpretationes, vt suo loco dicemus.

Tertio ex c. super quibusdam. §. præterea. de ver. sig. Qui quidem tex. vel nil ad rem facit: tra. loquitur quando concurrat quasi possessio.

Quarto accedit ratio, quod in his quæ sunt difficilis probationis, coniecturæ t suffiunt. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. & dicemus infra. Verùm responderetur, non hic adesse coniecturam, cum nil appareat, ex quo coniectura sumi potest.

Tertia fuit opinio eorum, qui distinguunt, quod aut aliqua coniectura concurrat cum temporis antiquitate, & tunc t mandatum præsumitur: Aut nulla adest coniectura: & tunc non præsumitur. Ita scripserunt expressim Cagnol. in l. velle non creditur, nu. 13. vers. sed quando. & Lofted. in consil. 20. nume. 8. Et alios per plures hoc affirmantes recensimus infra in secunda declaratione. Et traditionem hanc pro tertia opinione commemorat Anto. Gabr. in suis conclusio. lib. 2. tit. de procuratoribus, conclus. 1. nume. 2. sed non discrepat à secunda opinione: Cum & ij sentiant, non præsumi mandatum temporis diuturnitate, quando cessant coniecturæ & præsumptiones. Probata itaque illa prima opinione, quod mandatum non præsumitur temporis diuturnitate, multis modis extenditur atque declaratur:

Extenditur primò, vt procedat etiam in mandato t iudici factò. Nam nec illud temporis diuturnitate præsumitur. Ita probat c. cum in iure peritus. de offic. deleg. vbi Doct. & respondit Ruin. in consil. 68. num. 17. & 18. & in consil. 69. num. 11. lib. 1. qui idem esse dixit in mandato nuntii. Idem Ruin. in consil. 28. nu. 19. lib. 4. Anto Gabriel. in prædicta conclus. 1. num. 4. & 5.

Extenditur secundò, vt procedat etiam in mandato t factò executori. Nam nec illud præsumitur, vt censuit Bald. in l. 1. nu. 2. C. de reb. alienis. idem respondit Ruin. in consil. 68. num. 17. & nu. 23. lib. 1. & sequitur Gabriel. in d. conclus. 1. nume. 2. Et his accedunt Calca. in consil. 8. col. 4. & Crauet. de antiq. temp. in prima particula tertiae partis princ. n. 37. qui & idem esse

dicunt in tutore, qui non præsuntur. & idem respondit Hiero. Gabriel. in consil. 36. num. 19.

22 Extenditur tertio, vt procedat etiam quoad inducendum bonam fidem: sicuti quando vendens rem alienam afficit se vendere ex mandato domini, emptor ille non efficitur bona fidei possessor, si non viso mandato emit. Ita tradunt Barto. in l. cum vir, numero 16. vers. præterea hic. ff. de usucap. & apertius in l. qui fundum. §. procurator. & in l. ult. de usucap. pro emp. Bal. in l. 1. numero 2. C. de reb. alie. non alie. & ibi Salic. in fin. Imol. in d. l. qui fundum. §. procurator. de usucapio. pro emp. Alex. in l. qui in aliena. in prin. nu. 11. in ff. de acquir. hæred. & in consil. 35. num. 9. lib. 7. Felin. in c. diligenti. nu. 5. de præscrip. & in c. sicut. num. 31. vers. 6. aduerte. de re iud. Socin. Sen. in consil. 80. nu. 3. lib. 3. Ruin. in consil. 68. nu. 23. lib. 1. Curt. Iun. in l. 1. num. 61. C. qui admitti. Balb. in tract. de præscrip. in secunda parte tertie partis princ. q. 2. num. 5. dum post Imolam ait, ita sensisse Barto. & hanc esse communem, asseruit Crauet. in consil. 260. num. 3. Anto. Gabriel. in d. conclus. 1. num. 17. vers. contrariam. quo loci scriptum reliquit, a recepta hac opinione dissentire Ange. in d. l. cum vir. colum. 2. vers. sed de uno minor. ff. de usucap. & ibid. Imol. colum. ult. vers. item adde, quia. Sed vere Imola à Barto. non dissentit: vt nec etiam ab eo recedit Alexan. in consil. 191. num. 4. lib. 6. qui à Gabriele male citatur, & à Boerio q. 281. num. 16. qui Angelum secutus est. 23 Hæc Bart. & sequacium opinio non habet locum, quando emptor intellexisset à fide dignis, quod venditor habebat sufficiens mandatum à Domino. Nam tunc in emptore causeretur bona fides. Ita Bart. & reliqui præallegati. Et idem docuit Balbus in l. Celsus. numero 46. de usucap. qui post Felin. in c. sicut. num. 31. vers. 6. aduerte. de re iud. idem esse dixit, quando 24 do venditor qui asseruit se esse procuratorem, esset persona fide digna, iuxta glof. l. Titio fundus. ff. de cond. & demonst.

Declaratur primò, vt non habeat locum illa sententia, quando in aliquo instrumento antiquo mandatum enunciatur. Nam tunc præsumitur adfuisse. Ita Bald. in consil. 11. Quæro, qui intelligitur. col. 2. vers. queritur vterius, & in consil. 337. in primis videndus est, col. pen. vers. quo ad secundum. lib. 1. Curt. Sen. in consil. 77. Super motiuis. colum. 2. vers. pr. emissis nõ obstatibus. Cæpolla in consil. 6. num. 2. dubio. Deci. in consil. 36. num. 8. & in consil. 199. num. 3. Cassado. decif. 3. nu. 4. tit. de procurat. Gozad. in consil. 11. col. 4. in consil. 97. col. pen. Purpur. in Auth. si quis in aliquo. in fi. C. de eden. Cagnol. in l. velle non creditur. num. 19. de reg. iur. Boer. quæst. 281. num. 17. Vant. in tract. de nullitate. in iuris. Quibus modis sententia nulla reparari possit. nu. 92. vers. vel intelligere. Craue. in consil. 317. col. 2. vers. secundo respondeo. & in tracta. de antiq. tempo. in secunda parte prin. num. 62. Anto. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de procurat. conclus. 1. num. 10. & scripti in consil. 1. num. 80. Idem nouè decidit Rota Romana teste Verallo in decif. 194. in 2. parte. Nec repugnat quod respondit Alex. in 26 consil. 50. num. 6. lib. 5. cum dixit, verba ÷ enunciatiua alterius instrumenti, non probare enunciatum, nisi inter ipsos contrahentes. Nam Alexander loquitur quando agitur de probatione ipsius substantiæ, non autem qualitatis, vt eò annotarunt Moderni Parisienses, & prius Crauet. in d. tract. de antiqui. tempo. in d. secunda parte principali. numer. 62. qui multis comprobatur, & ante eos ita Alexand. intellexit Decium in dicto consil. 36. num. 8. vers. per antiquitatem.

27 Declaratur secundo, vt non procedat, quando ÷ cum temporis diurnitate concurreret alia coniectura. Nam tunc præsumeretur mandatum. Ita responderunt Curti. Sen. in d. consil. 77. col. pen. vers. 3. conclus. Deci. in consil. 36. num. 8. vers. 2. respondetur. & in consil. 42. num. 13. vers. secundo respondeatur. qui quidem adfert coniecturam, de qua diximus supra in 1. declarat. Roi. in consil. 107. num. 6. lib. 4. qui coniecturam illam adfert, quando is procurator ostendit instrumenta sui principalis. Cagno. in l. velle non creditur. num. 16. de reg. iur. Qua de re dicemus infra præsumpt. sequenti. Ita etiam Gozadin. in consil. 11. num. 13. Brun. in consil. 95. num. 4. sic quoque Bertrand. in consil. 59. lib. 3. qui respondit, quod stante temporis antiquitate, creditur personæ egregiæ asserenti se syndicum Vniuersitatis. Ita quoque Loffied. in consil. 20. num. 8. Soci. Iun. in consil. 56. col. 2. lib. 1. Cagno. in d. l. velle non creditur. num. 13. vers. sed quando, de reg. iur. Crauet. in d. tract. de antiqui. tempo. in secunda parte princip. numero 69. & Anto. Gabr. in d. conclus. 1. num. 10.

29 Declaratur tertio, vt non procedat in Vicario ÷ Episcopi, cuius mandatum præsumitur, si non negatur: & si negatur, sufficit probate nominationem, & reputationem. Ita Cagnol. in l. velle non creditur, numero decimo quarto. de reg. iur. Crauet. in d. tract. de antiqui. tempo. in secunda parte principali. num. 68. qui Rotam & alios plures huius opinionis Doctores recenset.

30 Declaratur quarto, vt non procedat in ratificatione, ÷

que est mandato comparetur, attamen illa præsumitur temporis diurnitate. Ita Iaf. in l. 1. num. 10. C. qui admitti. & responderunt Soc. Sen. in consil. 46. col. pen. lib. 3. Deci. in consil. 297. num. 3. in fin. Gozad. in consil. 11. num. 16. Soci. Iun. in consil. 139. nu. 14. & in consil. 146. nu. 14. lib. 3. & Crauet. loco præalleg. nu. 65. Verum hanc declarationem intelligunt Iaf. in consil. 240. col. pen. lib. 4. & Gabr. in d. conclus. 1. num. 15. quando ageretur de modico præiudicio, quam declarationem visus est non admittere Crauet. vbi supra. Rectius dicendum est, ratificationem hanc præsumi, quando ÷ aliquis actus subsecutus patientiam & obseruantiam illius ostendit. Ita respondit in consil. 1. num. 8. post Alciatum in tractatu de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 13. in fine.

Declaratur quinto, vt non procedat in qualitate ÷ mandati, que quidem ob temporis diurnitatem præsumitur, ita in specie respondit Dec. in consil. 36. nu. 8. vers. & per antiquitatem. & in consil. 297. num. 4. à quo non dissentit Anto. Gabr. in d. conclus. 1. num. 16. & conferunt quæ scripti supra in 1. declarat. in fine.

Declaratur sexto, vt non procedat in sententia antiqua. Nam in illa præsumitur ÷ mandatum delegationis. Ita Felin. 33 in c. sicut. de re iud. & Anto. Gabr. in d. conclus. 1. num. 20. & idem in tit. de sentent. conclus. 4. num. 34. vbi dixit, præsumi ÷ pro sententia antiqua etiam quoad processum. Qua de re dicemus infra. Et comprobatur à fortiori hæc declaratio secundum Fel. loco præalleg. quia ita dicimus in sententia seu laudo arbitri, quod latum præsumitur ex ÷ compromisso, quando est antiquitas pronuntiationis. Et de laudo hoc idem scripsit Curt. Sen. in consil. 77. super motiuis. colum. 2. Cassador. decif. 3. in tit. de procura. & dicemus in suo loco.

Declaratur septimo, vt non procedat in ÷ mandato de custodiendo, quod quidem ob temporis antiquitatem præsumitur, seu ex diurnitate præcedentis custodiæ. Ita Alexand. in additio. ad Bartolum in l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. ad l. l. de adult. Affli. & decif. 345. & Crauet. de antiqui. tempor. in secunda parte principali. n. 66.

Declaratur octauo, vt non procedat, quando cum ipsa ÷ temporis diurnitate concurrat quasi possessio: Nam tunc ÷ præsumitur mandatum. Ita Alex. in consil. 1. col. pen. li. 4. Brunus in consil. 96. num. 3. in fin. Craue. in d. 2. part. nu. 67. & in consil. 317. num. 2. vers. tertio respondeo. Natta in consil. 526. nu. 13. lib. 3. quos secutus sum in consil. 1. n. 81.

Declaratur nono, vt non procedat, quando ÷ ageretur de commodo & fauore allegancis mandatum. Nam tunc illud præsumitur temporis diurnitate. Ita Aret. in consil. 42. colum. 2. vers. præterea, vt terigit & Crauet. in d. 2. part. in fin. & Vant. in tract. de nullitate. in tit. quibus mod. nullitas reparari possit. n. 91.

Declaratur decimo, vt non procedat in mandato ÷ iudicis, vtputa in commissione facta nuntio, vt aliquem citet & in ius vocet. Nam illud mandatum præsumitur ex temporis diurnitate. Ita respondit Ruin. in consil. 66. num. 3. lib. 5. qui constituit differentiam inter mandatum priuatæ & publicæ personæ. Et illum secutus est Anton. Gabr. in d. conclus. 1. n. 28.

Declaratur vndecimo, vt non procedat in mandato ÷ syndici Vniuersitatis, quando arbitramentum emologatum per ipsum tanquam syndicum, suum effectum sortitum fuit longo temporis curia, eiente & patiente Vniuersitate. Nam tunc mandatum præsumitur ipsi syndico concessum fuisse. Ita Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 2. præsum. 13. qui scripsit, terminos finium probati emologatos mandato Vniuersitatis à suo syndico, cum diu obseruati illi fuerint. Et Alciatum secutus est Gabr. in d. conclus. 1. num. 29. & multis comprobauit Hiero. Montanus in tract. de finib. c. 105.

Declaratur duodecimo non ÷ procedere, quando elapsus est tempus opponendi defectum ipsius mandati. Ita respondit Natta in consil. 526. n. 6.

PRÆSUMPT. XXXIV.

Procurator an præsumatur ille qui crediti instrumenta exhibet, diligenter explicatur.

SVMARIA.

- 1 Procurator exhibens instrumenta, quibus concurrentibus mandatum habere præsumatur, & admittatur sine cautione, n. 2. 3. & 6. Alia refertur opinio, numero 9.
4 Coniunctio facit coniunctum admitti, tanquam personam legitimam.
5 Procuratore restitente domino instrumentum, mandatum præsumitur reuocatum.

- 7 Sigilli solitus ostensio absque alia probatione factæ sibi traditionis, an præsumat procuratorem fuisse constitutum.
8 Deitor ostendens instrumentum debiti sui cancellatum, præsumitur soluisse.
10 Procurator constitutus etiam is creditur, qui in domo creditoris conuersatur, exhibendo instrumenta crediti, modo bona sit fama & conditionis. Aliud si de bona ipsius fama non constet, num. 11.
12 Instrumentum debiti cancellatum penes debitorem, quando solutionem faciat præsumi.

POST VLA hic locus, vt differamus, an procurator præsumatur ille, qui exhibet instrumenta crediti, vt à debitore creditum exigere possit? Hac in re distinguendi sunt aliquot casus, in multis secuti distinctionem eruditissimi Alciati, in tracta. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 33.

Primus est, qui habetur in l. vlt. C. de pact. conuenz. vbi ex sententia Alcia. tria concurrunt: Primum, quia illa mulier promiserat marito dare instrumenta illa bonorum paraphernalium, quæ quidem esse ac permanere apud ipsum maritum debent. Secundum, quia vera ipsa instrumenta fuerunt ipsi marito tradita. Tertium, quia ibi aderat sanguinis coniunctio. Et propterea ex multis ÷ illis concurrentibus lex præsumit mandatum. Nec tenetur maritus cauere de rato. Et hunc casum specialem esse ob personatum coniunctionem scripserunt Bald. & Salic. in d. l. vlt. Barb. in c. coram. num. 7. in fi. de offi. deleg. Iaf. in l. 1. in fi. C. de procura. Cæterum Cyn. in l. maritus C. de procura. scripsit, duo tantum interuenisse in casu d. l. vlt. nempe traditionem instrumenti factam ab uxore, & illam sanguinis coniunctionem. Et idem sensit Barbat. in d. c. coram. num. 7.

Secundus est casus, quando duo tantum interueniunt, ÷ hoc est instrumentorum traditio, & sanguinis coniunctio. Hoc in casu (ait Alciatus) præsumitur, atque ita admittitur iste tanquam procurator, sed tamen de rato cauere debet. Ita probat c. coram. de offi. deleg. vbi clericus habens instrumenta crediti suæ ecclesiæ, fuit admissus solum cum cautione, & tamen magna est coniunctio inter ipsum, & eius ecclesiæ, vt ibi habetur, & scribit Innoc. in c. cum R. Canonicus, de offi. deleg. Verum Barbat. in d. c. coram. nu. 10. vers. item pondera, scribit, & forte rectius, in casu c. coram. non interuenisse aliqua instrumenti traditionem, cum ipse esset suæ ecclesiæ prælatus, & à seipso potuit accipere.

Tertius est casus, ÷ quando exhibens ipsa instrumenta nulla affinitate coniunctus est cum domino, sed probat ea sibi tradita fuisse ab ipso domino. Hoc etiam in casu præsumitur constitutus procurator, & idè admittitur sine aliqua cautione. Ita Io. Andr. Bal. & Abb. in c. coram. de offi. deleg. & ibidem Barbat. num. 2. in fin. & Felin. nu. 9. vers. limita primò. Imò sensuit Roman. in consil. 446. num. 10. vers. mihi autem. & in singul. 637. quod hæc dicitur plena probatio. Et hunc casum probant relati Doctores ex d. l. vltim. C. de pact. conuen. Quam tamen cum Alciato supra diximus procedere tribus illis concurrentibus. Et præsertim ibi penditur, quod maritus esset coniuncta persona: quæ sanè coniunctio ÷ operatur, vt coniunctus admittatur tanquam legitimus procurator: vt annotauit ibi Alber. & tradunt omnes in l. maritus, ex illo text. C. de procura. & Ripa in c. cum M. n. 52. de constitut. Adhuc etiam solet text. d. c. coram. de offi. deleg. Cui quidem responderi potest, vt declarauit superiorum casu. Tertio ea ratione motus est Roman. quòd contrariorū eadem est disciplina, l. 1. ff. de iis, qui sunt sui, vel alie. iur. Atqui ÷ quado procurator restituit instrumentum ipsi domino, reuocatio mandati inducitur, l. negotiorum. §. curator. & l. tutor. ff. de appellat. & l. ita autem. §. vlt. ff. de administrat. Ergo datio ipsi instrumenti infert procuratoris constitutionem. Et Romanum hæc in argumentatione secutus est Rip. in Rubr. ff. de acquir. possess. nu. 3. vers. 1. sic. Cæterum responderi Alciat. in d. præsumpt. 33. prædicta ita procedere, quoad dominum, & ipsum procuratorem, non autem respectu tertij, cui adferri præiudicium potest. Imò (inquit Alciat.) contrarium probat d. l. ita tamen. §. vlt. iuncta glo. ibi. Contrarium itaque opinionem probauit Alciatus in d. præsumpt. 33. nu. 5. vers. unde in isto. Qui tamen nec lege, nec ratione suam probat opinionem. Ego opinor Romanum, & sequacium traditionem veram esse, si modis qui instrumenta exhibet, consuevit versari in foro, & hres pertractare. Est enim valde verisimilius, quòd dominus ille, ob personæ conditionem tradiderit hæc instrumenta, vt creditum eum exigere illi procurator, quam vt instrumenta apud eum deponeret. Et in specie ita sensit Imol. in l. Mæuia. col. 1. ff. solut. matrim.

Quartus est casus, ÷ quando hic qui exhibet instrumenta, non est sanguine coniunctus cum domino ipsorum instrumentorum, nec etiam probat illa sibi à domino tradita

fuisse. Hoc casu præsumi illum fuisse constitutum procuratorem, docuit Bart. in l. vlt. de in fin. ff. de administrat. cur. & in l. 3. §. causæ. ff. de Carbo. edit. Idem scripserunt Bald. Ang. & Imol. in l. Mæuia. ff. solut. matrim. Idem Imo. in c. 1. de procura. Caltré. & Alexand. in l. 1. C. de procur. Bald. in l. qua per alium in fin. C. de episc. & cler. Rom. in d. consil. 446. num. 11. vers. aut producit quis. & in d. sing. 637. ver. aut dicitur. Guid. Pap. in consil. 68. n. 1. Felin. in c. coram. n. 9. de offi. dele. Ruin. in consil. 107. n. 6. li. 4. Cæpoll. in consil. 11. n. 5. in crimin. Marf. in l. si quis ne quæst. n. 142. de quæst. Crav. in consil. 8. num. 5. Rebuff. in tract. nominationu, quæst. 14. num. 109. Rip. in Rubr. ff. de acq. poss. nu. 3. in fin. Cagnol. in l. velle non creditur. num. 16. ff. de reg. iur.

Primò ex d. c. coram. de cuius interpretatione diximus supra.

Secundò motus est Roma. eo simili, quia ostensio ÷ sigilli ipsius domini principalis, absque alia probatione traditionis sibi factæ, præsumtionem inducit, quòd fuerit constitutus procurator, & idè admittitur cum cautione rati, ca. 2. de solut. vbi Io. Andr. & Hostien. Ergo multò magis idem ad causam magis faciant instrumenta, quam sigillum. Verum facile responderetur, quòd imò sigillum non inducit aliquam præsumtionem mandati: cum sigillum non loquatur, nec aliquid significet, vt in specie docuit Bald. in l. 1. num. 17. C. de procur. idem sensit Felin. in c. post cessionem. num. 9. de procur. & confert quod scripsi lib. 2. de arbitrat. iudic. casu 113. nu. 1. & 2. præterea & secundo responderetur, quòd d. c. 2. de solut. & doctrina Io. Andr. ac Hostien. ibi procedit, quando probatum fuit, dominum illud dedisse. Ita declarat ad rem nostram Felin. in d. c. coram. num. 9. vers. si etiam dubium. Secundo adfert Rom. præcatis in locis aliud simile, quo dicimus, quòd si debitor ostendit instrumentum sui debiti cancellatum, præsumitur solutio debiti, l. chirographum. ff. de probat. & tradunt omnes in l. Labeo. ff. de pactis. Ergo idem dicendum est in ostensione instrumentorum, quæ ad causam faciunt. Sed responderi facile potest, vt superiore casu cum Alci. diximus posse hoc argumenti genus procedere, quoad dominum & ipsum procuratorem: non autem quoad tertium, cui adferri potest præiudicium.

Contrarium itaque opinionem, quòd ÷ imò iste non præsumatur constitutus procurator, probauerunt Bald. in l. 1. nu. 11. C. de procur. & ibid. Salic. colum. 5. vers. sed iuxta hoc quæro. Bart. in d. c. coram. de offi. deleg. Alciat. in d. regul. 1. præsumpt. 33. Ea ratio moti, quòd potuit subtraxisse. Quæ quidem ratio leuis est, cum nemo deliquisse præsumatur, l. merito. ff. pro soc. Cæterum (vt ingenuè dicam quod sentio) magis mihi placet illa recepta opinio Bart. Roma. & sequacium, quòd scilicet præsumatur ille constitutus procurator: cum hic nullum tertij damnum & præiudicium, vel fraus aliqua esse possit, ex quo per cautionem de rato illi satisfactum omnino est.

Extenditur hic casus, vt etiam procedat, quando instrumentum crediti exhibetur ÷ ab eo, qui consuevit conuersari in domo creditoris, & hic exhibens est bonæ conditionis, & famæ, vitæque probatæ. Nam & hoc in casu præsumitur iste constitutus procurator. Ita senserunt Roma. in d. consilio 446. ad fin. & in d. sing. 637. in fin. & Alciat. in d. præsumpt. 33. in fi. & Tyraquel. in tract. de pæn. legum. causa 51. num. 58. Ea est ratio, quia hic cessat omnis suspitio, quæ oriri potest ex ipsa cohabitatione, de qua quidem statim dicam.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando instrumentum crediti exhibetur ab eo, qui consuevit tanquam domesticus conuersari in domo ipsius creditoris, & non constat, an ÷ hic exhibens sit bonæ conditionis, & famæ. Nam tunc non præsumitur constitutus procurator, ex quo potuit esse suffuratus ea instrumenta. Ita in specie declarat Rom. in d. consil. 446. in fin. & in d. sing. 637. in fin. argumen. l. vnicæ. §. ille autem. C. de latin. liber. tollen. & ex doctrina Bart. in l. sulto. §. qui tabulas. ff. de furtis. dum docuit, quòd si instrumentum crediti ÷ reperitur cancellatum apud debitorem, præsumitur soluisse, nisi debitor fuerit domesticus creditoris, & in eius domo conuersari consueuerit. Qua de re dicemus infra lib. 3. præsumpt.

Verum ab hac Romani declaratione dissentiunt Felin. in d. cap. coram. nu. 19. ver. 2. limit. Alciat. in d. præsumpt. 33. in fin. & Crauet. in consil. 80. num. 5. Ea ratione adducti, quia iuripicio illa subtractionis purgatur per cautionem de raro. Responderi facile potest, quòd hæc cautio rati non potest supplere defectum mandati, cum nemo admittatur sine mandato, etiam si de raro cauet, vel, l. nemo. ff. de re iud. c. 1. de procus. Et si dicatur, hic adest mandatum præsumptum, responderetur, imò non adeste, cum illa præsumptio oriens ex instrumentis apud eum existentibus, cesset ob eam, quòd domesticus sit, & ab eo subtrahere potuerit. Alia ratione vsi sunt Felin. & Alciat. quòd

nisi ita dicamus, idem esset statuendum in quouis extraneo: quia potuit esse, quod depositi nomine receperit. sed forte non est tanta ratio præsumendi depositum in extraneo, quanta suspicio furti in domestico. Ego ita distinguem conciliando opiniones, quod aut constet hunc domesticum esse malæ conditionis, & famæ, & tunc procedit opinio Romani: cum rectè in hunc cadat furti suspicio: & ideo non admittitur etiam cum cautione rati. Aut sumus in dubio, & tunc non, cum vnusquisque præsumatur vir bonus, & quod non delinquat, iuxta l. merito. ff. pro soc. & cum magis domestici, quam non familiares, soleant constitui procuratores, ob id præsumendum etiam est, hunc fuisse factum procuratorem. & ita procedit opinio Felini, & Alciati aduersus Romanum.

PRÆSUMPT. XXXV.

Nominatum in instrumento mandati, præsumi illum talem, sicuti nominatus est, et si remotis ex regionibus uenerit.

SVMARIA.

- 1 Nominatus in mandato, præsumitur talis qualis in eo nominatur, si ex regionibus longinquis aduenit.
2 Nominatus præsumitur talis, qui ex mandato iudicis citat.

DE VBITARI etiam solet, an is, qui remotis è regionibus venit cum mandato, præsumatur ille talis, qui est eo in mandato nominatus, ut tanquam talis ad iudicium admittatur? Et præsumi affirmarunt Cynus & Bald. in l. si qua per calumniam, in fin. C. de Episcop. & c. er. I. mol. in Ciemen. l. nu. 14. de procurat. C. pol. in consil. 11. numer. 5. in criminal. Abb. in c. coram, num. 11. de offic. deleg. Felin. in ca. 2. numer. 27. de testib. Marfil. in l. si quis ne questio. numer. 143 ff. de quest. late Boer. quæst. 154. & Benuenutus Straccha in tracta. de mercatura, tit. mandati, num. 30. Rebuff. in tracta. nominationum, quæst. 14. num. 110. qui ex sententia Maria. Socin. Sen. in tract. de citatio. art. 24. quæst. 5. in fin. idem esse scribit in nuncio, qui præsumitur ille talis, dum ex iudicis mandato aliquem citat. Nec obstat doctrina Castrensi. in c. n. 395. videndum est utrum, num. 2. in si. lib. 1. quem secutus est Felin. in c. coram, num. 10. de offic. deleg. cum dixerunt, nec literas quidem testimoniales fidem facere, illum descriptum, esse illum talem: quia facile responderunt Castrensem loqui quoad probationem, non autem quoad præsumptionem, de qua nos verba facimus.

PRÆSUMPT. XXXVI.

Procurator quando reuocatus præsumatur.

SVMARIA.

- 1 Procurator reuocatus non præsumitur.
2 Mandatum ad delinquendum durare præsumitur.
3 Mutatio voluntatis non præsumitur.
4 Procurator præsumitur reuocatus, quando dominus auferit ab eo instrumenta & libros rationum, &c.
5 Idem si dominus ob solam suam absentiam constituat, & de inde reuertatur.
6 Procuratore ad lites constituto, si dominus lites causam inde reassumit, & tractare incipit, censetur reuocare mandat.
7 Voluntas non præsumitur statim mutata.
8 Procurator non præsumitur reuocatus, si dominus aliquid facit in causa, necessitate coactus, vel à iudice compulsus: & quid, quando comparat vnà cum procuratore constituto, sub num. 9. & 10.
9 Procurator primus præsumitur reuocatus, quando nouus fuit constitutus: & quomodo procedat, num. 22. & sequent. Quod procedat etiam, si secundum mandatum sit inutile, sub n. 12. Itemque licet secundus constitutus non acceptet, n. 14.
10 Inutile translationem legati, arguere reuocatum fuisse legatum.
11 Secundum mandatum factum primo procuratori constituto, facit, ut primum mandatum reuocatum censetur, si diuersam formam secundum habeat.
12 Diuersitas formæ instrumenti secundum, scilicet, ut præsumatur

tur recessum à primo.

- 17 Possidens rem ex duplicato instrumento eiusdem forme, censetur ita ex utroque possidere, ut neutrum dici possit suspectum.
18 Vna interlocutoria quando aliam similem ab eodem iudice latam non tollat.
19 Secunda concessio Principis facta eadem die, & eidem personæ cui prima non dicitur reuocare primam.
20 Actio Prætoris superueniens, non reddit civilem inutilem, quoad ad eundem finem tendit.
21 An Episcopus constituendo nouum vicarium, præsumatur reuocasse primum.
22 Inimicitia inter dominum, & procuratorem superueniens, facit ut præsumatur reuocatum mandatum. Idem in legatis, num. 25.
23 Procuratore probo viro constituto inde effecto nequam, præsumitur mandatum reuocatum.
24 Idemque domino renunciantie liti, propter quam fecisset mandatum.
25 Morte mandantis expirat mandatum, & quando id procedat, à num. 30. usque ad num. 40.
26 Morte delegantis non censetur reuocata iurisdictio delegata, quando mandauit, donec reuocaret.

DE IACOBVS nunc, quando procurator præsumatur reuocatus. Et pro regula constituendum est, non præsumi reuocatum. Ita Iaf. in l. sancimus, n. 4. Cod. de testamen. cui accedunt Alexan. in consil. 81. num. 4. lib. 5. & in consil. 189. in fin. lib. 7. & Sebastian. Vant. tract. de nullita. in tit. de nullita. ex defectu mandati comparentium, n. 156. & dixit prætorato in loco Iafon habere locum etiam in mandato ad delinquendum, quod durare præsumitur. Et huius regulæ ratio ea est, secundum prædictos, quia mutatio voluntatis non præsumitur, d. l. sancimus. C. de test. & dicemus infra lib. 6. præsumpt. 37. vbi explicabimus, an & quando præsumatur mutata voluntas. Receditur tamen ab hac regula, præsumptionibus & coniecturis.

Prima est, quando dominus ab eo auferit instrumenta, libros rationum, & reliqua iura, quibus procuratoris officium exercebat. Ita scribunt Angel. in l. negotiorum, §. curator. ff. de appell. Roman. in consilio 449. n. 11. & in singul. 637. Iaf. in l. 1. in fine. C. de procur. Rip. in rub. ff. de acquir. poss. n. 3. in fin. adducti sunt text. in l. ita tamen. §. ult. ff. de administ. tur. & l. tutor. ff. de appel. Quam quidem traditionem veram esse intellexit Alciati. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 33. nu. 5. procedere inter ipsum dominum, qui procuratorem constituit, & procuratorem ipsum: secus quoad tertium.

Secunda coniectura, qua dicimus, reuocatum esse mandatum, quando dominus ob solam suam absentiam constituit procuratorem, & deinde est reuersus. Nam statim quam reuersus est, præsumitur reuocasse mandatum. Ita scriptum reliquit Fulgositus in l. qui mutam. §. non ideo. ff. mandati, quem secutus est Socin. Sen. in consil. 17. n. 12. vers. præterea probatur, lib. 3. qui quidem intelligit, nisi contrariis coniecturis aliter constet, ut puta, si domino reuerso, præsentem, & patientem, adhuc ut procurator gerit, & administrat. Nam tunc non præsumitur reuocatum mandatum, vel saltem de iure concessum.

Tertia est coniectura, qua affirmamus, reuocatum præsumi mandatum, quando procurator ad lites constituto, ipsius lites dominus causam reassumit, & tractare incipit. Ita tradunt Innocen. in c. perito, de procurat. gloss. in capite si quem, de procurat. in 6. Bartolin l. mutari. ff. de procur. Rota in decis. 20. de procurat. in nouis. & in decis. 11. & 14. eod. tit. in antiq. Socin. Sen. in consil. 17. numero 9. vers. nec probatur, libro 3. Iaf. in l. procuratoribus, numero 1. Cod. de procurat. & Vant. in tract. de nullita. in tit. de nullita. ex defectu mandati comparentium, numer. 167. Quæ quidem præsumptio contrariis coniecturis diluitur, ut si eadem die constitutionis procuratoris id fecit. Nam statim non præsumitur mutasse voluntatem, iuxta l. non ad ea. ff. de condit. & demonstrat. Ita declarat Socin. Sen. in dict. consil. 17. numero 10. Ita quoque quando ipse dominus necessitate quadam coactus, & aliquem actum necessarium facit, ut respondere positionibus. Nam tunc non præsumitur reuocare procuratorem. Ita decidit Rota in decis. 20. nu. 3. de procur. in nouis. & in decis. 22. de procurat. in antiq. & Felin. in c. ex parte Decani, col. penult. vers. sic. & nota, quod. de resp. rip. Idem si à iudice fuit compulsus aliquid facere. Rota in decis. 25. eo. tit. de procurat. in antiq. Idem quando ipse dominus comparuit vnà simul quæ procuratore. Non enim tunc dicitur eum reuocare, sed ei, ut tertius, assistere, l. Paulus respondit. ff. de procur. sic in specie declarat Roman. in consil. 67. n. 2. Idem etiam quado dominus semel solus comparuit, non facta protestatione, & se ex eo comparationis actu nolle reuocare procuratorem, deinde iterum com-

comparat, & protestatur, & aduersarius non contradixit. Hoc sanè casu dicendum etiam procuratorem non præsumi reuocatum: sicuti decidit Bellamera in concl. 454. si principali.

- 11 Quarta est coniectura, quando nouus procurator fuit constitutus. Nam tunc primum præsumitur reuocatus, l. si quis cum procuratorio. §. ult. ff. de procurat. & tradunt Bald. Angel. & Castrensi. ibi in si. Bart. & Alexand. in l. cum. procuratorio. §. 1. ff. de operis noui nuncia. Ruin. in consil. 108. num. 1. lib. 4. Dec. in c. ceterum, colum. 1. vers. 3. regula. de rescript. & in consil. 430. in si. & Sebastia. Vantius in tracta. de nullitate. in tit. de nullita. ex defectu mandati comparentium, num. 163. qui idem esse dixit sine in prima, siue in secunda instantia, nouus procurator constituitur. Et hæc quidem præsumptio, & coniectura locum etiam habet, quando secundum mandatum effectus, ut respondit Socin. Sen. in consil. 112. num. 14. lib. 1. & confert quod dicemus infra lib. 4. præsumpt. 173. num. 31. etiam inutilem translationem legati arguere reuocatum fuisse ipsum legatum à legatario, cui iam fuerat relictum. Quocirca, si constituto primo procuratore, constituitur deinde secundus, qui mandatum non acceptet, illud primum mandatum dicitur reuocatum. Ita Bald. & Angel. in d. l. si quis procuratorio. §. ult. & Vantius in d. tit. de nullitate ex defectu mandati comparentium, num. 165. qui alios recenset. Rursus procedit etiam hæc coniectura, quando in eadem persona procuratoris fit secundum mandatum. Nam per illud secundum præsumitur à primo recessum. Ita Bald. in l. si quis cum procuratorio. §. ultim. in fine. & ibi secuti sunt Angel. & Castrensi. Qui quidem intelligunt, quando secundum mandatum diuersam habet formam à primo, ut declarat Decius in l. singularia, in ultim. notab. ff. si certum petat. Patif. in consil. 88. numero 25. libro 4. & Boer. in quæstio. 347. numero 4. & huc facit, quod si eadem res duobus instrumentis data est, & secundum instrumentum diuersam habet formam à primo, dicitur habere, & possidere ex secundo: cum ob formam diuersitatem præsumatur recessum à primo, l. si quis ante. ff. de acquir. possess. & scribunt Castrensi. & Alexand. in l. qui bis idem. ff. de verborum obligat. & ibidem. Iafon colum. 3. vers. 3. limita, simile asserit. Quando verò secundum mandatum non habet diuersam formam à primo, sed idem omnino continet, tunc illud primum non præsumitur reuocatum, sed confirmatum: atque ita poterit procurator vti quo voluerit mandato, ut scribunt Angelus & reliqui in d. l. si quis procuratorio. §. ult. sic dicimus, quod si quis ex duplicato instrumento rem possidet, censetur ex utroque ita possidere, ut neutrum dici possit superfluum: quemadmodum docuit Bartol. in d. l. singularia, numer. 12. Est simile quod dicimus, si index duas vult interlocutorias eadem de re inter easdem personas, quarum vna non traxerit secum executionem, & ut puta, si bis dedit dilaciones vel idem bis præcepit: tunc sanè vna interlocutoria quæ alteram non tollit, nec reuocat. Ita Bartol. in d. l. singularia, numer. 12. quem secuti sunt post alios Iafon in d. l. qui bis idem. num. 6. de verborum obligat. & Neuzian. in consil. 96. num. 5. Huc etiã pertinet text. §. & hoc verò indemus, in Authent. ut nulli iudicium liceat, &c. vbi si princeps post primam concessionem aliam faciat eodem die eidem personæ, illa prima non dicitur reuocata, sed potius confirmata. Quam traditionem manifestissimi probant Bald. in l. nec damnosa, numero 1. C. de precib. Imperat. offerent. & Alexand. in l. 3. in princip. in 1. notabil. ff. quod quisque iuris. Et tandem ad rem nostram magis pertinet text. l. si eum. §. 1. vers. hoc enim edicto non transfertur actio, sed adiicitur. ff. de exercit. actione. Quemadmodum ergo noua illa actio prætoris superueniens non reddit inutilem illam civilem, nec eam reuocasse dicitur, ex quo ad eundem finem tendit. Ita pariter & secundum hoc mandatum dicitur primum confirmatorium, & non autem reuocatorium. Nec repugnat consideratio Decij in dicta l. singularia, in ultim. notab. dicentis, dictum §. 1. loqui in diuersis actionibus. Nam responderet, nullam esse differentiam quoad effectum: quia sicuti illa civilis sufficere debet illi creditori, ut ius suum consequeretur: & tamen noua actio prætoris superueniens non efficit primam illam esse superuacaneam: sic & in nostro casu secundum mandatum non facit primum esse superfluum, nec illud reuocat, sed potius confirmat. Non hic commemoro alia quædam leuia Decij, quibus satisfacit nouè Ioan. Bolognetus in d. l. singularia, num. 30. His diffiniti potest & illa dubitatio, an Episcopus constituto nouum Vicarium, præsumatur reuocasse primum. Quæ de re scribit multa Boerius in d. q. 347. n. 4.

Ceterum receditur ab hac coniectura, quando dominus iste constitutus dixisset, se hunc procuratorem constituere, non reuocando primum. Ita Soc. Sen. in d. consil. 17. nu. 11. lib. 3. Idem quando constituit multos procuratores simul ad lites & negotia extrajudicialia, & novos ad iudicia, &

lites fecisset. Nam tunc præsumitur noluisse reuocare constitutos ad negotia extrajudicialia. Ita Rota in decis. 18. in tit. de procurat. in nouis. Francus in c. si quem, de procurat. in 6. Ruinus in consilio 108. numero 5. lib. 4. Parifius in consilio 81. n. 23. lib. 4. & Vantius in d. tit. de nullitate sententiæ ex defectu mandati comparentium, num. 164. qui idem esse dixit, quando primum procurator fuit specialiter constitutus, & deinde alii generaliter. Non enim generalis illa constitutio arguit primum fuisse reuocatum. & idem decidit Rota in decis. 22. in tit. de procurat. in nouis.

Quinta est coniectura, quod dicitur reuocatum mandatum, quando exorta est capitalis inimicitia inter dominum ipsum, & procuratorem. Ita tradunt Albèr. & Iafon in l. procuratoribus, ex illo textu. C. de procurato. Imò idem est, quando inimicitia non est capitalis: sicuti tradit glossa in c. 2. de procurator. in 6. à qua non dissentunt præcitati Doctores. Et accedit, quod in simili dicimus, legatum quod restatorem factum præsumi reuocatum ob inimicitiam superuenientem inter ipsum testatorem, & legatarium, l. 3. §. ult. ff. de adimen. legat. & dicemus infra in lib. 4. præsumpt. 170. & ad rem etiam maximè facit quod scripsit Alciati. in tracta. de præsumptionib. regul. 2. præsumpt. 16. vers. limitatur ista. cum dixit, procuratorem præsumi à domino reuocatum, quando causa superuenit, quæ si ab initio adfuisset, illum procuratorem non constituisset.

Sexta est coniectura, qua dicimus, reuocatum esse mandatum, quando procurator ille tanquam persona honesta fuit electus, & deinde effectus est nequam, & facinorosus. Ita intelligo loqui Iaf. in l. sancimus, nu. 4. C. de testamen. & manifestius docuit Felin. in c. ex parte Decani, numer. 21. de rescript.

Septima est coniectura, qua dicimus præsumi reuocatum mandatum, quando dominus cederet & renunciaret liti, propter quam constituerat procuratorem. Ita Vantius 27 in tractatu de nullita. in tit. de nullitate ex defectu mandati comparentium, num. 168. & accedit Rota Romana in decis. 32. n. 3. lib. 3. in decisionibus nouissimè editis.

Octaua est coniectura reuocati mandati, quando dominus ipse constituens decessit. Morte enim mandantis quod expirat mandatum, l. si defunctus. ff. de procurat. l. mandatum. C. mandati. & §. rellè. In fine. de mandato. sic dicimus, morte finiti & tolli voluntatem, l. 4. ff. locati. & c. si gratis, de rescript. in 6. & in specie mandati probat c. ult. de offic. deleg. & latissime scripsi in lib. 1. de arbitrar. iudic. quæst. 69. & ad rem nostram scribit Vant. in d. tract. de nullita. in tit. de nullita. sentent. ex defectu mandati comparentium, num. 169. Ceterum hæc non dicitur proprie mandati reuocatio, sed potius mandatum finitum & distinctum: ut in specie respondit Ruin. in consil. 115. n. 7. lib. 1. quem secutus sum in d. q. 69. numer. 14. vbi dixi, aliud esse voluntatem cessare, & voluntatem reuocare: & propterea scripsit Ruinus, quod si quis delegauit, id est, mandauit iurisditionem, donec reuocauerit, morte ipsius delegantis non censeri reuocatum delegatio nem c. si delegatus, de offic. deleg. in 6. & idem esse dixit in mandato ad negotia, & causas cum clausula prædicta, secundum Bartol. in l. more. ff. de iurisd. omnium iudicium.

Extenditur primò hæc coniectura, ut locum habeat etiam in morte civili constitutis. Nam & tunc mandatum expirat. Ita Io. de Miliis in Repertorio, in verbo, procurator constitutus. Zabrael. in Clem. ult. in quæst. 14. de procurat. Castador. in decis. 2. de appellat. Gomez. in regula. Cancellar. de annali possess. quæst. 62. & Vantius in d. tit. de nullita. sententiæ ex defectu mandati comparentium, numer. 171. & Alciati. in respon. 125. num. 3.

Extenditur secundo procedere etiam in eo, qui sub nomine officij, vel dignitatis constituitur procuratorem. Ita Bartol. 31 in l. si per epistolam. ff. de acquir. heredit. quem declarat Rota, quem referam inf. in octaua declaratione.

Declaratur primò hæc coniectura, ut locum non habeat, quando res desit esse integra: nam quæ tunc morte mandantis non expirat mandatum, d. l. si defunctus. ff. de procurat. & d. l. mandatum. C. mandati. & d. §. rellè. In fine. eod. & tradunt Abb. & reliqui in c. quoniam Abbas, de offic. deleg. Guido Papæ quæst. 119. & quæst. 491. Alex. in consil. 128. lib. 6. Ruin. in consil. 115. numero 14. lib. 1. Vant. in tit. de nullita. sentent. ex defectu mandati comparentium, numer. 170. & accedit Rota Roma. in decis. 145. lib. 1. & in decisio. 1046. lib. 3. in nouissimè editis, quæ decidit, mandatum non expirare morte constitutis, quando procurator effectus est dominus lites.

Declaratur secundo, ut non procedat, quando mandatum factum est ad piam causam. Nam tunc eius fauore non expirat morte mandantis, etiam re integra: ita Vantius præcitato in loco, post Rotam Romanam, quam ipse refert, & accedit Alexand. in l. fundi venditor, numer. 9. ff. de acquir. possess.

qui quidem esse dixit, fauore dotis, quæ piæ causæ æquiparatur. & Alexand. securus est Marfil. in sing. 44. qui idem esse affirmavit, in mandato ad contrahendam pacem, & in mandato dotis, & piæ causæ. Crem. in singul. 143. & Dec. in l. eius qui. §. 1. numero 3. ff. si certum per. vbi numero 4. §. 6. idem dixit, in mandato ad libertatem, pacem, & similia. sic & Tyraq. in tract. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 82. & 132.

Declaratur tertio non procedere in mandato ad negotium, ad quod is constituitur cogi poterat: sic Vantius prædicto in loco, post Castren. Alex. & alios in l. fundi venditor. ff. item si amicus. ff. de acq. poss. Et accedunt Rom. cons. 202. num. 4. Fabian. in tract. de empr. & vend. in q. 16. tertie quest. prin. colum. 2. Decius in d. l. eius qui. §. 1. numero 5. ff. si certum perat. Marfil. in sing. 44. & Iaffie. Balbus in decis. 57. & egregie admodum Didac. lib. pract. questionum, cap. 11. numero 1. & 2. vbi copiose probat, mandatum non extinguere morte iudicis mandantis alteri iudici, cui mandare potuit, vt sententiam à se latam exequatur: cum is, cui mandatum fuit, teneatur exequi, & nomine dignitatis factum est mandatum.

Declaratur quarto, vt non habeat locum quoad præiudicium tertij, & cuius causa & commodo constitutus fuit procurator. Non enim tunc morte ipsius mandantis expirat mandatum. ita Vantius in prædicto loco, post Bald. in l. id quod pauperibus. q. 24. C. de epis. & cler. Aret. in cons. 125. & Rum. in cons. 7. col. 3. lib. 2.

Declaratur quinto, vt non procedat in mandato factio procuratori in rem suam. Hoc sanè mandatum morte non extinguatur, l. illam. C. de don. & tradunt Bart. in l. 2. §. sed & si quis. ff. eod. de donatio. & Decius in d. l. eius qui. §. 1. numero 7. ff. si certum per. qui tamen dixit, hanc non congruam limitationem: quia proprie hic non dicitur procurator: cum non aliena, sed propria negocia tractet, vt scribit Bald. in l. qui stipendia. C. de procurat. & ibidem Alexand. & talis procurator in rem suam reuocari non potest, vt tradunt Bartol. in l. si procuratori. colum. 2. ff. de condi. ob causam, & Bal. in l. 3. in princip. C. mandati. Est ergo certum, morte non extinguere hoc mandatum. Hanc quoque declarationem probauit Alciatus in respons. 125. numero 5.

Declaratur sexto, non habere locum, quando mandatum fuit collatum post mortem, & vt si dictum est, quod post mortem mandantis mortem daret, nam tunc non expirat morte ipsius mandantis. ita probat tex. l. si vero non remunerandi. §. vltim. cum l. seq. ff. mandati. & tradunt Angel. in dilputatione, quæ incipit, Aferens miles, colum. 1. Roman. in consil. 202. numero 2. Lapus in allegat. 91. numero 6. Corneus in consil. 86. numero 11. lib. 4. Socin. Sen. in consil. 60. numero 10. & in consil. 87. numero 1. lib. 1. & in consilio 49. colum. 1. lib. 4. Felin. in c. relatum, numero 3. ver. quinto fallit, de offi. deleg. & ibi Dec. col. 1. ver. non ommitto. Iaf. in l. eius qui in provincia. §. 1. nu. 8. ff. cert. per. & ibi quoque Decius num. 8. & in consil. 441. numero 8. Boer. in qu. 348. Beneuenurus Stracha in tracta. de mercatura, in titul. mandati, numero 49. & hæc quidem declaratio intelligitur quando ipse constitutus moritur deinde relicto hærede: alias secus. Ita Decius in d. l. eius qui. §. 1. numero 8. vltim. & ista limitatio, post Angel. Alexand. & Socin. & accedunt Ancharan. in consilio 383. colum. 1. Soc. Sen. in consilio 11. numero 11. in fi. lib. 1. & Sebastian. Van. in tract. de nulli. in d. tit. de null. sententia ex defectu inhabilitatis comparantium, num. 173. qui refert exempla, vt si adessent bona vacante, quæ non representant heredem, l. 1. §. qui bona. ff. de iure fisci, vel quando monasterium, vel ecclesia successisset, quæ dicitur successor anomalus: aut pater occupasset bona filij nomine peculij, vel fiscus iure caduci. Idem etiam in mandatis ad beneficia ecclesiastica, in quibus non datur hæres, vt tradit idem Vantius, qui supr. num. 171. illa enim omnino extinguuntur etiam re integra: nec post mortem constitutus conferri aliquo modo potest. Et subiungit ipse Vant. numer. 172. in curia Romana quotidie obseruari, qd altero ex colligantibus, super titulo beneficij moriente, decerneret processus per audientiam publicam contradicentium, absque eo quod eiterur procurator mortui, per quem causa huiusmodi illuc vsque fuerat agitata. Et hanc traditionem refert Vantius probasse Bellameram in decis. 25. & Cassiodorum in decis. 2. num. 30. de appell. & in decis. 1. de re iud. Cæterum Socin. Sen. in consil. 112. num. 11. libro 1. post Casten. in l. vlt. ff. de solut. intellexit hanc declarationem, quando mandatum factum est post mortem exequendum in re aliena: secus verò, si in re propria. Faretur tamen Socinus aduerfus Socinum esse receptam aliorum opinionem: & præterea idem Socin. eodem in loco, num. 12. & 13. intelligit, nisi contingat mutatio status de persona defuncti ad heredem: & inquit esse nouam declarationem.

Declaratur septimo non habere locum, quando causa ipsa principalis, cuius respectu factum est mandatum, morte non finiatur. Nam tunc nec ipsum mandatum expirat. Ex-

xemplum est secundum Romanum in cons. 202. in fi. in casu, si super gratia, de offic. delegat. in 6. vbi mandatum ad exequendum gratiam iam à Pontifice concessam, non expirat morte ipsius Pontificis, qui eam concessit: cum (inquit textus) mandatum sit accessorium ad gratiam, quæ perfecta est. & eo textu adducti scripserunt Bal. in l. mandatum, in 4. oppos. C. mandati. Lapus in allegat. 17. Gemina. in eodem cap. si super gratia, in fi. vers. sed pone quod datur executor. & ibidem Francus num. 3. & Rebuffus in tract. de mandatis Apostolicis, §. 1. in verbo, sui pontificatus, vers. licet quidam &c. & Didacus in libro practicarum questionum, cap. 11. numer. 2. vers. quinta ratio poterit. ij sanè scripserunt, quod si Papa in gratia mandat executori, vt eam exequatur, non finitur mandatum morte ipsius Papæ. hinc inferitur ad diffinitionem casus, qui dum hos commentarios recognoscerem, euenit hic Papæ ac etiam Mediolani, vbi disputatum fuit, an mortuo Inno. VIII. Pontifex Maximus valeret Iubilum ab eo concessum, & nondum à Reuerendis Archiepiscopo Mediolanensi, & Episcopo Papiensi publicatum? Respondi interrogatus, valere propterea, quod Iubileum est gratia, cum sit remissio poenæ, vt fatentur Summittæ omnes in verbo, Indulgentia. Quæ quidem gratia dicitur perfecta solo Pontificis verbo, cum dixit, placet, vt tradunt Bald. in l. humanum. D. de legib. Felin. & Dec. in c. relatum, num. 3. de offi. deleg. Iaf. in l. more, num. 10. ff. de iurisdic. om. iudic. & Quintilian. Mandos. in regula Cancellariæ, de reuocat. quest. 5. num. 2. gratia autem perfecta non extinguatur morte Pontificis, c. vlt. de concess. preb. in 6. & c. is cui de preb. in 6. & scribunt Felin. Iaf. & Dec. supra allegati, sic & Francus in c. si gratiose. in 1. notabil. de rescriptis. in 6. Rebuff. in loco supra citato, & in praxi beneficiorum, in tit. de gratia, rationi congruit, num. 2. & 3. & in tit. de differentiis inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, num. 36. Cum ergo Reuerendissimi Archiepiscopi, & Episcopi sint meri executores ipsius gratiæ, & Iubilæi, dicendum est, mandatum de ipsa gratia exequenda non expirasse morte ipsius Pontificis. Dicebam quoque, quod etsi aliquæ ex causis finalibus illius gratiæ, per Pontificis mortem cessauerunt, non tamen cessasse alias, & ob id gratiam subsistere, iuxta §. affirmatis. Non repeto alia, quæ scripsi in responso hac de re tradito, quod legitur in c. n. 805. lib. 9.

Declaratur octauo, non habere locum in mandato factio à prelato nomine ecclesiæ: nam tunc morte eius, qui tunc constitutus fuit, non expirat, sed transit in successorem: cum ecclesia nunquam moriatur: ita in specie docuit Rota Romana in decis. 554. num. 2. part. 1. in decisionibus diuersorum nouè impressis, ex sententia Ancharan. in c. si duo, nu. 5. de testam. in 6. sic declarant traditionem Bartol. in l. per epistolam. ff. de acquir. poss. de qua supra est enim factum mandatum nomine dignitatis, quæ nunquam moritur. ita Didac. in libro practicarum questionum, cap. 11. num. 2. ver. postremè.

PRÆSUMPT. XXXVII.

Procurator an de causa instructus esse præsumatur, breuis enarratio.

SUMMARI A.

- 1 Procurator ad causam præsumitur instructus: & quibus id casibus non procedat. n. 2.
2 Dilationem procuratori ad consulendum dominum, quando detur, index, n. 4.

CONTINGIT etiam sæpè in foro disputari, an procurator præsumatur de causa instructus, vt inde sufficit eum in ius vocare? Et instructum præsumi scripserunt Innoc. in c. dilectus, de procur. & Luc. de Penna in l. 3. colum. 5. ver. 155. præsum. C. de apoch. public. lib. 10. Eapropter scribit Innoc. in d. c. dilectus, ex illo textu, non esse necesse concedere dilationem ipsi procuratori asserenti se velle consulere dominum. Quæ sanè traditio non est ita absolute intelligenda, sed vnà cum Aba. in d. c. dilectus numer. 5. & Bart. in l. non solum, in princip. nume. 2. ff. de procur. distinguendi sunt tres casus.

Primus est, quando ab initio causæ citatus procurator. Hoc in casu rectè dicimus, procuratorem non præsumi de causa instructum, & ideo iure petit dilationem, vt possit consulere dominum. Nil enim imputari potest domino, quod procuratorem non instruxerit, cum diuinare non poterit, quæ de causa fuerit ad iudicium vocatus. Ita tradunt relati interpretes, sic intelligentes d. c. dilectus, de procur.

Secundus est casus, quando ab initio causæ fuit citatus dominus, nil tamè fuit expressum in citatione, quæ de causa ad iudicium

iudicium vocaretur: si dominus constituit generalem procuratorem, iure petit procurator dilationem ad consulendum dominum, cum tunc non præsumatur hic procurator instructus de causa.

Tertius est casus, quando ab initio causæ fuit citatus dominus, & expressa fuit causa, ob quam ad iudicium vocabatur: si dominus procuratorem constituit, is procurator præsumitur de causa instructus: & ideo dilationes petere non debet ad consulendum dominum. Quod verum esse intellexit Abb. loco iam citato, nisi quid noui emerferit.

PRÆSUMPT. XXXVIII.

Procurator, quando constitutus ita præsumatur, vt alterum sui loco substituire non possit.

SUMMARI A.

- 1 Procurator ad iudicia, antelitem contestatam substituire alium nequit.
2 Procurator cuius personæ electa est industria, substituire nequit.
Et quando eius industria censetur electa, numero 3.

SOL ET interdum dubitari, an procurator ad iudicia constitutus, alium sui loco constituere possit? Quæ in re pro regula traditum est, ante litem contestatam substituire non posse: lite verò contestata possit, si procuratorem, §. si quis mandauerit. ff. manda. l. quod quis. C. de procurat. & viroque in loco Bart. & idem in l. vltim. §. vltim. numero 2. de diuersis & tempor. præscr. & And. Gaullius in lib. 1. pract. obseruat. cap. 74. num. 11.

Potest, quando electa est procuratoris industria, substituire is non potest alium sui loco, sicuti præcitati Doctores scribunt. Quando autem electa est præsumatur personæ industria, colligitur vel ex qualitate negotij pertractandi in ipso iudicio, vel ex verbis mandati: quemadmodum de industria iudicis, cui delegata est iurisdicção, explicauimus supra in præsum. 21. Et ad rem nostram scripsit Bartol. in d. l. vlt. §. vlt. in fin. ff. de diuersis & tempor. præscr. quod quando mandatum est datum ad negocium non determinatum, & non habentem certam formam, censetur electa industria personæ: secus si negocium esset certum, & terra inatum. Ita quoque quando negocium est graue, sicuti est iudicium causæ criminalis, in qua substitui procurator non potest. Iaf. in d. l. quod quis, in fi. etsi alia ratione id factum esse scripserit. Ita quoque ex verbis colligitur electa personæ industria: quemadmodum in specie post alios docuit Iaf. in d. l. quod quis, numero 3. vt si eius conscientia mandatum est, causam tractari: vel dictum esset, quod ipse procurator personaliter causam perageret. Iaf. in d. l. quod quis, numero 3. vers. scilicet, septimo limita. Et quæquam loquatur Iaf. de procuratore ad negocia extra iudicia, atramen traditiones hæc conueniunt etiam procuratoribus ad iudicia.

PRÆSUMPT. XXXIX.

Ratificatio actorum, quando subsecuta præsumatur.

SUMMARI A.

- 1 Ratificatio sicut nec mandatum, nunquam præsumitur.
2 Ratificatio ob temporis diuturnitatem præsumitur, ad detrimentum ratificare debentis.
Et an id etiam locum habeat in detrimento magno, numero 3.
4 Ratificatio præsumitur facta ab eo, qui facit aliquem actum significatum approbationis eorum, quæ gesta sunt.
Et qui sint ij modi, quibus facta ratificatio præsumitur, num. 5. 6. 7. 8.
9 Ratificatio præsumitur in eo, qui cum de commodo & utilitate sua ageretur, sciuit & tacuit.

POSTEA QVAM multa de mandato scripsimus, non ab re est, vt aliqua subiiciamus de ratificatione, quæ cum mandato æquiparetur, c. ratificationem, de regul. iur. in 6. latè marsilius singul. 184. factum est, vt quemadmodum mandatum non præsumitur, ita nec ratificatio: sicuti in specie scripserunt omnes, quos infra commemorabo. Et accedit quod leuissima etiam causa & occasio, qua quis dici

possit aliquid egisse absque animo ratificandi, ipsam ratificationem excludit. Ita Imola cons. 144. & alios refert Hierony. Gabriel. in cons. 36. num. 57. in fin. lib. 1.

Declaratur primo, vt locum non habeat hæc præsumptio ob temporis diuturnitatem. Nam tunc præsumitur subsecuta ratificatio ad detrimentum ratificare debentis. Ita responderunt Socin. Sen. in cons. 46. num. 3. vers. præterea in casu. lib. 3. Deci. in cons. 297. num. 3. in fin. Gozad. in cons. 11. num. 16. senfit Curt. Lun. in cons. 50. num. 9. & manifestè Soci. Lun. in cons. 18. num. 32. in cons. 139. num. 14. & in cons. 146. nu. 14. lib. 3. & Crauer. de antiq. temp. in secunda parte principali. num. 65. Quibus intelligimus, hanc esse receptam opinionem, etsi dissentierit Iaf. in cons. 140. nu. 5. lib. 4. Et illius considerationibus responderi potest ex his quæ scripsit Deci. in d. cons. 297. n. 3. in fin. & nu. 4. Dixi tamen in cons. 1. num. 82. libr. 1. prædictos Doctores intelligendos esse, quando agitur de modico præiudicio. Verum si rectè eorum traditiones perpendantur, dicendum verius est, eos loqui quando agitur etiam de magno præiudicio. Hæc tamen declaratio intelligitur, quando is, qui tenebatur ratificare, sciuit actum gestum cum ius qualitatibus. Nam alioquin nunquam ratificasse præsumitur: si cui scripserunt multi, quos secutus sum in d. cons. 1. num. 329. lib. 1. in cons. 203. num. 37. lib. 3. & in commentariis de recuper. poss. remed. 15. num. 113. Et illis accedunt Natta in cons. 636. num. 194. & Thobias Nonius in cons. 89. num. 38. latissimè scripti in cons. 561. num. 17. lib. 6. vbi num. 19. vers. due hæ. nu. 20. & 21. distinxit ratificationem tacitam, quæ ex aliquo facto oritur, & ratificationem, quæ verbis clavis fit. Illa tacita non præsumitur, nisi constet ratificantem sciuisse factum ipsum cum suis qualitatibus. Illa verò, quæ clavis verbis fit, non requirit probationem scientiæ facti cum illa satis præsumatur, & num. 27. retuli aliam declarationem. His accedit Puteus in decis. 397. li. 2.

Declaratur secundo, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando is qui ad factum præiudicium ratificatio tenetur, fecit aliquem actum significatum approbationis eorum, quæ gesta fuerunt. Ita copiose scripsi in d. remed. 15. nu. 118. quo loci retuli aliquos actus inferentes ratificationem. Quorum primus est, quando hic ratificare debens soluit, vel recipit solutionem, quæ fieri debuit respectu actus gesti à procuratore, vel alio suo nomine. Et illo in loco commemoravi multos, qui ita in specie affirmarunt. Secundus est, quando ratificare debens percipit fructus & redditus bonorum questionum suo nomine à procuratore, vt præcitero in loco n. 129. post multos scripsi, idè espodi in cons. 99. n. 42. & 43. li. 1. & in cons. 196. lib. 2. Tertius est actus ratificationis significatus, quando in codice rationum rerum futurum is conscripsit, ita fuisse actum & gestum. Ita respondi in cons. 79. nu. 16. lib. 1. Quartus est actus, quando in iudicio productus ad sui commodum gesta illa. Nam tunc ea approbare, & ratificare præsumitur. Dec. in cons. 558. num. 7. Gozad. in cons. 42. nu. 9. & latissimè Parisius in tract. de antiq. temp. in 4. part. 1. part. princ. num. 50. & attingemus infra in præsumpt. 45.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando agitur de commodo & utilitate eius, qui ratificare debuit. & is sciuit & tacuit. Nam tunc ratificasse præsumitur. Ita Deci. in cons. 58. col. 2. Rum. in cons. 174. col. 3. vers. sed ex alio, li. 1. Paris. in cons. 89. col. pe. li. 3. Roland. in cons. 19. n. 36. li. 1. quos secutus sum in cons. 189. nu. 10. lib. 2. & in cons. 229. num. 76. li. 3. vbi declarauit.

PRÆSUMPT. XL.

Libellum præsumi aptè & ritè conceptum, declaratur.

SUMMARI A.

- 1 Libellus aptè & ritè præsumitur conceptus, & vt sustineatur venit interpretandus.
2 Libellus vt sustineatur, verba impropriari debent.
3 Libellus non sustinetur etiam verba impropriando, quando nil omnino conueniat negotio.

CVM vel reis in ius vocatis, vel eorum procuratoribus de quibus hæctenus diximus, libellus dari tolear, ea propter hoc in loco agendum est de illis præsumptionibus, quæ circa libellum ipsum est de illis præsumptionibus libellum præsumi aptum & rectè conceptum, atque ita interpretari debere, vt sustineatur. Ita Bald. in reple. l. edita. num. 56. C. de eden. apertius Iaf. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. numero 25. ff. de iure iur. & in cons. 2. col. vlt. lib. 3. Et est recepta Doctorum opinio, * libellum ita debere interpretari, vt sustineatur, vt multi, quos statim recensebo, scripserunt.

Extenditur hæc præsumptio, vt procedat etiam si verba es-

Declaratur primò, vt non procedat hæc sententia, quando

PRÆSUMPT. XLII.

Fraudem præsumi aduersus actorem, contra-

SVMARIA.

- 1 Fraudulenter agere actor præsumitur, contraria proponens in libello remedia.
2 Contraria proponens, à iudicij limine reicitur.
3 Libellus contraria continens ipso iure censetur nullus.
4 Quamuis ad sit clausula, omni meliori modo, &c. nu. 4.
5 Libellus vel actoris petitio continens contraria, procedit tamen, sustineturque, quando ante litem contestatam unum ex contrariis remediis est prosequutus.
6 Idem si remedia alternatiue proposita sint. nu. 6.
7 Vel possit iuris interpretatione à contrarietate saluari. numero 7.
8 Aut contrarietas est deducta, sub conditione. nu. 8.
9 Libellus continens contraria non reicitur in iis casibus, quibus lites terminantur sola facti veritate inspecta.
10 Idem si libellans mouet remedia contraria, contra diuersos. nu. 10.
11 Libellus contraria continens sustinetur, ob iustam actoris ignorantiam.
12 Libello permiffum est liberis & parentibus vsque ad quartum gradum petere hereditatem diuersis remedijs.
13 Libello remedia contraria proponi posse, quando incertitudo ex facto aduersarij causatur.
14 Libello contraria proponi remedia, quando id generalis fori & iudicij stylus permittit.
15 Libellus proponens contraria non reicitur quando reus conuenit unum ex contrariis acceptat.
16 Libellus contrarius reicitur, si in verbis dispositiuis sit contrarietas, non si in narratiuis.
17 Libellus actiones contrarias proponens reicitur, si contrariae sint in origine, sed in exercitio.
18 Idem est si iudex sit incompetens, tunc enim actor alteram denuo deducere potest. nu. 18.
19 Idem si ad commodam alterius, actor contraria deducere velit. numer. 19.
20 Lib. llo actiones contrariae proponi queunt, quando una est alterius preparatoria.

DE actoris libello & petitione obseruandum & illud est, quod si contraria proponantur remedia, id est fraudem præsumi factum: sicuti annotauit Alciatus in tractat. de præsumptionibus regul. 2. præsumpt. 31. numero 2. 3. Et propterea lege sancitum est, vt à iudicij limine eiciatur ille, qui contraria proponit. l. 1. c. de furtis, c. sollicitudinem. de appellatio. & confert. contra maiores. C. de inoffic. testam. & scribit omnes in d. l. 1. & post Baldum & Castrensem quos commemorat, tradit Decius in consil. 148. colum. 1. & in l. ubi repugnancia. numero 1. de reg. iur. Gramma. in consil. 23. numer. 6. in criminal. & Ioan. Bapt. Afinius in praxi. de ordine iudiciorum. §. 31. cap. 28.

Extenditur primò prædicta sententia, vt adeo reici debeat libellus & petitio actoris contraria continens, vt censetur etiam ipso iure nullus. c. adhibita. vbi Butri. de iudicij. & c. in partari. vbi Felin. nu. 1. de fide instrum. & est communis sententia teste Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 177. ff. de acquir. posses. & ibidem Claudius Mermerius & alij.

Extenditur secundò, vt procedat etiam quando adest, &

clausula, peto iustitiam fieri & ministrari omni meliori modo &c. Nam hæc ipsa clausula non defendit à contrarietate. Ita scribunt in specie Alciatus in d. reg. 2. præsumpt. 31. nu. 4. post Baldum, Aretinum & Alex. quos ibi recenset. His accedit idem Alexand. in consil. 121. num. 12. lib. 1. & in consil. 96. num. 7. lib. 5. Socin. Sen. in consil. 122. num. 2. lib. 4. Felin. in c. auditis. colum. 2. versic. unde libellus. de præscript. Roinus in consil. 32. num. 13. libro 1. Deci in l. petes. num. 5. vers. effectus tamen. C. de pactis. Ripa in d. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 178. vers. amplia etiam. ff. de acquir. posses. Parisius in consil. 7. num. 21. & in consil. 131. num. 11. lib. 1. Cæterum dissentiant Calde. & Abbas. in c. 2. de ordi. cognit. & Socin. Sen. in consil. 128. lib. 1. Horum autem contrarias opiniones conciliat Gratius in consil. 70. n. 31. 34. lib. 2. Quæ quidem conciliatio non satis conuenit his traditionibus. Et propterea à recepta opinione non est recedendum.

Declaratur primò, vt non procedat quando libellans ante litem contestatam unum tantum ex duobus contrariis remedijs à se propositis est prosequutus. Nam tunc non repellitur à iudicio, cum libellum reformasse videatur. Ita declarat Ripa in d. §. nihil commune. num. 179. sic intelligens Barr. ibi. Et idem scribitur Iaf. in l. 1. nu. 21. vers. 7. limita. C. de furtis. Grat. in consil. 70. nu. 31. lib. 2. qui quidem Gratius sentit hoc fieri posse, etiam post litem contestatam. idem sentit Berengar. in d. §. nihil commune. in tertia parte. n. 67. vers. limita primo.

Declaratur secundò, vt non procedat quando in libello contrariae actiones & remedia alternatiue proposita fuerunt. Nam tunc actor iste à iudicio non repellitur: sed libellus ipse recipitur. Papinianus. §. si quis irritum. ff. de inoffic. testam. & ibid. annotauit Angel. & tradunt Ripa in d. §. nihil commune. num. 179. vers. fallit 2. & ibidem Berengarius in tertia parte. n. 68. ex sententia Barr. in l. 1. c. si plures una sententia. & Iafon in §. sed iste. n. 72. in fine. de actio.

Declaratur tertio, vt non procedat quando iuris interpretatione libellus à contrarietate potest saluari. atque ita ad ordinem compatibilium reduci. Ita Baldus in l. si res. C. de ordine cognit. ex illo tex. u. & Ripa in d. §. nihil commune. n. 180. qui quibusdam obiectioibus satisficit.

Declaratur quarto, vt non procedat quando contrarietas est deducta in libello sub conditione, vt si propono testamentum esse nullum: & si validum esse constabit, esse inofficium ita Castrensem in l. c. m. qui. ff. de inoffic. testam. Vel si dico, sententiam esse nullam, & si tradunt Ripa in d. §. nihil commune. num. 180. vers. fallit 4. & ibid. Claudius Mermerius n. 112. vers. 3. ista regula, & prius Bald. in l. 1. in 4. oppos. C. de furtis, & ibi Iafon nu. 21. vers. 5. ista. Eandem declarationem probatur Deci. in l. nemo ex his. num. 2. & 3. ff. de reg. iur. & Marian. Socin. Sen. in d. c. vlt. num. 42. de libelli oblat.

Declaratur quinto, vt non procedat in casibus, in quibus lites determinari debent sola facti veritate inspecta. Nam tunc non reicitur libellus contraria continens: cum iudex manu quadam regia procedat & causam diffinit sola ipsa veritate inspecta. Ita docuit Ripa in d. §. nihil commune. n. 181. Et accedunt Iaf. in consil. 28. in lib. 1.

Declaratur sexto, vt locum non habeat hæc sententia, quando libellans mouit contraria remedia contra diuersos, in duobus instantiis. Nam tunc non reicitur libellus: ex quo reus inter alios acti alteri non nocet, nec prodeit. Ita declarat Iafon in l. 1. num. 20. & 21. C. de furtis. Martan. Socin. Sen. in c. vlt. n. 45. de libelli oblat. Claudius Mermerius in d. §. nihil commune. num. 112.

Declaratur septimo, vt non procedat quando actor iusta ductus ignorantia, mouit contraria remedia, vt quia deduxit remedium sibi non competens, & deinde deduxit contrarium remedium. Nam tunc ob iustam illam ignorantiam excusatur à contrarietate illa & repugnancia. Ita probat l. mater. de inoffic. testam. & in specie sic declarat Barr. in l. 1. C. de furtis. & ibidem Iafon. num. 12. vers. 2. fallit. Anton. Burgos in c. cum causi. num. 3. de empt. & vend. Marian. Socin. Sen. in c. vlt. num. 35. de libelli oblat. & Mermerius in d. §. nihil commune. n. 112. vers. 2. limitabis. Et idem est quando errore iusto contraria deduxit. secund. Socin. vbi supr. nu. 36.

Declaratur octauo secundum Iafonem in d. l. 1. n. 12. vers. 5. fallit. C. de furtis. vt non procedat in casu l. vltim. §. pen. C. de codicil. quo sancitum est, quod licet quis petere non possit hereditatem ex testamento iure directo, & eandem ex codicillis iure fideicommissi: ex quo contraria hæc sunt. Attamen tunc permiffum est liberis & parentibus vsque ad tertium & quartum gradum id facere. Ita expressius declarat Marianus Socin. Sen. in d. c. vlt. 41. de libelli oblat.

Declaratur nono, vt non procedat prædicta sententia, quando ex facto aduersarij causatur incertitudo, qua necesse est actori est proponere remedia contraria. Hoc sanè casu non re-

reicitur libellus, sed admittitur: adhibere tamen debet actor protestationem, quod ex vno tantum remedio vult obtinere. Ita probat l. 1. §. qua autem. ff. quorum lega. & in specie declarat Iafon in d. l. 2. num. 14. & num. 21. versic. 4. ista. C. de furtis. Maria. Soc. Sen. in d. c. vltim. num. 40. de libelli oblat. & eiusdem sententia alios commemorauit in tract. de adipiscenda poss. remedio secundo, numer. 107.

Declaratur decimò, vt non procedat quando generalis fori & iudicij stylus, permittet contraria remedia possit simul deduci in eodem libello. Ita ex sententia glo. in §. alia. Inst. de act. Bartoli in l. 1. in princ. ff. de publ. in rem actio. declarat Bal. in l. 1. in quinta oppos. C. de furtis. & ibidem Iafon numero 21. vers. 6. fallit. & Claudius Mermerius in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 112. in si. de acquir. poss. & idem sentit Soci. in d. c. vlt. n. 43. de libelli. obl.

Declaratur vndecimò, vt non procedat prædicta sententia quando reus conuenit & acceptare vnum ex remedijs contrariis, ab actore ipso propositis. Nam tunc ob commodum ipsius rei conuenti, libellus ille non reicitur. Ita Bildus in l. cum precum. C. de liber. causa. Iaf. in d. l. 1. n. 22. C. de furtis. Decius in c. sollicitudinem. num. 8. de appellat. & Alciatus in d. tract. de præsumpt. reg. 2. de præsu. 31. numer. 5.

Declaratur duodecimo, vt locum habeat prædicta sententia, quando contrarietas & repugnancia resultaret ex verbis dispositiuis libelli: secus si ex narratiuis tantum. Ita in specie declarat Grat. in consil. 156. num. 26. libr. 2.

Declaratur decimotertio, vt non procedat quando actiones non sunt contrariae in sui origine, sed in exercitio. Nam tunc actor non repellitur: sed in vna succubuit, ad aliam reuertitur poterit. Ita declarat Socin. Sen. in d. c. vlt. n. 37. de libelli obl. post Bartolum quem recenset, ex l. Aurelius. §. vltim. ff. de liber. leg. et si Angel. in l. 1. C. de furtis. dissentiat.

Declaratur decimoquarto, vt non procedat quando iudicium fuit nullum, ob iudicis incompetentiam. Nam tunc non impeditur actor, quominus alteram ex actionibus contrariis propositis denuo deducat. Ita Soci. Sen. in d. c. vlt. num. 38. qui declarat.

Declaratur decimoquinto, vt non procedat quando actor ad alterius commodum, vult deducere contraria. Nam id facere potest. d. l. 1. C. de furtis. & explicat Socin. vbi supr. numero 39.

Declaratur decimosexto, vt non procedat quando vna actio est alterius preparatoria. Nam tunc non impeditur actor quominus, vtramque proponere possit. Ita declarat Socinus vbi supr. num. 44. Non me lateat tamen, hanc & alias nonnullas ex commemoratis declarationibus non multum conuenire huic regulæ & traditioni: eas tamen recensere hic paucis volui, quod sciam non esse infrugiferas.

PRÆSUMPT. XLII.

Reus conuentus, an fraude præsumatur proponere contrarias exceptiones.

SVMARIA.

- 1 Reo permiffum est lege, contrariis vti exceptionibus, etiam in exceptione facti. num. 3. Et id si non in prima instantia, sed appellatiouis faciat. nu. 4.
2 Reo cur magis quam actori fauamus.
3 Exceptiones due contrariae opponi nequeunt, cum vna in seipsa est contraria.
4 Idem in exceptionibus contrariis in facto, siue præcise contrariis & incompatilibus. nu. 6.
7 Exceptiones contrarias reus proponere, sed non probare potest.
8 Exceptiones contrarias reus proponere potest, si actor in iis nullo probationis onere grauatur.
9 Exceptiones contrariae non admittuntur in iis casib. quib. mendacium punitur.
10 Idem est in iis casibus, quibus lex est impedimento ne contrariae exceptiones deducantur. nu. 19.

DICENDVM nunc est, an sicuti fraus præsumitur in actore proponente contrarias actiones, ita etiam præsumatur fraude vti reus, qui contrarias exceptiones proponit. Andr. Alciatus magni nominis iurifconsultus, in tract. de præsu. reg. 2. præsum. 31. num. 5. sentit, non præsumi fraudem: cum (vt ille inquit) lege reo tunc permiffum sit posse vti contrariis exceptionibus. Id quod & pro regula tradunt Iafon in l. 1. num. 22. C. de furt. Deci. & reliqui recentiores in l. nemo ex his. ff. de regul. iur. ex eo text. & ex c. nullus. de regul. iur. in 6. Et huius regulæ ea est ratio, quod reus ita ad iudicium

paratus venire non potest, vt actor, & ideo ei magis quam actori fauamus l. fauorabiliores, de regu. iur. Quæ sanè regula procedit multo magis quando contrariae hæc exceptiones deducuntur sub conditione, vt si dicat reus, nego me aliquid à te recepisse, quòd si apparebit me id habuisse, dico restituisse. Hæc sanè exceptiones sine dubio deduci ita possunt. vt ex sententia glossæ in l. si quidem. C. de exce. scribunt Dyn. in d. c. n. illus. de reg. iur. in 6. Ater. in consil. 96. nu. 3. Soc. in l. nemo prohibetur. nu. 1. ff. de except. Decius in d. l. nemo ex his. n. 2. de reg. iur. & ibidem Cagnolus nu. 4. Et accedit, quod si contrariae actiones conditionaliter deduci possunt, vt superiore præsumptione in quarta declaratione diximus, multo magis contrariae exceptiones deduci possunt.

Extenditur primo etiam quando reus deducit facti exceptionem, exempli gratia negando se teneri, quia nunquam debuit, aut quia soluit. Ita tradit gl. in d. l. nemo ex his. de reg. iur. vbi in specie annotauit Cagnol. num. 2. sic intelligentes textum.

Extenditur secundo vt procedat etiam si reus iste distulit proponere in prima instantia, & eam proposuit in 2da instantia appellatiouis. Nam adhuc permiffum hoc ei esse dicitur. Ita tradunt Socin. in l. is qui. ff. de excep. Cagno. in d. l. nemo ex his. nu. 5. in fine de reg. iur. quo loci nu. 5. subiungit, quod si ac culatus de homicidio negauerit & fuerit conuictus, potest alia defensione vti, excipiendo, se id fecisse ad sui defensionem, quam quidem traditionem, auctoritate multorum comprobauit. Et accedit Claud. Mermer. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 115. ff. de acquir. posses. Et hanc quoque extensionem probant nouiss. Hieron. Francus in d. l. nemo ex his. num. 3. & sentit Aret. in consil. 96. num. 3. in fine. c. exceptione, de exceptionibus.

Declaratur primò, vt non procedat hæc traditio, quando vna tunc exceptio quæ obicitur est in se ipsa contraria. Nam illa omnino impeditur proponi. Ita Barr. in d. l. nemo prohibetur. col. 2. vers. quandoque vna. ff. de excep. Cagno. in d. l. nemo ex his. n. 13. de regul. iur. putà si reus dicat, appello meo nomine; & nomine alieno. iuxta l. 2. §. sed si filius. ff. quando appell. fit.

Declaratur secundo prædicta sententia, vt locum non habeat in exceptionibus contrariis in facto, siue præcise contrariis, & incompatilibus, vt putà si exciperet quod pactum de non soluendo esset initium certa die in hac ciuitate, & de solutione eadem die facta in ciuitate Venetiarum. Hæc enim exceptiones adeo in facto sibi contradicunt, vt earum vna falsa omnino sit: & ideo reus sic excipiens non auditur. Ita tradunt Comen. & Socin. in d. l. nemo prohibetur. in si. ff. de excep. & Deci. in d. l. nemo ex his. num. 4. vers. & prædicta. de reg. iur. & ibidem Hiero. Francus col. penult. vers. 3. & vltim. limita. Cagnol. numero 6. Zafius in d. l. nemo prohibetur. num. 6. vbi exemplum addert, si quis excipiat habere vsum fructum in omnibus bonis vxoris suæ, & nihilominus partem suam esse proprietatis l. scriptura. C. de fide instrum. & l. ubi repugnancia. de regu. iur.

Declaratur tertio, vt admittatur quidem reus ad proponendum tunc contrarias exceptiones, sed non tamen ad probandum: cum contraria probare non possit, ex quo vel vnum, vel aliud falsum esset. Ita declarant Alexand. in l. si alienam. colum. 2. ff. soluto matrim. Socin. in d. l. nemo prohibetur. num. 1. ff. de excep. & ibidem Zafius num. 9. Felin. in c. impuri. de fide instrum. & in c. pastoralis. de excep. Cagnol. in d. l. nemo ex his. num. 13. ff. de regu. iur. & ibidem copiosè Guilielmus Mayner. & Hieronym. Francus colum. penult. vers. 2. hæc doctrina. Claudius Mermerius in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 114. ff. de acquir. posses. Poterit tamen admitti ad probandum conditionaliter: vt præcitato in loco admonuit Socin.

Declaratur quarto, vt procedat hæc regula in pluribus tunc exceptionibus, quæ à reo ipso probandæ sunt, & actor nullo probationis onere grauatur, sicuti in exceptione præscriptiouis, priuilegij & pacti de non petendo: secus si actor grauaretur onere probandi: vt putà si reus negaret pecuniam fuisse numeratam, & deinde etiam diceret, se eam soluisse. Nam tunc exceptiones hæc simul proponi non possent. Ita Bartol. in d. l. nemo prohibetur. num. 3. & ibidem Socin. nu. 4. de excep. Francus in c. nullus. de regu. iur. in 6. sentit Aret. consil. 96. num. 3. Felin. in d. c. pastoralis. & ibidem Paris. nu. 35. de excep. & Cagno. in d. l. nemo ex his. n. 14. de reg. iur. quo loci Deci. nu. 4. à cæteris dissentit.

Declaratur quinto, vt prædicta regula non procedat illis in tunc casibus, in quibus mendacium punitur. Nam tunc non erit permiffum vti pluribus exceptionibus contrariis, absque pœna mendacij. Ita scribunt Socin. in d. l. nemo prohibetur. num. 5. ff. de excep. vbi egregie declarat. & ibidem Zafius in fine, Decius in d. l. nemo ex his. num. 7. de regu. iur. & ibidem nouè Hiero. Francus. num. 4. qui multis confirmat exemplis.

10 Declarator sextò, vt non procedat quando lex esset impedimento, ne exceptiones hæc contrariæ possint deduci. Ita probat d. l. nemo ex his. de reg. iur. vbi glof. recentet exempla, & ibid. Cagnol. numer. 15. secutus est, & ibidem nouiss. Iacob. Reuardus et dicitur. Iurifconsul. alio exemplo regulam illam explanauit.

PRÆSUMPT. XLIII.

Positionibus variè respondentem, fraude præsumi respondere, explicatur.

SUMMARI A.

- 1 Positionibus aduersarij variè respondens, præsumitur per fraudem respondere, & periurus censetur.
2 Positionibus contraria respondere, animo corrigendi, permittitur.
3 Reuocatio negationis, ante testium examinationem permissa est.

Cum actor super se deductis suo in libello: & reus super exceptionibus positiones formare soleant: ea propter dicendum hic est de præsumptionibus, quæ circa ipsas positiones versantur: dicimus itaque quod si vel actor vel reus respondet varia positionibus aduersarij, præsumi per fraudem respondere. Ita ad rem nostram scriptum reliquit Alciatus in tractat. de præsumptio. reg. 2. præsum. 31. ex c. 1. vt eccl. benef. sine dimittit. confer. Quocirca sancitum est (vt idem Alciat. annotauit) in c. ultim. de iureiuran. in 6. periurum illum censeri qui varia & contraria responderet, & ob id, ea periurij pœna puniri.

Declaratur primò hæc sententia, vt locum non habeat, quando respondens contraria positionibus, id facit animo, corrigendi quod prius dixerat. Nam tunc responsio hæc admittitur. Ita sentit gl. in d. c. ultim. de iureiur. in 6. & tradit Soc. Sen. in cons. 97. num. 11. & 12. libr. 4. vbi eiusdem opinionis communiorat & Bald. in l. 1. C. de furtis. & idem sentit Barba. in cons. 82. col. 2. libro 3.

Declaratur secundo, vt non procedat quando qui negauit confessionem, ipsam negationem reuocauit antequam testes examinarentur super ea negatiua positione. Est sane permiffa reuocatio illa. Ita sentit Abb. in consil. 17. libr. 2. & apertius Abbatem secutus Io. Bapt. Afinius in commenta. ad statuta Florentiæ. §. 19. c. 10.

PRÆSUMPT. XLIV.

Instrumentum magnam pro se habere præsumptionem.

SUMMARI A.

- 1 Præsumptio magna est pro instrumento.
2 Instrumentum & verum, & solemnne præsumitur. Et his præsumptionibus statuitur, donec appareat contrarium. numero 3.
4 Temporibus & loci diuersitas præsumitur potius, quam quod instrumentum non sit verum.
5 Instrumentum pro se præsumptionem habet, quo ad verba eius dispositiua.
6 Instrumentum in vna parte falsum, præsumitur falsum in totum. Idem si vitium aliquod patens & manifestum non apparet. numero 7.

Non solum positiones, vel capitula probanda exhiberi solent in iudiciis, sed etiam instrumenta. Quocirca aliqua & de his videamus. Est sane magna præsumptio pro instrumento præsumptio c. Abbate de verborum significat. c. si Papa, de primileg. in 6. Et scribit Bald. in c. 1. §. si instrumentum. numero 2. de notis feud. ex instrumento duas oriri præsumptiones, vna quod sit verum, altera quod sit solemnne. idem scripserunt Deci. in cons. 36. num. 6. Petrasancta singul. 39. Marfil. in l. si quis ne questio. numero 139. ff. de quest. Neuzianus libro 6. Sylue nup. num. 47. versicul. item in dubio, quod instrumentum. Tertiam verò addit Alciatus in tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13. numero 6. ex sententia Baldi quem citat, nempe, quod ea, quæ scripsit notarius sint dicta à partibus, sed non video quo in loco hoc scriptum reliquerit Bald. Et verè superuacua.

neum esse arbitror dicere, præsumi scriptum de voluntate partium. Cum satis superque sit asserere, præsumi esse verum. Non enim esset instrumentum verum, si scriptum quid fuisset, quod à partium voluntate non fuisset profectum. Hæc autem præsumptiones hoc operantur, vt iterum instrumentum eique fides adhibeatur, donec contrarium probetur, l. cum precibus. C. de probat. & l. cum propria, vbi glof. C. si quis alteri, vel sibi, & tradunt Roma. in cons. 509. num. 25. Alexand. in cons. 116. in fine, lib. 3. Socin. Sen. in cons. 61. nu. 2. & 3. lib. 4. Iason in cons. 124. colum. 1. lib. 1. Crauet. in cons. 56. nu. 7. in fin. Parisius in cons. 28. nu. 9. lib. 2.

Imò dicimus instrumentum adeò præsumi verum, vt continet probationem probatam, sicuti scripserunt Bartol. in l. 1. in princ. nu. 8. ff. de oper. noui nunt. & ibidem Iason num. 10. & alij plures, quos commemorauimus in tractat. de recuperanda possessio. remedio primo, num. 224. Ibi tamen num. 225. adiunxi, hanc traditionem esse veram, donec vsque aliquid obicitur contra ipsum instrumentum. Nam tunc quidem non efficit rem claram & probatam, attamen non definit extare pro eo præsumptio.

Extenditur primò, vt potius præsumatur diuersitas loci & temporis quam quod instrumentum non sit verum. Ita docuit Baldus in l. Imperator. colum. 2. versic. & not. quod potius. ff. de statu hom. & in c. cum tu. versic. nota quod in teste. de testib. ex l. iurifigent. §. quod ferè, vbi Ias. n. 8. de pactis.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt procedat quoad verba dispositiua instrum. tunc secus quoad enunciationem, purè, Titius filius Sempronij. Non enim enuatio ista præiudicium infert, quod talis ille sit. Ita declarant Angel. in d. l. iurifigentium. §. quod ferè, & ibi Ias. nu. 3. ff. de pactis. & Petrasancta in sing. 39.

Declaratur secundo, vt non procedat quando in aliqua sui parte instrumentum esset falsum. Nam tunc in totum falsum præsumitur. Ita declarant omnes in l. si ex falsis. C. de tranfact. & dicimus infr. lib. 5. præsumpt.

Declaratur tertio, vt locum non habeat quando vitium aliquod patens & manifestum, apparet in ipso instrumento, sicut cancellatio, & abrasio: vel probatum est aliquod vitium latens: sicuti declarauimus superiore lib. in q. 99. & dicimus infr. lib. 5. præsumpt. 10.

PRÆSUMPT. XLV.

Instrumentum producus præsumitur fateri & approbare vera esse quæ scripta in eo sunt: quod variis declarationibus illustratur.

SUMMARI A.

- 1 Instrumentum producus, præsumitur fateri & approbare vera, quæ in eo continentur. Idque etiam locum habet de persona notarij, qui id conscripsit. numero 2. Idem de dictis & attestacionibus testium nu. 3.
4 Instrumentum producus, id censetur approbare, quamuis careat solemnitatibus à lege requisitis.
5 Instrumenti solemnitati possunt partes enunciare, quæ eorum cedit commodo.
6 Instrumentum producus videtur etiam ea confiteri, quæ in loco separato illius scripta sunt.
7 Scripturam etiam priuatam producus, eam approbare censetur.
8 Instrumenti productio, & tamquam veri approbatio, prodest & tertio absentis.
9 Actus approbationis pendet à sola voluntate approbantis.
10 Ratificatio actus etiam parte absente fieri potest.
11 Declaratio animi facta causa vnus, prodest & alteri.
12 Instrumentum approbare censetur, non solum producus, sed etiam petens sibi exhiberi & produci.
13 Instrumentum minus solemnne producus, tanquam solemnne, non præsumitur approbare cum de facto alieno agitur.
14 Factum alienum præsumitur incognitum.
15 Instrumentum deficiens in solemnitatibus negotium principale concernentibus, non præsumitur quis producendo approbare.
16 Instrumenti productio, nullum adfert producenti præiudicium quando aduersarius illud pugnat.
17 Instrumentum producus non præsumitur approbare ea, quæ incidenter vel enunciatim, in eo scripta sunt. Nisi tamen sint enunciativa verba ipsius producentis. n. 18. vel necessaria

- 19 varia ad actum ipsius instrumenti. num. 19.
20 Instrumenti productio & tacita ex eo resultans confessio, non nocet producenti, vt deestlo errore probabili id nequeat reuocare.
21 Instrumentum productum cum protestatione, in partibus vniuersi pro se facientibus, non contradicente aduersario, quo ad facultatem producentis accipitur.

CONVENT hic locus illi disputationi quando producus instrumentum, præsumatur approbare vera esse quæ in eo scripta sunt. Qua quidem in re constituitur regula, & præsumi eum approbare. Ita sanè scribunt omnes in c. Cum venerabilis. de except. vbi Abbas numero 31. Felin. numero 22. Decius numero 22. & Parisius numero 56. qui huius sententiæ Doctores per plures commemorant. Et illis accedunt Ruinus in cons. 162. numero 4. libro 5. Iason in l. 1. §. editiones. n. 16. ff. de eden. Decius in cons. 558. num. 7. Gozadin. in cons. 42. nu. 9. Paris. in cons. 125. nu. 20. si. Boerius qu. 252. nu. 3. & Gramat. in consil. 89. num. 2. in civilibus. & decis. 103. num. 84. Crauet. in cons. 249. colum. 1. & in cons. 275. num. 2. Natta in cons. 365. nu. 3. & nouissime Maschardus in conclus. 915. num. 1. quem post horum commentariorum primam impressionem videre contigit. Rota Genensis in decis. 13. numero 15. Et ij quidem adducti sunt text. l. 1. §. edenda ff. de eden. ex l. si filius. §. ult. ff. de interrog. act. ex c. cum olim. de censib.

Extenditur primò hæc sententia, vt procedat etiam quo ad personam notarij, qui instrumentum illud conscripsit. Nam & eius personam approbasse præsumitur. Ita Bald. in l. si quis testib. col. 1. C. de testib. Guido Pape. q. 103. Alex. in consil. 133. numero 14. lib. 7. l. 1. in l. 1. §. editiones. numero 17. ff. de eden. Marfil. in l. quæ ignorans. n. 10. ff. ad l. Corn. de Sica. quos secutus est Boet. in d. q. 252. numero 4. Qui ergo semel produxit instrumentum eius quem notarium assererit, non amplius poterit aliud instrumentum ex eo impugnare, quod is notarius non sit.

Extenditur secundo, vt procedat in eo, qui dicta & attestaciones testium produxit. Nam & is præsumitur eas approbasse, & fateri esse veras. Ita Felin. in c. impuati. col. 1. versic. 4. declaratio. de fide instrumenti. qui dixit, productionem instrumentorum & testium à pari procedere. qui quidem intelligit, quando productio sit post publicationem, & sequitur Crauet. in tract. de antiq. tempo. in 4. part. primæ part. princ. numero 14. in fin. qui numero 15. subiungit hunc producentem testium attestaciones, nec quidem amplius posse eorum personas improbare, vel quidquam in eos obicere, etiam si nec iuramentum præsterint, vel examinati fuerint.

Extenditur tertio, vt procedat etiam instrumentum vel scriptura producta & deficiat in solemnitatibus à lege requisitis, vt si instrumentum careat anno, die & consule. Nam adhuc producus præsumitur ea approbasse. Ita Bald. in l. alia. colum. 2. versicul. sed pone, quod quis confiteretur. C. de iis, quibus vt indignis. idè in l. 2. in fin. C. de fidei commissis. liber. Angel. in cons. 132. Quidam Nicolaus, colum. 2. Alex. in consil. 184. libr. 7. Ias. in consil. 161. colum. 3. libr. 2. Felin. in d. c. cum venerabilis. numero 27. de except. & ibidem Deci. nu. 27. versic. quinta conclus. Crauet. in tract. de antiq. tempo. in 4. part. primæ part. princ. numero 36. qui asserit, hanc esse magis receptam opinionem. Dissentiunt tamen ab hac opinione Innocent. & Abbas in d. c. cum venerabilis. de excep. Roman. in cons. 294. num. 2. Alex. in cons. 108. num. 6. libr. 5. & in cons. 124. numero 5. libr. 7. Ea ratione moti sunt, quia producus instrumenta vel alias scripturas carentes solemnitate instrumentali, præsumitur illa approbare & illa confiteri, prout in eis continetur, ex quo probationis effectus est nullus. Et paria sunt nihil contineri, vel contineri quidem, sed id quod continetur approbare non posse, ob probationis defectum. l. duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela.

Cæterum huic considerationi responderetur, eam posse procedere, quando defectus solemnitatis est respectu negotij principalis de qua quidem statim infra dicemus: secus quoad solemnitatem hanc ipsius solius scripturæ: vt quando scriptura non est authentica: vel caret die & consule, vel similem alium defectum habet. Nam tunc (vt dicebat Decius) vitium illud purgatur per illius scripturæ productionem. Et differentia ratio est: quia solemnitati instrumenti partes renunciare possunt, cum suum solum commodum respiciant, secus quando est solemnitas respiciens negotium principale, sicuti est solemnitas decreti in alienatione bonorum minoris, vel ecclesiæ, cui quidem renunciare partes non possunt, vt infra dicemus in secunda declaratione.

Extenditur quartò, vt procedat hæc præsumptio non solum quo ad ea, quæ in ipso instrumento altæ scripturæ continentur continuatue, sed etiam quo ad postea in loco separato, puta solutionem debiti scriptam à tergo ipsius scripturæ. Ita Ang. in d. cons. 132. col. 2. versicul. 1. quia. & Crauet. in d. tract. de antiq. tempo. 4. part. 1. part. princ. numero 37. Ea est

ratio, quia nil præsumitur scriptum, intra vel extra ipsam chartam, quod scriptum non sit voluntate ipsarum partium. Cum ergo producus scripturam præsumatur fateri quæ intra scripturam sunt, ita etiam præsumitur fateri quæ extra.

Extenditur quinto vt procedat etiam in producente & scripturam merè priuatam. Nam adhuc eam approbare præsumitur. Ita Angel. in d. cons. 122. colum. 2. & Crauet. vbi supra num. 42.

Extenditur sextò, vt procedat quo ad tertium. Nam & ei prodest hæc tacita vel præsumpta confessio producentis. Ita Angel. in §. si verò expressam, colum. 4. in Authen. de hered. & Falcid. Cum dixit, quod approbatio instrumenti tanquam veri, prodest omnibus, qui interesse aliquid ex eo habent, etiam si præstes non fuerint ipsi approbationi. Et Angelum secuti sunt Iason in l. non solum §. morte. num. 12. versic. item pro conclusio Baldi. ff. de operis noui nuntia. Ripa. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 106. de consuet. & Crauet. loco præallegato. num. 43. Ea est ratio, quia & actus approbationis pendet à sola voluntate approbationis, quo casu præsentia alicuius non præsumitur, vt docuit Bart. in l. Pomponius. col. 2. versic. item ex eo. ff. de neg. gest. & in l. quo enim. ff. rem ratam haberi. Cum dixit, ratificationem & actus fieri posse absente parte, & absentem prodesse, quia solum dependet à voluntate ratificantis, licet ratificans ipse obligetur. Et Bartolum secuti sunt multi commemorati à Crauet. vbi supra num. 46. Et idem respondit Ruinus in cons. 66. num. 14. lib. 1. & in cons. 108. num. 8. lib. 5. Ita dicimus & declarationem animi factam causa vnus, prodest & tertio. Ita Barto. in l. is possess. nu. 10. de acquirend. hered. quem secuti sunt Bald. in l. vltim. C. de petit. hered. & Angel. in l. sicur. C. de repud. hered. Deci. in cons. 35. col. 2. versic. & scipater. & Crauet. in cons. 62. num. 11. & in dicta quinta particula. num. 46. quo loci satis facit nonnullis difficultatibus.

Extenditur septimò, vt procedat etiam in eo, qui ipse non producit, sed sibi exhiberi & produci petit. Ita egregie respondit Crauet. in cons. 275. num. 2. & 3. qui multis rationibus comprobatur.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, quando quis produceret instrumentum minus solemnne tanquam solemnne, & ageretur de facto alieno. Nam talis productio tanquam erronea, non inferret approbationem ipsius instrumenti. Ita Alexand. in cons. 108. num. 6. libr. 5. & Crauet. vbi supra in d. 5. part. 1. part. princ. num. 38. post Abbatem in d. c. cum venerabilis. de except. Ea est ratio, quia factum alienum præsumitur incognitum. l. ult. ff. pro suo. & idè producus præsumitur potius ignoranter & per errorem produxisse quam scienter: & propterea ei non dicitur consentire. l. si quis per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi.

Declaratur secundo, vt non procedat quando instrumentum, vel scriptura deficit in solemnitate quæ respicit negotium principale, vt si quis producit testamentum, quod quidem habet solemnna instrumenti, sed deficit solemnitatibus requisitis in actu testandi, puta circa septem testes & similia. Vel si quis producit instrumentum alienationis bonorum minoris, vel ecclesiæ, quod quidem habet solemnna instrumenti quo ad scripturam, sed deficit solemnitas illa extrinseca requisita in alienationibus bonorum minoris, vel ecclesiæ. Hoc sanè casu is producus non præsumitur approbare illud instrumentum & scripturam. Ita Baldus in l. alia. num. 4. C. de iis quibus vt indign. quem secuti sunt Felin. in c. cum venerabilis. num. 26. & ibid. Deci. num. 26. versic. 4. conclus. de except. Soci. Sen. in cons. 92. num. 9. libr. 3. Afflic. decis. 25. in fin. Zuchard. in vlt. num. 347. C. de edicto diui Adri. rollen. Crauet. in d. tract. de antiq. tempo. in d. 4. particula, primæ part. principalis, num. 40. & in 6. part. d. primæ part. num. 19. & scripsi in tract. de adipsicanda possess. remed. 4. nu. 105. & 106. Ea ratione motus est Baldus: quia non sufficit veritas sine solemnitate. l. si veritas. C. de fidei commissis. Quæ sanè solemnitas non pendet à voluntate ipsius producentis: & propterea sua productione efficere non potest, vt solemnne sit, quod verè non est. Et comprobatur hæc declaratio auctoritate Bart. in l. 2. C. de bono possess. secund. tabul. Cum dixit, quod si quis faretur testamentum fuisse conditum, sed minus solemniter, non dicitur approbasse illud testamentum. Et Bartolum secuti sunt ibi Deci. nu. 5. & 6. Ripa. in l. admonendi. num. 186. ff. de iureiuran. si ergo expressa confessio non nocet, multo minus tacita. Imò nec in foro conscientiarum, hic qui confessus est testamentum, minus solemniter tamen fuisse conditum, tenetur, vt disserui supra, lib. 1. questio. 80. His constat, malè ab hac opinione dissentire Abbatem in d. c. cum venerabilis. numero 36. de except. & Romanum in d. cons. 294. & alios plures commemoratos à Decio in d. c. cum venerabilis. num. 26. vbi horum rationes & argumenta confutat. His accedit quod scripserunt Bartol. in l. post legatum. num. 2. ff. de his quibus vt indig. Olaus in decis. 39. numero 10. & Maschard. in d. conclus. 915. numero 7. Cum dixerunt, producentem instru-

mentum præsumi approbasse ea, quæ continentur in ipso instrumento : eatenus tamen, quatenus ipsum instrumentum probat.

16 Declaratur tertio, ut non procedat, quando ꝑ aduersarius, contra quem facta est productio, impugnat instrumentum illud, ut scripturam. Nam tunc præsumpta tacitaque hæc confessio, ab ea productione descendens, non adfert aliquod præiudicium ipsi producenti. Ita Bald. in l. si quis testibus. col. 2. vers. sed nunquid producat. C. de testib. & in d. l. ali. numero 4. C. de ijs quib. ut indignis. Quam tamen declarationem explicat copiose Crauet. in d. 4. part. 1. par. princip. numero 52. & 53. & tradit Mascard. in d. conclusi. 915. numero quarto.

Declaratur quarto, ut procedat hæc præsumptio quo ad ea quæ sunt prolata dispositiue in ipsa scriptura producta, secus vero quo ad ea, quæ ꝑ incidenter & enuciatiue scripta fuerunt. Nam illæ nec approbare, nec fateri præsumitur. Ita scribunt Bald. in d. c. cum venerabilis. colum. penult. de except. & ibidem Felinus colum. 5. vers. imita dupliciter. Alexand. in c. 16. num. 12. vers. scilicet præterea etiam lib. 5. Parisius in d. cap. cum venerabilis. numer. 58. Crauet. in d. 4. part. 1. par. princip. numero 60. Cæphal. in conf. 236. num. 18. lib. 2. & Mascard. in d. conclusi. 915. num. 9. Et ij quidem uoci sunt ex l. Aurelius. §. ult. ff. de liber. legat. Non obstat quod ab hac opinione dissentiat Abb. in conf. 52. colum. ultim. vers. & præsertim ut dixi libro 2. à quo non videtur dissentire Iaf. in l. si cui serui. §. à filio. in fine. de leg. 1. ex text. c. cum olim de censibus. Nam respondetur, Abbatem malè sensisse, cum text. d. c. cum olim. (ut ait Crauet. præcitato in loco) loquatur in probatione finium, qui leuioribus probationibus probari possunt. Et ideo probatio illa non resultat ex productione instrumenti, sed ex solis ipsis verbis, quia idem esset si instrumentum fuisset ab alio productum, ubi gloss. & omnes interpretantur, & alios recenset Hieronymus Montanus in tract. de finib. cap. 61. Præterea & secundo respondet Crauetta, quod verba enuciatiua in casu d. c. cum olim. erant necessaria ad actum, quia aliàs compositiones illæ factæ non fuissent, ob id probant, ut textum illum sic intellexit Decius, quem mox referam. Hæc tamen declaratio Baldi intelligitur, nisi ꝑ essent verba enuciatiua ipsius producentis, ut quia cum eo gestum fuisset negotium. Nam illa probant l. optimam. C. de contrah. & committ. si sup. Ita declarant Felin. in d. c. cum venerabilis. & Crauet. ubi supra. numero 62. qui subiungit post Decium in d. c. cum venerabilis. vers. prædicta conclusio, & c. intelligi secundo, ꝑ nisi essent verba enuciatiua necessaria ad actum ipsius instrumenti, ex d. cap. cum olim. & alia ad rem hanc tradit Parisius in d. cap. cum venerabilis. numero 58.

Declaratur quinto, ut non procedat hæc præsumptio & tacita confessio producentis quo ad ꝑ effectum reuocationis ipsius productionis, detecto ipso errore. Nam verè reuocari potest, siue error sit ex facto alieno, siue ex proprio, modo probabilis sit. Ita tradunt Bald. in conf. 307. Propositur, quod notarius. libro quinto. Guido Papæ. questio. 131. & questio. 403. vers. iuxta præmissa quæro. Felin. in c. imputari. colum. 1. vers. septima, & ultima declaratio de fide instrumenti. & Crauet. in d. 4. part. 1. par. numero 64. idem Crauet. in conf. 102. numer. 7. & in conf. 249. colum. 2. in princip.

21 Declaratur sexto, ut non procedat, quando ꝑ productio facta fuit adhibita protestatione, quod producit in parte & passibus pro se factentibus & non aliter, & c. Cui quidem protestationi non contradicat aduersarius. Nam tunc productio inducit approbationem solum quo ad ea quæ sunt in fauorem producentis. Ita conciliando controuersas Doctorum opiniones, tradunt Iaf. in l. non solum. §. morte. numero 27. ff. de oper. nou. nunt. Decius in d. c. cum venerabilis. numero 22. in fine. de except. Ripa. in c. cum M. Ferrarisen. numero 79. de conf. Olfascus in d. decis. 39. numero 7. Et alias conciliationes recenset Mascard. in d. conclusi. 915. numero 19. & copiosius scripsi in reper. d. c. cum M. Ferrarisen.

PRÆSUMPT. XLVI.

Quando ac quomodo non opponens exceptionem aliquam, dictis, vel factis sui aduersarij, in iudicio ea fateri præsumatur, copiosè explicatum.

SVMARIA.

1 Instrumentum aut scripturam productam contra se veram

- videtur fateri, qui nil opponit.
- 2 Tacens in iudicio habetur pro consentiente.
- 3 Procuratore falsum instrumentum mandati producente, pars non opponens, mandatum presumitur approbare.
- 4 Testimonium patris pro filio, patre non reclamante, admittitur.
- 5 Protestationi in iudicio non opponens, illi videtur consentire.
- 6 Solemnitas actus extrinseca præsumitur interuenisse, non opponente aduersario.
- 7 Iudicium cum excommunicato tractatum, patre non opponente valet & tenet.
- 8 Miles in iudicio etsi alterius procurator esse nequeat, parte tamen non opponente, iudicium tenet.
- 9 Procurator in casu criminali non admittitur regulariter, si tamen nil obicitur, iudicium tenet.
- 10 Spoliatus cui proprietatis opposita fuit exceptio si non contradicat, non venit restituendus.
- 11 Sententia in iudicium transita, si exceptiones obiciantur, aduersario non contradicente iudicium tractandum est.
- 12 Iurans pecuniam sibi numeratum, si post exceptionem non numerat, e pecunie ad probandum fuit admissus, non contradicente aduersario, tenet iudicium.
- 13 Præsumptio iuris & de iure, etsi nil obici queat, si tamen id fiat, parte non opponente, de ea obiectione disputandum est.
- 14 Religiosus testamenti executor sine superioris auctoritate etsi nequeat esse, valet tamen gesta ab eo, si nil fuerit oppositum.
- 15 Clericus fidei iurare pro alio nequit regulariter, valet tamen fideiussio & obligatio tenet, si non fuerit oppositum.
- 16 Probationes intra certum tempus faciendæ, aduersario non contradicente admittuntur, valet.
- 17 Legitimatio personæ in iudicio requiritur, cum illegitimam tamen, si non opponatur, tenet iudicium.
- 18 Notariatus probandus est, nil tamen si fuerit contradictum, gesta tanquam à notario valet.
- 19 Instrumenti copia fidem facit, si ei non contradicat aduersarius.
- 20 Iudicium suis carens solemnitatibus valet, si ab aduersario nil sit obiectum.
- 21 Index laicus non opponente aduersario, cognoscit de causa spirituali.
- 22 Sententia sanguinis lata à religioso valet, parte non reclamante.
- 23 Reconuentio coram alio iudice facta aduersario non abnegante, valet.
- 24 Acta in iudicio tempore feriarum valet, non contradicente parte.
- 25 Probationes publicatis attestacionibus factæ valet, aduersario tacente.
- 26 Actiones quæ alias cumulari non possunt, cumulantur tamen non opponente aduersario.
- 27 Accusatio lapsa tempore accusandi, admittitur non contradicente aduersario.
- 28 Appellatio reicienda admittitur, tacente aduersario.
- 26 Instrumento vel scriptura contra se producta, etiam generaliter opponens, presumitur fateri in eo contenta.
- 30 Instrumentum, cui etiam non fuerit oppositum, quando tamen non præsumatur vera fateri in eo contenta, is contra quem producitur

Dicamus nunc econuerso ad præcedentem præsumptionem, quod ille, contra quem producitur aliquod instrumentum, aliquaque scriptura, præsumitur, ꝑ atque censetur eam approbare & fateri veram, si nihil contra eam opposuit. Ita Iacobus de Arena in l. ultim. C. si certum petat. & ibidem Bild. in 2. oppos. Hostiens. in c. quoniam contra, & ibidem Battræ de probat. Alexand. in conf. 185. in fine. lib. 6. Guido Papæ quest. 221. colum. ultim. & apertius, quest. 404. Boet. quest. 36. & Crauet. in tracta. de antiquo. tempor. in quinta particula primæ partis prim. num. 24. Ea est huius sententiæ ratio, quia ꝑ acens in iudicio habetur pro consentiente. cap. 2. de appell. in 6. Bartol. in l. 1. C. de relar. & silius dicemus infra lib. 6. præsumpt. 45. vbi agemus, quando & quomodo tacens consentire præsumatur. Et quamquam prædicta loquantur in actu iudicis, attamen idem est in eo actu, qui factus à parte. Nam videmus, (inquit præcitato in loco Crauetta) quod si fallus ꝑ procurator producit instrumentum mandati minus legitimi, & pars non opponat, censetur approbare mandatum. Ita Bartol. in l. licet. C. de procurat. & ibidem Iafon col. pe. ver. limita. 3. Idem Crauet. in conf. 150. n. 2. in fi.

Ita etiam dicimus, quod licet pater non possit esse testis

pro filio, nec econtra. l. parentes. C. de testib. Attamen, si pars nil opponit, admittitur ꝑ testimonium, patris pro filio & econtra, ut scribunt Bartol. in l. qui testamento. §. quæcumque. col. pen. de testam. Decius in l. qui iurisdicit. in fine. ff. de iurisd. omn. iudi. Crau. in conf. 150. n. 2. Idem dicimus in testimonio fratris pro fratre: & vxoris pro marito, sicuti tradunt Specul. in tit. de teste. §. 1. vers. quid ergo si aduersarius. Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium. n. 30. ff. de damno infecto. Auferrius ad decisiones Capellæ Tolosæ. q. 4. col. pen.

5 Ita dicimus, quod tacens in iudicio, & non opponens ꝑ cetera protestationem præsumitur illi consentire. Ita gloss. l. si fideiussor. in princip. in verbo, recuare. ff. qui sarijs. cogan. Bald. in conf. 318. Præctica ciuitatis. col. 2. lib. 1. Præpoi. in c. solitudinem. col. 2. vers. sexto fallit. de appell.

6 Ita etiam dicimus, quod ꝑ solemnitas extrinseca præsumitur interuenisse in actu, quando defectus ipsius solemnitatis non fuit oppositus ab aduersario. Composte. in c. cum dilectus. de consuetud. Matthes. mor. 12. Crau. in conf. 220. num. 5. & dicemus infra lib. 3. præsumpt. 98. vbi agemus, quando solemnitas præsumatur.

Huc etiam facit, quod si statutum velit probationem debiti fieri non debere testibus, attamen si facta sit parte non opponente, valet. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam ad finem. ff. si certum petat. & ibid. Alexan. Cæpolla in cautela 253. statuta quandoque. nume. 1. & Decius in l. in ambiguis. §. non est nouum. num. 7. de reg. iuris. Ruinus in conf. 3. num. 10. lib. 3. Marfil. in conf. 19. num. 8. & in l. si quis ne quæstio. num. 91. de quæst. & Craue. in conf. 348. num. 1. Et ad rem hanc pertinet, quod licet excommunicatus ꝑ esse non possit in iudicio, c. intelleximus. de iudi. Attamen si comparuit, & nil ab aduersario fuit oppositum, valet iudicium cum eo tractatum c. 1. §. si vero, de except. in 6. & tradunt Abbas, Decius & reliqui in d. c. intelleximus. & idem Decius in d. l. in ambiguis. §. non est nouum. num. 8. de reg. iur.

7 Est valde simile, quod dicimus nilitem esse ꝑ non posse in iudicio, tanquam alterius procuratorem, ut probat l. ficiusfam. §. veterani, ff. de procurat. & tamen iudicium valet, si non opponatur. Ita Marfil. in conf. 19. nume. 13. & in l. si quis ne quæstio. nume. 94. de quæst. Dec. in d. §. non est nouum. nume. 8. vbi idem esse dixit de iuramento calumniæ. ex c. 1. de iuram. calum. in 6.

9 Huc spectat, quod licet ꝑ procurator interuenire non possit in causa criminali: attamen si interuenit & nil obicitur, valet iudicium. l. quamuis indubitari. C. de adult. Bald. in l. ita demum. col. 2. C. de procurat. Roma. in conf. 215. Cæpolla in cautela 253. num. 4. Felin. in c. meminimus. col. pen. de accusa. Dec. in d. §. non est nouum. num. 9. & idem in conf. 469. in finale Marfil. in l. si quis ne quæstio. n. 88. de quæst. Craue. in conf. 120. num. 4.

10 Ita dicimus quod licet ꝑ spoliatus debeat restitui ante omnia, nec admitti contra ea possit exceptio proprietatis, attamen si opposita fuit ipso spoliato non contradicente, valet iudicium, ut tradunt multi à me congesti in tracta. de recuperanda possessione. remedio 1. q. 15.

11 Huc etiam pertinet, quod etsi contra sententiam, ꝑ quæ transiit in iudicatum, nil obicit deducere possit: cum pro veritate habeatur, l. res iudicata. de reg. iur. Nihilominus si obiciuntur exceptiones, & aduersarius non contradicit, super eis iudicium tractandum est, ut scribunt commemorati à Felin. in c. inter monasterium. nu. 23. de sent. & re iud. & à Decio in d. l. in ambiguis. §. non est nouum. nu. 10. de reg. iur. & præter eos, Ruin. in conf. 3. numer. 10. lib. 3. Marfil. in conf. 19. numero 9.

12 Est quoque simile quod dicimus, eum qui iurauit ꝑ sibi fuisse numeratam pecuniam, non posse opponere non numeratæ pecuniæ exceptionem: attamen si exceptionem opposuit, & admissus fuit ad probandum, aduersario non contradicente, iudicandum de ea est. Ita Bild. & Salicet in l. vlt. C. de non num. pecu. Alex. in conf. 89. n. 15. lib. 2. Cæpolla in cautela. 253. nume. 5. Felin. in d. c. inter monasterium. n. 23. vers. similiter dicunt. de re iudic. & Marfil. in d. conf. 19. n. 8.

13 Et ad rem hanc pertinet, quod licet contra ꝑ præsumptionem iuris & de iure, obici nil possit, attamen si obiectum fuit parte non contradicente, de ea obiectione disputandum est, ut tradunt Bartol. in l. inter stipulantem. §. 1. de verb. oblig. Cæpolla caut. 253. nu. 3. Felin. in d. c. inter monasterium. nu. 23. vers. similiter infertur. de sent. & re iud. Marfil. in d. conf. 19. num. 7. & in l. si quis ne quæstio. n. 89. de quæst. Craue. in conf. 248. n. 3. & scripsi superiore lib. 7. 62.

14 Huc etiam facit, quod licet ꝑ religiosus sine sui superioris auctoritate testamenti executor esse non possit. c. religiosus. de testam. in 6. attamen si datus fuit executor, & nihil fuit oppositum, gesta ab eo valet. Ita egregiè scriperunt Frede. de Sen. in conf. 293. Ro. in conf. 400. col. 1. Marfil. in conf. 9. n. 12. & in l. si quis ne quæstio. n. 92. de quæst.

Confert quoque, quod licet ꝑ clericus prohibeatur pro altero fidei iurare. cap. 1. de fideiuss. attamen si fideiussit, & nil fuit oppositum, obligatio tenet. Ita Roma. in d. conf. 400. & Marfil. in d. conf. 19. num. 13. & in d. l. si quis ne quæstio. numer. 93. de quæstio.

Accedit quod probationes, ꝑ quæ intra certum tempus fieri debuerunt, si admittæ sunt, aduersario non opponente, valet. Ita Innoc. in c. Cum Bartol. de re iud. Alexan. in conf. 167. in fin. lib. 2. & alios recenset Marfil. in l. si quis ne q. n. 91. de quæstio.

Et simile tradit Marfil. in d. l. si quis ne quæstio. n. 87. & nu. 95. quod licet in iudicio personæ ꝑ legitimario requiratur: ac tamen si minus legitima inteuient, & nil ei fuit oppositum, valet iudicium.

Simile est, quod licet ꝑ notariatus sit probandus: attamen si asseritur quæ notarius, & nil ei opponitur, gesta illa valet tamquam gesta à notario. Ita post multos censuit Craue. in conf. 150. n. 2.

Ita dicimus quod etsi copia ꝑ instrumenti fidem non faciat, attamen si fides adhibetur, si aduersarius nil opponit. Ita Crauet. in d. conf. 150. n. 2. post Dec. in authent. si quis in aliquo. col. 3. C. de edend.

Non est dissimile quod dicimus ꝑ iudicium suis solemnitatibus carens valere, si nil ab aduersario obiectum fuit. Ita tradit Crauet. in d. conf. 150. n. 2. post Decium in l. vnum. col. pen. ff. si cert. pet.

Ita etiam dicimus iudicem ꝑ laicum posse, aduersario non opponente, cognoscere de causa spirituali, ut responderunt Ancha. in conf. 98. col. 2. & Crauet. in conf. 220. n. 5.

Et etiam simile, quod dicimus, sententiam ꝑ sanguinis à religioso latam, parte non opponente, valere, ut tradunt Aret. in conf. 58. col. 3. & Crau. in d. conf. 220. n. 5.

Ita quoque dicimus ꝑ reconuentionem factam coram alio iudice valere, aduersario non opponente, ut scribunt Io. And. in c. dispendia. §. reus quoque. de reser. in 6. Corn. in conf. 30. col. 4. vers. nec obstat, quod reconuentio. lib. 3. & Crauet. in d. conf. 220. n. 5.

Ita dicimus, quod licet acta ꝑ in iudicio feriarum tempore, nil operentur: attamen valet si aduersarius non opposuit. Sicuti responderunt Alex. in conf. 213. col. 2. lib. 2. & Craue. in conf. 248. n. 2. & in conf. 272. n. 9.

Simile dicimus probationes ꝑ factas, publicatas attestacionibus, valere aduersario non opponente. ut scribunt Imol. in clem. testib. de testib. Corne. in conf. 28. col. 3. lib. 3. & Crau. in d. conf. 248. n. 3.

Ita actiones, ꝑ quæ cumulari non possunt, cumulationem admittunt, aduersario non opponente, ut responderunt Aret. in conf. 103. colum. 4. in 3. dubio. & Crauet. in d. conf. 248. n. 3.

Ita quoque dicimus, accusationem ꝑ lapsa accusandi tempore admitti, aduersario non opponente, ut scribunt Bart. in l. absentem. in fi. ff. de penis. Soci. in leg. 1. §. sublata. col. 2. ff. ad Treb. & Crauet. in conf. 272. n. 9.

Ita pariter dicimus ꝑ appellationem alias reiciendam admitti, parte non opponente, ut scribunt Dec. in l. 1. col. 2. C. de bon. poss. secund. tab. & Crauet. in conf. 273. in fi. qui subiungit, appellari etiam posse ad superiorem, omisso medio, parte non opponente.

Extenditur nunc primò proposita hæc præsumptio, ut procedat etiam si opponeretur ꝑ sed generaliter. Nam ad hoc iste contra quem instrumenta proposita fuerunt, fateri ea præsumitur, ex quo generalis ista oppositio non sufficit. Ita respondit Collegium Bononiense inter consilia Curtij Sen. in conf. 51. in nomine sanctæ. colum. 13. vers. quarto, quia pro parte. ex sententia Bartol. in l. 1. n. 7. ff. de except. cum dixit, exceptionem certam & claram esse oportere, & non sufficere generalem: & apertius idem censuerunt Socin. Sen. in conf. 103. numer. 5. lib. 3. & Felin. in c. pastoralis. numer. 13. de except. Dubitat tamen Crauet. in d. tract. de antiq. tempo. in 5. part. prima. primæ partis princ. n. 30. Et ibid. num. 32. subiungit, quod sufficit opponere ipso facto, nempe petendo te absolui à petitis aduersarij: vel quod conclusa per aduersarium suum fieri non debent. Sed non est à traditione Bartol. & sequacium recedendum.

Declaratur nunc prædicta præsumptio, ut non habeat locum, quando ꝑ instrumentum, vel scriptura esset nulla & inualida, alio respectu quam fauore ipsius patris, & lex ipsa validitati resisteret. Nam tunc is, contra quem producitur, etiam nil opponendo, non censetur fateri illam esse veram: ex quo est omnino nulla. Hæc declaratio probatur auctoritate Castren. in conf. 259. circa primum quæstum. colum. 2. lib. 2. qui declarando l. 1. §. 1. ff. de feris. respondit, quod quando gesta tempore feriato sunt nulla ipso iure, renunciari non potest, quia si posset renunciari, gesta contra præsentem & non opponentem exceptionem, non essent nul-

la, sed valeret. l. i. §. i. ff. de feriis. Et Castrensem secutus est Decius in l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur.

PRÆSUMPT. XLVII.

Probationibus incontinenti oblatis malitiæ & calumniæ præsumptionem diluere.

SUMMARIÆ.

- 1. Fraudis & malitiæ præsumptio cessat, probationibus incontinenti oblatis.
2. Statutum reiciens omnes exceptiones, non præsumitur excludere eam, qua excipiens incontinenti se offert probaturum.
3. Exceptio nullitatis non potest obijci ad impediendam sententiæ executionem.
4. Tertius pro suo interesse appellans, vel petens in integrum restitui, quomodo sententiæ executionem impediat.
5. Iudicia summaria que non admittant exceptiones.
6. Probatio per iuramentum etiam aliis reiectis admittenda.
7. Inimici testimonium quando non recipiendum.
8. Probationes etiam incontinenti factæ, quando non admittantur.

1. CVM probationes offeruntur incontinenti t̄ omnis præsumptio fraudis & malitiæ diluitur. Ita Abb. in c. suscitata. nume. 7. de in integ. rest. & in consi. 31. col. ult. & in consi. 55. col. 2. lib. 2. Anton. Corsetus in suis singularibus, in verbo, exceptio, incipit statutum, il 2. qui egregie scribunt, quod si statutum aliquo casu reiciat t̄ omnes exceptiones, non tamen intelligitur reicere illam, qua excipiens offert vel probare incontinenti. Hanc traditionem probant & Aret. in consi. 75. in fi. Socin. Seni. in consi. 3. in fin. lib. 1. Iaf. in l. iuris gentium. §. quod serè. nu. 14. ff. de pactis. Deci. in consi. 424. nu. 6. & consi. 467. nu. 6. & in c. ex parte. col. 5. in prima fallen. de off. deleg. quo loci respondet obiectis Alexan. in consi. 94. nu. 4. lib. 4. qui dissentiat. Idem Deci. in c. an sit. n. 2. de appell. & Silu. in consi. 17. nu. 5. Est simile ex Oldra. in consi. 139. Ad habendam. in fin. si statutum, elapso certo termino excludit omnes actoris probationes, eam tamen non dicitur excludere, qua actor vult probare incontinenti. Et Oldradum secutus est Crauet. in consi. 207. n. 8. Huc facit quod respondit idem Oldrad. in consi. 106. quod etsi exceptio nullitatis obijci non possit contra tres sententias conformes, ita impediende elem. ut calumniis. de re iud. atamen probatio incontinenti oblata non reicitur. Idem responderunt Barba. in consi. 20. col. pen. in princ. lib. 3. & Crau. in consi. 104. n. 10. & in d. consi. 207. nume. 8. Dissentit tamen ab hac opinione Didacus lib. practi. quæst. c. 25. n. 2. Qua de re aliqua scripti lib. 2. de arbit. iudicium. casu. 9. Est simile quod scribit Barr. in l. 4. §. condemnatum. & ibi Ripa num. 15. in fi. & nu. 30. ff. de re iudic. quod etsi t̄ exceptio nullitatis obijci non possit ad impediendam executionem sententiæ: atamen obijci illa poterit, qua incontinenti probationes offeruntur. Et idem respondit Marfil. in consi. 16. nu. 18. Est simile, quod si tertius pro suo interesse appeller à lata sententia, vel petat restitutionem in integrum, t̄ non possit impedire executionem sententiæ, atamen impedire poterit oblatis incontinenti probationibus pro suo interesse. Ita Abb. in c. super eod. in fin. de off. deleg. & ibid. Felin. & Deci. Card. in c. veniens. il 2. n. 10. de testib. idem Felin. in c. ult. col. vlti. de calum. & communem asserit Didacus lib. practi. quæstio. c. 16. num. 2. Huc pertinet quod tradit Barto. in extr. auag. ad reprimendum. in verbo, summarie. nu. 4. Cum dixit, quod etsi in iudiciis summariis non admittantur t̄ exceptiones, atamen intelligitur de his, quæ requirunt altiorum indaginem: secus si incontinenti probari offeruntur. & idem respondit Crauet. in d. consi. 104. nume. 10. & idem Crauet. in consi. 107. nu. 8. qui respondit t̄ probationem per iuramentum debere admitti, etsi cæteræ probationes excludantur, ex quo incontinenti fieri dicitur. confert quod respondit Abbas in consi. 64. in fi. lib. 1. quod etsi statutum ciuitatis Vicentiæ, reiciat omnes exceptiones impediendes executionem Laudî abitrorum: atamen non dicitur reicere illam exceptionem, cuius probatio offertur incontinenti. Est simile quod respondit Marfil. in consi. 16. nume. 17. quod etsi statutum Bononiæ sub Rub. de generalibus panis banniturum & c. reiciat omnes bannitorum defensiones, non tamen reicere dicitur illas, quæ incontinenti probari offeruntur. Et eodem in responso Marfil. n. 19. idem censuit, quam

do reiciuntur exceptiones & defensionis excommunicati. Nam reiectæ non censentur incontinenti probando. Huc etiam facit quod censuit Gram. decif. 86. nu. 3. Cum post alios dixit, quod etsi testimonium inimici sit recipiendum, reservata inimicitia probatione tempore suo: atamen t̄ recipi non debet, quando inimicitia probatio est in præptu. His accedit Io. Bap. Afinius in praxi de ordine iudiciorum. §. 31. c. 36. Cæterum hæ traditiones intelliguntur atque declarantur ab Antonio Corseto in prædicto singulari, in verbo, exceptio. incipit statutum. il 2. in fi. ex traditione glossæ in d. c. suscitata. in verbo sententiæ. de in integ. restit. Idem docuit Imola ibi col. 2. & fuit sententia Abbatis in consi. 64. col. pen. vers. in contrarium, lib. 1. vt non procedat t̄ quado præsumptio est, quod calumniosè & per malitiam offeruntur hæ probationes incontinenti. Nam tunc iudex eas probationes ita oblata reicit. Hic enim duæ adfunt præsumptiones, vna generalis quam lex ista constituens conicit contra hos, altera est specialis in persona illius petentis se admitti ad probandum incontinenti. Ita sanè intelligit traditiones Corseti, Imolæ & Abbatis. Etsi bene eruditus Didac. lib. practi. quæstionum. c. 16. nu. 2. vers. non me later. & c. aliter eos intellexerit. Quod si dicatur, pro iudicis voluntate esse sublatam facultatem faciendi has probationes incontinenti, cum semper dicere possit is iudex, si offerenti fauere non cupit, suspectas habeo tuas has probationes. Responderi potest, vel non esse credendum, iudicem iniuste id asserere, cum de eius iustitia lex confidat. l. 2. C. de offic. iudic. Vel succursum erit illi offerenti adeundo superiorem.

Illud etiam est hic annotandum, eum præsumi velle probare pro de iure, quin meliores quas habet probationes producit. Lucas de Penna in l. 3. in præsump. 103. C. de apobis pub. lib. 10. post Innocen. in c. auditis. de in integ. rest.

PRÆSUMPT. XLVIII.

Exceptionibus à statuto reiectis, quæ præsumantur non reiectæ sed amittæ.

SUMMARIÆ.

- 1. Exceptiones reiciens statutum, non reicit eam, qua negatur qualitas que est statuti fundamentum.
2. Fundamentum consuetudinis in qualitate, eam adesse, probare debet.
3. Exceptio à statuto reiecta non præsumitur, que ab eodem capite, vel etiam altero statuto prouenit.
4. Statuentes incontinenti se corrigere voluisse, non præsumitur.
5. Confessio pecuniæ numeratæ, refertur inter simulationes contraclius.
6. Exceptio inhabilitatis personæ nunquam à statuto reiecta præsumitur.
7. Iudicium quodlibet requirit personas legitimas.
8. Excommunicationis exceptio à statuto nec quidquam præsumitur reiecta.
9. Exceptio manifeste & notorie apparens, non præsumitur à statuto reiecta.
10. Exceptio que per indirectum opponitur, non censetur exclusi à statuto.
11. Exceptio proueniens à defectu citationis, non præsumitur à statuto reiecta.
12. Citatio est fundamentum defensionis.
13. Exceptionem à contrarietate & perplexitate prouenientem non præsumitur statutum excludere. Idem est in ea, que ex subiecta materia inest. n. 14.
14. Precij non solui exceptio impedit litis ingressum.
15. Obreptionis & subreptionis exceptio, contra principis rescriptum opponi potest, etsi statutum omnes exceptiones reiciat.
16. Metus exceptio à statuto non præsumitur reiecta.
17. Exceptio innocentie à statuto non præsumitur exclusi. Item nec ea, que fundatur in confessione partis facta in iudicio. nu. 19. Vel que prouenit ex alio instrumento vel actû æquè solemnium. nu. 20. Aut ab inepitudine petitionis vel libelli. n. 21.
18. Libellum inepitum iudex ex officio reicere debet.
19. Exceptio proueniens ex eodem fonte, non præsumitur à statuto exclusi. Sic nec ea, que à nullitate actûs & sententiæ prouenit. n. 24.
20. Exceptio nullitatis, defenso potius quam exceptio dicitur, præsertim si à iudicis incompetencia proueniat, vel notoria sit. n. 26. & 27.

- 28. Exceptio qua imploratur offensa iudicis à statuto reiecta non censetur.
29. Exceptio causata dolo aduersarij à statuto non censetur reiecta.
30. Casum fortuitum in se recipiens, intelligitur promississe, dummodo non eueniat culpa eius cui facta est promissio.
31. Exceptio que contra sequutionem opponitur, à statuto non præsumitur reiecta. Idem est in exceptione contra personam iudicis, tanquam suspecti. n. 32.
32. Solutionis exceptio non præsumitur reiecta à statuto. Nec etiam exceptio compensationis. nu. 34.
33. Compensatio dicitur impropria solutio.
34. Compensationem quando debitor obijcere non possit.
35. Intentionis & facti exceptio non præsumitur à statuto reiecta.
36. Senatscon. Macedoniani exceptio à statuto reiecta non præsumitur. Idem est in exceptione usurarum. nu. 39. Idem nec exceptio falsitatis. nu. 40.
37. Exceptio quod res que petitur non sit in rerum natura, non præsumitur à statuto exclusi. Sic neque exceptio restitutionis in integrum. nu. 42. Quando tamen ea intelligatur exclusi. n. 43.
38. Denunciatio euangelica, à statuto non præsumitur exclusi.
39. Denunciatio euangelica proprie non est exceptio.

CVM superiore capite attigerimus exceptionibus reiectis à statuto, non præsumi reiectas illas, quarum probatio incontinenti offertur, è re visum est hoc in loco commemorare, esse & alias exceptiones, quæ non præsumantur reiectæ à prædicto statuto. Et prima quidem est, quando est exceptio t̄ qua negatur qualitas, que est fundamentum statuti, vt puta, si statuto tribuitur executione paratâ publico instrumento, omni exceptione reiecta, si negatur illud esse instrumentum, exceptio hæc non præsumitur exclusi à statuto aut reiecta. Ita Barr. in l. i. §. & parui. nu. 3. ff. quod vi aut clam, manifestè Abbas in c. item cum quis. & ibid. Be. o. n. 19. & n. 27. de resti. spol. Alexan. in consi. 33. colum. 1. lib. 1. Decius in c. ex parte. n. 5. vers. 2. fallit. de officio deleg. & alios nonnullos ad rem recenset & reprobat Afinius in praxi de ordine iudiciorum. §. 31. c. 12. Et illis accedunt Tiraquel. de nullitati. in tit. Quis possit dicere de nullitate. nu. 33. & 40. & Crauet in consi. 211. nu. 1. Et hæc exceptio dicitur opponi per indirectum: vt dicam infra in quinta exceptione. Et huius quidem sententiæ ea est ratio, quia is, qui t̄ fundamētum constituit in aliqua qualitate, eam adesse probare debet, antequam privilegium ob qualitatem illam tributum competat, d. l. Diuus. ff. de mili. test. quam multis Doctor. egregijs traditionibus comprobauit in consi. 301. lib. 4. Et idem dicendum est, quando opponitur instrumentum esse simulatum. Nam & hoc casu dicitur negari esse instrumentum. Ita aduersus Bartol. in d. §. & parui. nu. 4. communis est Doctor. sententia teste Rip. in l. nemo potest. n. 66. ff. de leg. 1. & accedunt Marfil. in sing. 474. Socin. Seni. in consi. 27. nu. 30. lib. 4. Rui. in consi. 78. n. 8. lib. 4. & Par. in consi. 53. nu. 14. & in consi. 24. n. 25. lib. 1. & in consi. 86. n. 23. lib. 3. à Barr. etiam dissentit Deci. in d. c. ex parte. il 2. in duodecima limit. de off. dele. Barb. in consi. 43. lib. 1. & Afinius in d. §. 31. c. 37. Hanc traditionem veram esse intelligo, quando de ipsa simulatione constat vel ex inspectione actûs & scripturæ, vel inris præsumptione. Ita post Socin. Seni. in consi. 27. col. 6. vers. secundus casus. lib. 4. declarat Aur. Massa Galluchus in tract. ad formulam cameralis obligationis, quarta particula. q. 2. n. 5. Secunda est exceptio, quæ non præsumitur à statuto reiecta, quando t̄ illa prouenit ab eodem capite, vel etiam altero statuto. Ita Barr. in d. §. parui. n. 5. Fean. in c. dilecto. n. 131. de appell. Rimi. Seni. in consi. 63. nume. 7. lib. 1. & in consi. 245. nume. 18. lib. 2. Deci. in consi. 195. col. 2. & in c. ex parte. in tertia limit. de off. deleg. ac alios recenset Afinius in d. §. 31. c. 22. Et quib. accedunt Ruin. in consi. 102. nu. 11. lib. 3. Ia. in l. i. Cod. de bon. poss. contra tab. qui extendit procedere etiam si statutum taxatiuè loqueretur. Et huius quidem sententiæ ea est ratio, quia non præsumitur ita uenies t̄ voluisse ita ite corrigere. l. non ad ea. ff. de cond. & dem. de qua quidem iuris præsumptione abunde differemus in fr. lib. 6. præsump. 28. Et cum inter contractus simulationes connumeretur & confessio t̄ pecuniæ numeratæ. Iaf. l. qui pecuniam. col. 1. ff. si cer. per. poterit etiam opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Ita scripsit Afinius in d. §. 31. cap. 54. Tertia exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, est illa t̄ inhabilitatis personæ, vt pura, quod ipse actor sit bannitus, & ob id audiri non debeat. Ita Bartol. in d. l. i. §.

denique. num. 6. ff. quod vi aut clam. Felin. & Deci. in c. ex parte. in 4. limit. de officio delega. & Marfil. in l. si quis ne quæst. nu. 8. ff. de quæst. quos secutus est Afinius in d. §. 31. c. 23. Et accedunt congesti à Vantio in tract. de nullitati. in titul. de nullitate sententiæ ex defectu inhabilit. seu mandati Compa. numer. 2. & Bar. in c. item cum quis. num. 28. de resti. spolia. Idem scripsit Iaf. in l. 2. §. prætor ait. ff. qui satijd. cogant. Ratio est, quia in quolibet iudicio persona t̄ debet esse legitima. Et hæc quidem sententia multo magis locum habet, quando est exceptio, quæ ob animarum periculum excludere solet à iudicio, vt pura t̄ exceptio excommunicationis. Hæc sanè nullo modo præsumitur à statuto reiecta. c. decernimus. de sententi. excommu. & c. 1. de except. in 6. & in specie Doctores supra commemorati, & Alexan. in consi. 83. nu. 12. lib. 5. Barba. in consi. 35. columna 3. lib. 4. & Paril. in consi. 109. numero 9. libro 4. quos recenset & sequitur Afinius in dicto capite 23. in fine. Et hæc quidem excommunicationis eique similis exceptio, reiecta etiam non præsumitur à statuto, reiciende exceptiones contra personam. Ita Be. in d. c. ex parte. n. 8. vers. pura tamen. à quo non dissentit Afinius qui sup. à. Quarta exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto, illa est t̄ quæ manifestè & notorie apparer. Ita Deci. in d. cap. ex parte 5. limita. de off. deleg. idem Deci. in c. interposita. col. 1. de appell. & alios recenset Af. in §. 31. cap. 25. Et idem ego ipse scripsi in commentariis de adipsenda pos. in 4. remed. num. 530. Et accedunt Barb. in consi. 7. col. 10. lib. 2. & Soc. Seni. in consi. 38. col. 2. lib. 1. Quinta exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto est, quæ t̄ per indirectum opponi solet. Ita Deci. in d. cap. ex parte. in 6. fallen. de off. deleg. & alios recenset Afinius in d. §. 31. c. 35. Exemplum est, si prohibetur opponi exceptio contra assertionem Pontificis, quod suis in manibus facta fuerit beneficii renunciatio, opponi tamen poterit illum renunciatem non fuisse beneficii donatum. Et hæc exceptio inquit Deci. non dissent à prima quam retuli supra. Hæc traditio comprobatur ex his, quæ scripsi superiore lib. in q. 65. vbi explicauit, quod licet contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur contraria probatio: atamen quod admittitur indirecta. Sexta exceptio, quæ non præsumitur à statuto reiecta est, quando deducitur probatio incontinenti, qua de re dixi superiore præsumptione. Septima exceptio, t̄ quæ non præsumitur reiecta à statuto, est illa, quæ prouenit à defectu citationis. Ita Afinius in d. §. 31. c. 27. qui inter multos recenset Deci. in d. c. ex parte. in octaua limit. de off. deleg. Et illis accedunt congesti à Vantio in tract. de nullitati. in tit. de nullitate ex defectu citationis. nu. 9. Cum enim citatio t̄ sit fundamentum defensionis, quæ iuris naturalis est, nunquam præsumitur sublata clem. pastoralis. de re iudi. & plura scripsi in consi. 100. nu. 97. lib. 1. Cum nec expressim à principe & statuentibus tolli possit quemadmodum præcitati Doctores affirmant. Octaua exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto est illa, quæ à contrarietate t̄ perplexitate prouenit. Ita in specie scripserunt Felin. & Deci. in d. c. ex parte. in nona limit. de off. deleg. quos secutus est Af. in d. §. 31. cap. 28. Ea ratio ne moti sunt, quod allegans contraria non est audiendus. l. 1. C. de fur. vbi Bald. Qua de re copiosè scripsi supra in præsum. 25. Nona exceptio, quæ non præsumitur reiecta à statuto est, t̄ quando inest, ex subiecta ipsa materia, Ita Felin. & Deci. in d. c. ex parte. il 2. in 10. limita. de off. deleg. & alios recenset Af. in d. §. 31. c. 29. Exemplum offertur in exceptione cendarum actionum, quam fidei iussor opponere potest contra creditorem: tamen si statutum iudicet omnes exceptiones, sic docuit Bald. in Aurh. ne. præsent. col. 1. vers. quero, dicit statum. C. de fidei iussor. quem secutus sunt Rom. in consi. 344. n. 5. & in consi. 472. nu. 2. Felin. & Deci. & Af. qui supra Boer. in c. item cum quis. n. 32. de rest. spol. Marfil. in rub. de fidei iuss. n. 281. Est & secundum in exceptione pretii non soluti, quæ à venditore opponi potest, etiam si statutum reiciat omnes exceptiones. Ita exemplificat Bald. in l. si traditio. vers. tertio quero. C. de act. emp. quem secuti sunt Felin. Deci. & Af. præcitate in loco, qui alios recenset. & accedunt Barba. in consi. 86. col. 7. lib. 3. Deci. in consi. 119. in princ. & in consi. 317. nu. 3. Iaf. in l. si duo. §. item iurauerit. ff. de iureiur. Et accedit quod exceptio t̄ pretii non soluti, impedit litis ingressum, & opponi potest etiam ad impediendam sententiæ executionem Bald. in d. l. si traditio. n. 3. Iaf. in §. actionum. 123. Instit. de act. & copiosè dissentit Andreas Gallius lib. 2. practi. Obseru. in 17. obseruatione. Et simile est exemplum in exceptione, non impletisti ex larere tuo, quæ non præsumitur reiecta à statuto. Rom. con-

16 rrium exemplum in exceptione obreptionis, & subreptionis, que opponi potest, etiam contra principis scripturam etiam si statum reiecta. Ita Bero in d. c. item cum quis n. 32. de restit. spol. & Afinius in d. c. 29.

17 est illa merus. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. n. 7. vers. undecimo fallit. de off. deleg. post Baldum, quem refert: & idem affirmavit Afinius in d. §. 31. c. 36.

18 Vndecima exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto est illa que innocentie: cum nec quidem tolli à statuto possit. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. in 13. fallit. de off. deleg. ex sententia Bald. & Io. Anna. quos secutus est Afinius in d. §. 31. c. 38. Et illis accedunt Alex. in cons. 112. num. 2. lib. 5. Socin. in tract. fallen. reg. 9. in fin. Dec. in l. c. si nihil ff. de reg. iur. & in c. quoniam contra. in 3. notab. de probat. & in rubr. de except. Marf. in sing. 59. & in cons. 16. n. 14. & 15.

19 Duodecima exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est illa, que fundatur in confessione partis facta in iudicio. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. col. pen. vers. decimo quarto fallit. de off. deleg. ex sententia Bald. in l. si vnus. §. partus ne peteret. ff. de pact. Et idem affirmavit Afinius in d. §. 31. c. 39. Que sane traditio eo simili comprobatur, cum dicimus quod est reiecta sit probatio contra præsumptionem iuris & de iure, non tamen tenetur reiecta illa, que provenit à confessione partis, pro qua stat ipsa præsumptio. sicuti scripsi superiore lib. in questio. 61.

20 Decimatertia exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto est illa, que provenit ex alio instrumento, vel actu æque solemnibus causatur quædam incompatibilitas, vni per alium. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. col. pen. vers. 15. fallit. de exceptio. post Bald. in c. pastoralis. de appell. & Anton. Cana. quem refert. Et idem scribit & declarat Afinius in d. §. 31. c. 40.

21 Decimaquarta exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto est illa, que provenit ab ineptitudine petitionis: & libelli. Ita Dec. in c. pastoralis. col. pen. vers. decimo sexto fallit. post Bald. in l. tale pactum. §. qui procuravit. ff. de pactis. & Franc. in ca. dilectio. quest. 50. & quest. 52. de appell. & Afinius in d. §. 31. c. 41. Qui huius traditionis rationem afferunt, quia dicitur quædam exceptio notoria, cum ex ipsius libelli inspectione appareat ineptitudo. Imò iudex ipse ex suo officio reiecte debet libellum ipsum ineptum: sicuti tradunt post alios Iaf. in l. 1. num. 4. ff. de off. iud. Curtius Iunior in cons. 163. n. 2. & Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 50. ff. de damn. infecto.

22 Decimaquinta exceptio, que à statuto non præsumitur reiecta, est illa que provenit ex eodem fonte. vt puta ex eodem actu, instrumento vel sententia. Ita Decius in d. c. ex parte. il. 2. col. pen. vers. decimo octavo fallit. de off. deleg. post Burtrum, Calderinum, & alios nonnullos. Et idem affirmavit Ioan. Baptista à Sancto Seuerino in l. omnes populi. nu. 210. ff. de iust. & iur. & late Tiraquellus de retractu consang. §. 4. §. off. 1. nu. 36. quos sic recenset Afinius in d. §. 31. c. 30. Et idem scripsit Bero in c. item cum quis. nu. 32. vers. 9. in dubio. de restitut. spolia.

23 Decimasexta exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est illa que à nullitate actus, & sententie provenit. Cum nullitas exceptio dicatur potius defensio quam exceptio. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. secundo. col. pen. vers. 20. fallit. de off. deleg. post Baldum, Angel. Romanum & Francum, quos recenset. Idem affirmavit Calcaneus in consil. 16. nu. 48. Bero in c. item cum quis. n. 33. de restit. spol. & Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de nullitate adversus sententiam. nu. 9. quos commemorat & sequitur Afinius in d. §. 31. c. 31. Et tanto magis hæc traditio locum habet, quando nullitas provenit à iudicis incompetencia, vt idem Afinius scribit præcitato in loco. c. 32. qui quàm plures recenset, & inter alios Decium in d. c. ex parte. col. pen. vers. decimo octavo fallit. qui duas has vt distinctas exceptiones, separatim explicavit. Et multo magis locum habet, quando nullitas est notoria, vt quia resultat ex actis. Ita Afinius in d. §. 31. cap. 53.

24 Decimasexta exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est illa que à nullitate actus, & sententie provenit. Cum nullitas exceptio dicatur potius defensio quam exceptio. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. secundo. col. pen. vers. 20. fallit. de off. deleg. post Baldum, Angel. Romanum & Francum, quos recenset. Idem affirmavit Calcaneus in consil. 16. nu. 48. Bero in c. item cum quis. n. 33. de restit. spol. & Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de nullitate adversus sententiam. nu. 9. quos commemorat & sequitur Afinius in d. §. 31. c. 31. Et tanto magis hæc traditio locum habet, quando nullitas provenit à iudicis incompetencia, vt idem Afinius scribit præcitato in loco. c. 32. qui quàm plures recenset, & inter alios Decium in d. c. ex parte. col. pen. vers. decimo octavo fallit. qui duas has vt distinctas exceptiones, separatim explicavit. Et multo magis locum habet, quando nullitas est notoria, vt quia resultat ex actis. Ita Afinius in d. §. 31. cap. 53.

25 Decimasexta exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est illa que à nullitate actus, & sententie provenit. Cum nullitas exceptio dicatur potius defensio quam exceptio. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. secundo. col. pen. vers. 20. fallit. de off. deleg. post Baldum, Angel. Romanum & Francum, quos recenset. Idem affirmavit Calcaneus in consil. 16. nu. 48. Bero in c. item cum quis. n. 33. de restit. spol. & Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de nullitate adversus sententiam. nu. 9. quos commemorat & sequitur Afinius in d. §. 31. c. 31. Et tanto magis hæc traditio locum habet, quando nullitas provenit à iudicis incompetencia, vt idem Afinius scribit præcitato in loco. c. 32. qui quàm plures recenset, & inter alios Decium in d. c. ex parte. col. pen. vers. decimo octavo fallit. qui duas has vt distinctas exceptiones, separatim explicavit. Et multo magis locum habet, quando nullitas est notoria, vt quia resultat ex actis. Ita Afinius in d. §. 31. cap. 53.

Et hæc sententia multo magis locum habet, in remedio implorandi officium ipsius iudicis, vt ipse iudex ex suo iplo officio opem ferat. Ita Bartol. in d. l. 1. §. & parvi. num. 8. Castr. in cons. 257. n. 5. lib. 2. Ruin. & Paris. præcitatis in locis. Bero in d. c. item cum quis. n. 36. & Roland. in cons. 29. n. 4. lib. 1. & Afinius in d. §. 31. c. 34. qui & copiose & doctè explicat.

Decimo octava exceptio, que à statuto non præsumitur reiecta, est illa que dolo aduersarii cauetur. Ita Dec. in d. c. ex parte. il. 2. col. ult. vers. vigesimo secundo fallit. de off. deleg. post Burtrum in cap. cum Bertoldus. col. 2. vers. secundus casus. de re iud. & Francum in d. c. dilectio. qu. 52. in 7. limita. de appella. Idem affirmavit Marf. in cons. 89. nu. 20. & in singul. 96. Socinus Iuni. in cons. 48. n. 52. lib. 2. & Afinius in d. §. 31. c. 43. qui c. 56. errore forte lapsus idem reperit. Qui quidem eo simili adducti sunt, quod quando quis promittit de casu fortuito, intelligitur dummodo non eueniat casus, factio & culpa eius cui facta est promissio l. qui officij. §. ult. ff. de contrah. empt. & l. cum proponas. C. de nuncio favore, & tradunt Rom. in sing. 436. Tufes.

Decimanona exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est illa que opponitur contra executionem. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. ult. vers. 23. de off. deleg. post Bartol. in l. si filius. §. quod cum eo. nec non Canarium, Barzium & Corneum quos recenset. Et quibus accedunt Iason in l. 1. C. de iuris & facti igno. Dec. in cons. 115. & Afinius in d. §. 31. c. 44.

Vigesima exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est illa, que opponitur contra personam iudicis, dum vt suspectus recufatur. Nam remota exceptione, non censetur remota recufatio. Ita Decius in d. c. ex parte. il. 2. col. ult. vers. vigesimo quarto fallit. de off. deleg. post gloss. in c. quoniam contra. in verbo. exceptiones. de probatio. vbi ipse Dec. eandem sententiam probavit Afinius in d. §. 31. c. 45.

Vigesima prima exceptio, que à statuto non præsumitur reiecta, est exceptio solutionis. Ita Decius in d. c. ex parte. col. ult. vers. vigesimo quinto fallit. post Angel. in l. non tantum. §. quod si pro empt. ff. de petit. heredi. Anchar. in cons. 260. & Alex. in cons. 113. lib. 5. Quibus accedunt idem Decius in cons. 317. n. 3. in col. 375. n. 1. & in cons. 562. Afinius in d. §. 31. c. 46. Quoties prudenter constitutum obervatumque fuit, vt aduersus obligationem in forma Camere factam, admitti possit solutionis exceptio, et si alia regulariter excludantur, sicuti tradunt Ant. Massa Galeus in tractat. ad formulam cameralis obligationis. in 4. part. q. 1.

Vigesima secunda exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est que compensationis exceptio, sicuti in specie affirmarunt Angelus, Alexander, Guido Papæ, Iacobus Rebuffus, Baveria & Bertrander, quos recenset & probat Tyrac. in tracta. de retractu consang. §. 3. §. 13. n. 4. sic quoque Gozad. in consil. 69. n. 2. & Gratus in cons. 121. n. 18. lib. 1. & post prædictos Afinius in præcitato c. 46. num. 2. Et his accedunt alii multi congesti à Sebastiano Medices in tractat. de compensationibus. parte secunda quest. 20. Imò si statum dicit, quod nulla alia admittatur exceptio, nisi solutionis, poterit nihilominus admitti exceptio compensationis. Ita Angel. & Alex. relati à Tyracquello. idem docuit Felinus in c. suborta. col. 2. de re iud. & Sebastianus Medices in tractat. de compensatio. in prima part. q. 25. nu. 20. Et huius quidem sententie ratio est, quia que compensatio dicitur solutio, et si improprie, Bartol. & Bald. in l. Iulian. ff. de condit. & demonst. & ob id non dicitur proprie exceptio. Bart. in l. 2. nu. 3. ff. de exceptio. & alios refert Medices in d. 7. 25. n. 20. & in 2. part. q. 19. n. 2.

Cæterum traditio hæc locum non habet quando debitor esset obligatus in forma Camere, atque ita si cum iuramento solvere promissit, nam non poterit liberè opponere exceptionem compensationis, sed iudicis erit arbitrium, pro qualitate personarum & rei admittere, vel reiectere. Ita scripsit Antonius Massa Galeus in tracta. ad formulam Cameralis obligationis, in quarta part. in quest. 2. nu. 6. qui egregie declarat. Et plura ad rem scripsit Medices in præcitato tracta. de compensationibus in 1. part. quest. 25.

Vigesimatertia exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio intentionis & facti. Ita Decius in d. c. ex parte. il. secundo. col. ult. vers. vigesimo sexto. de off. deleg. post Baldum in l. preceptorias. C. sent. rescindi non posse. in l. sancimus. C. de dona. & in l. in rebus. in fine. C. de iure dotium. Idem affirmavit Afinius in d. §. 31. c. 47. Quibus accedit Alexan. in l. qui se debere. n. 1. de condit. causa data.

Vigesima quarta exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est que exceptio Senatusconsulti. Macedoniani & Velleiani. Ita Decius in d. cap. ex parte. col. ult. vers. 27. fallit. & Afinius in d. §. 31. cap. 48. post Canarium, quem recenset.

Vigesima quinta exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est que exceptio usurarum. Ita Dec. in d. c. cap. ex parte. col. 1.

col. ult. vers. 28. fallit. & Afinius in d. §. 31. c. 49. post Castrens. Fredericum Senensem Bonzium.

Vigesima sexta exceptio, que à statuto non præsumitur reiecta, est exceptio falsitatis. Ita Dec. in d. c. ex parte. col. ult. vers. 26. fallit. & Afinius in d. §. 31. c. 50.

Vigesima septima exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio que res que petitur non est in rerum natura. Ita Dec. in d. c. ex parte. in fi. & Afinius in d. §. 31. cap. 51.

Vigesima octava exceptio, que non præsumitur reiecta à statuto, est exceptio restitutionis in integ. Ita Bald. in l. in cause. in prin. ff. de mino. Soc. Sen. cons. 242. col. 1. & fulgus in cons. 299. n. 3. lib. 2. Galliaula in l. centurio. nu. 166. ff. de vulg. & pup. sub. Cæphal. in cons. 53. num. 23. lib. 1. quos refert & sequitur Afinius in d. §. 31. c. 52. Quibus accedunt Iaf. in l. 1. num. 10. ff. de iuris. omn. iud. Mar. in practica criminali. §. oportune. numer. 58. Neuz. cons. 17. num. 7. & communem testatur Sfortia Oddo in tract. de rest. in integ. part. 1. q. 15. art. 5. vers. in contrarium est.

43 Quæ tamen sententia intelligitur nisi statum dicat, que modo aliquo, vel nullo modo admittatur exceptio. nam tunc etiam in integrum restituitur censetur exclusa. Ita Socin. Sen. in cons. 242. col. 1. & 3. & Afinius vbi supra.

Vigesima nona exceptio, que reiecta non præsumitur, est denunciatio evangelica. Ita Bald. in Authent. clericus. col. 3. C. de episc. & cler. Bero. in c. item cum quis. n. 37. in fin. de rest. spol. & Afinius in d. §. 31. c. 34. n. 8. qui alios recenset. Hæc tamen men dici non potest proprie exceptio.

PRÆSUMPT. XLIX.

Tempus certum in iudicio deductum, an & quando præsumatur.

SYMMARIA.

1 Intentio fundata in tempore certo, probari debet ab eo qui in tempore constituit fundamentum. Et quando hoc non habeat locum, n. 2.

RECEPTA est apud nostros sententia, quod vbi intentio factoris, vel rei conuenit, fundata est in certo tempore, illud probari debet ab eo qui in tempore ipso fundamentum constituit. Ita gl. in c. venerabilibus. de sent. excom. in 6. & in clem. ult. in verbo, creatum. de rescript. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. n. 3. ff. de ope. noui nunt. Alex. in cons. 100. num. 2. lib. 1. Dec. in c. in presentia. in 12. notab. de prob. Quæ sententiam probant l. eum actum. in princ. ff. de neg. gest. l. eum qui. §. publiciana. ff. de publicia. in re actio. l. matrem. C. de probl. ult. C. an seruus pro suo facto. c. abbate sane. in fi. de re iud. in 6.

Declaratur hæc traditio non habere locum, quando præsumptio esset pro eo qui se fundaret in tempore. exemplum, si statuto lancitum est, quod nobiles ingredi non possint Palatium, nisi tempore consilii generalis, si accularur nobilis, quod ingressus sit Palatium mense Maio, & ipse nobilis probet, quod eo mense consilium generale fuit in eo palatio congregatum, ex hoc insurgit præsumptio pro nobili accusato, quod scilicet eo tempore consilii ingressus sit, ne alioqui deliquisse videatur contra l. merito. ff. pro socio. Ita Bart. in d. §. sed vt reprobari. nu. 3. quem secuti sunt ad rem nostram Decius in d. c. in presentia. in 12. notab. Corsetus in singulari. in verbo, testis, incipit. duo testes. Ruin. in consilio 29. numero 10. lib. 1. Crauet. in cons. 9. num. 20. & in cons. 18. in fin. & Gram. in cons. 25. num. 10. & 11. in criminalibus. Nec hinc declarationi obstant aliqua, que obiciuntur ab Alexan. in d. l. non solum. §. sciendum. nu. 5. in fi. ff. de oper. noui nunt. nam illis satisfaciemus infr. lib. 5. præsumpt. 2. cum declarabimus, quando delictum præsumatur.

PRÆSUMPT. L.

Ætatem, vel maiorem, vel minorem quis probare debeat, multorum opinionibus confutatis, explicatur.

SYMMARIA.

1 Maiorem quemlibet, nisi probetur minor, secundum quosdam præsumi. 2 Minorem quemlibet præsumi, nisi probetur maior, ex opinione priorum contraria.

- 3 Mutatio non præsumitur. 4 Ætatem, aspectum & effigiem, cursu temporis, homines mutare. 5 Ætatem qui affirmatiue deducit, probare debere. 6 Ætatem probandam ab eo qui commodum ex ea sensurus est, siue affirmatiue, siue negatiue deducatur. 7 Negatiua que dicitur, & que affirmatiua. Quid negatio, quid affirmatio secundum diuersos. 8 Negatiua probari per sepe potest. 9 Negatiua quadruplex, vel iuris, vel facti, qualitatis aut quantitatis. 10 Negatiua iuris quid sit. 11 Negatiua facti improbabilis dicitur, quando simplex est: nec loco carità aut tempore. 12 Sensus omnis passivus dicitur. 13 Negatiua a facti, que possit probari. 14 Negatiua qualitas, quomodo, & a quo probetur. 15 Ætatis negatiua, probari debet ab eo qui eam deducit. 16 Negatiua quantitas probatur ab eo qui eam deducit, & quomodo probetur. n. 17. 18 Ætatem vel affirmatiue vel negatiue deducens probare debet. 19 Tempus deducens, id probare debet, & an id semper sit verum, n. 20. 21 Ætatem minore deducens probare debet, vbi de actu iam gestu irritando agitur. 22 Actus habens formam debitam, præsumptionem pro se habet. 23 Actum impugnans, grauatur onere probationis. 24 Ætas est quia incertum. 25 Incertum deducens, probare debet. 26 Beneficium alicui tanquam inhabili concessum probat is qui affirmat. 27 Maior præsumitur, qui pro tali fuit condemnatus. 28 Ætatem deducens probare non debet, quando ad actum iustificandum deducitur. 29 Professionem religionis faciens, præsumitur facere iusta ætate. 30 Ætatem deducens probare debet, quando respectu actus futuri delucitur, ad illum impediendum. 31 Dolus arguens, eum probat. 32 Ætas probari debet ab eo qui vt aliquid consequatur, habilem se dicit & idoneum. 33 Conditionem afferens enenisse, probare debet. 34 Substitutio pupillaris, est substitutio quedam sub conditione facta. 35 Hereditas ab intestato venientibus legibus dispositione debetur. 36 Regula l. quousque. ff. de reb. dub. locum non habet, quando de notabili præiudicio alterius agitur. 37 Ætatis præsumptio, & coniectura demonstratiua, stans pro eo, qui eam allegat, probationis est loco. 38 Aspectus corporis, pro ætate præsumptionem facit, versaturque iudicis arbitrium. n. 39. 40 Minor præsumitur, cui tanquam minori datus est curator, & quomodo procedat ista præsumptio. 41 Actus iudiciales solemniter factos, etiam contra alios facere præsumptionem. 42 Sententia super ætate lata, quomodo fidem faciat in alio iudicio. 43 Litigans cum aliquo tanquam minore, præsumitur eum minorem confiteri.

IN iudiciis valde frequens est disputatio, vel ad litem preparandam inchoadamque, vel ad iudicium ipsum firmandum, quis debeat probare ætatem in iudicio propositam atque deductam. Qua quidem de re multæ, varietate fuerunt Doctorem opinionones.

Prima fuit eorum, qui scripserunt, quod quis præsumitur maior, nisi probetur minor, ita gl. in c. in presentia, in verbo, secundæ, de probat. que sic intelligit l. si minorem. C. de in integr. restit. mino. & l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.

Verum opinionem hanc reiciunt omnes, vt Abbas in d. c. in presentia. n. 32. vers. sed quero, quomodo. & ibidem Decius n. 58. de probatio. Parisius nu. 68. & Bero. nu. 102. nam illa iura legata à glossa, loquuntur, quando quis asserit se minorem, vt consequatur restitutionem in integrum, quia tunc debet probare quod est suæ intentionis fundamentum: vel ob id quod iam tanquam maior contraxerit. vel ob id, quod ea que tempore mutantur, non præsumuntur esse eiusdem status. Non ergo cogitur probare ob id, quod præsumptio sit esse maiorem.

Secunda fuit opinio præcedenti omnino contraria, nempe, que quilibet præsumi minorem, nisi probetur maior, hac in opinione fuit gloss. in l. de ætate, in verb. probandum, in fin. ff. de minor. & hac pro opinione adduci solet text. in l. siue possidetis. C. de probat. quo loci dicitur, quod is qui præterito tempore fuit dominus, præsumitur etiam nunc dominus: sic ergo & qui minor fuit, præsumitur adhuc minor. Est ratio, quia mutatio non præsumitur, l. eum qui. ff. de

probat. & dicemus infra lib. 6. præsump. Verum responderetur, regulam d. l. siue possidetis. qua dicimus, præsumi de præterito in præteritis, vel in futurum locum non habere in his, quæ cursu temporis mutantur: ita declarant in specie gloss. in d. l. siue possidetis. & apertius in l. cum te. C. de probat. Abb. in d. c. in præsentia, num. 33. & similib. in casib. eandem declarationem probant Bald. & Salic. in l. si minorem, col. 1. C. de in integr. rest. mino. Anch. in l. semel malus, col. pen. de reg. iur. in 6. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump. 25. nu. 1. vers. & dicta. & alios retuli superiori lib. qu. 23. & in specie probat l. cum te. C. de probat. Quod autem homines cursu temporis mutant ætatem, & certissimum esse nemo ignorat. In d. & effigiem aspectumque mutare probat tex. valde notabilis, in l. proponatur, ff. de iudic.

Tertia fuit opinio eorum, qui existimant, illi incumbere onus probandi ætatem, qui eam confirmatiue deducit, atque proponit. hanc opinionem tenent Bartol. in d. l. de ætate, num. 13. & verè ita sentit Specula. in tit. de aetate, num. 4. qui ob id cautelam præbuit, quod quis negatiue semper proponat, seu deducat ætatem, vel putat, non esse maior, vel tu non es minor: vel nego, vel non ciedo te esse maiorem, vel minorem. Ea ratione motus est Speculator, quia illi, qui asserit, non autem illi, qui negat, incumbit onus probandi, l. ei qui, ff. de probat. & l. actor. C. cod. Verum à cæteris relictur hæc opinio nempe à Io. And. in ca. infamibus, col. 3. vers. 2. suis opin. de reg. iur. in 6. à Bart. in d. l. de ætate, nu. 12. vers. in dicit. & Luc. de Pen. in l. i. col. vlt. C. de fid. instrum. & iur. hæc ass. fiscal. lib. 10. & idem sentierunt Bononenses, qui prouidentur statuerunt in statuto, Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. s. in autem veniat, quod siue negatiue, & siue affirmatiue deducatur ætas, quod is probet, qui commodum ex ætate senturus est.

Primo, quia (vt inquit Bartol.) in l. de ætate, nu. 12. non est curandum, quibus verbis aliquid proponatur, sed spectandus est sensus. & hac in re Bart. secuti sunt Bald. in l. cum te. qu. vlt. C. de probat. & Rip. in l. in illa, nu. 12. ff. de verb. obli. & in ca. cum ecclesia Surina, nu. 71. de caus. poss. & prop. Non enim verba vel negatiua, vel affirmatiua efficiunt, vt dicatur deducit, & proposita, vel negatiua, vel affirmatiua, glo. in l. vlt. in fin. ff. de doli mali, & motus excep. l. 1. §. 1. ff. de iur. acti. que prius. & l. inuer stipul. in princ. de verb. obli. sed illa dicitur esse negatiua, & quæ priuationem continet: illa vero appellatur affirmatiua, quæ positionem habet, vel secundum Arist. lib. 1. Peri Hermetias, seu de Interpretat. c. 4. Assertio est, de aliquo, alicuius enunciatio. Negatio autem, enunciatio qua aliquid ab aliquo dimouetur: vel secundum Dialecticos, præsertim Georg. Trapezunt. assertio est oratio, qua alicui quidpiam inesse dicitur, vt Deus est iustus: Homo est animal. negatio est oratio, qua per negationem prædicatum à subiecto remouetur, vt homo non est iustus. non est ergo verum, quod dicebat Specul. negatiuam dici, quæ verbis negatiuis proponitur, sed spectandus est sensus. Quocirca declaratur quod dicebat Bal. in l. 2. in fi. C. de cond. in ser. ex l. Titia. §. vlt. de manumiss. test. quod negatiua nunquam dicitur affirmare. Nam id intelligitur secundum verba, non autem secundum sensum. Est simile quod tradit gl. in l. Plant. in gl. vlt. ff. de aur. & arg. leg.

Secundo accedit secundum Bart. in d. l. de ætate, nu. 13. falsum esse, quod absolute dixit Specul. negatiuam esse improbabilem: nam & persèpe negatiua probari potest, id quod vt clarius intelligatur, dicimus primum, negatiuam non quadruplicem esse, vna dicitur iuris, vt aliquem testari non potuisse. Altera dicitur facti, vt aliquid factum non fuisse. Tertia est negatiua qualitatibus, vt aliquem non esse idoneum, vitium bonum. Quarta est negatiua, quæ dicitur quantitatis, vt non esse tanti ponderis, tantæ mensuræ, tanti numeri. ita declarat gl. 2. ff. de prob. & post alios Rip. in l. in illa, nu. 12. ff. de verb. obli. & in ca. cum eccles. Surina, num. 72. de caus. poss. & propr. & melius Salic. in l. actor, col. 3. vers. nunc reassumo materiam. C. de probat.

Prima negatiua, quæ iuris dicitur, est, quando aliquis negat aliquid à lege permittum, vt tunc si id est regulariter missum, vt putat, esse procuratorem, l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. mar. qui negat aliquem esse posse procuratorem, probare debet, qua regula, ei repugnat. Secunda est negatiua, quæ facti dicitur. Et hæc est improbabilis, quando est omnino simplex: atque ita primus est casus: quando non est coarctata nec loco, nec tempore: vt si nego, dico me nunquam contraxisse. Hæc enim minimè probabilis est: cum impossibile sit probare, aliquem nunquam contraxisse, cum hoc non cadit in sensu. & consequenter nec in intellectu, vt inquit Bald. in l. actor, columna 2. Cod. de probatio. Non enim negatiua hæc se offert sensui, ex quo omnis sensus est passio, qua patitur ab excellenti sensibili, sicuti conclusus à radiis solis, vel ab alia albedine. Quæ sanè passio in

eo quod non est, cadere non potest, vt inquit Aristor. in 2. de anima. Et præterea scientia causatur per genus, & differentias, quæ non cadunt in non ente, nempe, in eo quod non est. Idem dicimus de ea negatiua, quæ est coarctata, sed ita modicè & parum, vt cadere minimè possit in scientiam hominis, testimonium dicere volentis, vt si propono me hoc anno non contraxisse. Non enim hoc casu reperiri possunt testes, qui iuste possint attestari, me non contraxisse. Ita Bald. in d. l. actor, col. 3. C. de probatio. Ea est ratio, quia hæc negatiua, ob suam latitudinem iudicatur negatiua simplex, & vniuersalis.

Secundus est casus, quando negatiua est coarctata loco, & tempore, vt si dico, me tali die & hora non contraxisse in tali loco, & loco loci. Quæ sanè coarctatio maxima est, & idèò facile probari potest testibus, qui attestentur, quod ea die, & hora, ego eram alio in loco. Idem est, quando est mediocriter coarctata vel ratione loci, vel ratione temporis. Ita declarat Baldus in d. l. actor, col. 2. C. de probat. & Ripa in l. in illa, in fi. de verb. obligat. De hac negatiua facti, nostra etiam non est disputatio.

Tertia est negatiua, quæ dicitur qualitatibus, vt putat, aliquem non esse idoneum, non esse dignum, non esse diligentem. Hæc probari potest, cum inclusam habeat affirmatiuam, nempe, esse inhabilem, esse indignum, esse negligentem, & desidem. Et hanc negatiuam probare debet ille, qui eam deducit, & proponit. Ita glo. in d. l. 2. in vers. negatiua qualitatibus, ff. de probat. Quæ quidem citat text. in l. cum quidam ita fideicommissum in 2. respon. de leg. ar. 2. & l. cum pater, §. rogo, de leg. 2. & egregiè declarat Salicet. in l. actor, col. 3. vers. secundum quæro. C. de probat. cum ergo hæc negatiua ætatis sit negatiua qualitatibus, nempe dempnonium non esse pupillum, non esse minorem, non esse iuuenem, non esse senem, probari potest ab eo, qui eam deducit.

Quarta est negatiua, quæ dicitur quantitatis: hæc probabilis est, & ab eo probari debet, qui eam deducit. Ita in specie docuit Salicet. in d. l. actor, col. vlt. vers. quæro nunc quarto. C. de probat. qui dixit, quod quantitas ætatis, quod scilicet quis non habeat tot annos, probatur à deducente, qui probat per tempus suæ natiuitatis, vt putat, quod sit natus tali anno, à quo hæctenus decursi non sunt nisi tot anni. Ita etiam negatiua in similibus casibus quantitatis probatur, putat, si dicatur, quod res non est tanti ponderis, vel tanti numeri, vel tantæ mensuræ. Hæc sanè negatiua probatur vel testibus, vel inspectione oculorum. Possunt enim interrogari testes, qui adfuerunt tempore ponderationis, mensurationis, vel numerationis, sicuti manifestum est.

Quarta fuit opinio, & quidem egregia Baldi in l. cum te. C. de probat. & Floriani in l. cum de ætate, nu. 6. ff. de probat. qui distinguunt aliquot casus. Verum cum non satis perfecte distinguant, & explicent, infra nos, cum in multis secuti, plenius distinguemus.

Quinta est opinio eorum, qui scripserunt, eum, & qui deducit ætatem, vel affirmatiue, vel negatiue probare eam debere. Hanc opinionem probant Bartol. in l. de ætate, nu. 12. ff. de minor. 25. annis. & in l. 1. in fin. ff. de exceptio. & in cons. 92. in questione, num. 1. l. 1. Bald. in cons. 264. factum tale est, lib. 1. in cons. 133. in casu proposito, lib. 3. in cons. 1. in fin. lib. 4. & in cons. 19. factum tale est, lib. 5. Idem Bald. & latius Salicet. in l. si minorem, col. 2. vers. aut dubitatur de præsentia. C. de in integr. rest. minor. idem Salicet. in l. cum te. C. de probat. Geminian. in c. si eo tempore, de rescript. in 6. Calder. in cons. 5. in tit. de probatio. Imol. in cons. 23. in casu præmissis, num. 2. Alex. in cons. 149. nu. 12. lib. 5. Calcan. in cons. 80. nu. 17. Decius in cons. 682. nu. 13. & in c. in præsentia, nu. 50. de probat. & ibid. Bero. nu. 101. post Abbat. nu. 32. Lucas de Penna in l. 1. col. pen. vers. sed Ioan. Andree. C. de fid. instrum. & iur. hæc ass. fiscal. lib. 10. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. nu. 2. Gozadin. in cons. 32. nu. 13. Socin. Jun. in cons. 82. nu. 12. lib. 2. Emil. Ferrer. in l. cum de ætate, nu. 6. ff. de probat. Marant. in l. si potest, nu. 221. ff. de acqui. her. Vituius in lib. commun. opinio. in verbo, ætas, nu. 10. Ioseph. Ludoui. in decis. Perus. in decis. 6. Duen. in reg. 258. Natta in cons. 514. num. 12. Rimin. Jun. in l. si emancipati, num. 71. C. de colat. Borgn. Cauat. in tract. de tut. & cur. numero 293. & Sfortia Oddo in tract. de restitu. in integr. in 1. part. questio. 37. numero 3. vers. sed contra. Mascard. in lib. 2. de probatio. conclus. 666. colum. 1. & Vincentius Francus benè eruditus Iuriconsultus, in decisionibus Neapolitanis, in decisio. 119. numero 8. Et ij adducti sunt ex dicta l. de ætate, ff. de minoribus. ex l. si minorem. Codic. de in integrum restitutionem. minor. & ex l. cum te. Codic. de probationibus. Accedit & regula, quod is, qui asserit, probare debet, l. ei qui, ff. de probation. & l. actor. Codic. eodem. Et rursus hic, qui ætatem deducit, dicitur deducere tempus. Est autem certum, quod deducens & tempus, debet illud probare, leg. cum actum, 19. in princip. ff. de negotiis gestis. l. cum qui, §. publiciana. ff. de public.

blic. in rem actio. & l. matrem. C. de probat. gloss. in cap. venerabilis, in glo. penultim. de sentent. excommuni. in 6. & Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari, numero 3. ff. de operis noni nunciat.

Cæterum opinio hæc non est absolute vera: Cum non zotemper & verum sit, quod is, qui asserit tempus, probare illud debeat, sicuti subsequenti in casu demonstrabimus.

Sexta itaque est opinio, vel verius distinctio, quam ego nunc considero, secutus & communem ipsam supra relatam sententiam, & distinctionem Baldi & Floriani iam commemoratam, eam tamen aliqua in parte supplendo. Considero itaque, quod actus omnes vel iam facti sunt, vel fieri debent, atque ita vel præteritum, vel futurum respiciunt. Actus iam facti, vel impugnantur, vel iustificuntur. Actus vero qui in futurum fieri debent, vel impediuntur, ne fiant, vel vt fiant, demonstranda est personæ habilitas.

Primus itaque est casus, quando agitur de actu iam gesto impugnando, & irritando: sicuti quando quis vult rescindere contractum mediante restitutione in integrum, ob id, quod tanquam minor contraxit, & læsus est. Hoc casu certum est, quod ille, qui minorem ætatem deducit, eam probare debet. Ita Bal. in consil. 66. factum tale est, apparet, colum. 1. vers. quoad vltimum, lib. tertio. Florianus in l. cum de ætate, nu. 7. ff. de probat. Decius in consil. 682. nu. 13. & Gozadin. in cons. 22. nu. 13. Et sententiam hanc sapienter secuti sunt Bononenses in prædicto eorum statuto, Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. §. sed si restitutione. Et ij quidem adducti sunt ex d. l. de ætate, ff. de minor. l. si minorem. C. de in integr. rest. mino. Et accedit ratio, quod præsumitur pro actu, & qui habet debitam formam, l. ab ea parte, ff. de probat. & post Bald. & alios scripsit Decius in l. vltim. numero 14. C. de edicto. D. Adr. sol. & in c. in præsentia, nu. 10. de probat. & copiose differemus infra lib. 6. præsumptio. 13. Qui ergo vult impugnare factum, dicitur habere præsumptionem contra se, ob id grauat probatio nis onere iuxta l. generaliter. §. si petium, in fin. ff. de fideicommiss. liberto. Et rursus, ætas est quid incertum, cum quotidie fugiat, quotidie mutetur, l. proponatur, ff. de iudic. & egregiè explicat Alexan. ab Alexand. li. 3. dierum genial. cap. 1. Ille autem, qui deducit aliquid incertum, & probare debet, l. spandonium. §. qui solutus. ff. de excusat. tutor. Et tandem accedit, quod ille, qui deducit tempus, probare illud debet, l. eum actum, in princip. ff. de negot. gest. cum aliis supra alleg. cum autem quis vult præteritum minoris ætatis contractum rescindi, tempus illius minoris ætatis deducit. Debet ergo ætatem illam probare. Et hic casus multo magis procedit, quando in contractu adhibitum fuit decretum prætoris. Ita Bald. in d. cons. 16. sexagesimo sexto, colum. prima libro 3. & in consil. secundo libro 4.

Extenditur hic casus, vt procedat etiam quando ætas accessorie allegatur ad actus impugnationem. Nam & tunc eam deducens probare debet. Ita docuit Aemilius Ferretus in l. cum de ætate, numero septimo, ff. de probat. reiecta opinione Decij in d. cap. in præsentia, numero quinquagesimo, vers. & prædicta conclusio, de probatio. & prius Abbatis numero trigesimo secundo, & 33. Non enim Decij tradidit probatur eo contextu, c. in præsentia, de probatio. quandoquidem fratres ibi petebant fideicommissum, & sibi deberi probant ex testamento: syndicus monasterij obiecit dicationem factam à testatore, eumque monasterio obulisse se & suamque probantur. Replacant fratres, eam oblationem fuisse factam à minore, idque docuerunt verum esse. Triplicauit syndicus, factam esse aliam oblationem post priorem: contra hanc similiter allegant fratres, factam fuisse à minore, sed hoc non probantur. Et ideo contra eos lata fuit sententia. Hic quidem agitur de ætate accessorie, sed tamen eam probare debet is, qui eam allegat ad impugnandum actum, nempe oblationem à testatore factam. Non etiam probat Decij traditionem e. cum vitrum, de regular. cum nil de ætate deducta principaliter, vel incidenter probanda dicatur. Cæterum statutum prædictum Bononiæ, §. si autem veniat, vers. sed si de ætate. Itauisse mihi videtur, quod quisque ille sit, qui vel aliud sui commodum, vel alio quouis modo deducit ætatem incidenter post licem contestatam, eam is probet. Ita enim significant illa verba, sed si de ætate, quæ aduersantur præcedentibus.

Ex prædictis nunc multa inferuntur: ac primum inferitur, quod si quis asserit aliquem cui collatum fuit beneficium, esse ætate minorem, atque ita inhabilem, probare id debet. Ioan. Andree. in c. infamibus, col. 3. de reg. iur. in 6. Bald. in l. cum te. C. de probat. Alex. in consil. centesimo quadragesimo septimo, nu. 16. lib. 5. Florian. in d. l. cum de ætate, nu. 6. ff. de proba. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsu. 14. nu. 2. Socin. Jun. in consilio 82. nu. 12. lib. 2. & Mascard. lib. 2. de probat. concl. 666. nu. 8. Hinc

defendi potest quod scripsit gloss. in l. 3. in verb. commisse, in fin. ff. de recept. arbit. cum dixit, eum præsumi maiorem, qui pro tali fuit condemnatus, & idèò si is vult impugnare sententiam eo sub prætextu, quod esset minor, probare id debet. Et gloss. illam secutus est Lucas de Penna in l. 3. præsump. 35. C. de apochis publ. lib. 10.

Est simile quod docuit Galliaula in Rubr. ff. de verborum obligationum numero 161. vers. unde hoc casu. cum dixit, quod ille, qui iam admissum ad officium, vult repellere tanquam illegitimum, probare debet, argument. cap. innotuit, de actio.

Secundus est casus, quando ætas deducitur ad iustificandum actum, exempli gratia, deducitur ætas pupillaris ad demonstrandum rectè tutorem alicui datum fuisse tanquam pupillo. Iste deducens ætatem hanc probare non debet. Ita Floria. in d. l. cum de ætate, numero 7. ff. de probat. ex text. l. Sei. egressa. ff. de iuro. & curat. datis ab his. Potest etiam adferri exemplum in eo, qui ad aliquod officium vel magistratum est electus, eoque fungitur. Is enim non tenetur probare se esse legitimæ ætatis, vt iustificet electionem suam. Ita Cyn. & Bald. in l. cum te, C. de probat. & ibidem Salicet. colum. vltim. vers. aut queritur de istis. & Alciat. in d. præsumpt. 14. num. 3. vers. tertio fallit. Ea est ratio, quia præsumptio stat pro ipsa electione, quod scilicet fuerit legitimæ ætatis. Et hic nullius præiudicium versatur. Ita dicimus secundum Alcia. p. citato in loco, quod ille, qui professionem & religionis fecit, præsumptionem habet pro se, quod ætate legitima eam fecerit, vt inquit glo. in d. c. in præsentia, de probat. & idèò non tenetur probare se esse legitimæ ætatis. Et his intelligimus, statutum prædictum Bononiæ. Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. §. si autem veniat, ibi, vel conseruare, esse iuris communis correctorium, ex quo vult, eum etiam probare debere ætatem, qui agit de iure conseruando, quod idem est ac iustificare, cum præsupponatur eum esse in possessione status & actus, qui est iustificandus.

Tertius est casus, quando respectu actus futuri deducitur ætas ad impediendum ne actus fiat, seu ne quis admittatur ad aliquod officium, vel munus. Hoc casu, qui ætatem deducit, probare eam debet. Exemplum, si quis vult impedire, atque ita repellere aliquem, ne possit esse procurator in iudicio, asserendo illum esse minorem, probare id debet, siue Actor, siue Reus sit iste, qui asserit. Ita Petrus, Cynus & Salicet. in l. cum te. C. de probat. Ioan. Andree. in c. infamibus, de reg. iur. in 6. Lucas de Penna in l. 1. col. vlt. C. de fide instrum. & iur. hæc ass. fiscal. lib. 10. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. num. 2. Potest etiam adferri exemplum, quod si quis asserit matrem pupilli esse, ab ipsius pupilli successione repellendam ob id, quod non petierit tutorem dari ipsi pupillo, iuxta l. matris. C. ad Testul. probare debet filium illum fuisse pupillum. Ita respondit Bal. in cons. 19. factum tale est, qui dam V. anus, col. 2. vers. præterea iste, li. 5. quem secutus est Alciat. in d. præsumpt. 14. num. 2. Ea ratione motus est Bal. quod hic qui asserit matrem non petiisse tutorem, arguit matrem negligentiam, & eam criminis quodammodo accusat, & dolum ei adscribit, capiopter probare debet filium illum fuisse tunc pupillum. Nam qui dolum & arguit, probare debet, 31. l. quoties, §. qui dolo. ff. de probat. & dicemus infra lib. 5. præsumpt. 27.

Est etiam exemplum in casu, cuius meminuit Alciat. in d. præsumpt. 14. num. 4. quod si pater grauaui filium fideicommissum, concessa tamen sibi libera testandi facultate, cum ad vigesimum annum peruenerit, & ipse fuerit testatus, fideicommissarii non grauauntur onere probandi, quod is grauaus esset infra illam ætatem: sed hæredes ab illo instituti probantur, quod is grauaus eius ætatis, cum testaretur. Ea est ratio (inquit Alciat.) quia iste actus testandi directò respicit præiudicium fideicommissariorum. Et idèò hoc casu statum regulæ. Et subiungit Alciat. se ita aliquando vidisse obseruari in foro.

Quartus est casus, quando aliquis deducit ætatem ad demonstrandum se esse idoneum & inhabilem, vt aliquid consequatur. Exempli gratia, collatum est alicui beneficium, si legitimæ ætatis est obicitur huic, quod non est legitimæ ætatis, vt admitti debeat. Hic clericus, vt demonstrat se habilem & idoneum, probare debet se esse maiorem, atque ita ætatis legitimæ. Ita Ioan. Andree. in cap. infamibus, colum. 3. de regul. iur. in 6. Salicet. in l. cum te, colum. 2. vers. ff. de queritur. C. de probatio. Florian. in dicta l. cum de ætate, numero 7. de probatio. Alciat. in dicta præsumpt. 14. num. 13. vers. fallit secundo, qui ita intelligit glossam in cap. byster. 68. distinctio. & sequitur Mascardus in dicta conclus. 666. numero quadragesimo quinq. & idem decidit Rota Romana referente Verallo in decisio. 313. in prima parte. Et cum iure ipso conuenit prædictum statutum Bononiæ, §. si autem, ibi, volens ex ætate

33 *maiori vel minori commodum. Ea est huius sententiæ ratio, quia* *† qui assentit euenisse conditionem, probare id debet, in fidei-* *commissi. §. cum Pollidius. ff. de usufr. l. ex his. C. quando dies legat.* *cedat.*

Potest adferri aliud exemplum: Pater substituit filio suo impuberi Caium, si is filius impubes in ætate pupillari decessisset. Decessit is filius, Caius uult adire ex ea substitutione pupillari, asserens filium illum fuisse pupillaris ætatis, quando decessit. Hic ergo Caius substitutus probare debet ætatem illam pupillarem illius filij præmortui. Ita sentit Bald. in consi. 19. factum tale est. quidam V. anus, in l. dubio. & in consi. 145. in causa uertente inter dominam, versicul. sicut ille, qui dicit. l. b. 5. & illum secutus est Socin. in l. qui duos. §. cum in bello. colum. vltim. ff. de rebus dub. Idem affirmant Bartol. in consi. 56. Berta fecit testamentum, libro primo. Ripa l. ex factis. §. penultim. numero 11. ff. ad Trebel. Didacus lib. 2. uariarum resolutio. cap. 7. numer. 7. vers. & sicuti. Aemil. Ferrerius in l. cum de ætate, in fine. ff. de probatio. & Natta in consi. 395. numer. 4.

34 *libro 2. Ea est ratio, quia substitutio † pupillaris est quedam* *substitutio sub conditione facta, hoc est si ille pupillus decesserit in ætate pupillari. At ille qui assentit euenisse conditionem, probare debet, d. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius.*

35 *Secundo accedit quod uenientibus † ab intestato, debetur* *hæreditas legis, dispositione l. legitima. ff. de uerborum signifi-* *cat. cum similib. At qui uult excludere aliquem ab eo iure, quod sibi competit iure uel naturali, uel ciuili, probare debet causam, ob quam ille excluditur: cum iste habeat legem pro se, atque ita præsumptionem l. ab ea parte. ff. de probat. Ergo substitutus probare debet mortem pupilli.*

Quibus constat minus recte sensisse eos, qui existimauerunt, quod non ipse substitutus teneat probare, filium illum fuisse ætatis pupillaris, quando decessit: sed hoc onus pettinere ad uenientes ab intestato. Quia in opinione fuerunt Ioan. Baptista à Sancto Seuerino in l. precibus, numero 83. C. de impuber. & alii iustitiae. Deci. in c. in presentia, numero 50. vers. prædictis etiam aide, de probatio. Sapia in d. l. de ætate, numero 52. Curti. Iuni. in d. l. precibus, numero 9. Alciat. in dicta præsumptio. 14. numero quarto, versicul. & facit. quod & Malcardus in dicta conclus. 666. numero 39. Et ij quidem affirmant ita respondisse Bald. in consi. quod incipit, ex parte contingente quod sanè responsum inuenire hætenus non potui. In hac opinione ij adducti sunt. Primo Lex factis. §. penultim. ff. ad Trebellian. Verum omittis interpretationibus Ripæ ibidem numero undecimo & Natta in d. consi. 395. numero septimo, responderi potest, ibi primum statuisse Ylpianum, quod decessentibus eodem naufragio patre, & filio, præsumitur patrem superuixisse filio, atque ita patrem deinde decessisse nullis relictis filijs. Quod quia ratione sit factum, dicemus inf. libr. 6. præsumpt. ubi explicabimus, ex duob. mortuis naufragio, quorum prius decessisse præsumatur. Hac itaque præsumptione posita, sequitur uerum esse, quod subiungit Vp., euenisse conditionem, atque ita locum esse restitutioni fideicommissi. Non ita est in substitutione pupillari: cum lex non statuerit, illum præsumi decessisse in pupillari ætate.

Secundo adducitur, quod ita est dicendum favore substitutionis pupillaris, ut ualeat, argum. l. quoties. ff. de rebus dub. cum similibus.

Respondetur, quod immò fauor substitutionis non est considerabilis, ut probat text. l. sed & in illo. ff. de rebus dub. ubi mortuis simul instituto, & substituto, non præsumitur prius mors pupilli, ut substitutio effectum habeat: immò ea perit, & extinguitur. Nec repugnat regula dicta l. quoties. ff. de rebus dubiis. quia † illa non habet locum, ubi agitur de notabili præiudicio alterius, ut declarat Decius in c. super eodem. colum: secunda. versic. alias secus, de offic. delega.

36 *Declaratur nunc tres illi casus, in quibus diximus ætatem* *probari debere ab eo, qui uel actum impugnat, uel impedi-* *re uult, ne fiat, uel tanquam habilis admitti: ij sanè casus* *declaratur, ut locum non habeant, † quando coniectura,* *& præsumptio ætatis demonstratiua, stat pro eo, qui ætatem* *hanc allegat. Nam tunc præsumptio, & coniectura stat loco* *probationis, donec contrarium probetur, iuxta l. generaliter. §. si petiitum, in fine. ff. de fideicommissi. liber. Et in probanda ipsa ætate coniecturas sufficere diximus supra.*

38 *Prima est coniectura, quando corporis † aspectus aliter* *demonstrat. Nam cum aspectus præsumptionem faciat, il-* *lum tantæ esse ætatis, l. minor. 25. annis adito Præside. ff. de mi-* *nor. & scribunt Bartol. in dicta l. de ætate, numero 10. ff. de mi-* *nor. dicendum est, hunc proponentem ætatem, satis habere* *fundatam intentionem, & eius aduersarium debere*

probare contrarium: sicuti in specie declarat Bald. in consi. 418. lib. 2. Alberic. in l. de ætate, numero 2. in fine. ff. de minor. 25. annis. in l. si minorem, colum. 1. & ibidem Salicet. C. de in integrum restit. minor. Alciatus in tractatu de præsumptio. regul. 2. præsumptio. 14. numero tertio, versic. fallit primo. Grammat. in decif. 48. num. 16. & in consi. quarto, numero 9. in criminal. & in uoto. 14. numero tertio & quarto. Malcardus in dicta conclus. 667. num. 1. & Sfortia Oddo in tractatu de in integrum restituit. quæstio. 37. num. 12. & uersatur hic † iudicis arbitrium, ut scripsi 39 in libr. 2. de arbitrat. iudic. casu. 117. Et de probatione ætatis per testes deponentes de aspectu, dicemus in subsequenti præsumptione.

Secunda est præsumptio & coniectura, quando alicui datus fuit curator, tanquam † minori. Nam tunc præsumitur minor. Ita Bald. in d. consilio. 264. in fin. libro secundo, & in l. cum te, columna 1. versicul. interdum ætas allegatur. C. de probat. & ibidem Angel. Imol. in consi. 23. numero 2. Alexand. in consi. 21. num. 1. libro 1. & in consi. 147. numero 10. lib. 7. Corneus in consi. 69. numero secundo, libro primo. Ruin. cons. 99. num. 5. libr. 4. Deci. in consi. 86. num. 7. in fine. 525. num. 5. in fine. & in c. cum venerabilis, numero 26. de exceptio. Iacobin. in l. cum de ætate, in fin. ff. de probatio. Petrus Beninéd. in decif. 82. Borgnin. Cauale. in tractatu de tutore, & curato. numero 294. Sfortia Oddo in dicta quæstio. 37. num. 13. & num. 90. Malcard. in lib. 2. de probatio. conclus. 666. num. 55. & in conclus. 674. qui latius explicat. Hæc coniectura probatur ex d. l. cum te. C. de probat. Et hanc esse præsumptionem iuris, scripsit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præsumpt. §. species, numero 5. in uerbo, in prædictis.

Cæterum Alexand. in consi. 21. num. 1. lib. 1. intelligit coniecturam hanc locum habere quoad eum, cuius causa datus fuit curator, non autem quoad cæteros omnes: cum quoad reliquos, sit res inter alios acta, quæ nil præiudicat, l. unica. C. res inter alios acta. Alia est distinctio, quam facit Alciat. in d. præsumpt. 14. in fin. quem uisus est sequi Malcard. in conclus. 674. num. 10. Inquit Alciat. aut datio curatoris facta ad alicuius instantiam, facta fuit sine causæ cognitione, & quodammodo extraiudicialiter. Et tunc procedit Alexand. declaratio. Aut curator datus fuit solemniter adhibita scilicet causæ cognitione, in contradictorio iudicio: Et tunc minor illa ætas satis dicitur probata, etiam quoad cæteros omnes. Atque ita procedit indistinctè illa opinio Baldi, Angeli, & sequacium. Ea est ratio, quia actus iste solemniter iudicialiter factus, præsumptionem facit, iuxta doctrinam Alexand. in l. sepe, num. 71. versic. fortius dixit. qui ait, facere semiplenam probationem. ff. de re iudic. & Tyraquel. in tract. res inter alios acta, limit. 19. Cum dixerunt, actus † iudicialiter facere præsumptionem contra alios. Quæ sanè præsumptio sufficit isto in casu, ut diximus supra. Et comprobatur secundum Alciat. loco præalleg. auctoritate Abb. in c. cum inter. il. 2. de electio. cum dixit, quod si quis reiectus est ab electione, ob morbum, talis reiectio operatur quoad alias electiones, nisi probaretur sanitas. Quandoquidem illa reiectio facta causâ cognita, præsumptionem facit quoad alias electiones.

Verum huic distinctioni repugnat quod scripsit Bartolus in hac l. de ætate, num. 16. cum dixit, quod nec confessio, nec probatio ætatis facta in iudicio contradictorio, alteri nocet: & ita. men solemniter ibi omnia fuerunt.

Crediderim rectius distingui posse ex mente Salice. in l. si minorem, colum. penult. versic. quarto, quidam. C. de in integrum restituit. minor. & Ruini in consi. 99. num. 6. lib. 4. quod aut minori datus est curator respectu certæ causæ, & certæ personæ. Et tunc datio hæc non facit coniecturam inter alios, ex quo restricta est datio ad illam causam, & illas personas: & limitata causa, limitatum fecit effectum, l. in agris. ff. de acqu. rerum dom. Et hoc in casu procedit opinio, & declaratio Alex. Aut datus est curator minori simpliciter, & absolute: & hoc casu illa datio probat illum fuisse minorem quoad omnes, & quoscunq., qui deinde cum eo contraxerunt. Et hoc in casu procedit prima illa opinio Baldi, & Alberi. & Salicet. Et prædicta quidem coniectura procedit respectu illius temporis, quo datus fuit curator: non autem si deinde alius actus post ab eo confectus sit. Ita declarat Imol. in d. consi. 23. num. 2. Et confert quod tradit Bart. in d. l. de ætate, num. 17. de minor. cum dixit, † sententiam latam super ætate, fident 42 quidem facere in alio iudicio, respectu ætatis illius temporis, quo lata fuit.

37 *Tertia est præsumptio, & coniectura, quando quis † liti-* *garet cum aliquo tanquam cum minore. Nam ex eo fatenti* *diceretur, eum esse minorem, & consequenter ipse liti-* *gans teneatur probare, illum esse reuera minorem. Ita doc-* *uit Bald. in l. secunda. §. quod obseruari. Cod. de iureiur. propter* *calum. dan. & in l. cum te. C. de probat. & responderunt Alexand.* *in consi. 21. numero 2. libro 1. Riminal. Seni. in consi. 108. num. 20.* *libro 10.*

libr. 1. Iacobin. in d. l. cum de ætate, in fin. de probat. idem sentit Alciat. in respon. 520. num. 3. & Sfortia Oddo in d. q. 37. nume. 15.

PRÆSUMPT. LI.

Ætatem hominis præsumptionibus & coniecturis interdum probari, & ex quibus hæc præsumptiones alieque probationes ducantur, uariè, & dilucidè explicatur.

SVMARIA.

- 1 *Natiuitatis punctus cum sit probationis, coniecturis, & præ-* *sumptionibus satis probatur.*
- 2 *Ætas uel maior, uel minor generatim probanda, † est acè diffi-* *cilis probationis.*
- 3 *Quomodo autem probatiua ea fiat, nu. 3. 8. 11. 29. 33. 38. 42. 53. &* *57.*
- 4 *Venetorum inter nobiles, profitendæ natiuitatis, consuetudo.*
- 5 *Libris, & actis publicis quomodo non habeatur fides, & num.* *6. & 7.*
- 9 *Scripturæ, & libri pudentum an plene probent liberorum ætate,* *uel præsumptiue tantum.*
- 12 *Testimonium parentum circa filiorum ætatem an coadiuuat, uel* *adminiculum ferat alij probationibus, aut probet semiple-* *ne, num. 14.*
- 13 *Voci uiuæ, plus quàm mortuæ creditur.*
- 15 *Doni & secreto facta, testimonio domesticorum probantur.*
- 16 *Mortis filij tempus, testimonio patris probatur.*
- 17 *Testimonium patris quando faciat fidem plenam.*
- 18 *Testi à paribus approbato creditur, & plena fides datur, etsi a-* *liis non sit fide dignus.*
- 19 *Pater Notarius, quando posuit recipere instrumentum pro contra-* *ctu gesto à filio.*
- 20 *Testis minus idoneus, coniunctus alijs fide dignis, fidem facit.*
- 21 *Patri tanquam persone ualde honestæ, & in dignitate posite, fi-* *des plena adhibetur.*
- 22 *Vxor tanquam persona ualde honesta pro marito testimonium* *reddere potest.*
- 23 *Id tamen in dubium reuocatur, num. 23.*
- 24 *Personæ ob meritum, non est à iure communi recedendum.*
- 25 *Bonus, & perfectus adeo nemo est, quin legi subsit.*
- 26 *Patri litiganti aduersus filium, non creditur de ætate filij ad de-* *trimentum eius.*
- 27 *Testimonium in re propria dicere, nemo etiam excelsæ dignita-* *tis potest.*
- 28 *Testimonium parentum concurrens cum alio adminiculo, plene* *circa filij ætatem probat.*
- 30 *Obstericis, & nutricis testimonio ætatem probari.*
- 31 *Testium dicta intelligenda sunt, ne contraria appareant.*
- 32 *Temporis quantitas, ignorato eius initio, cognosci non potest.*
- 34 *Instrumenta & testes procedunt à pari.*
- 35 *Instrumentorum aliquando maior, quàm testium fides.*
- 36 *Instrumentum factum tempore contracti matrimonij, uirum fi-* *lij ætatem probet.*
- 37 *Matrimonium inter personas honestas, præcedere consuevit fe-* *stinos amplexus.*
- 39 *Confessio est certa, & manifesta aduersus confitentem probatio.*
- 40 *Confessione sua ius aduersario auferre nemo potest.*
- 41 *Minor maiorem se confessus, nihilominus restitutionem in inte-* *grum petit.*
- 43 *Coniunctus, aut uicinus, quibus casibus non præsumitur scire a-* *lia coniuicti, uel uicini, & quibus casibus præsumatur scire,* *num. 44.*
- 45 *Ætatis cognitio non cadit in consanguineum, uel uicinum, quæ-* *do est longè maioris ætatis, quàm is, de quo agitur.*
- 46 *Natiuitatis actus est momentaneus, nec præsumitur cognitius* *à uicino, uel consanguineo.*
- 47 *Hæredem scinisse mortem defuncti, quomodo probandum.*
- 48 *Ætatem non probat testis eiusdem uel minoris ætatis exi-* *stens.*
- 49 *Probatio dubia non recipitur.*
- 50 *Ætas testimonio uicini uel consanguinei probatur, si ætate ma-* *ior est, & de probanda ætate in totum agatur.*
- 51 *Et quando fallat, num. 51. & 52.*
- 54 *Plebanus seu parochi libro quando adhibeatur fides.*
- 55 *Excommunicatus censetur repertus apud plebanum in matricula* *excommunicatorum, non cancellatus, aut abbas.*
- 56 *Plebanus liber in quo descriptus est baptisimus alicuius, quomodo* *probet ætatem.*

- 58 *Ætas non probatur testibus per aspectum, quando agitur de* *probanda ætate non cognoscibili ab omnibus.*
- 59 *Testis de his, quæ sensu corporeo percipit, testimonium ferre de-* *bet, cum aliquo tamen iudicio intellectus, num. 60.*
- 61 *Aspectus facile quem decipit.*
- 92 *Testis deponens de his, quæ solo iudicio intellectus percipiun-* *tur, probat, si non interrogatus reddat rationem.*
- 63 *Ætatem probat testis de aspectu, quædo agitur de probanda æ-* *tate communiter cognoscibili.*
- 64 *Qualitas corporis apta ad contrahendum matrimonium, & ge-* *nerandum, cognoscitur ex aspectu.*
- 65 *Ætatis excessus uel magnus, uel modicus, quomodo cognosca-* *tur & probetur.*
- 66 *Hominem uiuere posse, uel uiuere præsumi ad centum annos.*
- 67 *Aspectus hominis indies mutatur, & homo alter quodammodo* *efficitur.*
- 68 *Vsufuctus ad uitam usufuctuarij respicit, & ea finita extingui-* *tur.*
- 69 *Euangelij locus, antequàm Abraham fieret, ego sum, decla-* *rauit.*

Cum superiore præsumptione disputatum à nobis sit, quæ teneatur probare ætatem in iudicio deducam. Nunc contingit dubitari, quomodo & quibus probationibus demonstrari illa possit? Hæc in re duos casus distinguere soleo, quorum vnus est, quando agitur de probando ætatis principio, sicque de probando puncto natiuitatis: alter, quando solum tractatur de probanda ipsa ætate uel maiori, uel minori generatim (ut ita dicam) & non punctim.

Primo illo casu uerè difficilis est illius ætatis probatio. Cum punctus natiuitatis † incognitus sit, ex quo clam & in occulto parere soleant mulieres. Et propterea coniecturis, & præsumptionibus satis probatur, ut scribunt Bald. in l. cum te, num. 2. C. de probat. in consi. 213. occurrit dubium, in fin. li. 2. & in consi. 19. factum tale est: Quidam V. anus, col. 2. vers. modo uenio, lib. 5. Iacobin. de S. Georg. in l. cum de ætate, num. 2. ff. de probat. S. bastian. Sapia in l. de ætate, num. 24. ff. de minor. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. num. 5. & in respon. 409. num. 2. Socin. Iun. in consi. 3. num. 1. lib. 2. Gratius in consi. 42. num. 24. lib. 1. Pute. in decif. 202. lib. 1. Sfortia Oddo in tracta. de in integr. restit. quæst. 37. numero 31. Malcard. lib. 2. de probat. conclus. 665. & 675. Quintilian. Mandos. in Commentar. ad regulas Cancellariæ, reg. 18. de ætate & canonicarum, quæst. 4. num. 3. & Rota Roman. in decif. 260. numero 1. in 2. parte, in nouissimè editis. Quocirca testimonium obstericum, parentum, & uicinorum plurimum ualebit: & de quibus quidem probationibus statim differemus. Et has quidem probationes coniecturales sufficere etiam quando conditionaliter probationes requiruntur, scripsit Sapia in d. l. ætate, nume. 25. & Malcard. in lib. 3. de probationib. in conclus. 675. num. 11. Veluti si clerico collatum est beneficium sub conditione, ut legitimæ ætatis sit: Hanc enim legitimam ætatem probare debet clericus iste, ut censuit post alios Alciat. in d. præsumpt. 14. num. 5. versic. 3. fallit. Cæterum traditio hæc pendet ab his, quæ scripti superiore lib. 9. 37. cum explicauit, an præsumptiones & coniecturæ uerè probationes dici possint, cum conditionaliter requiruntur.

Secundus est casus, quando agitur de probanda † ætate maiori, uel minori generatim, non autem (ut dixi) punctim. Hoc casu difficilis non existimatur ætatis probatio, quemadmodum præcitati Doctores scribunt, præsertim Sapia. Et hoc in casu uariæ, & plures fieri solent probationes.

Prima est ætatis probatio, quæ sumitur ex † libris & actis publicis Ciuitatis, & Oppidi, in quibus quidem actis, & libris describi solent homines statim ex quo nati sunt. Ita in specie Alciatus, Mandosius, & Malcardus, quos infra commemorabo, & probat text. l. etiam de probation. cuius uerba hæc sunt: Etiam matris professio de ætate filij recipitur, sed & auæ. Profiteri est publicè apud acta aliquid uero denunciare, quod uulgò insinuare dicunt: quemadmodum auctoritatibus bonorum auctorum declarat Guilhelmus Budæus in annotat. Pandectarum, ad l. cum de ætate, ff. de probation. quo loci scribit, consueuisse antiquos sibi natos liberos denunciare, ut describerentur, apud acta Præfecti ætarij Saturni, sicuti meminit & Iulius Capitolinus in Marco philosopho: Inter hæc (ait Capitolinus.) Liberales causas ita iunxit, ut primus inberet apud Præfectos ætarij Saturni, unumquëque ciuim natos liberos profiteri intra 30. diem, nomine imposto. Et idem in Gordiano ita scriptum reliquit. Nam illud satis constat, quod filium Gordianum nomine Antonini signo illustrauit, cum apud Præfectos ætarij, more Romano professus filij, publicis actis nomè eius infereret. Et Suetonius in Tibertio ita scripsit. Natus est Romæ in palatio 16. Kal. Decemb. M. de-

hinc etiam in re tam perspicua non est opus pluribus disputare, Pater eius natam sibi filiam more ceterorum professus est, tabule eius partim tabulario publico, partim domo asseruavit. Quæ tibi ob os obijciuntur, Porrigit Amiliano tabulas istas, signa consideret, signa quæ impressa sunt, recognoscat, consules legat, annos computet: nisi fallor, inueniet nunc Pudentillæ haud multo amplius quadraginta annorum ætatis ire. Huius professionis institutio facta fuit primùm à Seruio Tullio Rege Romanorum III. qui primis illis vrbis temporibus instituit, vt parentes cognatiue nascentium, certam pecuniam publicè Iunoni Lucinæ darent. Qui etiam ab adolescentia in virilem ætatem migrabant, similiter donum dabant Iuuentæ deæ, morientes tantundem Libitinæ. Qua ratione id factum fuerit: Dionysius Halicarn. li. 4. ant. Rom. memoriæ prodidit his verbis: *Vt singulis annis cognoscere possent, quantum esset in vrbe ciuium, & cuius ætatis: Ea cura translata inde fuit auctore Livio, ad Cæsares M. Gegani, & M. Titio Quintio Capitolino Coss. Itaque singulis Lustris noua Cento. si creatione id fiebat. Ea que à profecto professio dicta est. Post Censores Pretores ea cura fuit, teste M. Tullio in Orat. pro Archia Poeta. Cæsaris deinde Augusti temporibus à Cæsare ipso constitutum fuit vt hæc professio fieret omnibus in prouincijs, teste Luca Evangelista, c. 2. Exit edictum ab Augusto Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis.*

Hæc professio fiebat, addito die, & Consule: propterea professione ætas facile probari olim poterat l. C. si minor se maior dixer. Hac itaque de professione loquitur rex. d. l. etiam. ff. de probat. sic etiam intelligi debent l. cum ætate. & l. vltim. ff. eod. Ita & l. 2. & l. 3. l. forma. ff. de censib. nec omiffa. & l. parentes. C. de liberali causa. & l. non nudis. C. de probat. Et hæc professio aliquando appellatur scriptura natiuitatis, l. 2. in princ. vers. etas. ff. de excusat. tutor.

Hic profectio fiebat natiuitatis filiorum obseruatur, & hodie Venetijs inter Nobiles, qui lege ipsa Veneta tenentur statim quo nati sunt filij publicis in actis referri facere, vt aliquando summis illis nobilitatis priuilegijs potiantur. Et huius Venetæ legis meminuit & Coral. in l. Imperator. la. ff. de statu homin. Mos etiam iste obseruatur Florentiæ, teste Quintiliano Mandosio in Commentarijs ad regulas Cancellariæ ad reg. 18. de ætate in canonicat. qu. 9. qui scriptum reliquit, acta hæc publica fidem facere. idem censuit Gramm. in decis. 48. in fine. & secuti sunt Sfortia Oddo in tract. de restit. in integ. quæst. 38. numero 48. & Mascard. in libr. 2. de probat. in cons. 671. Et ratio satis manifesta est, quod persona officialis, qui nomina natorum in actis reculit, à publico approbata est, ob id fides ei adhibetur Bartol. in l. quedam. §. nummularios, in fin. ff. de edend. & ibidem Iaf. colum. 2. Saic. in l. exemplo. colum. 1. C. de probatio. Alex. in cons. 179. num. 5. libr. 6. Iaf. in repet. l. admonendi. numero 232. ff. de iureiurand. & Decius in cons. 596. numero 5. Quo tamen plena fides adhibeatur his codicibus & actis: equiritur vt is actarius officialisque fuerit à publico electus, quod consueuerunt librum, vt libri publici con. cribi eo in loco consueuerunt: & demum, quod is liber fuerit repositus inter alias scripturas publicas ad ipsam Rempublicam pertinentes ita Bald. in Rubr. C. de fide instr. col. pe. & vltim. Barri. & reliqui in c. 2. de fide instrum. & Alex. in consil. 187. numero 2. libr. 7.

Declaratur primò, vt libro, & actis publicis non adhibeatur fides pro ipso actuario scribente, sed solum pro tertio, & contra tertium. Ita Bartol. in d. §. nummularios, quem & statim referam. Ita dicimus, instrumentum publicum notarij non probare pro ipso Notario, vt docuit Bartol. in d. l. quedam. §. nummularios. ff. de edend. Idem Bartol. in l. si consul. ff. de adopt. & in l. 2. ff. de stipulat. seruo. & Alex. in l. sciendum, colum. 2. ff. de verborum obligat. Verum dissentire videtur Iason in l. decem, numero trigesimoquinto de verbor. obligat. qui in specie scripsit, præsumptionem efficacem facere pro ipso scribente. Quandoquidem ratione & causâ publici officij ei credendum magis est, quam priuato, argumen. l. 2. C. de offic. ciuil. iudi. & c. in nostra, de procurat. Nam huius fides à tota Vniuersitate approbata est, & ob id ad eius fauorem fides adhiberi debet. Possunt conciliari hæc opinionis, vt illa prima procedat, quando officialis vti veller librorum contra tertium, qui eius personam non approbasset, & cum quo res gesta non esset. Illa vero opinio Iasonis procedat, quando is actarius, & officialis fuisset, & ab eo tertio approbatus. Ita distinguit Crauet. de antiq. tempor. in 7. particula primæ partis principal. numero sexagesimo octauo, in si. Bononiæ cessat hæc dubitatio, cum prudenti eorû statuto,

li 2. Qualiter procedatur, si super ætate contendatur. §. præterea. & §. sequen. decisum sit, quod plena fides adhibeatur his publicis libris, cum illius scriptoris persona de publico fuerit approbata.

Declaratur secundo, vt si locum non habeat, quando officialis actuariusque scripsit eo in codice natiuitatem forensis, & exteri. Nam tunc is liber fidem non facit. Ita simili in casu respondit Alexand. in cons. 68. num. 15. in fine libro 2. quem secutus est Crauet. in d. tractatu de antiquita. temp. in septima particula primæ partis principal. num. 76. Ea est ratio, quia fides actuarij publicique officialis, approbata est à suis ciuibus tantum, non autem à forensibus. Quare crediderim, ætatem filij exteri non probari libro huius actuarij, sed scripturam illam adminiculum aliquod addere cæteris de ætate probationibus.

Declaratur tertio, quando is liber reperiretur deinde falso conscriptus. Alber. in l. 2. num. 1. C. si minor se maior dixer. Sfortia in d. q. 37. num. 85.

Declaratur quarto, vt non possit probari contrarium, l. 1. C. si minor se maior dixer. Et in specie annotauit Montentius ad dictum statutum Bononiæ, §. penult. in verbo, plena fides.

Secunda est ætatis probatio, quæ fit libro, vel alia scriptura parentum. Hac tamen de re fuerunt interpretum opinioniones. Nam aliqui existimantur, has parentum scripturas, & libros plenè probare filiorum ætatem. Ita in specie docuit Salicet. in l. cum reu. 4. C. de probat. & in l. si minorem, num. 10. vers. nunc quero, quomodo literis. C. de integritate testium. mino. & apertius Nicola. de Neapol. in l. excusatur, in princ. de excusat. tutor. quem sic commemorat Socin. Jun. in cons. 3. num. 5. in fin. lib. 2. & Salicetum secuti sunt Ruin. in consil. 31. num. 7. libr. 3. Curtius Iun. in consil. 18. num. 3. Quintilia. Mandosio in Commentarijs ad regulam Cancellariæ 18. de ætate in canonicat. & Roland à Valle in consil. 31. num. 2. libr. 1. & Ioseph. Ludovic. in decis. 55. num. 6. part. 2. Petrus Benintend. in conclus. 47. numero secundo. Sfortia Oddo de restit. in integritate, quæst. 37. num. 91. & idem decidit Rota Romana referente Verallo in decis. 314. part. 1. Et ij quidem adducti sunt ex l. 2. in princ. ff. de excusat. tutor. & l. etiam. ff. de probat. de quibus statim aliqua dicemus. Est etiam vltus Nicolaus ille ratione quadam, quod scilicet præsumptio semper plenam probationem faciat in his que vniuersitati consona. Quæ sanè ratio leuis est. Nam negari facile potest, hæc esse veritati consona.

Altera itaque fuit opinio eorum, qui dixerunt; libros & scripturas parentum probare ætatem præsumptiuè tantum. Qua in opinione fuit Bald. in l. neque natales, num. 4. in d. C. de probat. quem secuti sunt Alexand. in additionibus ad Bart. in l. de ætate, numero 11, in verbo tantus. ff. de minor. & Bernardinus Landrianus in annotationibus ad Bartol. in consil. 92. libro 1. Eiusdem quoque opinionis fuit Salicet. sibi parum constans, in l. etiam, colum. 1. ff. de probatio. & idem affirmauerunt Iacobin. à Sancto Georgio in l. cum de ætate, num. 5. ff. de probatio. & Soci. Iun. in consil. 3. num. 5. libr. 2. Eandem opinionem vltus est Crauet. in tract. de antiquita. temp. in 8. particula primæ partis principal. numero 34. dum relata traditione Baldi subiungit se credere, quod si pater vixit, & iurat ita esse, semiplenam probationem facit. Ergo sentit Crauetta, quod si non iurat, præsumptiuè tantum probat, & Crauetam secutus sum in libro secundo de arbitrarijs iudicijs, casu 116. numero quarto & vltimo. & si quidem moti sunt ex l. secunda in princ. ff. de excusat. tutor. vbi dicitur ætatem probari, aut natiuitatis experita, aut alijs demonstrationibus. Verum natiuitatis scripturam appellauit Iur. consil. professionem illam, quam in actis publicis fieri consueuerunt parentes de filiorum natiuitate, de qua supra diximus. Et enim loquitur l. etiam. ff. de probat. quæ & à prædictis allegatur. Existimauerim et go præsumptiuè probare, quia verisimile non est, quod pater mendacium scripsit, quippe quod nulla tunc liberat causa, quæ impelleret eum poterat aliter scribere, quam ipsa esset veritas. Plenè autem non probat, cum iure caurum non sit, tantum fidei esse illi scripturæ tribuendum. Declaratur tamen prædicta traditio, vt locum non habeat, quando pater, qui librum conscripsit, adhuc est in humanis, & iurat verum esse, quod eo in libro scripsit. Nam tunc liber iste semiplenè probat ætatem filij. Ita declarat Crauet. in tract. de antiq. temp. in octaua particula primæ partis principal. numero trigesimoquarto. ex sententia Caltr. in cons. 124. In causa, que vertitur, numero secundo, libro primo. Idem est (subiungit Crauetta) quando pater qui librum conscripsit, mortuus est. Nam & tunc semiplenè probat, quia mors vim habet iuramenti, iuxta traditionem Bar. in l. admonendi, num. 27. ff. de iureiur. & Decij in l. 1. in 2. no. C. de eden. & eiusdem Crauet.

in præcitato tracta. de antiq. temp. in 6. particula primæ partis principal. nu. 48. & scripsi in libro 2. de arbitrarijs iudicijs. casu 116. n. 4. & 5. Et à prædicta opinione & distinctione non recedit Sfortia in d. q. 37. n. 92. vers. ego puro. qui clariori distinctione vsus est, & alia ad rem scripsit Mascard. in d. conclus. 669.

Tertia est ætatis probatio, quæ à testimonio parentum sumitur. Hac tamen in re sunt opinioniones. Nam existimantur aliqui, testimonium hoc coadiuuare, & adminiculum adferre alijs probationibus, non autem plenè vel semiplenè probare: Ita sanè consueuerunt Salicet. in l. si minorem, col. 4. vers. sed queritur, an conueniat personæ. C. de integritate testium. mino. & Iacobin. in d. l. cum de ætate, numero 4. ff. de probatio. Eandem opinionem vltus sunt probare Bar. in consil. 19. Factum tale est, quidam Vnus libro 5. Soci. Sen. in consil. 20. numero 17. libr. 1. & Gram. in decis. 48. numero 13. & Sfortia Oddo de restitutio in integritate, quæst. 37. numero 52. & 53. Ea ratione fulciri videtur hæc opinio, quod parentes ferre non possunt testimonium de re filiorum, l. testis idoneus. & l. idonei. ff. de test. l. 2. & l. parentes. C. eo.

Verum responderi potest prædicta iura non habere locum in probatione ætatis, rationibus quas infra commemorabimus.

Secundo solet adferri ratio, quod si scriptura patris præsumptiuè tantum probat, vt diximus supra: multo minus debet probare testimonium patris, quod est magis suspectum, quam scriptura iam confecta ante negotium in iudicio deductum. Responderi tamen potest, maiorem esse rationem adhibendæ fidei testimonio quam scripturæ, cum quia fides vici vocis plus credi solet quam mortuæ. §. 1. in auth. de instr. cautela & fide: tum etiam quia testimonium corroboratur iuramento, quo caret ipsa scriptura. Altera fuit opinio eorum, qui scripserunt testimonium patris vel matris semiplenè &

13 probare: Ita respondit Castren. in consil. 124. In causa, que vertitur coram. libr. 1. Idem vltus est sentire Bar. in consil. 92. In questione veritate. colum. 2. vers. nec obstat, quod testimonium matris. libro 1. cum respondit testimonium matris ad iuratum ad probandum ætatem filij. Dixit absolurè, & simpliciter Bartol. ad iuratum ad probandum, quod intelligi debet saltem ad faciendum, probationem semiplenam. Eandem opinionem apertius probatur Specul. in tit. de teste. §. 1. colum. 2. Capolla in consil. vlt. numero 32. in ciuilibus. Ioan. de Platea in §. pater. in instrum. de testam. Auf. et. in additio. ad Capellam Tholosanam quæstio 3. Marfil. in rubr. ff. de fidei iussu. numero 340. Sapia. in l. de ætate, numero 30. ff. de minor. Craue. in tract. de antiq. temp. octaua particula primæ partis principal. numero 34. & 35. & alios refert Mascard. in libr. 2. de probat. in conclus. 668. numero 7. & conclus. 669. num. 14. Et huius sententiæ ratio ea esse creditur, quod filij nati in domo, & secreto, vt manifestum est, & experientia docet. Ea autem, quæ domi & secreto sunt, testimonio domesticorum probantur l. confensu. §. si super plagijs. C. de repud. quod loci constitutum fuit mariti scruitiarum, & verbera ab eo vxori illata, probari posse testimonio domesticorum: cum ea cognita esse non possint etiam vicinis, ex quo domi secreto aguntur. Ita pariter futurum in domo factum, testimonio domesticorum probatur, cum ab alijs sciri non possit Bart. in l. si quando colum. vltim. C. unde vi. & ibidem Iaf. num. 43. Ita dicimus testes de vniuersitate fidem facere pro ipsa vniuersitate, quado actus gestus est clam, & secreto in vniuersitate: & qui aliorum testimonio probari non potest, c. veniens. il. 2. de testibus. Abbas Deci. & reliqui in c. tertio loco. de probat. & Marfil. in singul. septuagesimo tertio.

14 præterea & secundo accedit, quod testimonium patris recipitur ad probandum tempus mortis filij. Anton. Corset. in suo singulari in verbo, mors, incipit si queratur. ex l. quoties. C. de naufrag. libr. 2. vbi Bartol. Ergo pariter testimonium hoc patris probare debet semiplenè tempus natiuitatis filij.

Declaratur primo hæc sententia, vt locum non habeat, quando pater fuit descriptus in aliquo instrumento vna cum alijs. Nam tunc testimonium patris plenam fidem facit. Ita Butt. in c. ex literis. numero 19 de transactio. & Buttium secuti sunt Barbat. idem Marfil. in l. de minore. §. plurimum. numero 7. ff. de quæstio. & Socin. Junior in consil. 3. numero 7. libr. tertio. Qui quidem Marfilij & Socinus in specie tradunt doctrinam illam Butrij ad rem nostram. Et idem quod Buttius, sentit Bald. in l. parentes. C. de testibus, cum dixit, quod si pater adhibitus est testis in instrumento confecto inter filium & extraneum, fidem plenam facit, ex quo vna cum alijs adhibitus est. Idem scripserunt Ioan. à Platea, & Portius in instrum. de testam. Ea adfertur ratio, quod testi & etiam alias non fide digno creditur plenæque fides adhibetur, quando à partibus approbatus fuit, l. si quis testibus. C. de testibus. gloss. in §. hæc omnia. in verbo, supplicij. in

15 in præcitato tracta. de antiq. temp. in 6. particula primæ partis principal. nu. 48. & scripsi in libro 2. de arbitrarijs iudicijs. casu 116. n. 4. & 5. Et à prædicta opinione & distinctione non recedit Sfortia in d. q. 37. n. 92. vers. ego puro. qui clariori distinctione vsus est, & alia ad rem scripsit Mascard. in d. conclus. 669.

16 Tertia est ætatis probatio, quæ à testimonio parentum sumitur. Hac tamen in re sunt opinioniones. Nam existimantur aliqui, testimonium hoc coadiuuare, & adminiculum adferre alijs probationibus, non autem plenè vel semiplenè probare: Ita sanè consueuerunt Salicet. in l. si minorem, col. 4. vers. sed queritur, an conueniat personæ. C. de integritate testium. mino. & Iacobin. in d. l. cum de ætate, numero 4. ff. de probatio. Eandem opinionem vltus sunt probare Bar. in consil. 19. Factum tale est, quidam Vnus libro 5. Soci. Sen. in consil. 20. numero 17. libr. 1. & Gram. in decis. 48. numero 13. & Sfortia Oddo de restitutio in integritate, quæst. 37. numero 52. & 53. Ea ratione fulciri videtur hæc opinio, quod parentes ferre non possunt testimonium de re filiorum, l. testis idoneus. & l. idonei. ff. de test. l. 2. & l. parentes. C. eo.

17 Verum responderi potest prædicta iura non habere locum in probatione ætatis, rationibus quas infra commemorabimus.

Secundo solet adferri ratio, quod si scriptura patris præsumptiuè tantum probat, vt diximus supra: multo minus debet probare testimonium patris, quod est magis suspectum, quam scriptura iam confecta ante negotium in iudicio deductum. Responderi tamen potest, maiorem esse rationem adhibendæ fidei testimonio quam scripturæ, cum quia fides vici vocis plus credi solet quam mortuæ. §. 1. in auth. de instr. cautela & fide: tum etiam quia testimonium corroboratur iuramento, quo caret ipsa scriptura. Altera fuit opinio eorum, qui scripserunt testimonium patris vel matris semiplenè &

18 probare: Ita respondit Castren. in consil. 124. In causa, que vertitur coram. libr. 1. Idem vltus est sentire Bar. in consil. 92. In questione veritate. colum. 2. vers. nec obstat, quod testimonium matris. libro 1. cum respondit testimonium matris ad iuratum ad probandum ætatem filij. Dixit absolurè, & simpliciter Bartol. ad iuratum ad probandum, quod intelligi debet saltem ad faciendum, probationem semiplenam. Eandem opinionem apertius probatur Specul. in tit. de teste. §. 1. colum. 2. Capolla in consil. vlt. numero 32. in ciuilibus. Ioan. de Platea in §. pater. in instrum. de testam. Auf. et. in additio. ad Capellam Tholosanam quæstio 3. Marfil. in rubr. ff. de fidei iussu. numero 340. Sapia. in l. de ætate, numero 30. ff. de minor. Craue. in tract. de antiq. temp. octaua particula primæ partis principal. numero 34. & 35. & alios refert Mascard. in libr. 2. de probat. in conclus. 668. numero 7. & conclus. 669. num. 14. Et huius sententiæ ratio ea esse creditur, quod filij nati in domo, & secreto, vt manifestum est, & experientia docet. Ea autem, quæ domi & secreto sunt, testimonio domesticorum probantur l. confensu. §. si super plagijs. C. de repud. quod loci constitutum fuit mariti scruitiarum, & verbera ab eo vxori illata, probari posse testimonio domesticorum: cum ea cognita esse non possint etiam vicinis, ex quo domi secreto aguntur. Ita pariter futurum in domo factum, testimonio domesticorum probatur, cum ab alijs sciri non possit Bart. in l. si quando colum. vltim. C. unde vi. & ibidem Iaf. num. 43. Ita dicimus testes de vniuersitate fidem facere pro ipsa vniuersitate, quado actus gestus est clam, & secreto in vniuersitate: & qui aliorum testimonio probari non potest, c. veniens. il. 2. de testibus. Abbas Deci. & reliqui in c. tertio loco. de probat. & Marfil. in singul. septuagesimo tertio.

19 præterea & secundo accedit, quod testimonium patris recipitur ad probandum tempus mortis filij. Anton. Corset. in suo singulari in verbo, mors, incipit si queratur. ex l. quoties. C. de naufrag. libr. 2. vbi Bartol. Ergo pariter testimonium hoc patris probare debet semiplenè tempus natiuitatis filij.

Declaratur primo hæc sententia, vt locum non habeat, quando pater fuit descriptus in aliquo instrumento vna cum alijs. Nam tunc testimonium patris plenam fidem facit. Ita Butt. in c. ex literis. numero 19 de transactio. & Buttium secuti sunt Barbat. idem Marfil. in l. de minore. §. plurimum. numero 7. ff. de quæstio. & Socin. Junior in consil. 3. numero 7. libr. tertio. Qui quidem Marfilij & Socinus in specie tradunt doctrinam illam Butrij ad rem nostram. Et idem quod Buttius, sentit Bald. in l. parentes. C. de testibus, cum dixit, quod si pater adhibitus est testis in instrumento confecto inter filium & extraneum, fidem plenam facit, ex quo vna cum alijs adhibitus est. Idem scripserunt Ioan. à Platea, & Portius in instrum. de testam. Ea adfertur ratio, quod testi & etiam alias non fide digno creditur plenæque fides adhibetur, quando à partibus approbatus fuit, l. si quis testibus. C. de testibus. gloss. in §. hæc omnia. in verbo, supplicij. in

auth. de testibus, & Bald. in l. ad testium. ff. de testam. Et hæc maxime facit egregia doctrina Barcol. in l. si pater. ff. de falsis dum concludit, patrem & notarium posse recipere instrumentum pro contractu gesto à filio, ex quo eius fides à partibus approbatur. Præterea testis minus idoneus cum alijs idoneis coniunctus & fidem facit: quia fides illius non idonei superpletur à fide aliorum. Ita gloss. in l. 3. in princ. ff. de testibus. Bald. in l. Imperat. ff. de statu homin. Angel. in consil. 1. Corset. in singulari in verbo, testis, incipit, licet pater. Ruin. in consil. 92. num. 4. libr. 1. & Curt. Sen. in consil. 56. colum. 3. vers. tertio responderetur. Cæterum Imola in d. c. ex literis. num. 14. de transactio. dissentit ab hac Butrij, & sequacium declaratione. Ea ratione vsus est Imola: quia alijs sequeretur, quod si confectum esset instrumentum ad utilitatem filij em incipari, in quo solum desciperi fuissent pater & mater, tale instrumentum fidem faceret, id quod rationi repugnat: quia sicq; parentes viciua voce non possent testificari pro filijs d. l. parentes. C. de testibus. Ita dicendum est, non debere credi eorum voci mortuæ, cum maior voci viuæ, quàm mortuæ fides adhibeatur. §. 1. in auth. de instrum. cautela. & fide. Hæc tamen considerationi altero de duobus modis responderetur. Et primò, Buttium, & sequaces loqui, quando pater adhibitus est vna cum alijs idoneis testibus in instrumento. Nam tunc fides patris suppletur à fide (vt diximus) aliorum. Id quod non coningeret secundum Imolæ argumentationem. Responderetur & secundo, quod etiam si soli parentes adhibiti fuissent testes in instrumento confecto ad utilitatem filij emancipati: & constaret consentu partium hoc scientium, eos testes fuisse adhibitos, eis adhuc crederetur. Quandoquidem iam apparet de approbatione ipsarum partium, d. l. si quis, C. de testibus.

Declaratur secundo hæc sententia, vt locum non habeat in testimonio patris & qui est persona valde honesta, & in dignitate posita. Nam tunc ei fides plenè adhibetur quantum sit respectu suæ personæ. Ita respondit Ruin. in consilio 92. num. 3. libr. 1. qui huius opinionis commemorat Innoc. Buttium & Imolam in c. literis. de testibus. Baldum ac Salicetum in l. 2. C. de testib. His accedunt Alexand. in l. qui in iudicio. in quinta fallentia. ff. de iurisdict. omni. iudic. post Specul. quem recenset Iason. in auth. in vltimis. num. 11. vers. tertio facit. C. de iudicijs. & Marfil. in singul. 273. Ita etiam in vxore diximus, quæ ferre tunc potest testimonium pro marito, cum est persona valde honesta, vt docuit Felin. in cap. in literis. columna quarta. vers. quibus fallit. de testibus. Verum declaratio hæc vel eo redditur & dubia, quod domesticus, & affinis non est testis idoneus, nec recipi debet, tametsi est persona valde honesta, etiam si Cardinalis est. Ita respondit Decius in consilio 463. numero decimotertio. Ea adferri potest ratio, quod honestas, & sanctitas vitæ considerabilis non est, quando versatur alterius detrimentum. Et ideo gloss. in cap. nullam. 2. quæst. 4. scripsit Pontificem, cuius dignitas, & honestas alias omnes antecellit, debere alijs committere causas, ne ipse suspectus habeatur. Et præterea à iure & communi non est recedendum propter personæ meritum. Bald. in c. sedes. in fine. de rescriptis. Et confert text. nota. in c. mulier. in verbo sancta. 23. dist. 1. & glo. in Clem. ad nostram. in vers. 2. de hæretic. quæ dixit, Neminem esse ad eum bonum & perfectum, quin legi sub-

20 sit. Et idem tradunt Abbas in cap. felix. de de mmo. & obedient. & Felin. in proemio Decretalium, incipit, Rex pacificus columna prima.

Conciliari fortè possunt hæc opinioniones, vt prima procedat, quando de leui detrimento alterius agitur, secunda vero opinio locum habeat, quando agitur de graui præiudicio. Ita senserunt Bald. in l. unica. col. 3. in secunda oppos. C. de confessis. Abb. in c. 2. vbi Felin. col. 3. vers. fallit tertio. de fide instrum. & idem Felin. in cap. literas. colum. 3. vers. primus est, de presump.

Declaratur tertio hæc sententia, vt non habeat locum, quando pater litigaret aduersus filium. Nam tunc non creditur testimonio patris de ætate filij, ad ipsius filij detrimentum. Ita in specie respondit Bald. in consil. 19. Factum tale est. Quidam Vnus libro 5. quem secuti sunt Crauet. in tracta. de antiq. temp. in 8. particula primæ partis principal. num. 36. in fin. & Mascard. in d. conclus. 668. num. 16. Huius sententiæ ea est ratio: quia nemo & quamquam excelsa in dignitate positus, de re propria dicere potest testimonium, l. nullus. ff. de testibus. & l. omnibus. C. eodem. Qua de re Cicero in oratione pro Roscio Amerino perpulchrè scripsit in hæc verba. Ita que more maiorum comparatum est, vt in minimis etiam rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Africanus, qui suo nomine declarat tertiam partem orbis subegisse, samen si sua res ageretur, testimonium non diceret, & si diceret, non crederetur.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando cum

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

28 testimonio ¶ parentum concurrat aliud adminiculum. Nam tunc plene probabit. Ita responderunt Soc. Sen. in consil. 91. nu. 17. lib. 1. & Soc. Jun. in consil. 3. nu. 10. libro 2. & idem affirmavit Mascard. in d. conclus. 668. nu. 13.

29 Quarta est ætatis probatio ¶ quæ fit testimonio obstetricum, vt tradit Bart. in l. de ætate. n. 7. ff. de mino. 25. annis, post gl. in l. 2. ff. de feris. c. l. 3. §. d. que. ff. de Carbo. edicto. Calcan. in consil. 80. numero 17. Iacobin. in l. cum de ætate. num. 1. ff. de probat. Cavalca. in tracta. de tutore, & curatore, numero 297. & Sfortia de restitutione in integrum. quest. 37. numero 39. qui idem subiungit de ¶ testimonio nutricis. Cæterum dubitat Bart. in d. l. de ætate. numer. 7. versicul. sed iuxta hoc quæro, si obstetrices interrogatæ responderunt puerum esse minorem quatuordecim annis: & iterum interrogatæ, quomodo id sciunt, responderunt, se vidisse illum nasci, & ab ea die qua natus est ad præsentem diem, elapsos non esse quatuordecim annos. Deinde interrogatæ, quo anno natus sit ille, responderunt, se nescire, an hanc obstetricum testimonium omnino concludat, & probet Bart. scripsit, concludere atque probare. Idem affirmarunt Bald. in l. 2. numer. 2. C. de tempor. appella. Angel. & Imol. in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqua pluvia arcenda. lal. in l. 3. §. iurare. numero 20. de iur. iur. & Sapia. in d. l. de ætate. numero 35. Et ratione vsus est Bartol. quod dicta ¶ testimonia intelligi debent, ne sint contraria, cap. cum tu. vbi Doct. de testibus. c. §. quibus. in prima constitutione Cædricis. Cum itaque testis dixit, Scio, quod ab eo natus est anno vique ad præsentem diem, facta computatione non sunt elapsi quatuordecim anni, apparet eum intellexisse, de anni quantitate dinumerando à dicto tempore. De eo verò quod postea fuit interrogatus, nempe quo anno natus est, & dixit nescio: debet intelligi, nescio dinumerare quatuordecim dicti anni, ab illa dinumeratione, quam iam feci: quasi dicat, nescio quot anni sunt à natiuitate domini, vel ab vrbe condita: scio tamen quotus est annus à natiuitate huius pueri, de quo sum interrogatus. Et hanc esse veram interpretationem dixit Bartol. quia secundum communem loquendi vsum, cum quis interrogatur, quo anno aliquid factum sit, intelligitur interrogatus, quo anno natus sit Dominus, à quo factus dinumerationem annorum, vt in casibus et præpna. nomen Imper. in principio. Cæterum traditio hæc Bartol. non videtur absolute vera. Nam cum dixit Bartol. secundum illam responsum testis dicentis, nescio quo anno natus sit debere intelligi, de anno à natiuitate recte sensit, quoad hoc, ne sibi contrarius atque ita falsus sit testis: sed tamen non inde sequitur, quod eius testimonium hac ratione à Bartol. consideranda defendatur. Duo enim in hac Bartol. traditione considerantur. Primum quod testis iste pugnantiæ non dixerit: atque ita quod nil falsi attestatus sit. Secundum quod testimonium huius testis sic interpretatum probet. Illud primum ab omnibus receptum est cum Bartol. nempe testem contraria atque pugnantiæ non deposuisse: & consequenter falsum euitari: Et in specie ita Bart. secuti sunt Iason. in l. 1. in princ. numero 6. ff. de operis noti nuntia. & Sebastia. Sapia. in d. l. de ætate. num. 36. ff. de mino. comprobatur hæc sententia simili traditione Alberti in l. non erit. §. dato. ff. de iur. iurand. Angeli in consil. 334. & Iasonis in l. 3. §. iurari. numero 21. ff. de iur. iurand. dixit testis aliquid gestum, fuisse præsentibus Caio, & Sempronio: deinde interrogatus, quibus præsentibus, dixit, nullis præsentibus: Interpretatio fit, nullis, exceptis dictis Caio, & Sempronio. Et hanc doctrinam probarunt etiam Alexand. in consil. 180. num. 6. libr. 5. Rum. in consil. 1. numero 1. libro 3. Socin. Sen. in consil. 56. eolum. ultim. libr. 4. Decius in consil. 100. eolum. 3. & Gramma. in consil. 33. numero 1. in criminali. His similia tradunt Bart. & reliqui in l. 2. §. creditum. ff. si certum petat. c. in l. 1. in princ. ff. de operis noti nuntia. Et ij omnes intelligunt testes hos reduci ad concordiam ad euitandum falsum: & id quidem æquitate potius, quam stricto iure, vt declarat Decius in l. 2. §. creuitum. in tercia lectura. num. 13. ff. si certum petat. Illud verò secundum, quod hic considerari posse diximus, est, an conciliatio hæc operetur hunc effectum etiam, vt testimonium huius testis probationem in iudicio, faciat? Et probare scripserunt Bartol. in d. l. de ætate, numero 7. & ibidem apertius Sapia. numero 36. ff. de minor. Angel. & Imol. in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqua pluvia arcenda. ex d. l. 2. §. idem Labeo. il 1. quo loci dicitur sufficere memoriam initij actus, & operis & si punctum de ipso principio non constet. Hic autem constat de memoria ipsius ætatis cum testis iste dixerit, ab ea die qua natus ille est, non sunt elapsi quatuordecim anni. Non ergo est necessaria memoria punctum principij natiuitatis, & per consequens superuacanea fuit illa interrogatio, quo anno natus ille sit. Cæterum mihi videtur, quod d. §. idem Labeo. ad rem nostram non conferat, quandoquidem ibi agebatur solum de probando ipso facto & propterea satis erat quod de eo constaret, sed

hoc nostro in casu agitur de numero ipsorum annorum ætatis: quæ quidem dinumeratio fieri non potest, ignorato ipsius temporis principio. Non etiam hanc Bart. & sequacium traditionem probat text. cum tu. de testib. cum ibi ex benignitate quadam concedatur, ne testes notentur perituro. Quæ quidem benignitas non cadit super hoc, vt testes ij fidem faciant. Nam vbi lex fundat se in æquitate & benignitate, extenso non fit ad alium casum, c. susceptum. de rescript. in 6. & scripsit Ioan. Andr. in c. 2. vt lite pend. in 6. Præterea d. c. cum tu. locum habet, quando contrarietas erat inter plures testes: qui quidem ad concordiam reduci possunt etiam quoad finem vt probent, sed diuersum est, quando contrarietas est in vno solo teste, seu in pluribus idemmet attestantibus, vt hic. Ita declarat Alexan. & reliqui in l. inter stipulantes. §. 1. ff. de verb. oblig. & Felin. in d. c. cum tu. num. 2. His intelligimus Bartol. traditionem nullo iure probari. Et propterea valde dubia videtur ratione iam commemorata, quod quantitas ¶ temporis cognosci non potest, ignorato temporis initio. Præterea dubia probatio interpretatur aduersus producentem. cum presentia de probat. interpretatur prope respondit Alexand. in consil. 19. numero 4. libro 7. Erat tamen cogitandum ob summam Bartol. & aliorum auctoritatem.

Quinta ætatis probatio fieri solet & potest ¶ instrumentis, sicut scripserunt Bald. in l. 3. num. 4. C. si minor. se maio. dixerit. c. in l. neque naturales. num. 8. C. de probat. Salic. in l. si minorem. col. pen. & ibi dicitur quæro C. de in integrum restit. mino. Iacobin. in l. cum de ætate, nu. 6. ff. de probatio. Quintilian. Mandos. in commentariis ad regulas cancellariæ. regul. 18. quest. 6. & Mascard. in lib. 2. de probationibus. in conclus. 670. ex l. 2. §. ætas. vbi glossa de excus. l. 2. in princ. C. de iis, qui veniant ætatis imperia. l. 1. c. l. 3. C. si minor se maior. dixerit. Et accedit ratio, quod à pari procedunt ¶ instrumenta, & testes. l. in e. 34. xercedis. C. de fide instrumen. c. l. pactum, quod bona fide. vbi Doct. C. de pactis. Immo multi sunt casus in quibus ¶ minor est fides instrumenti, vno quàm testium, qui enumerantur à glo. in c. 1. de consil. in 6. Exemplum: fieri solet in instrumento confecto de natiuitate ipsius filij tempore natiuitatis. Quod quidem iudicis auctoritate confici debet, sicuti tradunt Bald. in rubr. C. de fide instrum. numero 7. & Castren. in l. preter. in princ. numero 8. ff. de edend. quo loci scribit Castrensis se aliquando de facto respondisse Florentiæ pro Lucensi quodam, qui Florentiam iuerat tempore pectis, eaque in vrbe natus erat ei filius, quem eueni Florentinum declarari cupiebat. Adfertur & secundum exemplum, vt cum tempore contracti matrimonij conficitur instrumentum de ipso matrimonio. Nam ¶ inde oritur probatio ætatis filij. Ita Bald. in d. l. neque naturales. numero 8. C. de probatio. & ibid. Salicet. Felin. in c. in presentia. numero 28. de probatio. Iacobin. in l. cum de ætate. numero 6. ff. de probatio. Sapia in l. de ætate. numero trigesimo quarto. ff. de minor. & Sfortia Oddo de restitutione in integrum. questio. trigesima septima. numero vltimo §. de excus. qui numer. 88. post Albericum distinguit Mascard. in d. conclus. 670. num. 4. c. 5. & Montener. in annotationibus ad statutum Bononiæ libro 2. Quæriter procedatur si de ætate contendatur. §. penult. Verum probatio hæc dubia admodum, & minus concludens est. si quidem si agitur de probanda maiori ipsa ætate, vt si annos natiuitatis dimittat: at velimus à die contracti matrimonij (concesso tamen tanto temporis intervallo, quo mulier poterit concipere & parere) ita admodum dubia probatio, quia fieri facile potest, quod nec per biennium, vel triennium & plus post contractum matrimonium mulier conceperit, & pepererit: sicuti vsu sæpissime euenit. si verò agitur de probanda minori ætate, adhuc non concludit, quia dici potest, quod vir ille habuerit mulierem illam in concubina, & ex ea susceptos filios, deinde contraxerit matrimonium, & confecerit de eo instrumentum. Quod sanè subsequens matrimonium operatur quidem, vt filij iam nati censentur legitimi, & habiles ad omnia commoda filij legitime natis concessa. c. cum in cunctis. de electio. c. tanta: qui filij sint legitimi. vbi Docto. Non tamen (vt diximus) demonstrat certam filiorum ætatem. Hoc tamen in casu crediderim vna cum Bald. & Iacobino præceteris in locis, saltem præsumptionem quandam facere, cum à communiter accidentibus filij legitimi nascantur post instrumenta dotalia: ex quo ¶ matrimonium inter personas honestas consuevit præcedere festiuos amplexus. Et verè sic sensit Alber. in l. 2. nu. 2. C. si minor se maio. dixerit.

Sexta est ætatis probatio, ¶ quæ fit confessione partis. Ita Salic. in l. si minorem. nu. 3. C. de in integr. restit. minor. c. in l. cum te. num. 3. C. de probat. Bertran. in consil. 2. numero 42. libro tertio. Quintilia. Mandos. in commentariis ad regulas cancellariæ. ad regul. 18. q. 7. & Mascard. in libro secundo de probatio. conclus. 673. Est ¶ enim confessio, probatio certa & manifesta aduer-

aduersus confidentem, & aliarum probationum verior & potentior. l. generaliter. §. est quidem. C. de rebus cred. & iur. iurand. c. l. vlt. C. de fide commissis. & plura ad rem hanc congesta in commentariis de recuperanda possessione, remed. 1. nume. 202. Hæc sententia multo magis procedit in confessione iurata, vt docuit Bald. ex illo textu in l. 3. nume. 6. C. si minor se maior. dixerit. cum scripsit, non admittere probationem in contrarium. Idem respondit Curt. Jun. in consil. 118. nume. 6. qui post Rem. in consil. 12. nume. 5. intellexit procedere, quando minor vellet restitui in integrum aduersus contractum, & suam illam assertionem: secus si contractus esset nullus, ob non obseruatas solemnitates. Et hanc declarationem singularem esse dixerunt Cremon. in sing. 163. Mascard. in sing. 229. & Gramma. in decis. 12. nume. 6.

Extenditur hæc sententia, vt locum etiam habeat in beneficiabus, in quibus adhuc confessio probat ætatem in præiudicium confidentis. Ita similibus in casibus tradunt Gemina. in c. unico. nume. 6. de eo, qui mittitur in possess. causa rei seruata. Felin. in c. olim. eolum. ultim. vers. limita quiritò, de rescriptis. & Cassiodor. in decis. 20. in titu. de præbend. & in specie respondit Bertrand. in consil. 2. nume. 43. lib. 2.

Declaratur nunc hæc sententia, vt locum non habeat in beneficiabus ad alterius commodum. Non enim sua ¶ confessione potest quis conferre ius aduersario. Gemina. in c. si duobus. nume. 7. de rescript. in 6. c. in c. unico. nume. 6. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruata. Felin. in c. olim. numero 10. de rescript. Boer. quest. 89. nume. 2. c. in qu. 293. nume. 4. idem decidit Rota in decis. 3. in titu. de iuris contestata. in antiquioribus. Hanc tamen declarationem intelligi procedere, quando actor vellet inniti ipsi soli confessioni rei conuenti, secus quando de iure suo probat, sed sua probatio redditur dubia per aduersarij probationem, si deinde subsequitur rei confessio, qua fateatur se nullum ius habere, hæc confessio prodest actori. Ita explicat Gemin. in d. c. si duobus. numero 7. de rescript. in 6. c. in d. c. unico. numero 6. de eo, qui mittitur in possess. causa rei seruata. & secuti sunt Felin. in d. c. olim. eolum. ultim. vers. limita quarto de rescript. Mand. in d. regu. 18. quest. 7. & Mascard. in d. conclus. 673. nume. 5. c. 6.

Declaratur secundo vt locum non habeat hæc sententia illis in casibus, in quibus lex statuit confessionem de ætate, non omnino præiudicare confesso: sicuti in minore, qui ¶ maior confessus est. Nam ¶ is potest petere restitutionem in integrum, l. 1. c. l. 2. C. si minor se maio. dixit. Id quod existimo commune esse cæteris in casibus, in quibus confessio retractari potest, de recto error. c. error. vbi glossa. & Doct. C. de iur. c. facti igno.

Septima ætatis probatio fit testimonio ¶ consanguineorum & vicinorum, qui dicunt illum esse natum tali tempore, & quod ipsi hoc sciunt, quia sunt coniuncti sanguine, vel vicini. Ita Bart. in d. l. de ætate. nume. 7. & ibidem Sapia nume. 28. de mino. Iacobin. in l. cum de ætate. nume. 3. ff. de probatio. Sfortia Oddo de restitutione in integrum. questio. 37. nume. 48. c. nume. 59. Mascard. in lib. 3. de probationibus in conclus. 668. numero 17. & Franc. Neapolita. in decis. 119. nume. 9.

Verum huius coniecturæ explanatio ab eo pendet an coniunctus, vel vicinus præsumatur scire facta coniuncti, vel vicini? Qua in re dicere solemus, quod aliquando agitur de illis actibus ¶ qui non cadunt in cognitionem & scientiam coniuncti, vel vicini, sicut quando agitur de adulterio, vel de stupro, quæ secretò committi solent: & ob id nec coniunctus, nec vicinus præsumitur id scire, sic Bald. in l. 1. in fin. C. de collis. deteg. qui idem esse ait de facto in vicinia commisso. His similia exempla commemorabo infra lib. 6. præsumpt. 48. Cum explicabimus, quando coniunctus, vel vicinus præsumatur scire facta coniuncti, vel vicini. Aliquando verò agitur de illis actibus, qui cadere possunt in scientiam & cognitionem consanguinei, vel vicini. Et hoc in casu, si coniuncti, vel vicini, præsumuntur scire facta vicini vel coniuncti, vt purè quod coniunctus vel vicinus sit diues, vel pauper. Ita Bald. in l. ultim. §. 1. eolum. 5. C. de iure delib. Alexand. in consil. 50. eolum. pen. lib. 5. & Purpur. in l. 1. nume. 92. ff. si certum petat. & alia exempla congeram infra lib. 6. in d. præsumpt. 48. Nunc verò agitur de illis actibus, qui cadere possunt in scientiam & cognitionem coniuncti, vel vicini. Bart. in l. de ætate. nume. 7. ff. de mino. præsupponit pro constanti cadere. Idem senserunt Alex. in l. 1. nume. 18. ff. si certum petat. & ibidem Purpur. nume. 98. & Ripa nume. 96. Verum idem Bart. in l. de tutela. nu. 1. C. de in integ. restit. mino. dubitat, sicuti & Bald. ibid. nume. 2. ergo sic distinguere aliorum casus.

Primus est, quando testis est longè ¶ maioris ætatis quàm sit is de cuius ætate & restituitur: & agitur de probanda ipsa ætate præcise, atque ita per ipsum punctum natiuitatis. Hoc in casu cognitio ætatis non cadit in consanguineo, vel vicino ex eo solo, quod consanguineus, vel vicinus sit. & hoc quidem duplici ratione. Quarum prima est, quod actus nati-

tatis atque ita partus secretò sit, id est, non adhibitis testibus, vt asseruit Bart. in d. l. de ætate, nume. 7. ea autem quæ secretò domi geruntur, non cadunt in cognitionem, & scientiam vicinorum, & affinium, vt diximus supra. non ergo ¶ scire possunt tempus præcise natiuitatis altera est ratio, quod ¶ actus natiuitatis est momentaneus. l. Arethusa. ff. de statu hom. Atqui actus momentaneus non præsumitur cognitus his consanguineis & vicinis. ergo nec actus iste natiuitatis. illa minor probatur à Doctoribus in l. 1. ff. si certum petat. qui inter alia exempla hoc commemorant, quando contractus aliquis celebratus est à vicino, vel consanguineo. nam is non præsumitur cognitus à vicino, vel consanguineo, ex quo est actus momentaneus. & in specie sic tradunt Fulgos. in d. l. 1. ff. si certum petat. & Felin. in c. literis. numero 5. de præsumpt. & huc facit doctrina Bart. in l. si potest. nume. 16. vers. si verò non est consanguineus. ff. de acquir. hered. Cui dixit, quod probare volens hæredem ¶ scivisse mortem defuncti, non sufficit, quod probet, eum fuisse vicinum; sed probare etiam debet famam de illius morte in ea vicinia fuisse. ea est ratio, quia is actus mortis, de quo loquitur, Bart. est momentaneus. sicuti Bart. traditionem declarat Rota. Mariana in repet. l. si potest. nume. 236. et si Alexan. & alii, aliter Bar. explicent. alia exempla suo loco commemorabimus.

Secundus est casus, quando ¶ testis est vel minoris, ¶ vel eiusdem ætatis, quæ est ille, de cuius ætate testimonium fert, hoc in casu siue agatur de probando ipso die natiuitatis, atque ita de puncto, siue de ætate ipsa, in totum non probat. ita in specie docuit Bald. in l. de tutela. numero 2. in fine. C. de in integ. restit. mino. & ibidem Salicet. & idem scripserunt Felin. in c. literis. numero 5. vers. secundo limitatur. de præsumptio. Sapia in l. de ætate. numero 28. ff. de mino. Ripa in l. 1. numero 46. in fine. ff. si certum petat. & Mascard. in lib. 2. de probationibus, in conclusio. 668. numero 20. ea est ratio, quia dubia ¶ probatio non recipitur. c. in presentia. de probatio. c. l. non hoc. C. unde legit. Hæc autem probatio, quæ à teste isto fit, dubia admodum est, cum scire is verisimiliter non possit tempus illius natiuitatis.

Tertius est casus, quando ¶ testis est multò maior ætate suo illo pro quo restituitur. & agitur de probanda ætate in totum, non autem de solo puncto natiuitatis: hoc sanè casu factis probatur ætas illa testimonio consanguinei, & vicini, qui dicat se id scire, quia est consanguineus vel vicinus. ita Bald. in d. l. de tutela. nume. 2. & ibidem apertius Salicet. in fin. qui sic responsum illud interpretati sunt. Declaratur tamen tertius iste casus, vt non ¶ procedat in vicino, & consanguineo, qui ¶ cum aliis non conueneratur, nam tunc non præsumitur, quod iste sciat facta vicini, & consanguinei. ita declarat Rota in l. 1. in tercia lectura. nume. 56. ff. si certum petat. & ibidem Ripa nume. 46. & Purpur. nume. 115. post Socinum Sen. in consil. 187. nume. 22. vers. secunda via. lib. 2. & huius declarationis ea est ratio, quia præsumptio scientiæ & cognitionis, quæ oritur ex affinitate, & consanguinitate, fundata in conuersatione & familiaritate cessat. Declaratur secundo, vt non ¶ procedat in vicino ¶ vel consanguineo, qui diu fuisset absens. ita Alexan. in d. l. si potest. nume. 13. ff. de acquir. hered. & alios commemorabo infra libro 6. præsumptio. vbi explicabo quando vicinus vel consanguineus præsumatur scire facta vicini, vel consanguinei. & ibidem alias declarationes, quæ huc pertinent, recensent.

Octaua est ætatis probatio, quæ fieri potest & solet libro Plebani seu ¶ Parochi, vt in specie scripserunt Sapia in l. de ætate. numero 33. ff. de minor. Quintilia. Mandos. in commentariis ad regulas cancellariæ regul. 18. de ætate pro canonice. questio. 10. Ios. ph. Ludo. in decis. 55. numero 7. Sfortia de restit. in integrum. questio 37. numero 83. & Mascard. in libro 2. de probationibus, in conclusio. 672. & idem decidit Rota Romana referente Verallo in decis. 34. parte prima. ego autem soleo præter Mandosij, & sequacium traditionem distinguere duos casus. Primus est quando dubitatur, an libro Plebani adhibeatur fides de his quæ ¶ conferrere consuevit eo in codice: sicuti quando scripsit aliquem fuisse illa die à se baptizatum suam ecclesia, adhibitis Caio, & Sempronio sponzoribus, id quod obseruatum fuisse, & Apostolorum tempore inter Christianos prodidit Dionysius Ateopagita in libro de ecclesiasti. Hierarch. quod & sacrosancto Concilio Tridentino, Sessio. 34. capite secundo, hodie sancitum est, & constitutione Regia obseruati apud Gallos audio. Hoc in casu dicendum est librum hunc fidei facere, et si priuata scriptura sit. ita Bald. in l. ultim. nume. 9. C. sine censu. c. reliq. cum dixit, libros census, & rerum emphyteutarum ecclesiæ conscriptos ab ecclesiæ administratoribus probare. & sequitur Mascard. in dicta conclusio. 972. numero 7. Ita etiam Salicet. in l. exemplo. eolum. 1. versicul. quandoque ab officialibus. C. de probatio. docuit, libris prælatorum, & administratorum ecclesiasti. fidem adhiberi.

idem responderunt Ancharan. in consil. 44. numero 5. & Decii in consil. 596. numero 4. & idem scriptis Felin. in c. ad audientiam. numero 16. de prescript. Huc etiam facit, quod respondit Federic. de Senis in consil. 119. ad finem, cum dixit, probari aliter quæm esse & excommunicatum, quando reperitur apud Plebanum descriptus in matricula excommunicatorum, non cancellatus, nec abrafus. Et Federic. secutus est Crauer. in tracta. de antiquo. tempo. in octava particula primæ partis princip. numer. 1. qui subiungit ex sententia Imolæ in consil. 110. in fin. lib. 6. Plebani probari aliquem esse vita defunctum. Nec huic sententiæ repugnat auctoritas Capræ in consil. 57. Cum respondit scripturam Plebani esse scripturam omnino priuam, & propterea nullam fidem facere, iuxta l. instrumentum. l. rationes. & l. exemplo. C. de probatio. cum his similibus. Et Capram secutus est Decius in consil. 120. numero 1. nam respondetur, Capram & Decium loqui, quando aliquo in actu requiritur scriptura notarij, atque ita publica, sicuti in confectioe testamenti, quod manu alterius conficitur. eum enim casu verum est scripturam Plebani non sufficere, cum ei data non sit talis potestas & officium. diuersum est in casu nostro, in quo apparet pertinere ad Plebani officium ita scribere: & consueto fidem illi scripturæ tribuit. id quod in specie aduertit Mandos. vni supra. & secutus est Mascard. in d. conclus. 672. num. 17.

Secundus est casus, quando ambigitur, an liber Plebani, & in quo descriptus est baptizatus alicuius, probet illius ætatem? Hic distinguendum est, quod aut agitur de probanda ætate maiori, aut minori.

Primo casu clarum est, ætatem illam maiorem concludenter probari: quia si constat ex ipso libro aliquem fuisse baptizatum anno 1554. inde sequitur hodie, quæ est dies 9. Septembris, 1586. illum esse maiorem 25. annorum.

Secundo verò casu, quando scilicet agitur de probanda ætate minori, non sequitur concludens probatio ex libro baptismatis: cum non omnes certo tempore, postquam nati sunt, baptizentur: sed aliqui post biduum, aliqui triduum, imò & aliqui, quod turpe est, & periculosum, post decennium: sicuti ipsa experientia docet. & hoc quidem intelligitur, quando ageretur de probanda ætate minori statim, nempe puncto penè natiuitatis. Nisi in libro baptismatis scripta fuerit dies natiuitatis, sicuti scribi debere rectè statuerunt Bononenses in libro 2. Quæritur procedatur si super ætate concedatur. §. penult. & si adiecerint horam esse describendam, bonum etiam fuisset, vt illo in loco annotauit Montenerius ex Rebuffi sententia, quod omnium existimo ob id, quod non ita facile sciri id potest.

Ceterum si ageretur de probanda ætate minori late, hoc est per latam temporis distantiam, hoc sanè casu minor ipsa ætas probaretur saltem præsumptiue, cum à communiter contingentibus filij nati baptizati consueuerint, post octo vel decem dies suæ natiuitatis.

Nona est ætatis probatio, quæ fit ex aspectu ipso vel solo iudicio iudicis, quod est pro eius arbitrio, vt scripsi in lib. 2. de arbitrariis iudicium, casu 117. Vel probatur testibus testimonium dicentibus: de qua nunc est agendum. nam & alij quando probatur ætas ex aspectu probato per testes. Hic tamen distinguere solent Doctores duos casus.

Primus casus est, quando agitur de probanda ætate non cognoscibili ab omnibus, eo quia fit modicus adest excessus. Hoc in casu ætas per hunc aspectum testibus non probatur: sed à iudice ipso fit hoc iudicium, an is aspectus indicet illum esse tantæ ætatis. ita Bart. in l. de ætate. num. 9. vbi dicitur ad propositum. ff. de mino. 25. annis. & idem in consil. 92. num. 3. lib. 1. Cum dixit, illud testimonium de aspectu esse inuicidum, inane, & fragile: cum solus iudex iudicare id possit: ita etiam Bald. in l. felam. num. 12. C. de testib. Alexand. consil. 29. num. 5. lib. 7. Bertrand. consil. 2. num. 4. li. 3. Mandos. ad regulam cancellariæ. 18. qu. 5. in fine. & Mascard. in lib. 2. de probationib. conclus. 667. num. 11. qui alios nonnullos recenset.

Primo de ea ratione, quod testis debet ferre testimonium de his, quæ percipit sensu corporeo, & non sensu animi, l. testamento. in fin. ff. de testam. l. 1. in prin. ff. de his quæ in testa. de testib. & l. test. C. de testib. & tradunt Innoc. & ceteri in c. eum causam. de testib. est autem certum in hominis sensum non cadere cognitionem ætatis per aspectum hunc: sed versatur in iudicio intellectus peritorum. ergo testes ii non probant, sed relinquunt ipsi peritis, quibus iudex committit. iuxta l. 1. §. ff. de ventre inspiciend. & l. comparationes. C. de fide instrumentum. & l. semel. C. de re milita. lib. 12.

Secundo accedit, quod testis debet ferre testimonium de his, quæ percipit (vt dixi) sensu corporeo, & cum aliquo rament iudicio intellectu, vt declarat Bart. hic num. 8. versic. item premitto. qui exemplum adfert in impubere, qui etiam sensu aliquid percipiat & cognoscat: at tamen non percipit iudicio intellectus, quia quidquid videt ignorat, l. 3. §. lege in-

lia. ff. de testib. & l. 1. C. de falsa moneta. & scripsi lib. 2. de arbitrariis iudicium, casu 329. num. 1. Atqui fieri potest, quod si admitteretur testimonium super hac ætate, reciperentur multi ignari, qui etiam corporeum sensum habeant: at tamen carent intellectu, vt sunt rustici, mulieres, & his similes, qui tamen alias ferre possunt testimonium, ergo, &c.

Tertio confert, quod facile quis ex aspectu decipitur, 61 l. 2. §. si à pupillo. vbi Bart. ff. de usucap. pro emptore. & l. præcipiunt. vbi gloss. ff. de adit. edicti. & hac ratione vsi sunt Bar. in consil. 92. num. 3. lib. 1. & Alex. in consil. 29. num. 9. lib. 7. & Bald. in l. cum te. num. 2. C. de proba.

Declaratur hic casus vt non procedat, quando testis etiam non interrogatus redderet rationem sui dicti. ita declarat Sapia hic numer. 40. versic. secundum limitat. ea ratione motus est, quod testis deponens de his, quæ solo iudicio intellectus percipiuntur, probat si non interrogatus reddat rationem, 62 vt tradunt Bar. in l. de minore. §. 10. mona. numero 16. ff. de questio. Alexand. in consil. 25. libro 4. Gram. in consil. 42. num. 9. in criminalib.

Secundus est casus, quando agitur de probanda ætate, communitate cognoscibili, vt puta quando adeo est magnus excessus, vt probabiliter vniuersique facile possent iudicare illum esse, vel non esse tantæ ætatis. hoc sanè casu testis, qui de aspectu deponit, probat. ita Bart. in d. l. de ætate. numero 9. & 10. & in l. 2. §. si dubitetur. ff. quædam testam. apud Sapia num. 42. Alexand. in consil. 29. numero 5. libro 7. Stortia Oddo de restitutione. in integrum. qu. 37. num. 100. & Mascard. in d. conclus. 667. n. 27. scripsi tamen in libro 2. de arbitrariis iudicium, casu 117. versari in his iudicis arbitrium.

Primo, ex l. cum de ætate. ff. de proba. considerando eam, vt paulo infra considerat Barto. sed mea quidem opinio, non loquitur ille tex. de probatione ætatis per aspectum, sed per scripturas natiuitatis, quæ professiones ibi appellantur. & in l. 2. §. et. ff. de exco. nunc appellatur scriptura natiuitatis. De qua & apud Iurist. consil. in l. i. l. ætatem. & l. forma. ff. de testib. & tenet Imperator in l. iudic. C. de proba. Quæ autem ratione & cautela hæc ætatum professiones habent, explanauimus supra.

Secundo accedit, quod etiam cognitio hæc versetur in intellectu: tamen cognoscibilis est ex eorum opinione hominum opinione. Atqui de his quæ ita cognoscibilia sunt, reddi ratio potest per aspectum. Ergo de his fieri potest testimonium, redendo rationem per aspectum. Illa minor probatur in l. pediculis. §. Neratius. & l. si quando. ff. de iur. & argentea. vbi ex visu & aspectu vasa cognosci possunt an sint electri, vel argenti. ita in l. 1. C. de canone frum. vbi R. x. lib. 10. vbi ex aspectu cognoscitur an merces vectæ vitiose sint vel non. Ita per aspectum qualitas corporis fit apta ad contrahendum matrimonium & generandum cognoscitur. c. puberes. de despons. impub. ita vitium & morbus oculorum, quibus reicitur clericus à sacerdotio, ex aspectu cognoscitur. c. si forte. de elect. in 6. & c. constitutionem. de verb. sig. in 6.

Tertio confert, quod hæc cognitio non in solo iudicio intellectus, sed etiam in consensu corporis posita est, ergo de his fieri potest testimonium. ita Bart. in l. quid tamen. §. si arbitri. numero 3. ff. de recept. arbitri. cum dixit, quod testis deponens, Titium 10. sunt decem anni possidere, &c. probat quia deponit de sensu intellectus, cum ait se ad tempus, & de sensu corporeo, cum dixit de actu ipso possidendi. Alexand. in consil. 147. co. num. per. num. 17. lib. 2. qui eundem sententiam multis commemorat. Idem respondit Soc. Sen. in consil. 143. col. 3. num. 6. lib. 1. & egregie Decii. in consil. 272. n. 2. qui secutus est Bar. in hac disputatione nostra.

Ceterum hic dubitari contingit, quomodo cognosci possit excessus iste magnus, vel modicus. Barto. in d. l. de ætate. numero 10. ff. de mino. egregiam attulit declarationem. Et illud primum affirmat, quod quanto quis est minor, tanto facilius ex modico excessu cognoscitur ætas. Quanto vero est maior & antiquior, tanto maior excessus requiritur. l. 1. §. de inspiciend. vel in elius in §. si autem apud. ff. de ventre inspiciend. dum prætor dixit, quod vbi partus editus est, donec erit trimestris, bis in mense ostendatur, à trimestri vique ad semestrem, semel in mense, à semestri donec anniculus, alternis mensibus ab anno vsque quo peperit facti singulis sex mensibus: ætas itaque quo minor est, maiorem recipit mutationem. Ergo minus tempus requiritur in demonstranda ipsa ætate ex aspectu, ex quo facilius dicitur debuisse recipere maius augmentum & mutationem. Et hanc Bar. traditionem ac distinctionem, quam mox subiiciemus, vix sunt probate ceteri omnes, qui à Bart. non disenserunt, & apertius Bart. hac in re secuti sunt Bal. in consil. 218. testes & attestaciones. col. 2. li. 4. Calcan. consil. 80. Berous in consil. 180. num. 4. li. 1. Stortia Oddo de restitutione in integrum. q. 37. num. 109. & Mascard. in lib. 2. de probat. conclus. 667. n. 30.

Excessum ita posse limitari scribit Bart. Et primo ad proban-

probandum infantem fuisse minoris ætatis sex mensium testes debent deponere, quod ex aspectu videbatur trium mensium. Et ita descendendo sufficientes tres menses, si vero volunt probare fuisse maiorem sex mensium, debent dicere, quod ex aspectu videbatur maior decem mensium, & ita requiruntur quatuor menses ascensiuè. Ita probat (ait Bartol.) text. in l. cum de ætate. ff. de probat. ibi, ex quo præcipuam fidem in care constare, &c. iunctis verbis præcedentibus. ibi, ex eo anno computantur. ille tamen tex. ad rem non pertinet, cum loquatur, (vt diximus) in libro professionis, in quo ætas fuit descripta. Debet igitur (inquit Barto.) incipi à computatione annorum ex eo tempore, quo certum est ipsum esse tantæ ætatis. Si ergo infans videbatur minor trium mensium ex communi aspectu, absque dubio erat minor sex mensium.

Secundo ad probandum ætatem anni (ait Bart.) sufficit descensiuè quinque menses, ascensiuè verò sex, modo prædicto.

Tertio ad probandum ætatem triennij (inquit Bartol.) descensiuè annus, ascensiuè decem & octo menses.

Quarto ad probandum ætatem septem annorum (ait Bart.) descensiuè biennium, ascensiuè triennium.

Quinto ad ætatem duodecim annorum in femina, & quatuordecim in masculo descensiuè triennium, ascensiuè quadriennium. Et hanc computationem in specie probantur Calcan. Bertrandus & Mascard. supra allegati.

Sexto ad ætatem viginti quinque annorum descensiuè & ascensiuè quinquennium, sequitur Mascard. in d. l. de conclus. 667. num. 32. post Bertrandum in consil. 63. lib. 4. num. 2.

Septimo ad ætatem 40. annorum descensiuè, & ascensiuè octo anni.

Octaui ad ætatem 70. annorum descensiuè & ascensiuè decem anni. Sequitur Mascard. in d. conclus. 667. numer. 33. & idem de edit Rota Romana referente Verallo in decis. 131. in decis. 311. 312. & 315. par. 1.

Nono ad ætatem supra septuagesimum annum vsque ad centesimum, descensiuè, quinquennium.

Hanc temporum distinctionem probat Barto. simili limitatione & distinctione, quam facit Iurist. in l. hereditaria. ff. ad leg. Falcid. Ceterum rectius dici potest eam temporum distinctionem esse longè diuersam distinctione ista. Non enim in aliquo conueniunt. nam non conuenit quoad modum. non etiam quoad rationem: cum ignoretur qua ratione ita eo in casu distinxerit Vlpianus, sicuti ibi annotatur Barto. numer. 1. Angel. & Alex. numero 8. Roderic. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus. limit. 3. num. 8. C. de inoffic. testam. qui dixerunt, ita eo in speciali casu factam fuisse distinctionem illam. Non ergo sumi potest argumentum ab ipsa rationis identitate, & quamquam obscure admodum Modernus Parisiensis in tracta. de viuis, num. 475. & 476. nouam adferat rationem computationis huius factæ in casu d. l. hereditaria, quod scilicet Vlpianus mediam viam quoddammodo sit amplexus, nempe quod nec hominis vita longæua sit certum annorum, iuxta l. an usufructus. ff. de usufructu. & l. vlt. C. de sacrosanct. eccles. nec sit minor quinquaginta aut sexaginta annis, & propterea medium quoddam elegerit Iurist. con. at tamen nec illa casui nostro potest adaptari, cum illa sit respectu vitæ hominis, quod scilicet eo in casu præsumatur tantum posse adhuc viuere, & eligitur illa via media tanquam æquior. Cum aliqui homo fit possit viuere, vel (vt alij scribunt) præsumatur viuere vsque ad centesimum annum, vt tradunt gloss. & Docto. in d. l. vltim. C. de sacrosanct. eccles. & differemus infra libro sexto, in præsumpt. 40. Respicit itaque illa distinctio & computatio præsumptionem vitæ hominis. Nostra autem disputatio versatur circa præsumptionem mutationis aspectus, & qui indies mutatur, & indies homo alter quodammodo efficitur, l. proponebatur. ff. de ind. & egregie scribit Alex. ab Alex. lib. 3. dierum Genial. cap. 1.

Rursus, sicuti illa distinctio & computatio non conuenit similibus casibus, multò minus conuenire potest casui nostro longè dissimili. non enim conuenit casui quando usufructus legatus est, vt in d. l. hereditarium in fine. respondit ipse Vlpianus: & tamen casus ipsi sunt similes, cum & usufructus vitæ usufructuati respiciat, & ea extincta finiatur. §. finitur. in Insti. de usufructu. ita pariter alia computatio fit in casu l. si quis argentum. §. si autem donator. C. de donatio. vbi si quis donauit redditus, cum redditus non haberet certus, æstinatio fit vt hæres præstet redditus quinquedecim annorum. Et licet Imolæ & Alexand. in d. l. hereditarium, numero 8. nec non Alberic. & Salicet. in d. §. si autem donator. reddant rationem diuersitatis inter casum dictæ l. hereditarium. & dicti §. si autem donator. quod scilicet in casu dicti §. si autem. facta sit taxatio minoris temporis fauore donatoris, quia maiorem exercet liberalitatem, quam testator, qui legatum reliquit, cum donatio sit facta de presenti, le-

gatam verò in futurum, nempe post mortem ipsius testatoris. Nihilominus hinc non fit, quin vtroque in casu habeatur ratio ad vitam hominis. & tamen diuersa est computatio. Ergo multò minus computatio & distinctio d. l. hereditarium. conuenire debet casui nostro, in quo non agitur de vita & morte hominis, sed de mutatione aspectus qui (vt dixi) facile indies mutatur. Esset tamen difficile à Barto. distinctione recedere, cum nemo eam improbet.

Ceterum obiicit Bart. quod legitur apud Evangelic. 69. itam Ioan. cap. octaui, dum Iudæi Christo Seruatori nostro dicenti, se ab Abraham visum fuisse, obiecerunt, quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Certum est (ait Bartol.) quod Christus eo tempore erat triginta trium annorum, vel circa. Et sic errabant in aspectu maiori tempore decem annorum, contra supradicta. Responder Bartol. ex sententia Diui Thomæ, & aliorum Theologorum, qui mirantur, quod Iudæi non dixerint: quadraginta annos nondum habes. Si ergo Theologi mirantur de Iudæorum responsione, sequitur (ait Barto.) quod excessus decem annorum sufficit ad iudicandum ætatem ex aspectu. Et subiungit ipse Barto. quod imò hic locus suæ opinionis suffragatur, quia dixerunt Iudæi, quinquaginta annos nondum habes, quasi dixerint, non videas tantæ ætatis ex aspectu. Non autem dixerunt Iudæi, quod tantæ ætatis videretur. Verum hæc Bart. consideratio satis leuis est. Nam si ad probandum ætatem, à viginti quinque annis ad quadraginta, sufficit excessus ascensiuè & descensiuè (vt ipse Bart. dicebat) quinque annorum: iste excessus à Iudæis consideratus vel vno vel altero modo ex consideratis à Bartol. erat multum ultra quinquennium. si cum Barto. dicimus Iudæos negatiue locutos, non videris tantæ ætatis, apparet ex maiori excessu descensiuè, quam quinque annorum, Iudæos existimasse Seruatorem nostrum hō fuisse ætatis quinquaginta annorum. Si verò dicimus Iudæos affirmatiue locutos esse, videris quinquaginta annos habere, excessus pariter iste ascensiuè est immodicus, atque ita nullo modo conuenit vel quinquennio, nec etiam decennio. Alii verò (inquit Bart.) scripserunt, Iudæos dicere voluisse, quinquaginta annos nondum habes, hoc est, nondum peruenisti ad annum Iubilæi, in quo fit remissio peccatorum. Quomodo ergo dicis, te tantam habere potestatem. Ceterum expositio hæc, nec vera, nec ad rem pertinet. & si enim verum est, aliquos bene eruditos sacrarum literarum interpretes, sicuti Theophylactus refert, dixisse, quinquaginta annorum factam fuisse mentionem ob honorem anni Iubilæi: At tamen hæc expositio non conuenit. Cum inter Christum Seruatorem, & Iudæos non esset disputatio de potestate dimittendi peccata: sed quod Christus viderit, vel non viderit Abraham, seu ab eo visus fuerit. & propterea cum esset contentio de quantitate ætatis, absurdè nimis diceretur facta mentio anni Iubilæi. Alij, vt Irenæus libro secundo, capite 40. existimant, Dominum maiorem annis quadraginta prædicasse Evangelium, ac ad ætatem quinquagenariam accessisse, cum illi hæc Iudæi obiecerent. Quod & confirmant autoritate eorum, qui hæc se audiuisset à Ioanne prædicabant. Verum reicitur ab omnibus opinio hæc, quippe repugnat omnibus Evangelistis, Et nouè scribit Cornelius Ianfenius in commentariis in concordiam Evangelistarum, capitul. 77. colum. vltimo. Irenæi errorem emanasse à Papia Ioannis discipulo, qui ex Apostoli verbis non satis intellectis, scripsit quædam, vnde data est aliis erroris ansa: inter quos Eusebius libro tertio ecclesiasticæ Historiæ, capite vltimo recenset Irenæum. Alii opinari sunt, esse legendum quadraginta. Sic enim legitur apud Chrysostrum, qui commenti vice adicit, ac si iam propè accederet ad eam ætatem. Ceterum Cornelius Ianfenius præcitato in loco scribit, verisimile esse scriptorum vitio quinquaginta mutatum fuisse in quadraginta, quod crederent illi, ineprè nimis obiecisse Iudæos quinquagesimum annum: cum ab eo tam longè abesset. Alii scripserunt, Iudæos existimasse Dominum teniorem fuisse, quam erat, ob maturitatem & grauitatem vultus, & ob multos labores in prædicationibus, vigiliis, & orationibus. Quam quidem interpretationem probare non possunt. Cum non affirmatiue dixerint Iudæi, quinquaginta annos habes, sed negatiue, quinquaginta annos nondum habes. Quibus sanè verbis non fatebantur Iudæi, quod Dominus accederet propè ad quinquagesimum annum. Existimauit Ianfenius in loco sepe allegato probabilissimum esse, Iudæos ea appellatione quinquaginta annorum spectasse morem sui seculi, hoc est, Iubilæi, quod interdum seculum appellatur: quasi dixerint, Nondum vnum seculum impleuisti, & audes dicere te vidisse Abraham. Verum nec interpretatio hæc controuersiam dirimit, tunc scilicet dixerint Iudæi, seculum nondum impleuisti, id est nondum ad

quinquagesimum annum peruenisti, cum re vera adhuc esset ætatis triginta, & paulo plus annorum. Existimavi aliquando probabilius esse, Iudæos ea verba, Quinquaginta annos nondum habes, protulisse, non quod ex aspectu ætatem Domini indicarent, sed re vera scirent eum non fuisse ætatis quinquaginta annorum. Nam certum est, Dominum ad Iudæis fuisse ab ineunte ipsa ætate cognitum, cum iam multos ante annos in templo cum eo disputassent. Et Iudæis ipsis noti erant pater & mater, fratres & sorores, legirunt enim apud Matthæum capite decimotertio, Marcum capite 6. & Lucam capite quarto, aliquando seniores ipsos populi cum ipso Domino disputantes, eius doctrinam & sapientiam admiratos, dixisse: Nomen hic est filius Ioseph, fabri filius? nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph, & Iudæ & Simonis? &c. Quapropter verisimile est, Iudæos scivisse Domini ætatem, & si non ita præcisè & punctim, saltem tamen eam, quæ proximè ad eam accedebat. Id quod vel ex eo etiam colligitur, cum non dixerint Iudæi, quinquaginta annos nondum habere videris, quo sermone significassent, ex aspectu iudicare eum voluisse, sed dixerunt, quinquaginta annos nondum habes, pro certo & constanti habentes, Dominum quinquagesimum annum non attingisse.

Cæterum, admissio, Iudæos iudicasse Domini ætatem ex aspectu, id vel ex ratione & causa factum esse existimo. Nam nil magis vult cordi ipsis Iudæis, maxime senioribus populi, quam ut Dominum mendacij convincerent, & falsam doctrinam eum tradere. Quod vel ex eo ipso capite octavo Iohannis, manifestè colligitur, dum in initio illius capitis dixisset Dominus: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt Pharisei, Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, &c. Et paulo post dixit Dominus: Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ve iugiter Iudæi convincerent Dominum de mendacio, cum dixisset, Abraham vidisse diem suum, proposuerunt unum, quod erat certum & manifestum, quodque ipse Dominus non negasset, nempe quod Dominus nondum implevisset quinquaginta annos, & quod nihilominus auderet dicere vidisse Abraham, qui iam multa ante secula decesserat, quasi ita dicere voverint Pharisei: Ecce quam falsam loqueris, negare non potes, te adhuc non inplevisse ad lummum quinquaginta annos: & tamen ad eum adx es, ut velis aliter, te vidisse Abraham, qui iam mille & octingentis abhinc annis desit esse in humanis. Ita enim tantum ac plus temporis à morte Abraham ad Domini natiuitatem intercessisse facile colligitur ex supputatione temporum, quam facit Gerardus Mercator in Chronologia, dum scripsit Abraham decessisse anno 2114, à creatione mundi. Dominum vero natum fuisse anno ab eiusdem mundi creatione 3966. Mea hæc est hæc de re dubia interpretatio, quam tamen Ecclesiæ Catholicæ Romanæ iudicio ac sententiæ libenter subicio.

PRÆSUMPT. LII.

Defensum in iudicio reum conuentum, præsumi à sanguine coniunctis: & de consanguinitatis effectu, alia nonnulla explicantur.

SVMMARIA.

- 1 Reus habens sanguine coniunctos, vel amicos in loco iudicij, præsumitur ab iis defensus.
2 Mortem occisi vlcisci, permissum est omnibus sanguine coniunctis.
3 Consanguinei & affines prius ad tutelam & curam admittuntur, & quando iis præfertur vitricus.
4 Tutor pupillo dari debet, quem mater nominavit, nisi infra causam impediatur.
5 Colludere non præsumitur, qui suorum iniuriam prosequitur.
6 Homi idam filij sui accusans pater, à præsumpta calumnia excusatur.
7 Testium examinationem impediuntibus affinibus, non præsumitur contra accusatum.

DEFENSVS in iudicio præsumitur reus ille conuentus, qui in loco iudicij sanguine coniunctos vel amicos habuit, l. hæc autem, §. 1. ff. quibus ex causis in possess. eat. et in specie scribit Alciat. in tract. de præsumpt. pt. regu. 2. num. 1. qui huius sententiæ recenset Baldum in l. 3. §. si reus, ff. iudicatum solui, & in rubric. C. de success. edito, qui tamen hoc non scripsit. Hanc inferit idem Alciatus, quod ubi agitur de vlciscendo à morte & occisi, admittuntur ante omnes, qui illi erant

sanguine coniuncti, etiam si pauperes sunt, l. si plures, vbi glo. ff. de accusat. & ibidem Angel. Hinc etiam fit, ut contanguinei & affines prius admittantur ad tutelam & curam, ex quo præsumptio est quod pupillum & minorem defendent, §. ex his, in authent. de hered. ab intestat. venientib. Id quod intelligit Alciatus præcitato in loco, nisi ipse pupillus vel minor petat sibi assignari vitricum. Nam tunc is præfertur consanguineis. Ita Alber. in l. vltim. C. de contrar. iudicio in re. Nisi (ubi iungit Alciatus in d. præsumpt. 22. num. 2.) quædæ copnoiceret pupillum, vel aduultum ipsum petere per prudentiam & simplicitatem. Nam tunc (ait Alciatus) ex iusta causa anteponeere debet iudex consanguineum vitrico. Ita dicimus, quod & si tutor dari debet pupillo, quem mater nominavit: attamen si iusta subest causa eum non dandi, iudex alterum assignabit. Quæ de re scripti libro 2. de Arbitr. iudicium, casu 151. Hinc etiam inferitur secundum Alciatum præcitato in præsumptio. 22. num. 3. colludere non præsumitur, qui suorum iniuriam prosequitur, l. in fine, ff. de Carbonia. vlcisio, & l. 1. C. ad legem Cornel. de falsis. Et simile est quod dicitur, patrem præsumitur excusari à præsumpta calumnia, qui filij sui homicidam accusavit, sicuti scripti libro 2. de Arbitr. iudicium, casu 321. num. 25. vbi alios eiusdem sententiæ Doctores commemorat.

Hinc etiam inferitur secundum Alciatum in d. præsumpt. 22. in fin. non præsumitur contra accusatum, est eius affines qui defensionem susceperunt testimonium examinationem impediunt. Id quod affirmavit Alciat. ex sententiâ Abbatis antiqui in c. consuetus, de testibus. & Bald. in l. 1. in fin. C. si quacunque præditus potestare.

PRÆSUMPT. LIII.

Testimonium fratris pro fratre reiici ob affectionem, quam lex præsumit in fratre erga fratrem: & alia nonnulla de his egregia exponuntur.

SVMMARIA.

- 1 Fratrem à fratre diligere, legis est præsumptio.
2 Iniuria vni fratri illata, censetur illata & alteri.
3 Fratris testimonium in causa etiam civili rejicitur.
4 Fratris testimonium in causa civili leuiori admittitur.
5 Testimonium domesticorum rejicitur, de quibus id intelligendum.
6 Frater pro fratre non est testis omni exceptione maior, & quam fidem tribuat, iudex arbitrabitur.
7 Iniuria illata à fratre fratri, est grauior illa quæ ab extraneo infertur.
8 Discordia inter fratres facile oritur.

CVM superiore præsumptione actum sit de his præsumptionibus, quæ circa affines versantur, hoc in loco ad iudicium satis conuenit, præsumptionem illam qua dicimus, legem præsumere quod frater fratrem diligat, atque ita affectionem erga eum habeat, c. literas, de præsumpt. Quocirca statuit lex ob hanc affectionem repellendum esse fratrem à perhibendo testimonio pro fratre, cū causa criminalis est, ex quo iniuria vni fratri illata, censetur illata & alteri, l. ex Cornelio, ff. de iniuriis, & ad rem sic scripsit Alciatus in tract. de præsumptio. regul. 1. præsumptio. 23. numero secundo. Idem est quando causa est civilis, grauius tamen. Nam adhuc reicitur testimonium fratris pro fratre, sicuti præcitatum in loco affirmavit idem Alciatus, & huius sententiæ alios multos commemorat lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 104. numero quarto. Est maius dubium, quando causa civilis est leuis: Quæ tamen in re recepta magis opinio est, præsumitur testimonium recipi. Ita Alciatus in d. præsumptio. 23. numero 1. & ibidem Nicolaus Arelanus in annotat. & alios plures congesti in dicto casu 104. numero primo. Nec repugnat illa consideratio Alciati, quod si frater ferre non potest testimonium pro fratre, cum causa iniuriarum agitur, (ut diximus supra) ita nec quando de causa pecuniaria est contentio: cum & tunc de iniuria agatur. Is enim inferit iniuriam, qui iniuste & dolose alienum retinet, l. secunda, §. circa, ff. de doli except. Quare scribit Specul. in titul. de instrumentorum editiune, §. nunc vero aliqua, quod executores, quibus testator mandauit, ut satisfacerent de omnibus iniuriis, tenentur satisfacere etiam creditoribus pro debitis quorum dies venit. Et confert, quod decidit Guido Papæ in questio. 18. in fin. Conservatores dati, ut de illarum iniuriis monasteriis cognoscant, cognoscere etiam possunt contra debitores recusantes soluere, cum non satisfacendo iniuriam inferre dicantur. Hæc sanè consideratio nil obstat. Nam præter id quod responderet Alciatus hanc non dici iniuriam in specie, sicuti est illa, quæ repellit fratrem, responderi etiam potest quod hoc solum possit præcedere quando debitor fratris recusaret

recusaret soluere, quod manifestè debet. Quo sanè in casu necessarium non est alicuius testimonium, sed quando sumus in dubio, tunc non potest dici inferri iniuria fratri à debito: quia esse potest quod is debitor inique molestia afficiatur. Non etiam repugnat, testimonium fratris pro fratre esse domesticum testimonium, quod à lege repellitur, l. testes, ff. de testib. & l. etiam, C. eod. Quo argumento ad rem hanc vsus est Duarenus lib. 1. disput. amniuers. cap. 28. Nam responderi posse arbitror, domesticum testimonium intelligi de illo qui in eadem domo habitat, non de omnibus, qui eiusdem sunt gentis, familiaris & agnationis, iuxta l. respiciendum, §. 1. ff. de pan. Non enim iure probatur, eos, qui ex agnatione & familia sunt, tanquam quod domesticus sint repelli à testimonio. Illud autem est hic obseruandum, quod illis in casibus in quibus frater pro fratre fert testimonium, non erit testis omni exceptione maior. Ita Bald. in l. vlt. C. de probat. Et erit arbitrium iudici, quam fidem illi adhibeat. Specu. in tit. de teste, §. 1. & Felin. in c. literas, num. 7. vers. prædicta limita, de præsumpt. & in c. cum oporteat, in quinto notab. de accus.

Inferit etiam Alciatus in d. præsumpt. 23. in fine, quod iniuria quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior illa, quæ ab extraneo infertur. Id quod scripsit & Marfil. in singu. 573. Nam frater inferens iniuriam fratri, magis lædit dilectionem & charitatem, & attingam infra lib. 5. in præsumpt. 15. ad fin.

Inferit quoque ex prædictis Alciatus in d. præsumpt. 23. in fine, inter fratres præsumitur oriri discordiam. Nam illa magna familiaritas facile contempum parit. Quæ etiam de re dicemus in d. præsumpt. 15. in fin.

PRÆSUMPT. LIV.

Testes ad æternam rei memoriam, quando examinari possunt, & quando in fraudem examinati ab actore præsumantur.

SVMMARIA.

- 1 Testium productio aut examinatio ex parte actoris, non est licita ante litem contestatam. Quibus id tamen casibus liceat, num. 2.
2 Testium examinationem faciens ad æternam rei memoriam, intra annum actionem proponere debet.
3 Testium examinationem ad æternam rei memoriam, præcedere debet quedam summaria cognitio, nec leui de causa hæc facultas concedenda est.

EST regulari iure ante litem contestatam permissa non est testium productio, examinatioque ex parte actoris, ad æternam rei memoriam, c. quoniam frequenter, ut lite non contestat. latè Rolandus in cons. 23. numero 15. libr. 3. attamen certi sunt casus, quibus id permissum est, nempe quando testes sunt senes, vel valerudinarij, vel peregre profecturi sunt, diuque abesse coguntur, c. quoniam frequenter, ut lite non contestat. Quæ de re scripsi nonnulla in lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 62. Nunc dicimus, inter alia quæ requiruntur, ut examinatio hæc testium proficere actori, & debet intra annum proponere actionem, ob quam curauit testes illos examinari: alioqui aduersus eum erit præsumptio examinationem in fraudem, ad perpetuam rei memoriam factam fuisse. Sicuti sancitum est in d. c. quoniam frequenter. & ibi gloss. in verbo, in fraudem, quod & affirmarunt Bald. ibidem, Alciatus in tract. de præsumptionibus, in præmissis, secunda parte, numero 13. & Andreas Gaillius in libro primo Practicarum obseruat. obseruat. 96. numero 6. qui præsumptionem hanc iuris & de iure esse scripserunt. Aduersus tamen hanc præsumptionem, admittitur contraria probatio indirecta, nempe probandum lapsum adhuc non esse annum, ab eo tempore examinationum citra: sicuti præcitatum in loco admonuit Alciatus. Et præterea intelligitur currere tempus, si est in facultate actoris agere, secus si non posset, ut quia actio esset conditionalis, vel in diem, quæ adhuc non cesserunt. Ita Bartol. in authent. sed & si quis, C. de sentent. & interlocut. omnium iudic. & manifestè Mynsingerus singularium obseruationum centuria quarta, obseruat. 72. Illud etiam hæc in re obseruandum est, quod vt concedatur facultas hæc actori examinandi testes ad æternam rei memoriam, & præcedere debet quedam summaria cognitio de valetudine, senectute, vel absentia: & non leui de causa concedi debet facultas hæc, quemadmodum scribunt omnes in d. c. quoniam frequenter, ut lite non contestat. & Ioann. Arie. ab Orolera Hispanus in summa nobilitatis Hispanicæ, parte quinta, cap. 1. numero 3. Imò etiam requiritur iudicis interlocutoria, quæ declararet testes esse valerudinarjos vel senio confectos, vel abesse diu oportere. Bartolus & reliqui in l. lege Aquilia, §. si delectum, ff. ad legem Aquil.

Roland. in cons. 23. numer. 21. lib. 3. Quæ tamen interlocutoria & declaratio satis pronuntiata censetur, quando iudex committit ipsorum testium examen, nam factò illo significatur iudicis voluntas & animus. Ita in specie respondit Crauet. in cons. 319. num. 2. vers. cæterum, non eimdo. post Socin. sen. in cons. 244. colum. 5. vers. non obstat, lib. 2. Est ab his dissentiat Rol. in d. cons. 23. in fin. lib. 5. affirmans communem opinionem esse contra Socinum & Crauetram. Quod verum non esse crediderim: cum Socinus & Crauetra concedant, requiri interlocutoriam: sed dicunt, iudicem committendo ipsum examen, satis dici interlocutoriam fuisse. Est enim tacita interlocutoria, quæ sufficit, sicuti scribunt Doct. in l. à procedente, C. de dilatio, & dicemus infra in præsumpt. 48.

PRÆSUMPT. LV.

In testibus interdum præsumi vitia, quibus eorum fides debilitatur.

SVMMARIA.

- 1 Delinquere nemo præsumitur.
2 Testes qui sponte se offerunt ad dicenda testimonia, in fide se se speciosos faciunt.
3 Testes animose nimis deponentes sunt suspecti.
4 Testes à dicendo testimonio se subtrahentes, gratia, odio, vel timore facere præsumuntur.
5 Et quid operetur hæc præsumptio, n. 5.
6 Testes deponentes sermone præmeditato suspecti sunt.
7 Testes super negatiua loco & tempore non coarctata deponentes, suspecti sunt.
8 Testium fides suspecta redditur, quando post dictum testimonium corrigunt attestacionem.

EST enim præsumptio iure & ratione probata est, neminem præsumi delinquere, l. merito, ff. pro socio. cum maximè testes, qui iurati in iudiciis testimonium ferunt. Attamen nonnunquam euenire solet, ut vitia præsumantur, quibus suspecta eorum fides redditur. Et primum quidem est vitium, quando testes ipsi sua ipsa sponte se obulerunt ad dicendum testimonia, suspicio namque hinc exoritur, qua fides eorum labascit. Ita scribunt Bart. in l. liberorum, C. de testibus. Bald. in l. 4. C. eod. Capella Tolosa, in qu. 384. Ruin. in cons. 146. numero 1. libro 1. Marfil. in consil. 2. numero 41. in cons. 12. num. 8. in cons. 18. num. 31. & in cons. 20. num. 38. & in sing. 140. & Neuz. in cons. 25. n. 17.

Secundum est vitium quod quando animose nimis ferunt testimonia. Nam & tunc suspecti sunt, sicuti responderunt Barbat. in cons. 32. colum. 2. lib. 1. Socin. Sen. in cons. 249. colum. 4. lib. 2. Crauet. in cons. 249. num. 4. & Gram. in cons. 12. numero 1. in criminali.

Tertium est vitium, quando testes à ferendo testimonio se subtrahunt. Nam tunc præsumitur quod gratia, vel odio, vel timore se subtrahant, & ideo suspecti fiunt. Ita gloss. & ibi Innoc. & reliqui in c. 1. de testibus cogent. Specu. in titul. de teste, §. qualiter, vers. sed quomodo probatur. Lucas de Penna in l. 3. in 41. præsumpt. C. de apochis publ. libr. 10. Felin. in d. cap. 1. numer. 9. Qui quidem intelligit non habere locum in causa criminali, in qua non præsumitur contra testem, nisi appareat, quod gratia, vel odio, vel timore se subtrahat. Et suspicio seu præsumptio hæc operatur ut vt tanquam dolosus puniatur, pena extraordinaria iudici arbitraria, criminis stellationatus, quemadmodum post alios scripsi in commentariis de Arbitrariis iudicium, libr. 2. in casu 381. in fin. vel etiam puniri potest ad interesse parti, ad cuius detrimentum se subtraxit à testificando. Si verò pretio fuisset corruptus pena falsi puniretur. Ita Felin. in c. delictorum, n. 4. de testibus.

Quartum est vitium, quando testes per eundem præmeditatum sermonem testificati sunt. Hoc etiam vitio suspecti fiunt, l. 3. idemque, ff. de testibus. & scribit Specul. in tit. de teste, §. 1. vers. item quod idem dixerit. Luc. de Penna in l. 3. in 42. præsumptione, C. de apochis publicis, lib. 10.

Quintum est vitium, ex quo oritur suspicio contra testes, ne eis fides adhibeatur, & quando deponerunt super negatiua non coarctata loco vel tempore. Ita Baldus in ca. 1. §. si quis per triginta, in fin. de feudo controuers. sit inter dominum & agnat. Alex. in cons. 108. n. 10. lib. 2. & Andr. Gaillius in lib. 1. Practicarum Obserua. in obser. 64. n. 4.

Sextum est vitium, quod suspecta redditur fides testium, & quando scilicet post iam dictum testimonium mutat seu corrigunt attestacionem ipsam. Quam quidem præsumptionem seu suspensionem diligenter explicauit Alciatus in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 29. & nos eo fusius in libro secundo de Arbitr. iudic. casu 108. Et ad rem aliqua scripta reliquit Antonius Gabriel. in li. 7. conclusionum, in tit. de criminali.

in conclus. 28. & de suspitione, ac ipsam falsitate, quæ conuincitur ex testium varietate & contrarietate, disputauimus infra libro 5. in præsumpt. 44.

PRÆSUMPT. LVI.

Testium interrogatione, examinationeque alteri mandata, quid aliud commissum præsumatur.

SUMMARIÆ.

- 1 Receptione testium commissæ, non præsumitur commissæ eorum examinatio.
2 Mandatum iurisdictionis est strictè interpretati.
3 Examinatione testium commissæ, præsumitur commissæ etiam receptio.
4 Examinatione testium commissæ, non præsumitur eorum receptio, quod non præsumitur.
5 Laboribus & impensis parcendum.
6 Actus debet interpretari, ut utriusque partium consilium sit, & satisfactum.

CONTINGIT sapientissimè testes esse alio in loco, quam iudicij, vel causæ, iudicem eos ob impedimentum aliquod non posse interrogare, ea propter onus hoc alteri mandatur, ut scribunt omnes in l. iudices. C. de fide instrum. & in §. quoniam, in Auth. de testibus. Qua de re doctè & copiose disserit proximèque docet Andreas Gallius in libro primo practicarum Observationum, obser. 96. Dubitari itaque solet, quid commissum præsumatur? Hic cum tria sint consideranda, testium receptio, examinatio, & eorum reprobatio, sic tres casus constituendi sunt.

Primus est, quando commissæ mandatæque fuit testium receptio. Hoc sanè casu non præsumitur commissæ ipsorum testium examinatio. Ita Aretinus in c. licet causam, numer. 2. & ibidem Dec. in septimo notab. de probat. illo textu adducti. Et confert ratio, quod cum maior diligentia & industria requiratur in examinatione, quam in leui illo actu receptionis, non præsumitur quod examinatio ipsa fuerit commissæ. Et accedit quod mandatum iurisdictionis fuit, si est interpretatiōis, ut dicimus infra, & diligenter eius fines obseruandi sunt, l. diligenter ff. mand. mandata ergo receptione non censetur mandata examinatio.

Secundus est casus, quando mandata commissæque fuit testium examinatio. Hoc sanè casu præsumitur etiam commissæ ipsa testium receptio. Ita Decius in d. c. licet causam, in septimo notab. in fin. de probat. Et huius traditionis ratio est, quia sine receptione testes examinari non possunt. Prius enim debent recipi, deinde examinari. Est ergo receptio necessarium antecedens examinationis: & propterea censetur mandatum, l. 2. ff. de iurisd. omnium iud.

Tertius est casus, quando commissæ mandatæque fuit testium examinatio, an præsumatur etiam commissæ ipsorum testium reprobatio, seu examinatio testium reprobatoriorum? Et commissam præsumi affirmat post Hostiensen: Bellamera in c. licet causam, numer. 8. de probat. qui dixit, hanc opinionem ut æquiuocem esse amplectendam. Et ij quidem ea ratione & argumento vsi sunt ex authent. & consequenter, C. quomodo & quando iudex, prudentiam, de iuris perit. & l. terminato. C. de iur. & litem expens. Ceterum responderi potest illa locum habere in iudicibus ordinariis vel delegatis, coram quibus reus conuentus interueniente potest actorem reconuenire, sicuti copiosè declarauit in lib. 1. de Arbitr. iud. q. 44. numer. 2. & 3.

Secundo moti sunt, quod sine oppositionibus & contradictionibus cognosci non potest, an adhibenda sit fides ipsius testibus, vel non. Et ideo videtur mandata & commissæ etiam reprobatio, seu oppositio & examinatio testium reprobatoriorum, tanquam quoddam necessarium antecedens, argum. l. ad rem, & l. ad legatum, ff. de procu. Velum respondetur, non esse iudicium eius cui mandata est testium examinatio, ut cognoscat an fides sit adhibenda testibus, vel non: sed id pertinet ad mandantem, coram quo aduersarius deducere poterit oppositiones, & impetrare, ut eodem in loco examinatorum testium, examineretur, & reprobatorum, si ibi extant. Tertio adducti sunt quod laboribus fuit & impensis parcendum est, l. propterandum, in princ. C. de iur. & c. finem lib. 1. de dolo & contum. Atque si ab eodem delegato examinabantur testes reprobatores, curabant lingantes expensas & labores, denuò examinandi testes coram mandante. Ergo præsumitur ita mandatum. Respondetur, facile esse aduersario, qui contra testes opponit, impetrare ab ipso delegante commissionem ipsi delegato, ut testes reprobatores recipiat & examinet. Quarto asserti

potest ratio hæc, quod actus fuit interpretari, ut utriusque partium consilium sit, l. adoptiuus, §. 1. ff. de ritu nuptiarum. & scripsi post alios in lib. 2. de Arbitr. iud. casu 199. numer. 13. Porro si dicimus quoque commissam testium probationem, erit satisfactum ei qui vult reprobare, cum habeat coram quo ius suum deducat. Erat etiam consilium eius aduersario: cum & ipse confidat de ipso delegato, ex quo ab eo voluit testes suos examinari. Responderi facile potest, quod & si utriusque partium dici posset satisfactum, non tamè satisfactum erit ipsi iudici deleganti, qui non dicitur approbasse ipsum delegatum, quoad testium probationem: cum maior industria & diligentia eo in casu requiratur, quam in ipsa examinatione, ut mox dicemus.

Contrariam itaque opinionem, fuit quod imò mandata testium examinatione, non præsumatur mandata eorum reprobatio, scripserunt Innoc. & Baldus in c. licet causam, numer. 2. de probat. Spec. in tit. de testib. §. qualiter, numer. 21. Ange. in l. 2. in princ. ff. de iurisd. iud. & ibidem Cast. numer. 2. in fin. & ibidem Rimin. in numer. 2. lat. numer. 9. Soci. numer. 4. Idem censuerunt Felm. in d. c. licet causam, numer. 14. in fin. Dec. in septimo notab. & Berol. numer. 17. & communem testatur Afinius in praxi iudicio, numer. §. 22. c. 8. Ea ratione vsus est Berol. & probauit Afinius, quod maior industria & diligentia requiritur in testium reprobatione quam in examinatione. Verum crediderim minus veram esse rationem hanc, cum non ipse delegatus examinando alios testes super reprobatione primorum, reprobaret testes iam examinatos, imò nec de eorum fide aliquid quæreret, sed solum examinaret & nudum factum examinationis impendere diceretur: Et propterea non maior requiritur industria in examinandis his reprobatores quam illis primis. Probabilior itaque huius traditionis ratio ea mihi videtur, quod mandatum delegationis causæ, strictam tantum admittit interpretationem, c. vbi glo. de offi. deleg. in 6. & scribunt omnes in l. 1. in princ. ff. de offi. eius, & in d. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. Quocirca nil prius mandatum censetur quod sonant manifesta mandati verba, nisi id veniet in necessarium antecedens vel consequens d. l. 2. Porro cum hoc in casu commissæ fuerit simpliciter examinatio primorum testium, & nullum verbum factum sit de examinatione testium reprobatoriorum, nec nisi sit ex necessitate aliquo consequenti, dicendum est commissionem non comprehendere examinationem illam secundam.

PRÆSUMPT. LVII.

Sigillum quando præsumptionem, vel plenam fidem faciat, tam publicis quam priuatis in negotiis, diligens & accurata explanatio.

SUMMARIÆ.

- 1 Sigillum aliud publicum, aliud priuatum.
2 Sigilli publici duplex forma.
3 Sigillum ut cuius magistratus sit cognoscatur, literas insculptas habere debet.
4 Sphynx imaginem Cesar Augustus in annulo gerebat.
5 Sigillum caractere, nominis domini, vel eius imaginem habere sufficit.
6 Rei certæ & demonstratæ frustrè adicitur demonstratio.
7 Sigillum præsumitur appositum volente domino sigilli, vel sigilli custodit.
8 Sigillum alterius non conuenit dignitati magistratus, & illo adhibito quædam arguitur suspitio.
9 Sigillum si cui scripturæ impressum sit non appareat, verbi debet exprimi.
10 Sigillum multis & quibus de causis solet apponi.
11 Sigilli appositionis causa non expressa, probabiliter dubitatur de sigillantis consensu.
12 Scripta in charta sigillata antequam scriberetur, non censetur princeps confirmare.
13 Subscriptio post sigilli impressionem non est necessaria, quando versatur in pertinentibus ad publicum ipsius sigillantis officium.
14 Sigillum episcopi absque alia subscriptione notarij vel testium probat.
15 Subscriptio vel notarij, vel testium, requiritur in his, quæ ad sigillantis officium non pertinent.
16 Sigillum publicum egrediens terminos sue auctoritatis, non amplius publicum, sed priuatum appellari debet.
17 Sigilli auctoritas restringitur ad causam & officium, ad quod fuit ordinatum.
18 Arcis custos, non debet restituere arcem ei qui venit cum sigillo domini.
19 Filius fam. mercator si statuto obligetur, in e iuris ex c. nra. etu causa mercimoniorum inito.
20 Mercatorum libris fidem adhibendam, intelligitur in pertinentibus ad mercaturam.

- 21 Subscriptio cancellarij vel testium, requiritur in negotio quidem publico, sed sigillo illi actui non conuenienti adhibito.
22 Subscriptio non est opus, si stylus & consuetudo aliter obseruetur vel causa sit leuis, numer. 24.
23 Sigillo soli etiam sine scriptura, ex consuetudine fidem adhiberi.
24 Sigillum principis adiectum actui priuato, illi robur tribuit.
25 Sigillum publicum rectè riteque impressum, quam habeat vim, numer. 27. 28. & 29.
26 Sigillum priuatum plenam fidem adhibitam scripturæ confectæ de re propria ipsius sigillantis. Et quid sit, si adhibetur sigillum alienum, numer. 31.
27 Scripturam vel litteras alienas suo sigillo an quis videatur approbare, numer. 34. 35. & 36.
28 Sigillum idem quod subscriptio operatur.
29 Sigillum alienæ scripturæ appositum, non requirit aliam subscriptionem. Et quomodo ipsa scriptura loqueretur in tertia persona, numer. 38.
30 Sigillando non censetur quis approbare ea quæ in specie ab ipso sunt reprobata.
31 Sigillans alienam scripturam eam præsumitur approbare, si à parte vel testibus scriptura sit approbata.
32 Sigillum scripturæ vacuæ appositum nil operatur.
33 Sigillans scripturam quam nec vidit, nec legit, non præsumitur approbare. Idem si per fraudem sit appositum sigillum, numer. 43. Vel si versetur magnum præiudicium, tunc enim subscriptio quoque requiritur, numer. 44.
34 Sigillum non conueniens dignitati sigillantis, aut si in eo litteræ non appareant, non præsumitur sigillantis scripturam approbasse.

Cum in iudiciis & foro frequens sit vsus sigillorum, quibus acta ipsa publica consignari solent. Et propter hanc nactus occasione, etiam de sigillis primatorum agam, quod eo libentius faciam, quo intelligo tractationem illam ad rem nostram magis pertinere. Et quoniam de sigilli fide multa scripserim in comment. de Arbitr. iud. lib. 2. casu 113. Nihilominus plenior (quod aiunt) calamo hic pertractabo ea quæ huc sp. etant. Duo itaque disputationis capita distinguo, iuxta duo sigillorum genera. Dicimus enim vnum fuisse sigillum publicum, aliud vero priuatum.

Primum itaque huius disputationis nostre caput est de sigillo publico, quo princeps, magistratus, iudices, actuarij, & his similes vtuntur. Et huius sigilli duplex aliquando fuit forma. Nam aliquo loco sigilli, annulo signatorio vtuntur cuius tanta est vis, quanta & ipsius sigilli, ut scribunt Innocent. in c. 2. numer. 3. vers. item nota quod ius civile, de fide instrum. & ibidem Baldus colum. 3. vers. dicit Innocent. Abbas colum. penult. vers. & quod dicitur est. Felinus colum. ultim. vers. dicit etiam prædicti, in l. 1. ad testium, §. signum. & ibidem Aretin. in primo notab. de testam. Ioan. Fabri in §. possunt, in princ. Instit. de testam. & Anton. Gabriel. in suis conclusionibus lib. 1. tit. de præsumpt. c. nra. §. 4. numer. 23. Quo autem facile cognoscatur cuius principis vel magistratus sit fuit sigillum, insculptæ esse debent litteræ, quibus significetur cuius illud sit, ut purè Rudolphus Romanorum Imperator. Vel Aloysius Mogenio Dei gratia Venetiarum Dux (hic quidem princeps hoc anno 1577. tertio Non. Iunij, dum hæc scriberem, desit esse in humanis.) Ita scribunt Innocent. in d. c. 2. numer. 2. de fide instrum. & ibidem Abbas numer. 14. vers. quo ad primam. Moderni Parisien. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 5. numer. 12. quos secutus sum in commentariis de Arbitrariis iudicium casu, 113. numer. 1. & 2.

Ceterum aliquando sigilla hæc habent insculptas aliquas singulares imagines & signa, quibus alter nemo vtitur, & ob id quidem sufficit absque eo, quod alia litteræ sint impressæ, sicuti vsu euenit in Sylla, qui Ingurtha deuicti imaginem annulo signatorio insculptam habebat. Et Augusto Cesare hic molos qui certis his signis vsi sunt: & quorum meminit Alex. ab Alex. l. 2. dier. genaliu, c. 19. Hodie summi Pontifices expressas eorum in sigillis habent imagines Beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli. Alia vero est obseruatio Cesarum, ij in sigillis insculptas habent sui imagines, sedentes in folio vna cum diademate & sceptro: & circumscriptum habent ipsorum nomen, vt purè Rudolphus Romanorum Imperator. Ita scribunt Ioan. Bertrach. in tract. de episcopo, lib. 3. par. 1. numer. 43. & Ioan. de Grassis in tract. de scriptis numero 8. & Restaurus Castaldus in tract. de imperatore, quæst. 47. numero 5. Nulla tamen differentia est inter vnam & alteram sigilli formam, cum eandem fidem faciat sigillum sine ea literarum seu nominis circumscriptio, si modo certum est

hoc esse illius sigillantis sigillum: ac illud quod habet insculptum nomē. Ita tradunt Arcidia. Ioan. And. & Gemina. in c. 2. col. 2. de procurat. in 6. cum dixerunt, sufficere, quod fuit sigillum habeat characteres nominis domini sigilli, vel eius imaginem. Et multò clarius idem censuit Innocent. in c. 2. colum. 2. de fide instrum. cuius verba hæc sunt: Nec exigitur quod ibi sint litteræ, dummodo aliàs certum sit de sigillo. Idem censuit Crauer. in tract. de antiq. temp. in quinta particula primæ partis prim. n. 46. in fin. Cuius traditionis ea est ratio, quod fuit certæ & demonstratæ fuit adicitur demonstratio, l. 1. ff. de d. te. præleg. Cum autem sigillum adhibetur atque ita in primatur scripturæ necesse munita est, quoad exprimat à quo adhibito fuerit hoc sigillum, quando quidem præsumitur fuit appositum volente domino ipsius sigilli, vel volente sigilli custode. Solent enim principes habere cancellarios magnos, quibus sigillorum curam custodiendam committunt. Habent & magistratus sigillorum suorum custodes. Cum ergo alicui scripturæ, rescripto, vel actui imprimatur sigillum, præsumitur impressum primo volente & mandante ipso Principe, vel magistratu. Et secundo volente eo, qui sigilli custos est. Ita in specie publici sigilli scripserunt Innocent. in d. c. 2. numer. 2. de fide instrum. & ibidem Abbas numer. 15. & Crauer. in tract. de antiq. temp. in 5. part. primæ partis prim. numer. 48. Quod quidem intelligunt ij Doctores, quando sigillum est ipsius magistratus proprium, secus si alterius. Nam tunc requiritur expressa attestatio, à quo, & quare fuerit adhiberetur. Et est ratio, quia cum sigillum alterius fuit non conueniat dignitati magistratus, si illud adhiberetur, quædam suspitio arguitur. Ita sentit Abbas in d. c. 2. numer. 15. in fin. & numer. 16. de fide instrum. Illud præterea obseruandum est, quod quando fuit imprimatur sigillum ipsi scripturæ, si aliunde non constat, ut purè ex ipsa subiecta materia, vel alia ex causa, quare adhiberetur fuerit sigillum, exprimi id debet aliquibus verbis, sicuti affirmant Innocent. in d. c. 2. numer. 3. de fide instrum. & Moderni Parisien. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 5. numer. 13. Nam (ut inquit Innocent.) sigillum fuit multis de causis apponi solet scripturis. Aliquando in signum consensus, l. si fidei iuror. §. ult. ff. de pign. act. c. sine exceptione, l. 2. quæst. 2. c. 1. de procurat. Aliquando in signum testimonij, l. Caius, ff. de pign. Aliquando in signum auctoritatis, c. redemptor, & c. sacrorum, l. 2. quæst. 2. Aliquando in signum confirmationis, c. inter dilectos, de fide instrum. Sunt & alia causæ quæ nunc omittuntur. Cum ergo multipliciter apponi solet, ne in æquiuoco laborari contingat, exprimenda est causa, ob quam sigillum hoc adhiberetur, arg. c. vlt. de libelli obla. & c. vlt. de transact. Et præterea accedit, quod nisi causa fuit appositionis sigilli exprimat, dubitari probabiliter posset, sigillantis ipsum ignorasse causam appositionis, & consequenter non consentisse: cum ignorantis nullus sit consensus, ut in specie nostra annotarunt Castr. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. & Purpur. in l. admonendi, nu. 177. ff. de iur. iur. qui subiungit post Ange. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verbo oblig. Principem non censeri fuisse confirmatam scripta in papyro à se priuatum scriberetur, sigillata, inquit tamen Purpur. præsumptionem esse, quod viderit & legerit, ideo onus probandi quod ignorauerit, ad negantem pertinet. Ceterum (ut prædixi) necessaria minimè est expressio hæc, quando constat, quia de causa impressum sit illud sigillum, ut quia ex ipsius scripturæ natura, subiectaque materia, vel ex stylo constat, quod sigillari solet scripturæ ille similes. Ita docuit Innocent. in d. c. 2. numer. 3. vers. sed si in litteris, de fide instrum. Dubitari etiam hic solet, an post sigilli impressionem adhibenda sit subscriptio manu ipsius sigillantis, vel testium? Et omiffa disputatione, distinguendi sunt duo casus secundum Decium in c. post cessionem, numer. 10. de probat. ex sententia Innocent. in d. c. 2. in fine, de fide instrum. Et apertius eadem distinctione vsus est Petrus Perticoensis in l. comparationes, numer. 25. C. de fide instrum.

Primus est casus, fuit quando versatur in pertinentibus ad publicum ipsius sigillantis officium, & super his sigillum adhibetur. Hoc in casu nulla requiritur subscriptio. Ita Decius præcæto in loco ex sententia Innocent. in d. c. in fine, de fide instrum. Ioan. And. in additio. ad Specu. in tit. de instrumentor. editione, §. nunc dicendum restat. Vers. secundum supplementum. Baldi in rubr. C. de fide instrum. numer. 40. & Abbas in d. c. post cessionem, numer. 4. in septima opinione, de probationibus. Et idem affirmant Petrus Perticoensis in d. l. comparationes, numer. 25. C. de fide instrum. & Guido Papæ quæst. 175. Hinc dicit Rota in decis. 1. & decis. 10. in tit. de probat. in nouis. sigillum fuit Episcopi absque alia subscriptione notarij vel testium probare. Ita patet decidit Rota in decis. 7. in tit. de offi. deleg. in antiquis. sigillo executoris sine subscriptione & testibus fide adhiberi, quod quis acceptauit beneficium. Et quædam Rota & Guido Papæ, hoc magis tribuant stylo & consuetudini fori & Curie, quam iuri: Attamen Dec. satis probat censuræ c. 1. 28. distinct. c. episcopus, 75. dist. c. non debet,

Et cum inter de elect. c. inter dilectos de fide instrum. c. si canonici de off. ordin. in 6. c. 1. de sentent. excomm. in 6. Et hic casus procedit etiam in officio delegati, ut post Rotam in d. de cas. 7. scripsit Decius in dicto c. post cessionem. n. 10. qui idem esse dixit in sigillo arbitri. Hunc autem casum locum non habere quoad præiudicium tertij, censuit præcitato in loco Decius, qui alias declarationes adiungit, quas quidē infr. explicabim.

Secundus est casus quando sigillum adhibetur his, quæ ad sigillatū officium non pertinent. Hoc sanè casu requiritur subscriptio vel notarij, vel testium. Ita Decius in d. c. post cessionem. n. 11. vers. secunda conclusio, ex sententia Nicolai de Matarelis, & Ioa. Andreæ, quos recenset, ac etiam auctoritate Baldi in rubr. C. de fide instrum. numer. 40. qui ob id scriptum reliquit, quod si Priores Perusini sigillant scripturam, in qua contractus alicuius priuati continetur, illud sigillum, nil proderit. Hunc etiam casum probauit Petrus Perticensis in d. l. comparationes, numero 25. de fide instrum. Et hoc in casu, vt inquit præcitato in loco Decius, defendi potest opinio eorum, qui scripserunt, hanc subscriptionem esse necessariam, si uti dixerunt à Decio ipso multi relati. Et Guido Papæ in d. q. 175. & quest. 481. Socin. sen. in cons. 275. colum. 3. vers. tertio etiam responderunt. lib. 2. & Dida. lib. pract. quartio.

16 cap. 22. in fine. Et ratio huius casus est manifesta, quia tunc dum sigillum publicum egreditur terminos suæ auctoritatis, non amplius publicum, sed priuatum appellari debet, sicuti dicimus in iudice, qui dum alicuius spoliatur, & suæ iurisdictionis terminos excedit, non iudicis, sed priuatæ personæ nomen obtinet, vt scripsi in commentariis de recuperanda possess. Et præterea (vt ait Decius præcitato in loco) accedit quod

17 auctoritas tunc sigilli restringitur ad causam & officium ad quod fuit ordinatum, vt in specie tradunt Baldus & Aret. in d. c. post cessionem, & prius Innoc. in c. 2. numero 2. propè medium, de fide instrum. argum. c. significauit de appellat. vbi Baldus scripsit, quod tunc custos arcis non debet arcem ipsam restituere ei, qui venit cum sigillo domini, cum sigillum non sit ordinatum ad actum illum, & Baldus secuti sunt ibi Butrius, Abbas & Francus, & Ioan. Bertachinus in tract. de episcopo, lib. 3. parte prima, numero 35. & num. 41. Et simile est quod dicimus, si statuto obligentur tunc filiusfamil. mercator, intelligitur ex contractu inito causa ipsius mercaturæ & negotiationis. Ita Bart. in l. 3. §. hoc euiusmodi ff. nauis, & campo. stabul. & in l. ult. C. ad S. C. Atced. & Alexan. in cons. 208. numero 11 libro 2.

18 Hic etiam simile cum dicimus, si statuto cautum sit, libris tunc mercatorum esse adhibendam fidem, intelligitur, in peritibus ad mercaturam, non autem quo ad cætera omnia. Ita respondit Roman. in cons. 204. & cons. 205. & scripsi in lib. 2. de arbit. iudicium. & casu 91. nu. 23. vbi nu. 24. dixi in specie idem esse de sigillo.

19 Hic casus locum etiam habet, quando negotium esset quidem publicum, sed tamen sigillum non esset respectu illius negotij conueniens, vt quia alio sigillo vel soleant cancellarij ad illius actus sigillationem, vt si certi actus consueuerunt sigillari sigillo magno, & tamen actus aliqui sigillari paruo sigillo. Nam adhuc requiritur subscriptio cancellarij, vel testium. Ita scripsi in d. lib. 2. de arbit. iudicium, casu 113. numero 7. vbi huius sententiæ recensit Roman. in l. admonendi, num. 55. & ibidem Catonem Saccum, num. 51. ff. de iur. iurand. Felinum in d. c. post cessionem, numero 7. & Veitrium in praxi lib. 6. cap. 1. nu. 9. Idem sentierunt Abbas in c. 2. num. 16. in fine de fide instrum. & Ioan. Bertachinus in tract. de episcopo, libro 1. part. 3. n. 33.

20 Hic autem casus cessat, atque ita locum non habet quando textu stylo & consuetudine aliter obseruaretur. Nam tunc nulla subscriptione opus est, etsi sigillo publico priuati actus consignantur. Ita Nicolaus de Matarelis, Ioan. Andreæ, Innoc. & Baldus iam supra commemorati: & quos secutus est Decius in d. c. post cessionem, num. 12. de probat. & scribit Abbas in c. 2. numero 17. de fide instrum. quod si extrat consuetudo, vt sigillo Episcopi sigillentur contractus priuatorum, consuetudo illa est obseruanda. Et (inquit Abbas) ille Episcopi cancellarius potest absque alia speciali licentiâ sigillum adhibere. Quam quidem traditionem probant ibi cæteri omnes, maximè Imola colum. vltim. vers. secunda conclusio. In o. conu. 23. sicut operatur, vt tunc sigillo sine aliqua scriptura hæc adhibeatur, etiam extra eam, quorum causa sigillum fuit ordinatum, vt scripsit Gem. in c. 2. de procuratore, in 6. vbi ait, quod ex consuetudine Senensis homines Calstrorum Senis p. officiantur solo cum sigillo sui Castri & villæ, quo ostendunt se procuratores suarum vniuersitatum. Et Gemina. secutus est Decius in d. c. post cessionem, numero 12. in fine de probat. Et his accedit Bertachi. in tract. de Episcopo lib. 1. part. 3. num. 22. qui testatur se vidisse ita obseruari. Præterea hic casus locum non habet in tunc cas. leuibus. Nam tunc sigillum publicum appositum his quæ non pertinent ad officium sigillantis, fidem facit absque alia sigillantis, vel testium subscriptione.

Ita in specie tradunt Abbas in d. c. post cessionem, num. 4. in prima opinione, de probat. & ibidem colum. 3. vers. sed tunc quæro, & num. 6. & apertius Decius num. 13. qui aliquot similibus comprobatur. Et tamen non habet locum hic casus quo ad semiplenam probationem, & multo magis ad præsumptionem. Ita Decius in d. c. post cessionem, num. 14. qui subiungit num. 15. nec etiam habere locum casum hunc in sigillo tunc principis, quod adiectum actui priuato illi robur tribuit. Quæ deinceps non disputo.

Hæc ex disputatione satis superque intelligimus, sigillum publicum rectè itaque scripturæ impressum, vim tunc magis habere: cum plenam fidem faciat, vt scribunt omnes in d. c. de fide instrum. Salic. in l. si qua per calumniam, colum. 1. vers. quæro generaliter, C. de epis. & cler. Et præterea operatur huius sigilli impressio vt vim habeat clausulæ, ex certa scientia. Ita docuit Riminal. sen. in l. pacta nouissima, in fin. C. de pact. quem secutus est Anton. Gabr. in suis conclusionibus lib. 1. de præsump. conclus. 4. num. 27. Habet enim vim confirmationis, l. Tribunus, §. 1. ff. de testam. milit. Bart. in l. in fraudem, §. sicut, eod. tit. Baldus in c. 1. col. 2. de pace Constan. Bertachinus in tract. de episcopo, lib. 1. parte 3. num. 24. & Riminal. in d. l. pacta nouissima, in fin. C. de pactis, & Dec. in c. 2. in fine de instrum. Habet etiam effectum delegationis, vt scilicet habens sigillum delegatis tunc impressum literis, censeatur ab eo delegatus, c. si ad subdelegato, de off. deleg. in 6. Riminal. in d. l. pacta nouissima, in fin. & alios commemorat Anton. Gabr. in d. conclus. 4. num. 25. qui num. 26. subiungit, probari etiam commissionem citationis.

Secundum huius disputationis caput est de sigillo priuato, an scilicet probationem vel præsumptionem faciat. Hæc in re distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, tunc quando sigillum hoc priuatum adhibetur scripturæ confectæ de re propria ipsius sigillantis: & constat ipsum sigillantem suo proprio sigillo sigillasse. Hoc casus certa & clara est, sigillum hoc plenam fidem facere. Ita in specie scripsi lib. 2. de arbitratu iudicium, & c. casu 113. numero 10. Cum dixi idem operari ac subscriptionem: quæ hoc casu plenam fidem facit, vt dicemus infra lib. subsequenti præsumpt. Et ostendit hæc sigillatio contra factus perfectionem. Ita Baldus in l. contractus, col. 2. vers. sed quæro hic C. de fide instrum. Riminal. sen. in l. pacta nouissima, in fin. C. de pact. Francus in c. significauit, col. 1. vers. & quod per priuatum scripturam, de appella. Dec. in c. 2. in fine de fide instrum.

Secundus est casus, quando tunc sigillum adhibetur scripturæ de re propria confectæ: & sigillum non est proprium sigillantis, sed alterius. Hoc in casu requiritur, quod sigillans exprimat causam, ob quâ alieno sigillo sigillauit, ad hoc vt plenam fidem faciat: sicuti & superiore casu. Ita Innoc. in d. c. 2. num. 2. vers. si autem nullum sigillum, de fide instrum. & ibidem Ioan. Andr. colum. 2. Baldus num. 13. & Felin. colum. 1. in prima conclus. Et alios plures commemorat Anton. Gabriel. in d. conclus. 4. num. 15. & num. 19. qui quidem scribunt, esse exprimentum, sigillum alienum adhiberi de voluntate sigillantis: & eam ob causam, quia proprio sigillo carebat. Et huius sententiæ eadem ratio, quia sigillum est variatum: & alioqui res dubia redderetur, iuxta l. ad testium, §. penult. ff. de testam. & quia scriptura sigillari ita debet, vt discerni possit à quo fuerit sigillata: id quod non satis appareret, si vrens alieno sigillo id non exprimeret.

Tertius est casus, quando tunc quis proprio sigillo sigillat alterius scripturam, an eam approbasse ita dicatur, vt & ipse ex ea obligatus censeatur? Hæc de re sunt variz doctorum opiniones. Vna fuit eorum: qui dixerunt inferri præsumptionem approbationis actus adscripti ea in scriptura. Ita glo. in l. si procurator abjtem, in verbo intelligendum, ff. de procurat. cum dixit, literas sigillo munitas videri ab eo sigillante approbatas. Verbum illud, videtur, præsumptionem significat, vt declarauit supra lib. 1. Et glossam d. l. si procuratorem, secutus est ibi in specie Caltr. num. 5. Ita etiam gl. in l. 2. C. de reb. eccl. non alien. & ibidem Cynus, Baldus, Alberic. Ioan. Fabri & Salicetus. Idem docuit Bart. in l. quæ dotis, in fin. ff. sol. mar. quem secuti ibi sunt Alex. nu. 38. & lafon num. 94. Ita etiam Baldus in l. in fraudem, in princ. C. de l. Tribunus, §. 1. vers. & nota, ff. de testam. milit. & in c. 2. num. 14. de fide instrum. qui dixit, esse signum consensus, & ibidem Abbas in primo notab. In col. colum. pen. vers. & adde etiam, & Dec. in fine. Riminal. sen. in l. pacta nouissima, in fine. C. de pactis. Iacob. à Sancto Georgio in l. si eum seruum, ff. si certum petatur. Angel. Areti. in proem. instit. col. 5. vers. 6. nota. Decius in c. 3. loco, in princ. de probat. Aufrer. ad Capellam Tolosan. quest. 24. Marfilus in rub. C. de probat. num. 321. Tyraquel. in tract. de retractu confang. §. 1. gl. 9. nu. 159. Ea adferri solet ratio, quia sigillum idem operatur tunc quod subscriptio, vt expressim respondit Roma. in cons. 303. in fin. & aperte idem docuit Archid. in c. si canonici, colum. 1. in verbo, sigillorum, de off. ordin. in 6. & Crauer. in tra. de antiq. temp. in

por. in quinta particula primæ partis princ. num. 49. vbi declarat, nisi subscriptio esset de forma. Atqui subscriptio præsumptionem facit, vt scribunt omnes in l. si ita stipulatus, §. Chrysoygonus, de verb. oblig. & dicemus infra, subsequenti lib. præsu. l. r. go & sigillatio præsumptionem inducit.

34 Altera fuit opinio eorum qui dixerunt, tunc sigillum semiplenam probationem facere. Ita Alberic. in d. l. si per procuratorem, colum. 3. vers. ut sed licet priuata, ff. de procurato. Salicetus in l. si qua per calumniam, col. 1. vers. quæro generaliter, C. de epis. cop. & cler. Felinus in c. post cessionem, colum. 3. vers. fallit secundum, de probat. & Soc. Sen. in cons. 258. col. pen. vers. parit facit, l. 2.

35 Tertia fuit opinio, quod tunc imò sigillum plenam probationem facit. Ita sentit Purpur. in l. admonendi, numero 177. de iur. iurand. qui dixit, quod vbi adest sigillum non requiritur alia probatio per testes, aut comparationem literarum: sed tota vis est in probanda veritate sigilli, & Popur. secutus sunt Crauer. in tract. de antiq. tempo. in quinta particula primæ partis princ. numero 44. & Antonius Gabriel. in suis conclus. lib. 1. tit. de præsump. conclus. 4. numero 2. & 3. qui quidem scribunt, duas illas supra commemoratas opiniones procedere quoad præiudicium vel semiplenam probationem, secus quoad præiudicium eius, cuius est sigillum, contra quem plenè probat. Ego ceterè non video, quomodo tunc sigillum plenam probationem faciat. Nam aut constar testibus, sigillantem sua causa & nomine, sigillum adhibuisse. Et tunc plena probatio quidem ostenditur, sed illa à testimonio testium magis, quam à sigillo provenire. Aut testes non extrant, atque ita tota vis pendet ab ipso sigillo, sicuti in specie ista loquuntur glossæ & sequaces, & tunc solam præsumptionem facit: cum verè plus operari possit sigillum, quod dicitur esse quid inanimatum, vt dicemus statim, quia ipsa subscriptio, quæ solam præsumptionem (vt diximus) facit.

Extenditur primò recepta illa opinio, quod scilicet sigillum tunc facit præsumptionem, vt procedat etiam in sola ipsa sigilli appositione, ab que aliqua subscriptione. Nam non requiritur aliqua sigillatio, vel testium subscriptio, quod ipse sigillans sigillauerit, vel sigillari curauerit. Ita Bald. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. Fel. & Dec. in c. 3. loco, in princip. de probat.

Cæterum dissentire videtur Bar. in proem. Digestorum, colum. 3. vers. item quæro si est solum sigillum, & in l. ad testium, §. si quis ex testib. ff. de testam. qui subscriptionem necessariam esse sentit. Distinguit Alexan. in l. quæ dotis, numero 33. ff. sol. mar. im. Aut est actus, qui pro sui forma & solemnitate requirit subscriptionem: sicuti est testamentum in scriptis, & tunc præter sigillum adhiberi debet subscriptio. Ita loquitur. d. si quis ex testibus. Aut subscriptio pro forma non requiritur, & tunc sigillum non requirit subscriptionem. Et distinctionem hanc secutus est Anto. Gabr. in suis conclusio. lib. 1. tit. de præsu. concl. 4. numero 3. & 4.

38 Extenditur secundò, vt procedat etiam si tunc ipsa scriptura loqueretur in tertia persona. Nam adhuc sigillans eam dicitur approbare. Ita Innoc. in c. 2. numero 2. vers. item non est ius, de fide instrum. & ibidem Hostiens. colum. 3. vers. nec vim facio. Bald. columna tertia. vers. dicit Innocent. & Ancl. in colum. 1. vers. nec est vis. Hos ita recenset & probat Anton. Gabr. in d. concl. 4. numero 22.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio quo 39 ad ea, tunc quæ in specie reprobara fuerunt ab ipso sigillante. Nam ea sigillando non ceteretur approbare. Ita Baldus in l. Tribunus, §. 1. vers. nota in isto, ff. de testam. milit. quem secutus est Anto. Gabriel. in d. conclus. 4. numero 42.

40 Declaratur secundò, vt procedat hæc tunc præsumptio quando literæ ipse, quibus appositum fuit sigillum, approbatæ fuerunt à patre, vel testibus: secus si approbatæ non fuissent. Ita Bart. in l. si procuratorem, col. 1. vers. aut non habens sigillum, de procurat. Imola in Clem. 1. col. 12. vers. verò literæ de procurat. Angel. Aret. in proem. instit. col. pen. vers. quod autem dicit, & Anto. Gabr. in d. concl. 4. numero 43.

41 Declaratur tertio vt non procedat, tunc quando sigillum esset sine scriptura. Nam appositum chartæ vacuæ nil operatur. Ita scribunt Bald. & alij plures, quos commemorati lib. 2. de Arbitrariis iudicium, & c. casu 113. num. 2. Et quibus accedunt alij multi relati ad Anto. Gabr. in d. conclus. 4. numero 44. & 45. & atque supra ad primum huius disputationis caput.

Declaratur quarto, vt non procedat hæc præsumptio, quando 42 do sigillans tunc iste sigillauit scripturam, quam non vidit nec legit. Ita Bald. in l. in Margaria, in verbo, sigillare, quem secutus est Gabr. in d. conclus. 4. numero 45. in fine. Et his addo Ioan. Baptistam à Sancto Sever. in tract. de transact. questio. 12. numero 14. in fine. & Io. Bertach. in tract. de episcopo, libro 3. part. 1. num. 21. Et loco iam citato Gabr. numero 46. 47. & 48. subiungit aliquot declarationes. Et hoc pertinet, quæ de subscriptione dicemus in subsequenti libro, vbi explicabim, an &

quando subscriptio valeat scriptura non visa, & ibid. declarabitur, an præsumatur visa & lecta.

Declaratur quinto vt non procedat quando tunc sigillum fuit per fraudem appositum. Nam tunc nil operatur. Ita Hosti. in c. 2. col. 2. vers. sed quid de his, de fide instr. & ibidem Io. Andr. colum. 3. Butr. col. penult. vers. venio ad sextum. & colum. vlt. vers. si autem non principaliter. Io. Baptista à sancto Severino in tract. de transact. q. 12. num. 15. qui tamen addit, hoc relinqui iudicis arbitrio, an approbare omnino voluisset, etiam si sciuisset, vel non. Anto. Gabr. in d. conclus. 4. num. 50. qui num. 51. subiicit post Bald. idem esse, quando sigillum per errorem fuit appositum.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio, quando tunc maximum versaretur præiudicium. Nam tunc solum sigillum non sufficit, sed requiritur etiam subscriptio. Ita sentit Salicetus in l. si qua per calumniam, col. 1. vers. quæro generaliter, C. de epis. cop. & cler. & apertius Alexan. in l. quæ dotis, num. 38. ff. sol. mar. dum declarat l. ad testium, §. si quis ex test. ff. de testam. quem in specie secutus est Anto. Gabr. in d. conc. 4. num. 4. & nu. 52. & ibidem nu. 53. aliam adiungit declarationem, quam huc non retuli, quod visa sit hinc regulæ non conuenire, sicuti & alia multa ab eodem Anto. Gabr. in conclus. traduntur, quæ cum à proposita hac disputatione aliena sint, de industria præterire ea volui.

Declaratur septimo, vt non habeat locum hæc præsumptio, tunc quando sigillum suspectum est, vt puta, si eius sculptura non conuenit dignitati eius, qui sigillasse dicitur, si literæ sigilli legi non possunt, vel si ita factum est sigillum, vt intelligi non possit cuius sigillo sigillatum sit. Ita declarauit in d. lib. 2. de Arbitrariis iudicium, casu 113. num. 12. vbi scripsi, hoc tamen relinqui arbitrio iudicis. Non repeto hic iam scripta,

PRÆSUMPT. LVIII.

Sigillum scripturæ impressum, præsumi voluntate domini ipsius sigilli appositum, breuis, sed clara enarratio.

SVMARIA.

- 1 Sigillum volente domino appositum fuisse præsumitur. Alia refertur opinio.
2 Mercatoris libro inscripta, ipsius voluntate scripta præsumitur.
3 Prædia aut bona alicuius in libro æstimi descripta, ipsius voluntate descripta præsumuntur.
4 Res illius præsumitur, cuius sigillum est impressum.
5 Instrumentum debiti cancellatum penes creditorem existens præsumitur eius voluntate cancellatum.
7 Sigillum suum negans dominus, de mendacio conuictus, præsumitur sua voluntate appositum. Idque etiam locum habet in ipsius hæredibus, nu. 8.
9 Sigillum appositum scripturæ continente aliquid in fauorem eius qui domesticus est domini sigilli, potius subtractum à domestico præsumitur. Et quomodo diluatur hæc præsumptio, num. 10. & 11.

Disputauimus superiore casu, an & quando sigillum præsumptionem facit, & quia aliqua attigimus, an sigillum præsumatur impressum scripturæ de voluntate domini ipsius sigilli, visum est hic paulo fusius hanc explicare. Dicimus itaque præsumptionem tunc esse, quod volente sigilli domino sigillum appositum fuerit. Ita scripserunt Butrius in c. 3. loco, in secundo notab. de probat. & ibidem Decius num. 2. Abb. in c. 2. colum. pen. vers. ad secundam questionem, de fide instrum. Crauer. in tract. de antiq. tempor. in 5. particula primæ partis princip. numero quadragesimo sexto. & Anto. Gabriel. in suis conclus. libro primo, tit. de præsump. conclus. 4. numero duodecimo. Quæ quidem sententia probatur ex d. cap. 3. loco. Est simile quod dicimus scripta tunc in libro mercatoris, præsumi scripta de eius voluntate. Ita Baldus in rubr. C. de fide instrum. vers. sed hic quæro. Alex. in cons. 147. numero 9. libro 2. & Decius in d. c. 3. loco, numero 2. Quæ de re extrat egregius locus apud Ciceronem in oratione pro Q. Roscio Comædo, quem hic non commemoro, quod sim traditionem hanc vberius explicaturus suo loco infr. lib. subsequenti. Ita dicimus, quod si prædia tunc cætera que bona alicuius descripta sunt in libro æstimi & castri, præsumitur quod eo volente fuerint descripta. Ita Bart. in l. rura, C. de omni agro deserto libro 10. ex illo textu, & ex l. sensus, ff. de probat. & dicemus infra.

Est etiam simile, quod dicimus tunc rem præsumi esse illius, cuius impressum est sigillum. Ita Bald. in d. notab. de probat.

itaque adferri potest exemplum, quando dicimus, quod et si res inter alios acta non probat, nec præsumptionem facit quo ad tertium: attamen cum sunt facta in iudicio, illa præsumptionem faciunt. Ita gloss. & Doct. in l. si duo patromi ff. de iureiur. Ripa in l. 2. num. 36. C. de eden. & Crau. in tract. de antiq. tempor. in 3. particula primæ partis principalis. numero 29. Et scribit Ripa præsumptionem illam operati semiplenam probationem. Id quod sentit & Tyraq. in tractat. res inter alios acta, in lim. 19. Ita pariter verba enunciativa propter aliud prolata, præsumptionem ad tertij favore non faciunt nisi in iudicio prolata sint: sicuti respondit Abbas in cons. 62. in 3. dubio, lib. 2. quem secutus est Crauetta præcitato in loco, n. 28. & dicemus infra lib. sequenti, ubi agemus de præsumptione quæ ex verbis enunciativis exoritur.

PRÆSUMPT. LXIII.

Conclusio in causa quando reuocata præsumitur.

SUMMARIA.

- 1 Conclusiones in causis factas reuocare, iudicibus cum causa permissum est. Idque etiam parte contradicente, tunc fieri, nu. 2.
2 Conclusionem etiam a partibus factam, iusta etiam subsistente causa, iudex reuocare non potest.
3 Conclusio in causa, quando tacite à iudice reuocata præsumitur.

CONTINGIT per sæpe iudices reuocare conclusiones in causis factas. Id quod permissum eis est, quando iusta adest causa sic reuocandi. Ita scribunt Abbas in c. quoniam contra, numer. 25. de probat. Aegidius Bellamera in conclus. 55. 56. & 57. Alexan. in l. ad moneudi, num. 20. ff. de iureiurand. & in l. quod iussit, colum. penult. ff. de re iud. Decius in c. quoniam contra, num. 38. vers. in glossa, in verbo productiones, & ibidem Berro. numero 204. Crauet. in cons. 144. numero 20. & Ioan. Baptista Afinius in praxi de ordine iudiciorum. §. 23. ca. 6. limit. 21. & ij quidem affirmarunt, expresse reuocari posse conclusionem in causa per etiam parte contradicente, dummodo iuste reuocationis causæ extant, si verò iusta reuocandi causa cessat, parte contradicente non est permilla reuocatio, sicuti præcitati Doct. scribunt. Et hoc etiam intelligitur, quando conclusio facta fuit ab ipso iudice, secus si à partibus. Nam per illam reuocare non potest iudex etiam iusta subsistente causa, cum conclusio non sit actus suus, sed partium, aduersus quarum conventionem nil facere potest iudex ipse. Ita Afinius in d. l. limitat. 21. in fine, auctoritate Baldi in l. 2. colum. 5. ff. de re iudicat. & Henricz in constitutione Regni, in pragmatic. de processibus ordinandis per magistr. actio. Et eiusdem opinionis addo Ripam in d. l. quod iussit, num. 40. in fine. ibidem & Petrus Rebuffus num. 86. qui alia plura ad rem scribunt.

Tacite autem reuocata præsumitur & censetur conclusio in causa, per quando iudex testes, instrumenta, alia que probationes admittit. Cum enim (vt diximus) post conclusionem in causa recipiunt probationes, necesse est dicere, illis admittis, in necessarium antecedens reuocata præsumi & dici ipsam conclusionem, argum. l. iud. ff. de acquir. hered. Ita in specie Abbas in c. quoniam contra, colum. 3. de probat. Butrius & Imola in cap. audiuis, de procurat. Alexan. in cons. 84. num. 9. lib. 4. & in cons. 72. num. 7. lib. 3. Ripa in d. l. quod iussit, num. 49. & ibi dem Petrus Rebuffus num. 42. de re iud. & Afinius in d. limit. 21. idem ego ipse scripsi in lib. 1. de Arbitrar. iudicium, §. 35. nu. 15. Et ij quidem intelligunt, quando iudex qui probationes recepit, sciuit factam fuisse conclusionem ipsam in causa: sicuti præsumitur sciuisse, si causa coram eo fuit pertractata, secus si coram suo antecessore.

PRÆSUMPT. LXIII.

Exceptio opposita, quando præsumatur à iudice reiecta per processum ad vltiora.

SUMMARIA.

- 1 Exceptio non opposita, iudex procedendo in causa, non dicitur illam reiecitse.
2 Exceptio declinatoria opposita, iudex etiam re cognita ad vltiora procedens, non præsumitur illam reiecitse. Et quibus id casibus non habeat locum, nu. 3, 4. & 5.
3 Exceptio opposita, quæ extinguit iurisdictionem ob infamam

- suspicionis causam, ad vltiora index procedendo, non præsumitur eam reiecitse.
7 Exceptio simpliciter proposita si statim index ad vltiora procedere prohibetur, non censetur reiecta exceptio etiam si ad vltiora procedat.
8 Index non præsumitur elegerisse viam qua sententia reddam nulla.
9 Exceptio qua processus & acta redderentur nulla si fuerit opposita, index ad vltiora procedens, non præsumitur reiecitse.
10 Exceptio nem dilatoriam quæ non est præiudicialis propositam, index procedens vltiora, reiecitse præsumitur.
11 Index ad quem ab interlocutoria fuerit appellatum, ad vltiora procedendo, appellacionem admisisse præsumitur.
12 Exceptio contra testes opposita, index vltiora procedens eam reiecitse præsumitur.
13 Exceptionem actoris de spolio agentis, super dominio articulos recipi non debere, quando reiecitse præsumatur iudex.
14 Citari pars debet ad actum quoad vltiora proceditur.
15 Iudice procedente ad vltiora, an pars grauata appellare, & quibus in casibus possit.
16 Actus taciti non sunt ita late interpretandi, vt expressi.

POST iurium productiones tam ab actore quam à reo factas, olent deduci, & opponi exceptiones ad elidenda confutandaque iura illa. Quare dubitari per sæpe contingit, an iudex procedendo in causa ad vltiora, nulla illarum exceptionum ratione habita, reiecitse illas ita præsumatur, ne processus reddatur nullus? Distinguedi hic sunt aliquot casus, tamen si Fel. in c. suborta, col. 3. 4. & 5. de sent. & re iudicata, constituerit regulam, quam octo declarationibus explicauit.

Primus itaque est casus, quando exceptio per non fuit opposita, atque ita iudex nesciuit eam competere. Hoc sanè casu iudex procedendo in causa, non dicitur exceptionem illam reiecitse. Ita Innoc. in c. soles, in fin. de sent. excomm. Bal. in l. qui accusare, colum. 3. C. de eden. & in l. licet, in secundum tab. C. de procurat. Angel. in cons. 204. in causa accusantis, Roman. in cons. 410. numer. tertio. Felin. in cap. subora, num. 7. c. ex p. q. d. d. limitat. de sentent. & re iud. Antonius Gabr. in lib. 2. conclusionum, in tit. de except. in c. consil. 1. num. 15. vbi num. 16. dicit sic: Est ratio, quia iudex, cui non constat de aliqua exceptione, non dicitur eam reiecitse, cum ignorant nullus sit contentus. His declaratur statutum Papæ in ciuilibus primis, sub rubr. de craine cause ciuilib; dum vult exceptiones dilatorias censeri reiectas in sententia diffinitiuæ, quarum non fuit facta mentio: intelligo, quando exceptio fuit opposita, & à iudice cognita. Id quod & statutum innuere videtur. Extrat & simile statutum Brixie 16. sub rub. de ordine iudiciorum.

Secundus est casus, quando fuit per opposita exceptio defectus iurisdictionis, sicut declinatoria, vt quia allegatus fuit incompetens, & ipse iudex re etiam cognita, processit ad vltiora. Hoc etiam casu non censetur reiecta illa exceptio: cum requiratur expressa pronuntiatio, & interlocutoria. Ita gloss. in c. diffinitia de rescript. in 6. Innoc. Bald. Butr. Geminian. Imola, Roman. & Abbas, quos recenset & sequitur Felin. d. c. suborta, num. 6. vers. limita quarto. Et his accedit Iason in l. 2. num. 43. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & in consil. 100. in fine, & in consil. 105. num. 2. lib. 1. Socin. Sen. in consil. 99. n. 20. vers. præterea Pap. lib. 3. Ruin. in consil. 114. nu. 19. & in consil. 164. num. 12. lib. 5. & Vantius in tract. de nullitate, in tit. Quibus modis sent. nulla reparari possit, nu. 8. in fine. Antonius Gabriel in d. l. 2. conclusionum, in tit. de exceptionibus, conclus. 1. numer. 3. qui declarat, qualis esse debeat hæc expressa pronuntiatio. Huius traditionis ratio & fundamentum est, quia cum non cogitaret adhuc an sit iudex, debet expressim pronuntiare, alioqui processus erit nullus. Dissentunt tamen à prædictis Butrius in c. pastoralis, colum. prima, de except. & in c. duabus, colum. 6. de appellat. Angel. in consil. 197. in ciuitate Lucana, colum. 3. Anchar. in consil. 265. in primo dubio, sic quoque dissentiunt Angel. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Corne. in consil. 85. numero 10. lib. 4. Barba. in c. ceterum, num. 16. de rescript. Atet. in consil. 107. colum. 2. Ruin. in consil. 117. num. 18. lib. 5. & Afinius in praxi de ordine iudiciorum, §. 18. ca. 6. Sed à præcedenti magis recepta, recedendum non est.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat in exceptione, quæ respicit defectum iurisdictionis prorogatiuæ, seu quæ iuuat ipsam iurisdictionem. Nam tunc non requiritur expressa pronuntiatio: & propterea per processum ad vltiora, censetur reiecta. Ita Baldus in l. 2. colum. 2. vers. modo queritur, si prætermisso. C. de ordine iud. quem secutus est Felin. in d. c. suborta, nu. 6. vers. primus casus.

Declaratur secundo vt non procedat, quando, per iurisdictionem

dictio erat tantummodo elidibilis exceptione. Nam tunc sufficit tacita pronuntiatio. Ita Butr. Gemina. & Angel. quos refert & sequitur Felin. in d. c. suborta, nu. 6. vers. secundus casus. Ita etiam intelligo Ruin. in consil. 61. nu. 36. vers. nec obstat quod, lib. 5. cum dixit, quod si duo sunt iudices, qui possunt de eadem causa cognoscere, & iam coeptum fuit iudicium coram vno, & deinde moueatur coram alio, si opponatur exceptio litis iam coeptæ, & iudex processit ad vltiora, dicitur reiecitse exceptionem illam, ex quo hic iudex habebat suo iure iurisdictionem etiam elidibilem.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando per iudex pronuntiauit procedendum esse ad vltiora, oppositis non obstantibus, licet de competentia expresse non dixerit. Nam sufficit tacita hæc pronuntiatio. Ita Butr. Imol. & Angel. quos refert & probat Felin. in d. c. suborta, num. 6. vers. tertius casus est.

33. de probat. qui octo argumentis hæc tueri conatur. & idem
Dec. in rub. de appell. nu. 8. Tertia fuit opinio eruditissimè Al
ciati in tract. de præsumptionibus. reg. 3. præsumpt. 9. num. 4. qui
distinguit quòd ꝑ quoad aliqua non præsumitur pro sen
38 tentia pendente appellatione: quoad aliqua etiam præsumi
tur. Et primò non præsumitur ꝑ pro sententia pendente
te appellatione, vt illa præsumptio: quæ extabat ante in
terpositam appellationem, & transferrebar onus probandi
in aduersarium, etiam transferat post appellationem. Ve
rè enim post appellationem interpositam, cessat iste effe
ctus. Ita tradunt Abb. in c. in præsentia. nu. 15. de renunt. Bald.
in c. cum super. n. 4. vers. tu dic. de sent. & re iudi. Et manifestè
hoc probat text. in d. §. illud. in Auth. de iis qui ingredi. ad ap
pell. Ea est ratio, quia iste qui sententiam pro se obtinuit,
non

non dicitur muneris suo satis fecisse, dum suam ipsam inten
tionem in ea prima instantia non probauit. Nec senten
tia quam ob. inuit, supplere potest huius probationis de
fectum. Id quòd tenet & Dec. in dicto capitulo quoniam con
fectum. numero 33. vers. vltim. non obstat. Secundò non præsu
40 micur ꝑ pro sententia pendente appellatione quoad effe
ctum executionis. Non enim exequi potest illa sententia,
cùm eius effectus suspendatur per appellationem. Ita loqui
tur text. d. l. 1. §. ult. ff. ad S. C. Turpil. Et ita intelligitur Deci.
in d. c. quoniam contra. num. 33. vers. non obstat, quòd appellatio. de
probat.
Quo verò ad alia multa, adhuc pro sententia, pendente
appellatione, præsumitur. Et primò quoad eum effectum,
41 ꝑ vt qui sententiam obtinuit, consequi possit alimenta, &
litis impensam, si aliunde non habet, vt probat text. l. si insti
tuta. §. de inofficio. ff. de inoff. testam. quem sic ad rem nostram
interpretari sunt Dec. in d. c. quoniam contra. num. 33. vers. 4. fa
cit. de probat. & Alcia. in d. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 5. latè Didac. li.
præct. quæst. c. 6. nu. 5. Et subiungit Alcia. hoc esse generaliter
verum in quouis litigante super bonis quæ præterdit esse
communis, vel in totum ad se pertinere: Quæ de re scripsi
in commentariis de arbitrar. iudicium. lib. 1. q. 32. Secundò ef
fectum hunc parit sententia etiam pendente appellatione,
42 ꝑ vt fructus sequestrari possint, vt probat text. in clem. 1. de
sequest. poss. & fructuum. & in specie annoratur Alcia. in d.
præsumpt. 9. n. 5. vers. alius effectus. & Didac. lib. pract. quæst. c. 6.
num. 5. prope finem.
Tertio sententia pendente appellatione præsumptionem
43 pro se habet quoad effectum, ꝑ eorum quæ erant iudici ar
bitraria. Non enim eorum effectum appellatio suspendit.
Ita scripsit Alciat. præcitato in loco ex sententia Innoc. in
c. quoad consultationem. de sent. & re iudi. qui tamen vix
ad rem hanc considerari potest. Ego alia ratione existimo
veram hanc traditionem: Ea inquam ratione, quòd nulla
interponi potuit appellatio aduersus ea, quæ pro suo arbi
trario iudex facere potuit, vt scripsi in commentariis de arbi
trariis iudicium.
44 Quattò ꝑ sententia lata in iudicio possessorio, & admissa
appellatione per statutum, operatur quidem appellatio
effectum deuolutionem, non tamen suspendit executionem
missionis in possessionem: vt scripsi in commentariis de a
dificenda possess. remedio quarto. n. 838. Et hoc in casu procedit
secunda illa opinio Baldi, Imolæ, Decii, & aliorum.
Hæc Alciati distinctio, & doctrina procedit quoad casus
ita à lege ipsa diffinitos. At quando sumus verè in dubio, di
45 cendum est, ꝑ præsumi pro sententia, tamen interposita
sit appellatio vt probat text. in c. in præsentia. de renunt. cùm
ait semper præsumi pro sententia, donec, aliquid probetur
in contrarium, & manifestè etiam probat c. bonæ. il. pri
mo. de elect. ibi erat interposita appellatio, & tamen dicitur
præsumi pro iudice, nisi notoriè constet de eius iniustitia.
Et huius traditionis ratio est, quia negari non potest,
quin etiam post appellationem interpositam, sit sententia
iudicis, de quo confidit lex. d. l. 2. C. de off. ciui. iudi. Et præ
sumptio quæ à qualitate ipsius personæ iudicis ducitur,
concomitatur semper eius factum donec euidenter probetur
iniuste factum. Et hoc etiam in casu procedit illa secunda
opinio Baldi, Imolæ, Decii, & sequacium.
Declaratur hic casus, vt non procedat, quando ꝑ lata fuit
sententia de his quæ erant in arbitrio iudicis. Nam tunc si
condemnatu appellat, ipse debet probare. Ita in specie de
clarat Felin. in d. c. quoniam contra. numer. 21. vers. hanc conclu
sionem.
Quartum est tempus seu quartus huius nostræ disputationis
47 nis casus, quando iam lata sententia ꝑ transiit in iudicia
rum. Hoc sanè casu maximè præsumitur pro ipsa sententia.
Ita scribitur omnes in d. c. quoniam contra. de probat. vbi Imol.
Felin. nu. 23. Deci. num. 34. & Bero. qui quidem affirmant hanc
48 hæc præsumptionem iuris, & de iure. Cùm ꝑ res iudicata à
lege habeatur pro veritate, l. ingenium. ff. de statu homi. l. res
iudicata. ff. de regu. iur. & in c. quoad consultationem. extra eo.
Ex quo intelligimus quantum differat hic quartus casus à
precedenti: hoc sanè in casu non adnuitur contraria pro
batio, sicuti fert natura ipsius præsumptionis iuris & de iure,
vt diximus supra lib. 1. q. 5. Et tamen præsumptio præce
dentis casus, cùm sit iuris tantum, contrariam præsumptio
nem admittit. Hic casus multò magis procedit in re iudicata
antiqua. Ita Dec. in d. c. quoniam contra. n. 34. post Alex. in conf.
30. lib. 5. & Barb. in conf. 46. lib. 1.
Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quan
49 do ꝑ sententia est nulla: & de eius nullitate manifestè appa
ret. Dicitur autem multis in casibus apparere, vt explicat
post alios Dec. in d. c. quoniam contra. n. 35. Et summam casus
illos hic recenset.
50 Primus est, quando error ꝑ contra ius scriptum expressus

legitur in ipsa sententia. Ita Deci. prædicto in loco qui de
clarat. Et præter Doctores ab eo commemoratos idem scri
pserunt Alex. in conf. 75. nu. 4. lib. 5. & Moderni apostil. ibid.
Secundus est casus, quando ꝑ notoriè constat de iniustitia
sententiæ. Nam & tunc dicitur nulla. Ita dicunt inter
pretes nostri manifestam iniustitiam nullitari æquiparari. Ita
sanè scribunt Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 37. & in c. nouis. n.
12. de iud.
Tertius est casus, quando ꝑ appareat de errore iudicis,
52 per relationem ad acta, vt si dicat esse probatum per Caium,
& Sempronium testes, qui tamen nihil eo de negotio atte
stauerunt. Nam tunc error iste manifestus efficit, ne sententia
dicatur transiisse in iudicatum. Ita ex aliorum sententia
tradunt Dec. in c. quoniam contra. nu. 37. de probat. Afflic. &
deif. 47. nu. 3. & copiosè Vantius in tracta. de nullitatibus, in tit.
de nullitate ex defectu processus, nu. 129. Et ij quidem intelli
gunt procedere hunc casum, quando iudex per modum cau
sæ se retulit ad acta: secus vero si generaliter, & enunciati
uè, vt si diceret, visis actis & c. Ita etiam quando in ipsa sen
tentia fuit expressa causa & ratio, vel mala vel inepta, vt
post alios tradunt Dec. in conf. 37. num. 6. vers. quia potest re
sponderi. & Crauet. de antiqua. tempot. in quarta parte prin
cipali. in secunda paricula, quæ incipit, Absolutus differentiis,
nu. 62.
Quartus est casus, quando ꝑ condemnatus fuit de facto
53 admittit ad probandum de iniquitate sententiæ. Ita post
multos docuit Deci. in d. c. quoniam contra. num. 38. de probat.
Qui quidem intelligit, quòd fuit amissus aduersario non
contradicente. Et præterea quando admissus fuit à compe
tenti iudice. Et rursus intelligit, nisi iudex eam admissionem
reuocet: quam quidem reuocationem facere posse ille exi
stimaui, ob id quòd admissio illa interlocutoria est, quæ
reuocari à iudice potest, l. quod insit. vbi omnes. ff. de re iudi.
Quintus est casus, ꝑ quando is qui obtinuit sententiam
54 remque iudicatum, fatetur illam iniquam, & iniuste laram,
Nam tunc cessat omnis præsumptio, quæ ex iudicato orit
tur. Ita Dec. in d. c. quoniam contra. num. 39. de probat. & idem
in c. nouis. de iudi. Et illi accedunt Socin. in l. 1. in fin. ff. de ex
cept. rei iud. Iason in l. si duo paroni. §. idem Iulianus. numero
8. ff. de iure iur. in l. si seruis plurimum. §. 1. numero 6. de legat. 1.
& in l. cum te. num. 8. C. de transact. Quocirca retractari po
test hoc iudicatum: Imò poterit is victor compelli censu
ra ecclesiastica, vt damnatum illum liberet, perpetuumque
imponat silentium. Ita egregiè Innoc. in c. vlti. de maio.
& obed. & Bald. in l. si quis instituat. §. sed si sub conditione.
in fi. ff. de hered. instit. & in Authen. ad hæc. col. penulti. C. de iu
diciis. Et hic casus procedit etiam in confessione facta. Ita
in specie Aret. in d. c. quoniam contra. numero 15. de probat. ex sen
tentia Bart. in l. absentem. in fi. ff. de panis. & Bald. in l. non
ignorat. col. 5. C. qui accusat. non poss. cùm dicunt, aduersus præ
sumptionem iuris, & de iure, admitti probationem ex con
fessione facta, qua de re scripsi superiore lib. 9. 62. Hic autem
casus intelligitur, quando is qui obtinuit iudicatum, fate
tur ad sui præiudicium, & detrimentum, laram fuisse iniu
stam id fuisse confessus, & vputa, si hæres dicat legatariis, se
iniquè obrinuisse sententiam, ob fauores, amicitias, vel iu
dicialis corruptionem, & hoc vt euitet onus legatorum. Nam
tunc non adhibetur fides huic confessioni. Ita probat l. si
seruis plurimum. §. si hereditatis. de leg. 1. vbi Bald. in specie an
norauit, & secuti sunt Socin. in l. si ad te. num. 10. ff. de except. rei
iud. & Iason in l. stipulatio ista. §. si quis sortè. in fine. & in l. quæ
Romæ. §. duo fratres. n. 50. ff. de verb. oblig.

PRÆSUMPT. LXVIII.

Quando & quomodo pro solemnitate actorum, & processu iudicis præsumatur, accuratè explicatur.

SVMARIATA.

- 1 Sententia nondum lata non præsumitur pro iudice, quoad acta & processum.
- 1 Processus requirit scripturam, quòd tamen in leuioribus locum non habet. n. 3.
- 4 Sententia lata partibus presentibus & non appellansibus, post tempus appellandi lapsum, pro iudice est præsumptio.
- Aliud si terminus appellandi adhuc pendeat. n. 5.
- 6 Sententia contra verè consummatam lata, enunciato processu, & actis in sententia, præsumptio est pro sententia & processu in ipso.

- Et quid si contra fidei contumacem lata sit. n. 7.
- Vellata sit de recenti contra presentes, vel veros contumaces, non tamen fuerunt enunciata acta processus. n. 8.
- Et quid sit in sententia antiqua lata contra presentes, vel veros contumaces. n. 9.
- 10 Iudici attestanti de actis creditur.
- 11 Actorū respectu que pertinet ad iustitiam cause pro sententia presumitur, siue referat ipsa acta in specie, siue non.
- 12 Solemnitatum respectu ut pro sententia presumatur, requiritur solemnitas enunciatio, & qualis illa enunciatio esse debeat. n. 13.
- 14 Verba sententia vel decreti, etsi concipiuntur in personam notarij, nomine tamen iudicis censentur enunciata.
- 15 Verba notarij in instrumento contractus censentur verba partium.
- 16 Acta iudicij & processus specificē in sententia enunciata, si non contra reum condemnatum, sed tertium absentem agatur, nulla est pro sententia presumptio. Idque etiam in sententia antiqua. n. 17.
- 18 Verba enunciata in antiquis non probant contra tertium, maxime in gravi præiudicio.
- 19 Tempus quod dicitur antiquum in sententia, iudicis est arbitrarij.
- 20 Sententia in qua enunciatur, que nec in iudicis, nec partium sint arbitrio, utrum pro se habeat presumptionem remissit.
- 21 Sententiam ubi sine causa cognitione laram apparet, omnis pro ea cessat presumptio.
- 22 Sententia exhibitā in forma non probante, non habet pro se presumptionem.
- 23 Sententiam vel non latam, vel de ea non apparere, paria sunt.
- 24 Iure carere dicitur, qui id quod allegat non probat.
- 25 Sententia existente interlocutoria pro actis & processu non presumitur.

Explicabimus superiore presumptione, quomodo, & quando presumatur pro sententia iudicis quoad reū duntaxat, & iustitiam. Nunc distendum est, quando presumatur pro eodem quoad acta, & processum, atque ita quoad solemnitatem, & ordinem iudicarium. Quia in re distinguendi sunt aliquot casus.

- 1 Primus est quando adhuc nulla lata est sententia. Nam tunc non presumitur pro ipso iudice quoad ea acta, & processum. Ita probat c. quoniam contra. de proba. & ibid. Abb. n. 26. & apertus Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 3. n. 7.
- 2 Ea est ratio, quia pro processu requirit scripturā, ut dicitur in d. c. quoniam contra. Quæ sanè scriptura est quid facti: & ideo non presumitur, nisi in bello. s. facte. ff. de capt. & positim. reu. ff. & in specie scripsit Innoc. in c. innotuit. de eo, qui suntim ordi. suscep. Et dicemus infra.
- 3 Declaratur hic casus, ut non habeat locum in causis prioribus, quæ pro sui solemnitate scripturam non requirunt, ex quo de leui præiudicio, & damno agitur. Nam tunc pro ipso processu presumitur. Ita Bar. in Auth. nisi breuior. n. 4. C. de sent. ex breui. recita. Cum dixit, credi simplici informationi iudicis, & idem affirmant Alex. in l. sciendum. n. 12. de verb. oblig. Felin. in c. quoniam contra. n. 18. de proba. l. as. in conf. 12. n. 1. lib. 1. Soc. Sen. in conf. 46. n. 43. lib. 4. Ruin. in conf. 68. n. 3. lib. 1. Alcia. in d. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 7. & Anton. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de sent. conclus. 4. in fine. Hanc autem Bar. & sequacium traditionem intelligit, & declarat Butr. in c. quinquaginta. numero 12. du. iureiuran. & cum eo Crauer. in conf. 265. numero 4. procedere quoad ordinatoria iudicij, & processus: non autem quoad probatoria. Idem respondit Aret. in conf. 164. numero 5. vers. unde etiam alibi.
- 4 Secundus est casus, quando iam lata fuit sententia, partibus presentibus, & non appellatibus, & in ea enunciata sunt ipsa acta, & lapsum est tempus appellandi. Hoc casu presumitur pro iudice. Ita Abb. & Imol. in d. c. quoniam contra. de proba. ille n. 15. iste n. 20. quos secutus est Alciat. in d. præsumptio. 9. numero 7. versicul. eodem modo. Et his accedunt Bartol. in l. acta. numero 3. ff. de re iudicat. in l. ultim. ff. quando appell. sit. & in l. 1. numero 6. Cod. de relat. quo in loco egregie adu. oner, cautè illum agere qui in actis scribi facit, præsentem & non contradicentem aduersario ita actum fuisse, & in Auth. si quis in aliquo. n. 10. C. de eden. Bald. in conf. 217. Citatio. lib. 4. Abb. in conf. 92. col. 1. lib. 1. & in conf. 60. n. 5. lib. 2. Butr. in conf. 37. qui communem esse asseruit, Alex. in conf. 42. n. 9. lib. 4. Capolla in conf. 63. col. 3. in ciuilib. Barba. in conf. 18. column. 5. & in conf. 44. col. ult. lib. 1. l. as. in Auth. si quis in aliquo. in fi. C. de eden. Deci. in c. quoniam contra. num. 40. vers. secundo prædicta conclusio. in conf. 42. col. 6. vers. secundo hoc deducitur. Aufer. in additio. ad Capellam Tholofa. quæst. 328. Marfi. in l. 1. s. fi.

quis dicatur. nu. 10. ff. de quæstio. Crauer. in tract. de antiq. temp. in secunda parte princip. nu. 1. & ibidem n. 4. manifestè intelligit, quando elapsum est tempus ad appellandum. Eandem probauit opinionem Doctiss. Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Bart. in d. amb. si quis in aliquo. nu. 9. C. de eden. Ex his intelligimus malè respondisse Bald. in conf. 492. In causa vertente inter Blasium, column. 3. vers. modo restat. lib. 3. cum dixit non præsumi pro ordine iudicario, lata sententia, elapso termino ad appellandum. Et in specie à Baldo dissentit Crauer. loco præ allegato. nu. 52. Et hoc in casu necessaria non fuit promissio statuti Bononiæ lib. 1. sub rub. de officio notariorum præsentium ad causas. §. quibus casibus, quo sancitum est, quod præsumatur pro sententia etiam quoad acta, quando ipsa sententia fuit deposita, seu registrata in camera. Hoc enim nostro in casu etiam si sententia non est registrata, presumitur.

Tertius est casus, quando iam lata fuit sententia, partibus presentibus, & non appellatibus: sed tamen adhuc pendet terminus ad appellandum. Et in ipsa sententia sunt enunciata acta. Hoc in casu non presumitur pro processu, & actis. Ita Bald. in conf. 217. citatio. lib. 4. Castren. conf. 16. si ponderetur. col. 2. lib. 2. Abb. in c. quoniam contra. num. 22. de proba. & ibid. Butr. column. 22. vers. si lata est sententia, & nondum. post Specul. in tit. de prolat. sent. §. et autem. vers. & nota. Corne. in conf. 278. column. 2. num. 7. lib. 4. Ruin. in conf. 62. num. 21. lib. 2. Anto. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de sent. conclus. 4. num. 32. & Crauer. in d. tract. de antiq. tempo. in 2. parte princip. numer. 4. Decius tamen in d. c. quoniam contra. numero 33. à prædictis dissentit.

Quartus est casus, quando sententia fuit lata contra contumacem vera contumacia: & acta processusque enunciata sunt in ipsa sententia. Hoc in casu presumitur pro ipsa sententia, & processu. Ita Abbas in d. c. quoniam contra. numero 26. de proba. & ibidem Imol. num. 26. quos secutus est Alciat. in d. præsumpt. 9. numero 7. Et illis accedit Crauer. in tract. de antiq. temp. in secunda parte princip. nu. 2. & Anto. Gabr. in prædicta conclus. 4. numer. 20. qui eiusdem opinionis commemorant Rotam in decis. 301. in nouis. Gemina. in conf. 15. column. 3. Roma. conf. 497. in fin. Aret. in conf. 62. column. 2. & Cornueum in conf. 248. column. 3. lib. 1. & in conf. 278. numero 7. lib. 4. Butr. in conf. 18. column. 6. lib. 1. Alex. in conf. 22. col. 1. lib. 2. & in conf. 25. n. m. 7. lib. 6. Hoc etiam casu necessaria non fuit promissio prædicti statuti Bononiæ: cum ius ipsum commune satis prouiderit.

Quintus est casus, quando sententia fuit lata contra fidei contumacem, enuntiatas actis in sententia. Alciat. in d. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 7. scripsit, hoc etiam in casu præsumi pro processu, atque ita huius opinionis commemorat Abb. & Imol. in d. c. quoniam contra. de proba. & ibidem apertius idem docuit Felin. col. 14. vers. quarta conclusio. Et his accedunt alij permulti relati ab Anto. Gabr. in prædictis suis conclusionibus. lib. 2. tit. de sententiis. conclus. 4. nu. 21. & 22. qui inter cæteros recenset Roma. in conf. 497. in fin. & Ruinum in conf. 37. num. 4. lib. 5. qui testatur hanc esse communem opinionem.

Cæterum ab hac opinione dissentit Crauer. in tract. de antiq. temp. in secunda parte princip. nu. 3. Hac ratione is mouetur, quod fictus contumax potest appellare. l. ult. ff. de in integr. restit. l. propter annum. §. si autem reus. C. de iudicijs. & l. 1. q. 1. C. quomodo & quando iudex. appellare inquit potest infra decem dies, à die scientiæ latæ sententiæ, iuxta auth. hodie. C. de appell. & concertationi. de appell. in 6. & respondit ad rem post alios Neuiza. in conf. 60. nu. 2. Si ergo fictus contumax potest appellare, sequitur dicendum: quod non dicitur approbare laram sententiam: & promde pro ipsa sententia quo ad acta, & processum non presumitur. Dici fortè potest communem illam opinionem locum habere ante interpositam appellacionem ab ipso ficto contumace.

Sextus est casus, quando in sententia lata contra præsentem, vel contra veros contumaces, non fuerunt enunciata acta processus, & sententia fuit de recenti lata. Hoc in casu sunt etiam opinionem. Nam Innoc. in c. cum in iure peritus. de off. deleg. affirmat præsumi pro ipsi actis & processu. Et Innocentium secuti sunt Capolla in conf. 26. in secundo dubio & in conf. 63. col. 4. vers. ultra etiam prædicta. Corne. in conf. 333. column. 4. lib. 1. Cum dixit, credi sententia licet acta non producantur, maxime si acta refert. Ergo idem videret velle, etsi non referat. Ita pariter censuit Gozad. in conf. 96. column. ult. Verum dissentit Castren. in conf. 202. in causa consinium. column. 3. lib. 1. & cum eo sentit Crau. in tract. de antiq. tempo. in secunda parte princip. nu. 5. Et verè idem sentit Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. numero 7. vers. præsumetur etiam. Et de laudo, & vnione, idem senserunt Castren. & Oldra. quos infra statim commemorabo. Et hæc secunda opinio

opinio verior mihi videtur. Quæ non habebit locum in casu statuti Bononiæ, de quo dixi supra. sic & statutum Brixie 97. in ciuilib. sub Rubr. Quid pro sententia presumatur, requirit enunciacionem.

- 9 Septimus est casus, quando in sententia iam antiqua lata contra presentes, vel contra veros contumaces, non sunt enunciata acta processus. Hoc in casu presumitur pro ipsi actis & processu, quod scilicet confecta fuerint. Ita Castren. in d. conf. 202. column. 3. Capolla in conf. 26. in secundo dubio. & in conf. 63. column. 4. vers. ultra prædicta in ciuilib. Felin. in c. quoniam contra. column. 19. vers. quinimo est vnus casus. de proba. qui quidem Felinus ita dixit de decreto antiquo, vt pro eo presumatur, etiam quoad acta in eo non enunciata. Quæ de re dicemus infra vbi agemus de presumptione circa decretum. Et opinionem hanc apertius probatur Aret. in conf. 36. column. ultim. vers. venio ad secundum. l. as. in l. 4. §. condemnatum. numero 6. ff. de re iudic. & Deci. in conf. 375. numero tertio.

Cæterum ab hac opinione dissentit multi, nempe ipsemet Castren. in conf. 76. in factu isto quatuor. column. 1. li. 2. qui manifestè respondit, non præsumi pro sententia, etiam in antiquis, quoad acta, nisi de his facti mentio in sententia. Idem responderunt in specie Baldus in conf. 204. longum thema, column. 2. vers. & hec vera. si constat lib. 3. Alexand. in conf. 123. column. 2. numero 4. lib. 2. & respondit Aret. in conf. 68. column. 3. vers. præterea posito, & c. quod iudici attestanti de actis creditur. Et idem scripsit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. numero septimo, vers. præsumetur etiam. qui quidem huius opinionis multos commemorat. Est simile quod de solemnitatibus laudi lati ab arbitris, respondit Castren. in conf. 139. pro declaratione eius, de quo queritur, libro primo. cum dixit, non præsumi pro instrumento laudi, si in eo non sunt enunciata acta ipsa. Et hæc de re dicemus etiam infra in præsumpt. 76. cum agemus de presumptione laudi. Ita quoque respondit Oldrad. in conf. 162. in questione. col. 2. ve. si sed prædictis ob stare videntur. instrumentum vnionis, in quo asseritur, vnionem factam fuisse cum omnium iurium solemnitate, non probare solemnitatem præcessisse, nisi in specie solemnitates omnes exprimentur. Et subiungit Oldrad. ex sententia Compostel non sufficere, & quod dicitur fuisse appellatum, nisi dicatur intra decem dies. Id quod decidit & Rota in decis. 90. quod reuocationem, in nouis, quam sic recenset Crauer. in conf. 29. col. 2. Ita etiam dicimus præsumi pro decreto iudicis, quando solemnitates fuerunt in eo enunciata: sicuti dicemus in subsequenti præsumpt. in primi casus declaratione. Has opiniones, distinguendo conciliat Crauer. in tract. de antiq. temp. in 2. parte princip. nu. 8. Aut loquimur de presumptione sententiæ respectu actorum, aut respectu solemnitarum. Si respectu actorum, quæ pertinent ad iustitiam causæ, putà, circa testes instrumenta, & alias probationes, hoc casu presumitur pro ipsa sententia, siue referat ipsa acta in specie, siue non. ita de probationibus loquitur Bal. in d. c. in presentia, col. ult. de reuoc. & Alex. in conf. 105. in prin. libr. 5. Nam (ait Crauer.) facilius presumitur pro sententia quoad acta substantialia, quæ quoad solemnitates: cum credendum non sit iudicem iudicasse, sine probationibus, & ex suo capite. Id quod affirmant Bal. in conf. 412. in causa vertente inter Blasium, col. 2. vers. modo restat respondere, l. 3. Socin. Sen. in conf. 158. col. 3. vers. sed ego etiam respondeo clarius, libro 2. Deci. in c. super eo, lib. 2. column. 1. num. 6. vers. quartus & vltimus casus. & in c. consulti, lib. 1. de appell. & scripsimus superiore præsumpt.

Secundo casu, quando scilicet loquimur de solemnitatibus sententiæ, requiritur ipsarum solemnitarum enunciatio. Et hoc in casu procedit posterior illa opinio Castrensis. Verum ambigitur hoc in casu, qualis esse debeat enunciatio hæc? Et specificam ac singularem esse debere scripserunt Albe. in l. sciendum, column. 4. vers. non vnus, de verb. obligat. Aret. in d. conf. 68. column. 3. vers. præterea posito. l. as. in d. l. sciendum, column. quinta, vers. limita istam doctrinam. Alciat. in d. præsumpt. 9. numero septimo, vers. præsumetur etiam. & Ant. Gabr. in suis conclus. libro 2. tit. de sent. in conclus. 4. numero quadragésimo septimo. Dissentiunt tamen ab hac traditione alij, permulti qui existimant sufficere, quod expressio atque enunciatio facta sit in genere. Ita sanè censuit Castren. in l. cum i. s. si præterea ff. de transact. cum dixit, satis esse, quod in decreto iudicis exprimeretur, præterea causa cognita ad illius interpositionem processisse, licet in specie non exprimentur solemnitates omnes requisitæ ad illud decretum. Idem Castren. in conf. 174. contra superius consultata, col. 2. vers. præterea dicebat Bald. lib. 1. Alex. in conf. 80. n. 6. lib. 5. in conf. 179. num. 8. in fin. & in conf. 213. in fi. libr. 7. l. as. in conf. 40. col. pg. vers. tertio respondetur. lib. 3. Deci. in conf. 341. numero 12. & in conf. 373. nume. 6. Et postea hanc opinionem visus est probare Crauer. in d. tract. de antiq. temp. in 2.

part. princip. nu. 10. vers. sed aduertendum. quo loci reuocit distinctionem Deci in c. quoniam contra. num. 49. vers. postremo in casu de proba. dum distinguebat Deci. quod aut verba enunciatiua solemnitatis concepta sunt in personam iudicis, aut in personam Notarij: Cum in iudicis personam concepta sunt, tunc sufficit expressio generalis: Cum verò concepta sunt in personam Notarij, tunc requiritur specialis. Hanc distinctionem (vt dixi) reuocit Crauer. ea ratione præcipua, quod Doctores vim non coarctant in persona iudicis, sed in presentia, aut scientia partium, quibus imputandum est, cur non appellauerint: sed actui gesto à iudice, consenserint, tacendo, & non appellando. Quæ sanè ratio locum habet & in actibus Notarij, ac priuatorum, quibus partes consenserunt vel expressè vel tacite. Quocirca (ait Craue.) non est constituenda differentia, quod verba concipiuntur in personam iudicis, vel in personam Notarij. Præter Craueram existimauerim vel ea ratione etiam confutari posse Deci distinctionem, quod etsi verba sententiæ vel decreti concipiuntur in personam Notarij, attamen nomine iudicis, & ex persona censentur enunciata: & ob id iudicis verba dicuntur: sicuti dicimus, verba scripta à Notario in instrumento contractus, censeri verba partium, quæ per Notarios, & organum loquuntur, vt scribunt Bald. in l. mater, num. 6. C. de rei vend. & in errore. C. de testam. Soc. Sen. in conf. 159. column. 4. lib. 2. Deci. in conf. 450. num. 3. in conf. 639. n. 9. in conf. 653. num. 6. idem in l. si libarius, num. 4. de reg. iur. & Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13. num. 1. Ita ergo hic: ex quo sequitur nullam esse differentiam, in cuius personam verba sententiæ, vel decreti concipiuntur. Hæc tota disputatio cessat Bononiæ, si obseruatur prudens illa sui statuti dispositio in d. Rub. de offi. not. præst. ad causas. §. quibus casibus.

Octauus est casus, quando in sententia fuerunt expressè ac specificè enunciata acta iudicij, & processus, sed tamen quæritio de his est non contra reum condemnatum, sed contra tertium absentem. Hoc sanè casu nulla est pro sententia presumptio, quæ huic tertio nocet: nec illa assertio iudicis contra tertium hunc creditur. Ita censuit, & rectè, Crauer. in d. tract. de antiq. temp. in 2. parte princip. num. 11. qui ita ait loqui Doctores, quos supra commemorauimus in 2. casu, dum considerant partium presentiam, vel scientiam: Ea est ratio, quia in hoc tertio cessat illa approbatio, illèque consensus, qui consideratur in reo condemnato, tacendo, & non appellando.

Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat in sententia antiqua. Nam adhuc pro ea non presumitur in præiudicium tertij. Ita extendit Crauer. in d. 2. part. nu. 24. post Castren. in conf. 99. circa primum quæstum, column. 2. vers. nec obstat quod presumitur, libro secundo. Soc. Sen. in conf. 148. col. 3. vers. sed ego respondeo clarius, libro secundo. Abb. in c. cum inter. R. col. 3. de elect. Felin. in c. quoniam contra. col. 14. de proba. Rip. in l. 2. §. voluntatem. col. 5. ff. solut. matr. Ita etiam dicitur, quod verba enunciatiua in antiquis non probant contra tertium, maxime vbi de graui præiudicio agitur. Ita tradunt Castren. in conf. 139. pro declaratione eius. col. 2. lib. 1. Alex. in conf. 50. column. 4. vers. sed posito sine præiudicio. lib. 5. Soc. Sen. in conf. 266. col. 5. vers. confirmatur ista conclusio. l. 2. & alios recenset Crauer. in tract. de antiq. tempo. in 4. part. 1. partis princip. num. 4. vbi declarat. His declarat statutum Patauinum, sub Rubri. de citationib. & ordine procedendi. §. de cætero. dum statuit, præsumi pro sententia iam decem elapsis annis lata, etsi de processu non constat, si modò sententia apparet lara obseruatis iuris solemnitatibus: atque ita (vt interpretor) enunciatis actis. Hoc sanè statutum non habet locum quando sententia esset antiqua, quia etiam si acta in ea non essent enunciata, pro ea presumereetur. Nisi dicamus hoc statutum voluisse sententiam iam decem elapsis annis latam, censeri antiquam, iuxta opinionem eorum, quos recitauit in lib. 2. de arbit. iudi. casu 4. numero 2. & nihilominus statuisse requiri enunciacionem. Ego multum tribuerem iudicis arbitrio, & suū ita sit arbitrari, quod tempus dicatur antiquum in sententia, vt dixi in d. casu 4.

Nonus est casus, quando in sententia enunciatur acta illa, quæ non sunt in libera potestate ipsius iudicis, & partium, 20 atque ita ea quibus nec ipse iudex, nec pars potuit renunciare. Hoc casu sunt opinionem. Craue. in tract. de antiq. temp. in 2. part. princip. num. 12. 14. & num. 20. Cæterum, cum hac de re copiosè pertracturus sim in præsumpt. 75. dicere hic superdeco.

Decimus est casus, quando clarè apparet, sententiam fuisse latam sine causæ cognitione. Hoc sanè casu certum est cessare omnem presumptionem, cum in claris opus non sit coniecturis. Ita in specie tradunt Felin. in c. quoniam contra. column. 15. vers. 2. de clara. de proba. Craue. in d. tract. de antiq. temp. in 2. part. princip. num. 15. qui declarat Calcan. in conf. 88.

rum.7. dum respondit, non præsumi pro sententia, quæ est nulla aliunde, quam ex defectu consensus partium. Et idem Craue. præcitato in loco, num. 53. scripsit, quod quando proceduntur acta, ex quibus constat de nullitate, aut iniustitia sententiæ, tunc verè & clarè probari dicitur nullitas, & iniustitia, nec tractari potest de aliqua præsumptione pro ipsa sententia. Ita Bart. in l. ff. si tutor, vel cura. app. & in l. hi qui ad civilia. C. de appell. & in conf. 98. apparet sententia, in fin. libro 1. Aret. in conf. 62. ex facto, in fin. l. 4. §. condemnatum, col. 2. vers. contra Bart. facit. ff. de re iudic. Soc. Sen. in conf. 47. col. 9. vers. sed clarè etiam. si. 4. Ita dicimus, quod etsi præsumatur pro instrumento confecto à Notario, quod omnes solemnitates fuerint in eo adhibite, attamen si ex inspectione instrumenti apparet adhibitas non fuisse, cessat omnis præsumptio. Ita post multos scriptum reliquit Craue. in tract. de antiq. temp. in 3. part. princip. num. 27. Quæ de re dicemus infra in præsumpt. 79. cum differemus de præsumpt. Notarij. Simile tradit idem Craue. in præcitato tract. de antiq. temp. in 2. part. tertie part. princip. num. 24. cum dixit, quod etsi præsumitur pro exemptione instrum. eni facta à Notario, quod scilicet fuerit solemniter facta, attamen cessat hæc præsumptio, cum apparet de ipso solemnitate defectu. Quæ etiam de re dicemus infra in præsumpt. 79. Est etiam simile, quod de solemnitate decreti dicitur. Non enim pro ea præsumitur, quando ex ipsa inspectione apparet, illam non fuisse obseruatam. Ita Craue. in d. 2. part. princip. num. 54. & dicemus in præsumpt. 75. Et ex prædictis intelligimus instrumentum prædictum Bononiæ, de officio Notarij, & c. §. quibus, in fi. convenire cū iure communi. Est enim eo sancitum, quod hoc in casu cesset præsumptio sententiæ.

Vndecimus est casus, quando in ipsa sententia sunt quidem enunciatæ etiam specificæ acta processus, sed tamen sententia 22. ipsa exhibetur in forma non probante, vt quia non est publicum ipsius sententiæ instrumentum. Hoc sanè casu frustrâ tractatur de præsumptione sententiæ, quæ non apparet. Ita Bald. in l. ff. de his que in testam. delent. & ibid. Imol. quos secutus est Socin. Sen. in conf. 2. num. 10. lib. 3. Idem affirmarunt Corne. in conf. 22. col. 3. vers. insuper quam plur. lib. & Craue. in tract. de antiq. temp. in 2. part. princip. num. 57. & in 3. part. princip. num. 26. Ea est ratio, quia paria sunt, quod nulla sententia sit lata, vel quod de ea non appareat, l. in leg. ff. de contenta. & l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. Et qui non præstat quod allegat, iure carere dicitur, l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & l. quidam tabularum. ff. de furt. & respondit Bald. in conf. 67. quia ex facto, col. 2. lib. 3.

Duodecimus est casus, quando sententia non est diffinitiva, 25. sed solum interlocutoria. Nam tunc non præsumitur pro actis ipsis, & processu. Ita Anton. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de sentent. conclus. 4. numer. 45. post Freder. de Senis in conf. 170. & Rebuffus in l. quod insit, in 2. not. nu. 312. ff. de re iud. Hoc in casu locum non habet prædictum statutum Bononiæ, quod loqui mihi videretur de solis diffinitivis: quemadmodum colligitur ex d. §. quibus in casu. iuncto §. mandantes. ibi omnes sententias diffinitivas.

PRÆSUMPT. LXX.

Sententia an præsumatur lata contra præsentem, vel contra absentem, brevis, utilis tamen explanatio.

SYMMARIA.

- 1 Sententia que contra absentes, & contumaces ferri consuevit, præsumitur contra absentem lata.
- 2 Sententia que contra præsentem ferri solet, si in scriptura sententiæ sit ipsius præsentis mentio, præsumitur contra præsentem lata.
- 3 Sententiam si contra præsentem latam iudex asserat, in quibus ei credatur, & sententiam contra præsentem latam præsumatur.
- 4 Sententia contra præsentem lata non præsumitur, si vel à iudice, vel Notario mentio fiat, citationem peremptoriam emissam esse.
- 5 Sententiam in dubio ex magis recepta opinione præsumi contra absentem latam. Nisi sit in sententia antiqua, numer. 6.

Cum non semel superioribus in præsumptionibus mentio facta sit sententiæ latæ contra præsentem, & contra absentes, vt pro ea vel præsumatur, vel non præsumatur, hoc in loco visum est explicare illam satis celebrem iuris quæstionem, an in dubio sententia præsumatur lata contra præsentem, vel contra absentem? Hac in re vna cum Abbate in c. tenor. num. 10. de re iud. distinguendi atque constituendi sunt aliquot casus.

Primus est quando agitur de sententia illa quæ ferri solet contra absentes contumacesque, sicuti est excommunicationis sententia. hoc casu præsumitur lata contra absentem. Ita omnium primus respondit Freder. de Senis in conf. 170. quem secuti sunt Abbas in d. c. tenor, col. 1. pe. ver. an autem præsumatur, de re iud. Butri. in c. quoniam contra, nu. 50. de probat. & Anto. in libro secundo conclusionum, tit. de sententiis, concl. 4. nu. 27. Ea est ratio, quia præsumitur factum quod fieri solet, l. quod si noluit. §. qui assistit. ff. de edil. edicto. & suo loco differuimus.

Secundus est casus quando agitur de sententia, quæ ferri solet contra præsentem, & in scriptura sententiæ scripta recepraque ab actuario, vel Notario mentio fit præsentis ipsius partis. Hoc in casu præsumitur lata contra ipsum præsentem. Ita Abb. in d. c. tenor, col. 1. pe. vers. & omnium conclusio, de re iud. & Ant. Gabr. in d. concl. 4. nu. 30. & scripsit Abbas ita sentisse Io. Andre. in additio. ad Speculat. Et huius traditionis ratio esse potest, quia hic concurrunt fides Notarij, cui in his solet adhiberi fides, vt suo loco dicemus.

Tertius est casus, quando solus ipse iudex asseruit, sententiam fuisse latam parte præsentem, & agit de re leui modicoque præiudicio. Hoc casu præsumitur lata contra præsentem, cum fides in his leuibus adhibetur assertioni iudicis. Ita Abb. in d. c. tenor, col. 1. penult. vers. & omnium conclusio, ex traditione Bart. in Auth. nisi breuiores. C. de sent. & interloc. omn. iudic. & in l. iubemus nulli. C. de sacrosanct. eccles.

Quartus est casus, quando iudex, ac etiam Notarius mentionem fecerunt solum, quod citatio præemptoria emissa fuit. Hoc in casu non præsumitur lata sententia parte præsentem: quia illa assertio citationis peremptoriæ, est de præterito: nec infert necessitudo, quod ita vocatus venerit ad iudicium. Abb. in d. c. tenor, num. 10. in fi. ver. aut index attestatur. Et idem affirmavit Imol. in c. quoniam contra, num. 29. prope medi. de probat. post Io. Andre. & Compostel. quos commemorat.

Quintus est casus, quando verè sumus in dubio, vt est, quando simpliciter apparet latam esse sententiam contra aliquem. Hoc in casu sunt opiniones. Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt, sententiam præsumi latam parte præsentem. Ita Imo. in c. quoniam contra, nu. 30. de probat. qui huius opinionis recenset Iun. in c. cum in iure peritus, de off. del. Altera vero fuit opinio eorum, qui dixerunt, sententiam non præsumi latam parte præsentem, sed ea absente. Ita Abb. in c. tenor, num. 10. in fi. de iud. qui dixit se ita respondisse, vt verè respondit in conf. 92. col. ult. lib. 1. Butri. in c. quoniam contra, nu. 58. vers. in dubio autem, de probatio. & in conf. 24. nu. 6. & tenendo istam opinionem idem sentit Bellamera decis. 89. Hæc posterior opinio est magis recepta, & fulcitur ratione illa, quod facta non præsumuntur, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & possi. reuerf.

Declaratur prædicta traditio, vt locum habeat in sententia antiqua, nam ob temporis diuturnitatem præsumitur lata parte præsentem. Ita Abbas, & reliqui sup. à citati. & conferunt, quæ diximus supra in præsumpt. 8. in 2. declarat. & quæ dicemus infra in præsumpt. 56. in penult. declarat. vbi dicemus, præsumi sententiam antiquam latam contra citatum. & accedit Felin. in c. tenor, col. 2. vers. fallit 4. de re iud. cum dixit ob temporis diuturnitatem præsumi sententiam latam parte præsentem. & Felin. secutus sum infra lib. 6. præsumpt. 18. in fin.

PRÆSUMPT. LXX.

Sententiam latam contra absentem, præsumi ob eius contumaciam, quia malam foueat causam, latam: quod aliquot declarationibus explicatur.

SYMMARIA.

- 1 Sententia contra absentem lata præsumitur ob contumaciam, non autem malam quod causam foueat, lata.
- 2 Condemnatum quem esse ob contumaciam, non ob malam causam, magni est effectus. Et qui sint illi effectus, num. 3. vsque ad nu. 10.
- 11 Sententia lata in contumacem, non præiudicat alteri, etiam in casibus, quibus alias præiudicaret.
- 12 Contumax etsi ob malam causam non præsumatur succubuisse, habet tamen aliquam contra se mala causæ præsumptionem.
- 13 Dilationibus qui iudicium subterfugere querit, contra se habet præsumptionem.

14 Bannitus

- 14 Bannitus in contumaciam pro aliquo crimine, admissus ad nouas defensiones, pro qualitate personæ, torqueri potest etiam absque aliis iudiciis.
- 15 Sententia contra contumacem lata, si de probationibus constat, ob rei veritatem lata præsumitur.
- 16 Probationibus aliquid dicitur constare, quando illæ claræ sunt & manifestæ.
- 17 Sententia lata contra absentem ex iniusta causa, præsumitur lata ob malam causam.
- 18 Condemnatus ob malâ causam, præsumitur præsens in tota causa, & contumax tempore sententiæ.
- 19 Sententia contra absentem latam ob contumaciam præsumitur, non habet locum, quando non de veritate sententiæ, sed solum de eius actu ageretur.

DISSERAMVS nunc, an sententia illa, quæ contra absentem lata est, præsumatur lata ob contumaciam, vel ob malam causam? Recepta est Doctorum opinio, præsumi latam esse ob contumaciam, non autem ob malam causam. Ita Bart. in l. Papinianus. §. meminisse, numero 3. ff. de inoff. testam. & in l. si ideo, ff. de euct. Bart. in l. 2. numero 4. C. quibus res ind. nocent. Roma. in conf. 32. numero 10. Alex. in l. sepè, numero 78. ff. de re iud. & in conf. 4. col. 1. libro 3. Felin. in cap. literis, num. 18. de consuet. in c. cum Bertholdus, n. 20. & in c. sicut, numero 14. de sentent. & re iud. & in cap. fraternitatis, col. 2. de heretic. Bertrand. in conf. 115. col. 3. & col. ultim. libro 2. Marfil. in sing. 4. & in sing. 604. & in l. vnica, numero 134. C. de raptu virgi. Alciat. in tractu de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 22. Rubz. in reper. l. non solum. §. morte, numero 469. ff. de noui operis nunciat. Tyraquell. in tract. quod cessante causa, cesset effectus, part. 1. nu. 63. & in tract. de nobilitate, cap. 37. numero duodecimo. Ant. Gabriel. in suis conclusionibus, libro secundo, tit. de sentent. conclus. 3. numero 1. & Roland. in consilio 31. numero 13. lib. 1. & ij quidem adducti sunt ex d. l. Papinian. §. meminisse, & l. qui repudiant, in fine. ff. de inoff. testam. & ex l. si iud. ff. de euctio. & quamquam Felin. in d. c. cum Bertholdus, numero 21. reiecit Cathenl. in conf. 321. dissentire, attamen non video, quo in loco id scripserit Cathenl. qui & alioqui malè sensisset: sicuti & ipse Felinus aduertit.

Hæc præsumptio est certè magni effectus, & vtilitatis: cum multum referat, quod quis sit condemnatus ob contumaciâ, non autem ob malam causam.

Et primus est effectus, quia scribit Bartol. in l. cū filius, in princip. numero 3. & ff. de verborum obligat. si cautum est statuto, quod pater teneatur pro filio de homicidio condemnato, non erit locus ipsi statuto, filio in contumaciam damnato: etiam si contumax ex alio statuto habeatur pro conuicto, & confesso. Idem affirmavit ipse Bartol. in disputatione tertio statuto Perusino, quem secuti sunt Butr. consilio 5. Roman. in conf. 154. numero 5. Corne. in conf. 101. numero 6. libro 1. & in conf. 143. numero 7. lib. 2. Felin. in d. c. cum Bertholdus, numero 20. de re iud. l. in d. l. cum filius, de verborum oblig. vbi communem esse opinionem asseruit Iacob. de Niguis in .i. in princip. numero 69. ff. de verborum oblig. Alciat. in d. præsumpt. 22. num. 2. & Cephal. in conf. 241. numero 81. lib. 2. Roland. cons. 29. num. 21. lib. 3. & ibidem numero 28. assert simile de famulo, & domino, & de communitate, quod teneatur emendare damnum datum in suo territorio.

Secundus est effectus, quod etsi Notarius semel conuictus de falso, non potest in posteram recipere instrumenta, vt tradunt omnes in l. Barbatus. ff. de offi. præf. vbi Ias. nihilominus ob solam contumaciam damnatus, non priuatur hæc facultate. Ita Bartol. in d. l. si ideo, ff. de euctio. & post Bald. & Alex. tradit Marfil. in sing. 604. idem scripsit Felin. in c. cum Bertholdus, n. 20. de re iudic. & alios refert Rol. in d. conf. 31. n. 13. lib. 1. & in conf. 29. n. 27. lib. 3.

Tertius est effectus, quod licet certis in casibus poena commissi criminis transeat ad hæredes: attamen nõ transit illa, quando ille defunctus fuit ob contumaciam damnatus: ita Bart. in l. 2. ff. de bon. eorum, qui mortè sibi conscuerunt. qui declarat, speciale esse in crimine lætæ maiestatis, & hæresis, vt poena damnati etiam ob solam contumaciam transeat ad hæredes: tamen in crimine lætæ maiestatis dubitauerit Hiero. Gigas in tract. de crim. lætæ maiestatis. lib. 3. tit. 1. q. 13.

Quartus est effectus, quod si cautum est statuto, quod si Notarius scripserit instrumentum in aliqua sui parte falsum, totum falsum præsumatur, & cancelletur: non habebit locum statutum, Notario ob solam contumaciam damnato. Ita Bald. in l. ultim. numero 7. C. de fide instrum. Riminald. Sen. in l. si falsus, n. 12. C. de transact. Alciat. in d. præsumpt. 22. numero 3.

Quintus est effectus, quod si aliquis bannitus commisit delictum irrogans infamiam, quæ & eum extra territorium sequatur: attamen condemnatus seu bannitus ob contumaciam tantum, non erit aliquo in loco infamis, ita Alber. in l. ex ea. ff. de postul. Bartol. in l. iectus fustium, numero 5. ff. de

ius qui nota, infam. Alex. in conf. 114. nu. 7. lib. 2. Felin. in c. cum Bertholdus, num. 20. vers. sic etiam Paulus, de re iudic. Alciatus in dicta præsumpt. 22. num. 4.

Sextus effectus est, quod si statuto sancitur, damnum emendari debere, intelligitur, si prius verè constat de damno dato, non autem si fiet per contumaciam. Ita Bald. in l. si quando. C. unde vi. & Alciat. in dicta præsumptione 22. numero 5.

Septimus est effectus, quod si sententia lata est secundum positiones confessas fidei per contumaciam, potest hic contumax probare contrarium: secus si lata est confessione vera. Ita Butr. in c. ult. de confessis. Imol. in l. creditor. §. iussus. ff. de appell. latè Aret. in conf. 147. in l. dub. Alciat. in d. præsumpt. 22. num. 6.

Octauus est effectus, quod sententia lata ob contumaciam, non parit præiudicium in alia causa, etiam inter eandem personas, l. 2. §. Diuus, & Leius qui delatorem. ff. de inue. fise. Quod non esset, si lata fuisset sententia ob malam causam. Ita Bald. in l. 2. C. de eden. & ibidem Dec. num. 47. Roma. in conf. 329. numero 10. Corne. in conf. 211. in fili. 3. Alex. in conf. 84. col. 2. lib. 2. Et hinc etiam fit, vt sententia lata in contumaciam, non præiudicat alteri etiam in casibus, in quibus alias præiudicaret, l. qui repudians, in fi. ff. de inoff. testam. & in l. ideo, ff. de euct. glo. in §. ultim. in Instit. de noxal. actio. Bart. in l. cum filius, ff. de verb. oblig. Bald. in l. 1. q. 6. C. ne fil. pro patr. Marfil. in singul. 4. Didac. in lib. pract. quæst. cap. 13. num. 5. vers. hæc sanè ratio. & Roland. in conf. 29. n. 23. li. 3. Et procedit etiam in sententia Principis. Ita Felin. in d. c. cum Bertholdus, num. 20. in fine.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt licet non præsumatur hic contumax succubuisse ob malam causam: attamen contra se habet aliquam præsumptionem malæ causæ. Ita declaratur Alciat. in d. reg. 3. præsumpt. 22. in fi. adductus primo argumento sumpto ex c. nullus, de præsumpt. vbi præsumitur contra eum, quibus dilationibus querit subterfugere iudicium. Quæ de re differemus infra in præsumpt. 73. Secundo comprobatur Alciat. egregia traditione Bald. in l. 1. nu. 13. in fi. C. de her. institut. cum dixit, quod si aliquis est bannitus in contumaciam pro aliquo crimine, deinde admittitur ad nouas defensiones, suberit tamen contra eum aliqua suspicio, qua sine aliis iudiciis torqueri poterit, argum. l. milites. C. de questio. & l. 2. ff. de req. reis. Quæ sanè traditio egregia est ad declarationem statutorum, quæ concedunt condemnatis in contumaciam, vt possint intra aliquod tempus admitti ad nouas defensiones. Nam ij sic admissi torqueri poterunt absque aliquibus iudiciis, pro qualitate tamen personæ & delicti, vt dicebat præcitato in loco Bald. Quocirca mihi valde probatur praxis illa, quam sapientiss. Senatus Mediolan. obseruat, quamque recenset Iul. Clar. in praxi crimin. §. fi. q. 44. vers. quæro, quando reus, & c. quod contumax admissus ad nouas defensiones, debet probare suam innocentiam, vel saltem elidere iudicia, quæ contra eum sunt in processu, alioquin sententia condemnationis executioni mittitur, vel saltem torquetur, vel extra ordinem punitur.

Declaratur secundo, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando constaret de probationibus. Nam tunc ob rei veritatem, non autem ob contumaciam lata præsumitur. Ita Bald. in l. 2. n. 4. C. quibus res ind. nocet. & in l. 2. C. de contr. iud. tit. Abb. in c. pe. n. 7. de re iud. Alex. in l. sepè, n. 79. de re iud. Fel. in c. cum Bertholdus, nu. 24. de iud. Zaf. in conf. 10. lib. 1. Tyraq. in tract. quod cessante causa, cesset effectus. par. 1. n. 66. & Ant. Gabr. in lib. 2. conclus. in iii. de sentent. concl. 3. num. 2. Caterum tunc de probationibus constare dicitur, quando illæ sunt omnino clare & manifestæ. Ita egregiè declarat Roma. in 16. conf. 329. nu. 10. vers. nec refragatur.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando absentia esset iniusta. Nam tunc sententia præsumitur lata contra eum ob malam causam. Ita Bald. in l. 2. col. pe. C. quibus res ind. nocet. Abb. in c. pen. num. 12. de re iud. Ale. in addit. ad Bar. in l. Papinianus. §. meminisse, ff. de inoff. test. & ibid. Alex. in l. sepè, num. 79. ff. de re iud. Fel. in c. cum Bertholdus, num. 24. vers. limit. 5. & ult. de re iud. & Ant. Gabr. in d. conclus. 3. nu. 3. Declaratur quarto, vt non habeat locum, quando condemnatus fuisset præsens in tota causa, sed absens atque ita contumax tantummodo tempore sententiæ. Nam tunc non præsumitur condemnatus ob contumaciam, sed ob malam causam. Ita Bart. in l. si superatus, ff. de pig. Bal. in d. l. 2. C. quibus res ind. nocet. Abb. in c. pe. col. 5. de re iud. & in conf. 45. lib. 2. Fel. in d. c. cum Bertholdus, nu. 13. de re iud. Gabr. in conclus. 3. numero 4.

Declaratur quinto, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando non ageretur de veritate, seu iusticia ipsius sententiæ, sed solum de eius actu. Exempli gratia, si statutum dicit quod pater teneatur pro filio condemnato. Hic statutum considerat tantummodo actum condemnationis: & ideo sufficit, quod filius fuerit condemnatus in contumaciam. Ita Bart.

1. cum filiusfam. num. 3. ff. de verb. oblig. & in disp. 3. incip. statuto Perusine. Bald. in l. 2. q. 6. C. ne fil. pro patr. & alios recentet Felin. in d. c. cum Bertholdus, numero 22. de re iud. Iaf. in d. l. cum filiusfam. numero decimotertio, qui hanc esse communem opinionem testatur. Et eum quoque secutus est ex recentioribus Anto. Gabr. in d. consil. 3. in fine Dissidentium alij in d. l. cum filiusfam. vbi etiam Alciat. num. 18. à Barto. recessit.

PRÆSUMPT. LXXI.

Opinio quæ præsumatur, vt eam in ferenda sententia sequatur iudex.

SUMMARIA.

- 1. Opinio ea in iudiciis seruanda est, quæ verior meliorque præsumitur.
- 2. Opinio verior ea præsumitur, quæ à maiori Doctorum parte recipitur, & approbatur.
- 3. Litigantem condemnari in expensis, cui communis Doctorum opinio repugnat.
- 4. Opinionem Doctorum communem, vim consuetudinis obtinere.
- 5. Ignarus dicitur, qui aduersus communem opinionem indicat.
- 6. Numerus eligentium vbi maior est, maior præsumitur zelus.
- 7. Inuenitur facilius, quod à multis queritur.
- 8. Senatus & consilia, causas secundum votum maioris partis consiliariorum determinare debere.
- 9. Opinio Doctorum alicuius collegij, præfertur opinioni aliorum singularium. Quod tamen quomodo accipiendum, num. 10.
- 11. Patavini collegij mos de iure respondendi.
- 12. Papiensis collegij, de iure respondendi institutum.
- 13. Opinio quæ senatus, Rotæ consilio, & parlamento placuit magnam pro se habet præsumptionem.
- 14. Rotæ Romanæ decisionibus tantum deferendum esse, quantum ipsa ratio urget.
- 15. Deus solus, vel cui Deus singulari gratia concessit, errare non potest.
- 16. Opinio quæ senatus, aut Rotæ, consilio, parlamenti, quæ placuit, nulla etiam lege sic determinante, magnam pro se habet præsumptionem. Item licet auctoritas Pontificis repugnet, vel alterius summi Doctoris, num. 17. Vt et contraria opinio videatur verior, num. 18. Aut contra ipsam aliquando fuisse indicatum, num. 19. Vt extaret statutum, & certam alicuius opinionem sequendam, num. 20. Idque adeo procedit, vt iudex in syndicato condemnari possit, num. 21.
- 22. Opinio aduersus communem consuetudine & stylo approbata, præuolat opinioni senatus, consilij, Rotæ, aut parlamenti.
- 23. Opinio alicuius Sancti munita auctoritate noui vel veteris Testamenti, præfertur opinioni communi.
- 24. Opinio contra communem sulcita melioribus, & validioribus rationibus præualeat.
- 25. Opinio æqua & benigna præualeat opinioni communi rigorosæ. Idem est, si communem opinionem constituentes, in ea scientia vel arte sint imperiti, num. 26.
- 27. Opinio communem iusta aliqua causa suadente postponi posse.
- 28. Sententia aduersus communem opinionem lata, iniqua solum, non autem nulla reddiatur.
- 29. Opinio contra communem acceptanda est, si communis sit extra terminos questionis quæ agitur.
- 30. Opinio aduersus communem retinenda est, si causa contra quam est communis, valde esset fauorabilis. Id tamen rectè intelligendum, num. 31.
- 32. Opinio quæ testamento faueat, amplectenda.
- 33. Opinio qua peccatum euitatur, sequenda.
- 34. Opinio libertati fauens accipienda. Item quæ fauet Reo, num. 35. Aut est contra fiscum, num. 36.
- 37. Opinio quæ communis sit, vbi non constat, iudex quam maluerit, sequi potest.
- 38. Opinionibus dubiis iudex sequi debet eam, quam in sui conscientia indicat verioiorem.
- 39. Opinio communis quæ dicatur, & num. 40.
- 41. Doctores grauioribus & maioris auctoritatis sequendos esse, & tunc demum quidem quando scripta eorum in fonte legi queunt, num. 42.
- 43. Opinio eius, qui duobus in locis eam secutus est, ad constituendam communem, præferenda est, qui vno in loco tantum.
- 44. Sic & ea, pro qua plus scriptum, num. 44.
- 45. Et quæ ultimo loco affirmatur, & probatur, num. 45.

- 46. Opinio posterior diligentius considerata præsumitur.
- 47. Opinionibus vbi duæ sunt, ea sequenda est, quæ alias conciliat, & reducit ad concordiam.
- 48. Opinio Doctoris an seruanda potius ea sit, quam de iure respondendo, quam docendo, legendoque approbatur, aut quam secutus est in aliquibus commentariis.
- 49. Opinionum in conflictibus inter Theologos & interpretes iuris Pontificij, plus deferendum est Canonistis.
- 50. Opinionibus ad eod. dubijs, vt veritas nequeat discerni, iudex in re suo potest rem controuersam æqualiter inter contendentes diuidere.
- 51. Iudex excusatur, reiecta opinione communi, sequutus eam quam aliquando præceptor suus approbavit, si vir erat doctus.

Cum aliqua de re & contentione sunt opiniones, illa in iudiciis & foro sequenda est, quæ verior, meliorque præsumitur. Cæterum ambigi solet, quæ præsumatur melior, & verior opinio. Nos ex ordine aliqua non contemnenda exponemus.

Primum dicimus, opinionem illam præsumi verioiorem, quæ à maiori parte Doctorum recipitur, & approbatur. Ita Bart. in l. ult. C. de pena iud. qui male iud. Bald. in l. 1. ff. de senat. & in cap. 1. §. iudices, in sit. de pac. tenen. & eius viol. in c. lib. fund. Rom. in consil. 61. n. 2. Alex. in consil. 7. n. 10. l. 4. & in consil. 19. n. 13. lib. 7. Corne. in consil. 186. n. 7. lib. 3. Iaf. in Auth. nouissima. n. 22. vers. ex istis omnibus. C. de inoff. test. Dec. in consil. 480. Stepha. de Federic. in tract. de interpret. iur. part. ult. num. 118. Felicius cautel. 31. Afflict. in decis. 1. num. 3. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 51. num. 1. Neuiz. in lib. 4. syl. nupt. num. 1. Mar. Nauar. in manuali Confess. cap. 27. num. 287. in §. 1. Ioan. Baptist. Affin. in praxi de ordine iudic. §. ult. cap. vlti. nu. 1. qui ob id ait, litigantem condemnari in expensis, si ei repugnat communis Doctorum opinio. Quocirca docuit Bald. in cap. ne iniuriaris, de consil. communem Doctorum opinionem vim consuetudinis obtinere, scripsit etiam Aug. in l. 4. vlti. ff. de pena iud. qui male iud. ignatum esse illum, qui aduersus communem opinionem iudicat. Et hæc quidem traditio satis probatur in l. 1. ff. de senat. in l. reuer. & sanè crebrior, ff. de offi. quest. l. Athlet. ibi, & generaliter omnes opinantur, ff. de iis qui noi. infam. in l. i. vulneratus. ibi, dicitur vulgo, ff. ad l. Aquil. & in c. questum. §. sed si fundus. ff. de fund. instr. in l. strum. leg. ibi, quam sententiam quotidie crescere, & incrementum videmus. Et confert ratio, quæ vbi est maior numerus eligentium, ibi præsumitur maior zelus, c. ecclesia n. 17. de elect. & c. si quando, eod. tit. in 6. quæ sic ad rem perpendit Alciat. in d. præsumpt. 51. num. 1. Et accedit, quod dicimus, facilius inueniri quod à multis queritur, l. vit. C. de fideicom. & tradit Luc. de Pen. in l. 3. in præsumpt. C. de apoch. publ. lib. 10. Et propterea dicit Afflict. in decis. 1. num. 3. quod Senatus & consilia diffinire debere causas secundum vota, & suffragia maioris partis senatorum acque consiliariorum. Hinc dicimus, opinionem vnus collegij Doctorum præferri opinioni aliorum singularium, ita Abb. in c. prudentiam, in 3. not. de offic. deleg. Cur. Sen. in consil. 46. col. 3. Colcan. in consil. 1. col. 3. in §. Iaf. in consil. 43. col. 3. in prin. lib. 3. Deci. in consil. 400. in prin. & in consil. 615. n. 4. Galliaul. in l. Centurio, num. 393. ff. de vulg. & pupill. lib. 1. Ferat. in caus. 17. nu. 2. & Crauet. in tract. de antiquit. tempo. in 6. part. primæ partis prin. num. 68. & in consil. 312. num. 16. Quæ tanè traditio secundum Dec. in consil. 400. col. vlt. ver. solum superest, valet quando omnes collegiati pariter adhibent diligentiam & studium in disputatione dubitationis: secus verò cum plures in paucorum, qui cognitioni causæ inuigilant, sententiam illotus (quod atque) manibus iuerunt. Quis mos tamen seruari solet in hoc aliquo celeberrimo Collegio Doctorum Patavino, in quod viginti ab hinc annis (tam diu enim bene fauente diuina bonitate, hoc in gymnasio hætenus docui) sum cooperatus. Cum enim mandata est causa, vt de iure respondeatur, vel sententia feratur, Collegium ipsum solet, datis suffragiis, eligere quatuor Doctores, quos causæ relatores appellamus, duos externos professores, collegiatos, & duos ciues, qui vnà cum ipsius Collegij Prior acta videant, & de partium iuribus cognoscant. Si in eadem ij quinque conueniunt opinione, vel maior eorum pars, hoc est, quatuor ex eis, vt de iure responderi, vel sic sententia ferri possit, iunior Patavinus iuxta aliorum vota conscribit responsum, vel sententiam, & iterum Collegio conuocato, omnibus additantibus partibus legitur responsum, vel sententia. Et si quis habet, quod aduersus ea dicat, benignè auditur, sin minus, dantur suffragia, vt, quod maiori parti placuerit, seruetur. Quod verus statutum probare nunquam potui, cum vt plurimum nemo sit, qui à quinque illis relatoribus dissentiat. Quare non collegij, sed quinque relatorum responsum, vel sententia appellari iure potest. Vtinam quod de Rotæ Florentinæ Auditoribus conqueritur Dec. in d. consil. 400. col. vltim. dici hic non possit

- 1. Quod commune est negligitur, l. 2. C. quando. & quib. 4. part. l. 10. Consequi ego ipse commendare institutum amplissimi Collegij Papie, quæ mihi est patria. In eo enim duobus, vel tribus electis relatoribus, noui p. ius de iure redditur responsum, vel fertur sententia, quam singuli patres propositis sibi à relationibus causæ dubitationibus priuato diligentique adhibito studio, quid sentiant coram ipso Collegio exposuerint, deinde vbi maior pars conuenit, responsum redditur, vel sententia fertur.
- 13. Hæc etiam intelligitur, magna esse præsumptionem pro opinione, quæ Senatus, Rotæ, Consilio & Parlamento (vt Galli appellant) placuit, cum, præter numerum in eis sedere solent Iurisco. doctores, eruditione, & integritate præstantissimi. Et dicuntur constitute communem opinionem: vt scripserunt Inol. & Bubar. in c. si vni, de lit. contest. quos refert Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. sent. ex defect. in vlt. dist. delega. numero 20. tamen euenire aliquando solet, vt errore decepti labantur, quemadmodum Doctores à Neuiza. in d. lib. 5. syl. nupt. num. 62. commemorati testantur. Et ob id scripserit Gemi. in consil. 34. col. 2. in fin. Decisionibus Rotæ Romane tantum esse defendendum, quantum ratio ipsa urget. Cæterum excusandi sunt, cum ob negotiorum multitudinem, tum quod & ipsi homines sunt, vnus enim solus Deus, vt vel cui Deus ipse sua singulari gratia concessit, errare non potest.
- 16. Extenditur primo, procedere etiam si nulla extaret lex sic determinans. Ita Neuiza. in d. lib. 5. syl. numero 20. Et accedit Gomez. in §. penales, numero 21. in fin. in Institut. de officio, cum dixit opinionem magni Doctoris esse recipendam, etiam si lege non probatur, modo nil in contrarium vigeat.
- 17. Extenditur secundo, etiam si repugnaret auctoritas Pontificis tanquam Doctoris & interpretis, vel alterius summi Doctoris. Ita Neuiza. in dicto lib. 5. nu. 25. qui late differit.
- 18. Extenditur tertio, etiam si contraria opinio videatur verior: vt copiose tradit Neuiza. in d. lib. 5. numero 61.
- 19. Extenditur quarto, etiam si aduersus ipsam communem opinionem fuisset aliquando iudicatum: ita Neuiz. in d. lib. 5. numero 62.
- 20. Extenditur quinto, etiam si extaret statutum, sicut exiit, aliquando in Regno Hispaniarum, & Mediolani, referente Neuiz. in d. lib. 5. nu. 63. vers. amplia sexto. quod in iudiciis sequenda sit Barto. opinio. Nam statutum hoc debet intelligi cæteris paribus: non autem quando opinio aduersus Barr. esse communis.
- 21. Extenditur sexto, etiam vt iudex condemnari possit in syndicato. Ita Neuiz. in d. lib. 5. nu. 63. Quod intelligo cum Alciat. in d. præsumpt. 51. num. 2. vers. item intellige. quando illa communis opinio obseruari solet in foro, atque ita detegitur dolus ipsius iudicis.
- 22. Declaratur primo, non habere locum, quando opinio aduersus communem esset consuetudine & stylo approbata. Ita copiose Neuiz. in d. lib. 5. syl. nupt. nu. 64. Idem responderunt Socin. Sen. 120. nu. 24. lib. 4. Paris. consil. 77. nu. 18. & in consil. 92. n. 64. l. 3. & in consil. 62. nu. 23. l. 4. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres, n. 32. de verb. obl. & Martin. Nauar. in manuali Confess. cap. 27. nu. 385. Stephan. de Federic. in tract. de interpret. iur. in vlt. part. nu. 105. Id quod ea ratione comprobatur, quia tunc opinio communis non dicitur vni recepta, & propterea non est obseruanda: sicut dicimus, statutum vni non receptum, non ligare subditos, Dec. in consil. 638. nu. 12. & dicemus in fr. l. 6. præsumpt. 5.
- 23. Declaratur secundo, non procedere, quando aduersus communem esset opinio alicuius Sancti, munita auctoritate noui, vel veteris Testamenti. Nam illa præfertur opinioni communi. Ita post alios copiose probat. Neuiza. in d. lib. 5. nu. 66. & Nauar. in d. cap. 27. nu. 286.
- 24. Declaratur tertio, non procedere, quando opinio contra communem suscitaretur melioribus, & validioribus rationibus. Ita auctoritate multorum scripsit Neuiza. in d. lib. 5. nu. 67. Et illis accedunt v. barbat. in Clem. ne Romani, de elect. Dec. in consil. 481. in fin. & in consil. 619. sic quoque Iaf. in Auth. nouissima, nu. 22. qui recenset. Io. Andr. & Abb. sic scripsit. Idem quoque affirmarunt Steph. de Federic. in tract. de interpret. iuris, in vlti. parte, num. 107. qui declarat quæ dicatur melior & efficacior ratio. Curt. Iun. in consil. 160. in fin. Paris. in consil. 92. nu. 62. l. 3. Berous in cap. 1. nu. 269. de constitutio. Mart. Nauar. in d. cap. 27. num. 286. Roland. in consil. vlt. in fin. lib. 2. & Ioan. Baptista Affin. in praxi de ordine iud. in §. 32. §. vlt. in fin.
- 25. Declaratur quarto, non habere locum, quando opinio communis esset rigorosa: illa vero contra communem æqua & benigna. Ita Neuiz. in d. lib. 5. syl. nupt. num. 68. Franc. Martius in quest. 62. parte 1. Socin. Iun. in consil. 89. nu. 7. l. 4.

Paris. in consil. 9. n. 24. & in consil. 66. num. 17. lib. 3. & in consil. 62. num. 24. lib. 4. & Nauar. in d. cap. 27. nu. 287.

Declaratur quinto, non habere locum, quando illi, qui communem opinionem constituerunt, non essent in ea scientia, vel arte periti: sic declarat Neuiza. in dicto lib. 5. numero 69. cum peritis in arte, non autem imperitis credendum sit.

Cæterum declaratio hæc ad rem factis pertinere non videtur, cum imperitorum iudicium nullum sit. Non enim (vt est in proverbio) cæcus iudicat de colore.

Declaratur sexto, non habere locum, quando iuxta aliquid qua causa suadet, vt recedatur à communi ipsa opinione: nam tunc recedi potest. Ita declarat Neuiza. in d. lib. 5. numero 70. qui tamen post Felinum in c. 1. col. 13. de consil. & Deci. in c. consilium. l. 1. de appellat. scriptum reliquit, iudicem ex causa iudicantem contra communem opinionem exprimere debere causam ipsam in ea sententia, & sic dicimus, quod quando iudex recedit à legis dispositione aliqua ex causa, debet causam ipsam exprimere, sicut scripsit Tyraquel. in tractatu de pœnis legum, &c. in præfatione, num. 54. post Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui noi. infam. & alios plures. Verum declaratio hæc remora videtur à disputatione nostra, quæ est, an verior, & melior præsumatur communis opinio, quam singularis.

Declaratur septimo, non procedere quoad nullitatem sententia. Non enim nulla, sed si solummodo iniqua redditur sententia prolata aduersus communem opinionem: sic declarat Neuiz. in d. lib. 5. num. 71. Quæ declaratio patenter ad rem factis pertinere non videtur.

Declaratur octavo, non habere locum, quando opinio communis esset extra terminos questionis, quæ agitur. Ita Neuiz. in d. lib. 5. num. 72. sed & hæc declaratio extra terminos dici potest.

Declaratur nono, vt procedat, quando causa, contra quam ita communis opinio, esset valde fauorabilis & priuilegiata, vt causæ matrimoniales, viduarum, pupillorum, & testamentorum. Nam tunc opinio aduersus communem retinenda est, secundum Neuiza. in d. lib. 5. num. 73. qui tamen intelligit post Deci. in c. 1. de consil. & alios quos recenset, procedere, quando ipsa opinio communis esset dubia: seculi, vt aliis fiat iniustitia. In dubio quidem recipienda est opinio fauens matrimonio. Barb. in consil. 3. col. pen. & in consil. 6. col. 2. lib. 2. sic & illa fauens doli. Iaf. in consil. 178. in §. lib. 2. sic etiam illa probanda est opinio, quæ fauet testamento, vt illud iustitetur. Iaf. in consil. 12. in §. lib. 3. & consil. 12. nu. 1. lib. 4. & Neuiz. in consil. 26. num. 7. quæ de re copiose dicemus infra. lib. 4. præsumpt. 25. & 8. Ita patenter sequi debemus in dubio opinionem illam, qua peccatum euitetur. Paris. in consil. 92. num. 63. lib. 3. Ita sequenda est opinio tibi libertati fauens, l. quo ius. de regu. iur. Nauar. in d. cap. 27. num. 287. qui alia refert, & præfertim, quod in debio est probanda illa opinio, quæ reo fauet. quæ de re dicemus infra in præsumption. 72. & quæ tunc est contrarium, vt dicemus in subsequenti præsumpt.

Declaratur decimo, vt non habeat locum, quando manifestè non constat, quæ sit communis opinio, quippe quod sunt multi, qui vnã & alteram tenent, & qui attestant hanc & illam esse communem: ita Neuiz. in d. lib. 5. num. 74. qui post Iaf. & alios refert, esse casum pro amicis, hoc est, iudicem posse sequi eam opinionem, quam maluerit: nec reprehendi poterit iudex.

Cæterum, etsi dubiæ admodum opiniones, atramen iudicis sequi debet eam, quam in sui conscientia verioiorem esse existimat. Ita Bald. in consil. 1. qualiter, lib. 5. & alij quos recenset Neuiza. in lib. 6. syl. nupt. num. 4. Et illis accedunt Auchar. in consil. 121. Maria. Socin. Sen. in consil. 150. col. antep. lib. 1. Deci. in consil. 176. num. 6. Soc. Iun. in consil. 131. nu. 2. lib. 1. & in consil. 33. n. 1. lib. 2. Neuiz. in consil. 34. n. 53. & Crauet. in consil. 134. num. 40. qui scripserunt, excusari iudicem frequentem ex dubijs opinionibus, illam quam in sui conscientiam credit verioiorem. Idem responderunt Curtius Iun. in consil. 6. nu. 24. Boer. in q. 155. nu. 27. & Cæph. in consil. 245. num. 51. lib. 2.

Cum verò dubitari contingit, quæ dicatur communis opinio, dicendum est illam esse, quæ habet plures auctores eam firmantes arguendo & disputando: non autem quæ habet plures, qui nulla disputatione habita, sed perfunctorie simpliciter (vt aiunt) per transennam, quodammodo opinionem illam sequuntur, ij enim qui aliquid dicunt incidenter, & vt fit ad colorem sui propositi, præfertim in responso reddendis, non dicuntur vere approbare opinionem illam. Ita Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 51. nu. 2. vers. item intellige. & lib. 4. par. reg. iur. cap. 17. & egregie Marti. Nauar. in manuali Confess. cap. 27. num. 289. scripsit communior esse existimare opinionem, quam se ferret aut septem auctores classici, rem ex professio tractantes affereret, quam probatam.

quinquaginta, sola fere auctoritate priorum ductis. Et dicuntur ij Doctores alios sic sequentes, esse tanquam aues, que cum vna volat, volant & ipse omnes, vt dicere consuevit Dec. in conf. 494. colum. vlt. & in conf. 560. in fin. Illud etiam scriptum reliquerunt Iaf. in l. 2. num. 20. ff. de iur. iur. & in l. re conuicti. numer. 142. ff. de leg. 3. Gozad. in conf. 39. numero 17. Martin. Nauar. in d. cap. 27. num. 289. in fi. Alciat. in d. præsump. 41. numero 2. spectandos esse Doctores grauios, & maioris auctoritatis, quales sunt illi, quorum scripta in auditoriis, & foro magis accepta sunt, & præsertim antiquiores: vt copiose annotauit Neuz. in d. lib. 5. lyl. nup. num. 5. Bero. in c. 1. numero 268. in fi. de anno. Non enim tanta habenda est ratio recentiorum Iurisperitorum, qui vel docendo, vel de iure respondendo (quod malim?) non legibus & rationibus, sed aliorum auctoritatibus, imperitè muneri suo putant satisfacere.

Cæterum aduertendum erit, tunc demum deferendum esse antiquis ipsi Doctores, quando eorum scripta in fonte legi possunt: si verò legi nequeunt, connumerandi non sunt ad constituendam cõmunem opinionem, sicuti rectè aduertit Dec. in conf. 259. num. 4. vers. præterea. Et rursus ad constituendam cõmunem opinionem, & erit præponenda opinio eius, qui duobus in locis eam securus est, illi opinioni, quam in vno tantum in loco approbavit. Iaf. in conf. 69. colum. vltim. lib. 3. Soc. Iun. in conf. 128. numero 21. lib. 1. & Roland. in conf. 64. n. 33. lib. 1. sic etiam illa opinio Doctoris præualeat & retinenda est, si pro qua plus scripsit. Gomez. in §. 1. numer. 29 in Insit. de actio. Neuz. in conf. 30. n. 2. & Socin. Iun. in conf. 1. num. 143. lib. 1. Et propterea illa opinio retinenda est, si quam Doctor vltimo loco affirmavit & probauit. Iaso. in l. si idem cum eod. s. vlt. ff. de iur. iud. Cur. Sen. in conf. 72. numer. 41. & in conf. 73. num. 40. libro 1. Præsumitur enim potestior opinio diligentius considerat. Rom. in conf. 327. col. 2. & Neuz. in d. lib. 5. num. 32. prope finem.

Illud obseruandum est quod vbi dubie sunt opiniones, illa sequenda est, quæ & alias conciliat ad concordiaque reducit: Neuz. in d. lib. 5. num. 32. Gome. in §. rursus. num. 14. in Insit. de act. Curt. Iun. in conf. 10. num. 1. in fin. & Parisius in conf. 47. n. 76. lib. 3.

Est quoque considerandum quibus in scriptis Doctor opinionem illam affirmauerit. Nam sunt qui existimant, opinionem & illam Doctores esse retinendam probandamque, quam is, de iure respondendo probauit. Ita fanè Gomez. in §. quædam. num. 26. in Insit. de actio. Socin. Iun. conf. 123. numero 10. lib. 1. boer. in §. 155. num. 24. & Alciat. in respon. 263. in fin. Aliqui tamen vetus esse dixerunt, sequendam esse opinionem, & quam Doctor probauit docendo legendoque. Sic fanè Parisius in conf. 100. num. 20. lib. 1. Rubens in conf. 127. numero 8. Socin. Iun. in conf. 56. numero 57. lib. 1. Crauer. in tract. de antiq. temp. in tertia particula primæ partis principal. num. 78. Zasius in lib. 1. singularium responforum c. 7. num. 11. Sunt & alij, qui credunt probandam magis esse opinionem, quam Doctor in commentariis, quos tractatus appellare solemus, affirmavit. Ita censuit Neuz. in d. libro 5. Syluæ nuptia numer. 26. post Claudium Seyfelliū in l. si idem cum eodem. s. vltim. ff. de iur. omn. iudi.

Illud etiam obseruandum est, quod in conflictu opinionum, si quæ aliquando esse solent inter sacros Theologos, & iuris Pontificij interpretes aliqua de dubitatione quæ ab eorum interpretatione pendet, vt putat de contractibus matrimonij, vel vstratum deferendum esse magis Canonistis, vt scripserunt post Ancharanum Alex. in conf. 1. colum. 4. vers. est aliqui. li. 4. Neuz. in d. lib. 5. Syluæ nuptia. num. 69. Paris. in conf. 67. numero 31. lib. 4.

Est quoque annotandum, quod quando opiniones sunt a deo dubie, vt discerni nequeat veritas, iure suo poterit iudex rem controuersam diuidere æqualiter inter concedentes, sicuti obseruauit Imperator in l. & hoc Tiberi. ff. de hered. institut. Qua de re scripsi in commentariis de retinenda possessione in 3. remed. numero 755. vbi multorum auctoritate comprobauit.

Illud quoque omittendum non esse duxi, iudicem excusari, si omnia recepta cõmuni Doctorum opinione, secutus est illam, & quam aliquando eius præceptor veram esse affirmavit. Ita Abbas in c. 1. colum. 6. vers. sed vide notabile dictum, de possin. Prælato. Felin. in c. 1. colum. vltim. vers. quoniam nota quod iudex de constitut. Socin. Sen. in conf. 44. colum. 2. lib. 1. Petrasanct. in sing. 62. incipit. scholares, Petrus Rebuffus in tract. de privileg. schol. in privileg. 74. & Thomas Ferrarius in cauela 31. qui post Ludouicum Bolognium in Authen. habita. C. ne filius pro patre. intelligit quando præceptor ille erat vir doctus & solemnus. Est demum obseruandum, quod quando Princeps committit alicui causam diffiniendam, habito alicuius Iurisperiti consilio, is delegatus debet habere & sequi consilium illud, si modo constat

coniecturis principem ipsum delegantem voluisse sequendum esse ipsum consilium. Ita post Comen. in conf. 55. Duo habentes, respondit Alciat. in conf. 377. omisis multis. num. 2. secundum impressionem antiquam Lugdunensem. Porro Principis delegantis mens multis coniecturis colligitur, vt apud ipsum Alciatum.

PRÆSUMPT. LXXII.

Index in dubio aduersus fiscum an & quando præsumptionem fumere, & iudicare debeat, diligens & accurata explanatio.

SUMMARI.

- 1 Præsumptio in dubio contra fiscum capitur.
- 2 Fiscus & si non regulariter, multis tamen in casibus est privilegiatus.
- 3 Fiscus in casibus non privilegiatis iure cõmuni vitur, & priuato equiparatur.
- 4 Dos regulariter privilegiata est, & in eo differt à fisco.
- 5 Fisco argente de lucro captando, aduersus priuatum de damno certantem, iudicatur in dubio contra fiscum.
- 6 Titulus de iure fisci, quid tractet.
- 7 Pronuntiandum in dubio contra eum, qui agit de lucro captando, & ad commodum eius qui de damno vitando.
- 8 Fisco agente ex causa onerosa contra priuatum de causa lucratua, pro fisco præsumptio est, & pro eo iudicandum.
- 9 Donatio perfecta dici non potest, ex quo in controuersa positum est, an donare quis potuerit vel non.
- 10 Fisco & priuato in pari causa lucratua existentibus, uter præferatur, due sunt opiniones. num. 11.
- 12 Fisco cum priuato in pari causa onerosa certans, utrum præferatur, tres sunt opiniones. num. 16. & 17.
- 13 Contententibus priuatis, si pares sint probationes pro vtroque pronuntiandum est.
- 14 Sententiis duabus contrariis laus, ana pro fisco, altera pro priuato reo cõmuni, quænam præferatur, & c. num. 15.
- 15 Fisco contendente cum muliere causa dotis, in dubio pro dõa pronuntiandum est. A la referat opinio. num. 24.
- 16 Priuatus habens causam onerosam, præferatur fisco habenti lucratuam.
- 17 Dotis causa semper est onerosa.
- 18 Privilegiatus duobus concurrentibus, is qui privilegium potentius habet, præferatur.
- 19 Dos habet potentius fisco privilegium, & qua de causa, numero 23.
- 20 Præsumptio minus quale fuerit.
- 21 Annone causa totius exercitii robur est, & Reip. salus.
- 22 Dotem & fisco aliquando & in quibus equiparari.

Celebre est responsum Modestini in l. non puto. ff. de iur. fisci. cuius verba hæc sunt: Non puto delinquere eum, qui in dubijs questionibus contra fiscum facile responderit. ita legitur in Pandectis Florentinis, teste eruditissimo Antonio Augustino in libro 1. emend. iuris. cap. 3. recitata lectione Alberici, qui sic legendum opinabatur. Non puto facile delinquere eum &c. Quo fanè in responso Dynus, Bartolus, & Albericus annotarunt, in dubio capi præsumptionem contra fiscum. & idem affirmarunt Marthez. in notab. 72. & alij congesti ab Alciario in tractat. de præsumptionibus, regu. 3. præsumptio. 4. & à Didaco Couarr. in lib. 1. varia. resolut. c. 16. num. 2. Cæterum quo difficultis & complexa hæc disputatio explicetur, distinguenda atque constituenda sunt duo præcipua capita: quorum primum est, quando extat contentio inter fiscum & priuatum: secundum quando est disputatio inter fiscum & alterum privilegium, vt putat mulierem ob dotis causam, vel ecclesiam, vel aliam his similem: singula hæc capita, distinguendo aliquor casus, explicabimus.

Prius tamen sciendum est, fiscum non esse & regulariter privilegium, sed certis, multis tamen in casibus: quemadmodum permultos casus commemorant Franciscus Lucanus Parmensis in tractat. de privileg. fisci. Martin. Laudensis in tract. de fisco. & Afflic. in rub. de fratrib. de nouo beneficio. in l. 1. n. 15. in alijs verò casibus non apparet clarè privilegiatus, vitur & iure cõmuni: & propterea priuato equiparatur. l. quod placuit. ff. de iure fisci. & l. 1. Cod. de conduct. & procurat. præd. fisci. lib. 11. & scribunt glof. in litem venimus. §. in priuatum. ff. de petit. hered. manifestè Dec. cons. 531. nu. 3. & apertius Socin. Iun. in l. 1. nu. 19. ff. solut. matr. qui ob id differentiam constituit, & rectè quidem, inter fiscum & dorem nam dos & est regulariter privilegiata: fiscus verò in casibus lege expressis.

His sic præmissis, de primo distinctionis capite differamus.

Primum itaque est caput, quando est contentio inter fiscum & priuatum: quo fanè in capite distinguendi sunt aliquor casus.

Primus est quando fiscus & aduersus priuatum, contentens agit de lucro captando, priuatus verò de damno vitando, vt putat quando agitur de exigenda pœna (causam hanc esse lucratuam probauit Decius, in l. in eo quod vel is, numer. 4. ff. de regu. iur.) à priuato, qui delictum perpetrare dicitur, vt quod eius patrimonium dicatur fisco delatum. hoc in casum dubio præsumitur, atque ita iudicari debet contra fiscum. ita omnium primus docuit Beluisius in l. 1. in fine. C. de cad. tollen. & si hoc sibi tribuat Comen. in l. 1. numero 11. ff. solut. matrim. & secuti sunt ibidem Socinus Senio. num. 8. & Iafon num. 37. Idem Iaso. in §. si quis agens. in fine. in Insit. de actio. & in conf. 39. num. 3. lib. 1. Felin. in c. pastoralis. num. 9. de rescriptis. Decius in l. in ambiguis. de reg. iur. & in c. 3. de proba. Marfil. in rubric. C. de probat. num. 392. Ripa in l. 1. num. 4. & ibid. Parisius num. 12. vers. sic, considera etiam. Socin. Iun. numer. 24. & Bolognetus numer. 17. ff. solut. matrimo. Alciat. in respon. 522. in fine. Neuz. in lib. 6. lyluæ nuptia. numero 47. vers. item in dubio contra fiscum, egregè Iacob. Simancus in commentariis Catholicecum institutum in titul. 9. numero 53. Didacus in libro 1. variar. resolut. cap. 16. numero 1. & Hieronym. Gabriel in conf. 173. in fine libr. 2. & ii quidem moti sunt eo responso d. l. non puto. quod loqui de causa lucratua, sunt interpretati. Est enim collocatum sub illo titulo de iure fisci, in quo agitur de bonis delinquentium fisco delatis, ob id sic in dubio debet interpretari, iuxta l. Imperator. ff. de in diem addit. sed mea quidem sententia, leuis est consideratio, cum & in eo titulo agatur de iure fisci in alijs causis quam in his, de bonis delatis, sicuti in l. 3. §. Diui fratres. vsque ad finem in l. si curator in l. bonorum. in l. Titius. in l. res que in l. si is l. si qui. in l. eum qui. in l. si autem. §. penult. & in l. vltim. in quibus agitur de contractibus venditionum, locationum & similibus inter fiscum & priuatum. Et accedit, quod ipse Modestinus in l. in summ. eod. titul. de iure fisci, ita respondit, in summa sciendum est, omnium fiscalium pœnarum petitionibus postponi. loquitur Modestinus, quando versamur in dubio, alioqui si clara res esset, iniuriâ fieret fisco. & idè habuit Modestinus pro absoluto, in causis lucratuis seu dictis pœnatis, fisco postponi creditoribus. quare in d. l. non puto. si de his locutus esset, non dixisset eum non errare, qui in dubijs pronuntiat contra fiscum: sed absolute dixisset, esse contra eum pronuntiantum absolute. & accedit, quod alius est sensus d. l. non puto. quem considerauit Socinus Senius in d. l. 1. & qui mihi probatur, vt infra dicemus. & interpretationem illam Beluisij & Comensis manifestè improbarunt Alexander in d. l. 1. numero tertio, ff. solut. matrimo. & ibidem Ruin. numero 4. & numero 10. in fine, & Parisius numero 12. vers. sic, licet Iacobus, & Alciatus in d. præsumptio. 41. rectius casus iste probatur in d. l. in summa. in l. 1. quod placuit, eod. titul. Dixerat Modestinus, omnium fiscalium pœnarum petitionem creditoribus postponi. Papinian. deinde subiunxit in d. l. quod placuit. quod placuit fisco non esse pœnam petendam, nisi creditores suum recuperauerint: eo pertinet, vt privilegium in pœna contra creditores non exerceatur, non vt ius commune priuatorum: fiscus amittat. Dixit Papin. fisco non amittete ius priuatorum, hoc est, quod si clarè apparet, creditores ius suum acquisiuisse, posteaquam constat bona esse delata, atque ita quodammodo fisco quaesita, fiscus eis anreponatur, quia & quilibet creditor priuatus anteponeatur, cum verò dubium est secundum Modestinum, quis prior, vel posterior sit, fisco vel creditoribus, si cõs postponitur creditoribus. comprobatur sententiam hanc responso Alexandri Seueri in l. unica. C. de panis fiscalibus. libr. 10. rem suam (inquit Alexander) persequentibus pœnæ exactio postponitur.

Et accedit ratio, quod in dubio & pronuntiandum est contra eum qui agit de lucro captando, & ad commodum eius, qui agit de damno vitando, l. non debet actori. §. in re obserua. ff. de regul. iur. quo loci Deci. scriptum reliquit, privilegium qui tractat de lucro postponi alteri, qui tractat de damno. l. vltim. ff. ex quibus causis maio. & scribunt Baldus & alij à Decio allegati, & ad rem conferat text. l. vltim. §. fin. autem creditores. C. de iure delibe. quo scripsit Neuz. in lib. 6. Syluæ nuptia. numero 44. vers. sic, item in dubio favoreamus. fauendum est: in re dubia et qui agit de damno vitando. Hoc in casu intelligendum est, quod scriptum reliquit Plinius in Panegyrico ad Traianum. Cuius verba hæc sunt, quæ præcipue tua gloria est, sæpè vincit fisco: cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono principe. & accedit illud Iulij Capitolini in vita M. Antonini: cum dixit Imperatorem illum

in causis compendij nunquam fisco fauisse.

Secundus est casus, & quando fiscus aduersus priuatum contentens, agit de causa onerosa: priuatus verò econtra de causa lucratua. hoc in casu pro fisco præsumitur, atque ita pro eo iudicandum est in dubio. ita glof. Odofredus, Lucas de Penna, Ioan. de Platea, & Iacobus Rebuffus in l. 1. C. de iure fisci. libro 10. Angel. in §. illud quoque. in Authen. de triente & semisse. Castren. in l. matrem. C. de probatio. Roman. in singul. 159. Agens hypothecaria. Salicetus in l. si debitor. ff. de pign. Alexan. in additio. ad Bartol. in d. l. 1. C. de iure fisci. libro 10. Antonius Corsetus in singul. in verbo, actio hypothecaria. Afflic. in rubric. de fratrib. de nouo beneficio inuestit. numero 47. Socinus Sen. Bulgarinus, & Seyfelliū in l. 1. ff. solut. matrimo. & ibidem Parisius, numer. 13. Alciatus numero 6. & Socin. Iun. numero 21. & Didacus in libro 1. variar. resolut. capite 16. numero 2. vers. sic, in d. l. si fisco. & ij quidem sic sunt interpretati d. l. 1. C. de iure fisci. libro 10. Cuius verba hæc sunt, si priuatum fisco rationibus parer vester obligaretur, perfectum prædiorum donationem fecisse fuerit probatus, quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur, hic constat, donatarios probare debere prius perfectam fuisse donationem, quam donator fisco obligaretur.

Cum tamen onus probandi obligationis prioritatem spectare debuisset ad fiscum actorem: sicuti facit priuatus qui agendo ex causa onerosa contra priuatum rem ipsam possidentem ex causa lucratua, probare debet, ante donationem ipsi reo factam, sibi ius hypothecæ ad rem illam competere. l. in rebus. C. de donat. ante nupt. Et propterea cum aliter statutum sit in fisco, in d. l. 1. dicendum est, id contigisse, quia tribuitur aliquis fauor fisco, vt si haber causam onerosam, præferatur priuato habenti causam lucratuam.

Cæterum Bar. in d. l. 1. & in l. que nondum. §. quod dicitur. in fin. de pign. scripsit in casu d. leg. prime. id contingere fauore fisci, vt etiam ille, qui possidet, teneatur probare rem fuisse sibi prius obligatam. Et Bar. iocuti sunt Bar. in l. si debitor. C. de priuileg. fisci. Ang. in l. matrem. C. de prob. Bal. Nou. in tract. de dote. in 9. parte, in primo privileg. Negul. in tract. de pignotib. in 5. parte, 2. mēb. n. 43. Et hæc notabilis est declaratio, si vera est, ad l. circa. ff. d. probat. vbi pro possessore præsumitur, & id, qui aliter dicit debet probare. Hoc in quâ nõ haberet locum fauore fisci.

Verum interpretatio hæc mihi non placet: cum fisco illo in loco nõ cõsideretur vt fisco privilegiatus, sed vt creditor. Nam ipse Alexand. subiungit, quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur. Accedit, quod alia lege cautum non reperitur, fisco esse in hoc privilegium ob id, quod casus d. legis prime, sit dubius, non est in dubio tribuendum privilegium fisco: sicuti in huius disputationis initio diximus. Verius itaque existimo quod docuit Ruinus in d. l. 1. num. 4. vers. vel tenendo quod ff. soluto matrim. in casu d. leg. 1. C. de iure fisci, esse credendum, quod fisci intentio erat fundata, quippe quod probatum fuerat, donatorem obligasse bona omnia fisco, & quod eo tempore obligationis hæc bona donata, erant in illius debitoris sicque donatoris bonis. Quare donatarius, qui contendeat sibi prius donata fuisse ipsa bona, quam obligarentur fisco, probare id debuit: atque ita nullum spectale est in d. l. 1. constitutum fauore fisci. Cum idem sit & in priuatis, quemadmodum explicat Ruinus, & idem probat ibidem Parisius nu. 13. Rectius ita casus iste probatur ea ratione, qua vsi fuimus supra, quod in dubio præsumi & pronuntiar debet pro eo, qui tractat de damno vitando, contra eum qui agit de lucro consequendo. Nec ad re pertinet cõsideratio Parisij in d. l. 1. n. 13. soluto matrimo. cū dixit, quod in casu d. l. 1. C. de iure fisci, agebatur de damno ex parte donatarioum ex quo erat perfecta donatio: Nam verius est, non posse dici perfectam donationem, ex quo est positum in cõtrouersia, an donare potuerit, vel non, cum prius diceretur obligasse bona ipsa fisco. Et hic quidem casus procedit multo magis, quando intentio fisci est fudata, & nil apparet probatum ex parte priuati, iuxta sensum prædictum Ruini ad d. l. primam. C. de iure fisci. Nam pro ipso fisco tunc pronuntiantum est, etiam si aduersarius sit in possessione, sicuti in specie annotarunt Herculanius, Pontanus, Socinus, Ripa in d. l. 1. ff. solut. matrimo. quos sic retulit, & securus est Didac. in d. lib. 1. varia. resolut. cap. 16. nu. 7. in fin.

Tertius est casus, quando tam fisci quam priuati causa est lucratua, exempli gratia, si uterque præterit sibi prius donatum, vel hæredem institutum. Asserti etiam potest exemplum vt si per contractum, legem, vel intentionem pœna aliqua pecuniaria alicui indicta partim fisco, & partim priuato, deferatur, si contigerit damnatum non esse soluendo, nec ex auius bonis posse solui totam ipsam pœnam, sed dimidiatum tantum: Hoc fanè casu dubitatur, an sit præferendus fisco vel priuatus? Recepta est sententia pro fisco non præsumi, atque ita pro eo non esse in dubio pronuntiandū. Ita Gulielmus

Cuneus, Iacob. Butrigarius, Baldus, Angelus & Alexander in l. rescriptum, ff. de pact. Negulant in tract. de pignoribus in 2. parte principali, in quarto membro, num. 115. & Didacus in d. libr. 1. varia. resolut. cap. 15, num. 8. qui testatur communem. Et ii quidem adducti sunt text. l. quod placuit, ff. de iure fisci, qui tamen non probat, si sententiam, quem supra retuli, confiterabimur. Affertur etiam l. 1. C. pavis fiscalibus creditores pre-ferri, libr. 10. Verum nil ad rem pertinet, cum loquatur eo casu, quo fiscus agit ex causa lucratiua, priuatus verò ex onerosa. Nam ibi creditor propriè is dicitur, cui titulo oneroso quid debetur, vt scribunt Doct. in l. 1. ff. de cert. peta. Rectius probari potest textu l. non puto, ff. de iure fisci, de quo diximus supra, & in subsequenti casu differemus. Contrariam opinionem probauit Parisiensis consilium, quod Galli Parlamentum appellant, vt refert Ioannes Gallus in Arestis Parisiensibus in quest. 130. qui commemorat tertium exemplum supra relatam, & inquit pro fisco fuisse pronuntiatum. Et quàmquid Didacus præterit in loco scriptis pro Arestis illo Parisiensis esse d. l. non puto, secundum sensum Comensis, & eius qui delatorem, ff. eod. titu. attamen mea quidem opinione, textus d. l. non puto, repugnat, vt demonstrabimus infra, & d. l. eius qui delatorem, nil ad rem pertinet. Conferre melius videtur l. apud Iulianum, ff. de iure fisci, vbi priuatus dicebat suam hereditatem, fiscus verò vt suam vindicabat. Respondit Pomponius Iulianum securus, causam fisci prius esse tractandam. Reddit rationem ne publicæ causæ præiudicetur. Verum responderi potest, tributum esse priuilegium fisco solum respectu ordinis iudicarij non respectu meritum causæ, hoc est quis sit potior in hereditate.

Quartus est casus, quando fiscus & priuatus sunt in pari causa onerosa. Hoc in casu tres sunt interpretum opiniones.

1. Prima fuit eorum qui scripserunt, pro fisco præsumi, iudicarique debere. Ita Bald. in l. si debitor, C. de priu. fisci. Roma. in Authen. similiter, numer. 30. C. ad l. Falcidiam. Socin. Sen. in l. numero 6, ff. soluto matrimo. & ibidem, l. 1. num. 4. sic & Baldus Nouellus in tracta. de dote, in parte nona, in primo priuilegio. Negula in tracta. de pignoribus in secunda parte, in secundo membro, nu. 117. qui communem testatur: sic & Didacus in d. c. 16, num. 2. vers. sed & f. f. f. Et ij quidem adducti sunt primo textu l. si is qui, ff. de iure fisci, vbi in rebus quæsitis à debitore p. si hypothecam priuato quæsitam, fiscus, qui in tempore posterior est, præfertur: tametsi in quæsitis ante hypothecam, priuatus, qui potior est, fisco etiam expressam habenti, præferatur, non solum si priuatus habeat expressam priorem: sed & tacitam: sicuti considerant Dynus & Barto. in d. l. si is qui, & communem esse sensum, testatur Baldus Nouellus in tract. de dote, parte 10, num. 2. Verum respondetur secundum Parisium in d. l. 1. nu. 13, vers. nec obstabit, d. l. si is qui, ff. solut. matrim. ibi ita priuilegium fuisse expressim concessum, vt præcedens generalis obligatio & hypotheca, omnium bonorum præsentium & futurorum facta priuato, impediatur obligationem factam deinde fisco, in postea quæsitis.

Et si ergo in eo fuerit priuilegiatus fiscus, non tamen in reliquis dici debet priuilegiatus. Et si rectè pendatur, idem sensu Ruin. in d. l. 1. num. 1. vers. non obstat etiam, ff. solut. matrim. Secundo adducitur argumentum, quod hic fiscus & priuatus sunt pares in causa: cum vtriusque sit onerosa. At qui quando pares sunt probationes, fisci actoris & priuati rei conueni pro ipso fisco pronuntiandum est, etiam si actor sit, secund. Specul. in tit. de test. §. postquam, num. 7. Ioan. And. in c. in nostro, de testib. Alex. in l. 1. num. 2, ff. sol. matr. Decium in l. in ambiguis nu. 2, ff. de regul. iur. & in c. 3, num. 5, de proba. & Franciscu in Lucanum in tract. de fisco, in prinil. 82. Ergo etiam pro ipso fisco habente causam pariter onerosam ac ipse priuatus, præsumendum & iudicandum est. Cæterum responderi potest: negando minorem illam propositionem, quia quando sumus in dubio, atque ita cum non apparet de priuilegio fisci, is à pari procedit cum priuato (vt diximus supra.) At vbi inter priuatos est contentio, & pares sunt probationes, pro reo est pronuntiandum. l. Arianus, ff. de act. & oblig. & dicemus infra. Idem ergo est dicendum & in fisco, quidquid dixerit Speculator & sequaces, qui moti sunt ex illa lege non puto, & similibus quæ non probant. Tertio affertur argumentum, quod quando pro lata sunt duæ sententiæ contrariæ, vna pro fisco actore, altera pro priuato reo conueno. Illa pro fisco pronuntiatio præferri debet. Ita Spec. & Ioan. And. ubi supra & Iason in d. l. 1. num. 37, ff. solut. matrimo. Ergo & casu nostro, vbi par est causa fisci & priuati, pro fisco est præsumendum. Verum responderi potest, à Specul. Ioan. And. & Iasone dissentire Comensem, Herculanum, Iasonem ipsum & Zosium in l. inter pares, de re iudic. Cum dixerunt, sententiam pro priuato reo conueno latam, aduersus fiscum præferri.

Secunda fuit opinio præcedenti omnino contraria, quod scilicet in dubio pronuntiandum sit contra fiscum. Ita Bart.

in d. l. non puto, ff. de iure fisci, cum dixit, quod si duo extant instrumenta contractus, pro fisco & pro priuato eadem die confecta, instrumentum priuati præsumitur prius confectum. Et Bartolomæi secuti sunt Matthæi, in notab. 71. Alex. in l. 1. num. 3, ff. sol. matrim.

Et ii quidem adducti sunt eo text. d. l. non puto, qui (vt nunc dicemus) alium habet sensum. Tertia fuit opinio quod sit in iudicis arbitrio & facultate, præsumere & pronuntiare vel pro fisco, vel pro priuato, vt ei visum erit. Hac in opinione fuit Soci. Sen. in d. l. 1, ff. soluto matrimo, dum interpretatur d. l. non puto, cuius sensum dixit ibidem Socinus Iunior nume. 29. esse verissimum. Non puto (inquit Modestinus) delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile responderit. Dubitandi ratio erat apud Modestinum, quod dicendum videbatur, in dubiis quæstionibus esse respondendum pro fisco: sicuti & pro dote, iuxta l. in ambiguis, ff. de reg. iur. cum fiscus ita multa habeat priuilegia vt ipsa dos, vt in eo, titu. ff. de iure fisci, & in titu. C. de priuileg. fisci, & diximus sup. Decidit contrarium Modestinus, quod scilicet non errat iudex, qui in dubiis facile respondit contra fiscum. Ratio ipsa decisionis est: quia vbi fiscus non reperitur expresse priuilegiatus, non differt à priuato, sicuti diximus supra. Quemadmodum ergo est in iudicis arbitrio & potestate positum, pronuntiare in causis priuatorum vel pro reo: vel pro actore, ita etiam permillum est in causa fisci contra priuatum. Et hic quidem sensus semper mihi placuit, quidquid dubitent & obiciant Rui. in d. l. 1. n. 4, vers. non placet etiam & Par. num. 2, prope medium, ff. sol. matrim.

Secundo est huius disputationis caput, quando contentio est inter fiscum & mulierem, causa dotis. Hoc in casu recepta est D. l. sententia, in pari causa, in dubio esse pronuntiatam pro dote. Ita Bald. in l. dotis, C. de iure dotum, & in l. ad exactionem, C. de dotis promiss. l. 1. in l. 1. nu. 37, ff. sol. matrim. & ibidem Socii, Sen. Ripa num. 10. Paris. num. 14. Soci. Iun. num. 36. Negulan. in tract. de pignoribus in secundo membro, tertie partis princip. num. 109. Alciat. in tract. de præsumptionibus, reg. 5, præsumpt. 41. ad fin. vers. sed mihi placet. & Didac. in lib. 1. varia. resolut. c. 16, num. 6.

Primò affertur argumentum dictum à fortiori ex his, quæ diximus supra, quod priuatus qui habet causam onerosam, præfertur fisco, qui dicitur habere causam lucratiuam. Ergo multo magis præfertur causa dotis: quæ semper est onerosa. Verum respondetur, argumentationem solum concludere, quando causa fisci est lucratiua: non autem quando est onerosa. Non enim semper lucratiua est: sicuti diximus supra.

Secundo vrgere magis videretur, quod quando duo priuilegiati concurrunt, is qui habet priuilegium potentius, præfertur. l. verum, in fine, ff. de minor. Bartol. & reliqui in Authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl.

Arqui dos qui habet priuilegium potentius ipso fisco. Ergo causa dotis præferri debet ipsi causæ fisci. Illa minor propositio probatur ex l. pignus, ff. qui potior, in pig. hab. iuncta l. Aspidius, C. eod. In ea enim l. si pignus, respondit Vlpian. tacitam hypothecam priorem priuati, præferri posteriori hypothecæ tacitæ fisci. Et ad idem adducitur l. unica, C. rem alien. gere. Et tamen in d. Aspidius, constitutum est, tacitam hypothecam, fauore dotis præferri priori hypothecæ tacitæ priuati. Cæterum responderi potest, veram non esse minorem illam propositionem: cum text. d. l. pignus, non loquatur de hypotheca tacita, sed de expressa, quam specialem appellat Vlpianus, sicuti expressam interpretantur glossa & Doctores ibidem. Nil etiam ad rem confert d. l. unica, C. rem alien. geren. quam Socinus Iunior in d. l. 1. numer. 38, ff. solut. matrimo. allegauit. Respondetur secundo, quod si concedimus veram esse minorem illam propositionem, dicendum est id contingere in priuilegio expressim concessio doti, ob id argui non potest, idem esse, quouis alio in casu dubio. Tertio itaque ac melius facit, quod dos est regulariter priuilegiata. d. l. 1. ff. solut. matrimo. fiscus vero non, sed certis tantum in casibus, vt diximus sup. Quemadmodum ergo pro dote præsumitur contra priuatum, d. l. 1. & ibi Doctores: Ita quoque pro eo præsumitur contra fiscum, qui cum non reperitur in hoc priuilegiatus, personam priuati sustinet, sicuti diximus supra.

Contrariam tamen opinionem, quod scilicet in dubio præsumendum ac pronuntiandum non sit pro dote contra fiscum: sed quod à pari procedant, affirmarunt Bald. Nouellus in tractat. de dote, in nona parte, priuilegio primo. Herculanus in l. 1. numero 5, ff. soluto matrimo. & ibidem Ruin. num. 11. idè videtur sentire. Idem scribit Tyraquell. in tract. de iure primogen. quest. 17, numer. 15. Primò moti sunt textu l. 2. C. de priuileg. fisci. Verum responderi potest, nil ad rem pertinere, cum cum ibi fisco iam obligata essent bona mariti, qui deinde

contraxit

contraxit matrimonium, & pro dote mulieri se obligauit. Præfertur enim fiscus qui prior est in tempore: sicuti è contra præfertur dotis causa, si pro ea prius obligata fuerunt bona. Illius responsi verba hæc sunt. Quamuis ex causa dotis, vir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si priusquam res eius tibi obligarentur, cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam præuenit. Quod si post bonorum eius obligationem rationibus meis cepit esse obligatus: in eius bona cessat priuilegium fisci. Hæc litera adeo clara est, vt vana sit alia interpretatio Socin. Iun. in d. l. 1. nu. 39, ff. solut. matrimo. dum nescio quid de illius responsi correctione, comminiscitur. Secundo adducitur text. l. satis, C. in quibus causis pignus, vel hypothecæ, tacite contrahitur. Cæterum respondet Alciat. in tract. de præsumptionibus, regu. 3, præsumpt. 41. in fi. & Didac. in libro 1. varia. resolut. c. 16, nu. 6. in fi. d. l. satis, loqui de casu primipilari, cui tributum speciale hoc priuilegium, vt dos etiam vxoris ipsius primipili, obnoxia sit in subsidium fisco pro debitis contractis ab ipso primipilo. Eius enim causæ primipilaris fauore, multa sunt constituta. l. 1. & vlt. C. de primipilo lib. 12. Ea ratione quidem, siquidem primipili t munus erat partiti & diuide re annonam legionum, cui præerat, vt declarat Cuiac. in l. 3. C. de cohortal. libro 12. cuius sanè annonæ causa summè fauorabilis est, cum sit et totius exercitus robor, nec non & Reipubl. salus, quemadmodum ad rem explicat præcitato in loco Didacus. Et propterea causa hæc dicitur adeo priuilegiata, vt comparatiuè ad causam dotis illa dicatur publica, hæc verò dotis priuata. l. 3. C. de primipilo, libro 12. & ibidem Cuiacius. Quæ autem dignitas & munus esset primipilum declarat Didacus post Alciatum, Cotareum & Antonium Augustinum, quos commemorat. Tertio vrgere videtur, quod fiscus & dos parificentur in priuilegiis. Ita glossa in l. 2. C. de priuileg. fisci, & probat text. §. his consequens, in Authen. de equalitate dotis, iuncta l. quod quis ff. de priuileg. creditis. In eo §. his consequens, sancitum est, quod dos præferatur ei qui mutuauit in refectionem, sic & in d. l. quod quis, fiscus præfertur simili mutuanti in refectionem. Verum & e- spondetur dorem et fiscum in aliquibus æquiparari, quando causa contra tertium tractatur, sed non quando inter eos, cum dos sit regulariter priuilegiata, fiscus verò certis in casibus tantum.

Primo affertur argumentum dictum à fortiori ex his, quæ diximus supra, quod priuatus qui habet causam onerosam, præfertur fisco, qui dicitur habere causam lucratiuam. Ergo multo magis præfertur causa dotis: quæ semper est onerosa. Verum respondetur, argumentationem solum concludere, quando causa fisci est lucratiua: non autem quando est onerosa. Non enim semper lucratiua est: sicuti diximus supra.

Secundo vrgere magis videretur, quod quando duo priuilegiati concurrunt, is qui habet priuilegium potentius, præfertur. l. verum, in fine, ff. de minor. Bartol. & reliqui in Authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl.

Arqui dos qui habet priuilegium potentius ipso fisco. Ergo causa dotis præferri debet ipsi causæ fisci. Illa minor propositio probatur ex l. pignus, ff. qui potior, in pig. hab. iuncta l. Aspidius, C. eod. In ea enim l. si pignus, respondit Vlpian. tacitam hypothecam priorem priuati, præferri posteriori hypothecæ tacitæ fisci. Et ad idem adducitur l. unica, C. rem alien. gere. Et tamen in d. Aspidius, constitutum est, tacitam hypothecam, fauore dotis præferri priori hypothecæ tacitæ priuati. Cæterum responderi potest, veram non esse minorem illam propositionem: cum text. d. l. pignus, non loquatur de hypotheca tacita, sed de expressa, quam specialem appellat Vlpianus, sicuti expressam interpretantur glossa & Doctores ibidem. Nil etiam ad rem confert d. l. unica, C. rem alien. geren. quam Socinus Iunior in d. l. 1. numer. 38, ff. solut. matrimo. allegauit. Respondetur secundo, quod si concedimus veram esse minorem illam propositionem, dicendum est id contingere in priuilegio expressim concessio doti, ob id argui non potest, idem esse, quouis alio in casu dubio. Tertio itaque ac melius facit, quod dos est regulariter priuilegiata. d. l. 1. ff. solut. matrimo. fiscus vero non, sed certis tantum in casibus, vt diximus sup. Quemadmodum ergo pro dote præsumitur contra priuatum, d. l. 1. & ibi Doctores: Ita quoque pro eo præsumitur contra fiscum, qui cum non reperitur in hoc priuilegiatus, personam priuati sustinet, sicuti diximus supra.

Contrariam tamen opinionem, quod scilicet in dubio præsumendum ac pronuntiandum non sit pro dote contra fiscum: sed quod à pari procedant, affirmarunt Bald. Nouellus in tractat. de dote, in nona parte, priuilegio primo. Herculanus in l. 1. numero 5, ff. soluto matrimo. & ibidem Ruin. num. 11. idè videtur sentire. Idem scribit Tyraquell. in tract. de iure primogen. quest. 17, numer. 15. Primò moti sunt textu l. 2. C. de priuileg. fisci. Verum responderi potest, nil ad rem pertinere, cum cum ibi fisco iam obligata essent bona mariti, qui deinde

contraxit

contraxit matrimonium, & pro dote mulieri se obligauit. Præfertur enim fiscus qui prior est in tempore: sicuti è contra præfertur dotis causa, si pro ea prius obligata fuerunt bona. Illius responsi verba hæc sunt. Quamuis ex causa dotis, vir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si priusquam res eius tibi obligarentur, cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam præuenit. Quod si post bonorum eius obligationem rationibus meis cepit esse obligatus: in eius bona cessat priuilegium fisci. Hæc litera adeo clara est, vt vana sit alia interpretatio Socin. Iun. in d. l. 1. nu. 39, ff. solut. matrimo. dum nescio quid de illius responsi correctione, comminiscitur. Secundo adducitur text. l. satis, C. in quibus causis pignus, vel hypothecæ, tacite contrahitur. Cæterum respondet Alciat. in tract. de præsumptionibus, regu. 3, præsumpt. 41. in fi. & Didac. in libro 1. varia. resolut. c. 16, nu. 6. in fi. d. l. satis, loqui de casu primipilari, cui tributum speciale hoc priuilegium, vt dos etiam vxoris ipsius primipili, obnoxia sit in subsidium fisco pro debitis contractis ab ipso primipilo. Eius enim causæ primipilaris fauore, multa sunt constituta. l. 1. & vlt. C. de primipilo lib. 12. Ea ratione quidem, siquidem primipili t munus erat partiti & diuide re annonam legionum, cui præerat, vt declarat Cuiac. in l. 3. C. de cohortal. libro 12. cuius sanè annonæ causa summè fauorabilis est, cum sit et totius exercitus robor, nec non & Reipubl. salus, quemadmodum ad rem explicat præcitato in loco Didacus. Et propterea causa hæc dicitur adeo priuilegiata, vt comparatiuè ad causam dotis illa dicatur publica, hæc verò dotis priuata. l. 3. C. de primipilo, libro 12. & ibidem Cuiacius. Quæ autem dignitas & munus esset primipilum declarat Didacus post Alciatum, Cotareum & Antonium Augustinum, quos commemorat. Tertio vrgere videtur, quod fiscus & dos parificentur in priuilegiis. Ita glossa in l. 2. C. de priuileg. fisci, & probat text. §. his consequens, in Authen. de equalitate dotis, iuncta l. quod quis ff. de priuileg. creditis. In eo §. his consequens, sancitum est, quod dos præferatur ei qui mutuauit in refectionem, sic & in d. l. quod quis, fiscus præfertur simili mutuanti in refectionem. Verum & e- spondetur dorem et fiscum in aliquibus æquiparari, quando causa contra tertium tractatur, sed non quando inter eos, cum dos sit regulariter priuilegiata, fiscus verò certis in casibus tantum.

Primo affertur argumentum dictum à fortiori ex his, quæ diximus supra, quod priuatus qui habet causam onerosam, præfertur fisco, qui dicitur habere causam lucratiuam. Ergo multo magis præfertur causa dotis: quæ semper est onerosa. Verum respondetur, argumentationem solum concludere, quando causa fisci est lucratiua: non autem quando est onerosa. Non enim semper lucratiua est: sicuti diximus supra.

Secundo vrgere magis videretur, quod quando duo priuilegiati concurrunt, is qui habet priuilegium potentius, præfertur. l. verum, in fine, ff. de minor. Bartol. & reliqui in Authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl.

rationem litigauit, quando præsumatur citatus ad audiendum proferri sententiam ipsam.

SVMARIA.

- 1 Dominus citatus ad audiendam sententiam, si tempore sententiæ præsens sit, præsumitur ad illam audiendam comparuisse.
- 2 Responso subsecuta præsumitur facta secundum præcedentem interrogationem.
- 3 Actus præsumitur factus in exequutionem mandati præcedentis.
- 4 Dominus quidem non citantis, præsens tamen tempore sententiæ, & à iudice certioratus, præsumitur ad audiendam sententiam præsens esse.
- 5 Idem si nec citatum conslet, nec certioratum, eo tamen tempore præsens sit, n. 5.
- 6 Præsens & tacens præsumitur consentire in his quæ sibi sunt utilia, sed in his quæ ad sui detrimentum spectant, nu. 8.
- 7 Dominus nec citatus nec certioratus, si tempore sententiæ præsens sit, lata contra eum sententia, non præsumitur ad eam audiendam citatus.
- 8 Notarius attestans dominum tempore sententiæ fuisse præsentem, præsumptionem facit eum fuisse citatum.
- 9 Idem si ex remota regione Dominus venerit, n. 10. Quod etiam in sententia antiqua obtinet, n. 11.

DVBITARI aliquando solet, quando sententia prolata præsentem domino, qui per procuratorem litigauit, præsumatur is citatus ad ipsam sententiam? Hæc in re distinguendi sunt multi casus.

Primus est quando constat ipsum dominum fuisse citatum ad audiendam sententiam, & tempore ferendæ sententiæ reperitur præsens. Hoc casu qui præsumitur ea de causa præsens, vt sententiam audiat. Ita Bart. in l. furioso, numero 6, ff. de re iud. & ibidem Alexand. numero 9. qui eo simili probant, quod subsecuta responsio, præsumitur facta secundum præcedentem interrogationem, §. præterea, de iniurii stipula. Et præterea secundum eos confert text. l. heredes palam, §. in testamentis, ff. de testam. vbi testis rogatus, vt sit præsens testamento, si deinde reperitur præsens, præsumitur quod ea de causa præsens sit. Et accedit quod actus præsumitur factus in executionem præcedentis mandati, & causæ l. quedam, ff. de rei vend. & respondit Crauer. in cons. 231, num. 11, vers. secundum pro. & in cons. 244, numero 6. Ita ergo præsentia huius domini præsumi debet ex causa, ob quam fuit citatus, atque ita ad audiendam sententiam.

Secundus est casus, quando dominus non fuit citatus ad audiendam sententiam, sed tamen cum præsens esset, fuit à iudice certioratus, quod volebat pronuntiare, & quod ibi permaneret ad hunc effectum audiendi sententiam. Hoc casu præsumitur, quod ea de causa fuerit ibi præsens. Ita Bart. in d. l. furioso, num. 6, vers. si vero non fuit, & ibid Alexand. numero 9, vers. aut non fuit, ff. de re iud. Qui noti sunt eo simili, d. l. heredes palam, §. in testamentis, ff. de testam. vbi testes præsentis testamento certiorati vt adessent illi actui, præsumitur, quod ea de causa ibi permanerint. Quæ de re dicemus infra suo loco.

Tertius est casus, quando non constat dominum fuisse citatum, vel certioratum: sed tamen fuit præsens, & sententia fuit pro eo prolata. Hoc casu præsumitur, quod ea ob causam fuerit præsens. Ita Bart. in d. l. furioso, in fi. vers. si vero dotali, & Alex. num. 9, vers. si autem, in fi. Ea est ratio, quia præsens & tacens, præsumitur consentire in his quæ sibi sunt utilia, l. qui patitur, ff. de mand. & dicemus infra suo loco.

Quartus est casus, quando non constat dominum fuisse citatum, vel certioratum, sed tamen fuit præsens, & sententia fuit contra eum lata. Hoc casu non præsumitur, quod fuerit citatus ad audiendum ipsam sententiam. Ita Bart. in d. l. furioso, in fine, & ibi Alexand. num. 9, vers. fiscus si contra, & idem sensu Dec. in cons. 42, num. 14, dum refert declarationem, de qua statim. Huius traditionis ea est ratio, quia præsens & tacens, non præsumitur ad sui detrimentum consentire. l. iniuriosus, §. filiusfamilii, ff. de procurat.

Declaratur primò hic casus, vt non procedat quando notarius in sententia attestatur ipsum dominum fuisse præsentem. Hoc sanè casu præsumitur, quod fuerit citatus. Ita Bald. in l. 1. C. de sentent. ex breui, recita. Dec. in d. cons. 42, nu. 14. Verum Alexan. in d. l. furioso, num. 10, intelligit esse verum, quando præsentem ipso domino notarius id scripsit.

Declaratur secundo non habere locum, quando dominus sique ille, qui citari debuit, venit ex remota regio- ne. Nam tunc præsumitur citatus. Ita declarat Decius in cons. 42, numero 14, vers. & hoc omnino, adductus auctoritate Antonii Butrii in c. 1. de iud. & diximus supra, in præsumpt. 8, in fine.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando sententia

PRÆSUMPTIO LXXIII.

Sententia ad cuius instantiam prolata præsumatur.

SVMARIA.

- 1 Sententia lata pro actore, qui petiit in libello pro se eam ferri ad eius instantiam præsumitur lata, & que sit ratio, nu. 2.
- 3 Sententia lata pro reo, qui pro se pronuntiare petiisset, ad eius instantiam lata præsumitur.
- 4 Reus in excipientibus dicitur actor.
- 5 Sententia lata pro reo præse, una cum actore, ad instantiam rei lata præsumitur, etsi à reo nil dictum fuerit.

CVM dubitatur, ad cuius instantiam præsumatur prolata sententia, distinguendi atque considerandi sunt aliquot casus.

Primus est quando lata est pro actore, qui iam petijt in libello, pro se ferri sententiam. Hoc casu præsumitur quod ad eius instantiam deinde pronuntiat. Ita Castren. in l. unica, num. 4, C. vt quæ defuncti aduoca. & ibid. Alexand. numer. 11. Ea est ratio quia sufficit ipsius actoris petitio facta in ipso libello, quæ censetur continuata & repetita tempore ferendæ sententiæ.

Secundus est casus, quando sententia fuit lata pro reo qui in suis exceptionibus petiisset pro se pronuntiar. Hoc sanè casu præsumitur lata sententia ad ipsius rei instantiam. Ita Alexand. in d. l. unica, num. 12. Est ratio, quia sufficit, reum petiisse, pro suis exceptionibus, cum & reus ipse in exceptionibus dicatur actor. l. 2, ff. de except.

Tertius est casus quando à reo nihil fuit dictum, sed sententia fuit pronuntiat pro reo, p. aientibus ipse actor & reo. Hoc etiam casu præsumitur prolata ad ipsius rei instantiam. Ita Castren. in d. l. unica, numero quarto, & Alexan. num. 11. Qui quidem Alexander recentius tradidit in Bar. in l. furioso, in fi. ff. de re iud. quo in loco scripsit, quod si apparet sententiam fuisse prolata pro reo, præsumitur, quod fuerit præsens & citatus, atque ita quod eo instante pronuntiatum fuerit.

PRÆSUMPTIO LXXIV.

Sententia prolata præsentem domino qui per procu-

ta esset antiqua. Nam tunc præsumitur, quod dominus fuerit citatus ad audiendum ipsam sententiam. Ita declarat Dec. in d. conf. 42. num. 14. vers. & de hoc.

PRÆSUMPT. LXXV.

Decretum in alienationibus bonorum ecclesie & minorum, in emancipatione, adoptione, ac his similibus iurisdictionis voluntariæ, ritè ac rectè interpositum, auctoritate & quando præsumatur.

SUMMARIÆ.

- 1 Decreta aliqua magni, alia levis momenti sunt.
- 2 Decretum super alienatione bonorum minoris vel ecclesie, magni est momenti.
- 3 Aliud est in emancipatione, manumissione, & c. num. 3.
- 4 Sententia aut decretum, utrum pro se habeat maiorem præsumptionem, & nu. 8.
- 5 Decretum pro se præsumptionem habet, & si nulla facta sit mentio, quod causæ cognitio fuerit adhibita, quod non est in sententia.
- 6 Decretum inter volentes & consentientes interponitur.
- 7 Decretum interponens iudex, potest se extra iudicium informare.
- 8 Iudicis personam considerantes, magis pro eo in foro contentioso quam voluntario præsumimus.
- 9 Iudicium diligentia in decretis interponendis lenior est quam in sententiis ferendis.
- 10 Personam iudicis in decretis suspectam magis quam in sententiis, legumlatores habere, id an verum sit, vide numero 18.
- 11 Solemnitates actus, qui diligentem causæ cognitionem requirit, si in decreto fuerint enunciatae, præsumptio est pro ipso decreto. Et quid ea præsumptio operetur, num. 14.
- 12 Indicem falsis allegationibus, circumuentum esse minor asserens, id probare debet.
- 13 Decretum obreptum esse, affirmans probare debet.
- 14 Lex de magistratu multum confidit.
- 15 Iudici asserenti, solemnitates in decreto requisitas interuenisse, donec contrarium probetur, creditur.
- 16 Sententia lata à qua non appellatur partes, si acta enunciata fuerint, pro illo præsumitur.
- 17 Fraus in his que voluntariæ sunt iurisdictionis facilius committitur.
- 18 Solemnitates extrinsecas interuenisse, non præsumitur.
- 19 Solemnitates actus qui diligentem causæ cognitionem requirit, si in genere fuerint enunciatae, pro ipso decreto præsumptio non est.
- 20 Idem est si enunciatae non sint, & lapsus sit longum tempus, num. 23.
- 21 Aliud, si lapsus sit longissimum tempus, velut annorum 30, num. 24.
- 22 Quod tamen quando nec idipsum procedat, numero 25, & numero 26.
- 23 Præsumptio credit veritati, & contrariis probationibus eliditur.
- 24 Decretum leuem requirens causæ cognitionem, si solemnitates enunciatae sint, habet pro se præsumptionem.
- 25 Id quod extenditur duobus modis, num. 30, & 31.
- 26 Solemnitates in actu non enunciatis, pro decreto non præsumitur.
- 27 Præsumptio magis urgens, excludit eam que pro decreto est præsumptionem.
- 28 Et que sit huius ratio, nu. 33.
- 29 Decretum in iudicis non impedire remedium l. 2. C. de rescind. vend. l. eione probata.
- 30 Decreto præcipitante interposito non præsumitur solemnitates adhibitas.
- 31 Sententia præcipitater lata, nec quo ad solemnitates, nec quo ad iustitiam pro se præsumptionem habet.
- 32 Decreto interposito à iudice non plene & perfectè de negotio ed. eto, oritur coniectura, solemnitates in eo adhibitas non esse.
- 33 Decretum obreptum vel obreptum à iudice, falsa nimirum causæ expressa, aut suppressa vera, non præsumitur habuisse solemnitates requisitas.
- 34 Iudex impeditus tunc cum solemnitates decreti requisitæ, adhiberi debuissent, non præsumitur eas obseruasse.
- 35 Error manifestus aut vitium visibile, præsumptionem facit, solemnitates in decreto requisitas non fuisse adhibitas.
- 36 Decretum interpositum longè post vel ante ipsum actum, non præsumitur solemnitates requisitas habuisse.

- 41 Decretum à iudice Idiotæ & ignaro interpositum, non præsumitur habere solemnitates requisitas.
- 42 Solemnitates iuris ciuilibus, non unicuique, sed solum peritis cognita præsumitur.
- 43 Iura scire quomodo quilibet præsumitur.
- 44 Iudices idiotæ cur sperant peritorum consilium.
- 45 Decreto à iudice quidem interposito, solo autem notario asserente solemnitates adhibitas esse, siue de grauioribus, siue leuibus causis agatur, pro decreto non præsumitur.
- 46 Tutori aut curatori dicenti ob res alienum pupilli bona vel minoris vendita, non creditur.
- 47 Decretum magni ponderis interpositum, si solemnitates obseruatas appareat, iustitiæ & rectitudinis habet præsumptionem. Idque etiam si lenes sint solemnitates, aut tenuis causæ cognitio, n. 49.
- 48 Et quamuis aliàs iudex sit improbus aut indiscretus, numero 50.
- 49 Causæ cognitionem ubi non adhibita apparet, pro rectitudine & iustitia decreti non præsumitur.
- 50 Et que sint eius coniecturæ, n. 51.
- 51 Decretum in alienationibus bonorum Ecclesie vel minoris, ad eorum utilitatem factum præsumitur.
- 52 Decreto interposito contractus censetur factus palam, & bona fide, omnisque fraudis & doli cessat præsumptio, n. 55.
- 53 Decreto datus tanquam minori tutor vel curator, talis præsumitur.
- 54 Furiosus præsumitur cui tanquam furioso prætor curatorem decreuit.

DE præsumptionibus que versantur circa acta contentiosæ iurisdictionis, nec non & iudicis sententiam, plura hætenus exposuimus: Nunc locus iste politulat, ut aliqua differamus de præsumptione, que versatur circa ea, que sunt iurisdictionis voluntariæ, hoc est, circa decreta, que solent interponi in alienationibus bonorum ecclesie, minorum, in adoptionibus, emancipationibus, aliisque his similibus. Quia in re sciendum prius est, aliqua esse decreta, que magis sunt momenti: aliqua vero leuiciora cum in aliquibus magnum, in aliquibus leue detrimentum posuit. Decretum, quod interponitur super transactione bonorum minoris, vel ecclesie, magis est momenti: sicuti scripsit Alciat. in tract. de præsumpt. regu. 3. præsumptio, numero 4. Decretum vero quod imponitur super emancipatione, manumissione & similibus, leuis est momenti. Ita sentit idem Alciat. in d. præsumptio, numero 4. præsumptio, numero 4. Cum dixit adhiberi leuem diligentiam. Et huc facit, quod docuit Bald. in l. si præses. num. 4. C. quomodo & quando iudex, dum scripsit, quod ubi non requiritur magna causæ cognitio, præsumitur pro decreto, ex l. actor. ff. rem ratam hab. sentit Bald. aliqua esse decreta, que leuem causæ cognitionem admittunt. Est etiam sciendum, contentiones esse non mediocrem inter Doctores nostros, an magis præsumatur pro sententia, quam pro decreto iudicis & magistratus. Multi in ea fuerunt opinione, magis præsumi pro decreto. Ita omnium primus sentit Bald. in l. non enim aliter, nu. 3. vers. & nota tamen, ff. de adop. cum scripsit, quod ubi decretum receptum interpositum, quod est necessarium ad confirmationem actus, semper præsumitur, quod ordo iuris & causæ cognitio præcesserit in decretis fore non contentiosis. Idem sentit Bald. in l. ex his, col. 2. vers. item oppo. C. de res. mil. & apertius docuit ipsemet Bald. in l. cum hi. ff. prætor. il. sine. ff. de trans. dum explicando traditionem Innocent. in c. in iudic. de eo qui fuit. ord. suscep. dixit, quod in iudicis, in quibus proceditur per disceptationem, non præsumitur tolemnitatis iudicis: sicut in extra iudicialibus, in quibus de partium consensu agitur. Et Innoc. sic etiam visus est intelligere Aret. in l. sciendum, col. 5. vers. tertio limitatur, de verb. obligat. Idem sentit ipse Bald. in c. in presentia, col. 2. vers. in decretis autem, de renuncia. Et Baldum secuti sunt Imola in consi. 98. numero 9. Corneus in consi. 71. col. 1. vers. & quando superior, libro 3. Socin. Seni. in consi. 115. numero 5. lib. 1. Alex. in consi. 125. numero 5. libro 1. & in consi. 80. numero 5. libro 5. cum scripsit, præsumi pro decreto, etiam si nulla facta sit mentio, quod causæ cognitio fuerit adhibita, cum tamen in iudicis sententia requiratur hæc expressio, & Alex. secutus est Ludo. Bolog. in consi. 59. col. 1. Idem sentit Bart. in l. ambrosia, nu. 28. ff. de decretis au ordine facien. Cum dixit magis credi asserentibus Decretum in extra iudicialibus, quam in iudicialibus. Et Barto. in specie securus est Ruin. in consi. 3. n. 1. & in consi. 95. n. 10. lib. 5. & idem sentit Oldrad. in consi. 101. Quia in cuiuslibet, n. 5. Huius sententie duplex ratio adfertur.

Prima, quia decretum interponitur inter volentes & consentientes, sicut in sententia, que inter contententes & dissentientes profertur. Que sanè non multum urget, sicuti etiam animaduertit Crauetta, quem mox commemorabo. Si qui-

demnil refert, quod in causâ disceptatione contenderint, cum tamen in prolatione sententiæ non dissenserint, dum ab eum non appellarunt. Ille igitur partium consensus, qui in decreto à prædictis Doctoribus consideratur, ita pariter considerari potest in sententia. Adfertur secunda ratio, quia in interpositione decreti, poruit iudex se informare extra iudicium: Id quod non contingit in ipsa sententia, que acta omnia iudicialia requirit. Hæc ratio non etiam satis firma est, quia et si iudex in proferenda sententia, debuit ex actis informari: attamen cum acta ipsa extant, & non nisi auditis partibus ad sententiam deuenit, credendum est, optimè cognouisse, quid à se agendum erat.

Altera itaque fuit opinio, que existimatur, magis præsumi pro iudicis sententia, quam pro decreto. Quam quidem opinionem apertè firmavit Crauet. in tracta. de antiqui. tempo. in secunda parte princip. numer. 17. qui huius sententiæ commemorat Angelum in l. quæcumque. §. ultim. ff. de publ. in rem actio. & ibidem Bald. in sine sibi parum constans idem sentit. & Alexand. in consi. 105. col. 1. vers. & procedit, libro 5. qui tamen Alexand. hoc, si rectè perpendatur, non scripsit, sentit enim tam pro vno, quam pro altero præsumi. Id quod sentit & Burrius in c. quoniam contra, numer. 58. vers. in quantum dixi, de probat. Angeli tamen & Crauetæ sententiam visus est probare & Alciat. in d. præsumptio, numero 2. vers. secundo videtur, illa ratione, qua visus est ad constandam opinionem eorum, qui scripserunt pro iudicis decreto, quo ad acta seu solemnia præsumi. Idem verò sentit Socin. Sen. in consi. 158. numero 17. lib. 2. Et horum opinio mihi magis placet. Nam vt rectè animaduertit Crauetta si ipsam iudicis personam respicimus & consideramus, magis præsumi pro eo debet in foro contentioso, quam in foro voluntario: atque ita magis pro sententia, que contentiosæ est iurisdictionis, quam decreti, quod est voluntariæ. Cum in contentiosa timeat, & timere iure debeat, de à se gestorum reuocatione, quod non ita contingit in iurisdictione voluntaria, atque ita in decreto: cum partes omnes consenserint. Et propterea lenior est diligentia quam adhibent iudices in interponendis decretis, quam in ferendis sententiis. Cum in interpositione decreti, nil plus querant iudices, quam placere partibus, & earum concordiam sequi, l. si conuenierit, ff. de re iudi. quod non contingit in sententia. Et propterea maturius in iudicialibus solet procedi, quam quidem rationem sentit & Socin. Sen. in d. consi. 158. numero 17. lib. 2.

Huic rationi accedit & illa, quam considerauit Alciat. in d. præsumptio, numero 2. vers. secundo videtur, cum scripsit, & legislatores in his decretis magis habere suspectam personam iudicis, quam in sententiis. Non enim permiserunt legumlatores ipsi, vt liceret his iudicibus alteri mandare & delegare hanc facultatem interponendi decretum. l. nec quidquam. §. ubi decretum, ff. de off. proconsul. & legat. & l. 2. C. de assesso. Cum tamen regulariter in sententiis concessum illis sit vices suas alteri committere, l. placet. C. de p. da. iudi. & scribunt omnes in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. Si vero personas partium respicimus & consideramus, eadem videtur ratio (inquit Crauetta præcitate in loco) præsumendi, præsupposita ipsarum partium præsentia & taciturnitate, ex quibus inducitur sententiæ approbatio.

His paucis expositis atque declaratis, differamus nunc de præsumptione, que versatur circa ipsum decretum. Quia in disputatione duo capita constituenda sunt, quorum vnum est, quando agitur de præsumptione, que versatur circa solemnitates que requiruntur antequam decretum ipsum à magistratu interponatur, iuxta ea, que scripsi in commentariis de arbitrariis iudicium, lib. 2. casu 171. Secundum caput huius disputationis est, quando agitur de præsumptione, que versatur circa rectitudinem atque iustitiam ipsius decreti, an scilicet iustè fuerit interpositum, vel non.

Primum itaque est huius disceptationis caput in quo (vt diximus) agitur de præsumptione solemnitarum, que adhibentur in actibus, priusquam decretum interponatur, an scilicet præsumantur interuenisse. Quo sanè in capite aliquot casus ita sunt distinguendi.

Primus est casus, quando agitur de solemnitatibus illius actus qui requirit magnam & diligentem causæ cognitionem, sicuti in alienationibus bonorum ecclesie, vel minoris. Et in ipso decreto solemnitates sunt enunciatae. Hoc in casu recepta magis interpretum sententia est, præsumi pro ipso decreto, quod scilicet interuenierit obseruatæque fuerint hæc solemnitates. Ita scripsit Spec. in situ. de emptione & vendit. §. nunc videndum, nu. 5. vers. & breuiter, qui de decreto interposito in alienationibus bonorum minoris, quod (vt diximus) magnam causæ cognitionem requirit, dixit pro eo decreto præsumi, quo ad ipsas solemnitates, nempe quod ob res alienum facta fuerit alienatio, quod tutoris, vel

curatoris accesserit auctoritas & licentia, quod adhibita fuerit subhastatio, & reliqua necessaria. Et Speculatorem secuti sunt Bald. in l. cum ij. §. si prætor, ff. de transactio. & in l. quæcumque. §. ultim. ff. de publ. in rem actio, idem in l. 1. in 3. nota. ff. de reb. eorum in l. ultim. C. de præditi minor. & in l. quæcumque, col. 2. vers. item præsumitur. C. de bonis que liberis, & idem Bald. in consi. 475. Quidam I. Abbas, col. 2. vers. & nota, lib. 1. & in consi. 66. F. actum tale est, col. 1. vers. quo ad vltimum. & col. 2. vers. secundo queritur, libro 3. Signorol. in consi. 251. numero 4. Freder. de Sen. in consi. 249. in fine. Idem verè sentit Aret. in l. sciendum, numero 12. vers. tertio limitatur, de verb. obligat. & in consi. 66. numero 2. vers. nec est vera, qui intelligens Speculatorem loqui quando in decreto solemnitates non sunt enunciatae, inquit illum malè loqui. Sentit itaque quod ubi sunt enunciatae, quod pro decreto præsumatur. Eandem opinionem apertius probauit Imola in l. si quis cum aliter, in sine, ff. de verb. oblig. & in consi. 98. col. 1. vers. sed verè. Alexand. in l. sciendum, num. 12. de verb. obligat. in consi. 50. numero 8. & in consi. 80. numero 8. & in consi. 91. num. 14. lib. 5. Corne. in consi. 98. col. 2. vers. nec prædictis, & in consi. 349. numero 7. vers. tamen non videtur, lib. 1. & in consi. 109. numero 5. libro 3. Guido Papæ in consi. 23. nu. 6. Capol. in cauel. 259. Tutores, Maria, Socin. Sen. consi. 15. numero 32. libro 1. & Socin. Sen. id est Bartholomæus in consi. 158. numero 17. libro 2. Iason in l. sciendum, numero 21. vers. septimo limita, de verb. obligat. in l. pacta nouissima, numero 6. C. de pactis, in rubric. C. qui admitti, numero 7. & in c. 1. numero 1. vers. confirmo per optimum, qui feudum dare possunt, & idem in consi. 119. col. 1. vers. confirmo, in libro primo, Curtius Sen. in consi. 43. col. 4. Ludovic. Bologninus in consi. 59. col. 2. Dectus in l. de alimentis, numero nono. C. de transact. & in c. quoniam contra, numero 42. de probatio, idem in consi. 209. numero 2. & in consi. 222. numero nono, Brunus in tracta. de forma, pagin. 84. col. 4. vers. sic, in decreto autem, Fabianus de monte sancti Sabini, questio. quinta principalis, de solemnitate alienat. bonorum minoris, numero 101. Marfil. in singu. 348. Lex multum, Pantaleon Cremen. in l. 2. numero 105. C. de rescind. vend. Purpur. in l. pacta nouissima, numero 65. C. de pactis. Parisius in consi. 33. numero 2. & consi. 95. numero 29. libro primo, & eundem in consi. 12. numero 57. libro 2. Stephanus Berberius inter consilia vltimarum voluntatum in consi. 105. numero 24. tomo primo. Trigonius in singu. 122. Damhoude. in praxi ciuili, in situ, de subhast. comp. exeg. ca. 2. num. 25. Crauet. in tracta. de antiqui. tempor. in secunda parte principalis, num. 19. & num. 20. idem in responso pro Genero, numero 10. Antonius Gabr. libro 2. conclusionum, in situ, de sententiis, conclusio. 1. num. 1. Natta in consi. 169. numero 19. lib. 1. Rolandus in consi. 90. nu. 10. & nu. 42. & in consi. 99. numero 21. lib. 1. & in consi. 2. nu. 62. lib. 3. Rimaldus Iunior in consi. 6. n. 78. & in consi. 42. numero 56. lib. 1. Thobias Nonius in consi. 57. numero 8. & in consi. 88. n. 17. Hieronymus Gabriel in consi. 23. nu. 6. & in consi. 32. numero 24. & Octavius Simoncellus in tracta. de decretis, lib. 3. tit. 7. nu. 41. qui omnes penè iam relatos commemorat. Et horum quidem magis recepta opinio, iure & ratione fulcitur, iure inquam ex text. l. est præses. C. de præditi minor. cum ait, & minorem asserentem iudicem fuisse falsis allegationibus circumuentum, probare id debere. Est ergo præsumptio pro ipso actu gesto, atque ita pro ipso decreto, que sanè & præsumptio operatur, vt transferatur probandi onus in aduersarium, l. generaliter, si petitum, ff. de fideicommiss. lib. 1. & diximus suo loco. Idem probat text. in l. 1. in fin. principij, ff. de reb. eorum. Cum ait, cum qui asserit & decretum fuisse obreptum à prætore, probare id debere. Ea est ratio, quia pro ipso decreto flet præsumptio. Ratione autem munitur hæc ipsa sententia, quia magistratus est munus, ne suum interponat decretum, nisi fuerint obseruatæ adhibitaque solemnitates & causa ipsa cognita, vt diximus supra. Est ergo præsumendum, quod id obseruauerit magistratus, cum lex & de eo multum condat, l. 2. C. de officio ciuili, iudi. cum similibus superiore præsumptione allegatis. Et credendum non est, quod magistratus iste voluerit legem fallere, & contrahentes eludere atque decipere.

Ex his constat minus rectè sentisse eos, qui opinati sunt, pro decreto non præsumi quoad solemnitates enunciatas. Cuius quidem opinionis multi commemorantur ab Alciato, & aliis recentioribus, quos statim referam. Et inter multos allegatur Bartolus in l. actor, num. 12. ff. rem ratam hab. qui tamen non loquitur de decreto magistratus, sed de solo actu vniuersitatis, cui à lege nulla fides auctoritasque tribuitur: sicuti Bartolus sic declarat Aretinus consi. 69. numero 2. in fine. Hanc tamen opinionem probauit Baldus sibi parum constans, in consi. 376. Questio. col. 1. vers. in contrarium, libro 1. & in consi. 134. Ad intelligentiam, lib. 2. Ita & Angelus in l. quæcumque, §. ultim. col. 1. vers. est verum quod glo. ff. de publ. in rem actio, & in l. 1. C. de fide instrum. & iure hæc fiscal. lib. 10. & ibid Ioan. de Platea nu. 2. Castren. in consi. 38. super

ead. eod. eod. i. verfic. in contrarium facit. libro 2. quem tamen infra declarabimus. Et clarius hanc opinionem probarunt Romanus in l. sciendum. numer. 66. de verbor. obligat. Iason in l. nec quidquam. §. ubi decretum. num. 70. ff. de officio procons. & legati. Decius in conf. 556. eod. i. Marfil. in sing. 399. Multi sunt. & in l. qui cadem. numer. 19. verfic. sed ego ultra. ff. ad l. Cornel. de Sicariis. qui tamen visus est sentire. quod presumptio sit pro ipso decreto, quando in decreto ipsarum solemnitate facta est expressa mentio. & propterea loquitur Marfilius. quod notarius ipse solus asserit solemnitates tunc fuisse obseruatas, sicuti etiam loquitur Castrenf. ab eo allegatus, & infra referam. Parisius in consil. 98. numer. 17. libro primo. Alciatus in tractatu de presumptionibus. regul. 3. presump. prio. 10. numer. 2. & 3. Zucchardus in rub. C. qui admitti. num. 39. Rebuffus in commentariis super concordata. rubr. de conclusione Lateranensis Concilij. verfic. 3. inferitur. hæc opinio (vt diximus) vera non est, nec retinenda. Nam iura & rationes, & que pro ea adferuntur, nil videntur.

Primò enim citari solet textus l. minorum. vbi venditio bonorum minoris fieri non potest, nisi interueniente decreto: & apud acta causis probatis. Requirit ergo legislator ille probationem, & atque soli presumptioni non acquiescit. Et loquitur text. ille per ablatiuum absolutum. Non ergo sufficit presumptio iuxta ea, quæ scripsimus supra libro 1. questio. Verum nil penitus viget hoc responsum, quando quidem loquitur de probatione illa, quam facere debet minor, vel illius curator cum impetrare uoluit licentiam à iudice & magistratu, vt alienare possint. Nam iis fidem non adhibet lex. Nos uero loquimur, quando iudex ipso suo decreto attestatur, requisitas à lege solemnitates à se obseruatas fuisse, cui sanè assertioni fides adhibetur, donec contrarium demonstratur.

Secundò adducitur text. in l. 1. C. de prædijs decur. libro 10. vbi licet interueniat decretum, attamen constitutio illa requirit, quod sub fide actorum de necessitate diutrahentis appareat.

Cæterum respondetur, vt iam diximus, nempe & d. l. 1. loqui de ea probatione, quæ fieri debet iudici, à quo requiritur alienandi facultas & licentia. Non enim is iudex requiritur fidem adhibere debet, nisi id probet. diuersum in casu nostro, vt iam explanauimus.

Tertiò adfertur ratio hæc ab Alciato loco supra allegato. in his decretis (dicitur Alciatus) lex magis habet respectum personam iudicis, quam in sententiis, id quod probatur: quia hæc decreti interpositio delegari non potest. l. nec quidquam. §. ubi decretum. ff. de off. procons. & legati. l. 2. C. de assesso. Quod regulare non est in sententiis. l. placet. C. de pæda. indi. Si ergo non presumitur pro sententiis quoad acta, vt dictum fuit superiore presumptione: Ergo minus debet presumi pro decreto. Verum altero de duobus modis responderi potest.

Et primò, legem non habere suspectam personam iudicis, cui facultatem dedit interponendi decretum, sed potius multum tribuit eius fidei, cum industria elegerit, & propterea existimauit nil ab eo aduersus constitutiones futurum. Et hæc de causa est, vt non perueniat vices suas alteri mandare.

Respondetur & secundò, verum non esse, quod dicebat Alciatus, non presumi pro sententia quoad acta. nam quando in sententia iam lata, à qua partes non appellatur, enunciata fuerunt acta, presumitur pro ipsa sententia. ita ex omnium penè traditionibus scripsi, superiore presumptione in secundo casu, qui sanè casus huic nostro adaptatur: cum & nos loquamur de solemnitatibus, id est, actis enunciatis in decreto à iudice partibus consentientibus interposito, super alienationibus, vt supra declarauimus.

Quartò motus est Alciatus ea ratione, quod cum interpositio decreti sit voluntarie iurisdictionis, facilius potest f. abs interuenire & committi, quam in sententiis, in quibus statim pars læsa contradicit. Hæc argumentario facile dilectior, quia etsi facilius in his, quæ sunt voluntarie iurisdictionis committi potest fraus: non tamen posteaquam decretum ipsum interposuit prætor iudexve, presumendum est quod fraus aliqua fuerit commissa, & qui commissam asserit probare eam debet, vt est notissimum.

Quintò & vltimò solet adferri argumentum, quod hæc solemnitates sunt extrinsecæ, ex quo actus sui natura non insunt, vt declarant omnes in l. sciendum. de verbor. obligat. Est autem certum, quod solemnitates extrinsecæ non presumuntur interuenisse in actu. l. quæcumque. §. vltim. ff. de public. in rem actio. non ergo presumitur, quod hæc solemnitates interuenierint. Verum facile responderetur, quod solemnitates extrinsecæ non presumuntur, quando nullum extrat signum, nullave presumptio, quod adhibita fuerit. hic autem extrat signum, & presumptio ex assertionem magistratus, qui asseruit,

se decretum illud interposuisse, obseruatis prius solemnitatibus.

Secundus est casus, quando agit de solemnitatibus illius actus, qui requirit magnam & diligentem causæ cognitionem, & in ipso decreto enunciatae sunt hæc solemnitates in genere, non autem in specie. hoc in casu non presumitur pro ipso decreto, quod hæc solemnitates interuenierint, cum non sufficiat generalis enunciatio, sed requiratur specialis, vt tradunt Bald. in ca. in presentia. eod. i. vltim. verfic. & istud. de renunt. & in cons. 184. ad intelligentiam. eod. i. libro 2. Castrenf. in cons. 38. super eod. eod. i. & in cons. 74. contra superius consultata, eod. i. verfic. præterea dicebat Bald. libro 2. Ioan. Fabri. in §. vltim. de insti. de fideiuss. Socin. Sen. in cons. 29. eod. i. verfic. secundum argumentum. lib. 1. Felin. in c. quoniam contra. eod. i. verfic. limita seu declara. de proba. & ibid. Decius numero 42. verfic. & istud. Parisius in cons. 12. nu. 58. lib. 2. & in cons. 85. num. 39. libro 3. & Alciatus in tract. de presumptionibus. reg. 3. presump. 10. numero 5. qui declarat, non procedere in actu qui requirit leues solemnitates, vt suo loco dicemus. Dissentiunt tamen à prædicta opinione magis communi Castrenf. Alexan. Ias. & alij commemorati ab Octauiio Simoncello, in tracta. de decret. lib. 4. tit. 7. non est recedendum ab ea communi & vera opinione.

Tertius est casus, quando agit de decreto, quod requirit magnam & diligentem causæ cognitionem, & dubitatur, an solemnitas presumatur adhibita in eo actu in quo non fuit enunciata ipsa solemnitas: sed elapsum est longum tempus. hoc etiam in casu non presumi pro hoc ipso decreto scripsit Alciatus in tract. de presumptionibus. reg. 3. presump. 10. numer. 4. verfic. quod tamen non procederet, post Bald. in l. 2. num. 3. C. de legit. hered. Roma. in l. sciendum. numero 66. de verbor. obligat. Alexandr. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hered. eundem in cons. 17. libro 4. & Corneum in l. 2. C. de bono. poss. secundum tabu. & eundem in cons. 30. numer. 3. libro 2. His accedunt Salicet. in l. si contra. C. si quis ignorans mino. esse. Brunus in tract. de forma. in tit. de probat. & presump. forma. eod. i. verfic. circa alia. Anton. Gomez. in tit. de contractibus. cap. 11. num. 17. & nouè Octau. Simonc. in tract. de decretis lib. 3. tit. 7. num. 33.

Quartus est casus, quando agit de decreto, quod requirit diligentem magnamque causæ cognitionem, & dubitatur, an in eo adhibita fuerint solemnitates, quæ enunciatae non fuerunt in actu, sed elapsum est longissimum tempus, vt putà triginta annorum. Hoc in casu presumi adhibitis fuisse omnes solemnitates affirmarunt Holtien. & Ioann. Andr. in c. Albericus. de testibus. & ibid. Abbas. idem Abbas in c. significauit. de censib. Imola in c. peruenit. de emp. vendi. Roman. in l. qui in aliena. ff. de acquir. heredit. Ancharan. in cons. 136. Ex consilijs. qui respondit, solemnitatem & causæ cognitionem presumi adhibitam in alienatione bonorum ecclesiæ, ob cursum triginta annorum Aretinus in cons. 36. numero 7. Alexan. in l. sciendum. numero 19. de verbor. obligat. qui asserit communem esse sententiam. Idem in cons. 79. in secundo dubio. libro primo, & clarè in cons. 218. eod. i. verfic. præterea. libro 6. Calcan. in cons. 11. eod. i. Bollognii. in cons. 33. eod. i. 4. Corneus in cons. 109. in fine, libro 3. Socin. Sen. in consil. 15. numero 15. libro 1. Decius in cons. 35. eod. i. pen. in l. 1. vltim. 4. C. qui admitti. Afflict. de off. col. vltim. & apertius Alciat. de presump. regul. 6. presump. 10. numer. 5. verfic. nisi præterierit. & Crauer. in tracta. de antiqu. tempor. in prima particula primæ partis principalis. numero 35. & Octauius Simonc. in d. tract. de decretis. lib. 3. tit. 7. num. 34. Quibus constat hanc esse receptissimam sententiam. etsi ab ea dissentiat Crot. in d. l. sciendum. num. 9.

Declaratur primò hic casus, quod vt locum non habeat, quando vna partium negauit solemnitatem hanc hoc in decreto interuenisse, vt respondit Alex. in cons. 9. lib. 3. quem secuti sunt Afflict. in decis. 345. nu. 5. Anton. Gomez. de contractibus. cap. 11. num. 17. verfic. item adde. & Simonc. in d. tracta. de decretis. lib. 3. tit. 7. num. 35.

Declaratur secundo, vt non procedat hic casus, quando clarè apparet ex ipso actu non interuenisse hæc solemnitates, vt putà, quando in ipso actu seu instrumentum enunciatur solemnitates, quæ apparent minus legitimæ. Nam tunc non obstante cursu longissimi temporis, non presumitur pro ipso decreto. Ita in specie responderunt Alexandr. in cons. 1. col. pen. lib. 4. Socin. Jun. in cons. 56. num. 22. libro 2. Natta in cons. 162. numero 29. lib. 1. & Burlat. in cons. 23. numero 16. lib. 1. quos sic congeffit & secutus est Simonc. in d. sit. 7. num. 36. quo loci retulit & Crauer. in tracta. de antiq. tempo. parte serm. principali, in initio. numero 27. qui multorum auctoritate scripsit, quod presumptio solemnitatis extrinsecæ oriens ex cursu longissimi temporis cessat, quando ex ipsius actus inspectione apparet, solemnitatem ipsam non interuenisse. Quæ de re copiosius differemus infra libro 3. presump. 1. 32. Cum explicabi-

explicabimus presumptiones quæ versantur circa solemnitates extrinsecas. Et huc etiam pertinet, quod dicemus infra sequenti casu in sexta coniectura ex sententia Baldi in l. 2. q. vltim. ff. de iur. iur. causa aqua. cum dixi, ob vitium visibile in actu, cessare omnem presumptionem solemnitatis. Et hactenus sententiæ ea est ratio, quia presumptio cedit veritati, & contrariis probationibus eliditur, vt scripsimus supra. lib. 1.

Quintus est casus, quando agit de decreto, quod leuem causæ cognitionem requirit: & ambigitur an in eo presumatur adhibita solemnitates, quæ enunciatae fuerunt in ipso actu. Hoc in casu pro ipso decreto presumi in specie affirmat Alciatus in tract. de presump. reg. 3. presump. 10. numero 4. verfic. aut loquimur in decreto. ex sententia Aret. in cons. 36. numero 7. Ias. in l. qui in aliena. nu. 12. de acq. her. & in l. sciendum. nu. 20. de verb. obl. Verum Christophor. Castellioneus ibi. n. 20. dissentit.

Et ex his sequitur, quod quando solemnitates non sunt enunciatae in actu, quod non presumatur pro decreto. Ita Alciat. præcitato in loco. Et idem scripserunt per multi congesti ab Ant. Gabr. lib. 2. conclusionum in tit. de sententijs. conclus. 5. nu. 37.

Extenditur primò hic casus, vt locum habeat etiam quando ageretur ad alium effectum, quam ad sustinendam validitatem ipsius decreti: vt putà si ex decreto datus est curator alicui minori, deinde principaliter disputaretur de ætate illius. Nam adhuc presumptio est pro decreto. Ita Crauer. in tract. de antiquitate temporis, parte secunda in princip. numero 32. & 33. reiecta opinione Alexandr. in cons. 21. eod. i. lib. 2.

Extenditur secundo hic casus, vt procedat etiam quando solemnitates sunt enunciatae in genere, in ipso decreto. Ita Alciat. in d. presump. 10. numero 5. qui sic declarat Castrenf. in l. cum ij. §. si prætor. ff. de transact. & Alexandr. in cons. 80. numero 6. verfic. presumitur. libro 1. Et Alciatum secutus Antonius Gabriel libr. 3. conclus. tit. de sententijs. conclus. 5. nu. 42. & 43.

Declaratur primò prædicti omnes casus, in quibus pro decreto presumitur, vt locum non habeant, quod magis vrgens presumptio repugnaret, quæ quidem excluderet hanc presumptionem decreti. Ita Bald. in c. sicut. in fine. de re iudi. Imola in l. si quis cum aliter. eod. i. vltim. verfic. item aduerte. ff. de verbo. obliga. Aretinus in c. quoniam contra. eod. i. vltim. verfic. & quia superior. de probatio & ibid. Felin. col. 21. verfic. & intellige sanè. Alexan. in l. præterea. col. pen. verfic. tenet etiam Ludouicus ad l. Falcid. & in cons. 85. eod. i. 3. verfic. & bene facit libr. 2. Calcan. in cons. 25. num. 68. verfic. & licet. Paris. in cons. 98. eod. i. 3. verfic. & licet enim. & in cons. 100. eod. i. lib. 1. in cons. 12. nu. 59. lib. 2. & in cons. 85. nu. 40. lib. 3. Ant. Gab. in d. conclus. 5. nu. 35. Simonc. in d. tract. de decretis d. tit. 7. num. 51.

Ea est ratio, quia etsi satis vrgens sit hæc decreti presumptio: attamen admittit probationem in contrarium, non solum per probationes apertas, sed etiam per alias presumptiones, vt scripsit Speculat. in tit. de emptione, & venditione. §. nunc. videndum. verfic. & breuiter. gloss. in l. 1. C. de fide instrum. & iure hæc fiscal. lib. 10. & tradunt præcitati interpretes. Ita etiam à fortiori dicimus, quod etsi magna sit presumptio pro sententia iudicis lata inter contententes: attamen illa admittit probationes in contrarium, sumptas etiam ex alijs presumptionibus, vrgentioribus tamen: sicuti diximus superiore presumptione. Huius declarationis exemplum adferri potest, quando appareret de enormissima læsione. Nam tunc presumptio infurget valde vrgens, quod ille iudex vel magistratus non adhiberit diligentiam, & solènia requisita in interpositione decreti. Ita Castrenf. in cons. 163. eod. i. 2. verfic. nec obstat quod decretum. lib. 1. Corneus in cons. 124. eod. i. vltim. verfic. tamen. & in cons. 214. eod. i. penult. verfic. nec obstat. & in cons. 252. eod. i. 4. verfic. sed deueniendo, lib. 3. Ruinus in cons. 103. nu. 14. lib. 1. & in cons. 140. eod. i. penult. verfic. nec etiam. lib. 4. Purpuratus in l. pacta nouissima. col. pen. num. 73. C. de pactis. Parisius in cons. 85. numero 49. libro 1. Antonius Gabriel in dicta conclus. 5. n. 36. & Simonc. in d. tit. 7. nu. 52. qui eiusdem opinionis commemorat & Roland. à Valle in cons. 90. n. 25. lib. 1.

Idem etiam est, quando de enormi læsione tantummodo appareret: sicuti multis probat Panthaleon Cremen. in l. 2. numero 106. C. de rescind. vendi. quo loci ex multorum auctoritate scripsit decretum iudicis non impedire remedium d. l. 2. C. de rescind. vend. ex quo læsio probari potest, aduersus presumptionem decreti.

Alterà est itaque secunda coniectura, qua exemplificari potest hæc declaratio, quando scilicet appareret decretum quod fuisse præcipitanter interpositum. Nam tunc non presumitur, quod in decreto fuerint adhibita solemnitates. Ita respondit Ancharan. in cons. 72. V. is diligenter actis. Cum dixit,

non presumi pro eo decreto, quo datus est eodem tempore curator minori, & interposita auctoritas alienationi bonorum, & in cons. 83. V. is diligenter. Illum secutus est Alex. in cons. 217. nu. 7. lib. 2. in cons. 163. in fi. lib. 5. & in cons. 45. n. 5. li. 6. Castrenf. cons. 38. super eo. nu. 2. lib. 2. cum dixit, requiri temporis interuallum. Idem respondit Corneus in cons. 180. Videtur. Antonius Corfetus in singu. in verbo, minor. alciat. decretum. Corneus in cons. 98. num. 2. lib. 1. verfic. nec prædictis. Iason in l. nec quidquam. §. ubi decretum. num. 69. ff. de offi. Procons. & leg. & in l. 2. eod. i. C. de eden. idem in l. mandata. numero 8. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. & ibidem Purpur. num. 12. in l. cum ij. §. Prætor ait. numero 5. ff. de transactio. & in l. iudices. C. de iudi. Ruin. in cons. 107. nu. 14. lib. 1. Curt. Senir. in cons. 46. col. pen. Deci. in cons. 403. eod. i. Marfil. in l. qui cadem. num. 18. ff. ad l. Corne. de Sicar. in l. statuliber. n. 15. ff. de questio. & idem in Practica criminal. §. nunc videndum. num. 35. & in cons. 48. n. 31. Purpuratus in l. pacta nouissima. num. 72. C. de pactis. Parisius in cons. 98. num. 18. lib. 1. Neutz. an. in cons. 85. num. 4. Catellianus Costa in suis memorial. in verbo, Decretum. Alciatus in tract. de presump. reg. 3. presump. 10. numero 8. Rolan. in cons. 99. nu. 43. lib. 1. Rebuffus in commentariis ad concordata Regni Franciæ. sub rub. de conclusione Concilij Lateranensis. verfic. ex quo inferitur. Antonius Gabriel in dicta conclusione quinta. num. 34. & Simonc. in d. tract. de decretis. libr. 3. tit. 7. num. 47. Et huc pertinent quæ scripsimus superiore presump. in secundo casu, declaratione prima: Cum diximus non presumi pro solemnitate, nec pro iustitia sententiæ præcipitanter latae. Non hic repetam rationes ibi commemoratas, quæ & huc pertinent.

Tertia est coniectura, quod quando iam apparet iudicem non fuisse plenè & perfectè edoctum de negotio. Nam etsi tunc decretum fuerit interpositum post longum temporis interuallum: attamen ex quo constat iudicem non fuisse instructum, oritur coniectura, quod solemnitates adhibita non fuerint in ipso decreto. Ita probat. l. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10. & in specie Bald. in l. non enim aliter. nu. 3. ff. de adopt. & in cons. 375. lib. 3. Cum dixit, ob id non videri factam insinuationem donationis coram iudice, quando ei dictum non fuit, quid donabatur. Et Baldum secuti sunt Alcia. in d. reg. 3. presump. 10. num. 6. verfic. tertio non presumitur. Parisius in cons. 95. n. 29. & n. 35. li. 1. Simonc. in d. tit. 7. n. 49. His addo Castrenf. in cons. 38. super eod. col. 1. lib. 2. quin & Corneus in cons. 98. nu. 2. verfic. nec prædictis. lib. 1.

Quarta est coniectura quando decretum fuit subreptum, vel obreptum à iudice. hoc est, quando in impetratione decreti, fuit expressa falsa causa, vel suppressa causa vera. Nā tunc non presumitur pro decreto, quod solemnitates in eo interuenierint. Ita Bened. de Plumbin. in l. cum uerò. §. subuentum. ff. de fiducijs. lib. 1. Castrenf. in cons. 201. V. is & ponderatus. 1. Ioan. de Platea in l. 1. num. 5. C. de prædijs decur. li. 10. Romanus in cons. 335. circa primum. col. vlt. Corneus in cons. 132. in fi. li. 2. & in cons. 99. nu. 7. lib. 4. latè Neutz. in cons. 85. nu. 8. Riminal. Jun. in cons. 5. n. 162. li. 1. & Simonc. in d. tit. 7. nu. 48.

Quinta est coniectura, quando appareret iudicem eo tempore, quo adhiberi debuerunt solemnitates, fuisse impeditum. Nam tunc infurget presumptio, & coniectura, quod obseruatae adhibita non fuerint hæc solemnitates. Ita respondit Aret. in cons. 69. ver. præterea. Idem scripserunt Brun. in tract. de forma. pag. 84. col. 3. verfic. item, an in decreto. Ant. Gabr. in d. conclus. 5. nu. 23.

Sexta est coniectura, quando constat de manifesto errore atque ita vitio visibili. Nam tunc presumptio est, quod solemnitates adhibita non fuerint in interpositione decreti. Ita Bald. in l. 2. q. vltim. ff. ex noxa. causa agatur. quem secutus est Alcia. in d. tract. de presump. reg. 3. presump. 10. in fi. qui multis comprobatur. Nec hic repugnat, quod respondit Corne. in cons. pen. in fine. lib. 1. Cum dixit, in his, quæ sunt voluntarie iurisdictionis non presumi defectum solemnitatis ex ipsa inspectione actorum, quia adhiberi potuit solemnitas in alijs actis.

Verè enim Corneus malè respondit, sicuti scripsit Crauer. in tracta. de antiqu. tempo. in 2. parte. num. 54. & 55. quo loci, num. 56. ita pariter reiecit responsum Imolæ in cons. 98. eod. i. 3.

Septima est coniectura, quando decretum fuisset interpositum longè post, vel ante ipsum actum. Nam tunc non presumitur pro ipso decreto, quod scilicet interuenierint requisita solemnitates. Ita tradit Anton. Gabriel lib. 2. conclusionum. tit. de sententijs. conclus. 5. num. 41. ex sententia Alexandr. in l. sciendum. eod. i. verfic. tamen propter, de verb. obligat.

Octaua est coniectura, quando iudex ille, qui decretum interposuit, erat idiota & ignarus. Nam tunc verisimile non est, quod ipse obseruari fecerit solemnitates, quæ requiruntur, vt interponatur decretum. Ita tradunt Bartol. & Bald.

in l. iustores ff. de confirmat. ruto. Bald. in c. cum parati. colum. 1. vers. item licet omnia. & ibidem Præposit. num. 5. de appellatio. Arcinius in consi. 69. num. 4. vers. præterea, & apertius Alciat. in tract. de præsumptionibus. reg. 3. præsumpt. 10. num. 7. qui ita intelligit Innocen. & Hostien. in c. accedens. il primo, ut lite non contestata. idem sentit Abbas in c. nisi essent. numer. 7. de præben. dum præsupponit, quod iudex in interponendo hoc decreto debet esse providus & multum circumspectus. Si ergo idiotæ & ignarus harum solemnitate, pro eo non erit præsumendum. Idem aperte scripserunt Iason in l. pacta novissima. numero 9. vers. limita prædicta. C. de pactis. idem in rub. C. qui ad mitti. numero 7. vers. & tunc ego habeo. & in cap. 1. numero 8. vers. limita præfata, de iis qui feudum dare possunt. Claudius Seyfellius in l. sciendum. colum. ultim. nu. 3. vers. item & secundum. de verb. obligat. Pantaleon Cremen. in l. 2. num. 105. C. de rescind. vend. Petrus in l. singu. 57. in l. singu. 438. Bertrandus in consi. 226. colum. 3. vers. præterea à d. lib. 3. Purpura. in l. 1. numero 661. ff. de off. eius. Maranta in tractat. de ordine iudicio. parte 6. in actu 9. vers. iuramentum. num. 21. Neuiz in consi. 85. numero 7. Paris. in consi. 98. numero 21. libro 1. Duenas. in reg. 189. limit. 1. & 3. Anton. Gabriel lib. 2. conclu. titu. de senten. conclus. 5. num. 22. Rolandus in consi. 90. num. 47. libr. 1. Simoncell. in tract. de decretis lib. 3. tit. 7. nu. 39. Lancellotus Conradus in Templo omnium iudicum lib. 1. cap. 1. de Imperatore. s. 4. de præstantia & potentia Imperatoris. vers. 3. num. 20. His constat, hanc esse manirè receptam opinionem, & ob id ab ea non est recedendum, etsi dissentire vili sint Decius in l. pacta novissima. in secundo notab. C. de pactis. & ibidem Alcia. in verbo, maxi-

Nec obstat quod præsumendum sit, hos iudices scire iura, iuxta l. leges sacratissimas ff. de legib. & consequenter ea servare. Nam responderunt primò ex mente Arcini in d. l. sciendum. de verb. oblig. Cum dixit, quod solemnitas contractuum, quæ vnica est communi vsui gentium, præsumitur nota vnicuique, non tamen idem est in simplici solemnitate iuris civilis: quia illa non præsumitur cognita vnicuique, sed solum peritis. argum. cap. cum olim. de privileg. & doctrinæ Bartoli in l. 2. s. Diuus. ff. de iure fisci. Præterea & secundò respondit Alciatus in d. præsumpt. 10. numero 8. vers. potest etiam, quod iudicio quilibet præsumitur scire iura, quia tenetur ea scire per se, vel per alium, præsertim ad eundem vel consilium peritiores, & iuris Doctores, vt scribunt Balb. Salicet. Iason & Decius in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & differemus infra lib. 6. præsumpt. Nostro autem in casu non est verisimile, quod iudices idiotæ adire velint peritos, & Doctores, pro facto alieno, in quo requiritur impenfa, argum. l. c. de incendio. ff. de probatio. & l. vlt. C. de alim. pupillo præfata. Non etiam est verisimile ob id, quod vt plurimum ij idiotæ præterea & ignari tantum sibi tribuunt, vt opinatur neminem se peritiores, & propterea spernere solent alterius consilium.

Tertius est casus, quando præterea decretum fuit quidem interpositum à iudice, sed solus notarius iudice ipso non mandate afferuit, adhibitas fuisse solemnitates, antequam decretum interponeretur. Hoc in casu non præsumitur pro ipso decreto siue de leuib. siue de grauioribus causis agatur. Ita sentit Barr. in l. actor. num. 12. ff. rem ratam hab. vt eum intellexit Aret. in consi. 69. num. 2. in fin. Et apertius Caltr. in consi. 38. super eod. lib. 2. Marfi. in l. qui cedem. numero 13. ff. ad l. Cornel. de fcar. Decius in consi. 556. colum. 2. & clarius Rebuffus in commē tariis super concordata Regni Franciæ. vers. secundò infertur. 47 qui subiungit ex altorum sententia, sic non creditur tutori, vel curatori, dicenti ob æs alienum vendidisse bona pupilli vel minoris. Idem de assertione notarij scripsit Purpura. in l. pacta novissima. num. 71. C. de pactis.

Secundum est huius disputationis caput, in quo agendum est de præsumptione, quæ versatur circa iustitiam & rectitudinem decreti: quòd scilicet fuerit iuste adhibitum, atque interpositum. Quo quidem in capite vnus tantum casus constituitur, quando scilicet ambiguit de iustitia & rectitudine decreti, quòd magni est ponderis, in quo requiritur magna, & diligens causæ cognitio, & solemnitas: sicuti quando agitur de decreto interposito in alienationibus bonorum ecclesiæ vel minoris, & his similibus, vt diximus supra. Hoc in casu postquam apparet obseruatae necessitate solemnitates, & ipsum decretum fuisse à magistratu interpositum, pro ipsius decreti iustitia & rectitudine præsumitur. Ita Bald. in l. iuris gentium. s. quod ferè, in tertio notab. ff. de pactis. in l. cum ij. si Prætor. vers. item plus dicit. ff. de transactio. Idem visus est sentire ipse Bald. in l. 2. s. vltim. in fine. ff. si ex noxa. causa agatur. Non dissentiant ab hac opinione Bartolus, & alij quos recensere infra in secundo casu. Et aperte hanc sententiam firmarunt Romanus in l. sciendum. numero 66.

Extenditur primò hic casus, vt procedat etiam quando 49 leues solemnitates, & tenuis causæ cognitio requiritur,

vt tradunt Bartolus in l. actor. num. 12. ff. rem ratam hab. Alexand. in consi. 85. colum. 3. vers. & pro tali. lib. 2. & Corneus in consi. 69. numero 30. vers. item concurrat. libro primo. quos quidem & infra referam, cum agemus de effectu huius præsumptionis.

Extenditur secundò hic casus, vt locum etiam habeat in decreto iudicis, aliàs improbi & indiscreti. Nam adhuc pro iustitia & rectitudine ipsius decreti præsumitur, vt tradunt Bald. in cap. sicut. num. 3. de re iud. Iason in l. pacta novissima. numero 7. C. de pactis. & in c. 1. numero 9. de iis, qui feudum dare possunt. Antoni. Gabriel lib. 2. conclu. tit. de sententijs, conclus. 5. num. 12. Qua de re scripti alta his similia, superiore præsumptione.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat quando apparet adhibitam non fuisse causæ cognitionem. Nam tunc non præsumitur pro iustitia, & rectitudine decreti. Ita responderunt Castren. in consi. 38. super eod. col. 1. vers. in contrarium facit. lib. 2. F. edictus de Senis in consi. 147. col. 2. vers. possibile enim est. Imola in consi. 98. colum. 2. vers. nam regulari. Comens. in consi. 180. colum. 2. vers. & videtur probare. Barb. in consi. 6. colum. 3. & in consi. 41. colum. 3. vers. & sic posito, quod pater. libro quarto. Iason in l. nec quidquam. s. vbi decretum. nu. 70. vers. & secundo. de offi. Procōf. & legati. & in l. sed si hac. s. Prætor ait. in 1. nota. ff. de in ius vocan. & in l. pacta novissima. numero 7. vers. 2. limitetis. C. de pactis, Felinus in cap. ecclesie. sancte Mariae. col. 8. vers. 11. pro hac parte, de consi. Claudius de Seyfello in l. sciendum. colum. vlt. vers. & prædicta intellige. de verbo. oblig. Marfi. in l. qui cedem. col. 3. vers. & in hac materia. ff. ad l. Corne. de Sicut. & idem in practica crim. s. nunc videndum. colum. 7. vers. & idè dixit. Purpatus in l. pacta novissima. colum. vlt. vers. 2. limitetis, C. de pactis. Ferarius in cautela vlt. colum. 1. vers. nam per illa verba. Paris. in consi. 99. num. 9. lib. 1. Rebuffus in commentariis ad concordata Regni Franciæ, in rub. de conclusione Lateranensis Concilij. vers. 3. annullatur. Anton. Gabr. in d. conclus. 5. num. 26.

Et coniectura est probabilis ac satis vrgens, quòd causæ cognitio non fuerit adhibita, quando constat intra breuè tempus fuisse interpositum ipsum decretum. Nam quemadmodum ob temporis breuitatem, non præsumitur causæ cognitio adhibita in sententia, vt diximus superiore præsumptione, ita nec in hac ipsa decreti interpositione, sicuti supra hæc nostra præsumptione in secunda coniectura explicauimus.

Effectus permulti sunt qui ex hac ipsa præsumptione oriuntur. Et primus quidem est, quod vbi interpositum est decretum in alienationibus bonorum ecclesiæ, vel minoris præsumitur factum ad eorum vtilitatem. Ita Bald. in c. 1. in prin. cip. vers. & ego addo. de iis qui feudum dare possunt. & in cap. sicut. ad fi. de re iud. Alexand. in consi. 79. colum. 4. vers. fortificatur. lib. 1. Corneus in consi. 181. colum. 11. vers. quæ etiam præsumitur. lib. 2. Iason in l. pacta novissima. num. 8. C. de pactis. Decius in c. quoniam contra. nu. 42. de proba. Ant. Gabr. lib. 3. conclu. in tit. de sententijs, conclus. 5. nu. 2. & Octauius Simoncell. in tract. de decretis. lib. 3. tit. 7. nu. 44. His addo Tyraq. de retractu comment. ad fin. nu. 152. qui alios recenset, & Vantium in tract. de nullitat. in situ. à quo & quib. modis. num. 10.

Secundus est effectus huius decreti, quòd contractus ille censetur factus palam & bona fide. Ita tradunt Bartol. in l. frater à fratre. numer. 50. vers. 3. quæro. ff. de condic. indeb. Imola in l. 1. s. fuit quæsitum. colum. 3. ff. ad Treb. Alexand. in l. transactio. C. de transactio. Iason in l. pacta novissima. numero 9. vers. 4. facit. C. de pact. Rimaldus Iuni. in consi. 5. nu. 180. li. 1. & Octauius Simoncellus in tract. de decretis lib. 3. tit. 7. nu. 46. Et his accedunt Curtius Iunior in consi. 67. num. 3. in fi. & Alciat. in tract. de præsumptio. in regu. 1. præsum. 21. & probat. tex. l. vlt. vbi gloss. ff. quod. mer. causa.

Tertius est decreti effectus, qui à precedenti fluit, vt inde cesset præsumptio doli, metus vel fraudis. Ita scribit Bartol. in d. l. frater à fratre. numero 51. ff. de condic. indeb. idem in l. 1. C. de prædijs Decurio. lib. 10. Bald. in l. iubeamus. numero 2. C. ad Trebel. & in cap. 1. numero 14. de confirmat. utili vel inutili. Abbas in c. cum causa. colum. 2. vers. & vltiam, de emp. & vend. Castren. in consi. 174. contra superius conclusa. lib. 1. Alexand. de Neuo in consi. 30. num. 2. Parisius in consi. 39. numer. 15. lib. 4. Curtius Iun. in consi. 67. nu. 2. in fin. & in consi. 118. colum. 3. Natta in consi. 631. num. 26. lib. 3. Rolandus in consi. 90. numer. 11. lib. 1. Cephalus in consi. 207. numer. 16. libr. 2. Aemil. Ferrer. in consi. 43. num. 3. Rimio. Iun. in consi. 42. num. 56. & num. 81. libr. 1. Mantua in consi. 197. numero 1. libro 1. Danhouderus in patrocinio pupillorum. in titu. de tutorum, & curatorum munere, cap. 8. num. 41. & in subhast. compend. exeg. cap. 2. num. 28. Simoncell. in tractat. de decretis lib. 3. titu. 7. num. 45. Lancellot. Conrad. in templo omnium iudicum lib. 1. cap. 1. de Imperatore. cap. 4. de præstantia & potentia Imperatoris, vers. 3. num. 19.

Quartus

56 Quartus est huius decreti effectus, vt is cui tanquam minor decretus fuit curator, vel tutor, tanquam pupillo, talis præsumatur. Ita Bald. in l. iure nostro. s. propter licem. in quinto nota. ff. de testam. iudela. in l. cum te minore. colum. 2. vers. in terdum etas. C. de proba. & in consi. 66. col. 1. vers. quo ad vltimū. libr. 3. Purpatus in d. l. pacta novissima. numero 70. & alios recitat Simoncell. in d. tracta. de decretis lib. 3. titu. 7. num. 43. & copiosius differemus infra, & diximus supra de præsumptione ætatis.

57 Quintus est huius decreti effectus, quod is furiosus præsumatur, cui tanquam furioso suo decreto præter curatorem dedit. Ita responderunt Alexand. in consi. 85. colum. 3. vers. & pro tali decreto. libro 2. Corneus in consi. 69. numero 30. lib. 1. Anton. Gab. lib. 2. conclusionem. titu. de sententijs, conclusio 5. numero 3. & vberius dicemus infra. lib. 6. præsumpt. 44. vbi explicabimus signa & præsumptiones, quibus quis furiosus creditur.

PRÆSUMPT. LXXVI.

Arbitrorum sententiæ seu lauda quando ritè & rectè lata præsumantur.

SYMMARIA.

- 1 Arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt.
- 2 Lauda dicuntur sententiæ arbitrorum.
- 3 Laudi de rectitudine & iustitia semper præsumitur. Itaque maxime si arbitri sint summæ honestatis homines. numer. 4.
- 5 Bonus quilibet, & non ledere præsumitur.
- 6 Reductionem ad arbitrium boni viri petens, probare debet iniquitatem, & num. 23.
- 7 Laudo stare inanis intelligitur modo iuste laudetur.
- 8 Iudices ordinarios plerumque arbitris esse peritiores.
- 9 Laudo arbitri statueri, donec petita sit reductio, & eius probata iniquitas.
- 10 Arbitris electis partium consensu, eorum personæ censentur approbatæ, nec ipsi quid obici possunt, nisi adsit contraria coniectura.
- 11 Laudum arbitratoris rectum & iustum præsumitur eiusque ratio. num. 12.
- 13 Laudi natura est non vt feratur secundum iustitiam, sed secundum quod credit arbitrator partes debere acquiescere.
- 14 Arbitrator solum partium concordiam spectat, & potest dare alteri de iure alterius.
- 15 Arbitratoris pronuntiationem secundum æquitatem.
- 16 Aequitas ius humanum appellatur.
- 17 Fraus, dolus & malicia, in arbitratore non creditur adesse.
- 18 Laudum iustum præsumitur, etiam super eius nullitate, dubio pendente, vel si in iure specialis fundatum sit. num. 19.
- 20 Reductione ad arbitrium boni viri petita, pro laudo non præsumitur. num. 21. & 22.
- 24 Reductionem laudi petens arguendo dolum arbitratoris, prius de dolo contra ipsum agere debet, eumque ante rescissionem laudi probare.
- 25 Laudum reductione pendente non potest exequi.
- 26 Arbitrator cum ob temporis breuitatem de rei veritate cognoscere non potuit, cessat rectitudinis & iustitiæ præsumptio.
- 27 Arbitro excedente fines compromissi, laudi cessat præsumptio.
- 28 Laudum quo ad solemnitates & ordinem, non habet pro se præsumptionem, idque præsertim temporis breuitate accedente. num. 29.
- Nisi coniectura adsit, arbitratores satis de causa cognouisse, numer. 30.
- 31 Arbitratoribus probis & honestis quod de causa instructi fuerint, creditur, & præsertim si in laudo optime ac diligentissime narrent iura ipsarum partium. nu. 32.
- 43 Laudi pronuntiationi si partes presentes non contradicant, præsumitur de causa cognitum & omnes solemnitates interuenisse.
- 34 Laudo parendum est, si in compromisso partes nullis artibus renunciarint.
- 35 Laudo antiquo, ob temporis diuinitatem causæ cognitio adhibita præsumitur.
- 36 Antecedens videtur velle, qui cupit consequens.
- 1 Post præsumptiones, quæ versantur circa sententias iudicum, & eorum decreta dicendum est de præsumptionibus circa lauda, quæ arbitrorum sententiæ appellantur. Qua qui dem in re duos casus distinguo atque constituo.
- 2 Primus est, quando agitur de iustitia & rectitudine lau-

di. Hoc casu pro eo præsumitur. Ita Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de arbitr. s. sequitur. Dyn. in consi. 19. numero 15. Bal. in l. idem Pomponius. s. recepisse. & s. idem quæro. ff. de arbitr. in l. vnde si Nerua. ff. pro socio. & in l. vlt. colum. penult. vers. 11. quæro. C. de contrahen. emptio. & idem in consi. 8. Punctus questionis. in fine. lib. 3. Butr. in cap. in præsentia. colum. pen. vers. hæc omnia procedunt. de renuncia. in c. quoniam contra. col. 15. vers. nūquid autem, de probatio. & in cap. quinquauallis. col. 20. vers. sed est dubium, de iureiuran. idem in consi. 24. col. 1. vers. item, quia pro sententijs, & in consi. 32. nu. 2. Abbas in ca. quoniam contra. col. 13. vers. si circa præfata queritur, de probatio. & in consi. 64. col. 2. vers. his tamè non obstantibus, li. 1. Castren. in consi. 163. Proponitur in facto quod. col. 2. vers. sed in contrariū. li. 2. Cardinal. Zabarella. in consi. 139. col. 6. in secundo dubio. vers. pro parte autem fratru. Calderinus in consi. 5. col. 1. vers. & in hoc tenet. ius. de arbitr. & in consi. 10. in titu. de rerum permuta. Romanus in l. sciendum numero 61. vers. & in his infertur. de verb. oblig. Imol. in c. nisi essent. in 2. nota. de præben. Aret. in consi. 50. col. pen. vers. circa tertium. Præpos. in rub. de appell. col. 23. vers. tamen præsumptionem. Salicet. in l. si societatem. s. arbitratorum, col. vlt. vers. quæro 20. ff. pro socio. Alexand. in l. sciendum. num. 22. de verb. oblig. Imol. in c. 119. numero 13. lib. 4. & in consi. 43. col. 1. lib. 6. Corneus in consi. 221. col. 4. vers. quod videtur ex alio. li. 2. Iason in consi. 88. ad fin. vers. item aduertendum. lib. 1. Socin. Sen. in Authen. si quis in aliquo. nu. 14. C. de eden. & in consi. 82. n. 8. lib. 1. Fel. in c. quoniam contra. col. 20. vers. sexta conclusio. de proba. Decius in consi. 375. numero 1. Parisius in consi. 45. num. 98. & consi. 89. num. 8. lib. 1. & in consi. 24. num. 153. lib. 2. Antonius Gabriel in suis conclusionibus. lib. 2. titu. de sententijs. conclus. 5. nu. 14. & Crauet. in tract. de antiqui. tempo. in primâ parte, in septima parti. que incipit. Quid in libro officialis. num. 15. qui post Calder. vbi supra, inquit, multo magis procedere, quando præter arbitri sunt summæ honestatis homines. Quæ sanè receptissima sententia satis manifestè probatur in l. 1. de lega. 2. vbi lex præsumit arbitrum pro viribus patrimonij competentem & sine mora iudicaturum. Idem clarè probat text. l. vnde si Nerua. l. sequen. ff. pro socio. ibi, arbitrium pro parte tenet, vt manifesta eius iniquitas appareat. Nisi ergo manifesta sit iniquitas, pro laudo ipso præsumitur. exemplum afferitur in l. subsequenti, que incipit, Quid enim, vt si arbiter declarauit, vnum ex socijs consequi lucrum pro vna millesima: alterum verò socium pro duabus millesimis, non ex hoc statim est iudicandum iniquum: Cum iusta subesse potuerit causa quæ mouit arbitrum ad ita declarandum, & laudandum: nempe maior industria & maior opera vnus, quam alterius socij, iuxta l. si societatem mecum. & l. si non fueris. ff. pro socio. Bandem sententiam probat text. in c. nisi essent, de præben. de quo statim dicemus. Et accedit quod quilibet præsumitur bonus, & quod nemo lædat. c. vlt. de præsumpt. & delictum non præsumitur, l. merito. ff. pro socio. & suo loco dicemus. Est ergo præsumendum quod arbiter iuste iudicauerit. Et rursus facit quod arbitria redacta sunt instar iudiciorum, l. 1. ff. de arbitr. In iudicijs autem præsumitur pro rectitudine sententiæ iudicis, vt diximus supra. Præsumi ergo debet pro sententiâ seu laudo arbitri. Et demum confert, quod ille, qui petit reductionem præter arbitrium boni viri, probare debet laudi iniquitatem, vt statim dicemus. Ergo præsumptio est pro ipso laudo: alioqui necesse nõ haberet probare iniquitatem illam. Nec obstat quod scribit Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 12. num. 7. id contingere propter pactum compromittentium. Nam responderunt, pactum esse, vt iuste pronunciet, cap. quinquauallis. de iureiuran. vbi is, qui iurauit stare laudo, intelligitur, modo iuste laudetur. Quocirca ille qui asserit non fuisse obseruatum pactum, sicque ille, qui dicit minus rectè fuisse iudicatum, probare id debet.

His intelligimus, malè sensisse Butrium in consi. 24. numero 6. propè medium. Alexan. in consi. 119. in fin. lib. 2. & Alciatum in tract. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 12. num. 2. Cum negarunt præsumi pro iustitia rectitudineque laudi. Primò ea ratione motus est Alciatus, quòd cum iudices ordinarij sint peritiores ipsis arbitris, qui aliquando idiotæ & ignari eliguntur, non est plus præsumendum pro ipis, quam pro iudicibus. argum. l. vltim. vers. sed ne quis ita effuse. C. vbi & apud quem in integr. resti. postula. Pro iudice autem non præsumitur, quando est appellatum. Ergo nec pro laudo, petita reductione ad arbitrium boni viri. Verum responderunt, minorem illam argumenti positionem, non ita absolute esse intelligendam, quòd scilicet petita reductione ad arbitrium boni viri, non præsumatur pro laudo. Sed intelligitur solum quoad aliquos effectus, vt infra dicemus. Quo autem ad effectum derogandi ipsius laudi iniustitiam, pro ipso laudo præsumitur, & ideo is, qui reductionem petit, iniquitatem probare debet.

Secundò argumentatur Alciat. quod quando prohibetur

alienatio, prohibetur etiam compromissum. *c. cum tempore, de arbit. vbi Butr. & Abb. Et tamen si præsumeretur pro arbitro, videretur permittendum compromissum, non concessa alienatione in casu licito. Vnde (ait Alciat.) videmus, quod sicuti procurator generalis, non potest donare & inutiliter distrahere bona & res domini; ita nec potest compromittere, cap. per tuas, de arbitris. Bartol. in l. mandato, ff. de procuratorib. & Alexand. in l. transactionis. C. de transactione. Et tamen (inquit Alciatus) apparet, quod si præsumeretur pro iustitia laudi, videretur istud permittendum, nec annullaretur laudum ab initio. Sed ex postfacto tantum probata iniustitia, quod falsum est. Hæc Alciati argumentatio mihi non probatur: non enim video quam bene concludat. Nam supponendi sunt termini habiles, cum aliqua de re disputamus. *c. i. de etate & quid. Est ergo præsupponendum, quod compromissum fieri poterit, & quod etiam poterit ferri laudum. Et solum est contentio, an laudum illud fuerit iuste vel iniuste prolaturum. Et præsumendum est, fuisse iuste prolaturum.**

Tertio adducit Alciat. text. *l. proferre. §. stari ff. de arbitris, vbi statur laudo arbitri, non quod pro eo præsumatur, sed metu poenæ. Respondetur, laudo arbitri stari, donec petita sit reductio ad viri boni arbitrium, qua petitione facta, is qui eam petit, probare debet laudi iniquitatem, qua non detecta, pro ipsius laudi iustitia præsumitur.*

Quarto citat Alciatus in contrarium. *d. c. nisi essent, de præben. vbi pro laudo illo præsumitur, ob personarum qualitates: quia arbitri, vel arbitratores illi erant providi & honesti, & eorum ordinatio fuerat ab utraque partium recepta & approbata. Vnde innuit textus (inquit Alciat.) quod his qualitatibus non concurrentibus pro eo laudo non præsumitur. Respondetur quod cum arbitri & arbitratores eligantur partium consensu, eorum personæ censentur approbare, & propterea nil ea de causa contra laudum ab eis prolatum obici potest. *argum. l. si quis testibus. C. de testibus. Quod intelligitur, nisi aliqua adsit contraria coniectura, sicuti extabant in casu d. c. nisi essent, vt significant verba posita in initio illius canonis, ibi propter exempli perniciem. Et interpretatorem hanc à fortiori confirmat, quod diximus supra. præsumpt. 31. in 2. casu in 5. extensione. pro iudicis alioqui indidiceti & improbi sententia præsumi, ex multorum auctoritate & præsertim Alciati in tractat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. numero sexto, qui tamen intelligit in contrarium, nisi adsit aliqua coniectura iniustitiæ, in ea causa commissæ.**

Extenditur primo recepta hæc opinio, vt locum habeat etiam in laudo arbitratoris. Ita in specie affirmarunt Calderi. in consil. 5. colum. 1. vers. & in hoc tenore, tit. de arbitris. Abbas in consil. 64. colum. 2. vers. sed his non obstantibus lib. 1. Preposit. in rubr. de appella. colum. 23. vers. tamen præsumptionem. Felin. in c. quoniam contra. colum. 20. vers. sexta conclusio, de probatio. & abid. Decius nu. 41. testatur communem. Et horum traditio sulcitur eisdem argumentis & iuribus, quibus & præcedens regula de arbitro. Et maxime probat text. in d. c. nisi essent, de præben. Præterea multo magis locum habere existimo hanc præsumptionem laudi arbitratoris, quam illam laudi arbitri. Quandoquidem eligi solent arbitratores summe probi, veritatis & æquitatis amatores. Et ideo i ex bono & æquo iudicare consueverunt, vt scripti in consil. 202. numero 19. libro 3.

Non obstat nunc argumenta Alciati, qui in d. præsumpt. 12. numero 2. contrariam opinionem post Butr. in consil. 24. numero 6. prope medium, probavit. Ea ratione motus est Alciatus, quia si laudi natura non est, vt feratur secundum iustitiam, sed secundum quod arbitrator credit verisimiliter partes debere acquiescere. Cum arbitrator si solum ipsam partium concordiam spectare soleat, & potest dare alteri aliquid de iure alterius, vt docuit Bart. in l. si de meis, ff. de arbit. & in l. si societatem §. arbitrorum, nume. 14. ff. pro socio. Vnde cum de natura talis actus sit, vt proprie non feratur laudum de iure, sequitur dicendum non debere præsumi, argumen. l. si vno, ff. locati. & l. si stipulatus, ff. de usuris. Verum respondetur, quod etsi arbitratores possint pronuntiare, vt sibi visum erit, non inspecto ipso iure scripto, & secundum eius rigorem, attamen pronuntiant si secundum æquitatem, atque ita secundum humaniorem iustitiam. Aequitas enim si ius humanius appellatur, vt scribitur Doctores in l. placuit. C. de iudic. Vnum hoc est, quod in arbitratore non creditur adesse

dolus, nec malicia, frausve aliqua. Et propterea præsumitur, quod iuste secundum veritatem pronuntiet. Non etiam repugnat text. cap. nisi essent, de præben. ab Alciat. adductus: quia ex dictis supra iam constat probare contrarium. Extenditur secundo, vt locum habeat hæc præsumptio

vt procedat etiam pendente si dubio super nullitate laudi. Nam adhuc pro eius iustitia præsumitur. Ita Butri. in consil. 32. num. 2. & Anton. Gabr. in suis consil. 2. tit. de sent. conc. 5. num. 17.

Extenditur tertio, vt procedat etiam quando in si iure speciali fundatum esset laudum. Nam adhuc præsumitur de eundem illud ius prolaturum. Ita scriptis Lucas de Pen. in l. 3. in 77. præsumpt. C. de apoch. publi. 10. cum dixit, præsumi eum, in cuius arbitrium aliquid fuit collatum ita arbitri, ne suum illud arbitrium repugnet speciali iuris dispositioni, ex l. i. ff. si quis causio. l. 1. ff. de usur. & l. quamquam, ff. de ritu nupt.

Declaratur primo, vt non procedat hæc præsumptio, si cum petita est reductio ad arbitrium boni viri. Nam ea pendente non præsumitur pro laudo. Ita Butr. in c. presentia, colum. pen. vers. hæc omnino procedunt, de renim. in c. quoniam contra, colum. 15. vers. sed nunquid, de probat. & in c. cum ad sedem, colum. ultim. vers. ex hoc deciditur, de restitut. spol. Abb. in d. c. quoniam contra. col. 13. vers. circa præfata. Rom. in l. scientum, numero 61. de verb. oblig. & ibid. Alexan. colum. quinta, vers. sed adverte quia. Dyn. & idem Alexand. in consil. 119. in lib. 2. & in consil. 43. num. 7. lib. 6. Ias. in consil. 88. col. ult. vers. item adverte, lib. 1. Curt. Sen. in consil. 23. in fin. & Paris. in consil. 45. n. 98. lib. 1.

Cæterum ab hac traditione dissentiunt Fel. in d. c. quoniam contra, numero 37. vers. secundo adverte, & ibid. Deci. numero 41. vers. secundo limitatur, de probat. post Calderi. & Zabarel. quos commemorat. Existimo has opiniones posse conciliari, vt dicamus, quod quoad aliquos effectus adhuc præsumptio sit pro ipso laudo, pendente reductioe hac. Et primus est effectus, quod is, qui petit reductionem hanc, probare debet ipsius laudi iniquitatem. Ita Dyn. in consil. 19. numero 15. Io. Andr. & Bald. in addit. ad Spec. in tit. de arbit. §. sequitur. idem Bald. in l. nec quidquam. §. vbi decretum, num. 7. ff. de offic. procons. & lega. & in l. si de meis, ff. de arbit. Imol. in c. presentia, de renuncia. Alexan. in consil. 43. num. 4. lib. 6. Ita verè hoc in casu loquuntur Felin. & Deci. in d. c. quoniam contra. Et hic aduertendum est, quod is, qui petit reductionem ad arbitrium boni viri, arguendo dolum arbitratoris, prius argere debet si de dolo contra ipsum arbitratorum, atque ita dolum ipsum probare, deinde petere laudi rescissionem. Ita egregie post multos scripsit Curt. Iun. in l. si ex falsis, num. 3. C. de transact. & in consil. 179. in fin. Quod est annotandum ad declarationem statuti Papiensi. 25. in civilib. sub Rubric. de compromissis. Quo vero ad reliqua, non præsumitur pro ipso laudo. Non enim pendente ipsa reductioe, exequi illud potest. Bald. in l. tale pactum. §. qui procuravit, colum. ult. ff. de pact. Abb. in c. Quintanalis, numero 41. de iure. Soc. Sen. in consil. 27. col. pe. lib. 4. Franc. in c. dilecto, num. 39. de app. & Boer. in q. 284. num. 24. & 26. Et cetera maxime nostram Alex. in consil. 119. num. 17. lib. 2. & in consil. 43. num. 9. lib. 6. Et simili distinctione vsus sum supra in præsumpt. 31. dum explicavi certis casibus, præsumi pro sententia, etiam interposita appellatione.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando ob temporis breuitatem non potuit arbiter de rei veritate cognoscere. Nam tunc cessat præsumptio rectitudinis, & iustitiæ. Ita Bald. in l. prolatam, colum. vltima, versicul. querit hic Butriga. Cod. de sentent. & interloc. omn. iudic. Abb. in c. Quintanalis, colum. vlt. vers. sed ad præcedentia, de iurim. Felin. in c. ecclesie B. Marie, colum. 8. vers. decimotertio, de consil. Dec. in l. 2. num. 36. C. de eden. & in c. venerabilis, colum. 5. vers. & idem de laudo, de excep. & Anton. Gabr. in suis consil. lib. 2. tit. de sent. conclusi. 6. nu. 9. Que tamen declaratio cessat in casibus, quos infra explicabimus.

Declaratur tertio, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando si arbiter excessit fines compromissi. Ita Ang. in 17. consil. 298. vija narratione. quem sequutus est Alci. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 12. n. 8.

Secundus est casus huius disputationis, cum agitur si de solemnitatibus & ordine ipsius laudi. Hoc in casu regula est est in contrarium, nempe pro laudo non præsumi. Ita Præposit. in Rub. de appella. num. 70. vers. tamen præsumptionem, etsi dissentiat, & malè Comens. in consil. 50. colum. vltim. vers. quamuis enim. Blanc. in tracta. de compromissis, in quest. nona princip. de sentent. & ear. effect. in fine. qui post alios & hoc scripsit, non præsumi compromissum enunciatum in laudo præcessisse. Et hæc quidem præsumptio multo magis cessat, si quando ob temporis breuitatem de causa cognosci non potuit. Ita Bald. in d. l. prolatam, colum. vltim. vers. querit hic Butriga. C. de sentent. & interloc. omn. iudic. & alij quos superiore casu in secunda declaratione commemoravi.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat, quando

30 do non aliqua extat si coniectura, quæ suadet arbitros, vel arbitratores satis de causa cognouisse, sicuti contingit, quando causa iam instructa coram primis arbitris eorum loco secundi successerunt, qui deinde reassumptis actis iam factis coram suis antecessoribus, laudum tulerunt, & præsertim si eo in loco asseruerunt, se plenè de causa instructos fuisse. Ita respondit Socin. Sen. in consil. 121. colum. 3. vers. sed præmissis non obstantibus, lib. 3. qui etiam dixit, se plures vidisse arbitratores discutere iura partium, & quando videbant posse eos componere, curabant fieri compromissum, & immediate pronuntiabant laudum Vnde (inquit Socin.) dicere non poterat laudum sine causæ cognitione prolaturum. Idem Socin. Sen. in consil. 66. col. 2. vers. secundo, quia arbitri, lib. 4. Et hoc maxime procedit, quando arbitri, vel arbitratores sunt viri summe probitatis & honestatis. Nam horum si assertioni, quod fuerunt instructi & edocti de causa fides adhibetur. Ita Socin. præcitato in consil. 121. colum. 3. lib. 3. Idem censuit Card. Zabarel. in consil. 139. factum tale est, colum. 4. vers. secundo quia, & consil. seq. colum. 2. Imò dixit Soc. quod licet ob temporis breuitatem præsumatur pronuntiatum causa non cognita attamen hoc cessat in laudo prolato à viris honestis, & prouidis. Et tantò magis, cum habuerunt facultatem procedendi sine scriptis, iuxta traditionem Barto. in Auth. nisi breuiore, in fi. C. de sent. & interloc. omn. iud. & Comens. in consil. 162. colum. 2. Idem quando causa est leuis momenti. Ita Blanc. in tracta. de compromissis, q. 9. princip. de sentent. & earum effectum, num. 29. vers. crederem sic esse. Potest etiam considerari altera coniectura, vt

31 est, quando ipsi arbitri, vel arbitratores suo in laudo si optimè ac diligentissime narrant iura ipsarum partium & singulatum controuersiarum capita determinant. Nam hic insurgit præsumptio, quod instructi fuerint, & de causa cognouerint. Ita respondit Item Socin. in d. consil. 121. colum. 4. vers. prætereà ipsæmet partes, lib. 3.

Declaratur secundo, vt locum non habeat, quando partes ipsæ fuerunt præsentis si pronuntiationi laudi, & non contraxerunt. Nam tunc præsumitur cognitum de causa, & omnnes solemnitates fuisse adhibitas, quia alioqui contradixissent. Ita Bald. in l. prolatam, in fin. C. de sentent. & interloc. omn. iud. Roma. in l. scientum, num. 70. de verb. oblig. & ibid. Aret. in fi. ac Claud. Seyfell. Felin. in c. quoniam contra, num. 37. de probat. Socin. Sen. in consil. 61. colum. 1. vers. tamen ex duobus lib. 4. Ruin. in consil. 135. colum. vltim. vers. non obstat, postremò, lib. 5. & copiosè Blanc. in tract. de compromissis, in quest. 9. principal. de sententis, & earum effectum, colum. pen. vers. secundo casu. qui affirmat, quod si in laudo sit mentio compromissi, de quo non apparet, attamen præsumitur intercessisse, ob præsentiam partium.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando si iam ipsæ partes in compromisso renunciarunt nullitatibus. Nam tunc laudo parendum est: nec allegari potest præsumptio ipsa laudi. Ita Bartol. in l. vbi pactum. C. de transact. Angel. in consil. 200. A. & B. contraxerunt. Alexand. in consil. 22. numero 5. lib. 2. & apertius Alciatus in tract. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 12. in fin. qui dixit, & rectè, hoc præuenire ex iplo compromisso, in quo promissum est, stari laudo, non ex præsumptio.

Declaratur quarto, vt locum non habeat in laudo si antiquo. Nam ob temporis antiquitatem præsumitur adhibita causæ cognitio & ritè prolaturum. Ita in specie affirmarunt Felin. in c. scis, num. 41. de re iud. Grat. in consil. 133. num. 8. lib. 2. & M. Ant. Blanc. in tract. de compromissis, q. 9. princip. de sent. & ear. effect. numer. 100. vers. contrarium quod immò, reiecta opinione Soci. Sen. in Auth. quis in aliquo, col. 1. C. de eden. qui post Io. de monte Sperello, aliter scripsit. Et ij quidem scripserunt, quod propter temporis antiquitatem præsumitur compromissum, de quo non apparet, nisi ex simplici relatione facta in laudo subiungitur etiam Blanc. vbi supr. in vers. tertio casu, quod etiam præsumitur compromissum in laudo de recenti prolato, & absente parte aduersus eum, qui porrexit petitionem, & petit coram illo arbitro aduersarium suum condemnari. Nam ex hoc videretur elegisse illum in arbitrum: cum aliàs condemnare non posset. Qui tamen vult consequens, videretur velle etiam antecessores, ad rem mobilem, & ad legatum, ff. de procur. Præterea, facta petitione, eaque per arbitrum admissa, dicitur ille arbiter acceptasse compromissum: quod magis patet ex laudo deinde subsécuto. Ita Ancharan. in consil. 262.

PRÆSUMPT. LXXVII.

Vtrum tanquam arbiter, vel tanquam arbitrator de causa compromissa cognouerit, laudumque tulerit is, in quem fuit compromissum, explicatur.

- 1 Compromisso facto in aliquem tanquam arbitrum, & arbitratores præsumi tanquam arbitratores eum cognouisse, & que sit ratio, num. 2.
- 2 Alij vero tanquam arbitrum eum cognouisse, num. 3.
- 3 Alij demum tanquam arbitrum, & arbitratores, nu. 5.
- 4 Diversa est opinio Alciati, num. 6.
- 4 Arbitri sententia potentior est, & citius sortitur effectum, quam arbitratoris.
- 7 Arbitrator de iure procedere tenetur.
- 8 Arbitrator potest auferre de iure alterius.
- 9 Compromittens in aduersarium, censetur compromisisse tanquam in arbitratores.
- 10 Laudum ab arbitratoribus lacum non præsumitur, cum tanquam ab eo latum valere non possit aut sustineri.
- 11 Arbitrator sententiam condemnatoriam, non expressa quantitate, ferre non potest, nec ex post facto sententiam emendare.
- 12 Arbitramenta sub conditione resolutiua ferri possunt.

Postquam dicere cepimus de præsumptionibus, quæ versantur circa arbitrum, & arbitratorum lauda, libet hic appingere hanc disputationem. Dubitari equidem solet, vtrum tanquam arbiter vel tanquam arbitrator de causa compromissa cognouerit, laudumque tulerit, in is quem fuit compromissum: vt si si compromissum sit in aliquem tanquam in arbitrum, & arbitratores: & is pronunciauerit in hæc verba: Nos arbiter, & arbitratores: an pronunciauerit tanquam arbiter, vel tanquam arbitrator? Hac in re sunt opiniones: Vna fuit eorum, qui scripserunt præsumi cognouisse, & iudicasse tanquam arbitratores. Ita Bald. in l. seruus plurimum, §. vlt. de lega. 1. & in l. codicillum. C. de testam. Angel. in sua disputatione duo ad inuicem, in fin. secundæ conclusi. qui dixit ita in foro seruari. Aretin. in l. nemo potest, num. 12. de lega. 1. Alexand. in consil. 13. num. 6. lib. 1. & communem esse opinionem asseruit Felin. in c. cum ex officio, num. 12. in fin. & num. 52. de præscript. Eandem probatur Ruin. in consil. 161. num. 7. lib. 4. Galliaul. in l. Centurio, num. 136. ff. de vulg. & pup. substitui. Et ij quidem ea solida ratione moti sunt, quod hoc æquius est, vt si peti possit reductio ad arbitrium boni viri: Id quod fauorabile est, vt euellatur omnis iniquitas. Altera fuit opinio, quod si tanquam arbiter pronunciauerit. Ita sibi parum constantes Bald. in l. 3. ff. de testa. milit. & Alex. in l. si seruus plurimum, §. vlt. de leg. 1. Hac ratione vsi sunt, quod sententia arbitri est potentior. Et versus arbitri sententia citius sortitur effectum, l. cum ante. C. de recep. arbi. ergo pro ea præsumi debet. Verum facile responderi potest secundum Felin. in d. c. cum ex officio, num. 32. dum declarat d. l. 3. ff. de testam. milit. Tertia fuit opinio Abb. in c. nisi essent, de præben. præsumi si cognouisse, & iudicasse tanquam arbitrum, & tanquam arbitratores, ex quo vtriusque personam sustinere potuit. Non est vera hæc opinio, quia potest quidem sustinere vtramque personam ab initio, sed debet eligere ex qua procedere velit.

Quarta fuit opinio si Alciati in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 35. num. 10. ita distinguens: Aut pars quæ reclamat, asserit se lesam, & grauatum: & tunc si conceditur (ita credo dicere voluisse Alcia) reductio ad arbitrium boni viri, dicendum est illum iudicasse tanquam arbitratores, ex quo si arbiter teneretur procedere de iure: arbitrator verò si potest auferre aliquid de iure alterius l. si de meis, ff. de arbit. sed permissa est reductio ad arbitrium boni viri. Hoc in casu (ait Alciat.) procedit prima opinio, quæ probatur secundum eum, in c. nisi essent, de præben. Aut apparebit (subiungit Alciat.) non fuisse grauatum, & tunc censetur iudicasse vt arbitrum. Hoc casu (ait Alciat.) procedit secunda opinio. Atque ita ex post facto cognoscetur, qua potestate vsus ille sit. Hæc conciliatio est valde dubia. Nam supponamus, quod statim lato laudo isto, vnus compromittentum dicat se læsum, & petat reductionem ad viri boni arbitrium: Alter vero contendat locum non fore huic reductioni, id quod ab arbitro, non autem ab arbitratoribus fuit de causa cognitum, & iudicatum. Hoc certe in dubio ex post facto cognosci non potest, quo modo cognouerit, & iudicauerit. Retinenda itaque est prima illa opinio magis recepta. Quæ quidem maxime procedit, quando colligitur ex qualitate personæ, in quam sit compromissum illum electum fuisse tanquam arbitratores, vt est in casu, de quo scripsit Bald. in c. 1. §. inter pares, de lege Corrad. quem secutus est Alciat. in d. præsumpt. 35. in fin. dixit Bald. quod si quis compromissum in aduersarium suum, censetur compromisisse in eum tanquam in arbitratores: cum non præsumatur velle litigare, dum se ponit in manibus aduersarij. Nam videretur eum elegisse tanquam amicum, non autem tanquam litis disceptatorem, argu. l. creditor, §. pen. ff. mand. Est etiam vsus alia ratione Bald. de qua mox dicam.

- 10 Declaratur hæc ratio, vt locum non habeat, quando t laudum sustinere ac valere non possit tanquam latum ab arbitratore. Nam tunc præsumitur illum cognouisse, & iudicasse tanquam arbitrum. Ita e contra, quando non valeret tanquam latum ab arbitro, sumetur interpretatio quod is cognouit, & iudicauerit tanquam arbitror. Ita Bal. in l. 3. ff. de testam. milit. Felin. in c. cum officij numero 32. de præscrip. Alcia. in d. præsump. 35. num. 2. Qui subiungit, quod licet arbitri non potest ferre sententiam condemnatoriam, nõ expressa quantitate, ad quam condemnauit, nec possit ex post facto emendare sententiam, l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de arbitrar. & in specie respondit Butr. in consi. 50. Attamen si talis arbitri hodie condemnaret in ea quantitate, quam deinde subsequenti die declarasset, valeret laudam: & is censetur pronunciassse tanquam arbitror, ex quo t arbitramenta ferri possunt sub conditione resolutiua, vel suspensiua, vel alio modo, sicuti & contractus celebrari solent, & possunt, vt tradunt Anch. in consi. 208. Cardi. in consi. 31. Soc. Sen. in consi. 124. num. 3. lib. 1. & Dec. in c. præterea. l. 2. col. pen. de appell.

PRÆSUMPT. LXXVIII.

Notarius quis, & quando præsumatur, diligenter, & accuratè exponitur.

SVMARIA.

- 1 Notarius ad naturam iudicis propè accedit iudex, & dicitur chartularius.
- 2 Notarius nemo præsumitur.
- 3 Notarius in matricula Notariorum descriptus, talis ipse præsumitur.
- 4 Idem de familiari Cardinalis, mercatore, & scholari, cum pro matricula præsumatur, num. 4.
- 5 De qua autem id matricula accipiendum, num. 5. & 7.
- 6 Matricula est tanquam instrumentum, referens aliud cui non creditur, nisi constet de relato.
- 7 Notarius creandi facultas soli Principi est reseruata.
- 8 Notarius præsumitur, qui sciente, & patiente Principe, multo tempore se pro Notario gessit.
- 9 Instrumentum allatum ex remota regione, habens debitam & publicam formam, à Notario confectum præsumitur, & fidei facit.
- 10 Instrumentum antiquum excedens cursum centum annorum, præsumitur conscriptum à Notario.
- 11 Notarius præsumitur, qui multos annos fuit in quasi possessione, & actus notario conuenientes confecit.
- 12 Id autem quando procedat, nu. 13.
- 13 Notarius præsumitur, quia in instrumento ex alio loco allato, talis esse asseritur.

PROPE ad iudicis naturam accedit t Notarius, quem & chartularium iudicem aliquando appellare solemus què admodum sic eum appellat gloss. Bartol. Bald. & reliqui in l. 1. in princip. ff. de iudic. & alij multi, quos congregit Tyracuell. in tracta. de iure constituit. in 3. pars. limit. 30. numero 23. Cum itaque de munere, & officio Notarij aliqua dicturi simus, prius explicandum est, an Notarius quis, & quando præsumatur. Et pro regula constituendum est, neminem præsumi t Notarium. Ita tradunt Speculat. in tit. de instrumentorum editio. §. restat. numero 24. Oldra. in consi. 227. colum. 2. Anch. in consi. 217. colum. 2. Alex. in consi. 166.olum. 2. Soci. Seni. in consi. 23. colum. prima. lib. 1. Iaf. in l. Barbarius, numero 15. ff. de offic. prætor. Dec. in consi. 36. & in consi. 42. Masfil. in l. si quis ne questio. numero 138. ff. de questio. Boer. in quest. 36. numero 10. Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. numero 19. vers. sed quid si. & Crauet. in tracta. de antiquita. temp. in 1. part. tertie partis princip. numero 3. & in consi. 72. numero 2. in consi. 122. num. 16. & in consi. 150. num. 2. Non enim hæc dici potest qualitas natura cum ipso homine, & ob id non præsumitur: sic dicimus neminem præsumi clericum, vt explicabimus infra lib. 6. in præsump. 48.

Declaratur primo, vt locum non habeat, quando quis reperitur t descriptus in Matricula Notariorum. Nam tunc præsumitur & ipse Notarius. Ita Bald. in l. 2. ff. de offi. prætor. in l. 2. num. 11. C. de sensent. & interlo. omn. iudi. & idem in l. Scriptorios. C. de testam. milit. & ibid. Castrenf. & Dec. numero 19. Idem quoque affirmatur Speculat. in tit. de instrumentorum editio. §. restat. numero 24. Angel. in consi. 140. quidam Mathæus. numero 3. Roman. in l. in illa. ff. de verborum oblig. Iaf. in l. Barbarius, num. 56. qui communem esse opinionem testatur. §. de offi. prætor. Felin. in c. 1. numero 19. & ibidem Decius

nu. 18. ff. de fide instrum. & Afflict. in decis. 251. num. 3. & Soci. Iuni. in consi. 138. num. 3. lib. 3. Ita dicimus, Scholasticum præsumi eum, qui reperitur descriptus in matricula Scholarium. Bartol. in l. ult. C. de rebus credit. Paris. consi. 149. in fin. l. 4. & Alciat. in respons. 70. secundum antiquam impressionem Lugdunensem. sic respondit Paris. in consi. 136. num. 31. lib. 4. familiarem & commensalem Cardinalis aliquem esse, vel non esse, ex matricula familiarium præsumi. Ita quoque præsumitur mercator, qui in matricula mercatorum est descriptus. Soc. Iuni. in d. consi. 138. num. 12. libro 3. & Rip. in l. in illa. numero 32. de verborum oblig. Præsumitur enim pro t matricula. matriculam. C. de agen. in reb. vbi Bartol. & matricula probat aliquem esse ex numero eorum, qui matriculari debent. Bart. in l. perisionem. C. de aduoc. dimer. iud. Est simile quod dicimus ex libro æstimi, & C. rasti præsumi pro eo, qui est in eo descriptus, l. forma. §. 1. ff. de censib. & l. ult. C. de pr. minor. vbi Bart. & scribit Iaf. & reliqui in l. decem. §. decem. ff. de verborum oblig. & disse. emus infra lib. 6. præsumpt. 64. Et opinio nem hanc tecti sunt Bononientes, qui in l. 1. statutorum, Rub. de excep. §. si verè. statuerunt, satis probari aliquem esse Notarium, si descriptus appareat in matricula. Idem cauum est statuto Patavino sub Rubric. de citationib. §. quod quis sit Tabellio. Cæterum à prædicta opinione dissentiunt Martinus Sillimanus, quem refert, & sequitur eius discipulus Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de instrument. editio. §. restat. n. 24. in verbo, & scias. Alberti. in l. cum precib. C. de fide instrum. qui dixit, hanc opinionem esse de iure vtiorem. Eandem probant Innoc. & Butr. in c. 1. de fide instrum. Ita quoque hanc vtiorem esse scripsit Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. Conciliat has opiniones Alciat. ex sententia Butr. Alexã. & Felin. distinguendo duos casus.

Primus est, quando matricula fuit confecta auctoritate t eius, qui potuit creare Notarium. Hoc casu locum habet opinio illa prima, quam communem diximus, quod scilicet descriptus in matricula, præsumatur Notarius. Nam est matricula t est tanquam instrumentum referens aliud instrumentum, cui non creditur, nisi constet de ipso relato, Auth. si quis in aliquo. C. de eden. attamen quando relato est facta ab eo, qui potestatem habet conficiendi, ei creditur, etsi de relato non appareat: vt declarat Dec. in d. sub. §. in aliquo, in fi. & requiritur Mascard. in conclus. 1033. num. 6. & in conclus. 1093. num. 11.

Secundus est casus, quando matricula fuit t conscripta ab eo, qui non habet auctoritatem creandi Notarios. Hoc casu matricula non facit præsumptionem pro ipso descripto. Ita procedit secunda opinio. Est enim res hæc inter alios acta. Et ideo non facit præsumptionem, sed suspitionem quandam, vt à ribit Alcia. in d. præsumptio. 17. ex aliquorum traditione in l. 2. C. de edend. Hinc infert Alciatus in dicta præsumpt. 17. in fin. quod quamuis Notarij in aliqua ciuitate habeant collegium, & Notariorum matriculam, non tamen matricula illa probat aliquem esse Notarium, ex quo collegium illud caret auctoritate creandi Notarios: cum ea t sit facultas soli Principi reseruata, vt scribit Innocent. in cap. cum P. Tabellio, de fid. injuri. & Bar. in. nec. c. i. ff. de adoptio. Quod intelligo, nisi ipse Princeps illi collegio facultatem contulisset creandi Notarios, quemadmodum scio concessam collegio Notariorum Papiæ.

Declaratur secundo, vt non habeat locum, quando aliquis gessit se pro t Notario satis multo tempore, sciente, & patiente Principe, qui Notarios eo in loco creare solet. Hoc sanè in casu præsumitur ille, quod Notarius sit, & ab illo Principe creatus. Ita Butr. in d. c. 1. de fid. instr. Iaf. in l. qui in aliena. num. 160. ff. de acq. hæ. & eruditif. Cardinalis Albanus in Lucubrati ad Bart. in lect. l. Barbarius, num. 5. ff. de offic. prætor. & conferunt que scripsi supra in 7. præsumpt. in tertio casu. Secus vero, quando is Princeps non haberet facultatem creandi Notarios. Ita Ruinus in consi. 15. num. 7. lib. 2. simile est, quod dicimus, tutorem & curatorem præsumi eum, qui diu pro tali se gessit. Socin. Sen. consi. 153. colum. 2. lib. 2. & Crauet. in tracta. de antiq. tempor. in prima particula tertie partis princip. num. 37. qui quidem Crauet. idem de testamenti executoris scripsit, ex sententia Calcanet in con. 8. col. 4. & idem scripserunt Bald. in l. 1. C. de reb. alien. non alic. & Felin. in consi. 2. num. 22. Idem est in eo, qui pro clerico diu se gessit, vt dicam infra lib. 6. præsumpt. 76.

Declaratur tertio non procedere, quando ex remota t regione allatum fuit instrumentum habens debitam formam publicam, nec aliquid vitium in eo apparet, & nemo contradicit. Nam & tunc præsumitur Notarius, qui illud confecit: & ideo illi instrumentum adhibetur fides. Ita Abb. in d. c. 1. vers. vnum, de fide instr. & ibid. Dec. nu. 19. qui declarat. Cæterum Craue. in consi. 160. num. 2. scripsit, quod si nemo contradicit, abique alio adminiculo præsumitur ille Notarius.

Decla-

11 Declaratur quarto, vt instrumentum, t antiquum excedens cursum centum annorum, dicatur conscriptum à Notario, isque præsumatur talis ita affirmarunt. Bal. in Authen. quas actiones. colum. ult. C. de sacros. eccles. Alex. in consi. 101. col. 3. lib. 7. Soci. Sen. in consi. 187. col. 3. li. 2. Iaf. in l. Barbat. nu. 66. ff. de offi. prætor. Dec. in consi. 36. num. 1. & in c. 1. n. 25. vers. quid quid tamen sit. de fid. instrum. f. ff. & in decis. 251. in fi. Capella Tholot. in quest. 337. in fine. & alios nonnullos refert & sequitur Crauet. in consi. 374. in fi. Idem scripsit Didac. in libro pract. questio. cap. 21. num. 6. & vers. secundus est casus. Et his constat hanc esse receptam opinionem, etsi idem Craue. in tracta. de aut. temp. in 1. part. quartæ part. princip. num. 3. & num. 7. senserit, requiri aliquid aliud adminiculum, præter ipsam temporis antiquitatem.

Declaratur quinto, vt locum non habeat, quando hic qui asseritur Notarius, fuit t in quasi possessione aliquot annos, & multos actus Notario conuenientes confecit, vt quia recepit multa instrumenta. Hoc etiam casu præsumitur Notarius, tamen si quasi possessio non est multum antiqua. Ita Bal. in consi. 118. quia plenissime, colum. 2. lib. 3. & in l. 2. nu. 11. C. de sent. & interloct. omni. iudi. Requiritur tamen hoc in casu, quod plura instrumenta, vel actus publicos receperit: cum non sufficiant duo, vel tres. Ita Angel. in consi. 140. colum. 1. & Felin. in d. c. 1. num. 18. de fide instrum. Boer. in q. 36. num. 11. & Afflict. in decis. 251. num. 2. & scripsi in libro secundo de arbit. iudi. casu 161. numero 2. & Mascard. in conclus. 1092. num. 17. & 18. & num. 21. & num. 26. & prædicti declarant, non procedere, t quando esset contentio inter Notarium, & alium super titulo ipso principali Notariatus. Nam tunc quasi possessio non sufficit ad probandum ipsum titulum. Et hoc in casu sic possunt declarari statuta Bononiæ supra allegatum. §. sed si Notarius. & statutum Patavinum Rubr. de citationib. §. quod quis sit Tabellio.

Declaratur sexto, vt locum non habeat, quando t in instrumento ex alio loco allato, extant literæ testimoniales, quod is qui recepit illud instrumentum, est publicus Notarius. Hoc tunc casu præsumitur ita esse, & si fides adhibetur. Ita Imol. in d. c. 1. de fid. instrum. & ibidem Felin. num. 18. Et vltimo adeo ita comprobatur hodie videmus, vt dubitandum non sit, tamen si Dec. in d. c. 1. num. 19. scripserit iure non probari. Hanc quoque declarationem proouarunt Boer. in q. 154. num. 4. & Mascard. in conclus. 1093. num. 5. & 6. & 7. qui alia ad rem tradit.

PRÆSUMPT. LXXIX.

Notarius an & quando præsumatur iuste, & fideliter suum exercuisse officium.

SVMARIA.

- 1 Notarij pro rectitudine, & peritia præsumendum esse.
- 2 Notarius cum de omnibus rogatus esse debeat, præsumitur omnia paruum voluntate scripsisse.
- 3 Notarium aliquid ex suo capite scripsisse qui asserit, durioribus afficiur probationibus.
- 4 Clausulam codicillarem, & alias in testamento, censetur Notarius voluntate testatoris apposuisse.
- 5 Notario afferenti in instrumento fideiussionis à muliere factæ, se eam de beneficio S. C. Velleiani certiorasse, creditur. Item afferenti partes ita egisse, aut contraxisse, ex certa scientia, nu. 6. Vel quod dicta in vna parte instrumenti sint repetita in alia, nu. 7. Idem & de testibus, nu. 8. Item afferenti alios Notarios, qui secum instrumentum receperunt, rogatos fuisse, nu. 9. Atque etiam de sui ipsius proprio rogatu, nu. 10. Notario etiam idiota existente semper tamen pro ipso est præsumptio. Quamuis aliter scriptum sit, quam dictum, nu. 12. si tamen se statim corrigat, nu. 14. Nisi alias esset malus, nu. 13.
- 15 Notarij scriptura præuacet contradictioni testis in causa civilis, & quandoque etiam in causa criminali, nu. 16.
- 17 Notario de gestis coram se, non autem gestis à se creditur.
- 18 Notario de mandato sibi factò non creditur. Fallit quoad executionem ipsius commissionis, num. 19. Vel quando ex stylo curiæ, adhiberi solet fides Notario, n. 20.
- 21 Notario non creditur, quando aliter scriptum reperitur in originali, quam in authentico. Neque extra iurisdictionem eius, qui Notarium creauit, nu. 22.

DIXIMVS superiore præsumptione Notarium dici iudicem Cartularium, & propterea ad iudicis na-

turam proximè adeo accedit, vt quemadmodum pro rectitudine & bonitate iudicis præsumitur, sicuti explicabimus sup. in præsumpt. 49. sic & pro t Notarij rectitudine & peritia præsumendum est, l. si quis Decurio. C. de fals. c. ad audientiam, de præscrip. & docuit Bald. in l. imperator. l. lect. l. 1. ver. sed an poterit. ff. de stat. hom. Notarium posse corrigere errorem, quia ipse est auctor veritatis, & ideo pro eo præsumitur. Et Baldum secutus est Alcia. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. sic & Paris. in consi. 87. nu. 21. lib. 3. respondit, pro Notario magis præsumi, quam pro testibus, & alios ad rem tradit Mascard. in conclus. 1094. num. 1. & 2. Ita quoque dicimus præsumi Notarium esse sui officij peritum. gl. in §. item si scriptum, in Inst. de inuili. si. p. Corne. in consi. 495. lib. 1. Neuz. in consi. 28. num. 19. & Soc. Iuni. in consi. 161. n. 11. ver. præterea, lib. 1.

Hinc dicimus, quò cum Notarius ex t suo capite nihil substantiale, vel accidentale scribere possit in instrumento, sed de omnibus debeat esse rogatus, præsumitur quòd omnia scripta in ipso instrum. entis, fuerint voluntate partium scripta, Ita Bald. in l. errore. C. de test. Curt. Sen. in consilio 50. memoria, col. 58. vers. cum autem vltimo loco. & plures retuli in d. consi. 27. num. 131. Quocirca qui asserit, t Notarium aliquem ex suo capite scripsisse, durioribus probationibus afficitur, vt respondit Dec. in consi. 105. numero 4. Alcia. in d. præsumpt. 13. numero 2. quos secutus sum in consi. 37. nu. 134. & in l. 2. de arbit. iud. cas. 105. & idem scripsit Mascard. in d. conclus. 1094. num. 18.

Hinc intelligimus, veram esse sententiam illorum, qui dixerunt, clausulas t scriptas in testamento, vt codicillarem, & similes, à Notario censeri appositam voluntate ipsius testatoris, sic sanè aduersus Bartol. in l. a. num. 10. ff. de iure codic. affirmarunt tres & viginti Doctores, quos enumerari & secutus sum in d. consi. 37. num. 131. & ibi num. 135. & 136. confutari distinctionem Alciari, confluentibus differentiatione inter clausulas contractuum, & vltimarum voluntatum. Et quanquam in eodem consi. 37. num. 156. scripserim, multos secutos fuisse Bar. in d. l. 1. num. 10. de iure codic. nempe Barbarianum, Socinum Sen. Decium, Bertrandum, Ripam, Curtium Iuniorum, Socinum Iuni. Rubeum, & Grammaticum, attamen ibidem in col. vlt. scripsi, communem opinionem esse aduersus Bart. qua de re dicemus etiam infra lib. 4. in præsumpt. 84. vbi agemus de hac clausula codicillari.

Ita quoque dicimus, præsumi pro Notario, t qui asseruit in instrumento fideiussionis factæ à muliere, se eam certiorasse de beneficio S. C. Velleiani. Ita communem esse opinionem testatur Alciat. in d. præsumpt. 13. num. 5. quam ego ipse secutus sum in d. consi. 37. num. 145. Sic pariter præsumitur crediturque Notario t afferenti partes ita egisse & contraxisse, ex certa scientia: sicuti responderunt Iaf. in consi. 137. nu. 5. lib. 4. Soc. Sen. in consi. 40. colum. 4. lib. 1. & in consi. 244. colum. 5. lib. 2. Dec. in consi. 408. num. 4. & idem scripsit Alciat. in præsumpt. 13. numer. 4. & accedunt alij, quos secutus sum in consi. 37. numero 132. Ita pariter præsumitur pro Notario, eique fides adhibetur, quod t dicta in vna parte instrumenti, sint repetita in alia parte, vt scripsi in lib. 2. de arbit. iud. cas. 64. num. 5. Sic etiam creditur Notario, cum in instrumento scripsit, t testes fuisse specialiter vocatos & rogatos, vt responderunt Rui. in consi. 54. n. 7. lib. 3. & Paris. in consi. 61. n. 3. lib. 3.

Ita quoque creditur Notario t afferenti alios Notarios, qui vna secum receperunt instrumentum, rogatos fuisse, vt affirmarunt Rui. in consi. 13. nu. 26. lib. 2. Boer. in q. 35. col. ult. & Rolan. in consi. 44. n. 4. 2. lib. 1.

Imò creditur etiam ipsi Notario, t de suo proprio rogatu, quòd scilicet ipse fuerit rogatus recipere & conscribere ipsum instrumentum, vt aliorum auctoritate respondit Paris. in consi. 104. n. 72. lib. 1. & in consi. 27. num. 12. & in consi. 28. num. 52. lib. 2.

Extenditur primò, vt locum habeat etiam, si aliàs t Notarius esset persona idiota. Ita Alciat. in d. præsumpt. 2. num. 2. ex sententia Roma. in consi. 159. qui mōo in codice hoc non scripsit.

Extenditur secundo, vt locum non habeat hæc præsumptio, etiam si t reperitur aliter scriptum, quam dictum. Nam adhuc pro ipso Notario præsumitur, quòd scilicet nõ falso, sed per errorem scripserit. Ita tradunt Bart. in l. quoniam. §. 1. numero 3. ff. de hæred. instit. & in l. si librarius. ff. de regulis iuris. Anch. in consi. 285. num. 3. Comen. in consilio 135. col. 2. vers. ceterum non obstantib. Aret. in consi. 47. num. 3. Alex. in consi. 40. nu. 4. lib. 1. Barb. in consi. 29. colum. 3. lib. 1. Dec. in d. l. si librarius. in fi. in consi. 175. n. 5. Masfil. in l. 1. num. 9. C. ad l. Cornel. de fals. & in consilio 77. num. 12. Boer. q. 115. nu. 3. Gomez. in §. item si quis in fraudem, num. 25. in fi. Institus. de actio. & Grammatic. in decis. 60. nu. 7. Bossius in tractatu casuarum criminalium, tit. de falsis, numer. 56. & Mascard. in conclus. 1094. numero decimo septimo. & latius in conclus. 640.

Hæc tamen extensio intelligitur, nisi Notarius t iste alias 13

4 fuisse malus. Nam tunc in eo potius præsumitur dolus, quam error. ut scripsit Bal. in d. l. quous. §. 1. ff. de hered. insti. Ita quoque dolus in eo præsumitur, quando omisit adhibere solemnitates, quæ ab eo & aliis, communiter solent adhiberi. Ita tradit Ale. at. in d. præsumpt. 13. nume. 9. Prædicta tamen declarantur, quando Notarius statim corripit errorem, antequam illi instrumentum tradidit partibus. Ita Soc. Sen. in conf. 98. num. 10. lib. 3.

Extenditur tertio, ut procedat etiam, quando testis examinatus in causa civili, contradicere. Notario, asserendo, se aliter deposuisse, & attestatum fuisse, quam fuerit scriptum. Nam adhuc pro Notario præsumitur, & idè prævalet eius scriptura contradictioni testis. Ita Soc. Sen. in conf. 98. num. 10. lib. 3. Idem Abb. in cap. cum causam. il. 1. & ibid. Fel. in si. de testib. Idem Abb. in cap. ad audiendam. num. 7. de pres. ip. Alex. in conf. 74. lib. 7. Alcia. in d. præsumpt. 13. in fin. Didac. in lib. 2. variat. resolut. cap. 13. num. 10. & idem ego ipse respondi in conf. 3. num. 20. & alios refert Malcard. in d. conc. 11. 1094. num. 7. Narrat conf. 392. nr. 1. Qui quidem omnes intelligunt (ut diximus) in causis civilibus: sed in criminalibus, in quibus contradictio non testis, fides Notarij vacillare dicitur: nisi vna cum Notario fides Notarij scriptoris testimonium, cui mandatum fuisse scribi attestations. Nam tunc etiam in causis criminalibus prævalet Notarij asseritio. Ita Aleat. præcitato in loco, qui affi. mar. ita observari in iudicis vidisse. & idem asserunt Iulius Clarus in §. si. quis. §. 53. vers. certius est casus. Burlat. in conf. 34. nr. 13. lib. 1. qui testatur esse communem opinionem. & idem scripsit Malcard. in d. conclus. 1094. nume. 8.

Declaratur primo, ut locum habeat hæc præsumptio, quoad ea, quæ gesta sunt coram ipso Notario: Nam de illis Notario creditur: sed secus est de gestis ipson et Notario. Ita Iaf. in l. sanum mente. num. 4. C. de v. an. act. & in con. 62. num. 3. lib. 1. Affi. in d. decis. 245. num. 7. Marfil. in singul. 262. Part. in conf. 26. num. 8. & in conf. 5. num. 6. lib. 3. Boer. in quæst. 23. num. 73. Crauer. in conf. 88. num. 20. & in conf. 240. nr. 2. Exemplum aff. r. i. solet in Notario attestante testatorem fuisse sanæ mentis, quando testamentum conficit. Ita quoque attestari non potest de gestis ab aliis, ut decidit Affi. ubi supra. Ita quoque non creditur Notario asserenti in instrumento aliquem abesse à civitate, ut respondit Crauer. in d. conf. 88. num. 20. alia exen. pla. sciens omitto.

Declaratur secundo, ut non procedat hæc præsumptio quoad commissionem, & mandatum ipsi Notario factum, ut purè si mandatum ei fuit, quod examinet testes. Non enim de ea commissione potest ipse Notarius esse rogatus. Ita Bald. in l. iudices. in fin. C. de fide instr. Barba. in conf. 118. in fin. lib. 3. Deci. in conf. 42. nr. 5. qui respondit de commissione facta Notario accedenti ad confines, & eos determinandi, & simili in casu idem Deci. in conf. 159. nr. 8. & in c. quoniam contra. nu. 4. de probat. Ruin. in conf. 68. num. 17. in conf. 69. num. 10. & in conf. 189. num. 6. & 7. lib. 1. & idem respondit Part. in conf. 61. num. 7. lib. 4.

Hæc tamen declaratio locum non habet, quoad executionem ipsius commissionis, pro qua ei adhiberi debet fides. Ita Deci. in d. conf. 42. num. 5. post Bald. in d. iudices. Et rursus non habet locum hæc declaratio, quando ex typo curiæ adhiberi solet fides Notario de commissione sibi facta: sicuti de typo Rotæ Romanæ attestatur Verallus in decis. 266. in 2. p. 17.

Declaratur tertio, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando aliter reperitur scriptum in originali, quam in authentico. Nam tunc non creditur Notario, quod Authentico standum sit. Ita respondit in conf. 431. num. 2.

Declaratur quarto, ut locum non habeat extra iurisdictionem eius, qui Notarium ipsum creavit. Ita post alios Ruin. in conf. 62. colum. 3. lib. 3. Boer. in quæst. 242. & Malcard. in conf. 1094. in fin.

PRÆSUMPT. LXXX.

Instrumenti exemplationem à Notario solemniter factam præsumi.

SUMMARIA.

1 Instrumenti exemplationem ritè, & solemniter factam à Notario, cur non præsumatur, id autem ob temporis antiquitatem non procedere, num. 2.

Et quod sit illud tempus antiquum, num. 3.

Non est incongruus hic locus, ut differamus, quando exemplatio instrumenti facta à Notario, præsumatur solemniter facta. Qua in re pro regula constituendum est, hanc exemplationem non præsumi ritè & solemniter factam:

Cum sit solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur adhibita in actu, l. quecumq. §. ult. ff. de publica. in rem actio. & multis comp. ob. binus subieq. in libro, præsumpt. 68. ubi explicabimus, quando præsumatur solemnitas extrinseca.

Declaratur primo, non habere locum ob temporis antiquitatem, & diuturnitatem. Nam tunc exemplatio præsumitur à Notario solemniter facta, ut purè, vocata parte, & aliis seueris quæ seuerari solent. Ita Holt. Io. Andr. Butti. Bald. Areti. Guido Pap. Corneus. Iason & Dec. quos recenset & sequitur Crauer. in v. a. de antiquis. temporum. in 3. parte primæ. part. in 1. part. tit. que in ipse. id. mus. num. 12. & illis accedunt Corne. in conf. 158. col. 1. F. Oranus in l. 2. ff. de fide instrum. Alex. in conf. 50. col. m. 2. lib. 5. & in conf. 101. col. m. 7. Soci. Sen. in conf. 187. lib. 2. Affi. in d. decis. 378. nr. 6. Boer. in quæst. 28. nume. 15. Part. in conf. 104. numer. 43. lib. 1. Modetui Parisien. in commentariis ad Cōyneruinas Parisiens. tit. 1. §. 5. n. 59. & Didac. prædicarum quæstionum cap. 21. nr. 6. vers. si d. & propter. Quod autem tempus antiquum hoc in casu dici debeat, explicat Crauer. & Didacus præcitatis in locis.

PRÆSUMPT. LXXXI.

Notarius quando præsumatur rogatus de eo instrumento, quod conscriptum ab eo apparet, diligenter explicatur.

SUMMARIA.

- 1 Notarius in dubio de instrumento conscripto, non præsumitur rogatus. Et quæ sit ratio, numer. 2. & 3.
- 4 Facta præsumuntur, cum solita sunt fieri, & quomodo, num. 6.
- 5 Notarium de instrumento rogatum præsumi, male defendunt aliqui.
- 7 Notarium rogatum de instrumento præsumitur, ubi aliquæ tarent eius rei coniecturæ, quæ autem sint illæ coniecturæ, num. 8. 10. 11. 12. & alij seq.
- Ab hac tamen opinione dissentit Bald. nume. 13.
- 9 Publicatio instrumenti facta à Notario, includit rogatum.
- 15 Signum Tabellionis appositum significat actum à partibus, factum, & absolum.
- 16 Notarium de instrumento rogatum ex coniecturis præsumi, non est si penes ipsum reperitur, sed si vel apud alteram ex contrahentibus partem, vel personam aliam privatum.

DEBITARI sæpe contingit, an & quando Notarius præsumatur rogatus conficere instrumentum, quod conscriptum reperitur? Qua in re statuenda est nobis illa iuris sententia, quæ & crebrior & vetior est, in dubio Notarium non præsumi rogatum. Ita equidem scripsit Innoc. in c. 1. m. 7. de fide instrum. qui ob id docuit, quod si mortuus esset ipse Notarius, vel vivès non recordaretur, se de eo rogatum, non posset illa scriptura in publicam formam redigi. Cum Innocentio sentierunt Barro. in l. si quis ex argentariis. §. si in iudic. in 2. lect. nume. 29. ff. de eden. & in l. si in iudic. nume. 11. ff. de verb. oblig. & ibidem Angel. Imol. & Alexand. eo enim loci hanc esse communem asseruit Iason, num. 40. est ipse (ut infra referam) dissentiat. Hic accedunt Angel. in conf. 220. numer. 1. in conf. 275. numer. 2. & in conf. 400. numer. 3. Albert. in Rubr. C. de fide instrum. in p. Barro. in c. 1. colum. 3. de fide instrum. Alex. in conf. 153. num. 9. lib. 2. & in conf. 48. num. 4. lib. 5. Corin. in conf. 70. num. 4. lib. 4. Thomas Faltoli. causa seu decis. 1. in 2. lib. 1. Hanc esse communem asseruit Deci. in c. 1. num. 20. de fide instrum. & Boer. 9. 38. colum. v. 1. Eandem probant Part. in conf. 104. nr. 2. lib. 1. in conf. 27. nr. 17. conf. 28. num. 52. lib. 2. & Rolan. in conf. 44. num. 26. & numer. 42. lib. 1. Neozan. conf. 26. numer. 41. Rubr. in conf. 14. numer. 2. Rimin. Iun. in l. si emancipati. num. 55. C. de collat. Cephal. in conf. 88. numer. 22. lib. 1. & Malcard. in conclus. 1097. num. 1.

Primo ea ratione atque argumento hi mouentur, quod ea, quæ sunt solemnitates extrinsece non præsumuntur, l. quecumque. §. ult. ff. de publica. in rem actio. Atqui quod Notarius rogatus sit, extrinseca solemnitas est. Ergo Notarius rogatus non præsumitur. Nec huic satis solide argumentationi officit, si dicatur, imò solemnitates extrinsecas præsumi, ut multis probat Alber. in Rubr. C. de fide instrum. colum. vlt. qui ad d. quecumque. §. vlt. respondet procedere favore pupilli. Nam responderetur receptam & veram esse sententiam, quod imò extrinseca solemnitas non præsumitur: licet scriptor ferè omnes in lege sciendum, de verb. oblig. & abundè explicavi supra. Non etiam repugnat, quod saltem solemnitas extrinseca præsumatur ob probatam personæ exercentis actam. Ita docuit Abb. in cap. fraternitatis. in fin. de testib. & asserit, & clausus in c. nisi essent, num. 3. de proben. cum inquit

inquit, clericum ordinatum ab Episcopo optimæ probatæque vitæ, præsumi solemniter ordinatum: & subiungit, quod ob id nonnunquam (ita enim in codice Abbatis, qui corruptè circumfertur, legendum est) solemnitas extrinseca præsumitur ob probatam personam. Notarium autem esse probatum probatæ vitæ, cum è publico probatus sit, ut alias peronam probatæ vitæ, cum è publico probatus sit, ut alias diximus. Hinc Didac. lib. prædic. quæstio. cap. 19. num. 5. scribit, infamem Notarium esse non posse. Boer. q. 222. num. 8. Non, infamem, hæc consideratio repugnat, quandoquidem Abbatis conditiones procedunt & intelliguntur, cum de modico præiudicio agitur. ita declarat Io. Croc. in l. sciendum, nume. 18. de verb. oblig. & scripsi supra. Cum ergo nostro in casu maximum verteretur præiudicium, nempe de fide adhibenda scripturæ, defendit est, hanc rogatus solemnitate extrinsecâ non præsumi.

Secundo adfertur ratio hæc, quod rogatus non est quid iuris, sed quid facti, ut re ipsa constat. Atqui ea, quæ facti sunt, non præsumuntur. l. in bello. §. facta. ff. de ca. & possim. reuerf. Ergo Notarius non præsumitur rogatus. Hoc argumento in specie vsus est Ang. in conf. 220. nr. 1. Nec obstat, quod facta præsumuntur, cum solita sunt fieri, l. vlt. ad fi. C. de fideiuss. & in specie scribit Bald. in Rubr. C. de fide instrum. nu. 8. & Iason in l. sciendum, colum. 1. ver. responde melius, de verb. oblig. Nam huic objectioni infra satisfaciam.

Tertio allegatur text. l. vlt. §. si in autem dubius, in fi. C. de iur. delibe. in illis verbis. Et iubente eo Tabularium pro se scribere. Et eo loci Albert. n. 1. in fin. in specie annotauit text. hunc in hanc ipsam sententiam.

Verum (ut dicam quod sentio) nil ad rem confert hic locus. Siquidem hæc duo sunt separata, quod Notarius debeat esse rogatus, & quod rogatus præsumatur. Non enim dubium est, quin rogatus esse debeat. §. nos autem, in Auth. de Tabell. Et ob id dicimus, Notarium nil penitus ex suo capite scribere vel posse, vel debere: sicuti non ultis probavi in conf. 37. nume. 105. & tradunt Affi. decis. 245. num. 8. in fi. & Boer. q. 35. num. 1. & 2. Hoc casu loquitur ex. d. §. si in autem dubius. cum vult, Notarium confitentem inu. ararium, id facere debere rogante hærede. Nos autem disputamus an præsumatur Notarius rogatus (præsupponitur enim rogatum esse necessarium, cum disputamus, an præsumatur.) Atque ita sentiuimus gl. in d. §. nos autem. Bart. in d. §. quis ex argentariis. §. si in iudic. 2. lect. num. 29. ff. de eden. Iason in d. l. sciendum, num. 40. de verb. oblig. dum ante omnia præsupponunt, Notarium debere esse rogatum, deinde disputant, an Notarius præsumatur rogatus scripsisse, quod scriptum reperitur. Hæc itaque recepta & vera iuris sententia, rectius fulcitur duobus illis, iam relatis priore loco argumentis.

Contrariam ergo opinionem, quod scilicet in dubio Notarius præsumatur rogatus, male fiendarunt Accursi. & Iac. Beluis. in §. nos, in Auth. de Tabell. Specul. in tit. de instrum. edit. §. 1. nume. 44. Et idem sensit cum his vno verbo Bart. in l. Domitius, num. 2. ff. de testam. Bald. in conf. 158. si inuenitur. in fin. lib. 2. idem Bald. in Auth. rogati. C. de testib. & ibid. Salice. colum. 1. vers. tertio fortius facit. idem Bald. in Rubr. C. de fide instrum. num. 8. & l. 1. m. 18. C. de fide instrum. & iur. h. a. f. fiscal. lib. 10. Bellamera decis. 267. Capell. Tholof. q. 183. Areti. in l. sciendum, nu. 15. ver. adverte. ff. de verb. oblig. & ibidem: Iaf. n. 40. & Christophor. Call. num. 16. & Buttigela. nu. 59. & Deci in conf. 11. nu. 17. vers. & ista conclusio. Anton. de Prato veteri inter conf. Alex. conf. 73. nume. 7. lib. 1. & Part. in conf. 104. nu. 73. lib. 1.

Primo mouetur Accursius in d. §. nos autem, argumento ducto in simili, ex text. in §. si ita scriptum, Insti. de iur. iur. §. vlt. Insti. de fideiuss.

Secundo ea ratione alij vtuntur, quod Notarius scribere nil potest tanquàm Notarius, nisi à partibus rogatus sit, d. §. nos autem, in Auth. de Tabell. & diximus supra. Atqui Notario fides adhibetur, cum sit persona publicè approbata, ut clarum est. Ergo cum Notarius ait se scripsisse, præiudicandum est, quod rogatus scripsit, ne aliàs malè & contra officium suum aliquid egisse videatur, iuxta ea quæ scripsi in conf. 37. numer. 108. & in specie ita considerat Card. Zabarel. in conf. 133. colum. 2. vers. item pro hoc. Et confirmat Iason. in d. l. sciendum, numer. 40. ver. quid tenendum, de verbo oblig. cum scripsit, quod sicuti Notarius præsumitur rogatus, quando dixit, publicauit, ita etiam debemus dicere, quod rogatus præsumitur, si dixit se scripsisse: ex quo sepe vt Notarius id egisse dicitur.

Verum hæc argumentatio egreditur terminos nostræ disputationis, quæ quidem illa est, quando nullata extat coniectura, qua dicere possimus hunc notarium fuisse rogatum. Atqui dicere, se vt notarium scripsisse, significat, se rogatum, quia si rogatus non esset, tanquàm priuatus diceretur scripsisse. Et hoc apertius constat ex ratione, qua vsus est Iason, contra quem illa probè retorqueri potest. Et in specie nostrâ ita etiam considerat Decius in capite pri-

mo, numero 20. de fide instrum. post Alexand. in consilio 48. n. 4. lib. 5.

Tertio adfertur hoc argumentum, Notarius non consuevit scribere nisi rogatus, iuxta d. §. nos autem. Atqui solitus scribere, si scribit, ob vim illius consuetudinis præsumitur scribere, l. vel vniuersorum. ff. de pign. actio. & l. Titianus. ff. quod cum eo. & simili in casu de argentario, & similibus, quorum officium est scribere, docuit Bar. in l. 1. n. 5. C. de eden. Ergo præsumitur quod notarius rogatus scripsit. Accedit, quod factum præsumitur id quod fieri consuevit, l. vltim. C. de fideiuss. Ita in specie Bal. considerat in rub. C. de fide instrum. n. 8. Ceterum facile responderi potest, quod tunc demum ita præsumitur factum, ut consuevit fieri, si fit in vim illius consuetudinis, si enim notarius scribit tanquàm notarius, tunc præsumitur rogatus, quia aliter scribere notarius non consuevit: sed hæc non est nostra disceptatio: de eo enim contendimus, qui potuit scribere vt notarius, & vt priuatus, cum ignoretur quomodo scripsit: nos dicimus non scripsisse vt notarium, cum de rogato, qui extrinsecâ solemnitate est, non appareat. Nec obstat ille text. d. l. vlt. C. de fideiuss. quia non probat considerationem illam Baldi, sicuti aduertit post alios Rimin. Iun. in d. l. si emancipati. num. 56. C. de collat.

Quarto mouetur Baldus in rubr. C. de fide instrum. n. 8. ea ratione, quod ob artis peritiam solemnitas adhibita præsumitur in actu gesto, ex l. 1. C. de vsuris. At notarius peritus præsumitur, cum vt alii approbatus sit, & in specie respondit in conf. 37. Ergo præsumitur, quod rogatus scripsit. Eadem responsione, qua vsus sumus supra, confutari potest hæc argumentatio: nos scilicet disputare, quado ve è ignorabimus, an confecta scriptura fuerit scripta tanquàm à notario, vel tanquàm à priuato. Et dicimus, non præsumi scriptam vt à notario, ex quo de rogato non constat, nec aliqua extat coniectura, qua dicere possimus eum, ex speciali quadam sui persona scripsisse.

Quinto hoc argumento vsus est Iason in d. l. sciendum, num. 40. in fin. de verbo oblig. argumentari licet in hac materia à teste ad notarium: cum testis ita rogandus sit vt notarius, cum de subscriptione ab ipso recte facienda agitur. authent. C. de testibus. Et ibi Baldus, & ceteri. Atqui quando testis subscripsit instrumento, præsumitur, quod rogatus scripsit. ita docuit Barro. in d. l. sciendum, & ibi ceteri secuti sunt. idem Bart. in l. Domitius. ff. de testam. Ergo multò magis rogatus præsumitur notarius, qui est persona publica, cuique maior fides adhibetur. Ceterum satisfacit huic objectioni, ipsemet Iaf. in d. l. sciendum, n. 40. in fin. cum ait, & rectè, Bartolū loqui de teste, qui se subscripsit præsentibus partibus scientibusque, vel testatore præente scienteq; ob id rogatus præsumitur. Nos ve è loquimur cum scriptura ita simpliciter à notario scripta reperitur, & ignoratur, an præsentibus scientibusque partibus conscripta fuerit: si enim constaret notarium scripsisse præsentibus contrahentibus, & actum fuisse perfectum, præsumeretur rogatus à contrahentibus ipsis, sicuti in teste diximus. Et in specie respondit Deci. in conf. 11. numer. 17. vers. quinto quod notarij. His manifestè constat illam magis receptam Innocentij sententiam esse veram: Quocirca si reperitur aliqua scriptura manu notarii conscripta, extra tamen authentico collum, releuari seu redigi in publicam formam non poterit: id quod in specie respondit Ang. in d. conf. 220. & in conf. 275. & alij plures ex supra relatis, præsertim Dec. in d. capit. 1. colu. 5. de fide instrum. & accedunt Cagnol. in l. si libarius. num. 36. de regu. iur. & Marchabrunus in conf. 88. numero 9. & 10.

Receditur à præsumptione hac, quando in contrarium extat aliqua coniectura, quæ significet, notarium fuisse rogatum, coniecturæ hæc plures considerari possunt.

Prima est, cum scriptum reperitur, quod notarius dixit, se illud instrumentum publicasse. Nam tunc præsumitur, quod rogatus illud scripsit. ita docuit Bartol. in d. l. sciendum, num. 11. de verb. oblig. & ibidem Iason in num. 39. eiusdem opinionis recenset Angelum & Imolam ibidem, & Baldum in l. 1. C. de fide instrum. & iur. h. a. f. fiscal. lib. 10. nec non Butrium & Abbatem in ca. 1. de fide instrum. Quibus accedunt Ang. in d. conf. 275. num. 2. & Corin. in conf. 70. num. 4. lib. 4. Deci. in c. 1. num. 20. de fide instrum. Part. in conf. 104. num. 72. lib. 1. Rolan. in conf. 44. num. 48. lib. 1. Alcia. & Ioan. Bologner. in l. sciendum, num. 24. iste num. 248. de verbo oblig. Rimin. Iun. in l. si emancipati. nu. 57. C. de colla. Roland. in conf. 44. num. 44. lib. 1. & Malcard. in conclus. 1097. num. 10. Ea est huius coniecturæ ratio, quam perpendit Bar. in d. l. sciendum, num. 11. vbi & Alcia. n. 24. quia publicatio in re rogatum includit, & idè ipse rogatus dicitur esse solemnitate intrinseca publicationis: cum ergo notarius asserit se publicasse, asserit etiam, se de eo esse rogatum. His constat malè respondisse Corneum sibi

Contrarium in conf. 226. nu. 5. lib. 3. & cum eo Paridem in conf. 27. nu. 16. lib. 2. Bolognetum in d. l. sciendum. nu. 249. cum dixerunt, hanc clausulam nil operari, quia adhiberi potuit a notario, cum crederet, quod pars consentire deberet, & quod de eo instrumentum deberet esse rogatus: male inquam respondit, quia non solent notarij adhibere hanc clausulam, nisi actu perfecto & adhibito partium consensu. Et ideo in praxi erit iste stylus & mos probandus, ut reddatur clarior.

10 Secunda est coniectura, quod cum scriptum ita reperitur, a-ctum &c. Nam hæc verba significant notarium fuisse de eo rogatum, ita in specie respondit Cardinal. Zabarel. in conf. 133. col. 2. vers. sic ergo, &c. Castren. in l. si is qui. ff. de test. & cum eo Alex. in conf. 14. nu. 6. & in fl. lib. 6. Paril. conf. 61. n. 7. lib. 3. & Rolan. in conf. 44. nu. 43. lib. 1. Curt. Iun. in conf. 162. col. 2. vers. confirmatur. Neuz. conf. 24. nu. 7. & conf. 26. nu. 42. qui & alios recenset. Rube. in conf. 14. nu. 8. Marchabrun. in conf. 88. nu. 5. & Mascard. in d. concl. 1097. nu. 15. qui alios refert.

Ea est ratio, quod hæc clausula, actum &c. significat instrumenti perfectionem, atque publicationem, ut tradunt Cast. in conf. 111. V. f. s. & ponderatis, que supra scripta. col. 1. vers. breuiter, in conf. 292. Quia in puncto. col. 2. vers. praterea, li. 1. Soc. Sc. in conf. 142. col. 2. lib. 1. Iaf. in l. Gallus. §. idem credendum. in fi. de lib. & post. Neuz. d. conf. 26. nu. 42. Quæ sanè perfectio nõ esset, si rogatu careret instrumentum. Cæterum hanc coniecturam non admittit Ang. in conf. 400. nu. 3. Si quidem (ait ille) habent hæc verba sensum hunc, quod eo præsentate, ita à partibus fuit actum dispositum. Responderi facile potest, quod imò eum habent sensum, quod instrumentum fuerit perfectum & confectum, atque ita à se receptum, & ut dicunt relati interpretes, scriptum: Cum non consueverint notarij in instrumentis à se non receptis rogati que, tam adhibere clausulam. Et ita rem considerando cessat, quod respondit sibi parum constans Parisius in conf. 27. nu. 26. libro 2. post Corne. conf. 226. nu. 5. lib. 2. hanc clausulam, actum, &c. non significare rogatum, quia fieri potest, quod not. ita scripserit, credens, quod partes inuicem consentiant: Non ergo ex hoc sequitur concludens argumentum quod consenserint: Cessat inquam hæc consideratio, quia mos est notariorum, non apponere hanc clausulam nisi re perfecta & absoluta, ut etiam supra declarauimus ad clausulam publicam, &c. Quæ sanè clausula vim hanc habet, cum in fine conscripti instrumenti adhibita fuit, non autem quando in illius initio ita declarat Cast. in d. l. hac consulti. in fi. de testam. Alex. & alij supra relati, quos secutus est Rolan. in conf. 44. nu. 43. lib. 1. Quinimò etiam si in initio appositam sit, eundem effectum parit, ut ex aliorum sententia respondit Neuz. in conf. 26. nu. 42. Ergo hac in re opinor esse spectandam consuetudinem notariorum illius regionis, scilicet adhibeant hanc clausulam in principio, vel in fine instrumenti, actu ipso absoluto & perfecto.

11 Tertia est coniectura, cum scriptum est, testibus præsentibus rogatus, &c. Nam hæc verba significant notarium fuisse de eo instrumentum rogatum. Ita respondit Neuz. in conf. 24. nu. 7. & conf. 26. nu. 43. ex sententia Alex. in conf. 14. nu. 32. lib. 6. Riminal. Iun. in d. l. si emancipati. nu. 58. C. de colla.

12 Quarta est coniectura, quando ita scriptum reperitur: Ego Sempronius notarius scripsi. His verbis demonstratur, quod rogatus fuit. Ita affirmantur Bar. Ange. Imiola, & Alex. in d. l. sciendum. de verb. oblig. quos ibi recenset Iaf. nu. 39. ad finem. & Alcia. ibidem. nu. 42. Quibus addo Cardin. Zabarelam, quem mox referam. Ea est huius sententiæ ratio, quia exprimitur nomen officij, videtur ex qualitate tuæ personæ ita fecisse. Idem tenentur Rolan. in conf. 44. nu. 45. lib. 1. & Mascard. in d. concl. 1097. nu. 19.

13 Verum ab hac sententia dissentiunt Bal. in l. 1. nu. 22. C. de fide instrument. & iure hactenus fiscal. lib. 10. & Iaf. in d. l. sciendum. nu. 39. de verb. oblig. Corn. in conf. 191. nu. 1. li. 1. qui ita etiam intelligit Imiola in d. l. sciendum. vbi etiam Ioan. Bologn. nu. 249. opinatur hanc esse veriorum. Ea ratione usus est Baldus, quia quando instrumentum conficitur, & illud iam notarius scripsit, non sufficit quod scriptum sit, sed contra debet etiam lectum fuisse coram partibus, & quod ille consenserint, sicuti scribunt gloss. & Bart. in l. fideicommissa. §. 1. de legat. 3. & multos recenset in consilio 37. numero 122. Est ergo ex his verbis, Ego Sempronius notarius scripsi, posse constare eum scripsisse, non tamen dicitur constare, quod coram partibus legerit, & quod illæ consenserint. Responderi huic considerationi potest ex ratione, qua vsi sunt Bar. & sequaces, quod scilicet non possumus dicere notarium scripsisse tanquam notarium, nisi etiam concedamus adhibitas fuisse ab eo omnes solemnitates, quæ requiruntur ad confectum publici instrumenti, & ideo præsumitur lectum atque publicatum coram ipsis partibus, & illas consensisse. Non etiam videtur illa consideratio Bolog. in d. l. sciendum.

num. 250. cum ait, quod hæc coniectura procedit etiam quando ita scriptum est: Ego Sempronius notarius, &c. Nam etsi deficiat illud verbum scripsi, attamen ob vim illius clausulæ seu dictionis, & cetera, subintelligitur, scripsi. Ita in specie respondit Card. Zabarel. in conf. 133. col. 2. vers. sic autem respondemus. Idem est si notarius ita scripserit, Ego Sempronius notarius recepi, &c. Ita respondit Rolan. in conf. 44. nu. 44. lib. 1. Qui nume. 46. & nu. 47. idem respondit, quando adest illa clausula. Et inde &c. Idem est cum scriptum ita fuit, Ego Sempronius notarius scripsi, &c. illa dicitur, &c. arguit, quod fuerit rogatus. Ita Ang. in conf. 275. Boer. 9. 35. in fin. Riminal. Iun. in d. l. si emancipati. numer. 58. C. de colla.

Quinta est coniectura, quod quando notarius adhibuit signum sui tabellionatus. Nam si tunc simpliciter dixerit se scripsisse, idque nil concludat: at tamen signi appositio significat actum fuisse perfectum & instrumentum à se rogatum. Ita docuit Bald. in l. non. 22. C. de fide instrum. & iure hactenus fiscal. lib. 10. quem secuti sunt Iafon in d. l. sciendum. nu. 39. & ibi Alcia. nu. 24. de verb. oblig. idem respondit Alex. in conf. 48. numero 4. lib. 5. motus est ea ratione Bald. quia signum notarii dicitur quidam terminus dispositionis redactus in scriptura, sicuti termini lapides agrorum sunt. Vnde ille terminus signi tabellionatus significat actum absolutum & perfectum à partibus, l. aperiri. C. de fide instr. ergo necesse est, quod sit publicatum coram partibus, & ab eis approbatum, quia alias non posset dici perfectum. Ego opinor signi tabellionatus appositionem hoc significare: quia verè non consueverunt notarij illud adhibere, nisi perfecto & à se recepto rogatoque instrumento.

Declarantur atque intelliguntur hæc omnes coniecturæ, si procedere, quando instrumentum reperitur apud ipsum notarium: sicut si apud alterum ex contrahentibus, vel aliam personam priuatam, ita declarant Corn. in conf. 191. col. 1. vers. sic. & tantò fortius lib. 1.

Sexta est coniectura, quod quando scriptura hæc reperitur in libro Rogationum, habente titulum seu inscriptionem in principio: liber rogationum mei notarii, &c. Nam tunc præsumitur, quod idem notarius sit rogatus de ea scriptura. Ita affirmantur Aret. in l. sciendum. nu. 13. vers. tertio adde. & verb. oblig. Gram. in decis. 106. n. 16. Boer. in d. 9. 35. col. 1. Riminal. Iun. in d. l. si emancipati. n. 59. Ea ratione adducti sunt, quia rogatus ille censetur repetitus in dicta scriptura. Id quod copiose declarabimus infra.

Septima est coniectura, quæ sumitur ab antiquitate temporis, ob quam etiam præsumitur solemnitas extrinseca. Ita in specie declarat post Alex. in conf. 48. col. 2. lib. 5. Mascard. in d. conclus. 1097. numer. 20.

PRÆSUMPT. LXXXII.

Diuini nominis inuocatio, an repetita præsumatur ab vno instrumento, in alijs subsequentibus.

SUMMARI A.

- 1 Solemnitates instrumentorum dicuntur substantialia.
2 Solemnitates instrumentorum nouem esse.
3 Inuocatio diuini nominis facta in principio libri, præsumitur in subsequentibus repetita. Idem de anno, & indicatione. n. 4. & 5. Et quid sit de die. n. 6.

POSTERAM explicauimus præsumptiones atque coniecturas, quæ circa fidem & probitatem notarii versantur, aliquas ubi citamus, quæ ad solemnitates instrumentorum pertinent. Per multæ autem sunt hæc solemnitates, quæ nostri substantialia instrumenti appellant. Nam glo. in l. generalis. C. de tabul. lib. 10. commemorat ad octo substantialia. Rectius & ordinatius, sicuti etiam fere vbi que obseruatur, nouem præterea Spec. in tit. de instr. edit. in. P. in. o. inuocationem Diuini nominis. Secundo, annum eius. Tertio, indicationem. Quarto, diem actus. Quinto, nomen Imperatoris vel Papæ Sexto, locum. Septimo, testes. Octauo, nomen tabellionis. Nono, ipsius tabellionis signum. Et Speculatorem secuti sunt Bart. (sive quisquis is sit) in repe. l. si quis ex argensariis. §. si initium. nu. 61. ff. de eden. Feli. latissime in cap. 1. nu. 2. de fide instr.

Dubitari itaque per se solet, an diuini nominis inuocatio facta in vno instrumento, repetita præsumatur in subsequentibus? Bart. in d. §. si initium. numer. 7. ver. sed posito. scriptum reliquit, quod cum inuocatio hæc respiciat totum ipsum librum notarii, nempe prothocololum, facta in principio libri, præsumitur repetita in omnibus alijs instrumentis subsequentibus. Hæc enim inuocatio est in tota & tota in qualibet parte ipsius libri: sicuti de seruitute videtur dicitur

dicitur, l. si cui. ff. de seru. vbi idem Bar. Et subiungit ipse Bar. in d. §. si inimicum. nu. 8. in fin. quod hæc solemnitas inuocationis diuini nominis sit vniformis & præsumpta in actibus cuiuslibet Christiani fidelis, sive apponatur in principio, sive in medio, sive in fine, temper intelligitur in omnibus actibus relata, vel repetita.

Idem de anno qui præsumitur repetitus in subsequentibus instrumentis. Bar. in d. §. initium. nu. 10. qui tamen declarat non procedere, quando ita esset scriptum anno 1585. die 20. Decembr. & deinde sequerentur alia instrumenta condita mense Ianuario, Februario, & alia. Nam tunc constat, annum illum 1585. non præsumi repetitum in subsequentibus instrumentis.

Idem dicendum est de indicatione, quæ posita in principio prothocolli, præsumitur repetita in instrumentis subsequentibus, respectu vnus anni. Ita Bar. in d. §. si initium. nume. 13. Roin. in conf. 159. nu. 10. lib. 4. & Socin. Iun. in conf. 127. nu. 3. lib. 3. Quando verò indicio est posita in medio, tunc refertur solum ad subsequentiata, non autem ad præcedentia. Bart. in d. §. si initium. nume. 14. Quando verò indicio est posita in fine, tunc distinguit Bart. in d. §. si initium. nu. 15. & eum secutus est Roin. in conf. 13. lib. 4.

De die si præsumatur repetita in subsequentibus instrumentis, latissime differui in libr. 2. de arbitrarijs iudicium, casu 64. & præter ibi scripta videndi sunt Bald. in conf. 469. col. 2. vers. præterea. lib. 5. & Chaffan. in conf. 18. nu. 18. & Rota in decis. 294. nu. 2. in secunda parte. in nouissimo editus. & ad rem conferunt, quæ scripti superiore libro, quæst. 20. in fine.

PRÆSUMPT. LXXXIII.

Nomen summi Pontificis, Cæsaris, vel alterius Principis, quod instrumentis à notario apponi solet, an præsumatur repetitum ab vno instrumento in aliud.

SUMMARI A.

- 1 Imperatoris nomen in principio instrumenti poni debere, cur sit constitutum.
2 Imperatoris vel Pontificis nomen possum in vno instrumento, quibus casibus repetitum censetur in sequentibus. nu. 5.
3 Dies & consul equiparantur.
4 Tempore vno & eodem que sunt simul fieri dicuntur.
5 Mort non præsumitur, & eam allegans, & probare debet.
7 Hominem centum annos usque viuere, quomodo intelligendum.

DISSERAMVS nunc de quinta solemnitate, nempe de nomine Pontificis, vel Cæsaris, quod scribi debet in instrumento, iuxta constitutionem Iustiniani, Authen. ut præponatur nomen Imperatoris. & scribantur omnes in rubr. ff. de operis noui nunt. quod ea ratione constitutum præceditur, ut aliqua extet apud posteros illius memoria.

Contingit autem interdum dubitari, an nomen Pontificis vel Cæsaris, sicque Principis, appositum in vno instrumento, præsumatur repetitum in subsequentibus? Bar. in l. si quis ex argensariis. §. si initium. in repet. numer. 25. ff. de eden. visus est distinguere aliquot casus.

Primus est, quando versatur in illis casibus, in quibus vna die, plura instrumenta ab illo notario recipi potuerunt: atque ita dies appositam in vno instrumento, præsumitur repetita in subsequentibus. Quos sanè casus explanauimus in præteritis commentarijs de arbitrarij iudic. li. 2. casu 64. His inquam in casibus (inquit Bar.) multo magis nomen Pontificis, vel Cæsaris, præsumitur repetitum in subsequentibus. Et cum Bart. idem scripserunt alij.

Ea ratione adductus est Bart. quia dies & consul equiparantur in d. §. si initium. quemadmodum ergo dies censetur repetita, ita & consul. sicque principis nomen. Præterea & secundò, inquit Bartol. si eodem die factum est, sequitur quod censetur factum tempore eiusdem Consulis atque ita principis: Nam quæ vno & eodem tempore fiunt, simul fieri dicuntur. l. in operis. ff. locati. & l. si fundus. §. si duo. ff. de pigno. Rursum & tertio accedit, quod tempus principatus plus complectitur quam tempus vnus dierum (sicuti re ipsa experimur) principes viuunt multos menses & annos. Si ergo tempus vnus diei præsumitur repetitum ab vno instrumento in subsequentia, quæ ea die fieri potuerunt, multo magis præsumitur repetitum tempus principatus. Et verè hic casus non habet inultum dubitationis.

Secundus est casus, quando liber instrumentorum est a deo magni voluminis, ita quod impossibile est, quod vna die notarius tot instrumenta receperit. Hoc in casu concludit

Bartolus, quod illis in casibus, in quibus dies præsumitur repetita in subsequentibus instrumentis, præsumatur etiam repetitum nomen principis. Verum existimo, vel casum hunc nil differre à præcedenti, vel Bartolum loqui pugnantiæ. Cum enim dicimus appositam in primo instrumento censeri repetitum in subsequentibus, præsumitur, quod verisimile possibileque sit, illa ipsa die recepta fuisse tot instrumenta ab illo notario, sicuti declarauimus in dicto casu 64. Et hoc modo intelligendo, ut verè intelligere debemus, hic casus non differat à præcedenti. Si verò volumus intelligere, quando verisimile non est, sed potius impossibile, quod eadem die tot instrumenta fuerint recepta à notario: sicuti verè loquitur Bartolus, tunc Bartolus loquitur pugnantiæ, cum voluit censeri repetitum nomen principis, ut etiam censetur repetita dies. Nam dies dici non potest repetita ob id quod verisimile non est eadem die tot instrumenta fuisse recepta. Rectius itaque dicendum est (& fortè idem voluit dicere Bartol.) quod quando plura instrumenta, quæ eadem die non potuerunt rogari recipique ab illo notario, si in primo adscriptum ita est, anno & die decima Augusti, imperante Rodolpho Cæsare, quod et si illa dies non censetur repetita in omnibus subsequentibus alijs instrumentis, præsumitur tamen repetitum nomen Cæsaris. Et hoc quidem manifestè scripserunt Bal. in rubr. ff. solut. matrimo. n. 1. & Iacobin. à sancto Georgio in d. §. si initium. nu. 5. Et ea ratio est secundum Bartolum, quia mors non præsumitur ob id, qui aliquem esse vita defunctum asserit, probare debet. l. 2. §. si dubitetur. ff. quædammo. testam. aperiantur, & scripti in tractatu de adipiscenda possessione, remedio quarto, & distinemus infra lib. 6. præsumpt.

Ille ergo qui asserit nomen Imperatoris non esse à primo instrumento repetitum in subsequentibus, asserere omnino dicitur, Imperatorem illum esse defunctum: sicuti ille, qui dicit, instrumenta subsequentia non fuisse eadem die confecta, quæ primum præsupponit diem illam, effluxisse. Debet ergo ille probare mortem ipsius Imperatoris, & nouum Cæsarem imperare cœpisse. Cæterum, cum res hæc tota sit coniecturalis, plurimum tribuendum erit prudenti arbitrio iudicis, qui consideret, an fieri possit pro ingenti instrumentorum copia, quod imperante eodem Cæsare, vel sedente eodem Pontifice, qui ut plurimum senio confecti creati solent, ea omnia instrumenta fuerint ab eodem notario conscripta: Nec erit quod consideret iudex ipse, ut Bar. dicebat, præsumi homines viuere usque ad centesimum annum, ut scribant gloss. in l. ult. C. de sacros. eccle. Nam non ita res accipienda est, sed potius fieri posse, hominem eam ætatem viuere, quæ de re copiose differemus infra lib. 6. præsumpt. 58.

PRÆSUMPT. LXXXIV.

Locus & loci locus, in quo confectum fuit documentum, an & quando præsumatur repetitum ab vno instrumento, in alijs deinde fine eis conscriptis.

SUMMARI A.

- 1 Instrumenti locus in eo adscribi debet. Item & locus loci. nu. 2.
3 Locus loci maxime in testamentis adscribi debet, ob maius salutaris periculum.
Idque etiam in testamentis ad pias causas. n. 4.
5 Locus in instrumento si non expressim saltem præsumptiuè, quando præsumatur adscriptus. n. 6. Cum declaratione. nu. 7. & 9. Et num. 10. cum declaratione. nu. 11. & 12.
8 Appellatio ab interlocutoria, pro forma requiri grauius expositionem.
12 Qualitas apposta in primo actu, non censetur repetita in secundo, qui aliquo intervallo post fuit confectus.
13 Præsentia non præsumitur, sed allegans eam probare debet.

DE sexta instrumenti solemnitate agendum nunc est, nempe de loco in quo conficitur ipsum instrumentum vtpatà in ciuitate Paduæ, Papiæ, Brixiz. Qui sanè locus adscribi debet, ut scribunt gloss. in auth. ut præponatur nomen Imperat. in prin. Bart. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. & ibidem Ioan. à Platea. Bald. in l. optimam. n. 4. C. de contrah. & committ. ff. p. Ioan. Andr. Gemina. & Franc. in c. Abbate. de re iudic. in 6. Pract. Papien. in forma productionis instrumentorum. in verbo, exhibens, numer. 3. Alexand. Iafon & reliqui in l. l. etia. ff. si certum petat. & ibidem Iafon & Dec. in primo notab. & Cagn. numero 65. Ita etiam locum & loci adscribere debet notarius in instrumento, vtpatà in ciuitate Paduæ, in domo habitationis Iacobi Menochi Iurisconsulti, sita in parochia Sancti Thomæ. Ita declarat Pract. Papien. præcitato in locis

co. num. 9. post Ioan. Andr. Butrig. Bar. & alios, quos allegat, Idem quoque scripserunt Alberic. in l. optima. num. 4. C. de contrah. & committ. sup. Bald. in consi. 55. Anno Domini. colum. 2. lib. 2. Alexan. & Iason in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de operis noui nunt. ille num. 4. iste num. 3. Ruin. in consi. 154. num. 10. lib. 3. Dec. in cap. 1. num. 8. de fide instr. Boer. q. 33. num. 37. Bero. in consi. 2. num. 1. lib. 2. Socin. Jun. in consi. 127. num. 5. & num. 26. lib. 3. Cagno. in l. si librarius. num. 82. ff. de reg. iur. Franc. de March. q. 1182. parte prima. Rebuff. in commentarijs ad regias constitutiones Gallie, tomo primo, in tract. de chirographis & schedularum recognitione. numer. 95. Crau. in consi. 216. numer. 2. Natta in consi. 39. num. 1. lib. 2. Idem Iensis Dida. lib. pract. qu. est. cap. 20. n. 2. vers. quinto necessarium. & Matth. VV. enibec. German. in consi. 14. num. 64.

Et hæc quidem sententia, consuetudine ac stylo multis in locis huius regionis Italiae obseruari solet: Et consuetudo consuetudo non valeret, sicuti decidit Rora in decis. 6. in ritu. de consuetud. in antiquis. Idem scribitur Cornuc in consi. 60. nu. 7. lib. 4. Socin. Sen. in consi. 3. num. 9. lib. 3. Deci. in c. 1. num. 8. de fide instr. Bertrand. in consi. 275. colum. 4. lib. 3. & Didac. pre. citato in loco. Et hæc videtur magis recepta Docto. uui opinio, etsi ab ea differant Alex. in d. l. de pupillo. §. qui nunciat. numer. 10. de operis noui nunt. Felin. in cap. 1. colum. 2. de fide instr. Paris. in consi. 28. numer. 10. lib. 2. & Rolan. in consi. 38. numer. 8. lib. 1.

Et prædicta sententia, quod si locus loci adscribi debeat in instrumento, procedit maxime in testamentorum confectio ne, ob maius falsitatis periculum. Ita responderunt Casti. in consi. 420. V. iso & examinato. col. 1. lib. 2. Corne. in consi. 60. nu. 4. lib. 1. Boer. q. 33. num. 37. Cum dixerunt testamentum à notatio receptum, non adhibito loco, & loco loci, in quo fuit confectum, esse nullum, & Cornuc vius est sequi Dec. in c. 1. nu. 8. de fide instrum. Et fortiori in casu respondit Bald. in consi. 166. Allegationes, in primo dubio. lib. 1. etiam in testamento si confectio ad pias causas, confcribendum esse locum, & locum loci. Est etiam adscribendus locus loci singulari, vt puta, in aula Patroij, vbi ius redditur. Et hoc quidem quando in loco ipso singulari, & actus conficiendus est aliis non. Ita tradunt Bartol. Castren. & alij in d. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de operis noui nunt. Castren. in consi. 420. V. iso & examinato. colum. 1. lib. 1. & Capella Tholosa. qu. est. 492. vbi Auffer. in addit. His expositis.

Dubitari nunc contingit, quando ex aliquibus coniecturis præsumatur adscriptus locus, vel loci locus, instrumento, vel de vno in aliud repetitur.

Prima est præsumptio & coniectura, quando instrumentum si confectum est de aliquo actu, qui non nisi certo in loco confici consuevit. Nam tunc etsi in eo instrumento non fuit expressim adscriptus locus, aramen præsumptioe censetur adscriptus, ex quo eo in loco actus similes confici solent, sicuti contingit in actibus iudicialibus, qui solent confcribi apud tribunal magistratus. Ita tradunt Alexan. & Ias. in d. l. de pupillo. §. qui nunciat. de operis noui nunt. ille num. 5. iste num. 2. & sententia Gulielmi Cunei, Baldi, Butrij, & Ias. probari creditur in l. si prius. §. placuit. ff. de aqua quod. & ex. stia.

Secunda est coniectura & præsumptio, quando si confcriptum est instrumentum, quo loca ipsa fuerant de scripta, & deinde subsequitur aliud instrumentum eadem die confectum, cui adiecta est clausula, actum vbi sup. &c. Nã & tunc præsumitur hoc secundum instrumentum fuisse confectum eodem in loco, in quo & antea de scriptum fuit. Ita respondit Socin. Jun. in consi. 102. nu. 2. in fine lib. 3. Et hæc quidem expressio dicitur facta per relationem ad aliud, nempe ad superius, iuxta traditionem Docto. rum in l. 2. ff. de liberis & posthum. Castren. in l. hac consultiissima. nu. 3. C. de testam. & Paris. in consi. 80. num. 49. lib. 2.

Declaratur hæc coniectura, vt non procedat, quando si locus esset pro forma exprimendus. Nam tunc non præsumitur, nec sufficeret expressio facta illis verbis, actum vbi supra, &c. Quandoquidem non sufficit expressio per relationem ad aliud quando pro forma illa requiritur, vt tradunt Angel. Alexan. & Iason, in l. 1. ff. de liber. & posthum. Alexan. in l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. idem in consi. 80. num. 9. lib. 1. Dec. in consi. 573. in fine. qui exemplum adferunt in appellatione si ab interlocutoria, quæ pro forma requirit expressionem grauaminis, vt non sufficit expressio per relationem ad aliud. Et comprobatur declaratio hæc egregia traditione Alberici in tracta. statutorum. parte 1. quæst. 110. post Dynum, quem commemorat, cum scripsit statuto ciuitatis Veronæ cautum est, quod in instrumentis apponi debeat per oprium nomen diei, puta die lunæ, vel die Martis mensis Augusti, si reperitur instrumentum, in quo sit scriptum, die decima sexta mensis Augusti, non erit satisfactum statuto, & si diei certitudo habeatur per relationem ad aliud, Et Albe-

ricum secutus est Ias. in l. 1. num. 22. ff. de liber. & posthum. & in consi. 97. colum. penult. lib. 4. Etsi idem quando si singularis expressio requiritur. Nam tunc non sufficit per relationem ad aliud, vt egregie scripserunt Ruin. in consi. 165. numer. 8. lib. 2. & Tyraquel. in tracta. de legibus conub. in gloss. 5. numer. 181.

Tertia est coniectura & præsumptio, quando si duo instrumenta confecta fuerunt ab eodem notario eadem die, & inter eadem partes, vel de duobus actibus ab ea persona confectis: sicuti contingit, quando testator confecit testamentum, & eadem die codicillos, quæ ab eodem notario recepta fuerunt. Hoc casu locus appositus in testamento, sicque in primo instrumento præsumitur repetitur in codicillis, acque ita Bartol. in l. si quis ex argentiariis. §. si initium. in d. lectura. nu. 27. vers. quia cum apparet. ff. de eden. & apertius Bald. in consi. 208. Præmissis tribus. n. 2. lib. 1. Cum respondit, ratione conuentionis instrumenti locus in vno appositus, in altero præsumitur atque censetur repetitur. Idem responderunt semet Bald. in consi. 166. Allegationes lib. 4. & apertius Rom. in consi. 154. n. 10. lib. 3. Quorum traditiones ego intelligerem, quando incontinenti duo ipsa instrumenta fuerunt confcripta, sicuti verè loquitur Bald. in consi. 208. vt infra subiiciam. Et hæc sententia maxime procedit, quando adest alia coniectura, qua præsumitur locum non fuisse mutatum, vt puta quando testator erat valde ægrotus illa die, qua confecit testamentum & codicillos. Nam tunc insurgit magis vrgens præsumptio, quod locum non mutauerit in confectioe codicillorum: & propterea codicilli recipiunt declarationem ab ipso testamento, vt scribunt Anch. in consi. 242. n. 2. & m. 2. in fi. & Iason in l. si quis ex argentiariis. §. si initium. colum. 2. n. 6.

Declaratur hæc coniectura, vt procedat, quando si incontinenti, vtputa eadem hora confcripta fuerint duo illa instrumenta. Secus si ex intervallo & hora diuersi. Ita in specie declarat Alex. in consi. 59. nu. 6. lib. 2. Quæ declaratio comprobatur traditione eorum, qui dixerunt, qualitate si postpositam in primo actu, non censeri repetitam in secundo, qui aliquo intervallo post fuit confectus. Ita Castren. in consi. 347. Resp. videri eadem. num. 1. lib. 2. Alex. in consi. 122. numer. 1. lib. 2. Socin. Sen. in consi. 27. numer. 14. lib. 4. & Ruin. in consi. 198. numer. 16. lib. 1. Conferit quod post alios docuit Iason in l. Titia. §. idem respondit. il. nu. 4. de verb. obl. cum dixit dicta in præfatione contractus censeri repetita in ipsius contractus conclusionem non procedere, quando ex intervallo subiecurus est contractus. Id quod multis aliis similibus comprobatur Iason. Comprobatur hæc declaratio ea ratione, quod homo sui natura mouetur, nec vno in loco semper consistit, ob id non præsumitur, quod eo in loco, in quo vna hora fuit, ibidem hora subsequenti adfuisse credatur. Atque ita si præsentia non præsumitur: sed qui eam asserit probare debet, vt post alios respondit Crauet. in consi. 240. col. 2. vers. sed tamen rarius, & dicemus infra in lib. 6. præsumpt. 19.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando in secundo instrumento est descriptus locus, sed non in primo. Nam tunc non præsumitur, quod is locus referri debeat ad primum instrumentum.

Ita in simili appositione dici, vt apposta in secundo instrumento, non retrotrahatur ad primum, scripserunt glo. & Bar. in l. si quis ex argentiariis. §. si initium. ibidem Bar. in consi. de eden. Alex. in l. parisi & filij. in fi. de vulg. & pupilla. lib. 2. & Ruin. in consi. 23. in fine. lib. 4. quos secutus sum in commentarijs de arbitrariis iudicijs. lib. 2. casu 64. n. 17. vbi nu. 10. ratione præter alios interpretes consideravi. Et cum illo in casu 64. plura scripserim, de repetitione diei ex vno instrumento in aliud, quæ & adaptari possunt huic præsumptioni, ea hic repetere nolui, ne ex scriptis seripta conficiam.

De duabus postremis solemnitatibus nempe appositione testium, & signi tabellionatus dicere super sedeo.

PRÆSUMPT. LXXXV.

Officium gerentem, præsumi rectè illud administrare.

SYMMARIA

- 1 Officium administrans, si quid neglexerit, non sua, sed partis culpa accessisse præsumitur.
- 2 Officialis non præsumitur in culpa, vbi priuatus præsumeretur.
- 3 Officij necessitas excusat inquisitorem, vt in eo dolus non præsumatur.
- 4 Officialis rem à fure subtractam recipiens, præsumitur bona, & laudabilis mente fecisse.
- 5 Officium ecclesiasticorum, dicta & facta, lex maxime in meliorem partem interpretatur.

Idem est

Idem est in officialibus fisci, num. 6.

Quod etiam tempore syndicatus procedit, num. 7.

6 Præsumptio quæ est pro officialibus, non habet locum quoad prouidendum circa negotia futura, sed potius est contra eos.

9 Officialis magis deserere potentibus quàm potentibus iustitiam.

10 Repacitatem & furtum lex præsumit contra numerarios fisco- prores & exequutores, num. 11. & 12.

13 Magistratum gerentibus extra patriam, quæ, & quam ob causam interdicitur.

14 Officialis faciens aliquid contra naturam officij, facit cessare eã quæ pro ipso est præsumptio.

15 Mortuum in carceribus lex præsumit culpa custodis obiisse.

16 Carcerato fugiente ex carceribus contra custodem præsumitur.

17 Officialis videns testem vacillare, illud in actis describi mandabit.

18 Officialis imponens penam insolitam, & contra officij naturam, contra se habet præsumptiones.

19 Officialis semel aliquid iniuste agens, præsumitur illud quacumque via tueri velle.

20 Officialibus non nisi de pertinentibus ad officium eorum creditur.

21 Officialis effectus diues, præsumit ditatus ex rebus fisci administratis.

22 Officiali tempore syndicatus fugiente, contra ipsum præsumitur.

Hæc quoque annectam præsumptionem illam, qua diuinus præsumi pro his, qui aliquod officium administrant. Est enim pro illis præsumptio, adeo vt si quid neglectum reperitur, præsumptio est si culpa partis, non autem officialis contigisse l. 1. C. de suscepto, & Arca. libro 10. quo tex. adductus Bartol. in l. damni. §. Sabini. numero 8. in fine ff. de damno infecto. scripsit, quod licet testes iurauerint in termino: si tamen examinati non fuerint, præsumitur culpa partis non fuisse examinatam, non autem iudicis. Et traditionem hanc ad rem nostram commendauit Alcia. in tracta. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 15. numero 1. Et his accedit Bald. in l. 2. C. qui accusa. non possunt. cum dixit, quod officialis non præsumitur in culpa, vbi priuatus præsumeretur. Idem Bald. in consi. 178. Præsupposito statuto. in princip. libro 1. respondit, in si inquisitore non præsumi dolum, licet rei inquisiti fuerint absoluti. Nam officij necessitas eum excusat. Et idem Bald. in consi. 494. sciendum est, quod. colum. ultim. vers. de tertia inquisitione libro 1. respondit, quod si officialis si rem à fure subtractam recipit, præsumitur id ex bona & laudabilis mente fecisse. Quæ de re differemus etiam infra libro 5. in præsumpt. 25. in tertio casu. Et demum idem Bald. in consi. 351. Quia in accusatione instituta. ver. quarta ratio. lib. 1. respondit quod ratione officij quis excusatur, nisi probetur dolus. Et Baldus secutus est Tyraq. in tract. de panis legum. causa 58. nu. 2. qui & alios recenfer. Et ibidem nu. 1. scripsit a. hiorum auctoritate relinquit, leuius puniri officiales, propterea quod officio excusantur.

Extenditur primo hæc præsumptio, vt multo magis locum habeat in officialibus si ecclesiasticis, quorum dicta factaque lex maxime interpretatur in meliorem partem. c. ab. sit. 11. quæst. 3. vbi lex præsumit pro abbate corrigente monachum, nec monacho conceditur appellandi facultas, nisi Abb. exhiberit correctionis modum. Id quod annotauit ad rem nostram Alcia. in d. præsum. 15. nu. 1.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam in officialibus si fisci, pro quibus præsumitur dum pecunias fisco inferunt, vt dicantur cauisse, vt cauere debuerunt. §. super hoc. in auth. vt nulli ind. quem textum ad rem hanc annotauit Alcia. in d. præsumptio 15. nu. 1. & eo prius Lucas de Penna. in l. 3. in præsumpt. 180. C. de apocribis publ. lib. 10.

Extenditur tertio, vt procedat hæc præsumptio etiam tempore si syndicatus. Etsi enim officialis dum syndicatur suspensus est ab officio, vt scribitur Bart. in l. ordine. §. quæstionib. ff. ad municip. Paris. de syndicato in ritu. de off. synd. Roman. in consi. 297 & Grammat. in consi. 10. numero 2. & 3. in criminalibus. At tamen adhuc præsumptio est pro eo, de his, quæ in officio gessit, & ab id probationes contra eum debent esse efficaciores, & validiores Bald. in l. obseruare. §. proficisci. quæstio. 10. ff. de officio Procons. & legati. Grammat. in consi. 35. numero 36. & in consi. 54. num. 5. in crimine, Bossus in tracta. causarum criminalium, in ritu. de officij corrupt. pecunia. numer. 14. & alia plura ad rem scripsit Plot. in l. si quando. numero 634. C. unde vi.

Quod est annotandum ad declarationem statuti Papiæ. De regimine Potestatis.

Declaratur primo, vt locum non habeat hæc præsumptio si quoad prouidendum circa futura negotia. Nam tunc lex

non præsumit pro officialibus, sed potius contra. Ita declarat Alcia. in d. præsumpt. 15. num. 2. qui ita interpretatur rex. §. nec laet nos. in auth. vt omnes obediant. indi. vbi præsumitur, officiales si magis deserere potentibus, quàm potentibus, iustitiam. Et in l. ex aula. C. de priuileg. eorum, qui in sacro pala. & in l. 1. C. de numer. lib. 12. vbi lex præsumit rapacitatem si furtum contra numerarios, id est, contra eos, qui principis rationis agunt & pertractant. Et in l. neminem. C. de suscepto. libro 18. præsumitur si susceprores vexare prouincias. Et in §. ad excludendas. in auth. ad execut. in princ. vbi executores si præsumuntur fraudulentum. Hinc gloss. in l. defensionis. in verbo, ad usurpationem. C. de iure fisci. lib. 10. scripsit officiales plura mala scire & committere, quàm committant alij. Hæc ratione sancitum creditur, si interdicitum esse gerentibus officia & magistratus extra patriam, emere prædia, mutuo pecuniam suscipere, & alia negotia pertractare. l. principalibus. ff. si cert. per. Est sanè secundum Ias. ibi col. 1. ver. alia melior, quia lex præsumit & suspicatur de ipso officiali, ne meru inducat subditos ad secum contrahendum. l. si quod per imprefionem. C. quod mer. cau. & arg. l. 1. C. si rector prouin.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando si aliquid est factum contra naturam officij. Nam tunc lex non præsumit pro officiali: sed contra eum. Ita Alcia. in d. præsumptio. 15. num. 3. Et propterea si reperitur aliquis mortuus si in carceribus, lex præsumit culpa custodis euenisse nisi custos probet, casu illum decessisse, l. vltim. ff. de custo. reorum. Ita pariter si carceratus si aufugit è carceribus, præsumitur contra custodum decernat. d. l. vltim. & differui in lib. 2. de arbitrariis iudicium, casu 302. Huc pertinet (inquit Alcia. præcitato in loco) l. 1. C. de censibus. libro 11. vbi lex præsumit, quod tabularij ciuitatù, per collusionem superiorum facinas ad inferiores transferant. Conferet & doctrina Innocentii in c. quoniam contra. de probat. cum dixit, quod si officialis videns testem vacillare, debet vacillationem illam scribi facere in actis: alioqui iudex appellationis potius præsumet eum sua imprudencia non adhibuisse fidem testibus, quàm de effectu ipsorum testium. Et ad rem quoque pertinet, quod scripsit Crauet. in consi. 103. nu. 11. Cum respondit, præsumi contra officialem, qui impouit si pœnas insolitas, & contra naturam officij.

Declaratur tertio, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando alia cõtraria præsumptio esset contra ipsam officialem. Ita Alcia. in d. reg. 3. præsumpt. 15. in fine, qui ob id scripsit, quod si officialis si aliquid temel iniuste egit, præsumitur, quod velit factum suum tueri, quacumque via poterit: secundum Innoc. in c. 2. de arbitr. & in c. diuersis. de cler. conuig. Idem si aliquid fecit contemplatione potentioris, vel aliquid ad se non pertinens, semper fit præsumptio contra eum. c. bene quidem. in fin. 96. distim. & respondit non credi officialibus, si nisi de pertinentibus ad eorum officium, & scripsi in lib. 2. de arbitr. ind. casu 112. num. 12.

Declaratur quarto, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando apparet effectus si diues. Nam præsumitur ditatus, ex rebus fisci administratis. Ita gl. in l. facultas. C. de iur. fisci. lib. 10. & Barba. in consi. 39. col. pen. lib. 4.

Declaratur quinto, vt non procedat hæc præsumptio in si officiali, qui tempore syndicatus recessit & aufugit. Nam tunc contra eum præsumitur. Ita Bar. in l. consiliarios. C. de assesso. Ias. in l. 1. num. 3. C. vt omnes iudices tam ciuiles, quàm mil. & alios plures recenfer Plotus in l. si quando. num. 631. C. unde vi. qui nu. 632. subiungit declarationem, quando statim est reuerfus.

PRÆSUMPT. LXXXVI.

Officialem effectum præsumi dignum, aptum, atque idoneum.

SYMMARIA

- 1 Electus ad officium præsumitur aptus, dignus & idoneus. Quæ tamen præsumptio admittit probationem in contrarium, vt reperitur minus idoneus possit remoueri. nu. 8.
- 2 Pontifex, Episcopus, magistratus, Doctor, peritus in arte, semper electus præsumitur idoneus. nu. 3. 4. 5. & 6.
- 7 Oratores electi præsumuntur idonei, & grati principis suo.
- 9 Prælati minus idoneus reperitur deponi debet, sic & medicus. num. 11. Id autem non procedit in Pontifice. nu. 10.
- 12 Officium quod potius ob dignitatem quàm annexum onus datur, non auferitur ab eo qui ob sensum vel morbum minus aptus redditus est.
- 14 Officialis qui in principis seruitijs insensum, consequi ab eo ne egeant, debent.

NON longè discedit à præcedenti hæc præsumptio, qua dicimus præsumi pro electo ad aliquod officium, quod sit dignus, aptus & idoneus. Quam quidem præsumptionem multis similibus comprobavit Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19.

Et primò dixit præsumi pro sãctitate & integritate Romani Pontificis, quem apex tantæ dignitatis attollit, c. non vos. dist. 4.

Secundò præsumitur pro t̄ episcopo & sacerdote, c. absit. II. quæst. 3.

Tertiò præsumitur pro reo, qui ad magistratum fuit electus, ut in Auth. ut defuncti seu funera eorum. in princ. & diximus supra.

Quartò præsumitur pro t̄ Doctore, quod sit sufficiens. l. unica. C. de profess. qui in urbe Const. lib. 12. & in l. 1. s. id. e. que. C. de Iustitia. Cod. comp.

Quintò sic dicimus præsumi pro eo, qui alicui officio præpositus fuit, quòd nec ipse fallat, nec fallatur, l. 2. C. de pondera. & auri illa. lib. 10.

Sextò ita dicimus præsumi pro aliis t̄ peritis in arte, & propterea illis fides adhibetur, l. semel. C. de re mitt. libr. 12. aut. in l. 1. in princ. num. 4. ff. de ventre inspici. & in l. ultim. ff. ad l. Corneliam de scar. Bald. in c. inter canonicas. de elect. Iason in l. 1. s. ultim. ff. de verb. oblig. Ruin. in cons. 53. in fin. li. 5. Neuiz. in lib. 5. s. l. yne nuptia. num. 69. & Socin. Lun. in cons. 183. num. 12. libro 3. & alia scripta in tract. de adipiscenda possessione, remedio 5. numero 166. Diaz. reg. 678. Iason in repet. l. admonendi. numero 88. 40. Pinel. in l. 2. nume. 11. C. de rescind. vend. Adde quòd sententia peritorum in arte electorum à iudice non transit in iudicatum, sed ex relatione peritorum potest retractari, ut dixi in dicto remedio 5. numero 166. Adde Cremenf. in l. 2. numer. 299. C. de rescind. vend. Ratio, quia eorum relatio est per verbum, credo. Quando periti fuerunt electi à partibus eorum sententia transit in iudicatum, si debito tempore non fuit appellatum, atque ita non retractatur ex relatione magis peritorum. Ratio, quia partes eligentes in eos consenserunt. Ita Iason in dicta repet. l. admonendi. numer. 43. versic. ex illis ego infero. de iur. iur. & Diaz. dist. 7. reg. 678. in fine.

Septimò accedit quòd electi t̄ oratores præsumuntur idonei & grati principi suo l. inter claras. §. liquet. in fine. C. de summa Trinit. & fide cathol. & in c. illud. 8. quæstio. 2. Hinc docuit Abb. in c. super eo. in fine. de elect. quòd si electio alicuius fuit cassata, præsumitur vitio fortunæ non autem personæ, cassata.

Cæterum, (ut dixit Alcia. in d. præsumpt. 19. numero 4.) hæc t̄ præsumptio admittit probationem in contrarium.

Quare si electus ad officium ut idoneus, reperitur deinde minus aptus & sufficiens, potest & debet removeri. l. ut gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & hono. Ita etiam Prælati t̄ minus sufficiens repertus, debet deponi, ut inquit glo. in c. 1. in verbo, insufficientem, de renun. libro 6. Quod tamen t̄ non procedit in Papa, ut ibi dicitur. Hinc etiam medicus t̄ insufficientis reprobat. l. sed ut reprobari. ff. de excus. iur. vbi Baldus. Idem de Doctore legum. l. 2. C. de profess. & med. libr. 11. Barr. in l. cum quis in fine. ff. si cert. peta. Abb. in c. in sui, de magistris. & in c. cum venerabilis. in fin. de except.

Et hæc quidem traditiones probabilem dubitationem non habent, quòd à principio ij fuerit cogniti & iudicati insufficientes & indigni. Verum dubitatio in eo versatur, quando iam semel ab initio fuerunt idonei & sufficientes: sed nunc non sunt, fortè ob senectutem, vel ob aliquam infirmitatem, an scilicet hoc casu ab officio remouendi sint? Alcia. in dicta præsumpt. 19. distinguit duos casus.

Primus est, quando officium t̄ datur potius ob dignitatem quam ob annexum onus, ut officium episcopatus. Hoc casu, qui effectus est ob senium vel morbum minus aptus & idoneus non remouetur ab eo officio, sed potius datur ei coadiutor. Ita loquitur c. quamvis triste. 7. quæst. 1. vbi Archidia. n. 4. c. 1. de parochiis. & c. grandi. de supplenda neglig. prælatorum in 6. & ibi Corlet. & Francus nu. 5.

Secundus est casus, quando t̄ officium datur principaliter ob exercitium, sicuti est officium iudicis, vel aduocati. Hoc sanè casu effectus insufficientis & minus idoneus ob senectutem, vel aliam similem causam removeri potest. l. si quos iudices. C. de off. Præf. Præio. vbi Alber. & reliqui, confert l. si longius. ff. de iud. His tamen (inquit Alciatus) qui propter iustas causas remouentur, præstari debet integrum honorarium illius anni. Ita Barro. in l. 1. §. Diuus. numero 8. ff. de variis & extraordin. actio. dum scripsit honorarium his dari consueuisse, partim ob industriam scientiamque & partim ob laborem corporis. Et Barro. securus est post alios Decius in l. diem functo. numero 17. ff. de offic. assess. vbi nume. 18. subdit, idem esse in interprete, cui debetur salarium totius anni, & si non potuit iustis de causis impeditus, vel morte præventus interceptari. Et præterea (subiungit Alcia. in d. præsumpt.

19. in fine) officiales t̄ qui ita diu principi inferuerunt, ut in illius seruitiis infenerunt, consequi ab eo debere, ne in senectute ipsa egeant. l. Lucius. ff. de emet. libi, Veteranis in præmium assignat.

PRÆSUMPT. LXXXVII.

Condemnatus iudicis sententia, quando præsumatur habuisse iustam litigandi causam.

SVMARIA.

- 1 Sententia iudicis condemnatus, in dubio præsumitur habuisse causam iniustam, adeò quod in expensis condemnari debeat. num. 2. Ab hac tamen præsumptione receditur coniecturis contrariis. num. 3.

Differendum est congruo hoc in loco, an malam & iniustam litigandi causam habuisse eum, qui deinde fuit sententia condemnatus, præsumatur?

Et dicendum est, in dubio t̄ præsumi habuisse iniustam. Ita gloss. in authen. generaliter, C. de episcop. & cleri. in c. calumniam. de pan. 10a. Andr. in c. 1. s. ult. de elect. in 6. Cynus in l. 1. C. de aduoc. divers. iudic. Bald. & Salicet. in l. 1. propterandum. §. fin. autem alterutra. C. de iudiciis. Abbas in c. finem litibus. num. 22. de dolo. & contum. Didac. libro practiarum quæst. capite 27. versic. 6. condemnatio. Natta in cons. 108. numero 5. lib. 1. & Afinius in praxi de ordine iudiciorum. §. 32. s. de expensis. in prima limit. nu. 5. & in limit. 5. in fine. num. 5. Ex quo sequitur, quod condemnari etiam debet hic victus in expensis: quemadmodum præcitari Doctores scripserunt. Receditur tamen ab hac præsumptione aliis contrariis coniecturis t̄ præsumptionibus, quibus iustam affuisse causam litigandi demonstratur: quemadmodum decem causas, atque ita præsumptiones commemorauit in lib. 2. de arbitrar. iudicium casu 177. & aliquos præcitatur etiam Afinius in d. §. 32. in 2. principali, cum multis coniecturis.

PRÆSUMPT. LXXXVIII.

Iudicem appellationis, condemnando appellantem victum in expensis, præsumi condemnasse etiam in expensis primæ instantiæ.

SVMARIA.

- 1 Appellationis iudex condemnando in expensis, præsumitur etiam de expensis primæ instantiæ.
- 2 Sententiæ verba nunquam debent trahi ad eum sensum, quo iudex iniustitiam facere videatur.

Venit aliquando, ut iudex appellationis simpliciter condemnat appellantem victum in expensis, nea verbum aliquod faciat de expensis in prima instantia factis, & propterea solet dubitari, an præsumatur condemnasse etiam in expensis primæ instantiæ? Et præsumi t̄ sic condemnasse affirmavit Felin. in c. significauerunt. num. 7. de except. quem secuti sunt Marfilus in l. patre, vel marito. nu. 71. ff. de quæstio. & Afinius in praxi iudiciorum. §. 32. in septima ampliatione. qui recentem Alexandri reipsonum, quod non impressum hætenus legitur. Ea ratione vsi sunt, quod quando verba sententiæ possunt plura, vel pauciora comprehendere, debet diuersos effectus habere, nunquam t̄ ad eum sensum debent trahi, quo iudex iniustitiam facere videatur. Atqui hoc casu verba hæc condemnationis sic simpliciter prolata, victum victori in expensis condemnatus, sunt apta comprehendere etiam expensas primæ instantiæ, & nisi comprehenderent iudex appellationis iniustitiam faceret, quia constat condemnatum duabus sententiis temerè & iniuste litigasse. Est ergo dicendum, iudicem voluisse comprehendere etiam expensas illas.

PRÆSUMPT. LXXXIX.

Victim in expensis non condemnatum, præsumi absolutum.

SVMARIIVM.

- 1 Victim expresse non condemnando in expensis, præsumitur iudex absoluerit.

Quando iudex expressim non condemnat victum in expensis, t̄ eum absoluisse præsumitur, l. terminato. C. de fructibus

fructibus & litium expensis, vbi Bald. Lanfrancus in tract. de expensis, numero 12. Iason in l. propterandum. §. fin. autem alterutra. numer. 7. C. de iud. Lancelotus Corradus in tract. de præiore, in §. 3. de offic. præior. in causis criminalibus, in tit. de sententia definitiua criminali, in 28. ampliatione. & Afinius in praxi iudiciorum. §. 32. in limit. 22.

PRÆSUMPT. XC.

Quando magis pro reo, quam pro actore & econtra præsumatur, & interpretatio fieri debeat.

SVMARIA.

- 1 Rei fauorabiliores potius quam actores, & pro reis in dubio præsumptio sumitur.
- 2 Actor semper potest & debet venire paratus ad iudicium.
- 3 Dilatationes longiores conceduntur reo ad defendendum, quam actori ad prosequendum actionem motam.
- 4 Rationum in consiliis, melius est nocentem absolueri, quam condemnare innocentem.
- 5 Iudicis officium exuberat in absolendo.
- 6 Iudex in sententia absolvens & condemnans simul potior est in ea perplexitate absolvens.
- 7 Sententia in fauorem rei in dubio debet interpretari.
- 8 Testes actoris licet sint aliquantulum digniores testibus rei, attamen pro eo iudicandum.
- 9 Testibus masculis est maior fides tribuatur quam feminis, falsis tamen si ille testimonium pro reo dixerit.
- 10 Panam remittendo iudex condemnato, præsumitur etiam remittere infamiam.
- 11 Reus etiam qui per accidens sit actor, semper in dubio pro se præsumptionem habet.
- 12 Testes clariore extantes pro actore quam reo, non tollunt eam que pro reo est, præsumptionem. Idque tam in criminalibus quam civilibus. num. 13.
- 14 Præsumptio que pro reo est, tam est efficax, ut actor temerè & per calumniam licet mouisse censatur, si que in expensis condemnandus.
- 15 Actore fisco, & reo conuento priuato, pro reo est præsumptio.
- 16 Actoris fauor in causa fauorabili, an præualeat fauori rei conuenti.
- 17 Actori magis quam reo in præparatoriis iudicijs fauetur.
- 18 Reo in medio cause non plus quam actori fauemus. Nec ei in causis civilibus maiores dantur ad probandum dilationes, n. 19. Excepti tamen sunt aliqui casus, n. 20. 21. & 22.
- 23 Præsumptio que est pro reo, non procedit in foro anime, si turis est pro eius salute.
- 24 Reo plus quam actori non fauemus, quando dubium est super iurisdictione iudicis, item quando delicto constat, numero 25.
- 26 Delictum quando constat commissum esse, permessa est extensio ut reus puniatur.

PRO reo præsumptionem t̄ sumi in re dubia scripsit Alciatus in tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 44. ex l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. cum dixit Caius, fauorabiliores rei potius quam actores habentur. Et Paulus in l. inter pares, ff. de re iudica. respondit, inter pares numero iudices, si dilutione sententiæ proferantur, in liberalibus causis pro liberate, in aliis publicis pro reo statutum obinere. Id quod epistolat. libro 11. testatur etiam Seneca: Reus, inquit, sententiis paribus absoluitur, & semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius. Et Plutarchi, ac aliorum auctoritatibus comprobatur Petrus Fabri in d. l. fauorabiliores, & Pontifex. in c. cum sint, de regul. iuris in 6. ita statuit, cum sint iura partium.

Huc pertinent c. ex literis, §. penultim. de proba. & c. inter dilectos, in fin. de fide instrum. Huius præsumptionis rationes commemorat Alcia. ex Aristotele in probl. sect. 29. problem. 13. Quarum prima est, quod t̄ actor semper potest & debet venire paratus ad iudicium. Reus verò non potest. Quare cum potuerit reus omnis alicui ad sui defensionem peruenire, æquum est ei fuere, & pro eo præsumi. Quæ sanè ratio & iure nostro probatur, nempè l. qui accusare, C. de eden. §. omnem, in authen. de litigios. & in c. sciant, secund. quæstio. 8. & tradunt Specular. in tit. de præparat. iudicio. §. 1. & Decius in d. l. qui accusare, numero 2. Et huc facit traditio Bartol. in l. qui in alterius, numero 3. ff. de regul. iuris. cum dixit, quod licet actor successerit in ius alterius: attamen non habet iustam causam, qua si succumbat, excusetur ab expensis. Et Bart. secuti sunt ibidem Decius numero 5. & reliqui omnes. Et hac ratione factum, ut longiores concedi soleant dilationes t̄ reo ad se defendendum, quam actori ad prosequendum motam actionem, cap. 2. de dilatio.

Et apud antiquos obseruatum legimus, horæ tempus præstitutum fuisse accusatori ad accusandum, duarum verò horarum reo ad se defendendum.

Alteræ est ratio (inquit Aristot.) quia talis præsumptio suadet liberationem. Quæ quidem ratio optimè probatur in l. Arianus, ff. de actio. & obligatio. Quod autem humanior sit, vel ex eo probat Aristoteles, quod in consiliu rationum t̄ melius est nocentem absolueri, quam innocentem condemnare, l. absentes, ff. de panis. Et Cicero in oratione pro Sext. Roscio Amerino, in hæc verba scribit: Virilius est absolueri innocentem, quam nocentem causam non dicere. Hinc dicere solemus, iudicis officium t̄ exuberare in absolendo. Ita Ioan. Andreæ & Butrius in c. veniens, de accusatio. & Cæpolla in cons. 41. licet iniuriam, in criminalibus. Decius in l. fauorabiliores, num. 2. de regu. iuris, & in cons. 690. in fine. Et respondit idem Decius in cons. 185. columna ultim. quod curia maiorem honorem consequitur absoluendo, quam condemnando.

Tertiam rationem huius præsumptionis attulit Alciatus in dicta præsumptio. 44. numero 4. versic. sed tu adde: Actor qui agit aduersus reum, re vera eius delictum, vel culpam, seu noxam arguit: ex quo alias reus non compelleretur suscipere iudicium, si reus paratus fuisset procurari. & §. ult. in Inst. de perpet. & tempor. actio. cum autem nec delictum, nec culpa nec mora præsumatur, iuxta l. merito. ff. pro socio, sequitur dicendum, pro ipso reo stare præsumptionem.

Ex hac præsumptione inferitur, quod ob consilium præsumptionum, est absoluedum est. Ita Bald. in rub. de controvers. inuestit. num. 7. & ibidem Afflictus col. 13. versic. quartus casus. Dec. in cons. 558. num. 8. & Cæphal. in cons. 4. num. 31. si iudex in t̄ sententia absoluit & condemnet vnâ simul, in hac perplexitate potior est absolutio. Ita Baldus in l. 1. num. 18. C. de furtis. Cardinal. in cons. 29. col. 6. & Crauet. in Respon. pro republ. Salusani, nu. 104.

Hinc etiam dicimus, quod in dubio sententia t̄ debet interpretari ad fauorem rei, ut minus sit condemnatus, quam sit possibile, l. hæc enim cause, ff. de suspect. tutor. Alexander in cons. 46. col. 1. libr. 5. Socin. Sen. in cons. 120. col. 2. lib. 1. Deci. in cons. 43. col. 1. & Crauet. in cons. 47. numero 10. & in cons. 188. numero 2. & respondit idem Cæuet. in cons. 6. num. 41. auctoritate Baldi in cons. 28. in quodam instrumento, lib. 1. verba impropriari secundum fictionem, ut reus excusetur, atque ita ne puniatur, & hoc fecutus est amplissimus Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Bart. in l. 1. num. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est, ut eximat.

Hinc etiam scripsit Abbas in c. ad nostram, de probat. quod t̄ licet testes actoris sint aliquantulum digniores testibus rei, attamen adhuc iudicandum est pro reo. Idem Abbas in c. forus, de verbor. signific. annotauit, quod & si maior fides t̄ adhibetur testibus masculis, quam feminis: Hoc tamen locum noui habet, quando scemina testimonium dixerunt pro reo. Et traditiones has secutus est Marfil. in cons. 2. num. 19. & numero 21. Huc etiam facit, quod si iudex t̄ remittit pœnam reo 10 condemnato, præsumitur etiam remisisse infamiam, l. esse feruor. C. ex quib. causis infam. irrog. & tradit Luc. de Penna. in l. 3. in præsumpt. 132. C. de apochis publ. lib. 10.

Extenditur primò, ut locum non habeat t̄ hæc præsumptio etiam in reo qui per accidens est actor, sicuti quando reus intendant remedium, de quo in l. diffamari, C. de ingenuis & manumissis, ut est, quando is, qui altoqui reus esset, perit imponi perpetuum silentium alicui, qui iactaret se creditorem esse, vel si peteret cancellari instrumentum. Nam & adhuc ei fauendum est in dubio. Ita in specie extendit Alciatus in d. regul. 3. præsumpt. 44. num. 4. versic. ampliatur ista præsumptio, ex sententia Butrij, Felini, & Decij, in c. ex literis, de probatio. Idem Decius in cons. 487. & in cons. 686. l. fauorabiliores, num. 2. versic. & ista regula, de regul. iur. & ibid. Cagnol. num. 4. & nouè Cælar Contardus in repet. d. l. diffamari, in quæstionib. num. 8.

Extenditur secundò, ut procedat hæc præsumptio etiam, si pro t̄ actore extarent clariore testes. Quocirca si accusator probasset crimen testimonio duorum clericorum: reus verò contrarium testimonio duorum laicorum fauore rei præualebit testimonium laicorum. Ita gloss. in c. clericis, dist. 81. Bald. in l. data opera, C. de iis qui accus. non possunt. Roman. in l. 1. §. ultim. & in l. in illa, ff. de verb. oblig. Decius in d. l. fauorabiliores, num. 1. idem in c. ex literis, de probat. & in cons. 564. numero 2. Idem scripsit Alcia. in d. præsumpt. 44. numero 5. qui aduersus reos in d. c. ex literis, intelligit procedere tam in causis t̄ civilibus, quam criminalibus, cum eadem militet ratio utroque in casu. Et multò fortius procedit, quando probationes rei præualebunt. Ita post alios plures scripsit Decius in l. qui accusare, numero 16. C. de eden. & in cons. 564. numero 2.

14 Extenditur tertio hæc præsumptio, ut ad eam sit efficax sit contra actorem, ut præsumatur temere & per calumniam littem mouisse, & consequenter quod in expensis condemnari debeat, iuxta l. *enim qui temere*, ff. de iud. Ita extendit Alciatus in d. præsumpt. 44. numero 5. vers. ampliatur. & tertio, & ibi declarat, quando apparere dicatur habuisse iustam causam litigandi, ut ab expensis absolui mereatur. Et ego omnium copiosius disserui in commentariis de Arbitr. iud. libro 2. casu 177.

15 Extenditur quarto, ut locum habeat etiam, quando factus est actor, priuatus vero reus conuentus. Nam adhuc pro ipso reo præsumendum est. Ita Comens. Iaf. & Zasius in l. *paris*, ff. de re iudi. & Didacus in lib. 1. variar. resol. cap. 16. n. 4. in fi.

Declaratur primò hæc præsumptio, ut locum non habeat, quando actor ageret pro causa fauorabili, ut puta pro libertate, matrimonio, dote, causa pia, & similibus. Nam tunc fauor illius causæ præuolat fauori rei conuenti. Ita declarant post alios Iafon in l. de die, in princ. colum. vltim. vers. secundò principaliter. ff. qui satisd. cogan. Dec. in d. l. fauorabiliores, nume. 3. & ibidem Cagnol. numero 7. de reg. iuris, & Alciatus in d. præsumpt. 44. numero 7. Et inter has causas fauorabiles, connumerat Iaf. & Dec. causam fisci. Quam traditionem existimo veram non esse, & repugnare responso l. non puto. ff. de iure fisci, quam alibi explanauit.

Declaratur secundò, ut locum non habeat hæc præsumptio in præparatoriis iudiciis. Nam in illis magis fauemus actori quam reo. Ita post glo. in c. cum sum, de regul. iuris in 6. & alios antiquos affirmarunt Bart in l. de die, in princ. ff. qui satisd. cogan. & alios refert ibidem Iaf. num. 2. & Dec. in d. l. fauorabiliores, num. 2. & ibidem Cagnol. num. 8.

Cæterum à recepta hac opinione dissentiunt Iafon in d. l. de die, in princ. numero 2. vers. nunc assume. & Alcia. in d. tracta. præsumpt. regu. 3. præsumpt. 44. num. 8. respondet Alciatus argumentationibus communis opinionis: Iafon verò multis rationibus ostendit, hanc posteriorem sententiam, quæ & mihi magis probatur, veram esse.

Declaratur tertio, ut non procedat in medio, quando actor non plus fauemus reo quam actori, sed æqualiter eos tractamus. Ita Barto. Ange. & Castrenf. quos refert Iaf. in d. l. de die, in princ. num. 2. ff. qui satisd. cogan. qui colum. 3. vers. capio secundum membrum, idem affirmat, confutata vna argumentatione. Idem docuit Decius in l. fauorabiliores, numero 5. & ibidem Cagnol. numero 8. de reg. iuris, idem Decius in c. ex literis, numero 5. de probat. Quocirca maiores

19 dilaciones ad probandum dari solent in causis ciuilibus reo quam actori, vbi Imola & Alex. colum. 1. ff. de feriis, Iafon in d. l. de die, in princ. colum. 3. vers. 2. fallit. Dissentit tamen ab hac opinione Alciatus in d. præsumpt. 44. numero 9. ab id, quod hac declaratione nimis coangustetur regula d. l. fauorabiliores. Extant tamen aliqui casus, in quibus magis fauemus reo, quam actori, etiam in medio causæ, sicuti quædantur dilaciones. Nam duæ dari solent actori, tres vero reo, l. vlt. ff. de feriis, vbi Alexand. colum. 1. in fine. post Imolam, gloss. in c. cum ad sedem, de restit. spoliat. & Iafon in d. l. de die, in princ. col. 3. vers. 1. fallit. ita etiam inquit idem Iafon) reo permissum est, si hæc adhuc non contestata, examinari facere testes ad æternam rei memoriam, quando testes sunt recessuri, vel quando in extremis laborant: ne reo fortuitis casibus subtrahatur probatio, l. facultas. C. de iure fisci, libro 10. Et tamen diuersum est ex parte accusatoris, c. quoniam frequenter, vbi gloss. in verbo dilator, ut hic non contestat. & ibid. Bald. colum. 3. & Iafon præcitato in loco, & aliqua scripti in commentariis de Arbitrariis iudiciis, libro 2. & præterea subiungit Iafon in d. l. de die, in princ. colum. 3. vers. tertio fallit. prædictos testes ad perpetuam rei memoriam examinatos pro reo, publicari etiam posse, quod fortius est, l. in lege Aquilia, §. si delectum, vbi Bart. ff. ad legem Aquil. Diuersum est in actore, d. c. quoniam frequenter, vbi Bald. c. om. 4. & Felinus numero 20. Extat & aliter casus, in quo magis fauemus reo quam actori in medio causæ, nempe in editione rationum & instrumentorum, quam reus non tenetur facere actori, l. i. l. qui accusare, & l. vltim. C. de eden. Et tamē actor tenetur ea edere reo, l. non est nouum, & l. iustum, & d. l. vltim. C. eod. de eden. & ibidem Doct.

Declaratur quarto, ut non procedat hæc præsumptio in foro animæ. Nam tunc sit interpretatio & sumitur præsumptio contra reum: ex quo tutor est pro salute animæ. Ita glo. in c. r. de scrutinio. Et in specie declarat Decius in c. ex literis, numero 6. de probat. & Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. numero 12. qui quidem Alciatus subiungit non solum procedere in foro animæ, sed etiam in foro canonico, quo ad penam suspensionis à diuini c. presbyterum, c. significasti, l. 2. & c. ad audientiam, de homicidio. & respondit Comens. in cons. 134. colum. vltim. in princ. Et hæc intelligit

Decius præcitato in loco procedere, quando sumus in dubio, cum scilicet non constar de delicto, secus verò quando constar: quia tunc etiam in foro conscientie & canonico, mitior pœna est indicenda. Ita Decius post Abbatem infra lib. 5. præsumpt. 3. dum explicabimus regulam l. meriti ff. pro socio.

Declaratur quinto, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando est dubium super iurisdictione iudicis, & iudex ante eam fundatam cognoscit. Nam tunc non plus fauemus reo quam actori. Ita in specie declarat Alex. & Iafon in l. de die, in fine princip. ff. qui satisd. cog. & Alciat. in d. præsumpt. 44. in fin.

Declaratur sexto, ut non habeat locum hæc præsumptio, quando constat de delicto. Nam tunc reo non fauemus, sed potius condemnandus est, quam absolendus. Ita Neuzan. lib. 6. syluæ neptia. nu. 47. vers. intelligi secundò, qui sic declarat traditionem Bart. in l. quemadmodum, num. 11. C. de agric. & eff. l. 11. Cum dixit legem pœnalem esse extendendam, cum agatur de fauore publico, ut delicta puniantur. Et aperit idem Bartolus in l. Lucius, §. exercitium, num. 2. ff. de his qui notant. infra scriptis, quod quando constat delictum fuisse perpetratum, permittitur extensio, ut puniatur, ne aliquo delictum maneat impunitum, & Bartolum secuti sunt Ruin. cons. 6. num. 5. & num. 11. lib. 5. Decius in cons. 52. num. 9. Gozad. in cons. 5. num. 6. & Didac. lib. 1. variar. resolutio. cap. 11. num. 5.

PRÆSUMPT. XCI.

Iudicium subterfugiens, probationes occultans, quando malam fouere causam præsumatur, egregia tractatio.

SVMARIA.

- 1 Iudicium subterfugiens, præsumitur de sua iustitia diffidere, Et aliquando punitur tanquam calumniator, num. 2.
- 2 Actor non compensans in termino ad quem citauit reum, causa iniusta præsumitur absisse.
- 3 Occultans iura & instrumenta, præsumitur fouere malam causam.
- 4 Testamentum diu occultatum præsumitur falsum. Idem de emancipatione, num. 6.
- 5 Iudicium mouere qui distulit diu, præsumitur fouere malam causam.
- 6 Reus diu differens opponere exceptiones, præsumitur fouere malam causam. Idem in differente querelam falsi proponere, num. 9.
- 7 Aduocatum aduersario subtrahens, præsumitur fouere malam causam.
- 8 Testibus volens probare, quod potest instrumentis, præsumitur malam causam fouere.
- 9 Testes paucos examinari faciens, multis presentibus negotio, suspicium se facit. Idem si eos qui de solo auditu auditis, cum alii qui vel viderint, vel audierint, adsint, num. 13.
- 10 Presentat. in se iudici pro tribunali sedenti, considerere de iure suo, nec conueniam indicari.
- 11 Vocatus in iudicium, non veniendo, iudicem contemnere præsumitur.
- 12 Presentans se sponte iudici, innocens præsumitur.

Qui iudicium refugit, de sua iustitia diffidere præsumitur, inquit Gelasius in c. Christianis, in fine. 12. quæst. 1. & Bonifacius in c. nullus, de præsumpt. rescripsit in hæc verba: Nullus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absoluitur, qui est innocens querit. Constat enim de omnibus, quisquis subterfugere iudicium dilacionibus putat. Hæc ille. Quo loci Abb. Felin. & reliqui, multa ad tem hanc scripserunt, illud maximè ex Bald. in c. presentia, col. pen. de præsumpt. qui dixit, quod ille qui de innocentia confidit, non vadit per mendicata suffragia: sed festinat, ut veritas inquiratur, & respondit Roman. in cons. 169. numero 3. quem secutus est Affl. in decis. 13. numero 21. Quocirca subterfugiens iudicium, aliquando dicitur puniri tanquam calumniator, §. oportet autem, vers. si tamen is, in auth. quomodo oportet episcop. Archid. in c. cum olim, vers. qui iudicium, de heret. in 6. & Lucas de Penna in l. 3. versiculo 134. præsumpt. C. de apoch. public. libro 10. Huc facit quod scripsit Ioan. Andrez in c. 1. de dolo & contum. in 6. cum dixit, quod is qui non comparuit in termino, ad quem citari fecit reum, præsumitur ab esse ex iniusta causa, atq. ita subterfugere iudicium. Ita pariter dicimus, præsumi qui fouere malam causam, qui occultat iura & instrumenta, Barb. in cons. 35. colum. 2. libro 3. Affl. in decis. 13. num. 22. Paril. in cons. 67. num. 27. & 29. lib. 3. Crauet. in cons.

in cons. 6. num. 8. in cons. 131. numer. 17. & num. 34. & in cons. 298. num. 11. & Plocus in l. si quando, num. 389. num. 613. & num. 857. C. unde vi, qui his similia congerunt.

Est simile quod dicimus, testamentum diu occultatum, & præsumi falsum, ita respondit Barbat. in cons. 88. colum. pen. lib. 4. & simile etiam censur Baldus in l. fraus, nu. 1. ff. de legib. 6. emancipationem diu occultatam præsumi falsam. Et habet locum præsumptio hæc contra mulierem & rusticum, Roma. cons. 406. col. 1. & Crauet. in cons. 178. num. 5.

Ita quoque præsumitur fouere malam causam, qui diu distulit mouere iudicium, quod iam antea mouere debebat aduersus eos, qui ea de re & negotio instructi erant. Exemplum in eo, qui viuo debitor petere poterat: & tamen ad eum distulit petere, ut si ille sit vita defunctus, quod fecisse præsumitur, ut peteret ab hæredibus minimè instructis, & quibus cognitæ non sunt exceptiones, suo antecessori competentes, vel quando tam diu distulit agere, quo aduersario peterent defensiones. Ita gloss. in Clemen. sepè. §. quia, in verbo, non obstante, in fine, de verbor. signific. egregiè tradunt Affl. in decis. 13. numero 21. vers. 9. coniectura, & decis. 58. in fine. Moderni Parisienses in tract. u. de usuris, numero 187. Puteus in decisio. 245. numero 2. libro 2. & Parisius in cons. 83. numero 27. libro 1. qui respondit contra eum præsumi, qui cum assereret se creditorem, distulit petere, donec debitor esset vita functus. Extat celebris locus apud Ciceronem in oratione pro P. Quinctio, cuius verba ascripsi. In hac re, te inquam, testem Neui citabo: annum & eo diuinius post mortem C. Quinctij fuit in Gallia tecum simul Quinctius, doce te petiisse ab eo istam, nescio quam innumerabilem pecuniam: doce aliquando mentionem fecisse, dixisse deberi: debuisse concedamur. Moritur C. Quinctius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit: heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem, eo denique, ubi non mudo res erat, sed ratio quoque omnis & omnes literæ: Quis tam dissolutus in re familiaris fuisse? quis tam negligens? quis tam tui Sexte dissimilis? qui cum res ab eo qui contraxisset, receisset, & ad heredem peruenisset, non heredem cum dirimum vidisset, certi nem faceret appellaret? rationem assereret? si quid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur? Ita ne est? Hæc Cicerone, qui & aliis multis inuehebatur in Sextum Neuium: sed pauca hæc asserere volui. Non est dissimile, quod dicimus, qui re ipsam conuenit præsumi fouere malam causam, quando diu distulit opponere exceptiones. Ita responderunt Ancharan. in cons. 234. colum. 1. Castren. in cons. 181. In causa ista quinque, col. 1. & cons. sequens, colum. 3. lib. 1. & Crauet. in cons. 65. numero 8. in cons. 75. numero 9. & in cons. 112. numero 16. Ita pariter præsumitur contra eum, qui distulit proponere querelam falsi: ut dicemus infra lib. 6. præsumpt. 19. vbi de falsi crimine differemus. Simile tradit Rebuffus in commentar. ad Regias constitutiones Gallie, tomo primo, in titu. de sentent. executio. art. 3. gloss. 2. numero 3. in fine, cum dixit, quod differens opponere exceptionem nullitatis, in executione tenentia, præsumitur calumniosè distulisse, ex quo antea opponere poterat. Simile etiam tradit Ancharan. in c. 1. numer. 7. de frig. & malefic. & ibidem Abbas. Sic dicimus præsumi fouere malam causam, qui aduersario aduocatum subtrahit, l. providendum, §. vltim. C. de postula. & tradit Ioan. Andrez in additio ad Specul. in titu. de præsumptio, §. species, numero 5. in verbo, in prædictis concord. qui dixit, hanc esse solius hominis præsumptionem, quod sensu & gloss. in d. §. vltim. cum dixit, subtrahentem hunc non puniit ex hac præsumptione. Et idem tradunt Lucas de Penna in l. quemadmodum, in 114. ampliat. C. de agric. & cens. libro 11. & Malcardus in cons. 275. ita quoque subtrahens probationes aduersarij præsumitur fouere malam causam. Ita Ioan. de Turrecremata in c. si quis, numero 1. 3. quæstio. 7. Huc etiam pertinet quod responderunt Curt. iun. in cons. 74. colum. 3. & Crauet. in cons. 178. numero 5. cum dixerunt, præsumi illum malam causam fouere, qui vult & testibus probare, quod instrumentis probare non potest. Et simile respondit Arcinus in cons. 63. colum. 6. vers. præterea, cum in matrimonio, & in cons. 82. colum. 3. vers. nisi forte oblatet, cum dixit esse suspicionem contra eum, qui examinari fecit paucos testes, cum tamen multi fuerint presentes in negotio. Et simile ex hac traditione Arcini scripsit Crauet. in tract. de antiq. tempo. 1. part. 1. prima partis principalis, numero 8. cum censur, præsumptionem esse contra eum, qui examinari fecit testes & deponentes de solo auditu auditis: cum potuerit examinari facere testes illos, qui vel suis oculis viderit vel auribus audierunt. His etiam accedit, quod is præsumitur fouere malam causam, qui omnes ciuitatis aduocatos, & causarum defensores occupat, l. providendum C. de postula. & ibi annotauit Castrenf. & respondit Neuzan. in cons. 37. in fine.

Edouerto autem ad iam explicata, dicimus à iure præsumi, quod ille, qui se præsentat iudici pro tribunali sedenti, confidat de iure suo, nec contumax iudicari possit. l. Diuus, ff. de integram restitut. Et quemadmodum vocatus est ad iudicium si non iuit, iudicem contemnere præsumitur: Ita e contra, si citò ad iudicem iuit, non contemnere creditur, & ob id ad ius suum causamque restituitur, vt declarat Barr. in d. l. Diuus, num. 7. Hanc præsumptionem esse iuris & de iure, scripsit Ioan. Andr. in additio ad Specul. titu. de præsumpt. §. species, numero 5. in verbo, in prædictis concordantib. vers. 3. Ita dicimus eum, qui se iudici sua iponte præsentat, in 6. 16 centem à crimine præsumi. Ita Cæpolla in cons. 31. numero 8. in criminalibus. Marfil. in practica criminali, §. diligenter, numero 204. M. Antonius Blancus in pract. criminali, in 1. part. defensionis, num. 131. & Iacobus Nouellus in practica criminali, in 1. defensionis, sub titu. ad defensionem, incipit: Etis hætenus examinatis. & hanc coniecturam confirmat egregiè locus M. Ciceronis in oratione pro Milone, cuius verba hæc sunt.

Quod si nondum satis cernitis, cum res ipsa tam claris argumentis signisque luceat, pura mente asque integra Melonem nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia examinatum Romam reuertisse. Recordamini per deos immortales, quæ fuerit celeritas reditus eius, qui ingressus in forum ardente curia, quæ magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio. Neq. verò se populo solum, sed etiam Senatui tradidit, neq. Senatui modo, sed etiam publicis præditiis & armis: neque his tantum, verum etiam eius potestati, cui Senatus vitam Rempublicam, omnem Italiam quæbet, cum sita populi Romani arma commiserit: cui nunquam profectò tradidisset, nisi cause sue consideret, præferri omnia accidenti, magna meueni, multa suspicanti, non multa credenti. Magna vis est conscientia iudicis, & magna in utramque partem, ut neque timeant qui nihil commiserint: & panam semper ante oculos putent, qui peccarint. Hæc M. Cicerone.

PRÆSUMPT. XCII.

Pignora à iudice assignata victori ob causam iudicatis, præsumi pro toto ipso debito assignata.

SVMARIA.

- 1 Pignora à iudice victori assignata, pro toto debito assignata præsumuntur, & ratio redditur, num. 2.
- 2 Pignora conuenientia non transtè dominium, nisi pro valore & quantitate pignoris, secus in pignore iudiciali, ac prætorio.
- 3 Pignora limitatè assignata à iudice pro certa quantitate, non præsumuntur pro toto debito assignata. Idem si creditor pro se pignus nolle, nisi pro suo iusto valore, num. 5.

Cum victori qui sententiam pro se obtinuit, pignora assignantur à iudice in causam iudicatis pro toto debito assignata præsumuntur, l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudicat. quo loci annotarunt gloss. Imola, Alexand. & Iafon num. 2. & 5. hanc esse præsumptionem iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, ut scripsi ex hoc textu superiore libro, quæst. 60. Idem præter Imolam, Alexandrum, & Iafonem affirmant Lucas de Penna in l. 3. in præsumptio. 172. C. de apochis public. libro 10. Euerardus in centuria legali, in loco à versimili, numero 18. in fine, & sensu Parisius in cons. 42. numero 16. lib. 1. Et huius præsumptionis ea est ratio, quia in pignore iudiciali & prætorio, adiudicatione facta per iudicem, dominium transtè in creditorem, & pignus afficitur suum, quasi æstimatum pro toto suo credito. Creditor ergo sua ipsa voluntate sibi præiudicauit in residuo. Et hinc apparet manifesta differentia inter pignus hoc iudiciale vel prætorium, & pignus conuenientiale. Nam in pignore ipso conuenientiali minus idoneo, pro integro credito institutum est, ne creditor in residuo sibi præiudicet, l. creditor qui non idoneum, ff. si certum petatur, & l. 1. C. de pignoris. Et est ratio, quia in hoc pignore conuenientiali non transtè dominium, nisi pro valore & qualitate ipsius pignoris, l. neque pignus, ff. de reg. iuris. In iudiciali verò & prætorio dominium transtè in totum. Ita Iafon in d. §. pignora, num. 2. Est Decius in d. l. creditor qui non idoneum, num. 5. ff. si cert. pet. rationes has visus sit improbare. Et alia scribunt Zasius in d. §. si pignora, Alciatus in d. l. creditor, & lib. 6. paradox. cap. 3. Duarenus lib. 1. disputa. annuerf. cap. 6. & Robertus Aurelianus lib. 1. sent. iuris, c. 22. quibus demonstrant alium esse sensum, d. §. si pignora.

Declaratur primò hæc præsumptio, ut locum habeat, quando ipse iudex simpliciter assignauit hoc pignus creditori in solutum: secus verò quando præsumitur limitatè dedisset pro certa quantitate. Nam tunc cessat hæc præsumptio. Ita in specie declarant Bald. in l.ordo, in 2. notab. C. de execu. re iudi. & post alios Iaf. in d. §. si pignora, num. 5. Est ratio, quia limitata causa limitatum parit effectum, l. in agris, ff. de acqu. rerum, dom.

Et verè hic fumus in claris, in quib. nõ est opus in cõiecturis. Declaratur secundo vt locum non habeat hæc præsumptio, quando ipse creditor ¶ contradiceret, atque ita protestaretur, se nolle pignus illud acceptare pro integro suo credito: sed solum pro ipsius pignoris iusto valore. Nam tunc cessat hæc præsumptio. Ita glos. in d. s. si pignora. in verbo addicatur. & ibidem Comensis, Imola, & Alexander, quorum opinionem & tutiorem esse, dixit Iason ibid. in fine. Et fanè durū & iniquum, vt dicebat Comensis, quod creditor inuitus & cõtradicens, cogatur acceptare pro roto suo credito pignus hoc minoris valoris. Nec vrget illa ratio Petti Besutij, quod cum non fuerit repertus emptor, qui emerit pignus, creditorem cogi illud acceptare, cum sibi adscribendum sit, quod iusto pretio non emerit tanquam tertius, eo tempore quo subhastabatur, iuxta l. 2. vbi gloss. C. si in causam iud. Nã responderet creditorem noluisse fraudem aliquam, vel fraudis suspicionem de se præbere tacite se submitiendo loco tertij emptoris. Et propterea, cum liberum sit emere, C. de iure delibe. nihil huic creditori imputari debet, si emere noluit. Hæc itaque declaratio retinenda est, reiecta opinione glossæ in d. l. ordo, ac Bart. & Besutij in d. s. si pignora.

PRÆSUMPT. XCIII.

Rem datam à reo debitore condemnato, creditori pro executione sententię, præsumi loco pignoris & non in solutum datam.

SVMMARIA.

- 1 Debitor condemnatus ad certam quantitatem, dans rem aliquam creditori, loco pignoris dedisse præsumitur. Idque etiam si res esset eiusdem cum debito æstimationis, num. 2. & quando id locum non habeat, num. 4. 5. & 7.
- 3 Pignus in dubio præsumitur idoneum & sufficiens.
- 6 Verbum, assigno, significat dationem in solutum

HVIC loco satis conuenit, vt paucis differamus, quando debitor dat certam quantitatem condemnatus, rem aliquam dat creditori suo, pro executione sententię, an præsumatur dedisse in solutum vel loco pignoris, donec satisfaceret? Et præsumi datum ¶ loco pignoris decidit Afflicti. in decis. 373. multis egregiis adductis rationibus, quas non commemoro cum facile apud eum legi possint.

Extenditur vt procedat hæc præsumptio ¶ etiam si res ipsa eiusdem esset æstimationis, qua ipsum debitum: attamen ad hæc data præsumitur loco pignoris. Ita Afflicti. in d. decis. 373. num. 2. Ea ratione motus est Afflicti. quia in dubio pignus præsumitur idoneum & sufficiens, l. 2. vbi gloss. in verbo, redigere. C. de pigno. & Alex. in l. creditor ff. si cert. petat. & ibidem Dec. num. 1. Ceterum si rectè perpendatur, ab Afflicto dissentit ibi Vrsilius in additionibus, num. 5.

Declaratur primò, vt non habeat locum hæc præsumptio, ¶ quando iam debitor in eo instrumento, quo se debitorem constituit, dedisset facultatem ipsi creditori capiendi sua auctoritate rem illam, & retinendi eam in solutum. Et creditor rem illam consecutus est à debitore, diuque possedit. Hoc sanè casu præsumitur iusto pretio & ex titulo præambulo possidere, eamque habuisse iuxta l. quædam mulier. ff. de rei. vend. Ita in specie declarat Vrsilius in additionibus ad dictam Afflicti decis. 373. num. 1.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hæc præsumptio ¶ quando ex aliquibus vbi ¶ conici posset, debitorem dare voluisse in solutum, non autem in pignus, sicuti quando dixisset, assigno tibi pro debito meo rem illam. Nam verbum hoc, ¶ assigno, significat dationem in solutum. Ita auctoritate multorum scripti in conf. 20. num. 6. libro 3. Et ibidem num. 9. idem dixi, quando ¶ debitor dixisset, se rem tradere cum cessione iurium & translatione dominij. Et alia plura in discursu illius responsi scripti, quæ ad rem hanc pertinent.

PRÆSUMPT. XCIV.

Sententię acquiescisse condemnatum, quibus signis & coniecturis apparere possit.

SVMMARIA.

- 1 Condemnatus petens vel faciens aliquid quod sententia executionem respicit, præsumitur sententię acquiescisse.
- 2 Pretium dans vt actus ab accusatione desinat, videtur delictum fateri.

- 3 Condemnatus acceptans terminum à iudice condemnante assignatum, non præsumitur appellacioni interponendæ renunciare.
- 4 Condemnatus ad actum negatum, non faciendo sententiam tamen approbare non præsumitur.
- 5 Condemnatus non appellans, facit sententiam transire in rem iudicatam. Vt si appellauerit quidem, & postea renunciauerit appellacioni, num. 6.

CONDEMNATUS præsumitur acquiescisse sententię, quando ¶ aliquid peti, vel facit, quæ sententię executionem recipiunt, vt puta si peti à iudice terminum ad soluendum, l. ad solutionem, C. de re iudi. & tradunt Lucas de Penna in l. 3. in præsumptio, 113. C. de apochis public. libro 10. Calcan. in conf. 22. num. 8. Socin. Sen. in conf. 220. in fin. lib. 2. Dec. in conf. 618. numero 2. Crauet. in conf. 76. in fine. in conf. 261. nu. 3. in conf. 276. numero 2. & in conf. 278. colum. 2. v. 5. dico. Alciatus in respon. 377. num. 10. & Tyraquel. in tract. de retractu conuentio. §. 1. glo. 2. num. 61.

Et hæc quidem præsumptio locum habet multò magis quando is condemnatus soluit re ipsa, totum vel partem eius, ad quod condemnatus fuit. Ita Decius in d. conf. 618. num. 2. Cum plus sit soluere, quam petere terminum ad soluendum. Et saltem quoad approbationem actus & sententię procedunt à pari, vt in specie respondit Crauet. in d. conf. 76. in fi. Et comprobatur eo simili quo dicimus, quod ¶ accusatus qui pretium dedit, vt ab accusatione desinat accusator, fateri dicitur delictum, l. in sisci causis. ff. de iure fisci, & tradit Alexand. in l. transigere, num. 1. C. de transact.

Extenditur hæc præsumptio, vt locum habeat etiam quando condemnatus petiit dilationem per suum procuratorem, Ita Mai. in sing. 186. Tu scis, post Bellameram, & Felin. quos refert.

Declaratur primò, vt non habeat locum, quando ipse iudex assignauit reo condemnato terminum ad soluendum: & ipse condemnatus acceptauit ¶ terminum ipsum. Nam tunc præsumitur quidem renunciaisse appellacioni interpositæ: sed non interponendæ. ita declarat Soc. in seu. in conf. 220. in fine, libro 2. post Innocen. & alios, quos recitat, & copiose dicitur Felin. in d. c. quo ad consultationem, num. 56. 7. vbi declarat.

Declaratur secundo, vt locum non habeat in actu negatiuo, ¶ vt si quis fuit condemnatus, ne solueret vel ne rem aliquam traderet: & is condemnatus non soluit, nec tradit. Hoc sanè casu non præsumitur ex eo actu negatiuo approbare sententiam. Ita egregiè Innocen. in c. cum olim. il. 3. de ressit. spol. quem sequutus est Socin. sen. in d. conf. 220. num. 11. libro 2.

Declaratur tertio, vt non procedat in appellante à sententiã excommunicationis, & eam obseruante. Nam iste non dicitur approbasse & ratificasse sententiam. Ita post alios Fel. in d. c. quoad consultationem, num. 7. v. datur alia.

Declaratur quarto vt locum non habeat, quando per errorem petita fuit dilatio ad soluendum, vt errore similis actus factus fuit. Nam tunc non dicitur approbasse ipsam sententiam. Ita idem Felin. in d. c. quo ad consultationem, nu. 7. in fin. v. si limi.

Declaratur quinto, vt non procedat, quando condemnatus coactè soluit, vt si nec appellare, nec alio remedio impedite potuit executionem sententię. Nam tunc soluit non præsumitur eam approbasse. Ita Imola in conf. 144. nu. 1. & conf. 148. col. pen. v. si non obstat. & in conf. 146. num. 9. in fi. & Fulgosius inter eiusdem Imolæ consilia in conf. 147. num. 14. Marti. sing. 89.

Est & aliud signum approbationis sententię, quando ¶ condemnatus ¶ non appellauit. Nam tunc dicitur sententia in iudicatum transiisse, l. is qui, C. de appell. c. quoad consultationem, de sent. & re iud. vbi latè Doct. & Crauet. in conf. 79. num. 3. & manifestus Lucas de Penna in l. 3. in præsumpt. 86. C. de apoch. publ. lib. 10. Idem est, quando condemnatus non appellauit intra terminum, l. qui absente. C. de procur. & tradit Lucas de Penna in d. l. 3. in præsumpt. 114. Qui traditionem hanc intelligit procedere etiam eo casu, quo hic appellauit intra terminum: sed deinde intra 30. dies non comparuit, vt peteret instanter sibi dari apostolos, seu literas dimissorias iuxta c. ab eo, de appellat. in 6. & scribunt Innoc. & Archid. in c. cordi, de appell. in 6.

Est & aliud signum approbationis sententię, quando ¶ condemnatus appellauit: sed deinde ipsi appellacioni renunciauit. Nam tunc censetur fateri se iustè condemnatum, atque ita sententię acquiescere dicitur. Ita Baldus in c. 3. §. iudices, in fine, de pace iuram. firmam. quem secutus est Tyraquel. in tracta. de legib. connubial. in gloss. 5. num. 69.

PRÆSUMPT.

PRÆSUMPT. XCV.

Appellatio, an & quando præsumatur intra debitum tempus interposita.

SVMMARIA.

- 1 Condemnatus sententia iudicis, intra decem dies appellare debet.
- 2 Appellatio intra decem dies interposita præsumitur, Baldo tamen cum aliis dissentiente, n. 3.
- 4 Appellandi tempus intra decem dies, censeri de substantia ipsius appellacionis.
- 5 Dicitur, & quando stet continuatiuè, vel augmentatiuè.
- 6 Dies decem ad appellandum currunt de momento ad momentum.
- 7 Absens appellans post. 20. dies à tempore late sententię, præsumitur appellasse intro decem dies à tempore scientię.

IUDICIS sententiã ¶ condemnatus appellare hodie debet intra decem dies, c. conuentionis, de appell. in 6. Quare dubitari contingit, quando non apparet quo tempore fuit appellatum, an præsumatur intra decem dies interposita appellatio? Et præsumi ¶ scripturunt Baldus in l. oportet. §. scire. ff. de excusat. iur. Francus in c. bone, num. 20. de appell. Rimin. sen. in l. 2. in fin. C. qui admittit. & Cæpolla in cautel. 59. Quando est lata, in fin. Ceterum à prædictis dissentiunt ¶ permulti, vt idem Baldus sibi parum constans in Authen. hodie, in princ. C. de appellat. cum dixit, quod probatio huius negatiuæ: tu non appellasti intra decem dies, non incumbit appellato, sed appellanti. Non ergo præsumitur appellans intra decem dies appellasse, sic & Compostellanus in c. cum dilectus, de elect. & ibidem Butr. in fin. Geminian. in c. Romana. §. si vero, colum. 2. de appell. in 6. Paulus Elez. in c. 3. loco, colum. 2. de probat. Franc. in c. 1. col. 4. de appell. Rota in decis. 30. in tit. de appell. in nouis, & in decis. 13. in fin. de concess. præbend. in antiq. Aretin. in c. significauerunt, in 4. notab. restib. & ibidem Felin. colum. 1. idem Felin. in c. quoad consultationem. num. 25. de sent. & re iudic. Lambertin. in tract. de iure patron. lib. 2. part. 2. art. 25. v. quæstio. prin. num. 3. & in fine. Tyraquel. de retractu consang. §. 1. glo. 16. num. 8. Mynfingerus lib. 3. sing. obseruat. ca. 15. v. si porro tertium. Et huius quidem sententię ea est ratio, quia appellare intra decem dies, est quædam extrinseca solemnitas, quæ non præsumitur, l. quæcumque, in fine, de publicia, in rem actio. Et præterea tempus hoc appellandi ¶ intra decem dies, secundum alios, censetur quodammodo de substantia ipsius appellacionis: ob id probari debet ab eo, qui appellasse sic asserit. Ita Innoc. in c. qualiter, de accus. His declaratur statutum Papię primum in ciuilibus, dum statuit, intra quatuor dies à lata sententiã esse appellandum.

Extenditur hæc sententiã, vt locum habeat etiam si in actis scriptum est, Caium appellasse à grauamine sibi noto à decem diebus citra. Nam adhuc non præsumitur appellasse intra decem dies. Ita Rota in decis. 39. si possessor, de appella. in nouis. & Felin. in d. c. quoad consultationem, num. 25. v. si 3. conclus. qui hoc iuris rigore, non autem æquitate verum esse scripserunt. Illud etiam addunt, quod quando in actis legitur Caium à decem diebus & citra appellasse: Nam tunc præsumitur appellasse intra decem dies: quia illa dicitio, & significat temporum continuationem. Crediderim ¶ dictionem, & stare augmentatiuè, iuxta l. ea tamen adiectio, de leg. 3. & respondit Paris. in conf. 7. nu. 29. lib. 3. & propterea significare, quod & intra decem dies, & post, appellauit.

Extenditur secundo, vt locum habeat in eo, qui in die decima appellauit. Nam ¶ tunc non præsumitur appellasse intra decem dies, quia ¶ decem ipsi dies, currunt de momento ad momentum. Authen. hodie, C. de appella. c. quoad consultationem, vbi Abbas num. 4. de senten. & re iud. Et ideo fieri potest, quod sententiã fuerit lata die prima Iulij, hora duodecima, & tamen appellatum sit die decima Iulij, hora 11. Ita Castren. in authen. hodie, C. de appella. Comens. & Angel. Aret. in l. 2. §. dies. ff. quando appllat. sit, quos secutus est Felin. in d. c. quoad consultationem, num. 26. Idem affirmat Andr. Gaill. lib. 1. præf. obseruat. obser. 139. num. 5. Ceterum traditio hæc non obseruatur in curia Romana, vbi ex Bulla Innocentij summi pontificis recipi possunt appellaciones interpositæ post momentum temporis, seu per totam ipsam diem decimam. Ita scribunt Octavianus Vestri. in praxi iudiciorum, lib. 7. num. 27. & Bald. Senensis in tract. de temp. vtil. & consuetud. c. 3. num. 1. v. si hoc tamen tempus. Et cum pontificiam legem non existimem localem, idem cæteris in curijs pontificiis obseruandum erit.

Declaratur primò non habere locum etiam quando de appellacione constaret ex appellati confessione. Cum enim appellatus fateretur appellacionem fuisse interpositam, præsumitur etiam quod fuerit interposita intra decem dies. Ita decidit Rota in decis. 30. de appell. in nouis. & si rectè perpendatur, idem sentit Aegidius Bellam. in conclus. 683. num. 3. v. si sed non placuit aliis. Est Fel. in d. c. quo ad consultationem, n. 25. a liter intellexerit ipsum Aegidium.

Declaratur secundo non habere locum, quando absens ¶ qui appellat post viginti dies à tempore late sententię, ¶ præsumitur appellasse intra decem dies à tempore scientiæ: quia scientia non præsumitur. Ita Fel. in d. c. quo ad consultationem, num. 25. v. si. & adde. post Aegidium Bellam. in conclus. 349. nu. 1. Idem sentit ipse Bellameram in d. conclus. 683. num. 4. v. si. sed hic oportet. simile Hieron. Gabr. in conf. 185. nu. 7. lib. 2.

PRÆSUMPT. XCVI.

Appellacionem non esse desertam præsumi.

SVMMARIA.

- 1 Appellans intra tempora præscripta à lege appellacionem professi debet.
- 2 Appellatio in dubio non præsumitur deserta, & que ratio sit, num. 3.

QUI appellauit, necesse habet appellacionem professi ¶ intra præscripta tempora à lege, vt extat constitutio l. 2. C. de tempor. appell. alioqui deserta pronuntiat appellatio, & sententiã esse exequendam. Cum verò in dubio versamur, deserta an sit appellatio, vel non, præsumptio sumenda ¶ est, deserta non esse: sicuti scribit Castren. in l. 1. num. 4. ff. si quis causi. & ibid. l. 1. numero 16. Dec. in c. vt debitor, num. 18. de appellat. & in conf. 356. num. 1. Paris. in conf. 115. n. l. lib. 1. Socin. in conf. 117. nu. 11. lib. 1. & in conf. 31. in fin. lib. 3. Crauet. in conf. 254. in fin. Vancius in tract. de nullitate, in tit. quibus mod. sententiã nulla defend. nu. 128. qui alios refert, & latissimè Robertus Lancelorus in tract. de attentatis, cap. 12. ampliat. 1. num. 22. quibus multis egregiis exemplis explicat. & Ioan Baptista Afin. in praxi iudiciorum, cap. 14. Et huius quidem traditionis ea est ratio, ¶ quia sic præsumendo, vtrique partium est magis consultum, & satisfactum.

PRÆSUMPT. XCVII. NOVA.

Litigiosa res quando præsumatur effecta, & de litigiosi vitio, effectibus, ac quando litigiosi vitium finiatur.

SVMMARIA.

- 1 Vitium litigiosi non contrahitur per solam supplicationem principi oblatam. Contrahitur tamen petita in integram restitutionem, num. 2. Non autem per compromissum in arbitros, num. 3. Et quomodo istud intelligatur, num. 4. Et an coram iudice incompetenti, aut coram sequestrario, nu. 5. & 6.
- 7 In actione reali res efficitur litigiosa per litis contestationem.
- 8 Sola citatione contrahitur vitium litigiosi, iure Pontificio. Et quid iure Casareo, in quo contrariæ opiniones, n. 9. & 10. & quomodo ac quando id procedat, n. 11. & 12.
- 13 In iudicio possessorio contrahitur vitium litigiosi, & quomodo & quando distinguitur.
- 14 In actione personali pro re aliqua ipsa actio per litis contestationem efficitur litigiosa. Et quid de re que petitur per huiusmodi actionem, nu. 15. vbi contrariæ citantur opiniones. Et quid quando agitur pro opere faciendi in eâ re, num. 16. & contra subitos ad præstandam obedientiã, num. 17.
- 18 In actione personali in rem scripta quando contrahatur vitium litigiosi, vbi exemplis declaratur.
- 19 Actio personalis in rem scripta habet effectum mere realis, & redditur contra quemcumque successorem.
- 20 Quando agitur actione hypothecaria, res ipsa non efficitur litigiosa, actio tamen sic, nu. 21.
- 22 Quando agitur actione mixta in iudicijs universalibus, res ipsa & actio efficitur litigiosa. Et quando istud non procedat, n. 23. & 24.
- 25 Quando agitur actione mixta in iudicijs singularibus, res & actio efficiuntur litigiosæ per litis contestationem. Et quid in actione confessoria, n. 26.
- 27 Actio confessoria retinet naturam realis, & dicitur rei perfectoria.

- 28 Quando agitur iudicis officio, quomodo contrahitur vitium litigiosi, & ibi exemplificatur.
- 29 Officium iudicis obtinet naturam actionis personalis.
- 30 Vitium litigiosi non contrahitur quando agitur criminaliter.
- 31 Effectus præcipuus vitii litigiosi est, ut res eo affecta alienari non possit, & quomodo & quando procedat, à num. 33. usque ad 54.
- 32 Alienationis nomine continetur omnis actus quo ipsius rei dominium transfertur.
- 33 Vitium litigiosi interruptit præscriptionem, facit ut cadens à possessione non possit eam recuperare, num. 56. & ut annullentur instrumenta alienationis factæ, num. 57. & quando ista non procedant, num. 58.
- 34 Sententia lata contra alienantem rem litigiosam, exequi potest adversus illius successorem.
- 35 Privilegium super religiofa valet.
- 36 Vitium litigiosi extinguitur transactione parium à lite discedentium, & quibus aliis casibus, usque ad finem explicatur.

NON est incongruus hic locus ut differamus de præsumptionibus & coniecturis, quæ circa rem litigiosam vitio affectam versantur, nam & Pandectarum, & Codicis compositores post res iudicatas, & eorum exceptiones de litigiosis titulos collocarunt. Et nos libenter hoc in loco disputationem hanc adiecit: tunc ne alioqui conscriptum & iam editum perturbare ordinem, tum etiam, quia statim in seq. libro fumus disputaturi de præsumptionibus, quæ versantur circa contractus, ad quos etiam pertinet hæc disceptatio: cum agatur de alienatione rei litigiosæ facta in fraudem: ut scribunt Ripa in c. cum M. Ferrariensis, num. 193. de consuet. Ioan. Baptista Ferrerius in consil. 12. num. 6. & Robertus Lancellorus in tractat. de attentatis, in prima parte, cap. 4. numer. 453. qui dixerunt, esse disputationem & materiam coniecturalem. Hic quatuor nobis ex ordine explicanda sunt. Primum quidem coram quibus causarum iudicibus contrahatur vitium litigiosi. Secundum super qua actione contrahatur. Tertium quid vitium litigiosi operetur. Quartum, quibus modis finiatur. Ita ordinem hunc ferè animadverti fuisse observatum ab eruditissimo M. Antonio Peregrino Paravino summa mihi amicitia coniuncto, in commentariis de iure fisci, libro 4. titu. 6. & si nos in singulis huius disputationis capitibus, alia & sanè plura explicabimus.

Et quod attinet ad primum, dicimus, litigiosi vitium non contrahi ꝑ coram Principe, sola supplicatione ei oblatâ. Ita Baldus in cons. 505. Domini Mediolani, in fin. lib. 5. Henric. Boic in c. causam quæ de testibus & attestâ, quem corrupte allegavit Guido Papæ in q. 337. col. 2. vers. sed an supplicatio. & Peregrinus in d. tit. 6. num. 17. Contrahitur tamen litigiosi vitium, petita à Principe restitutione ꝑ in integrum. Bald. in l. 1. c. si in integr. restit. postula. & Afflic. in commentariis ad constitutiones Neapolit. in rubr. 41. num. 19. Non etiam contrahitur litigiosi vitium compromisso in ꝑ arbitros facto: ut scribunt Baldus in l. 1. c. commun. diuid. Alex. in l. filiusfam. §. diti. numer. 18. de legat. 1. Iaf. in l. 2. colu. pen. ff. de edend. Afflic. in d. rubr. 41. numero 9. Natta consilio 2. numero 4. Peregrinus in d. tit. 6. numero 8. Cæterum dissentit Robert. Lancell. in d. cap. 4. numero 500. vbi numero 502. declarat posse procedere in compromisso ꝑ in arbitros facto. sic etiam coram iudice ordinatio ꝑ incompetenti non contrahi litigiosi vitium scripsit idem Lancellorus in d. c. 4. num. 457. Ita etiam non contrahitur vitium litigiosi coram ꝑ sequestrario: ut respondit Natta in consilio 2. quem secutus est Lancellorus prædicto in loco num. 497.

Secundum caput disputationis est, super qua actione vitium litigiosi contrahatur. Hoc in capite distinguendi sunt plures casus, sicuti plures sunt actiones, circa quas vitium litigiosi versatur.

Primus est casus in actione reali, qua agitur de rei dominio, ut in rei vindicatione, vel de quasi dominio, ut in publiciana. Hoc casu res efficitur litigiosa ꝑ lite contestata super ipsa re: sicuti certum est, & passim omnes admittunt. Dubitatio sola est, an sola citatione facta vitium hoc litigiosi causetur, & quidem olim non causabatur, l. 2. c. de litigiosis. Hodie iure Pontificio clarum est, sola citatione contenti hoc vitium, clem. 1. ut lite pendente. iure vero nouo Cæsareo magna est dubitatio. Nam multi scripterunt, rem ipsam litigiosam effici, ꝑ non autem actionem. Ita Bald. & Salicet. in l. 2. c. de litigiosis. Abb. in c. ecclesia, num. 7. ut lite pēd. post Ioan. Andream in c. ult. eod. tit. Guido Papæ q. 337. num. 6. Fel. in c. dilectæ, num. 7. & ibidem Parisius num. 13. de except. Duennas in regula 42. limit. 3. in fi. Lancellot. in tract. de attentatis, in prima par. cap. 4. num. 49. Cæterum contrariam opinionem, quod imò sola citatione etiam actio ꝑ ipsa reddatur litigiosa, pro-

barunt Bald. in cons. 505. D. Mediolani, in fi. lib. 5. & alii conge- stit à Peregrino in d. tract. de iure fisci, tit. 6. numero 3. vers. sed alia opinio, qui testatur, hanc esse receptam opinionem. Ea ratione ij vsi sunt, quod si sola citatione res ipsa efficitur litigiosa, multò magis actio, quæ pro ipsa redditur. & rursus, quia actor non debet esse melioris conditionis in actione, quam sit reus in re pro qua conuenitur.

Extenditur primo hic casus, ut locum habeat etiam quando agitur ꝑ reali actione pro rebus incorporalibus, ut puta ad iurisdictionem, vel præbendam. Hoc sanè casu idem est dicendum, nempe rem & actionem effici litigiosam. Ita Innoc. Bal. Imol. Abb. Castr. & Deci. relati à Peregrino in d. tit. 6. num. 7.

Extenditur secundo, ut non procedat, quando ꝑ agitur actione reali ad aliquam seruitutem, ut si mora est actio confessoria, vel negatoria: ut dicemus infra in septimo casu.

Secundus est casus, quando agitur actione reali ad solam possessionem: sicuti quando intentatur solam iudicium possessionum: vel hypothecaria ad auocandum possessionem. Hoc sanè casu possessio ipsa efficitur litigiosa, ꝑ & obij- dit alienari non poterit. Ita Abb. & Deci. in c. 1. de confirmat. vtili, vel inutili. Peregrinus in d. tit. 6. num. 5. sic quoque & actio ipsa hypothecaria & possessoria per litis contestationem litigiosa efficitur, l. ult. c. de litig. & scribunt Doct. quos ita- rum referam. Res vero ipsa litigiosa non efficitur etiam per litis contestationem, & ob id alienari poterit, ab hoc in au- then. de litigiosis, & tradunt Bart. Bald. Angel. Salic. & Abb. con- gecti & secuti à Peregrino in d. tit. 6. num. 4. Quibus accedunt Felin. in c. dilectæ, num. 8. de exceptio. Afflic. in commenta. ad cō- stitutio. Neapol. in rub. 41. num. 8. Curtius Iun. in cons. 165. num. 5. Caffadorus in decis. 6. num. 2. in tit. de rescript. & in decis. 9. num. 10. in tit. de causa possess. & propriet. Gomef. in regula cancellaria de tribunali possessore, quæ est. 53. Io. Bapt. Ferrerius in cons. 12. n. 4. Palethus in cons. 197. num. 2. Crauet. in cons. 279. num. 3. vers. præsupposito, & Natta in cons. 2. n. 2. vers. ulterius, & in cons. 145. numero 16. & 17. & huius quidem traditionis ea est ratio, quia nihil commune habet proprietates cum ipsa possessione, naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. & hereditatis litigiosa est rei possessio, non tamen est ipsa proprietates, & accedit Ripa in resp. ult. num. 3. de restit. spol. secundum nouam impressionem Venetam, cum dixit, quod licet actio, quæ agitur ad possessionis reintegrationem, effectus litigiosa, non tamen ipsa res & proprietates, quam potest possessor alienare & actionem nouam transferre: cum actio venit in consequentiam.

Tertius est casus, quando agitur actione personali pro re aliqua. Hoc sanè casu actio ꝑ ipsa per litis contestationem redditur litigiosa, sicuti scribunt Bart. in l. 1. §. si inter. ff. de litig. & in l. 2. c. eod. Abb. in c. ecclesia, ut lite pendente. & communem esse opinionem testatur Peregrinus in d. tit. 6. num. 9. & Guido Papæ in q. 479. colu. 1. vers. sed solum directa. qui decidit, per litis contestationem super actione personali, actionem ipsam reddi litigiosam: ut eius instantia non possit in alium transferri, si enim propolui aduersus te personalem actionem, petendo fundum illum, & tu respondisti, non tene- ris, lis dicitur contestata: & ideo instantia cepta inter te & merita effecta & litigiosa, ut eam ego ipse prosequi debeam, nec aliter cedere possim: cum addo attira sit mihi, ut in alium nequeam transferre, l. 3. ff. pro socio. Verum si in alium transibit iura mea quæ habeo contra te, dicit transibisse & concessisse, non quidem actionem illam directam, sicque illam instantiam ceptam: sed actionem valem tantum: quam is cessionarius ex sua persona proponere potest, & dicitur noua actio nunquam intentata & consequenter nullo litigiosi vitio affecta. Ita vorè & rectè decidit Guido Papæ præcitato in loco. & idem respondit Crauet. in cons. 279. num. 1. in fin. secutus ipsum Guidonem. Et intelligimus, nil obitare quod scribit multi in l. iam ex contractibus, ff. de iudiciis, & in l. si eum hominem, ff. de fideiuss. & manifestus Soc. Iun. in cons. 24. numero de moteris, libro tertio. Cum dixerunt, instantiam sicque actionem litigiosam cedi alteri non posse. Hoc enim intelligitur de actione ipsamer mota, sicque de instantia ipsa cepta, non autem de alia, id est, de vtili. Cæterum sunt & alii affirmantes in hac actione personali non ita contrahi litigiosi vitium, quam cessionarius prosequi possit instantiam iam à cedente ipso ceptam, ut inter alios respondit Bero. in cons. 187. numero 22. & 23. libr. 1. & aliqua dicitur infra. Porro Annius in praxi iudiciorum, §. 2. cap. 13. numero 37. declarando Socin. præallegatum, intelligit, quando ex necessitate aliqua cessio facta est, vel est successio.

Dubitatio maior versatur circa ipsam rem ꝑ petitam hac actione personali, an scilicet illa per litis contestationem efficiatur litigiosa, ut reus conuenctus non possit eam

eam distrare: sed teneatur pati, ut ceptum iudicium finiatur? & effici litigiosam affirmarunt Accursius in l. quamquam. §. Iulianus ff. de aq. plu. arcend. & ibid. Bart. & Imol. & idem Barto. in l. 1. §. si inter. ff. de litigio. Angel. in Authen. de litigiosis, col. 2. vers. ff. de agitur. Salic. in l. 2. c. de litigio. & ibid. Roma. num. 3. Imol. in c. ecclesia, ut lite pend. & in c. dilectæ, de appellat. Alexand. & Barbat. in additio. ad Bart. in l. 3. §. ut ff. de litigio. Soc. sen. in cons. 13. n. 1. lib. 4. Iaf. in cons. 43. in primo dub. lib. 1. Ripa in c. cum M. Ferrariensis, num. 193. de consuet. Tiraq. in tract. de retractu conuent. ad finem, num. 173. Bero. in cons. 187. num. 18. lib. 1. Andreas Guillus in lib. 1. Practicarum Observatio- num, in obseruat. ult. num. 3. Peregrinus in tract. de iure fisci, lib. 4. tit. 6. no. Ofalcus decis. 65. num. 13. & hi moti sunt text. l. 2. c. de litigiosis, qui tamen non probat: cum loquatur de actione reali, ut significant illa verba, de cuius dominio causa mouetur. Moti etiam sunt ea ratione, quia actor & reus debent esse pares. l. non debet, vbi Dec. & reliqui ff. de reg. iur. Arqui ex parte actoris actio & instantia efficitur litigiosa per litis contestationem, Ergo idem dicendum est ex parte rei conuencti, ut res ipsa litigiosa reddatur: sed respondetur, differentiam esse inter actorem & reum conuentum. Actor enim sua sponte liti & iudicio se obligauit, reus verò coactè. Cæterum contrariam opinionem, quod imò res petita non efficiatur litigiosa, probant Innoc. Hostien. Ioan. Andream, Card. Butr. & Abb. in c. cum M. de consuet. Barto. Bald. & Alber. in l. 2. c. de litigio. Bald. & Castr. in l. 1. c. communi diuid. Rom. in l. quamquam. §. Iulianus, num. 1. & n. 5. ff. de aqua plu. arcen. & in cons. 270. num. 3. Pract. Papien. in forma libelli pro actione reali in verb. veris & legitimis iudicis, num. 59. Guido Papæ q. 479. Abbas in d. c. ecclesia, ut lite pend. & ibidem Henricus Boi. n. 5. Afflic. in commentariis ad constitutiones Neap. rubr. 41. num. 14. Vitulis in tract. clausularum, in tit. appellacione pendente, col. 2. Paris. in c. dilectæ, n. 11. de exceptio. Ioan. Baptista Ferrerius in cons. 13. n. 1. Alciat. in resp. 11. n. 9. Palethus in cons. 197. num. 1. & hanc esse communem testatur Peregrinus in d. tit. 6. num. 10. vers. contra verò. quam etiam probant Didac. in li. Pract. quest. c. 15. n. 6. Ofalcus in decis. 144. n. 7. & Lancellot. in tract. de attentatis, in prima parte, c. 4. num. 484. qui post Didac. ait, ab hac recedendum non esse in iudicando. Et hanc nunc sequor.

Et prædicta magis recepta opinio locum habet etiam quando agitur de actione personali pro opere faciendo ꝑ aliqua in re, ut puta de ædificando in fundo. Nam adhuc fundus ille non redditur litigiosus. Ita post alios Afflic. in d. rubr. 41. num. 30. Peregrinus in d. tit. 6. n. 11. & Lancellot. in d. c. 4. num. 498.

Idem quando agitur contra subditos ad præstandum obedientiam. ꝑ Hoc etiam casu res ipsa, nempe iurisdic- tio non efficitur litigiosa. Ita Innoc. in c. ex parte, de arbit. Bal. in l. 1. in fi. c. commu. diuid. & Peregrinus in d. tit. 6. n. 14.

Quartus est casus, quando agitur actione personali in rem scripta: sicuti contingit, quando pro iure prælationis mota est lis, ut si dominus directi vult præferri alteri emptori in re, cuius vitæ dominium vult vendere emphyteuta, vel vasallus, ut etiam est, quando sanguine coniunctus, vel vicinus, disponente statuto, vult præferri alteri em- re volenti rem sui sanguine coniuncti, vel vicini. Hoc quidem casu reddi actionem personalem in rem scriptam, affirmarunt Crepolla in cons. 43. n. 5. & in cons. 65. n. 3. in ciuilibus, Chafsan. in commentar. ad consuetudines Burgundie, in tit. de retractu, §. n. 1. num. 3. & Tyraquellus in tract. de retractu consang. §. 8. gl. 3. num. 6. qui dixit, hoc verissimum esse, & suadet ea ratione, quia venit ex legis dispositione: sicuti oriuntur alie actiones personales in rem scripta, ut egregie tradunt Castr. in l. si tertius, §. si priusquam ff. de aqua plu. arcend. & alii commemorati à Tyraquello præcitato in loco. Quæ sanè actio

personalis in rem scripta habet ꝑ effectum merè realis, ex quo rem ipsam afficit: & ob id red. litur contra quemcumque successorem, l. 3. §. est autem personalis ff. ad exhibendum. & multis cons. mat. Tiraq. in d. glo. 3. num. 8. qui ostendit, actionem hanc respectu ipsius rei sequi naturam realis actionis: & de ea idem iudicari, quod de ipsa reali. Porro cum (ut diximus supra in primo casu) agitur actione reali ad rei dominium & proprietatem, res ipsa dicitur affici vitio litigiosi, iuem dicendum est nostro in casu, atque ita secundum hanc opinionem respondit superioribus annis, ut legitur in cons. 820. lib. 2. & si alijs sui ea in opinione, quod imò pro iure hoc prælationis redderet actio vel confessoria, vel merè personalis. Id quod mutata vel decet opinione, in eo respon. 820. ostendi verum non esse, & in ipse nostra, quod scilicet litigiosi vitium contrahatur hoc in casu post Sebastianum Neopodanum scripsit Afflic. in tract. de iure prothomiseos, §. 3. incipit. licet autem, quos secutus est Tiraq. in tract. de re-

tractu conuentionali. ad fi. num. 123. Dixit Afflic. rem effici litigiosam, quando possessor teneatur vendere actori, qui possesorem ipsum ad vendendum in iudicio conuenit: sicuti quando statuto cautum est, quod coniunctus sanguine possit recuperare prædium vel vrbani, vel rusticum ab emptore. si enim is coniunctus, secundum Afflic. in iudicio petiti ab emptore illo, ut sibi reuendat, & is emptor, lite super hoc contestata, alteri vendidit, venditio illa retractatur, tanquam facta lite pendente: cum res dicitur effecta litigiosa. Nec obstat si dicatur, ut aliquando argumentabar, duo hæc, alienatio scilicet emphyteusis, census, feudum, vel alterius rei, pro qua datur alicui vs prælationis, esse duo, quorum vnum stare sine altero potest: cum stare possit ius ipsius census sine illo actione prælationis. Et ob id licet ius prælationis effectum sit litigiosum, non tamen videtur effecta litigiosa res ipsa: sicuti diximus supra in secundo casu, quod cum proprietates & possessio sunt duo separata, lite mota super possessione, proprietates non dicitur effecta vitio litigiosi. Nam responderetur, quod cum per actionem personalem in rem scriptam concessam pro hoc prælationis iure agatur ad ipsius rei dominium in se actorem transferendum, res ipsa dicitur affici vitio litigiosi, ut diximus supra. Non etiam reputat quod respondit Roma. in cons. 270. num. 2. cum dixit, quod lis super iure connexo ipsi dominio & proprietati, non inducit vitium litigiosi super ipso dominio. Erat enim in casu Romani disputatio super iure prælationis, ut ex principio illius responsi colligi potest: ac super contestatione instrumenti venditionis, atque ita super iure connexo ipsi proprietati, & Romanum secuti sunt Cuit. Iun. in cons. 165. n. 5. Ioann. Baptista Ferrerius in cons. 12. n. 1. in cons. 13. n. 3. in cons. 170. n. 6. & in cons. 192. n. 9. & Prosper Palethus in consilio 197. n. 1. in fi. Respondetur Romanum & sequaces loqui, quando ius illud connexum proprietati, non fuit deductum, & propositum circa ipsam proprietatem & dominium, ut transferatur in ipsum actorem: sicuti ius prælationis deducitur in casu nostro.

Quintus est casus, quando agitur actione hypothecaria. Hoc sanè casu res ipsa non efficitur litigiosa. l. 1. ff. de litig. vbi Bart. & l. 1. c. eod. & §. ad hoc in authen. de litig. Pract. Papien. in forma libelli pro actione reali in verbo, veris & legitimis iudicis, n. 59. Abbas in c. ecclesia, n. 7. ut lite pend. Afflic. in decis. 331. & in commentariis ad constitutiones Neapolit. in rubr. 41. num. 21. Natta in cons. 2. n. 2. Ofalcus in decis. 144. n. 7. Didac. in libr. practicarum questionum, c. 15. n. 6. vers. scilicet, est ergo ratio.

Existimo tamen actionem ꝑ instantiam ipsam causæ effecti litigiosam, quemadmodum diximus supra in tertio casu, de instantia in actione personali.

Sextus est casus, quando agitur actione mixta ꝑ in iudicijs ciuiliu et salibus, ut petitionibus hereditatis, familiaræ et ciscundæ, & simili. Hoc sanè casu res ipsa & actio efficitur litigiosa, etiam sola actione. Ita Barto. in l. 1. §. si inter. ff. de litig. & in l. 2. c. eod. Bal. & Castr. in l. 1. c. comm. diuid. & Peregrinus in d. tit. 6. n. 15. & probat. text. in l. dimis. ff. de petit. hered.

Declaratur primo hic casus, ut locum non ꝑ habeat, quando reus ipse conuenctus alienat rem litigiosam, cautione præstita, iuxta formam dictæ l. Dimis. Nam tunc non dicitur res ita effecta litigiosa, quin alienari possit. Ita Ang. in l. dimis, & Afflic. in d. rubr. 41. n. 27.

Declaratur secundo, ut non procedat, quando ꝑ pro impensis funeralibus, & alimentorum familiaræ, hac actione mixta agitur, ut res aliqua hereditaria alienetur. Nam & tunc res non efficitur litigiosa, si iudice permittente sit: deinde alienatio. Ita gloss. in capit. ecclesia, ut lite pendente. & Afflic. in d. rubr. 41. num. 36. adducti eo text. d. l. dimis.

Septimus est casus in actione mixta in iudicijs singularibus, ut communi diuid. Hoc casu res & actio efficitur litigiosa, litis contestatione tamen. Ita Bart. in d. l. 1. §. si inter. ff. de litig. Castr. in l. 1. c. communi diuid. Abb. in c. ecclesia, ut lite pend. & Peregrinus in d. tit. 6. num. 16. qui testatur, esse communem opinionem.

Octauus est casus, quando agitur actione confessoria. ꝑ Hoc sanè in casu res redditur eo modo litigiosa, quo & in actione reali. Ita Cynus & Ioan. Fabri in authen. litigiosa, c. de litigio. Angel. in auth. de litigio. colu. 2. vers. si intentatur realis, & Mynsingerus in obseruationibus, centuria prima, obseruat. 55. est ratio, quia confessoria ꝑ retinet naturam realis, cum dicatur actio in rem, l. 2. in principio, ff. si seruitus vend. ibi. in rem actiones. Et ideo dicitur rei persecutoria, ut scribunt Doct. in §. æque, instit. de actio. & tradit Crispus in arbore actionum, numero centesimo vigesimo octauo. vbi actionis confessoria naturam explicat. Nec repugnat quod Ofalcus in decis. 144. numero 7. refert Practicum Pap. Guidon. Papæ, & Vitalem scripsisse, imò in actione confessoria non contrahi vitium litigiosi: Nam responderetur Practicum ipsum in forma responsionis rei

conuenti, in verbo, exceptionem, in fin. hoc non affirmasse, sed se remississe ad ea, quæ tradunt Cynus & reliqui in l. ult. Co. de litigijs. qui sanè Cynus imo affirmavit, contrahi vitium litigiosi in confessionia, vt retulimus supra. Ita quoque Guido Papæ in singu. 826. sic & Vitalis in tractatu clausularum, in verb. nil. nouari lite pend. colu. 7. vers. item alius effectus, num. 26. hanc traditionem probavit solo textu. §. ad hec. in authen. de litig. qui loquitur de sola hypothecaria, non autem de alijs: & propterea dum solam ipsam hypothecariam excludit, alias includere videtur iuxta regulam l. cum prætor, in princ. ff. de iudic. sicuti dictum §. ad hec, ad rem hanc egregie perpendit Roman. in l. quanquam, §. Iulianus, nu. 3. vers. & ego, ff. de aqua pluuiæ arcend.

Nonus est casus, quando agitur solo iudicis officio, vt puta, §. quando imploratur officium iudicis, vt assistat ipse iudex apprehensionis possessionis, quam debitor constituit se possidere nomine ipsius creditoris petentis. Hoc sanè casu, idem est dicendum, vt diximus supra de actione personali, cum iudicis officium ¶ obtineat actionis personalis naturam. Ita Innoc. in c. cum M. de consiis. & ibidem Butr. Bald. in authen. litigiosa, in fi. Codi. de litigio. & in cons. 40. Maritus, lib. Angel. in l. Diuus, ff. de petit. hered. Ripa in d. cum M. num. 192. Afflicti. in d. rub. 41. De alienationibus rerum in iudicio deductarum, nu. 22. Neuzan. in cons. 26. n. 14. Boffius in tractatu causarum criminalium, in tit. de penis, n. 42. Olafus in decis. 144. n. 7. & Peregrinus in d. iij. 6. n. 13.

Decimus & vltimus est casus, quando agitur criminaliter. Hoc ¶ casu non induci vitium litigiosi, scribunt Baldus in c. ecclesia, §. l. ut lite pend. & in l. non solum, in lectura antiqua, de in integrum restitutione. Alexand. in annota. ad Bartol. in l. i. Codi. de litigios. Gomel. in commentarijs ad regu. Cancellarie, de non subrog. liiij. quest. 7. Maranta in speculo aduocatorum, in quarta parte principalis, in prima distinctione iudiciorum, numero 34. & Lancelot. in tract. de attentatis, in prima parte, c. 4. nu. 479. qui n. 80. subiunxit post Ioan. Baptistam Ferrerum in cons. 12. nu. 17. & quod ego ipse respondi in cons. 79. numero 27. contrahi vitium litigiosi, quando lis est super inhabilitate personæ, quæ ratione delicti reputatur indigna, & huius quidem casus & sententiæ ea est ratio, quia non est ipsa res, sed persona, quæ molestia afficitur, & si in personali actione, qua res aliqua peritur, non inducitur vitium litigiosi (vt diximus supra) in ipsa re, quanto minus in causa criminali, vbi de sola persona puniendâ agitur.

Tertium est caput huius disputationis, in quo agendum est de effectu vitii litigiosi. Et quidem dicendum est vnum, & præcipuum esse huius vitii effectum, ¶ vt res ipsa hoc vitio affecta alienari minimè possit, toto tit. ff. & C. de litigijs. & l. Diuus, ff. de petit. hered. & respondit Bald. in cons. 505. in fm. lib. 5. & tradunt Alex. & alij quos statim referam. Et ratio est quia præsumitur facta hæc alienatio in fraudem aduersarii. Ita Parisius in cons. 138. n. 28. lib. 4. Ioan. Baptistam Ferrerum in cons. 12. num. 6. & 7. & alij quos recenset Lancelotus in tract. de attentatis, in 1. parte, num. 453. est sanè in fraudem aduersarii, vel vt trahatur coram alio iudice, vt respondit Natra in cons. 2. nu. 1. vel vt habeat duriores aduersarium, sicuti probat text. l. i. §. i. ff. de litigijs.

Porro alienationis nomine ¶ continetur omnis actus & contractus, quo ipsius rei dominium transferatur: sicuti venditio, pignus & hypotheca, vt in specie vitii litigiosi, scribunt Bart. in l. i. §. si inter. ff. de litigios. Cynus, Baldus, & Castrensi. in l. i. C. communi diuid. Abbas in ca. ecclesia, num. 9. vt lite pend. Ioan. de Milis in repertorio, in verbo, litigiosa res. Alciat. in resp. 305. num. 3. secundum impressionem antiquam Lugdunensem. Peregrinus in d. iij. 6. num. 20. & Lancelotus in d. c. 4. n. 456. Ita nec in emphyteusim concedi, vel ad longum tempus locari. Abbas & Peregrinus qui supra. Non etiam donari, l. ult. C. de litigio. Boer. quest. 33. n. 2. scripsi in cons. 2. n. 291. l. i. & Lancelotus in d. c. 4. n. 455. Non pariter legari, vel particulari fideicommissio subici. Bald. in l. ult. in fi. C. de litig. & Peregrinus in d. iij. 6. num. 21. & si dissentit Afflicti. in d. rubr. 41. n. 20. Non demum dicari potest ecclesiæ, vt scribunt Abbas in d. c. ecclesia, n. 10. Peregrinus in d. iij. 6. n. 22. & Lancelotus in d. c. 4. n. 454.

Extenditur primò prædicta iuris & doctorum sententiæ habere locum etiam quo ad actionem, ¶ quæ si litigiosa effecta est, transferri in alium non potest. Ita Alex. in cons. 45. n. 5. & alij congesti à Lanceloto in d. c. 4. n. 451.

Extenditur secundò, vt locum habeat etiam quo ad possessionem, ¶ quæ non dicitur translata per alienationes, etiã si adhibita sit clausula precarij, & constituit. Ita decidit Afflicti. in decis. 331. n. 2. quem secutus sum in cons. 2. n. 291. lib. 1. & probauit Lancelotus in d. c. 4. n. 451.

Extenditur tertio vt procedat etiam in beneficijs, ¶

Ita post multos idem Lancelotus vbi supra, n. 462. qui num. 503. declarat.

Extenditur quartò, vt locum habeat etiam quando alienatio fit post conclusionem ¶ in causa. Ita ego ipse respondi in cons. 670. libro 7. reiecta opinione Afflicti in d. rubr. 41. nu. 23. & inter multa dixi in cons. 820. libro 9. quod si impeditur alienatio etiam lata sententiâ, vt scribunt Ioan. Fabri in l. 2. C. de litigijs. & Gomel. in regula Cancellarie, de annali possessore, quest. 44. vers. tertio ista opinio, multò magis impedit post conclusionem in causa tantum facta: & sic ante sententiâ, cū tunc magis pendere dicatur lis. Non hic repetam alia à me eo in responso scripta.

Declaratur primò, vt non procedat certis in alienationibus quæ censentur permixtæ etiam lite super rebus ipsis pendente. Et primum quidem quinquè in casibus enumeratis in l. ult. C. de litig. Quorum primus est dotis, ¶ qui intelligitur siue agatur de ea constituenda, siue restituenda, vt interpretati sunt Angelus in authen. de litig. in prin. Nata in cons. 401. n. 1. & Robertus Lancelotus in tract. de attentatis, in prima parte, c. 4. nu. 456. Secundus est donationis propter nuptias, ¶ quæ in multis à pari procedit cum ipsa dote. Tertius est ¶ transactionis cum eo etiam qui litigat cum tertio, vt declarat glo. in d. l. ult. C. de litigio. Nata in d. cons. 401. n. 2. & Lancelotus in d. c. 4. n. 467. Quartus est diuisionis cum eo cum ¶ quo res communis est, vt declarat Lancelotus in d. c. 4. n. 469. qui dixit, hanc esse translationem factam cum rebus vniuersitate, quæ & si litigiosa res est, transferri tamen potest vt scribit Ioan. de Milis in repertorio, in verbo, litigiosa res, & in specie idem affirmarunt permulti, quos recenset & sequitur Cephalus in cons. 64. nu. 15. lib. 1. Quintus est casus commemoratus in d. l. ult. in fi. C. de litig. nempe legati & fideicommissi. ¶ Sextus adiungitur casus, quando vni fuit res litigiosa cum altero tertio ¶ adiudicata. Non enim tunc quoad tertium dicitur commissa pœna contra eum, qui per sententiâ fuit coactus in aduersarium suum rem transferre. Ita probant l. pen. ff. de petit. hered. & l. 2. §. ff. de rei vend. Hæc translatio facta dicitur volente & permitte iudice, ob id valet, vt scribunt Angel. & Cuius in l. Diuus, ff. de petitio. hereditatis. Cæpolla in cautela 191. Res. Afflicti. in commentarijs ad constitutiones Neapol. rubr. 41. De alienatione rerum in iudicio deductarum, n. 26. qui intelligit, quando iudex iustus de causis consentit. Peregrinus in tractatu de iure fisci, lib. 4. tit. 6. n. 26. qui tamen n. 38. scripsit, requiri superioris confirmationem.

Septimus est casus, quando alienatio est ¶ necessaria, sicuti est illa, quæ fit per bonorum publicationem. Ita Iaffredus, Bald. in decis. 86. & Lancelotus in d. c. 4. n. 474. & si hoc in casu dissentit Afflicti. in d. rub. 41. nu. 31. & alijs alienationibus necessarijs idem scripsit Afflicti. in d. rubr. 41. nu. 28. Verum dissentit Peregrinus in d. iij. 6. nu. 42.

Octauus est casus, quando litigantes ipsi ¶ consenserunt ad alienationem. Ita Bal. & Cast. in l. i. C. communi diuid. & Peregrinus in d. iij. 6. n. 26.

Declaratur secundò, vt non procedat in alienatione rei litigiosæ facta à tertio, ¶ hæc enim iure valet. Cum respectu ipsius tertij res non dicatur affecta vitio litigiosi. Ita Bart. in l. i. ff. de litig. Bald. in l. cogi, C. de petit. hered. & in l. 2. vers. adde quod vbiunque, C. ne liceat potentio. Ange. in auth. de litigiosis, colum. 1. Curt. Sen. in cons. 79. n. 9. Olaf. in decis. 144. nu. 7. & hoc secutus est Lancelotus in d. c. 4. n. 527. & his accedit Afflicti. in d. rubr. 41. n. 25. & 29.

Declaratur tertio, vt locum non habeat quando alienatio facta fuit perempta instantia ¶ cauz. Ita Afflicti. in d. rub. 41. 45. nu. 24.

Declaratur quartò non procedere in alienatione fructuum tantum. Ita Afflicti. in d. rub. 41. n. 33. qui dixit, quod & si res ipsa litigiosa est, non tamen rei fructus.

Declaratur quinto, vt locum non habeat, quando euidenter constat de non ¶ iure aduersarii. Ita Rota Rom. in decis. 2. in fine. de rerum permutat. in antiquioribus, Castadorus in decis. 7. in titu. de dolo & contuma. & in decis. 5. n. 3. in titu. vt lite pend. Gomel. in regula cancellarie, de annali possessore, q. 45. Ioan. Baptistam Ferrer. in cons. 12. n. 6. & Lancelot. in d. c. 4. nu. 472. & idem copiosius in eodem capite 4. in 4. limitatione, & idem ego ipse respondi in cons. 79. numero 27. lib. 1. Et his accedit Afflicti. in d. rubr. 41. nu. 34. cum dixit, litigiosi vitium pendere à futuro euentu, si declarabitur, quod iuste lis fuerit mota. Et Afflicti. secutus est Paserus in cons. 197. in fine, sentit Afflicti. quod quando etiã pendente lite, constaret aduersarium per calumniã agere, nõ impediretur rei alienatio.

Declaratur sexto non procedere, quando res litigiosa iam fuisse semel alienata, ¶ & reuocata minimè fuisse. Nam si iterum alienetur, non impeditur hæc secunda alienatio

natio. Ita Lancelotus in d. c. 4. nu. 485. qui copiose explicat. Declaratur septimò non habere locum in re litigiosa, a- liquo tempore petitura. ¶ Ita Lancelotus in d. c. 4. nu. 486. ex sententiâ Alex. in annotat. ad Bart. in l. ult. C. de litigio. & his accedit Cæpolla in cautela 191. Res litigiosa. & Antonius Boverius in singula i. in verbo, vitium litigiosi, qui tamen intelligunt, quando iudicis permissione & contentu fit alienatio, qua de re diximus etiam supra.

Declaratur octauò non procedere, quando lis fuisse mota per ¶ fallum procuratorem. Ita Lancelotus in d. c. 4. nu. 490. post Olafum in decis. 144. n. 8.

Declaratur nonò non habere locum quo ad dominij acquisitionem, ¶ quam possessor litigans facere potest. Ita Bald. in l. 2. C. ne lite pend. Ioan. de Milis in repertorio, in verbo, litigiosa res, & Lancelotus in d. c. 4. nu. 528.

Declaratur decimò non habere locum, quando cessaret ¶ ratio, qua impeditur hæc alienatio. Nam tunc cessante ratione impeditiua cessat impedimentum, l. est contra, C. de nuptijs, vbi Bald. & Salic. & tradit Tirac. in tract. quod cessante causa cesset effectus, in prima parte, n. 118.

Declaratur vndecimò, vt locum non habeat quando lis mota est super inhabilitate ¶ personæ tantum. Nam tunc non impeditur rei alien. Ita Io. Baptistam Ferrer. in cons. 12. & cons. 13. Mandosius in regula Cancellarie, de non subrogandis litigan. q. 13. quos secutus sum in cons. 79. n. 27. lib. 1. & idem affirmavit Lancelotus in d. c. 4. n. 479. & arrigi supra in 10. casu primi capituli.

Secundus est effectus vitii litigiosi, vt interrumpatur præscriptio. ¶ Ita Bart. in l. ult. ff. de litigio. & in l. ult. C. cod. & post Parisium & Rotam Roma. scribit Lancelot. in d. cap. 4. nu. 510.

Tertius est effectus, quod si possessor caderet à possessione, non ¶ posset eam recuperare. Ita Bart. in d. l. ult. ff. de litig. & in l. ult. C. cod. & ibid. Salic. Ange. in auth. de litigiosis, Lancelotus in d. c. 4. n. 510. & Peregrinus in tracta. de iure fisci, lib. 4. tit. 6. num. 33.

Quintus est effectus vitii litigiosi, quod ¶ annullatur instrumentum alienationis factæ, l. ult. C. de litig. & tradit Lancelotus in d. c. 4. n. 510. atque ita contractus redditus nullus, & is, qui alienauit, suo iure adeo priuatur, vt rem ipsam nequeat redhibere, vt docuit Bart. in d. l. ult. Dissertit tamen acuta ratione Peregrinus in d. iij. 6. n. 29. Ceterum omnimò cessat effectus iste, quando magna est dubitatio, ¶ an res effecta sit litigiosa, vel non. Nam tunc ob probabilem dubitationem cessat suspicio, quod per fraudem alienauerit, & ideo cessat pœna annulationis contractus & priuationis sui iuris. Ita respondit Crauer. in cons. 279. n. 2. qui num. 3. subiunxit, hoc maximè procedere, quando alienatio facta fuit

publicè & palam. Quod ratione comprobauit ipse Crauetta, vt apud eum.

Quintus est effectus vitii litigiosi, quod sententiâ lara contra alienantem ¶ exequi potest aduersus eius successorem. Ita Bart. in l. i. §. si inter. ff. de litigio. & in l. ult. vbi etiam Salic. C. cod. Bald. in l. 2. in fi. C. cod. de litig. & in l. i. col. 2. C. communi diuid. Abbas in c. ecclesia, nu. 10. vt lite pend. Ruin. in cons. 34. nu. 13. lib. 5. Bero. in cons. 155. nu. 40. lib. 1. Nata in cons. 350. n. 3. Capicius in decis. 128. num. 6. Socin. iun. in cons. 92. lib. 3. Portius Imolen. in cons. 172. Didac. in lib. præct. quest. c. 15. num. 6. Andreas Gaillius in libr. 1. præct. quæst. c. 15. num. 6. Andreas Gaillius in libr. 1. præct. quæst. c. 15. num. 6. Andreas Gaillius in libr. 1. præct. quæst. c. 15. num. 6. Andreas Gaillius in libr. 1. præct. quæst. c. 15. num. 6. Andreas Gaillius in libr. 1. præct. quæst. c. 15. num. 6.

Sextus effectus vitii litigiosi, quod privilegium super re ipso ¶ litigiosa non valet. Ita Gaillius in d. obseruat. 18. in 50. fine.

Quartum est caput huius disputationis, in quibus modis & causis vitium hoc litigiosi finitur atque extinguatur, & primò quidem finitur transactione ¶ partium à lite descendentium, l. cum mora, C. de transact. vbi Bart. Dec. in l. 2. numer. 56. C. de eden. post Alexandrum ibid. Peregrinus in d. iij. 6. num. 40. & Lancelotus in d. c. 4. nu. 246. vbi declarat. Secundò finitur atque extinguatur vitium litigiosi, ¶ in executione litis facta ab ipso & ore. Ita Abbas in c. significauerunt. col. 3. de testib. Dec. in d. l. 2. num. 56. C. de litigio. Crauet. in cons. 279. col. 1. Oacus in decis. 144. n. 9. & Peregrinus in d. iij. 6. nu. 40. adductus text. l. postquam liti. C. de pacis, & copiosius Lancelotus in d. c. 4. nu. 242. vbi refert extensiones & declarationes.

Tertio extinguatur atque finitur vitium litigiosi, finita atque perempta instantia cauz. Ita Bart. in lib. 1. §. si inter. ff. de litigio. & in l. ult. C. cod. vbi etiam Bald. & Salicet. Iaf. in l. 2. nu. 19. & ibid. Dec. n. 59. C. de eden. & ibidem Rip. n. 18. Guido. Papæ q. 337. Afflicti. in decis. 331. num. 2. Franc. Balb. in tract. de præscript. parte 6. in 3. part. q. 4. nu. 44. Crauet. in cons. 182. nu. 4. & in cons. 279. n. 1. Peregrinus in d. iij. 6. n. 39. & Hieron. Gab. in cons. 52. num. 8. lib. 1. & his constat, hanc esse opinionem magis receptam, & si Robertus Lancelotus in d. tract. de attentatis, in 1. part. c. 4. n. 506. & nu. 508. duas alias opiniones commemorat, & tandem nu. 510. vers. quid dicendum, nouam à se excogitatam opinionem recenset, vt apud eum.

Quarto finitur atque extinguatur vitium litigiosi, lata sententiâ absolutoria pro reo conuento. Ita Bald. in cons. 391. apparet, in fi. libro 3. Albericus in l. i. col. 3. C. non liceat potentio. Bero. in cons. 187. n. 26. libro 1. & in cons. 54. nu. 18. lib. 3. Crauer. in cons. 279. nu. 1. Peregrinus in d. iij. 6. num. 41. & Lancelotus in d. c. 4. nu. 213. qui deinde vsque ad nu. 242. recenset octo limitationes, quas non prosequor.

Finis Libri Secundi Præsumptionum D. Iacobi Menochii.



D. IACOBI MENOCHII
IVRISCONSULTI
DE PRÆSUMPTIONIBVS, CONIECTVRIS, SIGNIS,
& INDICIIS, QUÆ VERSANTUR CIRCA CONTRACTVS,
LIBER TERTIVS.

P R Æ F A T I O.

S Y M M A R I A.

- 1. Contractus matrimonij vt omnibus antiquior, ita nobilior, & aliorum veluti fons & origo.
- 2. Matrimonij prima institutio, in paradiso deliciarum cur facta sit.
- 3. Matrimonij institutio secunda extra paradysum cur facta.

V M differendum, nunc nobis fit de præsumptionibus, coniecturis, signis, & indicijs que versantur circa contractus, exordium nobis esse ab eo existimauimus, qui vt est omnium ¶ antiquior, ita est & nobilior, ac aliorum veluti fons & origo, hoc est, à contractu matrimonij. Est enim certum, matrimonij contractum

à Deo Opt. Max. inter primos nostros parentes institutum Genes. c. 2. cuius quidem contractus institutio prima in paradiso deliciarum facta est, vt ¶ flet immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ, ex quibus sine ardore concupiscentiæ conciperent, sine dolore parerent. Institutio vero secunda ¶ propter illicitum motu eliminandum, extra paradysum facta est, vt infirmitas prona ad ruinã turpitudinis, honestate exciperetur cõiugij. Ita Diu. Hier. super Lucã, relatũ in c. sicut. 32. q. 2.

P R Æ S V M P. I.

Matrimonium quibus præsumptionibus, & coniecturis contractum præsumatur.

- 1 Matrimonium non presumitur, ideo id asserens probabit, num. 2.
2 Matrimonium contractum, vel veris, vel presumpsis probationibus demonstratur.
3 Matrimonium aliud verum, aliud presumptum dicitur.
4 Matrimonium prescriptum quomodo dicatur.
5 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
6 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
7 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
8 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
9 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
10 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
11 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
12 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
13 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
14 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
15 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
16 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
17 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
18 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
19 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
20 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
21 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
22 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
23 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
24 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
25 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
26 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
27 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
28 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
29 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
30 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
31 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
32 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
33 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
34 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
35 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
36 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
37 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
38 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
39 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
40 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
41 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
42 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
43 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
44 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
45 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
46 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
47 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
48 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
49 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
50 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.
51 Matrimonium per sponsalia presumitur contractum, copula carnali subsequuta.

- 52 Presumptiones non admittunt extensionem.
53 Sponsalia impuberum contracta etiam per verba de presenti, intelliguntur de futuro.
54 Conatus solus ad copulam, etiam prope etatem perfectam non efficit matrimonium.
55 Sponsus sponsam ad domum traducens, matrimonium presumitur contraxisse.
57 Traductione ad domum presumuntur sponsalia fuisse de presenti.
58 Traductione solenniter facta, et eo modo quo uxores deducunt, matrimonium presumitur contractum esse iure Pontificio.
59 Sponsalia contracta de futuro, verbis consensum presentem exprimentibus, quibus signis in matrimonium presumatur transiisse.
60 Sponsalia de futuro, aliquando dicuntur re et verbis.
62 Sponsalia re et verbis de futuro, ex aliquibus signis non transeunt in matrimonium.
63 Subarratione per anulum facta, quando presumatur contractum matrimonium.
64 Sponsalia interpretatione iuris de futuro, quibus signis transeant in matrimonium.
67 Cohabitatio viri et mulieris matrimonium presumi contra.
71 Cohabitatio longam decem annorum dicitur.
72 Matrimonium inter pares facile presumi.
73 Cohabitatio longa non presumitur contractum matrimonium.
77 Cohabitatio longa non presumitur contractum matrimonium.
78 Legem civitatis observari quoad legitimacionem, et successione filiorum, eorum qui simul cohabitaverunt.
79 Matrimonium inter cohabitantes, qua de causa lex Pontificia non presumat.
80 Matrimonium contrahentes sub conditione copula carnali se commissurantes, pure contraxisse presumuntur.
82 Matrimonium contraxisse presumuntur vir et mulier inuicem sese tanquam coniuges tractantes.
83 Facta verbis antep.
85 Matrimonium presumuntur contraxisse, sese inuicem nomine mariti vel uxoris qui dignantur.
89 Matrimonium ex literis inuicem datis, quibus se coniuges nominant presumitur contractum.
90 Matrimonium contractum ex instrumento dotali presumitur, si in eo expressum sit.
93 Mulier habitus et vestitus honorifico utens, quibus uti solent uxores similium, arguit matrimonium contractum.
97 Matrimonium ex literis inuicem datis, quibus se coniuges nominant presumitur contractum.
98 Matrimonium contractum ex instrumento dotali presumitur, si in eo expressum sit.
99 Matrimonium omnia presumpta, etiam presumptione iuris, et de iure hodie ex dispositioe concilij Tridentini, sublata esse.
100 Filios ex matrimonio presumpso quavis presumptione, hodie legitimos non esse, nec successibiles.
101 Raptor et raptam olim in matrimonium consentientes, raptus panam euitabat.
102 Matrimonium presumptum, quem habeat effectum ex concilij dispositione.

MATRIMONIUM inter virum & mulierem contractum fuisse non presumitur, cum quid facti sit. quem admodum in specie scripserunt Bartol. in consil. 42. libro 1. Corne. in consil. 68. num. 13. libro 3. Alexand. in consil. 150. num. 1. et in consil. 154. numero 1. libro 6. Cæpolla in caus. 18. Dec. in l. si emancipati. num. 3. C. de collatio. et in consil. 310. colum. 1. Paril. in consil. 59. numer. 1. et in consil. 61. numero 1. libro 4. Socin. Patil. in consil. 86. num. 5. et in consil. 88. numero 7. libr. 2. & Palæot. in tract. de nobis spurisque filiis, cap. 20. numero 1. et 6. et idem ego respondi in consil. 199. num. 2. libro 2. Qui ergo asseruit inter aliquos contractum fuisse matrimonium, et probare id debet. cum autem altero de duobus modis probari soleat celebratum matrimonium, videlicet et presumptis probationibus, inde fit, ut à nostris matrimonium appellatur aliquando et verum, nempe à veris probationibus, aliquando prescriptum, à probationibus prescriptis. Ita Io. Lup. in tracta. de matrimo. part. 1. numero 52. Presumptum matrimonium (ut omittamus disputationem de verbo hoc non pertinentem) aliquando dicitur et presumptione iuris & de iure, aliquando sola iuris presumptione, aliquando hominis, ut ex infra dicendis apparebit. Prima itaque est presumptio & coniectura, qua presumitur contractum fuisse matrimonium, quando et inter eos iam contracta fuerunt sponsalia, & deinde secuta est copula carnalis, sicuti diffinitum est in casis qui fidem de sponsal. Et hanc esse presumptionem et iuris & de iure, affirmant glo. & Docto. ibidem Spec. in ritu. de presump. s. species. numero 5. Abb. & Felin. in c. quanto. de presump. Io. Lup. in tract. de matrimo. par. 1. num. 52. Euer. ad. in centuria legali, in loco à verisimili, numero 19. Alciatus in tractat. de presump. regu. 3. presump. 38. Di. fac. in epitome de sponsalib. in 1. part. cap. 4. §. 1. numero 1. & ex Theologis Durandus in 4. sent. dist. 28. q. 1. qui idem esse dicit, quando sponsalia sunt verè de futuro idem dixit Castr. in l. pen. num. 3. C. de episc. & cler. Hanc autem presumptionem lex introduxit, quia existimavit ex illa carnali coniunctione, nouum superuenisse consensum, atque ita voluisset perducere ad effectum promissionem illam in sponsalibus factam. alioqui ex sola ipsa copula carnali, fornicatio, atque ita mortale peccatum causaretur. Hanc rationem considerat Dida. in d. §. 1. delump. vt opinor ex Calder. & Zabarell. in c. vltim. de sponsal. Et comprobatur eo quod dicimus, legis esse presumptionem quod faciens actum et presumatur facere ob causam præcedentis obligationis, l. quedam. ff. de rei vend. Bart. in l. cum solus. in ff. de vsucap. Ruin. in consil. 122. numero 7. libro 4. & Crauet. in consil. 202. numero 18. Actus ergo subsecuta copulae presumitur hic factus ob causam præcedentium sponsaliorum & simile tradit Ioan. Andr. in c. tue ad finem. de sponsal. cum dixit matrimonium presumi contractum ex causa antecedentis tractatus. Extenditur hæc presumptio, ut procedat etiam si ipse vir, vel mulier, qui vel quæ contendit matrimonium fuisse contractum, sua deinde confessione affirmaret, se non couisisset antio contractum matrimonium. Nam adhuc presumitur hoc matrimonium: Cum confessio hæc et non admittatur contra presumptionem hanc iuris & de iure. Ita Abb. in d. c. is qui fidem de spons. & Felin. in d. c. quanto. numero 3. de presump. & Alciat. in tract. de presump. in 2. premisso. numero 8. in fine. Ea ratione ius moti sunt, quia in causa matrimoniali non statuitur confessioni et litigantium ad infirmandum ipsum matrimonium iam contractum, c. super eo. de eo qui cogno. consang. v. x. s. i. f. u. Cæterum ab hac opinione dissentit Dida. in d. §. 1. numero 4. Nam licet (ait Dida.) confessioni litigantis contra matrimonium credendum non sit, etiam confessioni illius qui contendit matrimonium esse contractum, & valuisse, stari debet aduersus ipsum matrimonium. Ita glo. in c. attestations. de desponsa. impub. quam ibi Abb. numero 5. singulariter esse dixit, & idem asseruit Roman. in singu. 620. idem tradunt Holtienf. & Abb. in c. pe. de rapt. & Deci. in consil. 133. colum. 1. Verum responderi potest, quod aut agitur solum pro separatione thori, & tunc confessioni et illius, qui pro matrimonio contendit, fides adhibetur contra seipsum. Aut agitur de dissolueno penitus ipso matrimonio, & tunc non creditur illius confessioni. Ita post Abbatem declarauit in commentariis de arbitraris iudicium. lib. 2. casu 103. nu. 7. et nu. 8. Et postremi illius casus rationem esse dixi, quia non est in coniugum et potestate dissolueri matrimonium. Cum itaque existantem Dida. loqui etiam de postremo hoc casu, quippe quod absolutè negat ob hanc confessionem adesse matrimonium: sua consideratio non satis tunc videtur. C. ediderim tamen alia probabiliori ratione Abbatis, & sequacium traditio nem veram non esse. Est enim magna differentia inter casum d. c. super eo. & d. c. is qui fidem. Nam in d. c. super eo. conceditur verè ob adhibicium consensum fuisse contractum matrimonium, sed illud esse vel ex toto dissolueno, vel le-

parandum thorum, ob aliquod impedimentum, de quo impedimento non statuitur confessioni coniugum, ad illud matrimonium omnino dissolueno, cum (vt diximus) in eorum potestate id possum non sit. Diuersam est in casu nostro, seu d. c. is qui fidem. in quo agitur, ut matrimonium censetur contractum, & lex præsumit fuisse contractum, ob consensum prescriptum, vt diximus supra ex eiusdem Didaci sententia, ex subsecuta copula. Cum ergo vir & mulier fatentur couisisset alioq. antio, quam contrahendi matrimonium, iam sublatus est ille prescriptus consensus, atque ita matrimonium non dissoluitur, sed contractum non fuisse declaratur. Huic tamen confessioni fides adhibenda non erit, si aliqua aderit fraudis suspicio, sicuti animaduertit Dida. & annotauit in præallegato casu. 103. in fin. Extenditur secundo, vt procedat etiam hæc presumptio, quando et sponsa esset incerta, pura, si quis iurauit ducturum vnam ex tribus sororibus in uxorem: & deinde earum vnam carnaliter cognouit. Hoc in casu lex presumit contractum esse cum ea matrimonium. Ita Holtien. & Abb. in c. ex literis. il. secundo de sponsal. Diuus Antoninus in summa, in verbo, matrimonium, il. 2. quæst. 11. qui communè esse dixit. Dida. in epitome. de sponsal. par. 1. cap. 4. §. 1. num. 17. Ea ratione prima moti sunt: quia cum ille sponsus teneatur ex vi promissionis vnam illarum ducere in uxorem, & presumitur illam, quam cognouit, vxorio atque maritali affectu cognouisse, ex d. c. is qui fidem. Et præterea sponsalia hæc sunt, & si incerta dicantur ante factam electionem, atque ita ante euentum huius conditionis potestati. Atque sponsalia et sub conditione contracta, transeunt in matrimonium secuta copula, super eo. c. per tuas. de cond. appof. Ergo et hæc sponsalia incerta, ob electionem transeunt in matrimonium, secuta ipsa carnali copula. His intelligimus minus rectè à prædicta traditione discessisse gloss. Ioann. Andr. Butrium, Henricum, & Cardin. in d. c. ex literis. il. 2. de sponsal. Qui quidem ea ratione adducti sunt, quod hæc dicit non potuerunt sponsalia cum muliere illa cognita. Ergo nec matrimonium. Illud antecedens prescriptum ex cap. 1. in prin. sponsal. in sexto. vbi ex sponsalibus certis, quamuis nullis, oritur impedimentum publicæ honestatis iustitiæ. Et tamen ex his sponsalibus incertis nullum oritur impedimentum: quandoquidem ante copulam carnalem potest quamlibet ex eis ducere. Ergo hæc non sunt sponsalia. si enim essent sponsalia, oriretur ex eis impedimentum. Huic considerationi responderet secundum Dida. & alios: quod immò hæc sunt sponsalia quamuis incerta. Quæ sanè sponsalia incerta non operantur impedimentum publicæ honestatis iustitiæ: ex quo ante electionem non plus vni quam alteri dicitur facta promissio. Veruntamen sponsalia hæc operantur, vt cogi iste possit vnam ex illis eligere. Quam quidem electionem fecisse presumit lex, ex ea subsecuta carnali copula. Extenditur tertio, vt procedat hæc presumptio, et etiam si sponsus protestetur, presente, & consentiente ipsa sponsa, se nolle per coitum matrimonio consentire. Nam adhuc presumitur contractum matrimonium, si sequatur copula: siquidem canon presumit propter coitum sponsos ab hac protestatione recessisse. Ita gloss. in c. per tuas. de condit. appof. quum ibi omnes recipiunt. Abb. in c. cum M. Ferrariensis. n. 20. de consil. & ibid Felin. 80. & Ripa n. 95. qui asserit, hæc opinionem esse communem. Idem scripserunt Arret. in consil. 142. num. 8. vers. tertia conclusio est. Iaf. in l. non solum. §. morte. nu. 14. ff. de oper. non. num. & ibi Rub. num. 225. idem in consil. 60. num. 3. Nicol. Arret. in additio. ad Alciat. in tracta. de presump. in 1. premisso. num. 20. Dida. in epitome de spons. par. 1. ca. 4. §. 1. numero 18. & diximus supra lib. 1. q. 76. in prima declaratione secundi casus. Ea est ratio, quia ex ea protestatione induceretur peccatum mortale, si illa haberet effectum: quod dicendum non est. Quocirca Arret. in d. consil. 142. num. 8. vers. tertia conclusio, declarat hanc extensionem non habere locum, quando ageretur de illis et actibus, qui sine peccato mortali fieri possent, ob spem nuptiarum, sicuti sunt amplexus, oscula, cohabitatio, & familia, hæc sanè se sequantur protestationem, non inducunt presumptionem contracti matrimonij. Id quod rationibus comprobatur Arret. Extenditur quarto, vt hæc presumptio locum etiam habeat, quando sponsalia fuissent contracta et cum duabus, & secunda deinde cognita fuisset carnaliter. Nam cum hac secunda presumitur contractum matrimonium, in præiudicium illius primæ sponsæ. Ita Ioan. Andr. & Burr. in d. cap. is qui fidem. de sponsal. & ibidem Præpos. n. 5. qui tamen ambigit. Idem Præpos. in c. de illis. col. pen. de sponsal. Brun. in tractat. de sponsal. q. 8. n. 3. Syluest. Prier. in summa, in verbo, sponsalia. q. 10. Ioan. Maior in quarto sententiarum. dist. 27. q. 5. casu 2. & Dida. in epit. de spons. parte 1. cap. 4. §. 1. num. 10. Quæ sententia probatur primo ex c. pe. de spons. & ex c. licet. & c. ult. de sponsa. duo. vbi

coniugium primum nondum copula carnali consummatum, non tollitur per secundum, et si consummetur carnali copula, quia in primo coniugio iam aderat consensus coniugalis, si ergo in primo non intercessisset coniugalis iste consensus, sed tantum sponsio, tolleretur per secundum, quod hic datur ex coitu. Compræbatur secundum ex c. duo pueri, de desponsatione. vbi Præpositus, colum. 1. Eo enim canonem constitutum est, sponsalia tolli per matrimonium, quod ab initio vim sponsaliorum tantum habuit: sed successu temporis effectum est coniugium: tamen ergo matrimonium ex secundis sponsalibus statim contractum non fuit, sed tantum sponsio quædam futuri consensus, atamen quia ex coitu, consensus ille coniugalis datur præsumptione legis, tolluntur priora sponsalia. Et quamquam obici aliqua possint huic traditioni: atamen cum satisfaciatis abunde Dida. non est quod plura scribam.

Extenditur quinto hæc præsumptio, ut locum habeat, etiam si post sponsalia ante coitum cum sponso fuerit sponsa cum ipso fornicata. Nam adhuc ob securam copulam cum ipsa sponsa, præsumitur contractum matrimonium. Ita Didac. in epitome de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 1. num. 8. ex sententia Henrici Boic, & Præpositi in d. c. de illis, de desponsatione, reiecta contraria opinione Neuiz. lib. 2. Sylux nuptia. num. 12.

Ea ratione ij moti sunt quod etsi ob securam fornicationem dissolui possint ipsa sponsalia, quædam admodum, de inuentione. Atamen donec iudicio ecclesie fuerint dissoluta, manent sponsaliorum vinculum, d. c. de illis. Cum ergo vinculum hoc dissolui ex causa fornicationis non poterit sponsus, sed sponsam carnaliter cognouerit, dicitur ei remississe omnem culpam & delictum fornicationis, acque ita in eam, ut in vxorem consensisse, sicuti dicitur in marito, qui dum carnaliter cognouit vxorem post adulterium, ab ea commissum, dicitur ei remississe iniuriam criminisque accusationem. l. castitati. & l. crimen. C. ad leg. iul. de adult.

Extenditur sexto, ut procedat hæc præsumptio, etiam in muliere quæ etsi iniuria tradita est viro, atamen si deinde pariter se ab illo carnaliter cognosci, præsumitur in eam tamquam in maritum consensisse, atque ita cum eo matrimonium contraxisse, c. significauit, de eo, qui duxit in matrimonium post adulterium. & in c. insuper, qui matr. accus. poss. Etsi enim purgata omnis vis & metus, sicuti dicemus infra in præsup. 4. in fin.

Et hanc præsumptionem, si esse iuris, & de iure, scripserunt Spec. in titu. de præsump. §. species, numero 1. vers. & eodem modo. & Euerard. in centuria legali, in loco à verisimili. numero 19.

Extenditur septimo, habere quoque locum in eo qui sponsam ipsam factis sponsalibus etiam de futuro rapuit, & cum ea coitit. Ita Castr. in l. p. num. 3. C. de episc. & cler. ex text. cap. pe. de rapto.

Extenditur octavo hæc præsumptio, ut locum etiam habeat, quando timore mortis sponsus, si coactus fuit, cognoscere carnaliter ipsam sponsam. Nam & tunc præsumitur contractum matrimonium. Ita Hostiensis in c. is qui fidem, de sponsal. Petr. de Palude. in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 4. Didac. d. §. 1. num. 11. Soto in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 3. col. penul. vers. sed quia.

Verum dissentiant Præpositus & Henric. Boic in d. c. is qui fidem de sponsal. & ibidem Præpositus, col. 4. num. 7. in fin. Parit. in cons. 53. nu. 69. lib. 4. & ex Theologis Diuus Antoninus in summa, part. 3. titu. 1. cap. 7. ad finem. & Durand. 4. sent. dist. 29. quæst. 2. Qua de re differemus infra præsup. 4. in 3. capite, vbi disputabimus de purgatione metus in matrimonio.

Declaratur primo, ut non procedat hæc præsumptio quando constaret sponsalia fidei, ante coitum fuisse mutuo consensu, vel alias legitime soluta, iuxta c. 2. de sponsal. Nam tunc ex subsecuto coitu non præsumitur contractum matrimonium. Idem est, quando certum esset, sponsalia fuisse nulla, ob aliquod iustum impedimentum. Ita declarant Abb. in d. c. is qui fidem de sponsal. Præpositus, in c. de illis, num. 4. vers. & sic notare, de cond. appof. Felin. in c. cum M. Ferraricnsis, col. pen. de conf. & Didac. in epitome de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 1. numero 7.

Hæc enim probatio vel dissolutionis, vel impedimenti sponsaliorum, dicitur indirecta quæ admittitur, quæ aduersus præsumptionem iuris & de iure, sicuti explicauimus supra lib. 2. qu. 65.

Declaratur secundo, ut non procedat hæc præsumptio in foro interiori animæ quam conscientie appellat, quando scilicet sponsus diceret se ad sponsam accessisse, non quidem affectu maritali, sed fornicario. Hoc sanè casu non iudicatur contractum esse matrimonium. Ita explicant Abb. in d. c. is qui fidem de sponsal. & ibi Butr. & Præpositus. Anch. in c. possessor, col. 7. de reg. iur. in 6. Soc. Sen. in cons. 28. nu. 4. lib. 1. & Dida. in epitome de sponsalibus in prima parte, cap. 4. §. 1. numero 9. qui ex Theologis commemorat Diuum Thomam in

quodlibeto quinto, artic. 15. & Syluestrum Prierium in summa, in verbo matrimonium, il. 1. quæst. 15. Item affirmant Durand. in sentent. distinct. 28. quæstio. 1. Et ij quidem adducti sunt ex c. tuos, de sponsal. vbi quoad forum conscientie creditur assertioni viri, se couisse animo fornicario, non autem maritali, & propterea non dicitur matrimonium contraxisse. Et tunc illum sic intelligunt ibi Doct. & Soc. Sen. in cons. 119. lib. 3. & alij, quos infra referam. Accedit & ratio, quod ecclesia in foro conscientie iudicat, quod matrimonium non esse ex defectu consensus. c. cum locum, de sponsal. de quo sanè defectu consensus constat ipsi ecclesie ex confessione sponsi: cuius assertioni creditur, ex quo est de his, quæ in animo suo tantum sunt, iuxta glo. in §. alie. Infit. de off. & copiose differemus infra lib. 6. præsumpt. Atque in foro conscientie ex veritate non autem ex præsumptione res iudicatur, vt diximus supra lib. 1. q. 81. Hanc declarationem intelligit Syluester etiam procedere, quando sponsus aliter, se omnino dubitare, an tempore coitus affectum habuerit conjugalem, vel fornicarium. Verum à Syluestro dissentit Dida. ea ratione, quia certius est, habuisse animum contrahendi matrimonium, quam fornicandi, vt euitetur peccatum mortale, sicuti probat ratio illa d. c. is qui fidem. Intelligit tamen Dida. Syluestri opinioni posse procedere, quando is sponsus post copulam cum sponso, verum & indubitatum matrimonium cum altera contraxisset. Nam tunc (ait Dida. & rectè) tutius est secundo coniugio certum adhaerere, quam primo. c. 2. §. item si quis, de pan. dist. 7. Cum enim res dubia est, et tangit salutem animæ, oportet eligere certius, vbi præcisa conceditur electio, vt probat text. d. §. item si quis, in ceteris traditionibus Diui Antonini in summa, part. prima, titu. 3. cap. 10. col. 3. & Nauarræ in c. si quis autem, n. 34. de pan. dist. 34. Credendum etiam dici posse, propter certum matrimonium, cum altera subsecutum, illam animi dubietatem satis esse declaratam, quod scilicet cum prima non affectu maritali, sed fornicario conuerit: quandoquidem factum subsecutum, de clarat voluntatem dubiam præcedentem. §. Præsumptio, in fin. de verum diuis. cum similibus. Et hanc Dida. declaracionem confirmat ac Doucas, & ratio Durand. in 4. sent. dist. 28. col. pen. ver. quantum ad secundum.

Hæc declaratio, & Doctorum traditio, ni fallor, locum etiam habet, quando in matrimonio fuit per verba expressa de præcisa contractam, & deinde alter coniugum, pura vir ante secutam, copulam aliter, quod licet protulerit verba illa contractus, in animo, non tamen habuerit animum contrahendi se ad eam, vt extorqueret copulam carnalem. Nam adhuc in foro conscientie, quoad ipsum virum, vt mox declarabo, non dicitur matrimonium. Et quo hoc facile intelligatur, duxit hic inspectionem, considerantur. Vna est, an hoc celebratur matrimonium, nisi constet virum hunc non habuisse animum contrahendi. Et certum est, hoc non esse matrimonium ob defectum consensus, d. c. tuos, de sponsal. & affirmant Diuus Thomas in 4. sentent. dist. 27. q. 1. art. 2. & q. 4. & ibidem Ricard. Dy. uel. P. iectus in summa, in verbo, matrimonium, §. 1. num. 3. & Dominicus Soto in 4. sent. dist. 27. quæstio. 1. artic. 2. & ex notis Socin. Sen. in cons. 28. numero 4. lib. 1. & in cons. 119. lib. 3. & Socin. Sen. in cons. 108. in fine, libro 1. Altera est inspectio, an huic viro assertio non habuisse animum contrahendi matrimonium, credi debeat in foro hoc conscientie & animæ. Hic ergo subdistinguo duos alios casus.

Primus est, quod quando agitur de adhibenda fide ipsi viro respectu mulieris, vt scilicet ipsa mulier debeat credere viro, & ei credendo non censetur alligata illi matrimonio. Secundus est, quod casu, quando agitur de adhibenda fide ipsi viro respectu suæ personæ.

Illo primo in casu loquuntur Ricard. in quarto sententiarum, dist. 29. q. 3. Do. Soto. in 4. sentent. dist. 27. quæst. 3. art. 3. col. 8. vers. quo ergo gradatim & c. quod si mulier haber certitudinem quandam moralem, quam à bonis coniecturis causari dixit Soto post Ricardum, vt quia ipsa sic multo inferioris conditionis & sortis, & vir sic nobilis & probata vitæ, debet mulier illi fidem adhibere, præsertim si illic ipse vir negauit. Et propterea liberè mulier illa potest nubere, cum non sit alligata primo. Si vero mulier non habet moralem hanc certitudinem, si vt coniecturæ sunt vehementes, quippe quod non sint conditione, multum dispares, & talibus verbis, & modo vir consensit, vt ipsa sapientium consilio possit non credere, illum consensisse, præsertim, si post notabile tempus id negat. Hoc casu (inquit Soto post Ricardum) non debet mulier adhibere fidem ipsi viro etiam ad alias nuptias transeuntis, & ob id ipsa mulier manet ligata, sicque liberè non potest, salua sua conscientia, alteri nubere. Et ratio: quare mulier hæc fidem adhibere non debeat viro, illa est (inquit Soto) quia nimis indignum est, (vt habet. in c. per tuas, de probatio.) vt quod sua quisque voce fide

side protestatus est in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.

Alter est sicque secundus casus, quod quando agitur de adhibenda fide ipsi viro respectu suæ personæ. Hoc casu dicendum est indistinctè, credendum esse ipsi viro ita asserenti, & si eius verba iam prolata aliud significauerint. Nam supponamus virum dixisse, se ducere in vxorem mulierem per verba de præcisa: Hæc verba sunt quidem clara in se: sed nil plus possunt operari, quam vt significent animum, & voluntatem ipsius loquentis iuxta l. Labeo, ff. de supellect. legata. Et hæc significatio est proprie præsumptio violenta quidem, quam facit lex præsumens id esse in corde, quod loquitur lingua: non autem significatio ista est verè & proprie consensus, & voluntas, vel animus: cum aliud (vt dici solet) esse potuerit in pre, aliud in corde. Et multi reperiuntur, & indies (quod vrinam ita non esset) reperiuntur, qui alia quam in animo habent, loquuntur. Verba itaque oris significat, & præsumptionem faciunt eorum, quæ sunt in corde. Et quidem comprobatur auctoritate Aristotelis lib. 1. Peri. Hermetias, sive de interpretatione, cap. 1. Cum scripsit hæc verba. (Ea igitur, quæ voce versantur signa sunt affectu quæ in animo sunt, & ea, quæ scribuntur notæ sunt eorum, quæ in voce versantur.) Dixit ergo manifestè philosophus, verba esse signa voluntatis: signa autem sunt species præsumptionis, seu coniecturæ, vt his nominibus aliquando appellatur à Cicerone, Quintiliano, & aliis commemoratis supra lib. primo, quæst. 7. Et Aristotelem secutus est Bald. in c. mandatum, nume. 1. de rescriptis. & idem respondit Socin. Sen. in cons. 10. num. 2. lib. 1. Ea est ratio, quia voluntates non sunt manifestæ, vt inquit idem Aristoteles lib. 10. Ethicorum, cap. 8. & dicebat Diuus Thomas, quem & supra retuli, Quodlibeto quinto, art. 15. dum de hac voluntate in contractu matrimonij verba faceret: Vir ratam latere in his, quæ pertinent ad interiora cordis quæ humano testimonio probari non possunt; etsi aliqua signa exteriora de his possint aliqua coniectura haberi. Cum ergo & voluntas illa significata expressis verbis sit quid à lege præsumptum, vehementer quidem præsumptione inde fit, hoc etiam appellari matrimonium præsumptum, vt in specie ita appellat Ricard. in 4. sent. dist. 29. q. 3. primæ distinctionis. Hinc etiam sequitur, quod in foro conscientie credit ipsi veritati, demonstratur per contrariam assertionem eiusdem dicentis, ita esse pro animæ suæ salute. Et ideo quoad hoc nil differt hic casus à casu d. c. tuos, de sponsa. Ita enim hic adest voluntas præsumpta, & significata, vt in casu illo: hic differentia est, quoad modum quo causata est ipsa præsumptio. Illa enim ex facto quodam causata fuit, hæc ex verbis: Illa videtur tacita quædam declaratio voluntatis: hæc verò expressa: atamen quoad vim declaratiuum eadem esse videtur: Cum facta sint valde efficacia ad declarandam hominis voluntatem, vt probat l. Paulus, ff. rem ratam haberi, & tradunt Dec. in cons. ducentesimo sexagesimo nono, numero nono, & copiose Crau. in cons. 159. numero 5. Cæteros quomodo. Si itaque nil differt casus ille noster à casu d. c. tuos, sequitur necessario concludendum, adhibendam esse fidem assertioni viri, cum dixit, se non habuisse animum contrahendi matrimonium. Nec repugnat ratio illa ducta ex d. c. per tuas, de prob. quod nimis indignum sit, quod quisque sua voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Quæ quidem fuit, l. generaliter, in fi. C. de non numerata pecun.

Nam respondetur, quod licet indignum hoc videatur in foro contentioso: non tamen in foro conscientie, vbi sola veritas, omni præsumptione reiecta, spectatur, adeo indignum est, quin attendi id debeat. Et si in foro conscientie procederet sententia d. c. per tuas, malè etiam scripsisset Soto in primo illo casu, quod mulier habere debeat fidem, quando vir altioris conditionis & sortis, illico id præsertim asseruit. Est quidem durum, & quod infirmari possit vel debeat confessio illa: sed etiam durè est vt cæteris vtgentibus præsumptionibus non credatur in hoc ipso foro conscientie: & tamen verè non creditur, vt diximus supra. Quæ admodum ergo reiectis illis præsumptionibus, creditur assertioni ita asserentis de suo animo. Idem dicendum est in isto casu.

Declaratur tertio, vt hæc præsumptio locum non habeat, quando fidei anteceffit sponsalia. Nam tunc ex eo non præsumitur contractum matrimonium. Ita Abb. in c. veniens, il. 2. de sponsal. Henric. Boic. in c. attestaciones, colum. ult. de desponsa. impub. Soc. Sen. in cons. 28. nume. 6. lib. 1. Syluester Prierius in summa, in verbo, diuortium, q. 1. & in verbo, sponsalia, qu. 10. Ioan. Maior in 4. sentent. dist. 28. q. 1. Dida. in epitome de sponsal. cap. 4. §. 1. numero 13. Et horum sententiam probant text. à sensu contrario, in d. c. veniens, ibi, si post fidem præstitam cognouerit. & in d. c. is qui fidem, ibi, carnali copula subsecuta. Præterea considerari potest ratio, quod ipsimet

sponsi ob sponsalia contracta post coitum declarasse dicuntur, se non contraxisse matrimonium per coitum, sed velle in futurum contrahere: ex quo sponsalia f sunt futurarum nuptiarum promissiones, l. 1. & l. 2. ff. de sponsal. Et hinc fit, quod si testis dixit, Cauius eius sponsam carnaliter cognouisse, non concludit, vt ex ea copula iudicetur matrimonium. Potuit enim eam cognoscere ante sponsalia. Est enim opus probare, quod post sponsionem eam cognouerit, vt scribunt Abb. Butr. & Præpositus, in d. c. veniens, Dec. in c. ex præsentia, num. 24. de proba. Crot. in tract. de testib. num. 288. & Gramma, in col. 26. colum. 1. in civilibus, quos secutus est Didac. præcitato in loco. Quibus intelligimus malè sensisse Marfil. in sing. 300. cum scripsit, etiam ex coitu præcedenti, quod præsumi contractum matrimonium subsecutus deinde sponsalibus. Echuius opinionis commemorat Claudium Seyellium in rubric. ff. solus matrimonium. 12. & Neuiz. lib. 2. Sylux nuptia. n. 12. qui tamen, vt etiam animaduertit Dida, hoc non scribunt. Solum vt gerere videtur argumentum, quod ex ipso Claudio colligitur, cum ait matrimonium censeri copula carnali consummatum etiam ex coitu præcedenti: & propterea sicuti Pontifex Max. non potest dispensare, vt dissoluantur matrimonium copula carnali consummatum, quando copula post matrimonium contingit, ita nec dirimere potest matrimonium, cui præmissa fuit commixtio carnis: Et huius opinionis Claudius citat Baldum in l. vltim. in fi. de transla. episcop. Verum respondet, & rectè Didacus, quod immò, & matrimonium non censetur consummatum ex coitu præcedenti, sed is coitus dicitur fornicarius, vt probat Socin. Sen. in d. cons. 28. n. 6. lib. 1. & sensu Neuiz. in d. lib. 2. Sylux nup. num. 12. Nec repugnat auctoritas Baldi, quia id non affirmat. Hinc aduersus Claudium sequitur, quod illis in casibus, in quibus potest Papa dispensare & dissoluere matrimonium nondum carnali copula consummatum, potest etiam dissoluere hoc, cui præcessit carnalis copula. Quandoquidem hæc copula non reddit ipsum matrimonium, vt dici possit omnino perfectum. Non etiam obstat text. in c. sara, qui filij sint legitimi, quæ citauit Marfilus. Nam illud statutum fuit ab ecclesia fauore prolis susceptæ, vt legitima sit ex matrimonio subsecuto post eorum nuptiarum, non tamen ex eo fit, quod matrimonium per eam copulam fuerit contractum. Ita etiam videmus excohabitatione viri & mulieris, non præsumi matrimonium quoad eos, præsumi tamen quoad filiorum legitimationem. Abb. in c. labor, nu. 6. qui filij sint legitimi, & dicemus paulo infra. Et si vera esset (ait Didac.) Marfilij opinio, sequeretur, quod filij suscepti, non solum legitimi dicerentur per subsequens matrimonium, sed etiam sponsalia de futuro: quia eo modo, hoc est, per copulam præcedentem, secundum ipsum Marfilium diceretur contractum matrimonium: & tamen falsum est, quia solummodò filij redduntur legitimi ex ipso subsecuto matrimonio, vt expressè sancitum fuit in d. c. sara.

Ex prædictis inferitur declaratio ad d. c. 2. de conuers. coniug. quo cautum est sponsam posse conjugali consensu præstito, ante copulam religionem profiteri, atque ex ea professione dissolui coniugium illud. Idem enim erit dicendum, si ante consensum conjugalem copula carnalis intercessit. Illa enim conjugalis non fuit, sed fornicaria. Ita Dida. in d. §. 1. num. 16. auctoritate Castr. in l. pen. num. 3. C. de episc. & cler. & Ioan. Bofchæz lib. 1. de nuptiis, colum. 2. n. 8. Et ideo non impeditur ex ea copula præcedente religionis professio: quæ quidem impediretur, si vera esset Marfilij traditio. Cum vero ambigatur, an concubitus antecefferit, vel subsecutus sit sponsalia, præsumendum est, quod subsecuto fuisse: vt præsumatur concubitus factus tempore licito. Ita decidit Rora Romana referente Verallo in decis. 211. p. 2.

Declaratur quarto, ut procedat hæc præsumptio, quando verè carnalis copula secuta est: secus verò si solus nixus, & tentatio. Non enim solus iste f conatus sufficit, vt præsumatur contractum hoc matrimonium. Ita Ioan. Andr. Geminia. & Franc. in c. 1. idem, de sponsa. impub. Abb. in c. vltim. num. 2. de sponsa. & ibi. Præpositus, restatur communem, & si ipse dissentiat. Aret. in cons. 142. num. 5. Syluester Prierius in verbo matrimonium, il. 2. qu. 16. Alcia. in tract. de præsumpt. regu. 3. præsump. 38. nu. 1. vers. sed quid si. & Dida. in epitome de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 2. num. 19. Et hos secutus sum supra lib. 1. q. 20. Afferunt text. d. c. vlt. de sponsal. & Dida. in epitome de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 2. num. 19. Et hos secutus sum supra lib. 1. q. 20. Afferunt text. d. c. vlt. de sponsal. Nec obstat interpretatio Calderini ibi, cum dixit text. illum loqui, quando sponsus non potuit perficere secundum cursum naturalem: quia erat impubes, non autem quando non potuit secundum accens, pura quia mulier erat nimis arcta, atque ita is text. videtur intelligendus in impuberibus, in quibus cessat ratio præsumpti consensus ad matrimonium. Non inquam obstat hæc interpretatio, quandoquidem ex ea nimis restringeretur, atque impropriaretur contextus ille, qui loquitur de adolescente, sicque de facto pubere. proprie enim f pubes dicitur

214

ad oleseens. l. Amelio. §. 1. ubi Bar. ff. de libera. leg.

His intelligimus veram non esse contrariam opinio- nem Calder. & Præpos. in d. c. ult. qui ea ratione vti sunt, quod cum sponsus iste facere non potuisset conatum istum sine peccato, ad evitandam igitur peccati suspensionem præsumendum est, quod animo contrahendi matrimonium conatum illum fecerit: cum solus ipse consensus nuptias per- ficiat. l. nuptias. de reg. iur. Huic rationi satisfacit Alciat. in d. præsu. 38. n. 1. vers. nec obstat, quod ratio hæc non procedit hoc in casu, ubi etiam agitur de periculo animæ. c. iuvenis. de spon- sal. Et præterea (ait Alciat.) nec tex. in d. c. is qui fidem. fundat se simpliciter in hac ratione, quod apparet, quia illa procedit secundum simplicem præsumptionem, dispositio autem d. c. is qui fidem. secundum præsumptionem iuris, & de iure: vt diximus supra. Et porit (subiungit Alciat.) illud esse introductum, quia lex præsumit, quod si virginitas spon- sæ non sit deperdita cum sponso, nisi per matrimonium. Et de tali voluntate vtriusque præsumit ex actu subsecuro, & super præsumpto disponit. Et præterea respondetur, quod in d. c. is qui fidem. solum est expressum de copula carnali, quæ intelligi debet cum effectu, nullum autem verbum de solo conatu, & attentatione. Et cum sumus in materia exor- bitantia, contra communes iuris regulas non debet fieri extensio. c. que à iure. de regu. iur. Et præsertim in præsum- ptionibus, quæ extensionem non admittunt. Abb. in d. c. ult. nu. 3. de sponsa.

Hæc declaratio locum habet etiam in sponsalibus si im- puberum contractis per verba de præsentia, quæ quidem ob ætatis defectum intelliguntur de futuro, iuxta c. attestatio- nes. de sponsa. impub. si enim impubes, qui ita contraxit, pluries nixus fuerit ad copulam, attamen adueniente ætate perfecta poterit à sponsalibus his recedere, cum verè ex eo nixus, & conatus non transferentur in matrimonium. Ita ex- plicit Didac. præcitato in loco, ex d. c. attestations. Et idem sentit Aret. in conf. 142. num. 6. vers. tertia conclusio. lib. 1. Hoc tamen locum non habet, quando impubes proximus puber- tati consensisset, post illum nixus ad copulam, etiam si is nixus præcessisset multo ante consentium illum. Nam tunc tra- sferit in matrimonium. Ita Butr. Card. Abb. & Præpos. in d. c. attestations. & Didac. in d. §. 1. num. 20. vers. subdit tamen. Idem respondit Aret. in d. conf. 141. num. 7. Ea est ratio, secundum Præpos. & Didacum, quia hic duo concurrunt, nempe discre- tio ad consentium, ratione ætatis proxima pubertati, secun- dum potentiam, quæ colligitur ex nixu ad copulam. Illud etiã annotandum est ex Didaco, reiecta Præpositi opinione, so- lum si conatum ad copulam etiam prope ætatem perfectam non efficere matrimonium. Quandoquidem nixus ad copu- lam significat quidem coeundi potentiam, non tamen signi- ficat consentium, sine quo matrimonium non contrahitur.

Secunda est præsumptio, & coniectura, qua dicimus præsumi contractum fuisse matrimonium, quando scilicet spon- sus si sponsam ad domum propriam traduxit, l. mulierem. ff. de ritu nuptiarum. & tradunt Ioan. Andr. in c. ultim. de sponsa. Angel. in §. ultim. in Auth. quibus modis natural. officia. legit. Deci. in c. iuravit. colum. 1. de probat. Alciat. in tracta. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 38. numero 1. Palæot. de nobis spurijque filiis. cap. 19. & Didac. in epitome de sponsalibus. parte prima, cap. 5. §. 2. numero 1. Et ij quidem intelligunt hanc præsumptionem esse à iure si Cæsareo introductam: non à iure ipso Pontificio, quo non approbatur, sicuti manifestius asseruerunt Cal- der. Butr. Abbas, & Præpos. in d. c. ult. Aret. in conf. 142. nume. 6. & Bal. Nouel. in tracta. de dote. parte undecima, in secundo membro, qui communem esse sententiam testantur. Ita etiam videmus ius ipsum pontificium non præsumere matrimo- nium ex cohabitatione viri, & mulieris, sicuti infra suo loco dicemus.

Declaratur primo illa iuris canonici dispositio, quæ ex traductione non præsumit matrimonium, vt non habeat locum quando est graue dubium, an præcesserint sponsalia de futuro vel de præsentia: stante enim hoc dubio ex tradu- ctione si ad domum, præsumi potest præcedentia sponsalia fuisse de præsentia: & sic præstitum fuisse consentum con- iugalem ante ipsam traductionem. Ita Didac. in d. §. 2. num. 1. vers. primo quando. ex sententia Baldi in l. cum te. numer. 1. C. de donat. ante nupt. & apertius ibidem Salic. prope initium. Et his accedunt aij commemorati receptique à Soc. Sen. in conf. 123. colum. 3. vers. confirmantur prædicta. lib. 1. quo in loco numero 3. recenset & Bald. in c. quia verisimile. de præsum. idem affirmantem. Hæc Didaci declaratio procedit quidem sine controversia quoad ius civile, quod matrimonium ex sola traductione (vt diximus) præsumit: sed quoad ius canonici- cum res mihi videtur dubia: quia si eo iure non præsumitur ex traductione matrimonium, quando iam constat de spon- salibus, quanto minus, quando nullum est signum? Et satis

est, quod ex traductione præsumantur sponsalia, non autem matrimonium. Et Bald. Salicet. & reliqui, iure civili inspe- cto loquuntur. Quinimò Abb. in c. ex parte. num. 25. in fin. de res- sit. spol. asserit nec per hanc traductionem acquiri quasi possessionem matrimonij: vt mulier deinde à viro abducta ej restituitur.

Declaratur secundo, vt non procedat illa iuris pontificij dispositio, quando sponsa fuit traducta ad domum sponsi, s8 illa cum solemnitate, qua duci solent vxores ad maritorum domos. Nam tunc præsumitur contractum matrimonium. Ita Didac. in d. §. 2. num. 1. ver. secundo potest. ex sententia Abba. in c. ex parte. nu. 26. de ressit. spol. & Ioan. de Lupi in rub. ff. de do- natio. inter virum & uxorem. §. 57. & arg. cap. vidua. de regula. Et ait Didac. ita esse intelligendam. l. mulierem. ff. de ritu nuptiarum. etiam intelligi debent l. cum hic status. §. penult. ff. de donat. inter virum & uxorem. & l. cum fuerit. ff. de cond. & demonst. De veteri ritu & solemnitate traducendi vxores ad maritorum domos, scripserunt Briffonius in commentar. de ritu nuptiarum. & Anton. Costinus in comment. de matrimonio. titul. de ritu nuptiarum.

Tertia est præsumptio, & coniectura, qua dicimus, s9 sponsalia de futuro iuris interpretatione, verbis tamen con- sensum præsentem exprimentibus contracta, præsumi transi- sisse in matrimonium coniecturis & signis, ætate per- fecta superuenientibus, vt putà ex amplexibus, osculis, & similibus.

Cæterum priusquam ulterius progrediamur ad huius præsumptionis explanationem, sciendum est si sponsalia aliquando dici re & verbis de futuro, sicuti verè sunt illi, quæ per verba futuri temporis à puberibus contrahuntur, sicuti quando vir promittit, se eam ducturum in matrimo- nium: Aliquando verò si sponsalia, verbis quidem de præ- senti, sed iuris interpretatione de futuro, sicut sunt spon- salia, quæ contrahuntur ab impuberibus per verba de præ- senti. Nam & si verbis de præsentia contracta fuerint, attamen ob eorum inhabilitatem lex interpretatur, vt contra- cta censeantur, eueniente vtriusque pubertate, atque ita tempus futurum expectatur. c. attestations. vbi Doct. de de- sponsa. impube. Illa prima sponsalia, si hoc est, re & verbis de futuro, non transeunt in matrimonium ex aliquibus signis, vt per amplexus, oscula, munera, annuli subarrationem, & his similia. c. 1. de marr. contracto contra interd. eccl. vbi Ioan. Andr. & ibidem Abb. qui singulare esse dixit, vt quoque censuit Anton. Corset. in verbo, matrimonium. incipit, matrimonium contractum. Idem scripserunt Ioan. Andr. in capit. primo. §. idem. de sponsa. impube. libro sexto. Innoc. in c. ultim. de sponsa. Ruin. in conf. 203. num. 1. lib. 1. Deci. in conf. 368. num. 2. Paris. in consilio 62. colum. 1. libro 4. & Didac. in epitome de spons. par. l. cap. 4. §. 2. num. 2. Quibus constat minus rectè sensisse Butrium, & Præpos. in d. cap. ultim. de sponsa. impube. cum dixerunt, hæc sponsalia, re & verbis de futuro ex an- nuli subarratione transeunt in matrimonium, ex d. cap. ultim. Qui quidem text. dum dicit, desponsauit, intelligitur per verba de præsentia, vt ibidem annotatur Anno. & alij multi. Et præterea verba intelliguntur in potentiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphy. pta. Et sanè potentior significatio, vt intelligatur desponsatio per verba de præsentia, cum liget, vt re ipsa pter. Non ergo hic text. probat opinionem hanc Butrii, & Præpositi. Quorum ta- men traditionem eo in casu tueri præcitato in loco Di- dacus, quando ex ipsa subarratione consensus coniugalis colligeretur, vt putà quando subarratio si facta fuisset eo an- nulo, qui dari consuevit, cum verè matrimonium contra- hitur, iuxta gloss. c. famina. 3. q. 5. & tradunt Abb. & cæteri in c. ult. de sponsa. impub. vbi inter cæteros Henricus Boic egre- giè explicat. & Paris. in conf. 55. num. 43. & in conf. 60. col. ult. libro quarto, quos secutus est Didac. præcitato in loco. Et his addo Aret. in consilio 13. numero quarto & quinto. ex c. si quis vxorem. 27. q. 11.

De sponsalibus iuris interpretatione de futuro nunc dica- mus. Hæc transeunt in si matrimonium iuris præsum- ptione, quando post ætatem perfectam superuenientibus signa aliqua, vt oscula, amplexus, munera, annuli subarratio, & similia. Ita glo. in c. 1. §. 1. de sponsa. impub. num. 6. Henricus Boic in c. attestations. col. 2. de sponsa. impub. Bald. in conf. 194. Incipiam. lib. 3. Alex. in l. quod Seruius. numero 4. ff. de cond. ob causam. & in consilio 149. in fi. lib. 5. Aret. in conf. 142. nu. 7. Soc. Sen. in conf. 28. num. 4. lib. 4. Ruin. in conf. 203. nu. 2. ver. 4. concl. lib. 1. Deci. in conf. 368. nu. 2. vers. secundo modo. & in conf. 603. nu. 6. vbi communem asserit Gozad. in conf. 2. num. 12. & Paris. in conf. 51. colum. 2. lib. 4. Et ii quidem adducti sunt illo textu c. 1. §. 1. de sponsa. impube. in 6. vbi ex consensu tacito sponsa- lia indicant matrimonium. Ibi glo. & Doct. interpretantur, tacitum illum consensum colligi ex cohabitatione, amplexibus, osculis, & similibus signis. Et præterea sicuti per copulam

pulam summus Pontifex ibi præsumit consensum vt illa spon- salia in matrimonium transeant: ita per alia signa, qui- bus detur perseuerantia in consensu iam præstito in ea ætate minori, indicat esse matrimonium, adueniente ipsa ma- iori ætate. Cæterum ab hac opinione dissentit Dida. in d. §. 2. num. 4. sed in iudicando à receptissima illa sententia non euit recedendum.

Declaratur primo prædicta traditio, vt locum habeat, 65 quando si signa illa emissa sunt ætate iam perfecta & comple- ta: scilicet si ætate adhuc imperfecta, etiam si fuisset valde proxima: ita declarat Innoc. Butr. & Præpos. in c. attestatio- nes. de sponsa. impub. Aret. in conf. 142. numero 7. Ruin. in conf. 203. num. 5. vers. & quia. lib. 1. & Didac. in d. §. 2. num. 4. Et intelligit Ruin. procedere, etiam si malitia suppleret ætatis defectum.

Declaratur secundo, vt non procedat prædicta opinio, quã- 66 do sponsalia fuerint contracta à minore si septennio. Nam hæc adueniente perfecta ipsa ætate, non transeunt in matrimo- nium ex illis signis, hoc est amplexibus, osculis & subar- ratione. Ita Declarat Dida. in d. §. 2. in fin. post Io. Andr. Hé- ricum & Rotam, quos allegat.

Quarta est præsumptio, & coniectura, qua dicimus præ- 67 sumi matrimonium fuisse contractum, quando si vna simul vir & mulier habitauerint. Cæterum, quia hac de præsumptione perplexè ac subobscure differuerunt interpretes nostri, ego aliquot casus sic distinguo atque construo.

Primus est, quando dubitatur, an legis civilis dispositio- 68 ne præsumatur matrimonium inter pares, ob cohabitationem, de concub. & in c. 1. 30. q. 5. Rom. in sing. 446. & post multos Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 5. numero primo. Palæotus de nobis spurijque filiis. cap. 5. numero quarto, & Di- dac. in epitome de sponsal. in secunda parte, cap. 1. numero 5. Et ij quidem idem sentiunt, absolute præsumi matrimonium etiam quoad filiorum legitimationem, ex l. in libera. ff. de ritu nu- ptiarum.

Secundus est casus, an ex viri & mulieris cohabitatione 69 præsumatur matrimonium iuris pontificij dispositione, quoad ipsos virum & mulierem omni conditione pares? Hoc ca- sus receptissima est omnium sententia, non si præsumi matrimo- nium, sed potius fornicationem. Ita gloss. in d. cap. 1. 30. qu. 5. Abb. in c. illud. de præsum. & ibi Felin. num. 15. Lucas de pen- na in l. 3. in 13. præsum. C. de apoch. pub. li. 10. Io. Lupus in tract. de matrimonio. parte 2. nu. 1. Gemina. in conf. 27. colum. 2. Ioan. in l. 1. num. 18. C. qui testam. facere poss. & in conf. 168. lib. 4. Deci. in l. nuptias. num. 4. de reg. iuris. Alciat. in tracta. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 5. numero 1. Palæot. in tracta. de Nobis spurijque filiis. c. 5. num. 4. cap. 19. num. 11. & cap. 20. nu. 4. & Didac. in epitome de sponsal. in secunda parte, cap. 1. num. 5. Et alij multi, quos infra referam. Et ij mori sunt ex c. aliter. 30. quæst. 5. c. illud. de præsumpt. & ex Clemen. 1. de consang. & affinit. Et ea ratio- ne, quod in foro animæ tuor: via eligi debet. c. iuuenis. de sponsal. Et hic casus multo magis procedit, quando agitur de præiudicio alterius matrimonij. Ita Paris. in conf. 59. n. 7. lib. 4. & Dida. d. c. 1. nu. 3.

Tertius est casus, quando queritur, an ex viri & mulieris 70 longa cohabitatione, præsumatur à lege pontificia matrimo- nium, quoad filiorum legitimationem, vt succedere deinde possint? Et receptor est sententia, præsumi hoc casu si matrimo- nium. Ita tradunt gloss. in d. cap. 130. q. 5. Inno. in cap. ex parte. de ressit. spol. Abb. & Imol. in capit. illud. de præsumpt. Idem Abb. in cap. lator. & in cap. ex tenore, si filij sint legiti- mi. Ioan. Lup. in tracta. de matrimonio. part. secunda, nume- ro duodecimo, Carpolla in conf. 5. num. decimosexto, in civilibus. Soc. Sen. in conf. 36. numero sexto, in fi. libro primo, Iason in conf. 168. colum. prima, libro quarto, Felin. in cap. illud. nume- ro decimoquinto, in fi. de præsumpt. Deci. in l. est. contra. C. de nupt. & in cap. ex transmissa, de ressit. spoliat. Felin. in c. illud, co- lum. ultim. de præsumpt. Deci. in conf. centesimo quinquagesimo- tertio, numero 4. Paris. conf. 13. numero 23. lib. 2. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 2. Palæot. in tracta. de nobis spurijque filiis, cap. 5. num. 7. & apertius fufiusque cap. 19. nu- mero 10. & euidenter opinionem alios plures recentis & probau- it in conf. 490. numero 9. libro quinto. Ea ratione motus est Alciat. quia si quod lex Pontificia non præsumat matrimo- nium ex sola cohabitatione, est ob id, quod cum sumus in dubio peccati sumitur præsumptio tutor pro anima, atque ita quod sit peccatum, gloss. in c. aliter. 30. quæst. 5. & in cap. unico, de scriu. ab ord. facin. Hæc autem ratio solum locum obtinet quoad ipsum virum & mulierem. Lex ergo Pontifi- cia corrigens Cæsaream, aliqua ratione extendi non debet, nisi quatenus infert ipsa ratio, l. adigere. §. quamuis, de iur. pa- tron. & tradit Iaf. in Auth. quas actiones, numero decimo octa- uo, C. de sacrosanct. eccl. Ex quo sequitur (ait Alciat.) manifesta ratio differentie inter ipsos virum & mulierem principa-

cundo, quod vir & mulier pares sint. Ita Soc. Se. in conf. 39. num. 4. lib. 1. Cagn. in l. si qua illustris, n. 12. in fi. C. ad S. C. Orphi- tia. Celsus Hugo in conf. 73. nu. 5. Palæot. de nobis spurijque fi- liis. c. 19. nu. 2. Socin. Iun. in conf. 89. nu. 3. lib. 2. Gram. in conf. 16. nu. 8. & 10. & Dida. in c. 1. num. 5. quos secutus sum in conf. 199. nu. 49. lib. 2. & in conf. 490. n. 10. li. 5.

Nam inter pares facile si præsumitur contractum ma- 72 trimonium, vt post alios scribit Tyraquell. in legib. connubia. l. 5. num. 28. Cæterum Celsus Hugo in conf. 73. num. 5. post alios nonnullos sentit, hanc paritatem nil operari de iure Cano- nico, vt præsumatur matrimonium. Requiritur tertio, quod mulier ipsa sit, fueritque viræ honestæ, non autem si corpo- ris sui quæstum fecit. Nam tunc nec iure si ipso Ciuili inspe- 73 cto præsumitur ex cohabitatione matrimonium cum viro contractum. Ita probat tex. d. l. in libera. ff. de ritu nupt. & tradit Palæot. de nob. spurijque filiis, c. 19. nu. 1. in fi. quem se- cutus sum in d. conf. 199. num. 49. libro 2.

Requiritur quarto, quod vir ipse petraçter si mulierem 74 honorificè, eo scilicet modo, quo vxores petraçtari, & ha- berit solent. Castr. in l. donationes. in prim. ff. de donat. Felin. in c. illud. nu. 10. & nu. 11. de præsum. Io. Lup. in c. per vestras, in 3. no. §. 7. nu. 7. de donat. inter vir. & vxor. & Dida. in d. c. 1. nu. 5. Et ij quidem omnes adducti sunt ex c. illud. de præsumpt. ibi in lecto, & mensa. Dissentiunt tamen Bald. in c. ex transmissa, col. 1. de ressit. spol. Iunoc. in c. ex parte, eodem tit. & Celsus Hug. in conf. 73. num. 6.

Requiritur quinto, vt habitatio si sit in vna eademq; do- 75 mo: non autem sufficeret, quod vir habitaret, in solita sua domo, vt putà in paterna, & mulier in domo conducticia. Ita Hosti. Butri. Imol. Alex. Gram. u. Io. Bapt. Ferrer. & Socin. Iun. quos secutus sum in d. conf. 199. n. 49. vers. 3. quod dicitur, li. 2. vbi dixi idem sensisse Baldum in conf. 195. lib. 3. idem re- spondit Cæpol. in concil. 5. nu. 3. in civilibus. qui à sensu contra- rio dixit, non præsumi contractum matrimonium cum ea, cui extra domum prætrahant alimenta.

Requiritur sexto, vt ij ita cohabitantes, coram si testibus, 76 declarent se cohabitare tanquam coniuges. Ita Angel. quem secutus sum in dicto conf. 199. numero 49. in fine, libro se- cundo.

Quartus est casus, quando vir, & mulier, qui simul coha- 77 bitabant, vita functi sunt, & ambigitur de filiorum legitima- tione. Hoc in casu etiam iure Pontificio inspecto, præsumi- tur matrimonium si fuisse contractum inter illos cohabitantes. Ita gloss. in c. lator. qui filij sint legitij. & ibid. Abb. Felin. in c. per tuas, colum. ultim. de probat. Deci. in c. ecclesie Sancte Ma- riæ, nu. 36. de constit. Iaf. in conf. 168. colum. 1. lib. 4. Curt. Iun. in conf. 52. col. 1. & Dida. in Epitome de sponsal. part. 2. c. 1. nu. 5. vers. quibus addendum erit. Et ii quidem adducti sunt tex. d. c. lator. qui tamen secundum Didacum non probat, quia ibi fi- lius reparatur, & communis opinione credebatur legiti- mus. Rectius itaque probari ea ratione potest, quod præ- sumendum non est, quod illi morientes mori voluerint in peccato mortali, & quod propterea contraxerint matrimo- nium.

Dissentiunt tamen ab hac opinione Henricus Boic in di- 78 cto c. lator. & Alciat. in tractatu de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 1. numero 3. vers. & hoc facit. Cuius quidem Alciati confide- rationem diluimus infra libro sexto, in præsumptio. 40. vbi a- gemus, an filius præsumatur legitimus, & sub patris pote- stare.

Cæterum dubitari hic contingit, quando sola extrat co- 79 habitatio inter pares, ita quod secundum ius Ciuile præsumi- tur contractum matrimonium inter virum & mulie- rem: secundum vero ius Canonicum non præsumitur: an in foro ciuili quoad filiorum legitimationem, & successio- nem obleruari debeat lex ipsa ciuilis? Et obseruari si legem 78 ciuilem debeat, scripserunt Bald. in l. est. contra. C. de nupt. & in cap. ex transmissa, de ressit. spoliat. Felin. in c. illud, co- lum. ultim. de præsumpt. Deci. in conf. centesimo quinquagesimo- tertio, numero 4. Paris. conf. 13. numero 23. lib. 2. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 2. Palæot. in tracta. de nobis spurijque filiis, cap. 5. num. 7. & apertius fufiusque cap. 19. nu- mero 10. & euidenter opinionem alios plures recentis & probau- it in conf. 490. numero 9. libro quinto. Ea ratione motus est Alciat. quia si quod lex Pontificia non præsumat matrimo- nium ex sola cohabitatione, est ob id, quod cum sumus in dubio peccati sumitur præsumptio tutor pro anima, atque ita quod sit peccatum, gloss. in c. aliter. 30. quæst. 5. & in cap. unico, de scriu. ab ord. facin. Hæc autem ratio solum locum obtinet quoad ipsum virum & mulierem. Lex ergo Pontifi- cia corrigens Cæsaream, aliqua ratione extendi non debet, nisi quatenus infert ipsa ratio, l. adigere. §. quamuis, de iur. pa- tron. & tradit Iaf. in Auth. quas actiones, numero decimo octa- uo, C. de sacrosanct. eccl. Ex quo sequitur (ait Alciat.) manifesta ratio differentie inter ipsos virum & mulierem principa-

les, & eorum filios accessorios. Quo casu accessorium non sequitur naturam ipsius principalis, l. est is. C. de predi. min. Et ob id (subinfert Alciat.) d. l. in liber. e. satis videri approbatam à iure ipso Potificio, quoad filios, ex quo ratio correctionis non infert, nisi quoad virum, & mulierem, non autem quoad filios. Nec repugnant considerationes Abb. in c. labor, qui filij sint legit. dissentientis: quia eis satisfacit præcator in loco Alciatis.

Quinta præsumptio, & coniectura contracti matrimonij est, quando vir & mulier conjuncti carnali copula se iunxerunt. Nam, tunc præsumuntur purè contraxisse, atque ita conditionem illam remississe, c. de illis. c. super eo. c. per tuas, de condit. appof. Et hanc præsumptionem esse iuris, & de iure, scripserunt glof. in d. c. de illis. Specul. in tit. de præsumpt. §. Specie, n. 5. vers. item si quis. Abb. in d. c. per tuas, in 1. notab. qui dixit, quod ille qui deducit matrimonium verum, & probat præsumptum, præsumptionem iuris, & de iure, obtinere debet: cum dicatur verum matrimonium. His accedit Euerard. in c. curia legalis, in loco à verisimili, n. 19. Hæc autem præsumptio solum inducitur per copulam carnalem subsecutam, nõ autem per alios actus, vt puta per amplexus, oscula, & his similia. Ita declarat Aret. in conf. 142. n. 8. quem secutus est Syluest. Prier. in Summa, in verb. matrimonium, §. 3. numero 8.

Sexta est præsumptio, & coniectura contracti matrimonij, quando vir & mulier se inuicem habuerunt & tractauerunt tanquam coniuges. Ita Bald. in l. non ignorat, numero 5. C. qui accus. non poss. qui dixit, hanc esse præsumptionem efficaciorẽ illa, quæ à sola denominatione descendit: cum facta verbis anteponatur. Eandem sententiam probantur alij multi à me congesti in conf. 199. num. 50. lib. 2. quibus accedit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 38. num. 1.

Cæterum Salicet. in l. quidam, colum. ult. ff. de probat. fufius hæc de re differit, ex cuius longa, egregia tamen distinctio plures casus constituit postunt, tam quando agitur de matrimonio principaliter, quam incidenter, vt puta, quando agitur de legitimatione filiorum, in cuius causæ antecedens incidenter tamen de matrimonio peccatae necesse est. Et simul est disputatio circa filiationem, quando scilicet ex tractatu præsumatur quis filius. Qua de re scripsi in Commentar. de arbit. ind. lib. 2. c. 89. num. 69 & 70. Et ad rem notatam aliquas declarationes commemoravi in d. conf. 199. num. 50. lib. 2. sufficiat locum retulisse. Illis addo Verallum in decis. 210. num. 2. par. 2. cum dixit, tractatum non inducere coniecturam, & signum matrimonij, quando initium erat concubitus. Et hæc quidem præsumptio, quæ à tractatione sumitur, non est præsumptio iuris, sed hominis, non enim video qua lege ita constitutum fuerit.

Septima est præsumptio & coniectura contracti matrimonij, quæ colligitur à denominatione, cum scilicet vir & mulier se conjunctim nominant coniuges, vel maritum, & vxorem. Ita scribitur Arch. in c. de despons. impub. in 6. Abb. in c. labor, qui fil. sint legit. & ibi. Præpos. Lucas de Pen. in l. 3. in præsumpt. 13. C. de apoch. publ. lib. 10. Cæpol. in conf. 5. num. 18. & 19. in c. in. Soc. Sen. in conf. 39. num. 8. lib. 1. Dec. in conf. 153. nu. 3. Paris. in conf. 13. n. 25. lib. 2. Palzot. in tract. de nob. spiritibus fil. cap. 19. num. 11. & Cæphal. in conf. 435. num. 60. lib. 3. secutus sum in d. conf. 490. num. 11. lib. 5.

Et hæc quidem præsumptio potest etiam sumi & considerari ex persona filiorum, vt si pater nominat filios, vt legitimum. Nam præsumptio est, quod duxerit eorum matrem in vxorem. Ita scriptum reliquit Jacob. Beluif. in §. ad hoc, vers. ex hoc, in Authen. vt liceat matri & auie. qui dixit ex illo textu, hanc esse præsumptionem iuris, & de iure. Et Belluif. secutus est Lucas de Penna in d. l. 3. in præsumpt. 14. C. de apochis publ. idem respondit Decius in conf. 54. colum. 1. Ego

verius existimo, hanc præsumptionem non esse iuris & de iure, sed iuris tantum, quando tamen in publico instrumento, vel sua manu scripto, triūque testium subscriptione comprobato, asseruit pater illum esse filium suum. Quandoquidem solemnitas est ista denominatio, & professio. Diuersum autem esse in simplicibus ipsis denominationibus quæ ita passim fiunt inter virum, & mulierem. Nam tunc denominationes hæc leuem quandam præsumptionem faciunt: & propterea parū profunt, nisi aliæ coniecturæ concurrant. Ita Curt. Iun. in conf. 289. n. 15. & Hieron. Gabr. in conf. 21. & in conf. 25. n. 44. quos secutus sum in conf. 199. n. 51. ver. respo. deo. Et ibidẽ alias nonnullas declarationes commemoravi, quas hęc referre nunc superfedeo. Et dixi solū procedere, inter ipsos virū & mulierẽ sic de nominantes, non autem quoad alios.

Octava est coniectura & præsumptio contracti matrimonij, quæ sumitur ex literis inuicem datis, in quibus se inuicem appellauerunt coniuges. Ita in specie scribunt Paris. in conf. 55. nu. 1. lib. 4. Socin. Iun. in conf. 29. col. 1. & 2. lib. 2. Zaf. in conf. 3. nu. 7. lib. 2. Cortal. lib. 3. miscella iuris, cap. 4. num. 7.

Verum præsumptio hæc parum à superiore differt, cum illa à voce viua, hæc à mortua solum descendit.

Nona est præsumptio & coniectura contracti matrimonij, quæ colligitur ex instrumento dotali. Ita Roma. sing. 90. 446. Barba. in conf. 8. col. 13. lib. 2. Soci. Sen. in conf. 19. numero 5. & num. 10. lib. 1. Curt. Iun. in conf. 95. num. 2. & Paris. in conf. 170. num. 8. lib. 4. Est tamen dubia hæc præsumptio ex traditis ab Innocen. & aliis in c. illud. de præsumpt. Et intelligitur, quando in eo instrumento dotis expressum fuit matrimonium fuisse contractum. Bald. in rub. C. de privileg. dotis, colum. ultim.

Et rursus procedit solum inter ipsos virum & mulierem, non autem quoad alios. Bald. in l. 2. numero 8. C. de exercitio. rei iud. Et idem dicimus in denominatione, vt attigi supra.

Decima est præsumptio & coniectura quæ sumitur ex habitu & vestitu, vt si mulier incedit vestibus honorificis, quibus vxores similibus incedere solent. Ita respondit post alios Cæphallus in conf. 435. num. 65. & 66. lib. 3. Ita & annulum ferte coniecturam contracti matrimonij facit. Aret. in conf. 13. num. 4. Imo, in conf. 161. num. 6. Cæpol. in conf. 5. nu. 14. & 15. in c. in. Gram. in conf. 26. num. 14. & Cæphalus in d. conf. 435. num. 62.

Cæterum gestationem hanc annulli, non facere coniecturam contracti matrimonij, nisi præcesserit aliquis actus & tractatus contrahendi matrimonium. Ita declarat Parisius & Didac. de sponsal. quos secutus sum in conf. 199. num. 52. vers. præterea & secundo. libro 2. vbi paulo supra scripsi quod ita demum annulli gestatio coniecturam hanc facit, quando mulier sciente, & patiente viro secum habitante, annulos ita defert. quod dixi scripisse Butrium, Abbatem, Alex. & Parisum in locis ibi commemoratis. Ita è contra quando vir habuit mulierem malè indutam, & patientem facere ea quæ non convenirent ei si foret vxor, non præsumitur ab eo ducta in vxorem. Ita Cæpolla in d. conf. 5. num. 5. in c. in. lib. 3.

Vndecima est præsumptio, & coniectura contracti matrimonij, quando priusquam vir carnaliter cognosceret mulierem, mulier ipsa dixit se nolle ab eo cognosci nisi honestè & cum honore, & vir consentit. Ita Barba. in conf. 6. nu. 4. lib. 1. qua de re dubitat valdè post alios Neuiz. libro 2. Syntaxi nuptia. in fi.

Duodecima coniectura, quæ sumitur à fama vicina. c. illud. de præsumpt. & scribunt Aret. in conf. 13. Dec. in conf. 163. num. 3. & Matcar. in tract. de proba. conc. 1025. qui alia ad rem tradit.

Prædictæ tamen præsumptiones, & coniecturæ omnes nihil hodie prodesse possunt vt itaque matrimonium obseruetur. Quandoquidem sacrosancto concilio Tridentino sessio. 24. c. 1. de reformatione matrimonij sancitum est, matrimonium non censeri legitime contracta, sed omnia clandestina, & ob id nulla, nisi præsentem Parocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parochi, seu ordinarij licentia adhibitis aliis solemnitatibus fuerit contractum. Ex quo sequitur hodie in matrimonium omnia præsumpta, etiam præsumptione iuris, & de iure sublata esse, quemadmodum in specie scripsit erud. Martinus Naua. qui dum iij nostri commentarij excuderetur, decessit Ronæ hoc anno 1586. die 13. Iunij, cum centesimum, & octauum, vt creditur, attigisset annum: Nauaui, inquam, in manuali Confessorum. c. 25. numero 144. qui manifestè dixit locum amplius hodie non esse dispositioni eius qui fidem de spou. Et hinc fit, vt hodie filij nati ex matrimonio præsumpto, quauis præsumptione, legitimi non sint, & coniecturæ in successibiles, vt respondi in conf. 109. num. 57. libro 2. sicuri nec illegitime nati non legitimum, sed sequens matrimonium clandestinum. Boe. q. 107. & idem ego ipse respondi in d. conf. 199. num. 40. vers. imo extat. post Curtium, quem ibi commemoravi. Ita & Cæphal. in conf. 82. nu. 26. & in conf. 276. n. 15. qui eiusdem opinionis alios plures recenset.

Et hoc etiam sequitur, quod fetsi olim raptor & rapta, consentientes in matrimonium siue ex præcedenti, siue ex subsequenti actu, euirarent pœnam raptus, raptorque ille esse detineret. c. cum causa, de raptu. vbi Abb. & tradit Caltr. in l. raptos. n. 3. C. de episc. & cle. attamen hodie ille raptor esse non desinit, nec raptoris pœnam effugit, nisi matrimonium, obseruata prædicta Concilij forma contraxerit. Est etiam obseruandum, quod etiam matrimonium præsumptum est in se nullum, ita disponente sacro ipso Concilio Tridentino, non tamen caret effectu. Nam matrimonium dicitur quoad hoc, vt inter eos qui sic contraxerunt, non possit denuo contrahi, cum effecti sint inhabiles: sicut eos inhabiles reddidit quodlibet aliud matrimonium clandestinum: vt concilio ipso sancitum legitimus in sessione 24. c. 1. de reformatione matrimonij. Quæ sanè sacri concilij constitutio declarata fuit ab illustr. do. Interp. vt intelligantur illi effecti inhabiles, ad sic denuo

denno contrahendum, non autem vt sint omnino inhabiles, interpretationis verba hæc sunt. Ordinarius iudicare debet matrimonia illa esse nulla, quæ præsentem Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi, vel Episcopi ordinarij licentia, & duobus vel tribus testib. contracta non sunt. Statuere autem non debet quod illi, qui non seruata forma prædicta contraxerunt, sint inhabiles ad rursus contrahendum. Quia est contra dispositionem c. 1. sess. 24. Concilij Trid. de reformatione matrimonij, nam verba illa decreti ad sic contrahendum, non intelliguntur, quod qui ex formula decreti matrimonium non contraxerunt, simpliciter inhabiles fiant ad rursus contrahendum, sed ad contrahendum sic, nempe eum in modum sine Parocho, & testibus. Quam ob rem, qui in contrahendis matrimonij decreti formulam secuti non sunt, rursus contrahere si velint ex decreti præcepto adhibito Parocho & testibus, hoc ordinarius concedere debet, nisi si sanguinis coniunctione aut propinquitate, aut aliis factorum Canonum exceptionibus excludantur. Qui idem ordinarius, in eos qui matrimonium sine Parocho, & testibus contraxerint: tum in eos etiam qui iustitiam contractibus interfuerunt pœna arbitraria animaduertere debet.

PRÆSUMPT. II.

Matrimonium an præsumatur contractum annulli traditione, vel immiffione, vel gestatione, diligens explanatio.

SVMARIA.

- 1 Annulli traditionem signum esse æquiuocum.
- 2 Annulli tradito expresso consensu accedente, vel sponsalia vel matrimonium contractum censetur.
- 3 Annulli traditio regulatur secundum expressa verba, & actum præcedentem.
- 4 Annullus si mulieri tacenti traditus sit à viro, verbis matrimonium significantibus, præsumitur matrimonium contractum.
- Id etiam procedere, in muliere non intelligente viri verba, sed manum tantum porrigente, num. 5.
- 6 Annulli traditio si nil dictum sit secundum loci consuetudinem, vel matrimonium vel sponsalia præsumuntur.
- 7 Annulli traditio in apparatu matrimonij, præsentem sacerdote, vel ad fores ecclesie, matrimonium præsumitur, etiam in loco ubi annulli traditio nihil significaret.
- Et quid si eo in loco traditus sit, à patre, sine matrimonij apparatu, num. 8.
- 9 Annullum mulieri tradens filius, eiusque digito immittens, non in apparatu matrimonij, quid præsumatur.
- 10 Annullus quædam asserere quidem, at digito non immittitur, nil præsumi.
- 11 Annullus traditus est non immiffus digito puellæ, quando tamen præsumi faciat matrimonium contractum. & num. 12.
- 12 Annullum gestans mulier viro cohabitans, si de traditione à viro facta non constat, matrimonium non præsumitur.

EST & frequens disceptatio, an matrimonium præsumatur contractum traditione, vel immiffione, vel gestatione annulli? & quamquam annulli traditio sit signum æquiuocum, vt tradit Abb. in c. vlti. in fin. de desponsa. impub. Verum tamen per se significat contractum fuisse matrimonium. Quo autem hæc apertius explicentur, continuo atque distinguo aliquot casus.

- 1 Primus est quando traditus est annulus expresso consensu accedente, quo vel sponsalia tantum vel matrimonium contrahere declarant vir & mulier. Hic casus est clarus, quod scilicet fit vel matrimonium, vel sponsalia, sicuti expressus consensus significat. Ita Host. in tit. de spons. §. quot sunt species. I apud alleg. 55. n. 5. But. in c. vlti. n. 8. vers. ad propositum. & ibi Abb. in fin. de despons. impub. Paris. in conf. 60. nu. 43. li. 4. Bero. q. 6. & Did. in epistole de spons. c. 4. in prin. nu. 3. In claris enim non est opus coniecturis, ille aut ille. §. in verbis. de leg. 3. Regulatur enim annulli traditio secundum expressa verba, & præcedentem actum.
- 2 Secundus est casus, quando traditus est annulus, & adhibitis verbis à viro significantibus matrimonium, & mulier tacet. Hoc casu præsumitur matrimonium. Ita affirmant gl. in c. tue, & in c. si inter de sponsal. But. in d. c. si inter. nu. 9. idem in c. vlti. nu. 8. vers. quandoque subarratio intercedit spons. & ibid. Abb. in fin. de desponsa. impub. Did. in d. c. 4. num. 3. Est ratio, quia tacens hoc casu pro consentiente habetur, imò factio ipso consentit, dum patitur annulum immitti arg. l. Paul. ff. de ratã hab. solent enim puellæ ob vercudiam, præsertim si

ad sunt parentes tacere. Imo scribit post Host. Lopus alleg. 56. nu. 13. quod etiam si mulier non intelligit verba viri, sed porrigit manum, vt annulus digito immittatur, contractum esse matrimonium. Idem scripsit Præpos. in d. c. vlti. nu. 3. de desponsa. impub.

Tertius est casus quando traditus est annulus, & nihil fuit dictum, & sumus in loco, in quo annulli traditio, significat vel sponsalia, vel matrimonium. Hoc casu præsumitur vel matrimonium, vel sponsalia, secundum loci consuetudinem. Ita But. in d. c. vlt. nu. 8. vers. quandoque interuenit subarratio. Abb. in c. illud. de præsumpt. Lopus in d. alleg. 56. num. 14. & 16. Aret. in confilio 13. n. 4. Cæpolla in conf. 1. n. 14. vers. item etiam in c. in. Bero. in d. q. 6. col. vlt. vers. vel secundo id. Did. in d. c. 4. n. 3. in fi. Paris. in conf. 55. lib. 4.

Quare inf. re Zabarella in d. c. si inter. q. 2. de sponsa. & in d. c. vlt. q. 1. de desponsa. impub. quod cum hic Paduæ extet consuetudo, vt decur annulus in contrahendo matrimonium, in dubio annulli traditio à viro facta significabit matrimonium fuisse contractum. Et Aret. in conf. 13. n. 4. inquit, hanc consuetudinem esse in tota Italia notoriè in his fortissimè affirmat eo loci Aret. quod annulli immiffio, significat præsumptum matrimonium.

Quartus est casus, quando sumus in loco, quo annulli traditio nihil significat, & annulus est traditus in apparatu matrimonij, præsentem sacerdote, vel ad fores ecclesie. Hoc casu præsumitur matrimonium. Ita But. in c. vlt. nu. 8. vers. si nihil disponit. Aret. in conf. 13. n. 4.

Quintus est casus, quando sumus in loco, in quo annulli traditio nihil significat, & annulus est traditus à patre, sine apparatu matrimonij. Hoc casu est clarum, quod non præsumitur matrimonium. Ita But. in d. c. vlt. nu. 8. vers. aut hoc fit. de desponsa. impub. quo loci But. vel subobscure loquitur, vel Codex est corruptus, legitur enim in nouè in præf. aut hoc fit in apparatu. Existimo esse legendum negatiuè aut non fit: cum paulo supra posuerit casum affirmatiuum. Et hic casus apud me non habet dubitationem. Imò crediderim, quod etiam si pater tradidisset annulum in ipso apparatu matrimonij, nil egisset, nisi consensu filij tradidisset.

Sextus est casus, quando ipsemet filius in non apparatu matrimonij, tradidit annulum mulieri, & immittit in eius digito. Hoc casu, inquit But. præcator in loco, præsumitur contractum matrimonium. Ego certè valdè dubito, quandoquidem vbi non sumus in apparatu matrimonij, videretur potius id actum causa futuri matrimonij, atque ita præsumi debent sponsalia. Nisi dicamus, Butrium loqui, quando in loco extat consuetudo, quod annulli immiffio significet matrimonium.

Septimus est casus, quando defertur annulus & digito non immittitur. Hoc casu non præsumitur matrimonium, sed sponsalia. Ita But. in d. c. vlt. nu. 8. vers. si autem defertur. de desponsa. impub. Idem in c. illud. num. 7. de præsumpt. Nam talia n. u. u. u. u. u. (inquit But.) quandoque interueniunt inter virum, & mulierem. Idem respondit Aret. in conf. 13. num. 4.

Octauus est casus, quando sumus in apparatu matrimonij, & verba prolata sunt dubia, an significant matrimonium, vel sponsalia, & traditus est annulus, sed non immiffus digito puellæ, & non constat de loci consuetudine. Hoc casu crediderim præsumi matrimonium, quamquam annulus non fuerit immiffus digito puellæ. Nam immiffio requiritur, nisi aliis signis præcedentibus, aut sequentibus significetur matrimonium. Ita sentit Curt. Cæpo. in conf. 1. numero 14. vers. item etiam. in c. in. & Paris. in conf. 55. num. 44. & confilio 60. numero 48. libro 4. & apertius Bero. in quæst. 6. col. vlti. vers. præterea. Idem verè tenet Lopus allega. 96. nu. 17. vers. sed quando factum. quem secuti sunt Abb. in c. illud. nu. 13. de præsumpt. & Barb. in conf. 6. colum. 12. & 17. lib. 1. & omnium clarus Præpos. in d. c. vlt. nu. 4. prope medium, de desponsa. impub.

Nonus est casus, quando sumus omnino in dubio an annulli immiffio, vel traditio significet matrimonium. Hoc casu (inquit But. in d. c. vlt. n. 8. in fi.) iudicandum est erit pro matrimonio, c. vlti. de re iudic. vel consulendum erit princeps, iuxta c. 1. de transact. Ita & Abb. in d. c. vlt. in fi. Et accedit quod Aret. in d. conf. 13. n. 4. & 5. post aliquos respondit, solam ipsam annulli immiffionem, sui natura significare matrimonium fuisse contractum.

Decimus est casus, quando non constat de aliqua annulli traditione à viro facta: sed mulier cum viro illo habitans gestat annulum. Hoc casu non præsumitur cum viro illo contraxisse matrimonium. Ita Oldrad. in confilio 359. numero 6. Iaf. in prælu. pseudo. numero 12. vers. ad contrarium. & scripsimus supra hoc libro præsumption. 1. in coniectura decima.

PRÆSUMPT. III.

Matrimonium vel sponsalia, quibus verbis contractum præsumatur.

SVMARIA.

- 1 Matrimonium præsumitur contractum, quando verba profertur de præsentii, veluti accipiam te in uxorem. &c.
2 Sponsalia contracta solum præsumuntur, quando verba sonant in futurum, & significant principium actus tantum.
3 Matrimonium an præsumatur contractum, quando verba sonant in futurum, sed tamen significant executionem actus perfecti & consummati.
4 Et quid si præcesserint verba significantia sponsalia, num. 4.
5 Matrimonium præsumi contractum, quando verba præcedentia sunt dubia, sequentia vero certa, matrimonium significantia.
6 Sponsalia tantum præsumi contracta his verbis, volo accipere te in sponsam & uxorem, & in te consentire, per verba de præsentii.
7 Matrimonium contractum ceteri his verbis, nolo habere aliam in uxorem, nisi te.
8 Item per verba, promitto quod non habebis aliam uxorem, nisi te, num. 8.
9 Matrimonium potius, quam sponsalia in casu dubio præsumuntur.

PROFERRI sæpè solent verba, tum à viris tum à mulieribus quibus maximè ambigitur, an matrimonium, vel sponsalia tantum contrahere voluerint, & propterea dubitatur, an præsumatur matrimonium, vel sponsalia. Quocirca, vt hæc de re in foro perutilia aliqua scribam, aliquot casus distinguam, ex traditione Abbatis in c. ex parte, nu. 7. de sponsa. & aliorum alibi.

- 1 Primus est casus, quando verba in contractu proferuntur de præsentii, vt si vir dicit, accipio te in uxorem, & econtra. Hoc casu contractum dicitur matrimonium. c. pe. de spons. Ita docuit Abb. in c. in c. ex parte, n. 7. in primo casu, de sponsal. & ibi Zabarella in 1. nota. & apertius Butr. num. 10. vers. primus quando. & Ange Clauasius in summa in verb. matrimonium, il. 2. num. 8.
2 Secundus est casus, quando verba sonant in futurum, & significant principium actus tantummodo, vt si vir dicit, promitto, quod te ducam in uxorem. Hoc casu solum præsumuntur contracta sponsalia. c. de illis. & c. pe. de spons. Abb. in d. c. ex parte, nu. 7. vers. quandoque verba sonant in futurum. & tunc aut &c. Et idem apertius scripserunt ibid. Zabarella in q. 2. & Butr. n. 10. vers. secundus casus. Alex. in cons. 153. nu. 2. lib. 5. & Io. Bapt. Ferret. in cons. 159. nu. 1. & in cons. 281. nu. 3.
3 Tertius est casus, quando verba sonant in futurum, sed tamen significant executionem actus consummati seu perfecti: & alia verba non præcesserunt. vt si vir dicit, promitto, quod habebis te pro legitima vxore. Hoc casu aliquorum est opinio: contractum præsumi atque ceteri matrimonium. Ita Abb. in d. c. ex parte, n. 7. vers. quandoque verba sonant in futurum, sed denotant. &c. & ibid. Zabarella in q. 1. & Butr. num. 10. vers. quandoque proferuntur verba executiua. Ea ratio- nem vti sunt, quod non potest vir habere illam pro legitima vxore, nisi præcedat matrimonium. Hæc enim verba significant executionem matrimonij: vnde tacite videtur de præsentii contrahere, ex quo obligat te ad executionem. arg. d. c. de illis, de spons. Et subiungit Abb. quod hic casus maximè procedit, si apponatur hæc verba, ab hoc tempore, vel de cætero, vt si dicit, promitto, quod habebis te de cætero pro legitima vxore.
4 Quartus est casus, quando verba sonant in futurum, & significant executionem actus consummati atque perfecti: sed tamen præcedunt verba significantia sponsalia, vt si vir dicit, promitto quod ducam te in uxorem. Et tenebo te pro legitima vxore. Hoc casu ceteri contracta sponsalia tantummodo. Ita tradit Abb. in d. c. ex parte, n. 7. vers. hæc procedunt, nisi. & ibi Butr. nu. 10. vers. secus in verbo, te ducam. Ro. sing. 338. Alex. in cons. 152. nu. 4. & in cons. 153. nu. 3. lib. 5. Dec. in c. iuravit. in 3. not. de probat. Io. Bapt. Ferret. in cons. 281. numer. 3. & Did. Couar. in epitome de sponsa, part. 2. c. 4. §. 1. numero 5. in fin. qui alios refert. Ea vti sunt ratione, quia illa verba dubia significantia actus executionem & perfectionem, declarantur atque restringuntur à verbis præcedentibus clatis, sponsalia tantum significantibus. argumen. l. vltim. §. cui dulcia ff. de vino tritico oleoque legato. c. sedes. de rescrip. & clem. non potest. de procur.

Quintus est casus, præter Abbatem & alios in d. c. ex parte, quando verba præcedentia sunt dubia, vt quia possunt

significare sponsalia, & matrimonium: sequentia vero sunt certa, matrimonium significantia, vt si vir dicit. Non ducam aliam in uxorem: & accepto te pro vxore. Hoc casu verba prima dubia recipiunt interpretationem à sequentibus certis, sicuti diximus superiore casu, verba dubia sequentia recipere interpretationem à præcedentibus clatis. Et in specie respondit Ioan. Bapt. Ferret. in d. cons. 81. nu. 1. & nu. 2. qui consuluit, contractum fuisse matrimonium his verbis. Scire vos contenta d'esser mia moglie, secundo ch'altre volte m'haute promesso? Et mulier respondit, Che si. Et si enim illa verba, Scido ch'altre volte m'haute promesso, sunt verba præteriti temporis: & significantia sponsaliorum: at tamen quia illa subsequenter, Scire vos contenta d'esser mia moglie, significant contractum matrimonium: respondit Ferretus esse matrimonium. Et illo in loco declarat traditionem Abbatis ibid. c. ex parte, & Alex. in cons. 153. nu. 3. lib. 5. Et in specie, sic & ego ipse respondi in cons. 366. n. 36. vers. quintus est casus.

Sextus est casus, quando vir ita dicit, ¶ volo accipere te in sponsam & uxorem, & in te consentire per verba de præsentii. Hoc casu respondit Corn. in cons. 91. nu. 10. lib. 3. contracta ceteri sponsalia tantum, tamen prima verba significant sponsalia: postrema vero matrimonium, vt ipse Corn. ibid. nu. 11. scripsit. Cæterum aduersus Corneum, quod etiam illa postrema verba significant sponsalia tantum, communè esse sententiam testatur Ferret. in d. cons. 281. col. pen. ver. super. eji respondere.

Septimus est casus, quando vir dicit, nolo habere aliam in uxorem, nisi te. Hoc casu dicitur contractum matrimonium: cum verba sint præsentis temporis. Et Abbatem securi sunt reliqui omnes: sicuti testatur Alciat. in respon. 13. nu. 5. Et illis accedit Ang. Caluasius in summa, in verbo, matrimonium il. 2. nu. 12. Et huc facit quod scripsit Bul. in l. 2. col. 25. ver. n. 2. tamè quod differentia ff. de iur. iur. cum dixit, quod si quis iure tractate aliquam in uxorem, ceteri contractum matrimonium: cum sit consensus verbis expressus.

Octauus est casus, quando vir dicit, promitto, ¶ quod non habebis aliam uxorem, nisi te, vel quam te. Hoc casu dicitur contractum matrimonium. Ita post Spec. & Ioan. And. docuit Abb. in d. c. ex parte, nu. 8. de sponsa. & ibid. Præpolaribus testatur communem esse opinionem. Alex. in cons. 152. nu. 4. & in cons. 153. nu. 3. lib. 5. Barb. in cons. 6. col. 4. lib. 1. Syluester Prierius in summa, in verbo, matrimonium, nu. 10. Vngarellus in additionibus ad Angelum Clauasium, in verbo, matrimonium il. 2. n. 12. Ias. Deci. & Curt. Iun. in l. actione. C. de transact. Alciat. in d. resp. 13. nume. 5. ver. tamen contrarium. & Dida. Couar. in epitome de spons. par. 2. c. 4. nu. 4. & Rota Rom. in decis. 43. in 1. par. in nouis simè impressis. Quorum quidem auctoritate constat hanc esse communem sententiam, & si ab ea dissentiant Butr. in d. c. ex parte, n. 7. & Cæpolla cons. 1. col. pen. in ciuilib. Qui quidem Cæpolla ibi in col. pen. ver. tertio non obstat, concedit communem illam opinionem esse veram, quando præcessit aliquis tractatus de matrimonio contrahendo, vel traditus fuit annulus, qui dari solet in contrahendo matrimonio. Et simile tradit Dida. in d. c. 4. §. 1. n. 4.

Nonus & vltimus est casus, quando verè sumus ¶ in dubio. Hoc sanè casu præsumitur potius matrimonium quam sponsalia. Ita Butr. in d. c. ex parte, nu. 10. vers. quandoque proferuntur verba dubia, de sponsal. Lapus allega. 56. n. 14. Clauasius in d. verbo, matrimonium il. 2. nu. 4. & ibid. Vngarellus in additio. n. 12.

PRÆSUMPT. IV.

Matrimonium metu contractum, quando præsumatur, & quando metus præsumatur continuatus, & quando purgatus.

SVMARIA.

- 1 Matrimonij tanta est libertas, vt si metu contractum sit ipso iure reddatur nullum, idque adeo verum est, vt cum alia deinde contrahens eidem obligetur: nec ad primam adstringatur n. 2.
2 Metus qui matrimonium impediatur, qualis esse debeat.
3 Metus regulariter non præsumitur.
4 Metum illatum probari coniecturis.
5 Metus præsumitur illatus, quando de eo inferendo tractatus præcessit, et si in ipso matrimonij actu non appareat.
6 Adolescenti deprehensio in facinore præsumitur illatus metus.
7 Metum illatum præsumi, si ad ostium domus, vbi matrimonium contrahitur, armati homines adhibiti sint.
8 Vel in ea fuit auditus clamor, nu. 1.
9 Aut inuenis qui contraxisse dicitur, exiuerit pallidus & tremebundus, num. 10.

- 11 Tremebundus, num. 10.
12 Metum illatum præsumi ei qui in contractu matrimonij lachrymanet, nisi aliqua fletus iusta causa adsit.
13 Metu conuulsisse præsumitur, quem verisimile non erat eo tempore matrimonium contraxerit, nisi hoc iusta causa factum appareat, num. 13.
14 Matrimonium clam contractum, metu & timore contractum præsumitur.
15 Metu contraxisse præsumitur, qui postquam in loco tuto & securo est, fuerit de ea re protestatus.
16 Metus illatus præsumitur, quando inter contrahentes magna est imparitas.
17 Metus contraxisse censetur, qui in loco vt contraheret, fuit conclusus.
18 Idem si postquam contraxit, aufugit, num. 18.
19 Vel qui contraxit mandante Principe, qui voluntatem, & mæ data sua consensit exequi, num. 19.
20 Contraxisse præsumitur puella per vim raptam.
21 Metu contractum fuisse matrimonium præsumitur, si publica extet vox, & fama.
22 Metus ratione & causa perdurante, ipse etiam metu perdurare præsumitur.
23 Ofsensum quod benevolentia signum est, vtrum metum in raptam cessare significet.
24 Merum ex longa cohabitatione purgatum præsumi, data recedendi facultate.
25 Quæ autem dicatur longa cohabitatio relinqui arbitrio iudicis, num. 25.
26 Metus illatus purgatus præsumitur, quando contrahens è loco potuit tunc recedere, idque non fecit.
27 Item si post aliquod tempus petiit sibi dotem numerari, numero 27.
28 Metus purgatus in contrahente præsumitur, qui aliquem actum omnino voluntarium & insolium fecerit.
29 Vel qui post aliquot dies visus est hilaris, & tripudiare, numero 29.
30 Copula carnalis voluntarie, præsumitur purgatus omnis metus præcedens.
31 Atque id locum habere in viro etiam imito, vt sponsalia illius in matrimonium transeant, num. 31. reiecta opinione contraria, num. 34.
32 Mors potius eligenda, quam peccato consentiendum.
33 Fornicario affectu cognouisse se afferens, non potest dici vir constans.
34 Copula carnalis subsecuta in muliere, non præsumit metum purgatum.
35 Vis præcisa quid sit, & quid conditionalis, seu casualis, numero 37.

EST de metu, qui in vniuersum inferri solet in contractibus, dicturus sum infra in hoc libro: at tamen placet hoc in loco differere de metu, qui solet aliquando intervenire in matrimonio. Qua in disputatione tria capita distinguo:

Primum est, quando metus præsumatur in isto actu contrahendi matrimonium, illatus.

Secundum, quando metus iam illatus, præsumatur continuatus.

Tertium, quando præsumatur purgatus.

Primum caput vt explicem, sciendum prius est, tantam esse matrimonij libertatem, vt si metu contractum sit, nullum ipso iure reddatur, c. cum locum. & cap. veniens, il. 2. de sponsal. sex. notabil. in c. significauit, de eo qui duxit in matrimonium pollutus per adulter. & affirmat glo. in c. 2. de his que vi meque possunt per adulter. & affirmat glo. in c. 2. de his que vi meque possunt per adulter. Imol. in c. n. c. num. 12. de sponsal. Barbat. in cons. 54. nu. 10. lib. 1. qui communem esse testatur. Gratus in cons. 38. nu. 7. lib. 2. Syluest. Prierius in summa, in verbo, matrimonium, num. 7. lib. 2. Syluest. Prierius in summa, in verbo, matrimonium, num. 8. num. 11. ver. circa prædicta tamen. Parif. in cons. 170. in fi. lib. 4. Didac. in Epitom. dispensal. in 2. part. cap. 3. §. 5. num. 1. & ad eum est nullum matrimonium metu contractum, vt si is, ¶ qui ita coactus fuit, cum secunda deinde contraxit, obligatur iurando matrimonio, non autem primo, d. c. significauit. vbi Abbas & Butr. & Syluester præcitate in loco.

Porro, metus ¶ iste talis esse debet, qui cadere possit in constantem virum, pro iudicis tamen arbitrio, inspecta qualitate personarum. Ita post alios Didacus in Epitome de sponsal. parte secunda, cap. 3. §. 3. num. 6. & multis sequentibus. & Matheus Nauarrus in manuali Confessorum, cap. 22. nu. 51.

Metus autem ¶ regulariter quous in actu non præsumitur, vt dicemus infra in præsumpt. 34.

Verum coniecturis & ¶ præsumptionibus detegitur illatus metus. Alexan. in consilio 156. numero 1. libro quinto. Cæpolla in consilio 2. numero 5. in ciuilib. & Alciatus in responf. 5. num. 2.

Prima est coniectura, quando præcessit tractatus ¶ de

inferendo metu, vt contraheretur matrimonium. Nam et si deinde non apparet, quod in ipso actu contractus matrimonio nullo fuit illatus metus, nihilominus præsumitur. Ita in specie Cæpolla in cons. 2. nu. 5. vers. prima coniectura, in ciuilibus. Petrus Barbobus inter consilia matrimonialia, in cons. 24. n. 7. lib. 1. & Crauet. in cons. 115. n. 6.

Secunda est coniectura, quando adolescens ¶ fuit deprehensus in ipso facinore, quo iuste timere potuit occidi. Ita Abbas in c. veniens, in fine, de sponsal. Cæpolla in dicto cons. 2. nu. 5. vers. secunda coniectura est. Alex. in cons. 99. in princ. lib. 3. Petrus Barbobus in d. cons. 24. nu. 5. & Parifus in cons. 60. nu. 20. lib. 4. Riminal. Iun. inter consilia matrimon. in cons. 77. num. 21.

Tertia est coniectura, quando ¶ ad ostium domus, in qua matrimonium fuit contractum, adhibiti fuerunt homines armati, qui facile vim inferre poterant, sic responderunt Cæpolla in d. cons. 2. nu. 5. vers. tertia coniectura. & Corne. in cons. 41. num. 11. li. 2.

Quarta est coniectura ¶ quando in eo loco contractus matrimonij auditus fuit clamor, & armorum strepitus. Ita Cæpolla in d. cons. 2. nu. 5. vers. quarta coniectura. Alex. in cons. 98. nu. 5. & in cons. 99. nu. 3. lib. 3. & latè Parif. in cons. 60. nu. 13. lib. 4.

Quinta est coniectura, quando adolescens ¶ qui dicitur contraxisse matrimonium, exiit è domo illa, facie pallidus, & tremebundus. Ita Cæpolla in dicto cons. 2. n. 6. vers. sexta coniectura. & Petrus Barbobus in dicto cons. 24. nu. 22.

Sexta est coniectura, quando in ipso actu contractus ¶ matrimonij ille, vel illa lachrymabatur. sic respondit Alciatus in responf. 504. nu. 5. ex l. vlt. §. sed quia. C. de iure deliber. Id quod declarat ipse Alciatus ibid. n. 7. vers. non obstat prima, non procedere quando iusta aliqua fuisset causa illius fletus, quæ significaret, non causa metus fletus, exemplum est secundum Alciat. in puella nupta ea die, qua eius pater decesserat. Nam præsumitur quod fletus ob mortem patris.

Septima est coniectura, ¶ quando non est verisimile, quod eo tempore qui contraxisset matrimonium, vtputa in filia, quæ ea die, qua pater mortuus est, ab affinis matrimonio tradita fuit. Hoc sanè casu præsumitur, quod metu, & iniurta consenserit. Ita Alciat. in dicta responf. 504. nu. quinto. vers. deinde quia. Est exemplum memorabile secundum Alciatum apud Liuium libro 3. tertie Decadis, de Masaniffa, qui Sophonisbam Syphacis vxorem duxit. Hanc tamen coniecturam intellexit Alciatus in dicta responf. 504. nu. 7. vers. nec obstat, quod tam cito procedere, nisi aliqua iusta ¶ affuisset causa, tam cito contrahendi, vt suo illo in casu considerabat Alciat. filiam illam nupti traditam ea die, qua decesserat pater, ob dubium quod suberat, ne à quibusdam commissariis, alteri viro per vim matrimonio collocaretur.

Octava est coniectura, quando matrimonium ¶ fuit clam contractum. Nam & tunc metu & timore præsumitur contractum, vt respondit Cæpolla in d. cons. 2. nu. 7. vers. septima coniectura. qui intellexit, clam dici contractum, vt si noctis tempore fuit factum. Idem est quando non adhibiti non fuerunt sanguine coniuncti & amici, sicuti adhiberi cõsueuerunt. Nã & tunc metu contractum præsumitur. Ita consulerunt Alciatus in responf. 5. nu. 6. vers. tertio concurrat. & in responf. 504. nu. 5. vers. ad hæc augetur. & Grat. in cons. 38. numero 18. & 20. li. 2.

Nona est coniectura, quando is, qui ¶ contraxit matrimonium, statim, quò peruenit alio in loco tuto & securo, protestatus est, quòt nolebat contrahere. Ita Alciat. in d. responf. 5. nu. 8. vers. secundo concurrat. & Grat. in cons. 38. nume. 22. qui respondit de puella, quæ conquesta est. Et similibus comprobabimus infra in præsumpt. 125.

Decima est coniectura, quando adest imparitas, ¶ vt quia vir est admodum nobilis & diues, mulier vero vilis & pauper. Hoc etiam casu præsumitur, quod vir metu contraxerit. Ita Cæpolla in dicto cons. 2. n. 7. 9. coniectura.

Vndecima est coniectura, quando quis ¶ fuit clausus, in loco, in quo deinde contraxit matrimonium. Ita Abb. in c. cum locum, in fi. de sponsal. Syluester Prierius in summa, in verbo, matrimonium, il. 8. num. 11. in fine. Corne. in d. cons. 41. n. 11. lib. 2. Barb. in cons. 54. n. 19. libro 1. Petrus Barbobus in d. cons. 24. nu. 21. Parif. in d. cons. 60. n. 35. libro 4. & Riminal. Iun. in d. cons. 77. num. 19. Intelligit autem Abb. in d. c. cum locum, in fi. quando is fuit reclusus ad hoc, vt contraheret matrimonium: secus si ob aliam causam.

Duodecima est coniectura, ¶ quando is, qui contraxisset dicitur matrimonium metu, post ipsum contractum aufugit. Nam tunc præsumitur, quod metu contraxerit. Ita Petrus Barbobus in d. cons. 24. n. 7.

Decimatercia est coniectura, quando contractum fuit ¶ in matrimonium iussu & mandato Principis, qui consuevit

exequi suam voluntatem & mandata. Ita Abb. in c. vlt. qui tenet vel totu. Syluest. Prier. in summa, in verb. matrimonium. 8. numero 1. Idem dicimus ceteris in contractibus, qui metu gesti præsumuntur, quando Princeps qui consuevit exequi iustia sua, ita mandauit: sicuti dicimus infra in præsumpt. 126. numero 24. Hinc Soc. Sen. in conf. 148. nume. 7. libro 1. post Bal. in leam quam. num. 25. C. de fideicom. respondit, quod natus & tyranno vxorato ex coitu accusabili, succedit matri, quia mater præsumitur vim passa. Sic & de nato ex serua, affirmavit eodem in loco Socinus.

20 Decimaquarta est coniectura, ¶ quando puella fuit vi rapta. Nam tunc præsumitur matrimonium etiam ex post contractum fuisse metu contractum. Ita Grat. in consil. 38. num. 12. lib. 2.

21 Decimaquinta est coniectura, ¶ quæ à communi voce & fama ducitur. Nam & hoc casu metu præsumitur. Ita in specie respondit Cæpol. in d. conf. 1. n. 8. in ciuitibus. Comenl. 65. & Aiciar. in respon. conf. 504. numero 5. vers. confirmatur etiam.

Secundum est huius disputationis caput, quando metu iam illatus in matrimonio, præsumatur continuatus. Hic primum dicendum est, quod quando eadem causa & ratio illati ¶ metu perditur, perditur etiam præsumitur metu.

Ita Abb. in c. super hoc, de renunc. Cum dixit, quod etiam si puella vi rapta fuit, dum desponsaretur rapto, eumque est deo scularata, at tamen ex quo durabat eadem causa metu, præsumitur adhuc metu consensisse, & ritum illius finisse.

23 ¶ Abbatem securus est Alc. in respon. 3. nu. 14. Idem respondit Barba. in conf. 54. col. pen. lib. 1. Ita quoque si matrimonio metu contracto, subsecutum est statim fere dotis instrumentum, cui consensit ille metu compulsus, adhuc præsumitur durasse metu in ipso instrumento dotis statim confecto. Ita Cald. in conf. 2. in tit. quod met. caus. Anchar. in consil. 200. facit dubium. quos securus est Alex. in conf. 98. in fin. lib. 3. qui nu. 7. idem dixit de alio actu simili, quo alio qui confirmatum videtur matrimonio. Ita pariter idem Alexan. in conf. 99. num. 6. lib. 3. respondit, quod etsi post matrimonium metu contractum, is metu coactus deo scularatus est conjugem, at tamen præsumitur metu deo scularatus esse. Idem scripsit Abbas in d. c. super hoc. Quod verum esse existimo, etsi Cæpoll. in conf. 2. nu. 16. in ciuitibus. respondit, ob subsecutum oiculum, quod est benevolentie signum, præsumi metu cessasse: sicuti etiam (ubiungit Cæpoll. num. 17.) est tactus manus. Quorum utrumque falsum est, quando ipsi actus (vt dicebat Alexander) facti sunt, durante eadem metu causa: secus, si post aliquod tempus, quando metu causa omnino abiit, vt sequenti in capite dicemus. Ita etiam Barba. in consil. 71. colum. 4. libro 2. quod si mulier compulsa fuit minis, & armis secum contrahere matrimonium, præsumitur quod toto illo tempore constantis matrimonij perdurauerit metus, ex quo extitit semper causa eiusdem metu, nempe maritus, qui potuit illum verberare, & corporis cruciatibus afficere. sic etiam respondit Ruinus in consil. 122. num. 10. libro 4. & accedit Gratus in consil. 38. numer. 12. libro 2. qui consuluit præsumi metu illatum à rapto contra raptam continuare, etsi ipsa rapta consensit in faciem ecclesie contractui matrimonij.

¶ Tertium est caput huius disputationis, quando scilicet metu iam in ipso contractu matrimonij illatus, præsumatur aliqui signis purgatus. Quæ de re dicendum est, pluræ esse signa quibus colligitur, metu fuisse purgatum. Est autem primum signum, ¶ quando vir & mulier diu simul cohabitauerunt, cum tamen ita vnus ac alter potuisset recedere. Etsi enim difficultus sit mulieri recedere à viro, quam viro à muliere, at tamen data pari recedendi facultate, si vterque persistit in matrimonio, metu purgatus præsumitur. Ita probat text. c. ad id quod, de sponsal. qui decidit præsumi purgatum metu in puella, quæ post illatum metu diu cum marito habitauit, cum tamen potuisset ab eo discedere. Et illo in loco annotarunt gl. Abb. & reliqui. Idem responderunt Oldrad. in conf. 35. factum tale. & Aiciar. in respon. 5. nu. 15. Idem affirmarunt Syluester Prierius in summa, in verbo, matrimonium. 8. n. 11. vers. sextum. Paris. in consil. 170. num. 18. & 24. libro 4. Est simile in matrimonio spiritali. Ingressa etenim monasterium non potest metu allegare, quandiu in eo cohabitauit. Abb. in c. cum vnus, de regul. & Puthæus in lib. 3. decis. 262. num. 2.

¶ Dubitant autem prædicti Doctores, quanti temporis esse debeat hæc cohabitatio? Et communis quidem est sententia ¶ iudicis arbitrio relinqui, vt is consideret quantitatem temporis cohabitationis & opportunitatem recedendi & fugiendi.

25 Secundum est signum præcedenti proximum, quando post illatum metu, is qui metu contraxit matrimonium, potuit à loco illo recedere, & non recessit: sicuti

quando ostium domus fuit apertum, & non impediēbat fugere. Nam tunc ille metu præsumitur purgatus: sicuti ex glo. d. c. ad id, responder in specie Barba. in conf. 2. n. 18. vers. octaua præsumptio. Ruin. in conf. 122. n. 13. lib. 4. Aiciar. in respon. 5. n. 15. Paris. in conf. 23. n. 3. lib. 2.

¶ Tertium est signum purgati metu, quando ¶ vir post aliquid quod tempus petuit dorem sibi numerari. Ita Aiciar. in d. resp. 5. num. 15. vers. confirmatur ista solutio. qui declarat & intelligit Cald. in consilio. 2. in tit. quod metu caus. quem supra retuli, loqui, quando dos vel statim fuit constituta, vel numerata viro recipiente: secus vero, quando ipse maritus sua sponte eam petuit.

¶ Quartum est signum purgati metu, ¶ quando actum aliquem omnino voluntarium & insolurum fecit, vt si vir tribus annis subtraxit ipsam mulierem, Ita Aiciar. in respon. 5. n. 17. idem in muliere, quæ deculit semper annulos, quos omnittere potuisset. Paris. conf. 170. num. 27. lib. 4.

¶ Quintum est signum, quando post ¶ aliquot dies metum passus in matrimonio, vt ius est hilaris, & tripudiat, vel similem actum facere. Ita Ruin. in conf. 122. n. 13. & 14. lib. 2. Paris. in conf. 170. n. 20. lib. 3.

¶ Sextum est signum & quidem notabile, de quo multa sunt nobis dicenda, quando scilicet secuta est carnalis copula. Quæ quidem in re distinguendi sunt tres casus.

¶ Primus est, quando siue in viro, siue in muliere post illatum metu, in contrahendis sponalibus vel matrimonio, ¶ voluntaria carnalis copula subsecuta est. Hoc sanè casu dubium non est, quin purgatus præsumatur & censetur præcedens metu: de muliere metu & vim passa si carnali copule consentiat, vt dicatur purgasse metum, sanctum est in c. significauit. de eo qui duxit in matrimonio. quam polluit per adulter. & in c. insuper. qui matrim. accu. pess. & attingi supra in prima præsumptione. in sexta extensione. Et in specie ita affirmatur Ruin. in consilio 122. nu. decimotertio & decimoquarto. libro 4. Siluester Prierius in summa. in verbo, matrimonium. §. num. 11. vers. siue. quintum similiter. De viro metu compulso contrahere, & deinde voluntarie cognoscente carnaliter mulierem, vt dicatur purgasse metum respondit Paris. in consilio 170. num. 25. libro quarto. Et hic casus confirmatur à fortiori ex quo, & quinto signo commemoratis supra, dum diximus, ex actibus voluntatis gestis à metu compulso, purgari metum ipsum.

¶ Secundus est casus, quando dicitur subsecutam copulam carnalem in viro ¶ fuisse coactam, & violentam. Hoc etiam casu perfectum est matrimonium, atque ita purgatus præcedens metu adhibitus in contrahendis, vel sponalibus, vel matrimonio. Et hoc in casu veriore esse existimo opinionem eorum, qui scripserunt, viro sponalita transire in matrimonium, & verum perfectumque esse matrimonium, quando subsecuta est ipsius viri carnalis copula, et si metu & vi cognouisse mulierem, alleger. Quæ in opinio verè fuerunt Hosti. in cap. qui fidei. de spons. Petr. de Palu. in quarto sententia. dist. 29. q. 1. art. 4. & ibid. de Soto art. 3. col. pen. vers. sed quia, & Did. in epist. de spons. par. 1. c. 4. §. 1. n. 11. quos quidem recentur etiam supra in præsumpt. in 8. extensio. Et hos quidem recentè sensisse existimo: Etsi rationes aliquæ ab his considerate minus verè sunt.

¶ Et primo quidem ea adducti sunt ratione, quod etsi carnalis illa copula, fuerit metu acerrimo peracta, at tamen maritali affectu præcedendum est, peractam fuisse, quia si effectus fornicatio fuisset euulsa, peccatum mortale commississet, & ceteris de his que vi metus fecerit causa. Id quod dicendum non est, quia debet quis potius eligere ¶ mortem quam peccato consentire. Hæc consideratio leuis, & minus vera est. Nam procederet, quando vir ipse coactus, non affirmaret peccare potius voluisse, quam consentire affectu maritali, sed nostro in casu præsumimus, virum hunc negare affectum ipsum maritalem, quia si illum faceret, dubio procul matrimonium valide contractam fuisset. Et propterea cessat illa præsumptio, qua dicunt ii Doctores virum hunc peccare noluisse.

¶ Secundò adducitur ratio hæc. Metus ille solus, qui constantem virum cadere potest, reddit matrimonium nullum. c. cum locum, c. veniens, & c. consil. de sponsal. Atqui ille qui asserit ¶ affectu fornicatio coiuisset, vir constans dicitur non potest. Ergo metu ei illatus talis non est, vt dicitur debeat non consentire. Illa minor probatur, quia vir constans ille dicitur, qui fortis est, & potius omnes corporis cruciatu vult ferre quam peccare. Hæc argumentario adeò perturbauit Dominicum Soto eruditissimum Theologum, vt præcitate in loco modo vnam, modo alteram opinionem vitus sit affirmare. Verum respondetur, illum dici constantem, qui communi hominum opinione non nisi vel mortis metu, vel graui corporis cruciatu terreretur. Ita Innoc. in cap. cum dilectus colum. penultim. quod met. caus. & post alios

alios Dec. in omnibus causis pro facto, & ibid. Cagn. nu. 2. ff. de regul. iur. Et si aliter diceremus, nunquam daretur iustus metus, quo rescindi possent actus gesti metu. Nec facri canones hoc in casu intelligunt hominem constantem illum dici solum, qui mortem potius eligit, quam peccare: sed etiam illum, qui graues corporis cruciatu ob actus humanos pertimescit.

¶ Tertio, veriore esse existimo rationem, quam & aliqui ex prædictis senserunt, quod scilicet in viro coeunte, considerari non possit metu aliqui, quia si metu adesset, cessaret desiderium, sine quo frustra adhibetur coeundi concensus: sicuti experientia ipsa humana docet. Mulier (vt mox dicemus) nuda & coacta cognosci quidem potest: at vir inuitus, & desiderio carens, nec erigere, nec coire vnquam poterit. Quocirca dicendum est, quod si admittimus virum coiuisset, inde fiet, voluntariè id fecisse, & consequenter matrimonio consensisse. His intelligimus, veram non esse contrariam opinionem eorum, qui scripserunt, matrimonium non dici contractum, quando vir metu compulsus carnaliter cognoscit mulierem. Quæ in opinione fuerunt Abb. & Præpos. in c. consil. de spons. Bur. & Henric. Boic. in c. is qui fidei. de sponsa. & ibid. Præpos. nu. 7. ad si. Paris. in conf. 58. num. 69. lib. 4. & ex theologis D. Antonius in summa. in 3. part. tit. 1. c. 7. ad finem, Duran. in 4. sent. dist. 29. quest. 2. & Martinus Nauarrus in manuali confessorum, cap. 22. num. 51. vers. tertium. qui communem hæc esse testatur. Et ij quidem ea sola ratione vsi sunt, quod ad contrahendum matrimonium consensus esse debet omnino liber, & spontaneus. c. veniens. de spons. & diximus supra in princip. huius præsumptionis. Atqui metu iste impedit liberum, & spontaneum consensum. Ergo & matrimonium. Hæc ratio ex iam dictis confutatur: quia imo secuta carnali copula, adeit liber, & spontaneus consensus.

¶ Tertius est casus, quando asseritur, subsecutam copulam carnalem in muliere fuisse coactam, & violentam. Hoc casu veram esse credo opinionem Abbatis, & sequacium, quos supra commemorauimus: quod scilicet perfectum non fuerit matrimonium, atque ita non purgatus metu. ita in specie senserunt Host. & Didacus præcedenti casu allegati. Ea est ratio, quia matrimonium requirit (vt diximus) liberum & spontaneum consensum. Atqui metu iste etsi præcisus non est, at tamen liberum, & spontaneum consensum impedit. Non ergo præsumi potest consensisse matrimonio. Illa minor propositio, ita probatur, declarando prius, quæ dicitur vis præcisæ, & quæ conditionalis, seu causatiua.

¶ Et si sanè vis ¶ præcisæ, quæ nos ita compellit aliquid agere, vt in nobis non sit, vtum agamus: sicuti quando ventus impellit, & desert non alicui in locum, exempla sunt in l. Caesar. & in l. interdum. §. si propter sc. de publican. & vers. in c. canstat. 1. quest. 1. c. presb. teros. §. 1. dist. 50. Hæc vis omnino impedit consensum, & voluntatem. Et hoc est sine contro-
36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

gnita fuit carnaliter, non præsumi consensisse matrimonio. Quod verò vi & metu mulier inuita, & reluctans cognosci possit carnaliter, exemplo sic manifestu, vt si vinctis pedibus, manibusque corruptatur, & iam non semel euenisse comperit est.

PRÆSUMPT. V.

Dotis fauore stipulatio interposita an præsumatur vel fingatur in dotali instrumento pro ipsius dotis restitutione.

SUMMARIÆ.

- 1 Dos matrimonij causa datur eiusque dicitur accessoria.
- 2 Dotem marito numerans, nulla stipulatione adhibita, ex tamen pro adhibita voluit. Idque præsumptione iuris, & de inre. n. 3. Quam tamen stipulationem alij fictam esse volunt. n. 14. Distinguit Baldus. n. 5.
- 3 Stipulationem in dote adhibitam, etiam quoad mariti commodum fingi. Idem in parte filia, cui promissa est dotis restitutio. n. 7.
- 4 Stipulationem, quæ in dotis numeratione interuenisse fingitur, exequendam esse stante statuto, vt instrumenta habeant paratam executionem.
- 5 Fideiussores doto de conservanda, vel restituenda dote, fingitur interuenisse stipulatio.
- 6 Stipulatio in dote interuenisse non fingitur, in eo qui expressè stipulari non potest. Idem in extraneo dotante, ad cuius commodum non fingitur interuenisse. n. 11.
- 7 Dotis promissione facta de re incerta, stipulatio non fingitur interuenisse. Item si constante matrimonio, maritus eam alteri restituere promississet, sique facta delegatio. n. 13.

¶ **P**ost matrimonium superest vt de dote, quæ matrimonij causa datur eiusque accessoria dici solet, discipiamus. Cum autem dotis fauor maximus sit, iure factum est, quod si vel mulier, vel qui mulieris nomine dotem ¶ marito numerauit, nullam adhibuit stipulationem de dote reddenda, lex eam introduxit, & pro adhibita esse voluit. l. unica. C. de rei vxor. actio. & hanc esse præsumptionem ¶ iuris & de iure scripsit Io. Andr. in additio. ad Spec. in titu. de præsumptio. §. species. num. 5. in verbo, in prædictis concord. qui dixit, idem affirmasse Martinum de Fano. Idem tradiderunt Barol. in l. 1. in prin. ff. de his que in testam. delent. & in d. l. 1. in prin. numero 4. ff. de verborum obli. & ibid. Ripa nu. 14. Crau. de ant. temp. in 4. particula prima partis principalis. nu. 40. et si Doctores ab eo allegati præter Bartolum aliter scribunt. Et ij quidem adducti sunt verba d. l. unica. §. accedit, vbi Iusti. stipulationem præsumptam appellat. Verum recentè ibi glossa exponit, præsumatur, id est fingatur.

¶ Altera fuit opinio eorum qui verius existimantur hanc non esse præsumptam, sed ¶ fictam potius stipulationem. Ita gloss. in d. l. unica. in prin. C. de rei vxor. actio. Io. Baptista de sancto Blasio, in tract. de dote. centuria prima. nu. 1. & centuria tertia. nu. 27. qui communem esse opinionem dixit. Alex. in conf. 127. num. 3. & nu. 8. lib. 6. Soc. Senior in conf. 290. in fl. lib. 2. Baldus Nouell. in tract. de dote. parte sexta, privilegio secundo, Campeg. in tract. de dote. parte prima. q. 57. Galliaula in l. 1. in prin. nu. 30. ff. de verbo. obli. & ibid. Iaco. Niger nu. 73. & nu. 74. Cora. num. 8. Aiciatus nu. 19. & Socin. Iun. nu. 22. Idem placuit Alberto Bologn. in commentariis ad rub. ff. de verbo. obli. cap. 29. nu. 2. & 3. Hos recentè sensisse existimo. Nam Iusti. in d. l. unica. in prin. C. de rei vxor. actio. statuit, stipulationem subintelligi etiam quando omiffa fuit: Cum certum est, stipulationem non fuisse adhibitam, illa à lege subintelligitur. Est ergo fictio quæ contra id quod est verum, à lege inducitur. Et vtilius quidem est dote quod fingatur stipulatio, cum tunc aduersus eam non admittatur probatio in contrarium, etiam per confessionem mulieris, quod in præsumptione iuris & iure non contingit, vt suo loco diximus, & in specie tradit Bal. Nouell. qui supra. Quamquam non ignorem Io. Baptistam à sancto Blasio in d. tract. de dote, centuria tertia. n. 27. post Pratum scripsisse, nec contra hanc præsumptionem iuris & de iure admitti probationem in contrarium per confessionem mulieris, ob fauorem dotis.

¶ Tertia fuit opinio ¶ Baldi in d. l. unica. in princip. C. de rei vxor. actio. qui distinguit, quod aut apparet stipulationem fuisse interpositam, & tunc non est locus præsumptioni, vel fictioni. Aut verè non fuit interposita, & tunc fingitur. Aut est dubium, & tunc præsumitur. Hanc Baldi distinctionem probauit Angel. ibidem, l. in §. fuerat. nu. 55. in fin. de actio.

Cæterum superuacaneum est præsumere stipulationem in casu dubio: cum Iulianus statuerit semper subintelligi. Et distinctionem hanc in specie improbarunt Iacob. Nigger & Alber. Bolog. præcitat in locis. Quarta fuit opinio Emanuelis Coltz, in l. si ex cautione, numero 4. versic. igitur Cæsares. C. de non numerata pecunia. quare explicabimus infra in præsumpt. 145.

6 Extenditur primò hæc fictio, vt locum etiam habeat ad beneficium & commodum mariti, cui promissa est dos. Ita Baldus Nouellus in d. tract. de dote, parte sexta, privilegio secundum 6. & Campegius in tract. de dote, part. 1. qu. 57.

7 Extenditur secundo, vt procedat etiam in parte filiarum, cui promissa est dotis restitutio. Bal. Nouellus in d. privilegio numero 7.

8 Extenditur tertio, vt locum etiam habeat quando cautum esset statuto, quod instrumenta publica pararam habeant executionem. Nam & tunc facta hæc stipulatio exequenda est. Ita Bal. Nouellus præcitate in loco. n. 10. versic. tunc dixit, post Baldum quem commemorat. Et subiungit Bal. Nouellus, quod ita non foret, quando stipulatio esset à lege præsumpta. Id quod verum non esse existimo ex his, quæ scripsi supra lib. 1. qu. 45. in fi. post Purpuratum, quem reuli.

9 Extenditur quarto, vt locum etiam habeat quando datur fideiussor pro dote conseruanda, vel restituenda, iuxta ea, quæ scribunt Doctores in l. si constante. §. quoties. ff. solut. matrimonium. Nam & hoc casu fingitur stipulatio. Ita Bal. Nouellus in d. privilegio secundo, nu. 11. versic. in fideiussore dote.

10 Declaratur primò, vt non habeat locum in eo qui non potest expresse stipulari, vt in mutuo: vel furdo. Nam pro his nec fingitur stipulatio: ex quo non concurrunt extrema habilia. Ita Baldus Nouellus in d. privilegio secundo, nu. 3. & Campegius in tract. de dote, parte prima, qu. 57. nu. 2.

11 Declaratur secundo, vt locum non habeat in extraneo stipulante. Nam ad eius commodum non fingitur stipulatio. Ita Baldus Nouellus in d. privilegio secundo, nunc. 7. versic. dicta tamen.

12 Declaratur tertio, quando dotis promissio facta fuisset de re incerta. Nam tunc stipulatio non fingitur, ne duo ipeccalia concurrant. Ita Bal. Nouellus in d. privilegio 2. nu. 11.

13 Declaratur quarto, quando maritus constanter ipso mariti non prodest restituere dotem alteri, atque delegatio facta esset. Ita Bal. Nouellus in d. privilegio 2. nu. 11. versic. adde etiam.

PRÆSUMPT. VI.

Dos quando omnibus in bonis, vel in eorum parte præsumatur constituta ab uxore mariti, diligens & peruiolis explanatio.

SUMMA

- 1 Mulier nunquam nupta, ætate minor, non præsumitur omnia bona sua in dotem dedisse. Et huius quæ sit ratio. nu. 2.
- 2 Quamuis etiam effecta maior pateretur maritum bona possidere & administrare. nu. 3.
- 3 Quod tamen non procedit, si effecta maior marito post quinque annos contradixit, aliquibus præsertim accedentibus coniecturis. nu. 4.
- 4 Mulier ætate minor solum habens bona mobilia, quæ seruando seruari nequeant, præsumitur ea in dotem dedisse. Et quid si habeat curatorem. nu. 7.
- 5 Bona mobilia minoris quæ seruando seruari nequeant, sine prætoris decreto & alijs solemnitatibus alienantur.
- 6 Dotem quam primo marito dederat mulier, eam secundo nubens tradidisse præsumitur. Redduntur rationes voluntatis. nu. 12. & 13.
- 7 Alienationis prohibitio rerum minoris, utrum in rem sit vel personam.
- 8 Alienare prohibitus à testatore, nec inter viuos distrahit, aut testamento relinquit, habet tamen heredem ab intestato.
- 9 Dispositio legis non dicitur, à qua homo recedere, & pro arbitrio disponere potest.
- 10 Viduas distulius quam virgines nubere consueuisse.
- 11 Mulier ætate maior nubendo, an omnia bona in dotem dedisse præsumatur, stante statuto, vt sine consensu propinquorum vel iudicis auctoritate non obligentur. Et quando statum id non habeat locum. nu. 15.
- 12 Dotem marito constituere, damnosum esse mulieri non vtile.
- 13 Statutum requirens consensum propinquorum, in contractibus mulierum, an etiam locum habeat in dote. & nu. 18.
- 14 Matrimonium sine dote esse potest.
- 15 Statuti correctorij & odiosæ verba, de casu vero non ficto intelligenda.

- 16 Statutum disponens circa dotes valet, dum non sit matrimonij impedimentum.
- 17 Consensu etiam propinquorum iuxta formam statuti, in contractu mulieris accedente, non tamè omnia bona in dotem dedisse præsumitur.
- 18 Dos non venit in consequentiam necessariam matrimonij.
- 19 Mulier cum propinquorum consensu dotem in omnibus bonis constitutam, eandem secundo viro tradere præsumitur. & nu. 25.
- 20 Idque extenditur, & si primum matrimonium de iure fuerit nullum. nu. 26.
- 21 Vel in secundo non fuerit adhibitus propinquorum consensus, nu. 27.
- 22 Vide tamen camelam. n. 31.
- 23 Satis dispositio semel obseruatam esse sufficit.
- 24 Res Ecclesiæ semel data in emphiteusim, solemnitate adhibita si ad eam redeat, absque noua solemnitate, eodem pacto alienari potest.
- 25 Dote maiori vidua, quam virgo indiget.
- 26 Mulier ex primo matrimonio habens filias, marito secundo non præsumitur omnia bona in dotem constituisse, quæ iam primo dederat. n. 35. & 36.
- 27 Voluntas sine potestate nil operatur.
- 28 Mariti pietas & amor erga filios tantus est, vt præsumendum non sit, quod bonis eos exuere, & secundo viro tradere voluerit.
- 29 Dotem marito nuper ducto, eam præsumitur constituere mulier quam immediatè præcedenti constituerat, si pluribus nupta fuerit.
- 30 Alimenta relicta à testatore, promissa in vita consueuerat, intelliguntur secundum annos immediatè præcedentes.
- 31 Officium concessum alicui à principe secundum salarium consueuum, intelligitur de eo quod habuit immediatè prædecessor.
- 32 Muliere expressam dotem secundo viro constituente, cessat ea quæ de prima erat præsumptio.
- 33 Expressum facit cessare tacitum.
- 34 Dotem secundo marito traditam esse eam, quæ primo matrimonio fuerat non procedit quando de prima dotis constitutione vera non apparet.
- 35 Dotem viro secundo traditam eam præsumi, quæ priori tradita constituta, tunc procedere, si quantitatem illius vir cognouerit, secus si ignorauerit.
- 36 Indebitum scienter soluens præsumitur donare.
- 37 Debitorum nomina in dotem data non præsumuntur. Quia tamen casu ea etiam tradita præsumuntur. n. 46.
- 38 Cessionem circa translationem actionum idem operari, quod traditio facit circa translationem dominij.
- 39 Dotis nomine res corporales datæ tum demum censentur, ubi traditio interuenit, sic nomina debitorum seu actiones ubi cessione.
- 40 Mulier nubendo primo viro, si expresse debitorum nomina non dedit aut actiones cedit, in dotem ea dedisse non præsumitur. Quid autem si ubi primi mariti heredes pro dotis quantitate obligati sunt, an illud nomen secundo viro in dotem dedisse præsumatur. n. 50. 51. & 53.
- 41 Nomina debitorum inter bona connumerantur.
- 42 Mulier ætate maior, nubendo primo viro, non præsumitur omnia bona sua dotis nomine constituisse.
- 43 Actu aliquoposito, non sequitur necessario positio alterius, qui ab eo potest esse reiectus & separatus.
- 44 Maritus bona mulieris administrare potest, absque eo quod in dotem sint sibi concessa.
- 45 Mulieres sui natura avaræ sunt.
- 46 Concessum vno casu, in reliquis censetur prohibitum.
- 47 Dotis constitutio est contractus, qui aut re, aut verbis, aut consensu causatur.
- 48 Consensus vel rebus vel nutu, vel nuntio declaratur.
- 49 Mulierem nubendo bona sua in dotem dedisse, vt aliqui opinantur, erroneum demeretur.
- 50 Aristotelis, vel Ciceronis auctoritati deferendum est illis in casibus quibus lex eam approbat.
- 51 Dotem non esse accessorium matrimonij.
- 52 Contractus qui consensu contrahuntur sola patientia & usu causari.
- 53 Sponsa promittens contrahere matrimonium, non præsumitur promississe dotis constitutionem.
- 54 Mulierem nubendo bona sua in dotem dare voluisse non præsumi, si aliqua adfuit coniectura, & quatuor recententur coniecturæ vsque ad n. 73.
- 55 Vir diues & senex mulierem iuuenem & formosam, & si pauperem, sine dote ducere voluisse præsumitur.
- 56 Dos mulieris satis opulenta, forma egregia, etiamque iuuenilis.
- 57 Patientia mulieris in permissendo virum administrare bona sua,

- 58 non sua, non præsumit ea dotis nomine constituta. Neque etiam vt præsumatur promissa dos congrua. nu. 76.
- 59 Mulier sine dote nupta ad eius constitutionem à viro nequit compelli.
- 60 Maritum mulier iuste timet & veretur.
- 61 Patientia mulieris in permissendo virum administrare bona sua, dos constituta consensu iis in locis ubi statuta cauent, bona mulieris in dotem data censeri.
- 62 Idem si adfuit aliqua coniectura quibus conici possit eam in dotem dare voluisse. n. 78.
- 63 Mulier sine dote à viro administrari, formi quadam patientia, in dotem dedisse præsumitur.
- 64 Mulier nubens nulla facta mentione dotis, præsumitur voluntatem suam voluisse conformem esse statuti, si ea de re in illo loco extant.
- 65 Mulier inferioris conditionis à viro an omnia bona in dotem dedisse censenda sit.
- 66 Mulier bona sua in catastro viri describi permittens, in dotem censeri ea dedisse.
- 67 Mulier extra iudicium sepius affirmans, se bona sua in dotem tradidisse marito, præsumptionem facit.
- 68 Mulier an per hæc verba, Do tibi me, & mea, præsumatur omnia in dotem dedisse. Vel si dicat: assigno tibi bona mea, nu. 86. Vel trado me & bona mea, nu. 87.
- 69 Verbum, do, significat dominij translationem.
- 70 Mulier affirmans bona sua in dotem data nolle, nisi conficiatur instrumentum publicum, eo confecto data præsumuntur.
- 71 Bona aliqua relicta mulieri dotis nomine, ea nubente, viro in dotem data præsumuntur.
- 72 Dos mulieris iam antea nuptæ, etsi nil dicatur, viro secundo eadem data præsumitur.
- 73 Filia cui pater dotem in testamento reliquit cedendo actionem marito ad eam consequendam, præsumitur dotem constituisse.
- 74 Cedens actiones cessionarium in suum locum reponere dicitur, & dominium transferre.
- 75 Filia petendo legatum dotis nomine relictum, ante matrimonium initum, cum cautione in dotem illud conuertendi, nubendo nulla dotis mentione facta, dedisse in dotem præsumitur.
- 76 Filia cui in testamento dos relicta est, non petendo relictum sibi præstari, utrum simpliciter nubendo dotem eam præsumatur viro dedisse.

DISPUTATIO est summè vtilis, & in foro frequens, an & quando mulier præsumatur tradidisse bona sua omnia in dotem viro? Distinguum ergo aliquot casus, vt, quod à nostris peplexè admodum pertractatum fuit, explicem.

Primus itaque est casus quando mulier non antea nupta, est ætate minor. Hoc in casu non præsumitur dedisse omnia bona sua in dotem. Ita Barto. in l. si constante, in princ. numero 79. ff. solut. matrim. & idem in sua quest. septima incipit, Mulier habet amplum, in solutione. col. 1. versic. mihi autem. Ancharanus in cons. 94. ista domina Roma. in cons. 314. nunc. 2. Calcanus in cons. 11. col. 1. Corne. in cons. 254. n. 5. & in cons. 282. nu. 46. & n. 57. lib. 1. Socin. Sen. in cons. 80. numero 2. & n. 12. lib. 4. Ruin. in cons. 61. nu. 2. li. 3. & idem in rubr. ff. solut. matrim. n. 208. Iaton in l. si constante, in princ. n. 219. ff. sol. matrim. Cuius in cons. 168. n. 17. Beroius in cons. 40. numero 58. in fin. lib. 1. Gozad. in cons. 33. n. 10. Crauet. in tract. de antiq. temp. in quarta part. quarta part. principalis, numero 109. Phanucius in commentarijs ad statuta Bononiæ lib. 4. rubr. de dotibus restituendis, in glo. mulieris. Qui ob id infirunt, nec maritum posse lucrari aliquid secundum dispositionem statutorum. Ea est huius sententiæ vera ratio quod mulier hæc minor, non potuisset expresse dare omnia bona sua mobilia in dotem, sine Prætoris decreto. l. si ex causa. §. in dote. ff. de minor. l. Titia. ff. de iure dotium. l. lex que tutores. in princ. & §. I. C. de admini. tutor. & l. prædia. C. de prædijs mino. Est enim in constituenda dote mulieris minoris adhibenda causæ cognitio, vt pro modo facultatum, æqualitate viri, constituantur, quod quidem munus ad iudicem pertinet. Bald. in cons. 108. lib. 1. & post alios Rolandus in tractat. de lucro dotis. g. 45. numero 2. quos sequutus sum in commentarijs de arbi. iud. lib. 2. casu 171. nu. 48. cum ergo expresse non potuisset mulier hæc minor dare omnia bona sua in dotem: non etiam potest tacite. Et præterea hæc sententia optime & à fortiori confirmatur, ex recepta illa opinione, de qua dicemus infr. in vltim. casu, quod si mulier ætate maior iam prius non nupta nubit, non præsumitur dedisse bona in dotem. Ergo multo minus hæc ætate minor.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat, quando hæc mulier effecta maior pateretur maritum bona possidere & administrare. Nam non præsumitur ea dedisse in dotem. Ita Rom. in cons. 314. nu. 2. Cozad. in cons. 33. col. pen. nu. 21. & Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. part. princ. numero 109. Ea ratione vlt. in quod otigo & prima causa possidendi, inspicit & considerari debet. l. clam possidere, in princ. ff. de acqu. poss. cum autem prima causa & origo possessionis mariti non fuerit titulus dotis, sequitur, quod nec ipse possessiois continuatio, titulum hunc habere potest.

Declaratur primò, vt non procedat hic casus, quando mulier hæc effecta maior post quinque annos non contradixit, sed acquieuit viro possidenti bona hæc tanquam dotalia, & concurrunt aliquæ coniecturæ quibus colligitur mulierem hanc voluisse tempore nuptiarum dare bona sua in dotem. Nam tunc cursu hoc temporis præsumitur ratificasse dotis constitutionem. Ita in specie declarat Calcan. in cons. 11. n. 10. in fin. & secutus est Phanuc. in tracta. de lucro dotis, in gl. 10. n. 45. versic. circa quod.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat in muliere minore quæ solum haberet bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt. Nam ea in dotem dedisse præsumitur. Ita scribunt Negulantijs in tract. de pigno. in 2. part. in 4. membr. numero 74. Curtius Iuni. in cons. 168. nu. 19. Roland. à Valle in tracta. de lucro dotis. quest. 45. nu. 6. qui sic intelligit Guillelmum Cuneum, in l. ingenium. ff. de statu hom. & Phanuc. in commentarijs, de lucro dotis in gl. 10. n. 23.

Ea est ratio quia hæc bona mobilia quæ seruando seruari non possunt sicuti pecunia, & similia, alienari possunt à minore sine decreto prætoris, & alijs solemnitatibus, vt tradunt gloss. & Doctores in l. 1. §. fuit questum. ff. ad Trebell.

Cæterum declarationem hanc intelligo eo casu quando mulier hæc minor non habere curatorem: secus si haberet. Nam tunc non potuisset se ipsam obligare atque ita dotem hanc constituere. Ita colligo ex Curt. Iani. in d. cons. 168. nu. 17. à sensu contrario.

Secundus est casus, quando mulier hæc ætate minor, iam nupta fuit primo, cui adhibito decreto prætoris & alijs solemnitatibus constituit dotem ipsi primo viro, etiam in omnibus suis bonis, & deinde de defuncto. nubit secundo, nulla alia adhibita solemnitate decreti simili. Nam hoc in casu præsumitur dedisse secundo viro eam dotem, quam dederat illi primo. Hanc sententiam probant Ioan. Andre. in addit. ad Spec. in tit. de dona. inter vir. & uxor. §. vlt. versic. quid si mulier. Bald. in l. vlt. C. de legit. tut. idem in l. si constante. ff. sol. matrim. & ibid. Angel. Alex. Ias. nu. 229. Ruin. in rubr. ff. sol. matrim. nu. 211. qui communem esse dixit, & motus est textu l. cõditio. ff. de cond. & dem. vbi Bart. nu. 4. not. hæc esse obligationem prouenientem immediatè ex dispositio legis: non autem ex persona minoris, qui propterea oblitur. Quod argumentum non est verum, cum non sit obligatio legalis, vt mox dicemus. & ob id nec argumentum concludit, quia idem esset dicendum, quando mulier primo nupta, cui tamen non dicitur dedisse mobilia, vt diximus supra in primo casu.

Secundo eo argumento vsi sunt, quod prohibitio alienationis rerum minoris est in personam, non autem in rem. l. 1. in princ. ff. de reb. eorum. l. lex que tutores. in fine. C. de admini. tutor. & l. non solum. C. de prædijs minor. Alexand. in cons. 17. lib. 1.

Atqui prohibitio alienationis in personam, non comprehendit alienationem, quæ à lege fit, sed solum quæ ab homine. Et ideo prohibitus alienare à testatore, non poterit quidem inter viuos distrahere, nec testamento alicui relicto linquere. l. peto. §. fratre. de leg. 2. poterit tamen habere successorem ab intestato, quia illa est legis dispositio. l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. vbi Bart. & idem in d. §. fratre. Cum hæc sit alienatio legis l. 3. §. de illo. ff. pro socio. quæ sub prohibitionem non continetur, vt declarant Aret. in l. Pantonijs. §. rei perditionis. column. 2. ff. de acquir. hæred. post Baldum in Authent. contra rogatus. C. ad Trebell. & idem respondit Butrius in cons. 35. Ergo in casu nostro mulier hæc minor non prohibetur dotem constituere.

Cæterum hæc argumentatio facile diluitur. Non enim verum est dispositionem esse legis, quod mulier nubendo datur dare bona sua in dotem. In o tota est dispositio hominis quam talem esse lex præsumit, vt rectè in specie respondit Corn. in cons. 254. colum. vlt. versic. nec obstat. vlt. li. 1. cuius traditio comprobatur ex his quæ scripsimus supra lib. 1. qu. 46. in 2. casu. vbi diximus, quod illa non dicitur dispositio legis, quando homo potest ab ea recedere, atque ita etiam pro sui arbitrio disponere. Et ibi declarauimus illa familia, quæ ad rem hanc commemorat Ruin. in d. rubr. ff. solut. matrim. nu. 216. sicuti in casu nostro, in quo potest mulier non dare

224

in dotem bona data primo viro, si eam non promisit. Et dum pro constanti præsupponunt Doctores isti, quod lex disponat mulierem debere constituere dotem secundo marito, quæ fuit constituta primo, falluntur, quia lex solum præsumit, nõ autem constanter statuit. Præterea hæc argumentatio nil ad rem facit, quia non hic disputatur, an mulier hæc potuerit, vel non potuerit, sed solum an voluerit.

Tertio itaque loco melius hæc sententia probari ita potest, considerando duo, potentiam scilicet & voluntatem. Quo ad potentiam dicimus, hanc mulierem minorem posse, absque alio Prætoris decreto, postea quam adhibuit illud fuit in prima dotis constitutione, facta primo viro. Quandoquidem sufficit semel obseruatam fuisse solemnitatem requisitam in his alienationibus bonorum minoris. *l. tutor rerum. ff. de admin. tuto.* vbi Bart. & tradunt Socin. Iaf. & reliqui in *l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. posses.* & dicemus infra in tertio casu in secunda extensione, vbi similibus comprobabimus. Quo vero ad voluntatem, credimus mulierem hanc voluisse eandem dotem constituere, quam constituit primo, tum quia post secundum virum æque dignum ac primum iudicavit, ex quo et se iunxit, tum etiam quia considerare potuit, viduas consuevisse difficultus nubere, quam virgines, & ob id opus esse opulentiam dotem habere.

His intelligimus, minus recte sensisse illos, qui opinati sunt, hanc mulierem minorem secundo nubentem, non præsumi dedisse eandem dotem secundo, quam dedit primo. Qua quidem in opinione fuerunt Bart. in *d. q. 7. idem in l. certi. C. locati.* vbi Comens. & Imola, quos sic recenset Ruin. in rubr. *ff. sol. matr. num. 209. qui nume. 217.* respondet argumentationibus ab his consideratis. Et ex iam dictis confutari facilius, & verius possunt.

Tertius est casus, quando mulier est ætate præ maior, sed in ea ciuitate extat statutum, quo est cautum quod mulieres non possint obligare sine consensu propinquorum, vel sine iudicis auctoritate. Hoc in ea uia, an mulier nubendo præsumatur dedisse omnia bona sua in dotem? Vnde sunt Doctores opinionones. Vna fuit Cornei in *conf. 254. numero 4. & in conf. 282. colum. 5. versicul. corroboratur hoc medium. lib. 1. qui existimavit, non præsumi hanc dotis constitutionem.* Et Corneum secutus est Phanuc. in *commentariis de lucro dotis. in glo. 10. numero 18. & numero 23. versicul. & damnatur.* Idem sensit Montenerius in *commentariis ad Statuta Bononiæ. lib. 4. Rubr. de dotibus restituendis. §. præterea omnia. in glo. mulieris.* Ea est efficax ratio, quod sicuti mulier sine consensu propinquorum, non potuisset se ipsam obligare expressè, ita nec tacite, constituendo dotem, vt diximus supra. Altera fuit opinio Soci. Sen. in *conf. 80. libro 4. du. de eadem facti specie respondit contra Corneum.* Idem censuit in *conf. 61. lib. 3.*

Primo earatione moti sunt, quod statutum hoc prohibens mulierem obligari sine consensu propinquorum locum non habet, quando mulier actum sibi ualem facit, vt tradunt Bald. in *l. neque. C. de contrahen. & commis. stipul.* & alios plures congerit Tyraq. in *tractat. de legibus. conub. in gloss. 6. numero 56. & 76.* Atqui actus iste constitutionis dotis est ualis ipsi mulieri. Ergo non impeditur à statuto. Illi minor probatur, quia mulier melius à viro tractabitur si erit dotata, quam si non erit. *§. si quis enim, in Authen. de nuptiis.* & dicemus infra. Item dos non publicabitur ob delictum mulieris, nisi in quinque casibus *l. quinque. ff. de bonis damnata.* Item non poterunt bona hæc alienari, vel præscribi, si immobilia sunt. *l. vbi lex. ff. de usufructu. & l. unica. §. & cum lex. C. de rei uxoris actio.* Verum huic rationi rectè satisfacit Corne. in *d. conf. 254. num. 27. & in conf. 282. colum. ultim. lib. 1.* imò non

esse uale, sed damnosum mulieri constituere dotem marito, ex quo dicitur alienare, dum in eum transfert dominium, *l. doce ancillam. C. de rei vendi.* Nec cum statuto requiratur solemnitas hanc etiam in constitutione dotis, vt statim dicemus, sequitur concludendum, non esse uile mulieri eam sic constituere. Et præterea illa doctrina Baldi in *d. neque. C. de contrah. & commis. stipu.* cum similibus, intelligitur quando conitat euidenter de utilitate mulieris, sicuti in specie se ipsum declarat Bald. in *l. quæcumque. in versic. & scias ramen. C. de bonis quæ liberis.* & Dec. in *conf. 532. col. 2.* quos secutus est Tyraq. in *d. gl. 7. num. 87.* & sensit Corne. in *d. conf. 282. num. 10. lib. 1.*

Secundo moti sunt, quod statutum hoc requirens consensum propinquorum in contractibus celebrandis à mulieribus, locum non habet in contractu dotis. Cum uerba statuti etiam si generalia, imò & uniuersalia sunt, non includunt causam dotis, vt tradunt Salic. in *l. ult. C. de iure dotium.* ex illo textu, & alij plures, quos longa serie congerit Tyraq. de *retractu consang. §. 1. gl. 14. nu. 91. 92.*

Et in specie quod statutum hoc requirens consensum propinquorum non habeat locum in contractu dotis, affirmant Bald. Nouel. in *tractat. de dote parte 6. priniseg. 48.*

& alij relati à Tyraquello de *legibus. conub. in gl. 6. nu. 194. & 195. addo Calca. in conf. 13. col. 1. Ruin. in col. 194. num. 4. & in conf. 195. lib. 1. col. Natram in conf. 53. col. penult. & ult. lib. 1.* Et hoc argu. vñ in casu nostro est Ruin. in *d. conf. 61. nu. 3. lib. 3.*

Cæterum responderetur, quod imò lex generaliter seu uniuersaliter loquens, comprehendit etiam causam dotis: Ita in specie, quod statutum requirens consensum propinquorum in contractibus mulierum, locum habeat etiam in dotis constitutione, scripserunt Anch. in *conf. 23. col. 1. Dec. in conf. 301. & in conf. 536. col. 2. ver. 3. principaliter.* Socin. Iun. in *conf. 12. col. 3. versic. non obstat modo. lib. 3. idem sensit Alexan. in conf. 154. col. 2. lib. 2. & in conf. 103. lib. 3. & Tyraq. d. gl. 14. nu. 91.* Et in claris his terminis, idem censuit Corne. in *conf. 282. num. 11. versic. similiter fragile lib. 1.*

Tertio mouetur Ruin. in *d. conf. 61. num. 4. lib. 3.* quia licet statutum requirens consensum propinquorum in contractu mulieris, habeat etiam locum in constitutione dotis: attamen intelligitur de ea dote, quæ principaliter constituitur, secus uero si secundario, & in consequentiam, ex dispositione legis, sicuti ex casu isto, in quo dos uenit in quandam consequentiam ex dispositione legis ad contractum matrimonium. Ita (inquit Ruin.) scribit Guillelmus Cuneus in *litem quia. ff. de pactis. Cynus in l. ultim. C. de legit. tuto. Baldus, Angel. Roman. & Alexan. in l. si consensu. ff. de iur. matrimo. & alij allegati ab ipso Ruino, qui & multis similibus probat, secundario, & in consequentiam multa concedi quæ non conceduntur principaliter.*

Respondenti potest, quod imò dos non uenit in consequentiam matrimonij, cum matrimonium præsumitur sine dote. Est enim pater tenetur non solum nuptias collocare filiam, sed etiam dotem ei constituere. *l. qui liberos. ff. de ritu nup.* Non tamen mulier tenetur se ipsam dotare, si in uero in contractu matrimonij nihil dixit. *§. si quis autem dixerit. in Auth. de nupt. & in §. qui autem. in Authen. quib. mod. nupt. effi. leg. & tradunt Bar. & Alex. in l. si don. §. si quis in d. in glo. cond. ob casum. Ripa in l. 2. n. 43. ff. sol. matr. & diximus superiore præsumptione. Et matrimonium esse posse sine dote, probatur *l. ult. C. de dote. in nupt. & in l. ubi nupt. C. de iur. & ad rem prope respondit. Rom. conf. 314. nu. 2. versic. hoc absurdum.**

Quarto mouetur Ruin. in *d. conf. 61. num. 6. lib. 3.* eo argumento, quod statutum hoc locum habeat, solum in obligatione uera, non autem in ficta, cum statuti præsertim odiosi, & correctorij, uerba intelligi debeant, de casu uero, non autem de ficto. *l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. cum similibus.* Atqui dos ista quæ dicitur promitti à muliere viro, est dos ficta. *l. Diuus. ff. de iure dotium.* Ergo in ea statutum locum non habet. Verum facile diluitur hæc consideratio cum falsa sit illa minor propositio. Est enim ueritas, dotem hanc dici præsumptam, non autem fictam, sicuti probat *d. l. Diuus.* quam rectius considerauit in specie hac Corne. in *d. conf. 254. num. 30. lib. 1. & dicemus infra.*

Quinto tuam hanc opinionem defendere conati sunt Soc. ten. in *d. conf. 80. num. 23. lib. 4.* & Ruin. in *d. conf. 61. num. 8. lib. 3.* argumento, quod statutum hoc non ualeat, vt potest impeditum matrimonij, vt respondit Butrius in *conf. 35. Verum argumentatio hæc facile euitatur, cum uere itata hæc ualeant, nec sunt impeditiua matrimonij, sicuti in specie respondit Corne. in *d. conf. 254. num. 7. lib. 1.* simili in casu tradunt Bart. in *l. Titia. ff. de verb. oblig. vbi Iaf. & Calcan. in conf. 3. num. 2.**

Nec obstat illud responsum Butrii in *d. conf. 34.* quandoquidem loquitur Butrius, quando absolute prohibetur alienatio bonorum, vt etiam eum intellexit Corneus ubi supra. In casu autem nostro non prohibetur, sed permittitur, obseruata solemnitate quadam.

Præterea statutum præ disponens circa dotes ualeat, dummodo non sit omnino impeditiuum matrimonij. Ita post alios declarat Alciat. in *respon. 53. nu. 17. & in resp. 62.* secundum antiquam impressionem Lugdunensem.

Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quando iam in contractu ipso matrimonij, adhibitus fuisse consensus propinquorum. Nam adhuc non sufficit, vt dicatur mulier dedisse omnia bona sua in dotem. Quandoquidem consensus ille adhibitus in matrimonio, non trahitur ad dotis constitutionem, cum diuersa sint. Ita respondit Corneus in *d. conf. 254. num. 6. lib. 1.* quem secutus est Phanucius in *tractat. de lucro dotis. in glo. 10. nu. 29. & 30.* Nec obstat consideratio Socin. Sen. in *conf. 80. nu. 18. & 21. lib. 4.* quod consensus adhibitus super contractu principali, trahitur ad ea quæ secundario, & in consequentiam ueniunt. *l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum.* quo adductus scripsit Bald. ibi, quod decretum interpositum super contractu, trahitur ad consecutiuam. Respondetur secundum Corneum in *d. conf. 254. nu. 21.*

dotem præsumitur non dici uenire in consequentiam necessariam ipsius

ipsum matrimonij: cum matrimonium sine dote stare possit. Et propinqui, qui matrimonio consenserunt, cum ignorauerint dotis quantitatem, & promissionem, dici non possunt illi consensisse.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando iam hæc mulier primo marito constituit dotem in omnibus suis bonis, adhibito propinquorum consensu, & deinde nuptias fecit secundo, non adhibito ipso consensu. Nam hoc casu præsumitur dedisse, eadem omnia bona in dotem secundo marito. Et hoc in casu defendi potest opinio Soci. sen. in *d. conf. 80. lib. 4. & Ruini in conf. 61. lib. 3.* quemadmodum in specie explicat Phanucius in *d. tractat. de lucro dotis. in glo. 10. numer. 27.* Qua de re dicemus & infra, in subsequenti casu.

Quartus est casus, quando mulier erat ætate maior, & iam fuit alteri nupta, cui quidæ primo viro dederat omnia bona sua in dotem. Hoc in casu præsumitur eadem dos repetita in secundo hoc matrimonio. Ita Cynus in *Authen. quamuis. q. 3. C. de rei uxoris act. Bact. in sua. 7. in solutione. colum. 1. versic. 1. casu. Bald. in l. nulla. C. de iure dotium. Cast. in l. si mulier. §. pen. ff. solu. matr. Salicetus in *d. Auth. quamuis. colum. ultim. q. 5. Roma. in conf. 314. num. 2.* Abbas in *conf. 46. in 2. dubio. lib. 1.* Imola in *l. 1. col. 5. ff. solu. matr. Alex. in conf. 14. col. 2. lib. 5. & in conf. 122. colum. 2. lib. 7.* Calcan. *conf. 4. col. 3.* Curt. sen. in *conf. 78. matrimum. numero 204.* Curtius Iun. in *Auth. præterea. n. 13. C. unde uir & uxor. idem in conf. 4. colum. 5. & in conf. 164. colum. 3. Part. in conf. 34. col. 1. lib. 3.* Socin. Iun. in *conf. 29. col. ult. lib. 1. & in conf. 8. nu. 18. lib. 2.* Bero. in *conf. 40. numer. 58. lib. 1. & Crau. in tract. de antiqui. temporum. in secunda particula secundæ partis principalis. num. 43.* Rolandus à Valle in *tractat. de lucro dotis. questione 75. n. 6.* & Phanucius in *commentariis de lucro dotis, in glo. 10. num. 31.* qui subiungit, ceteri repetitam etiam, quo ad omnes qualitates, & infra dicemus. & Rota Roma. in *decis. 156. numero 10. in 2. parte, in nouissimè editis.* Et ij quidem moti sunt ex *l. dotem. que in prius. ff. de iure dotium.* Cuius uerba hæc sunt. Dotem, quæ in prius matrimonio data est, non aliter conuertitur in posterius matrimonium dicendum est, quam cum hoc agitur, cum hoc agi semper interpretemur, nisi probetur, aliud conuenisse. Nec dicendum est, restringi hoc responsum Pauli à subsequenti responso Papiniani, vt dicebat Corne. in *conf. 254. lib. 1.* Nam *d. l. dotem.* generalem quandam dispositionem continet quæ conplectitur duos casus, nempe illum, quando re ipsa contrahitur matrimonium cum secundo viro, & illum, quando primum matrimonium diuortio solum reintegratur, vel uerius iterato cum eodem primo viro contrahitur. Qui quidem casus quo ad effectum non differunt, ex quo reuera præsupponitur vtrunque, matrimonium primum esse à secundo diuersum.*

Secundus autem ille casus, est ille, qui à Papiniano restringitur, vt intelligitur, quando uere diuortium est subsequutum, secus si aliquod iurgium tantum, hoc est lis, & contentio de diuortio forte faciendo, vel quæ diuortij causam præbere poterat. Et eandem sententiam probant *l. Diuus. & l. post diuortium. ff. de iure dotium. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pactis dotal. & l. pen. §. si uxor. ff. solut. matrimo.* quæ etiam loquuntur de secundo matrimonio reintegrato cum eodem viro, attamen cum eadem sit ratio, quæ & in secundo matrimonio, cum alio viro contrahitur, ex quo quoad effectum est diuersum matrimonium, idem dicendum est, de vno casu quod de altero. Quibus intelligimus, minus rectè sensisse Corneum in *conf. 254. nu. 3. versic. item præmittendum. lib. 1. & Cast. in conf. 61. V. istis status communis l. centie. li. 1.* Cum dixerunt, sententiam hanc iure non probari, ex quo prædictæ leges omnes loquuntur de secundo matrimonio cum eodem primo viro reintegrato. Non rectè satis ij senserunt tum ob generalitatem *d. l. dotem.* tum ob id, quod nulla est differentia inter vnum & alterum casum.

Extenditur primo hic casus, vt locum etiam habeat, quando præsumitur illud matrimonium fuit nullum, vt pote de facto tantum contractum, non autem de iure, sicuti contingere posset nostra ætate, quando contractum fuisse matrimonium non obseruata dispositione sacrosancti Concilij Tridentini *sessione 24. c. 1. de reformatione matrimonij.* Nam & hoc in casu dos data in eo matrimonio præsumitur repetita in secundo matrimonio, ritè & rectè celebrato. Ita Bart. in *d. q. 7. Mulier habens amplum. col. 6.* Ruin. in rub. *solut. marr. numero 204. & in conf. 234. numero 5. lib. 1.* Rolandus in *tractat. de lucro dotis. q. 77.* & Phanucius in *commentariis de lucro dotis. in glo. 10. num. 31. versic. quod amplia. ex l. si seruus. in princ. ff. de iure dotium.*

Extenditur secundo, vt locum etiam habeat quando ex

taret in ciuitate statutum, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, & in primo matrimonio, & dotis constitutione, adhibitus fuisse primus ille consensus. Nam contracto secundo matrimonio, adhuc præsumitur eadem dos repetita, & si nullus præcefferit propinquorum consensus. Ita uere sensit, & rectè quidem Phanucius in *tractat. de lucro dotis. in glo. 10. nu. 27.* Hic duo considerantur, voluntas mulieris, & illius potestas. Quo ad potestatem existimo vna cum Phanucio, mulierem hanc sine propinquorum consensu, dare potuisse secundo viro eandem dotem, quam dederat primo. Cum sufficit obseruatam fuisse semel præsumitur dispositionem, quemadmodum dicimus, quod si res immobilis minoris venditur, adhibita iuris solemnitate, & ea uenditio effectum non habet, fortè ob pretium non numeratum, poterit etiam tutor ipse vel alius, absque noua solemnitate emere. *l. tutor rerum. vbi Barto. ff. de administ. tut. Soc. sen. & Iaf. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. posses.* Et ad rem magis pertinet, quod res ecclesiæ semel data in emphyteusim, obseruata solemnitate, si ad eam reuertatur, iterum eodem pacto, absque alia solemnitate alienari poterit. Ita Alex. in *conf. 38. col. ult. lib. 2. & Dec. in Authen. qui rem. n. 19. in fin. C. de sacrosanct. eccles. Ita in hac dote constitutione (inquit Phanucius) sufficit, obseruatam fuisse solemnitatem in primo contractu matrimonij, cum præsertim præsumitur vidua indigeat maiori dote, quam uirgo, vt respondit Bald. in *conf. 102. Mulierem. lib. 4.* Et præterea dando eandem dotem, quæ congrua ei fuit, cum uirgo nupta, non potest dici læsa. Id quod ego intelligerem, quando præsumitur vir paris esset conditionis cum primo illo. Quo uero ad mulieris voluntatem, dicendum est, præsumi eandem dotem dare uoluisse secundo, quam dedit primo. Nam etsi concederemus, mulierem obligari non potuisse impediendo statuto, attamen actus ipse nullus non facit, quin uoluntas eadem sit. Imò dicimus, uoluntatem ex actu etiam nullo declarari. vbi Bart. *ff. de reb. eorum.**

Extenditur tertio, vt præsumatur etiam data dos secundo marito, eadem cum quantitate, & modo, vt dedit primo, vt si tradidit fundum æstimatum, vt emptionem faciat, sic & secundo, vt dicemus infra in *presumpt. 74. in tertia extensione.*

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat, quando mulier habet filios ex illo primo marito. Nam tunc non præsumitur dedisse in dotem omnia illa bona, quæ iam primo viro dederat, sed solum vt secundus uir tantum habeat quantum vnus filiorum primi matrimonij. Non enim quoad præiudicium filiorum, præsumitur uoluisse dare omnia ipsa bona in dotem. Ita Bart. in *d. q. 7. Mulier habens amplum. in solutione. col. 1. versic. 2. casu.* Alexan. in *conf. 144. n. 3. lib. 5.* Ruin. in *conf. 151. n. 1. lib. 5.* Curt. Iun. in *Aut. præterea. n. 13. C. unde uir & uxor. Olaf. in decis. 21. col. 6. qui alios nonnullos recenset.* & idem tradit Phanuc. in *commentariis de lucro dotis, in glo. 10. n. 33. versic. item intellige.* Et subiungit idem Phanuc. hoc non habere dubium in terminis, in quibus expressim nõ potuisset mulier dare omnia bona in dotem secundo marito, ob prohibitionem *l. hac editali. C. de secund. nupt. Cum uoluntas, sine potestate nil operetur. Imò idem est, quando statutum permittit dari posse omnia bona in dotem secundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonij. Nam hoc etiam in casu non præsumitur eam dotem secundo viro dedisse, sicuti responderunt Iason in *conf. 50. lib. 1.* Curt. Sen. in *conf. 79. Domina Francischina.* Qui quidem ambo sic declarant statutum Papæ 121. in ciuilib. *rib. de lucris matronalib.* Idem scripserunt Curt. Iun. in *d. Authen. præterea. n. 16.* Rollan. à Valle in *tractat. de lucro dotis. q. 34. in fine.* Ea est ratio, quia tanta est matris pietas & amor erga filios, vt præsumendum non sit, quod eos uoluerit bonis spoliare & secundo viro tradere. Et idè cum diuersa sit ratio inter hunc casum, in quo mulier habet filios ex primo matrimonio, & illum cum non habet, vt manifestum est, sequitur dicendum, non concedi extensionem de vno ad alterum, iuxta ea, quæ scripsi supra *lib. 1. quest. 54. in 2. casu*, vbi explicauit, præsumptionem non extendi de casu ad casum ob diuersitatem rationis.*

Declaratur secundo, vt procedat hic casus solum quo ad quantitatem ipsam datam primo marito, tamen illius primi uiri hæredes, loco quantitatis prædia restituerint, nisi tamen eadem prædia secundo viro tradidisset. Ita respondit Corne. in *conf. 172. col. 2. in 4. dubio. libro 1.*

Ita pariter si mulier non dum exegit dotem ab hæredibus primi uiri, præsumitur dedisse in dotem non ipsum nomen debitoris, sed ipsam quantitatem. Ita Corne. in *conf. 157. n. 8. & in conf. 254. nu. 18. lib. 1.* Bald. Nouel. in *tractat. de lucro dotis. parte 2. priniseg. & Phanuc. in tractat. de lucro dotis. in glo. 10. nu. 32.*

Declaratur tertio, vt procedat hæc præsumptio vt mulier præsumatur dedisse viro nouè ducto, dotem præsumitur illam quam 37

ad utendum, fruendum, intelligi solum respectu fructuum, & ideo consequentia verba, & faciendum perpetuo, intelliguntur, id est, donec vixerit. Quæ sanè consideratio non concludit: cum fructus paraphernalium ab initio non concedantur marito, ut de eis possit ad libitum disponere, sed ut habeat custodiam, & administrationem, & ea impendat pro communi usu uxoris, & proprio, ut diximus supra. Et ideo verba hæc magis conveniunt fructibus dotis, quos ipse maritus suos facit, & ad libitum de eis, dum vivit, disponit. Non hic commemorato alia verba prædictis similia, quibus dominij translatio, & consequenter dotis constitutio significari potest. Multa enim haberi possunt ex his, quæ dicemus infra in præsumpt. 29. ad fin. ubi de re à patre data filio in peculium vel donata, differemus.

30 Secundum est signum, quod colligitur ex his verbis, quod supra dicitur. Nam supra dicitur quoddam dotis augmentum. Ita sentit, & pro absoluto habuit Ruin. in d. conf. 222. nu. 7. lib. 1. Verum de eadem facti specie interrogatus, dissentit Deci. in d. conf. 521. numero 11. vers. non obstat quod. Cum dicitur, quod supra, exponatur, id est, ultra, & ex conducto. s. si vis temporis, vers. sed si labes, ff. locati. & l. mortuo. s. ob donationes, vers. item si locatio, ff. sol. matr. Quæ quidem consideratio nil videtur: quia etiam si exponimus ultra dotem, non tamen fit, quin dici possit augmentum dotis, quod est proprie ultra dotem principalem.

32 Tertium est signum, quando dos ipsa iam data marito esset tenuis, cui si coniungeretur, deinde traditum ab ipsa muliere, efficeretur dos congrua, & digna illo marito. Ita sentit Bald. in d. l. nulla, numero 2. in fin. C. de iur. dot.

Nec quicquam arguet considerationes Ruin. in Rubr. ff. sol. matr. numero 191. quia etsi mulier nupta, non sit magis obligata ad dotem, quam ad consignationem paraphernalium, intelligi etiam potest, quod traditio facta fuerit causa paraphernalium. Nam responderit, quod cum agatur de interpretanda mulieris dubia voluntate, dicendum est, eam voluisse causa dotis tradere, ut dotem congruam, & viro dignam constitueret, atque id faciat, quod iuri & æquitati convenit.

33 Quartum est signum, quando maritus ipsi dote sibi iam constituta recipit alia bona ab uxore, & eis vitur recipiendo omnes fructus tam naturales, quam industriales, & illos pro sui voluntate consumpsit, etiam ad propriam sui utilitatem, sciente & patiente ipsa muliere. Nam tunc præsumitur, quod bona illa, è quibus fructus percipit, fuerint sibi tradita non ut paraphernalia, sed ut dotalia. Ita docuit Ruin. in Rubr. ff. sol. matr. num. 193. vers. tertio limitari. Et motus est Ruin. in illi traditione Saliceti in l. filie cuius. C. famil. ercis. & in l. si donatione. C. de collat. cum dixit, quod licet traditum à patre filio, præsumatur in peculium: attamen si diu, ut pura per decem annos passus est pater filium percipere & consumere fructus, præsumitur patrem donasse bona illa. Qua de re copiosius differemus infra in d. præsumpt. ad fin.

34 Quintus est casus, quando mulier ipsam dotem viro constituit, vel promittit, sed bona sua, quæ non tradidit marito expressè, passa est ab eo possidere, & de fructibus ad libitum disponi vique ad eius mortem. Hoc casu non præsumitur titulus dotis, sed potius quod concesserit ut bona paraphernalia. Ita Bart. in d. disput. 7. in solutione, numer. 3. Bald. Nouel. in d. privileg. 14. colum. ultim. vers. tertius est casus. & Ruin. in d. Rubr. ff. in d. sol. matr. num. 195. vers. tertius est casus.

35 Ea ratione moti sunt, quia ex sola patientia, etiam si ipse diuturna, non ostendit præsumptio tituli, quando agitur de magno præiudicio, ut est de amissione dominij. nullo. C. de rei vend. & l. diuturna. C. de præscr. long. temp. & in specie idem annotavit Bart. in l. cum de in rem verso, numero 7. vers. si vero tractatur de magno, ff. de usuris. qua de re differemus infra in præsumptio. 131. numer. 94. ubi explicabimus totam illam traditionem Bart. in d. l. cum de in rem verso. Et hæc quidem opinio retinenda est, etsi Bald. in consil. 100. mulierem maritum, libr. 4. contrarium responderit.

36 Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando maritus publicè, & palam, sciente muliere asseruit se possidere, & retinere dicta bona, ut dotalia uxoris suæ. Nam tunc dotalia præsumuntur. Ita Bald. Nouel. præcitaro in loco post Salic. in l. nulla. C. de iur. dot. Idem sentit Calca. in consil. 11. colum. 3. vers. adest etiam alia.

Secundum caput huius disputationis est, quando constat bona non esse dotalia, quippe quæ nec verè, nec præsumptivè data fuerint in dotem: an modò præsumantur paraphernalia, vel extra dotem? Et dicendum est, in dubio præsumi

37 texta dotem. Ita respondit Comen. in consil. 104. quæritur nunquid. Est ratio, quia ut dicatur ipsa paraphernalia, requiritur (ut dixi supra) aliquis actus vel traditionis, vel illationis in domum: qui sanè actus non præsumuntur, cum sint quæ facti. l. in bello. s. facte. ff. de capt. & postlim. reuers. Hæc tamen traditio locum non habet, quando bona ipsa diu suis

sent administrata tanquam paraphernalia. Ita declaravit Comen. in d. consil. 104. cui multi subscripserunt. Et idem sentit Iaf. in l. maritus, in fine. C. de procurator.

PRÆSUMPT. IX.

Fructus bonorum dotalium, paraphernalium, & extra dotem, an & quando præsumantur, mulierem ita concessisse marito, ut dicatur eos superlucratus.

S Y M M A R I A.

- 1 Paraphernalium bonorum administratio & custodia, mandata dicitur marito.
- Secus in bonis extra dotem, n. 2.
- 3 Paraphernalium bonorum, & eorum quæ mulier habet extra dotem, quoad fructuum perceptionem, nulla est differentia.
- 4 Dotalium bonorum fructus, matrimonio constante, mariti efficiuntur.
- 5 Fructuum rei mulier dotis nomine tradens, ius usus fructus marito concessisse præsumitur, quod soluto matrimonio restituitur.
- 6 Paraphernalium bonorum fructus, aut extra dotem, si adhuc extant, mulieri vel eius heredibus sunt restituendi, nec maritus eos lucratur.
- 7 Paraphernalium bonorum fructus, inuita muliere consumens maritus, siue naturales, siue industriales, siue civiles sint, restituere tenetur. Ratio redditur, n. 8.
- 9 Possessor quilibet male fidei omnes fructus, vel eorum estimationem restituere tenetur.
- 10 Paraphernalium aut bonorum extra dotem, fructus industriales, volente muliere maritus consumens, ad estimationem non tenetur. Contraria refertur opinio, num. 12.
- Tertia opinio, quæ distinguit, n. 15.
- 11 Usurarium lucrum inhorretum est, & odiosum.
- 13 Residere, verbum, est ejus, & finititer stare.
- 14 Possessor bonæ fidei quis dicatur.
- 16 Fructus naturales magni valoris, quando restituat maritus, Et quid de modicis, n. 17.
- 18 Fructus qui magni vel modici valoris sint, arbitrabitur iudex.
- 10 Paraphernalibus in bonis aut extra dotem, nec consentiens, nec contradicens mulier, quoad fructuum perceptionem, & consumptionem, tenetur maritus ad restitutionem tam naturalium, quam industrialium.
- 20 Tacens habetur pro consentiente, quando ultra taciturnitatem interuenit aliquis actus positivus.
- 21 Paraphernalium bonorum fructus præsumitur virum habere voluisse, nullam quando mulier dotem constituit. Idque præsumitur si maritus diu possiderit, num. 22.
- 23 Fructus non præsumuntur consumpti, sed adhuc extare.
- 24 Res quamuis mobilis extare præsumitur, nisi probetur amissa.
- 25 Fructus quando extare, vel consumpti præsumantur, iudicis arbitrio tribuendum.
- 26 Fructus qui & quot percepti sint, coniecturis probari posse.

EXPLICAVIMVS superiore præsumptione, quæ dicitur bonorum dotalia, quæ paraphernalia, & demum quæ extra dotem, & quando præsumantur talia. Nunc differendum est de eorum fructibus, an scilicet & quando præsumantur acquisiti, & facti ipsius mariti? Præsumuntur tamen hoc explicem, repetendum est hic vnum, quod paucis exposui superiore præsumptione, bona scilicet paraphernalia in co vitæ differre à bonis, quæ dicuntur extra dotem, quod bonorum ipsa paraphernalium custodia & administratio mandata dicitur marito, l. ult. C. de pact. conuen. & manifestè responderunt Rui. in consil. 222. num. 2. libro 1. & Dec. in consil. 521. num. 11. qui ambo de eadem facti specie responderunt. Cum enim mulier illa marito tradit, vel in domum infert, dicitur committere, & mandare custodiam ipsi marito. Ita Bald. in l. ult. num. 5. C. de sentent. quæ sine cert. quant. Bonorum vero quæ extra dotem, custodiam & administrationem non habet maritus, sed sola mulier, quæ bona illa non tradidit marito, nec in domum intulit, ut declarat Bald. præcitaro in loco. Et idem respondit Comen. in consil. 104. quæritur nunquid, in prin. cui alij multi Doctores subscripserunt.

Cæterum Franc. Aretin. in consil. 159. num. 5. sentit nullam hodie esse differentiam inter bona paraphernalia, & extra dotem, cum generalis esse videatur consuetudo, quod mulieres bonorum quorumcumque suorum administrationem, & custodiã permittant maritis. Dissentit ab Aretin. Socin. Senior in consil. 82. num. 19. lib. 4. qui respondit, non constare hæc de consuetudine generali, sed in eadem difforem esse obseruantiam cum a-

liquis in locis mulieres concedant administrationem horum bonorum viris suis: aliis vero in locis non. Id quod indicat (ait Socin.) redditum à Doctores responsa, de fructibus paraphernalium, & bonorum extra dotem. Ita sanè de iure respondendo, differentiam hæc constituerunt Bald. in consil. 293. factum sic proponitur, in fine. libro 3. & in consil. 478. quædam sunt res, libro 5. Alexand. in consil. 42. num. 3. vers. ex his, libro 1. qui quidem dixit, statum loquens de paraphernalibus, non habere locum in his extra dotem. Crediderim quoad præsentem disputationem fructuum, nullam esse differentiam inter bona paraphernalia, & extra dotem, sicuti nec statum Patavinum, sub Rub. de successione mulierum, c. si aliquis accepit uxorem, constituit differentiam inter vnum & alterum genus bonorum quoad effectum hunc. Etsi enim paraphernalia ea esse dicuntur, quorum administratio mandata & concessa est marito, ut diximus, ita quod inde sequitur viginti fructus eorum percipere, & consumere posse. Attamen idem est de bonis extra dotem, quorum administrationem etsi mulier non concessit marito: nihilominus dum is fructus percipit, & consumit, ea sciente, & patiente, dicitur tunc ipsi viro mandare perceptionem & consumptionem. Et propterea Bartol. in l. pen. in prin. ff. ad leg. Falcid. in extractatione, quando maritus lucratur fructus bonorum, quæ mulier habet ultra dotem: non distinguit inter fructus bonorum paraphernalium, & bonorum extra dotem. Et si consideramus diligenter Doctores omnes, quos infra commemorabimus, intelligemus eos affirmasse, distinctionem illius Martini Sillima. qua usus est Bart. conuenit tam fructibus bonorum extra dotem, quam bonorum paraphernalium. Et nos planius exponemus. His explicatis, dicemus nunc: De fructibus ipsorum dotalium non esse ambigendum, quin illi efficiantur mariti constante matrimonio, l. dotis & fructus. & l. pro oneribus, ff. de iur. dot. & in specie respondit Soc. Sen. in consil. 82. num. 8. vers. quibus præmissis, libr. 4. & idem ego scripsi in consil. 55. num. 7. lib. 1. Idem est dicendum, quando mulier habet solum ipsi fructus, quæ dotis nomine marito de dote, præsumptio est dedisse ius usus fructus in dotem, ut illud solum marito, restituatur, fructus vero ex eo usufructu percepti ipsius mariti fiant, pro oneribus matrimonij, l. dotis, s. si usufructus, ff. de iur. dotum. Et hanc esse iuris præsumptionem scripsit Io. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de præsumptio. s. specul. num. 5. in verbo, in prædictis, concord.

De fructibus bonorum paraphernalium, & bonorum extra dotem, multæ sunt traditiones, & distinctiones Doctores: Illa tamen Bart. in d. l. pen. in prin. ff. ad l. Falcidiam. est magis recepta, sicuti testatur ibid. Alex. colum. ult. vers. quæ videtur, & Afflicti in decis. 44. num. 7. vers. tamen distinct. & secundum eam fuisse iudicatum scriptis Guido Papæ in q. 468. colum. 2. & mihi etiam maximè probatur. Quo tamen clarius eam explicem, distinguo primum duo capita.

Primum quorum est quando fructus consumpti non sunt, sed extant. Hoc in capite communis est omnium sententia, maritum non consequi quod fructus, sed esse restituendos ipsi mulieri, vel ea mortua eius heredibus. Ita de fructibus naturalibus & industrialibus scripserunt Bartol. in d. l. pen. in prin. ff. ad l. Falcid. Bald. in consil. 276. Verba statutorum, in fine. libr. 3. & in consil. 478. Quædam sunt res, libr. 5. Saliceti in l. ultim. C. de pactis conuen. Castrensis in d. l. pen. in prin. & ibidem Alex. colum. ultim. ff. ad l. Falcid. Socin. Sen. in consil. 82. num. 8. ad finem. vers. circa secundum, & num. 9. ubi de industrialibus expressim sic respondit Corn. in consil. 128. col. 4. vers. applicando itaque, lib. 4. qui dixit non habere dubium. Idè de omnibus his fructibus celsit Testaurus in decis. 187. num. 3. Et hæc quidem traditio probatur primo, l. si stipulata. s. 1. ff. de don. inter virum, & uxorem. ubi, si vxor præstiterit marito annum, hoc est, fructus annuos, mortuo marito mulier consequitur quod extat, id est, fructus non consumptos, sed extantes. Probatur secundo, l. ult. C. de pact. conue. ubi datur facultas marito expendendi fructus paraphernalium in communes usus suos, & uxoris. si ergo non expendit sed extant, mulier illos consequitur. Et rursus in fine datur facultas uxori, consequendi usus, sic quæ fructus ab ipsomet debitoribus non obtinente mandato marito facti: si ergo mulier potest non exactas exigere: ergo poterit, & exactas existentes consequi: cum suo nomine acta fuerint. Accedit & tertio ratio, quod cum dominium horum bonorum sit ipsius mulieris, sic etiam eius sunt fructus ex illis provenientes, quos mulier vindicare potest. l. solum. s. meum. ff. de rei vend. Meum est (inquit Celsus) quod ex re mea superest, cuius vindicandi ius habeo.

Secundum est caput, quando fructus sunt à viro consumpti. Hoc in capite distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est quando maritus consumpsit contra voluntatem ipsius mulieris. Hoc in casu, maritus tenetur hos fructus restituere siue sint naturales, siue industriales, siue civiles. Ita absolutè censuit Bart. in d. l. pen. in prin. numero 3. vers. aut sunt consumpti, ff. ad l. Falcid. & ibidem Castrensis. Alex. colum. ultim. Ruinus in rubric. ff. solu. matrimo. numero 198. Socin. Sen. in d. consil. 82. numero 9. vers. aliquando & secundo sunt consumpti, libr. 4. qui expressim de industrialibus respondit. sic & Afflicti in d. decis. 44. numero 5. Et ij quidem moti sunt textu l. de his, in fin. C. de donat. inter virum, & uxorem. quod quidem responsum est clarum, & apertum à fortiori in proprietate ipsius rei paraphernalis. Secundo confert secundum Socin. quod cum fructus fuerint percepti ex bonis ipsius mulieris, vendicari illi possunt, aut eorum æstimatio. d. l. solum. s. meum. ff. de rei vend.

Tertio suffragatur, quod quando mulier declarauit suæ voluntatis non esse, quod fructus sic consumerentur, dicitur reuocasse mandatum custodiæ, & administrationis: cum & tacita voluntate mandatum reuocetur. l. ante litem. & l. si quis cum procuratoris. s. ultim. ff. de procur. & respondit ad rem Decius in consil. 531. numero 12. cum ergo maritus administrationem carens consumpsit, tenetur eos seu eorum æstimationem restituere: sicuti tenetur quilibet male fidei possessor, ut scripsi in commentariis de recuperanda possessione, remedio decimo numero 590. num. 601. & num. 615. ubi demonstraui, possessorem male fidei teneri restituere fructus, tam naturales, quam industriales, & civiles.

Secundus est casus, quando maritus consumpsit fructus, volente, & consentiente uxore. Hoc in casu quod fructus industriales tres sunt Doctores opiniones. Prima fuit eorum, qui absolutè dixerunt, quod maritus non tenetur hos fructus seu eorum æstimationem restituere: sed dicitur illos superlucratus, quia mulier præsumitur donasse. Ita Bartol. in d. l. penult. in prin. numero 3. vers. aut percipit, ff. ad l. Falcid. Bald. in d. consil. 276. Verba statutorum, in fine. libro 3. post Cynum & Raynerium in l. ultim. C. de pactis conue. & ibidem Saliceti. Guido Papæ in q. 468. col. pen. vers. aut maritus, Castrensis in d. l. ult. C. de pactis conue. l. pen. in prin. ff. ad l. Falcid. & ibid. Alexand. col. ultim. Afflicti in decis. 44. num. 5. Quæ quidem traditio probatur eo textu, d. l. ult. C. de pact. conuen.

Cæterum respondit Castrensis. consil. 199. super primo reperio, libro secundo, d. l. ultim. loqui in vsuris, quæ est inter fructus oleant connumerari, ut scripsi in commentariis de recuperanda possessione, in remedio 15. numero 623. Nihilominus diuersam admodum rationem habent à reliquis fructibus industrialibus. Nam in industrialibus non est tantus labor ut in vsuris, quæ à debitoribus inuitis exiguntur. Et rursus lucrum ipsarum est odiosum, & inhonestum: & ideo facilis à muliere remittitur. argum. l. cum possit. in prin. ff. de iure dotum. & l. qui semisses, & l. cum quidam, s. 1. ff. de vsuris. Quæ sanè considerationes leues admodum mihi videntur. Nam ita par labor, & industria consideratur in percipiendis fructibus industrialibus quam in exigendis vsuris. Ita enim fieri potest, ut debitores sint facilis exactiois, & fructuum industrialium perceptio difficilis, ob remporum iniuriam. Quod verò, inquit Castrensis, lutrum esse odiosum, & inhonestum, nil ad rem nostram pertinet, cum præsupponendi sint termini habiles, quod scilicet agatur de vsuris honestis & iure permissis: alioquin nec jure aliquo exigii possent. Quocirca dicendum est d. l. ult. C. de pact. conuen. ita posse & debere intelligi de fructibus industrialibus, sicuti & de vsuris: cum ita illi, ut hæc possint concedi à muliere marito, & ita industria collocari in illis percipiendis, ut in his exigendis. Confert secundo text. l. fructus, ff. de vsuris. quo loci respondit Pomponius, quod si maritus percipit fructus, ex re sibi donata ab eius uxore, quæ sanè donatio non constituit. l. si de donat. inter vir. & ux. & sic dominium manet apud mulierem, maritus ille non restituit fructus industrialibus. Confert tertio d. l. de his. C. de donat. inter virum, & ux. ubi si mulier nihil repetit ex proprietate paraphernalium à marito consumpta, ipsa muliere consentiente, multo minus repetit fructus ex illis bonis perceptos, & consumptos.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, maritum indistinctè, & absolutè teneri restituere hos fructus industriales, seu eorum æstimationem. Ita gloss. in l. ad huc. C. de iure dotum. & ibid. Bald. & idem in l. ult. de pactis conuen. & ibi etiam Angelus, & manifestus Castrensis in d. consil. 199. super primo reperio. colum. 2. vers. breuiter ista dist. libro 2. & eandem vius est probare Socin. Sen. in d. consil. 82. numero 10. vers. tertia fuit opinio, libro 4. Et primò quidem adducti sunt text. d. l. penult. in prin. ff. ad l. Falcid. quo loci respondit Sczuola, quod si maritus administravit paraphernalia uxoris, & ab ea fuit hæres in totum institutus, & grauatus, ut decem vncias filius, duas verò nepoti restitueret, debet ipse maritus, ut sciri possit, an locus sit Falcidie, computare in patrimonio ipsius

434 mulieris, quod ex bonis illis paraphernalibus administratis conieceris est. Loquitur (inquit Castrensis) absolute Scævola tam de fructibus industrialibus quam de naturalibus, & tam de extrantibus quam de consumptis. Nec videtur interpretatio Bartol. cum dixit, Scævola affirmare quidem esse de his fructibus reddendam rationem, sed tamen non affirmare, quod restitui illi debeant. Nam (inquit Castrensis) non conveniret responsio facta interrogatori. Interrogatus fuerat Scævola, an fructus illi sint restituendi: si ergo diceremus, Scævola respondisse, reddendam esse rationem, responsio non conveniret interrogatori: Quæ consideratio Castren. levis est, quia Scævola respondisse reddendam rationem, & non dixit, esse restituendos, dicitur respondisse negative ipsi interrogatori, quod ad restitutionem. Socin. in d. conf. 82. num. 10. in fine, acutus consideravit, quod frustra redderetur ratio perceptionis & administrationis fructuum, si nulla fieri debet eorum restitutio. Rectius & verius responderi potest primo, Scævola loqui eo in casu, in quo fructus ipsi extabant: sicuti significat illud verbum, resedisse. Est enim residere esse & firmiter stare. Vel & secundo, si intelligimus fructus fuisse consumptos, dicere respondimus, d. l. pen. nil ad rem nostram pertinere. solum enim respondit Scævola, in mulieris patrimonio, quod in rationem ille appellat, venire, & computari, quod maritus debuisset ex administratione bonorum vxoris. Porro quid deberet, vel non, Scævola non definit. Nec definire potuit, cum ei propositum non fuisset, quales ii essent fructus, & an extarent, vel consumpti essent. Voluit ergo dicere Scævola, videndum prius est, quorum fructuum debitor esset maritus, & eos deinde in mulieris patrimonio computandos esse.

Secundo motus est Castren. in d. conf. 199. col. 3. vers. præsertim ratio suadet & refert, ac probat Socin. Sen. in d. conf. 82. numero 12. maritum non facere hos fructus suos, ex quo non est bonæ fidei possessor, cum ex rebus alienis percipiat. Ille enim bonæ fidei possessor qui possidet tanquam dominus, sicque cogitatione domini, hoc est, quod credatur dominus. l. apud antiquos. C. de furtis. Sed quando quis scit non esse dominum, & percipit tanquam de re aliena, videtur percipere nomine domini. arg. l. ab uno ff. de neg. gest. & l. fam. ff. fam. ere. vbi Bartol. Et ideo si fructus (dicunt Castrensis & Socinus) statim effecti sunt vxoris, perinde ac si ipsa percipisset, & extantes poterat vendicare, consumptos vero condicere. l. certum. C. de rei vendit. Verum respondetur, quod cum mulier consentiret administrationi & consumptioni factæ a marito, præsumitur ei donasse fructus illos consumptos: atque ita effecisse maritum ipsorum fructuum consumptorum dominum.

Tertio motus est Castren. præcitato in loco, & Soci. in d. conf. 82. num. 12. vers. confirmantur præmissa, quod si de pomis & sic fructibus naturalibus ratio est reddenda, etiam modici sint valoris, & quam vt primum consumuntur in promiscuos usus, quanto magis de fructibus industrialibus, qui multi valoris sunt. Respondetur considerationem hanc non concludere: cum fructuum naturalium alia sit ratio. Nulla enim ibi extat mariti industria. Nec verum est, tenuis valoris restitui, vt dicemus infr.

Tertiam fuit opinio eorum qui distinguebant, quod aut ij fructus industriales consumpti fuerunt in usus ipsiusmet vxoris, vel in communes usus: & tunc ij non restituuntur. Et hoc casu locum habet prima illa opinio Bart. & sequacium. Aut fructus consumpti in usus proprios ipsius mariti, & tunc tenetur restituere. Ita procedit opinio glossæ & aliorum, qui eam secuti sunt, sic distinguunt Bald. in l. si vna matre. C. de bonis mater. & in conf. 478. Quædam sunt res. libro 5. Angelus & Imola in d. l. pen. ff. ad l. Falcid. Francisc. de Albergoris in consilio, quod est relatum in additionibus ad Bart. in conf. 125. libro 1. Idem tradunt Campegius in tracta. de dote. parte 1. qu. 7. & Corne. in conf. 129. colum. 4. libro 4. Hæc distinctio non probatur lege: & quemadmodum primo in casu non fit restitutio, ita nec etiam in secundo. Cum enim in communes promiscuosque usus, maritus cõsumit hos fructus, rectè id facit, lege scilicet permittente. d. l. ult. C. de patris conuen. ibi, Et usus quidem eorum, circa se & uxorem expendere. Secundo vero in casu maritus etiam rectè consumit, cum permittente consentienteque ipsa vxore facit.

De fructibus naturalibus perceptis & consumptis a marito consentiente vxore, distinguit Bartol. in d. l. pen. numer. 3. vers. si vero sunt fructus, quod si sunt fructus multi valoris & ij non præsumuntur donati a muliere ipsi viro, qui propter hæc eos tenetur restituere, in quantum factus est locupletior. Idem affirmant Bald. in conf. 293. factum sic proponitur, colum. ultim. vers. quantum ad primum, & in conf. 437. super dubia. col. 2. vers. & brevissime. lib. 3. Alexand. in d. l. pen. in prim. col. ult. vers. que videtur. Soc. Sen. in d. conf. 82. numer. 8. vers. circa secundum. lib. 4. Afflict. in decis. 44. nu. 5.

Et motus est Bart. textu l. si stipulata. §. 1. ff. de donatio. inter virum & vxor. vbi si mulier quid annuum, id est, fructus annuos, vt diximus supra, præstitit viro, & ex eis factus sit locupletior, condicit mulier. Intelligi hic locus debet de fructibus naturalibus, seu de fructibus annuis, qui præstantur a muliere sine industria mariti. Intelligi etiam debet, quando fructus sunt multi valoris, quia modici valoris non repetit mulier, sicuti probat l. si quod. §. si quas. ff. eod. tit. Hanc sententiam manifestus probat responsum eiuudem Vlpiani in l. ex anno. ff. eod. de donat. inter virum & vxor. ex annuo vel menstruo, inquit Vlpianus, quod vxori maritus præstat, quod superest reuocabitur, si satis immodicum est, id est, supra vires dotis. si maritus, cuius maior est liberalitas. d. l. si stipulata. §. 1. multo magis condicit ipsa mulier. Condicitur ergo quod est magnum, non autem quod est modicum, vt statim dicemus. Confert l. vnum. ff. eod. tit. de donat. inter vir. & vxor. arguendo ab expensis ad fructus. Ibi enim ex genere & modo impense, fit coniectura, an eam donauerit maritus, vxoris negotium gerens: si enim magna est, donasse non censetur, sicuti nec fructus. Cum dixerim ex Bart. & sequacium sententia, maritum restituere prædictos fructus naturales & magni valoris, quatenus ex eis factus est locupletior, obseruandum nunc existimo, maritum præsumi factum locupletiorum. Ita Bald. in d. conf. 293. & conf. 437. Naturales vero fructus percepti, & consumpti a marito consentiente muliere, si modici & valoris erant, non restituuntur: sed donati præsumuntur. Ita Bart. in d. l. pen. in prim. numero 3. vers. aut sunt parui, & ibid. Alexand. col. ultim. vers. que videtur. Afflict. in d. decis. 44. numer. 5. & alii, quos supra commemoravi. Et probat d. l. si id quod. §. 1. ff. de donatio. inter virum & vxor. Confert etiam l. vnum. ff. eod. tit. cuius similis est l. omnino. ff. de impens. in reb. dota. factis. Qui autem multi vel modici sint valoris fructus, credo & relinqui iudicis arbitrio: sicuti colligitur ex d. l. vtrum. quam sic visus est interpretari Euerard. in centuria legali. in loco de verisimili. n. 18.

Tertius est casus, quando sumus in dubio, vt quia non apparet, quod mulier contententur, vel contradicere perceptioni, & consumptioni fructuum. Hunc casum docuit Bartol. in d. l. pen. ff. a l. Falcid. sicuti aduertit Soci. & alii, quos nunc referam. Hoc in casu dicendum est: non præsumitur mulierem consentisse, & propterea maritum teneri restituere omnes fructus, tam industriales quam naturales. Ita Bald. in conf. 293. Factum sic proponitur. col. ultim. vers. quantum ad primum. lib. 3. Andreas Alphesius inter consilia Baldi in conf. 366. Ad euidenciam dicendorum. libro 2. Fran. de Albergoris in d. consilio relato in additionibus ad Bart. in d. conf. 125. Alexand. in d. l. pen. in princ. num. 4. vers. aut voluntas mulieris est. ff. ad l. Falcid. in conf. 42. numer. 2. vers. si vero voluntas. lib. 1. & in conf. 63. numero 7. vers. aut voluntas. lib. 2. Ioan. Campegius in tracta. de dote. parte 1. qu. 9. Ruin. in conf. 162. nu. 26. lib. 3. & in Rub. ff. solui mari. num. 198. vers. si vero. Soci. Sen. in conf. 82. num. 13. vers. quando & tertio, & num. 55. vers. sed quando voluntas. libro 4. Alciat. in resp. 254. num. 3. Gratus in conf. 54. num. 42. & 46. libro 1. & Crauet. in conf. 193. in fine. & Thestaurus in decis. 187. numero 4 & 5. vbi testatur sic iudicasse senatum Taurensem. Nec a prædictis dissentit Comen. in conf. 104. Queritur nunquid, & lat. in l. maritus. in fine. C. de procura. quos sic refert Afflictus in decis. 44. num. 8. Cum Comen. & Iason non loquantur de fructibus, sed de re ipsa principali, an scilicet debeat dici paraphernalis vel extra dotem: & respondit, quod ob longam administrationem a marito factam, permittente ipsa muliere, præsumitur paraphernalis: sicuti diximus superiore præsumptione in fine. Et licet Afflictus dixerit consilium illud Neapolitanum ita pertransiisse in hoc dubio, attamen existimo Afflictum sensisse de dubio principali, quod ibi erat, an illa bona essent paraphernalia, vt dubium hoc proposuit ibi Afflict. num. 3. vers. modo videmus, & num. 4. Nullus itaque est, qui hæcenus a prædicta recepta opinione dissentit. Quapropter in iudiciis obseruanda erunt amicti rationes & argumenta, quibus ad eam firmam vti sunt Doctores, facili negotio possent euitari. Et primo quidem adducitur d. l. pen. in princ. ff. ad l. Falcid. quam diximus supra, nil ad rem pertinere. Secundo, quod donatio non præsumitur, l. cum de indebito. ff. de proba. cum maxime in muliere, quæ sui natura dicitur avara, l. si ego. ff. ad S. C. Velleia. & l. si stipulata, in ff. de iure dot. Quæ sanè regula vera est, nisi alia repugnet fortior coniectura, qualis hæc est, quando mulier passa est fructus consumi a marito pro libera eius voluntate. Tertium etiam argumentum nil videtur, cum dixerunt ex congruentia, quia vir debet alere vxorem ex propriis bonis, non autem vxor debet alere virum, nisi maritus sit inops, vt dixerunt Bald. in conf. 478. quædam sunt res. libro 5. & Socin. Sen. in d. conf. 82. numero 14. libro 4. Nam responderetur, & concedimus argumentum, quod non concludit: etiam quia mulier non tenetur alere maritum: non tamen sequitur quin possit

possit ipsa fructus suos dare viro, vel pati vt eis vratur vir ad communem usum.

Quartum argumentum, quo dicunt præcitati Doctores, mulierem haberi pro dissentiente, ob id, quod mariti reuerentia perterrita ausa non est contradicere iuxta l. i. §. que ornerandæ. ff. quædam verum act. non datur. & tradit Bart. in l. que doris. in ff. sol. matr. Cæterum non concludit, quia quando de vno disputamus, reliqua præsupponuntur habilia, l. qui testamentum. ff. de testam. & c. i. de etate, & qual. in 6. Hic etenim præsupponendum est, quod mulier potuerit consentire, & quod consensus fuerit verus & liber, alioqui frustra disputaremus, an censentur remissi, & donati fructus illi a marito consumpti. Præterea sola reuerentia non sufficit, sed requiruntur verba, vel saltem minæ, vt declarat Iason in dicta l. que doris. num. 96.

Quinto & vltimò argumentatur præcitati Doctores, quod hæc consumptio fructuum respicit præiudicium mulieris, ob id illa tacens habetur pro contradicente, l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. Non ergo mulier dicitur remisisse, & donasse hos fructus, sed teneret eos restituere, seu eorum æstimationem præstare. Hoc etiam argumentum non videtur, quia tacens & habetur pro consentiente, quando vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus positivus. Ita post alios explicat Iason in d. l. que doris, numero 99. ff. sol. matr. sicuti interuenit in casu nostro, nempe consumptio ipsorum fructuum. Hic autem casus locum multò magis habet in muliere minore, quæ legitimo consensu carere dicitur. Ita in specie aduertit Campegius in d. quæst. 9. vers. accederet etiam. His declaratur statutum Bononiæ lib. 4. sub Rubr. de dotibus restituendis. §. præterea. quo cautum est, quod præsumatur mulier consentisse marito, qui fructus percepit, nisi voluntas contraria legitime probetur. Prædictum statutum corrigi primum ius commune, quædo mulier est ætate maior, cum (vt diximus) secundum ius commune non præsumatur consentire. Quando verò mulier est ætate minor, locum non habet statutum, quod in ea non potuit præsumere consentum, ex quo consentire nec expresse potuisset. Et quod in muliere ætate maiore statutum prædictum corrigat ius commune, in specie respondit Gratus in conf. 54. nu. 45. lib. 1. Et dum requirit legitimam probationem contrariæ voluntatis an reiciat præsumptiones, respondit ipse Gratus in d. conf. 54. nu. 53. sed Monterentius in additio. 10. ad statutum, conciliat. Et ad rem aliqua scripti supra libro 1. quæst. 38.

Declarantur prædicti omnes casus, vt locum non habeant, quando & mulier nullam dotem constituit marito. Nam tunc præsumitur, voluisse habere fructus loco dotis. Ita responderit Bald. in conf. 276. verba statutorum, ad si. vers. sequitur videat, libro tertio. quem secuti sunt Ruin. in Rubric. ff. solui matrim. numero 190. vers. sed contrarium puto. & numero 20. vers. sed si nulla. & Crauet. in conf. 193. in fi. Et inquit Ruin. d. numero 200. hoc præsertim locum habere, quando & maritus diu possidet dicta bona. Et subiungit ibidem Ruin. numero 201. quid in fructibus percipiendis. Qua de re nunc non disputo.

Est etiam hic aduertendum, fructus non præsumi consumptos, sed adhuc extare: & ideo maritus, qui asserit fuisse consumptos, probare debet: eum consumptio sit quid facti, quod non præsumitur. l. in bello. §. factæ. ff. de c. & postlim. reuerf. & d. cemus infra lib. 6. præsumpt. 28. Et præterea res & quauis mobilis sit, præsumitur extare, nisi amissa probetur, l. si quis ex argentariis. §. an verò. ff. de eden. & explicabimus infra lib. 6. præsumpt. 34. vbi agemus, quando præsumatur res amissa. Et in specie nostra ita scripserunt Bald. in conf. 293. factum sic proponitur, colum. ultim. vers. quantum ad aliud, lib. 3. & Alexand. in d. l. penultim. in princ. colum. ultim. vers. cum autem. ff. ad leg. C. de pact. conuen. Comen. in conf. 104. colum. 2. vers. quantum autem, & est subscriptio Floriani. & Socin. Sen. in conf. 82. num. 22. lib. 4. Ea ratione moti sunt, quod fructus indies consumuntur, nec præsumuntur durare vltra triennium.

Crediderim hac in re esse multum tribuendum & iudicis arbitrio, qui pro qualitate fructuum personarum, & temporis iudicabit, an consumpti, vel extare dicantur: fieri namque potest, vt tenues essent fructus, & satis inops maritus & iam multo tempore percepti fructus, vt verisimile sit, consumptos illos fuisse. Fieri etiam potest e contra, quod multi magnique valoris sint fructus, & maritus diues, & non satis multo tempore fuerint percepti, ita quod probabile sit, non fuisse adhuc consumptos.

Qui autem, & quor fructus percepti fuerint, & coniecturis probatur. Ita Bald. in conf. 323. proponitur quod dominus, in fi. li. 2. qui dixit, quod sicuti ex fructibus colligitur valor rei, sic ex valore rei colligi posse fructuum perceptionem. Ita dicimus

expensas coniecturis probari. Bart. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig.

Prædictæ omnes disputationes cessant hac in ciuitate Paduæ, in qua extat statutum, sub Rubr. de successione mulier. cap. si aliquis acceperit uxorem. quo cautum est, quod maritus licretur fructus omnium bonorum paraphernalium vxoris, & vndeunque venientium, qui fructus de iure communi spectarent vxori. Quod quidem statutum apparet in multis correctoriorum iuris communis.

PRÆSUMPT. X.

Dos quando a muliere donata præsumatur stipulatore ab illa adhibito, vt soluto matrimonio dos ipsa ei restitueretur, licentia, & diligens explicatio.

SVMMARIA.

- 1 Coniecturis in claris non est opus.
- 2 Stipulator adhibitus ad reddendam sibi dotem soluto matrimonio morte mariti, præsumitur adhibitus tanquam mandatarus. Et quid sit, si morte mulieris matrimonio soluto sibi reddi sita puletur, num. 5.
- 3 Donatio non præsumitur in dubio.
- 4 Dotem mulier vtrum expresse possit alteri donare.
- 5 Donatio in muliere minus, quam in viro præsumitur.
- 6 Stipulatorem ad dotem sibi reddendam adhibendum matrimonio soluto, simpliciter tanquam procuratorem adhibendum censeri.
- 7 Stipulator adhibitus ad reddendam sibi partem dotis, matrimonio morte mulieris soluto, animo donandi censetur adhibitus.
- 8 Intra, & actiones defuncti transeunt in heredem suum.
- 9 Facti que sunt, non præsumuntur.
- 10 Honestas mulieris non patitur, vt iudicium subsellia frequentet.
- 11 Testator relinquens aliquid creditori voluntario, non animo compensandi, sed vt vtrumque haberet, præsumitur reliquisse. Idem si ipse testator non esset debitor, num. 13.
- 12 Debitum necessarium legatum creditori, præsumitur animo compensandi relictum.
- 13 Hereditatem agnoscens, est damnosam, legatâ præstare adstringitur.
- 14 Donationem non in toto nec in parte præsumi, quomodo intellegendum.
- 15 Stipulator adhibitus ad reddendam sibi dotem, casu quo matrimonium per mortem mulieris solueretur, donandi animo interuenisse præsumitur ex opinione Bar.
- 16 Dotem sibi reddi, an ad stipulandum quis possit adhiberi, alio casu quam matrimonio morte mulieris soluto, & num. 19.
- 17 Mulier sibi in dote sua præiudicare potest.
- 18 Dotis actionem consensu filie pater sibi appropriare potest.
- 19 Dotem sibi reddi stipulando adhibitus, quando procuratoris nomine factum præsumatur.
- 20 Actus ob causam præcedentem factus præsumitur.
- 21 Stipulator sibi dotem reddi, non adhibitus a muliere, sed ad patiente, animo donandi non præsumitur.
- 22 Dotem sibi reddi, adhibens ad stipulandum ascendentem, animo donandi mulier fecisse præsumitur.

Debitari sæpe contingit, quando mulier viro dotem constituit, & stipulatorem adhibet, qui dotem sibi reddi soluto matrimonio stipulatur, an hic stipulator adhibitus sit a muliere, vt ei dotem illam donaret, vel vt in tanquam mulieris mandatarius, dotem exigeret? Hac in dispositione distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando versatur in casu claro, in quo apparet mulierem voluisse adhibere stipulatorem illum, vt ei dotem exigendam donaret; vel etiam clarè constat, adhibendum stipulatorem tanquam mandatarium. Hic casus non habet dubitationem: Et in claris non est opus & coniecturis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de legat. 3. & l. continuus. §. cum ita. de verb. obligat. Et hunc casum admittunt omnes in l. que doris. ff. soluto matrimo. ibi Iason numer. 9. in fin. & Bologna. num. 35.

Secundus est casus, quando sumus in dubio, & stipulator ille fuit adhibitus ad stipulandum sibi reddi totam dotem, soluto matrimonio morte mariti. Hoc in casu præsumitur & adhibitus ad stipulandum, non animo donandi, sed tanquam

text. l. idemque. §. si cui mandauero. versic. si mater. ff. mandati. ubi mater dotem filie constituit, deinde mandatum à filia suscepit, ut stipulareretur dotem sibi restitui, atque ita stipulationem interposuit. Dubitatum fuit, an animo donandi adhibita fuerit, ad stipulandum: vel potius procuratorio nomine? Et nomine procuratorio fuisse adhibitam respōdit ibi Vlpianus ex Papiniani sententia. Ea est ratio, quia factus præsumentur factus ob causam præcedentem. l. qui in aliena. §. i. ff. de acq. h. pred. & in specie est gloss. in l. post. dotem. in 3. lect. ff. sol. matr.

23 Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando filia simpliciter admittit, passaque est, matrem stipulari dotem à se datam sibi restitui. Nam tunc non præsumentur ad illa, ad stipulandum procuratorio nomine. Ita declarat Bald. Novell. in dicto privilegio 69. nu. 2. vocans l. si non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati. ubi, si mihi aliquid donasti, & postea te adhibeo ad stipulandum certam summam, vel quid aliud à meo debitore, præsumentur te fuisse adhiberum animo donandi, non autem tanquam procuratorem meum. Et tradit Barto. in l. cum quid. num. 7. ff. si certum peta. & in d. l. que dotis. n. 3. ff. sol. matr.

24 Oportet est casus, quando is, qui stipulatus est dotem sibi restitui, non fuit adhibitus à muliere, sed mulier ipsa passæ est illum sibi stipulari. Potest afferri egregium exemplum, quando frater, qui dispositione statuti excludit sororem bonis patris, et tan en dote constituta: sicuti dispositum est statuto 95. Papiensi in civilibus. sub rubric. Quod mulieres maritate, &c. quando inquam frater dotem pro sorore numerateius marito, & stipulatur sibi eam restitui, decedente sorore sine filiis. Hoc sanè casu mulier non præsumentur donasse ipsi fratri dotem, eueniente casu ipsius restitutionis. Ita inspecie docuit Lucas de Penna in l. unica. colum. penult. versic. hanc faciunt ad questionem. C. de imponen. lura. descript. lib. 10. qui mulieris taciturnitatem perpendit. Et propterea inquit Lucas, quod mulier potest suo testamento de ea dote ad libitum disponere, cum non liceat fratri adhibere illud onus restitutionis. Et Lucas secutum est factum concilium Neapolitanum, teste eruditissimo Vincentio Franco in dicto 196. quod quidem fuit decernit, quoad bona, quæ necessario casu dotis sorori ipsa concessa fuerat. Nam illa frater gravare non poterat, secundum Baldum in l. si ania. numero 10. C. de iure dotium. Quo vero ad bona quæ ultra paterna, ex proprio frater dedit, spectat ipsum sacrum concilium, si cuius fratri onus restitutionis imponere, & consequenter sororem de eis testari non potuisse. Quæ sanè decisio, ut verè, rationi, æquitati quæ maxime contentanea est, sic digna fuit amplissimi. o. illo Concilio, in quo præter eruditissimum ipsum Francum, sedet & Hieronymus Olzianus Patavinus, nunc Proprius meritisissimus, cuius ego singularem eruditionem, summamque integritatem sum summopere admiratus. Et si enim per illustre sapientissimū que virū, de facie nunquam novierim, eius tamè doctissima scripta, quæ pro sua singulari humanitate mihi benigne communicare dignatus est, in tantam me traxerunt admirationem & spem certam, ut debitem nequicquam, quin Præsidis locum sit aliquando ingressurus.

25 Nonus & ultimus est casus, quando descendens adhibet ascendentem ad stipulandum. Hoc casu præsumentur, quod animo donandi adhibuerit. Ita Barto. in d. l. que dotis. nu. 11. & ibidem Iasono numero 55. ff. solut. matrimo. & Iacius Campeg. in tracta. de dote, part. 3. quæst. 112. & Ruin. in consi. 171. nu. 19. li. 1.

PRÆSUMPT. XI.

Donatio inter vivos, vel causa mortis, an præsumentur illa quam mulier facere dicitur stipulatori, qui est stipulatus dotem sibi restitui in casu dotis restituentæ.

SYMMARIA.

- 1 Donatio que stipulatore de dote reddenda facta præsumentur, quando censetur inter vivos. n. 2. & 3. Et quando mortis causa donatio præsumentur. n. 4. & 6.
2 Mortis mentione facta, causa solum donationis, donatio censetur inter vivos.
3 Donatio causa mortis, quibus de causis vocari queat.
4 Mulier adhibens stipulatorem pro se sibi que heredibus, de reddenda dote inter vivos præsumentur donasse.
5 Legatum pendente conditione non transmittitur.
6 Stipulatus sibi partem dotis reddi, matrimonio morte mulieris soluto utrum donatio inter vivos ex parte mulieris præsumentur.

- 14 matur. vel potius causa mortis. num. 14.
11 Mulier coniugata inter vivos donare, in detrimentum mariti nequit.
12 Donationem causa mortis, penitentia donantis revocari.
13 Donationem inter vivos, mutatione voluntatis donatoris, non revocari.
15 Donationem causa mortis, admittere salicili de tractionem.
16 Inventarium quando conficitur, non confunditur actiones.
17 Inventarij beneficium vel l. vlt. C. de iure delib. non erat inventarium tempore l. que dotis. ff. sol. matr.
18 Trebellianicam non detrahit heres, inventario non confecto.
19 Debitor voluntarij legante creditori, compensationi non est locus.
20 Dotem sibi reddi stipulatus mixtim, soluto matrimonio, vel dissolutione, vel morte mariti, aut mulieris, an donatio mortis causa, vel inter vivos præsumentur.
21 Stipulans simpliciter dicitur stipulari in omnem casum.
22 Expressio eorum que tacite insunt, nihil operatur.
23 Dos alteri soluto matrimonio reddi stipulata, si filiorum interstiti donationem eam non revocari, inter vivos censetur.
24 Dos utrum stipulatore donatione inter vivos, vel mortis causa tradita præsumentur, periculum intercepi.

Differimus superiore disputatione certis in casibus, adhiberem ad stipulandum dotem datam mulieri, sibi stipulatore reddi. soluto matrimonio, præsumentur adhiberem animo donandi ipsi stipulatore. sicuti diximus in quinto, sexto, & septimo casu. Nunc dubitatur contingit, an donatio hæc præsumentur inter vivos, vel causa mortis facta? Quæ disputatio distincti sic potest distinguendo & constituendo aliquot casus ex sententia Barto. ibidem, quos suis locis commemorabimus.

Præterea, quæ est casus, quando vel clavis verbis, vel manifestis comitibus constat, quod mulierem adhibendo stipulatorem illam, ut ei donaret inter vivos: Hoc casu cessat omnis dubitatio, atque ita dicitur donasse inter vivos. Ita Barto. in d. l. que dotis. num. 3. versic. nam hæc.

Exemplum afferri potest, quando sunt verba ista, ut dixit, e adhibens stipulatorem ad stipulandum pro se, & restituentem. Hæc enim verba manifeste significant donationem esse inter vivos. l. Bald. in d. l. que dotis. num. 2. in primo casu. C. de iure dotium, qui dixit, hanc esse donationem inter vivos collatam post mortem mulieris, ex l. ubi ita donatio. ff. de iur. em. l. in fin. & alios plures testatur & sequitur Iasono in d. l. que dotis. num. 31. qui num. 34. Rubinag. post Aretin. & alios, multo magis locum habere, quando adhiberem etiam fuit iuramentum.

Secundus est casus, quando stipulatore est adhiberem ad stipulandum, ut pro se habeat post mortem ipsius mulieris. Hoc in casu præsumentur adhiberem ille stipulatore animo donandi causam. Ita Barto. in d. l. que dotis. num. 3. versic. an adhiberem. ff. solut. matrimo. Bald. in d. l. que dotis. num. 3. C. de iure dotium.

Cum enim sit mentio mortis in donatione illa, præsumentur causa mortis facta. l. vlt. C. de iure dotium, de qua tamen dicemus infra suo loco. & melius probat text. in l. vlt. C. de dona. causa mortis.

Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando facta est mentio mortis, causa donationis. Nam tunc non præsumentur facta donatio causa mortis. Ita Bald. in d. l. que dotis. num. 3. in fin. C. de iure dotium, & Iaf. in l. que dotis. nu. 40. & 41. adducti text. l. vlt. C. de iure dotium.

Tertius est casus, quando nulla est facta mentio mortis, sed dictum est, quod non possit vno in casu revocari, ut potest per reconualescentiam. Hoc in casu donatio non præsumentur causa mortis. Ita Bald. in d. l. que dotis. num. 2. versic. secundo casu. C. de iure dotium.

Cum enim donatio causa mortis revocari possit multis de causis, hoc est, reconualescentia donantis, penitentia eiusdem donatoris, & præmorte ipso donatorio. l. non omnis. ff. si certum peta. & declarat Bald. in d. l. que dotis. num. 2. versic. secundo casu. C. de iure dotium. si ergo mulier hæc, promittit non revocare in casu reconualescentiæ, firma manet facultas revocandi ex aliis causis, & consequenter dicitur donatio causa mortis. Ita Bal. præcitato in loco.

Quartus est casus, quando mulier adhibuit stipulatorem ad stipulandum pro se & suis heredibus. Hoc in casu præsumentur donatio inter vivos. Ita Bal. in d. l. que dotis. num. 4. versic. quid enim si iste filius. C. de iure dot. Iaf. Bal. in d. l. que dotis. n. 48. ff. solut. matr. Aret. cos. 74. n. 5. versic. tertio moueri. Soc. Sen. c. 53. n. 5. l. 1. Ea ratio motus est Bal. quia mentio heredum convenit donationi inter vivos, quæ ad heredem transmittitur, non autem donatio causa mortis, quæ donatio habet naturam legati: quod pendente adhuc conditione non transmittitur. §. est & alind. in l. vlt. de donat. & tradunt Doctores in l. vlt. C. de pactis.

Quintus

Quintus est casus, quando verè sumus in dubio, sicuti quando stipulatore à muliere adhibuit stipulatore sibi reddi partem dotis solut. matr. morte ipsius mulieris. Hic casus habet multum dubitationis. Nam multi existimant, hanc præsumentur donationem inter vivos. Ita Barto. in d. l. que dotis. nu. 3. prope finem. ff. solut. matr. & apertius Bild. in d. l. que dotis. n. 4. C. de iure dot. & Campeg. in tract. de dote, par. 3. q. 110. in princ.

Primo adducitur text. l. que dotis. ff. sol. matr. præsumentur, quod ibi stipulatore ille sit adhiberem animo donandi, sicuti demonstravimus superiore disputatione. Quam sane donationem præsumentur inter vivos, ex eo colligitur, quod Paulus Iurisco. appellat mulierem illam debitricem, quæ dici non posset debitor, si donatio fuisset mortis causa facta, quia expectanda fuisset eius mors, atque ita pendente ipsa conditione, dici non potuisset debitor. Et propterea stipulatore ille appellatur creditor, dum inter cæteros creditores enumeratur. Ergo donatio fuit inter vivos, quia si esset causa mortis, ille stipulatore non diceretur creditor, conditione (ut dixi) pendente.

Verum respondere potest, quod imò præsumentur donatio causa mortis: Quandoquidem mulier illa erat coniugata, & propterea non poterat donare inter vivos, quia detrimentum fuisset illatum marito, iuxta l. 2. ff. de pact. dotal. & l. quamvis. C. eod. Ergo fuit donatio mortis causa.

Nec obstat, quod mulier ibi appellatur debitor: & ille stipulatore connumeretur inter creditores: quia responderet, mulierem appellari debitoricem respectu aliorum creditorum, quorum causa dixerat futuri consulit hereditatem fuisse damnosam, & paulo post mentionem facit creditorum. Ille vero stipulatore appellatur creditor, posteaquam euenit casus donationis.

Secundo adducitur text. l. cum maritus. §. vlt. ff. de pactis dotal. mulier facta est cum marito, quod si ipsa prius moreretur dos restitueretur fratri suo, mulier decedens res quædam legavit marito. Ille frater petebat à marito res dotalis ei legatas sibi restitui. Dubitatum fuit, an restituenda essent. Et respondendum videtur, non esse restituendas, quia mulier adhibendo fratri donavit ei post mortem suam, & ideo videbatur donatio causa mortis facta quæ penitentia donantis revocari potest. l. non omnis. ff. si certum peta. & l. vlt. C. de dona. causa mortis.

Com ergo mulier res quædam ex dotalibus legasset marito, videtur penitentia donationis factæ fratri suo. l. rem legatæ. ff. de adim. lega. Contrarium decidit Scævola in d. l. cum maritus. §. vltim. quod imò maritus teneatur restituere res illas dotalis sibi legatas iam donatas fratri. Ratio est, quia illa donatio censetur facta inter vivos, & si collata post mortem & consequenter irrevocabilis, & ob id mulier legare nil potuit ipsi marito.

Verum respondetur præterea vna cum Barto. d. l. que dotis. num. 3. versic. contra istud. ff. solut. matr. quod in casu §. vlt. ob id existimant Scævola, donationem fuisse inter vivos, quia geminata actus stipulationis & promissionis intercessit. Vnus fuit mulieris erga fratrem ipsum suum, alter mariti erga eundem uxoris suæ fratrem. Et hanc Barto. interpretationem probat, ut ibidem Iasono. num. 35. & Bolog. num. 46. versic. post etiam. Aretin. in cons. 74. col. 2. versic. secundo moueri. Soc. Sen. in cons. 53. num. 4. versic. confirmantur prædicta. lib. 1. Nec repugnat consideratio Imole aduersus Barto. quia illi respondet Aret. præcitato in loco, quod probat & Iaf. in d. l. que dotis. nu. 37.

Respondet secundò Iaf. in d. l. que dotis. nu. 38. quod in casu d. §. vlt. tria concurrerant, nempe geminata stipulatio, promissio & sanguinis coniunctio. Nam mulier illa donauerat proprio fratri. Quæ quidem interpretatio vera non est, quandoquidem Scævola fundamentum non facit in illa sanguinis coniunctioe.

Respondenti tertio potest & rectius, quod in casu d. §. vlt. pro constanti præsumentur Scævola, donationem illam fuisse inter vivos. Nam forte adferunt verba satis certa & clara, significatiua donationis inter vivos. Non enim de hoc erat dubitatio apud Scævola, sed solam, an legatum à muliere factum marito, confiteretur. Hanc interpretationem probavit glo. ibi. & Bolog. in d. l. que dotis. nu. 46.

Tertio allegari solet text. l. 2. C. de iure dotium. ubi Bald. numero 4. scribit ibi expresse distingi, hanc esse donationem inter vivos. Et eandem interpretationem pius probavit Ioannes antiquus glossator, ut refert ibidem Salic. colum. 1. versic. ideo Ioannes. Ibi enim filia stipulata est partem dotis à matre dare: Deinde mater filiam ipsam vna cum filio heredem instituit, & etiam filia prælegata reliquit, iussit quæ eam tacita, & contentam ea portione & prælegatis esse, causa illius partis dotis à se stipulata, atque ita maritum esse liberum à restitutione illius portionis dotis. si ergo (dicebat Ioannes, & post eum Salicet.) probetur, filiam agnouisse prælegata, à petitione dotis submouebitur, atque ita ex

eo repelli non potest filia à petitione portionis dotis, quod donatio illa inter vivos reuocari non possit, sed ex eo, quod agnoscendo prælegatum, ipsam excludit.

Verum respondere potest, quod imò in casu d. l. 2. erat donatio causa mortis. Id quod significant illa verba, dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari. Hic non apparet de aliquibus verbis significantibus donationem inter vivos: & facta est mentio mortis. Ergo præsumentur donatio causa mortis, iuxta l. vlt. C. de dona. causa mortis. & dixi supra. Hoc idem suaderet, cum dixit Antoninus Imp. filiam matris heredem ex multo minori portione repelli non posse exceptione doli, nisi liquidò probetur, matrem mutasse voluntatem. Hic pro constanti præsumentur Antoninus matrem illam potuisse mutare voluntatem. Ergo fuit donatio causa mortis: quia donatio inter vivos mutatione voluntatis donatoris reuocari non potest. l. perfecta. C. de donatio que sub modo. Nec hic obstat, quod post Ioannem dicebat Salicet. ubi supra, hanc donationis reuocationem fieri, ex eo, quod si filia agnouit prælegata, se ipsam excludit: Nam respondetur, Antoninum referre verba illa, mutasse voluntatem, ad personam ipsiusmet matris, quæ donauit: Et ideo non possunt intelligi de mutatione seu reuocatione, ex facto, & acceptatione filia: donataria.

Contra iam itaque sententiam, quod imò hæc sit donatio causa mortis, probatur Azo, quem refert Barto. in d. l. que dotis. num. 3. qui quidem Azo ita intellexit d. l. que dotis. Idem sentit gloss. in d. l. 2. C. de iure dotium. Idem etiam sentit sacrum consilium Neapolitanum referente Vincentio Franco in decis. 196. num. 5. post Nepodanum, quem allegat.

Primo ex d. l. que dotis. quam dixi supra probare hanc sententiam, ex quo ibi facta est mentio mortis. Nec obstat consideratio Barto. in d. l. que dotis. num. 3. Cum dixit intelligi non posse de donatione causa mortis, ob id quod donatio causa mortis admittit deductionem falcidia. l. 1. §. si quis mortis. ff. quorum lega. & in l. donationibus. C. ad l. falcid. si ergo esset donatio causa mortis, & admitteret deductionem falcidia, dici non posset in casu d. l. que dotis. quod ille maritus teneatur ultra vires hereditarias. Nam responderet, quod maritus ille non conuenit tanquam hæres mulieris, quo in casu locus esset ipsi deductioni falcidia. d. l. 1. §. si quis mortis. sed conuenit maritus tanquam promissor: ideo locus non est falcidia. Et licet marito debitori hæredique, beneficium inuentarij prodelle possit, ne teneatur ultra vires hereditarias, ut dixit glo. penult. in d. l. que dotis. attamen à beneficio inuentarij, ad ipsam falcidiam argui non potest isto in casu, tum quia eo iure adhuc inuentarij beneficium non fuerat introductum, l. vltim. C. de iure delib. tum etiam quia in inventario agitur de damno evitando. d. l. vltim. §. licentiam. In falcidia verò deductione agitur de lucro consequendo. Et rursus accedit, quod ubi conficitur inventarium, non confunduntur actiones, quas deinde debitor ille cedendo liberatur. Id quod non contingit adita hereditate sine inventario, ut sic adita fuerat in casu d. l. que dotis. cuius tempore (ut dixi) nondum illud inuentum fuerat. Atque ita adita hereditate teneatur in totum, etiam si donatio fuerit causa mortis. Ita enim dicimus, quod hæres adita hæreditate, non confecto inventario, non potest detrahere Trebellianicam, ex quo per aditionem sine ipso inventario, censetur se obligasse ad restitutionem totius hereditatis, & solutionem debitorum: Sicuti tradunt Bald. Involæ & Comens. in l. cum tale. §. 1. ff. de cond. & demonstr. Bild. Salicet. & Fulg. in authent. sed cum testator. C. ad leg. falcid. & Iasono in l. vltim. §. vltim. num. 2. C. de iure delib. qui idem esse affirmant in deductione ipsius falcidia. Non etiam obstat, quod si fuisset donatio causa mortis, illa censetur reuocata ex eo, quod mulier donans instituit heredem ipsum maritum, ut scribunt Ange. & Castr. in d. l. que dotis. in fi. Nam responderet, quod donatio illa præsumentur reuocata, quando ipsi marito debitori relicta fuisset liberatio, alio hæredem instituto, ut declarat Castr. in l. cum quis decedens. §. nuptura. de leg. 3.

Secundò hanc sententiam probat text. l. 2. C. de iure dotium, ut attigi supra. Et præter ibi dicta, alia mouet ratio, ut dicam donationem hanc fuisse causa mortis. Nam si fuisset donatio inter vivos, res parum dubitationis habuisset: quin potuisset Polla illa, consequi portionem hereditatis maris, & dimidiam dotis à se stipulata, quia iam donata inter vivos eius propria effecta fuisset, nec locus fuisset compensationi, quia quando debitor voluntarij legat creditori, non est locus compensationi, l. cum dote. §. si pater. ff. soluto matrimonio. & l. creditorem. ff. de leg. 2.

Non ita est in donatione causa mortis facta, quia illa adhuc ut non debita tempore confecti testamenti à matre compensari, seu illius loco aliud legari dicitur.

Tertio maxime confert text. in l. vlt. C. de dote. præleg. Scia

Primò offertur text. l. ultim. cum auct. ibi posita, C. de do-

Secundò accedit ratio, quod ubi sumi potest coniectura,

Ex tenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat,

Primò ea ratione fulcitur hæc opinio, quia quando præ-

Secundò accedit, quod hic ignobilis videtur id fecisse,

Tertiò confert secundo Aretinum in d. c. super eo. il. 2.

Primò ea ratione moti sunt, quod hic adest causa remu-

Præterea non videtur hæc benemerita digna aliqua con-

Secundò motus est Salicetus in d. l. 2. in fine. C. de dote causa

matrimonium.

Ceterum respondetur, id procedere, quando verè fuit

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quan-

Verum idem Socinus in d. l. 1. n. 3. visus est dissentire etiam

Declaratur tertiò non habere locum, quando iam præ-

Declaratur quartò, vt non procedat, quando t vir sic

Declaratur quintò, non habere locum quando vltra con-

nunc mihi magis probatur. Nam (vt ex prædictis aliqui

Secunda est coniectura, & dixit, ei ea legata relinquere vltra

Tertia est coniectura, t si constat partem illius dotis

Quarta est coniectura & indicium, si vltra mariti con-

Declaratur sextò vt locum non habeat, quando t vir iur-

Declaratur septimò, vt locum non habeat, t quando constat

Confert quod docuit Bart. in l. post contractum, num. 6. ff. de

Ceterum si maritus t exciperet, solummodò prædictam

Declaratur octauò vt locum nò habeat hic casus, quando t

Secundum est huius disputationis caput, quando scilicet

Primus est casus, quando cõstat vt præsumitur, quod mar-

Ceterù quod si dictum fuit, morte confirmari hæc cõfes-

Secundus est casus, quãdo confessio hæc dotis facta est

Quo itaq. ad iuramentum confirmatoriũ, duæ sunt opinio-

Secunda fuit opinio, quod t imò hæc confessio reddat

Et hæc quidem declaratio locum habet etiam in hæredè i-

Facit contra Mo. Nachus Ans. 260 n. 240

Guarimoy de sept. Rom. 4. Cap 593 n. 6.

44

45

46

vt simulatam reuocare. Ita sanè sentit Castren. in *conf. 383. circa primum. col. 2. vers. nos autem. lib. 2. Soc. Sen. in conf. 82. num. 2.*
 47 *lib. 3.* Ea ratione ij moti sunt, quia ꝑ præfians iuramentum super actu simulato, non potest simulare simulationem, quia allegaret & detegeret propriam turpitudinem, contra *l. alios. vbi Doct. ff. de iur. iurand. sic tradunt Butrius, Abbas & Imola in c. cum contingat, de iur. iurand. Imola in l. nemo potest, & ibidem Iaf. in l. lectura. nu. 54. & Ripa nume. 76. de leg. 1. Ruin. in conf. 81. nu. 20. lib. 3. & latè Paril. in conf. 53. num. 37. & in conf. 54.*

Secunda fuit opinio eorum, qui existimant, confessionem hanc, & consequenter donationem ex ea prouenientem, ꝑ non reddi validam: atque ita maritum posse illi contrahere. Ita Socinus in *d. l. 1. nu. 103. ff. sol. matr. & eo prius ac apertius Baldus Nouellus in tract. de dot. in dicta parte 10. nu. 10. vers. Nec obstat dictum Cyni, quem secuti sunt. Ruinus in conf. 130. nu. 4. & in conf. 190. nu. 8. libro 1. Parisius in conf. 42. num. 5. lib. 1. Bellonus in conf. 47. num. 7. & in conf. 48. nume. 4. & Didacus in lib. 1. variarum resolut. cap. 7. n. 5. sic etiam Emanuel Costa in *l. si ex cautione, in 9. fallent. in fin. C. de non num. pecun.**

Tertius est casus, quando confessio dotis receptæ constante matrimonio, facta est in vltima dispositione, vt in testamento & codicillis. Ea ambigitur quo animo facta fuerit, an scilicet sub spe futuræ numerationis, vel donandi animo? Hoc in casu receptæ est Doct. sententia, præsumi animo ꝑ donandi factam confessionem. Ita post Alex. in *l. si diuortio, numero 5. ff. de verb. oblig. scripsit Socin. in d. l. 1. numero 99. ff. solut. matrim. Et præter Socinum idem affirmantur Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia, in fine, de leg. 3. Roma. in conf. 445. num. 9. Cast. in conf. 383. circa primum. col. 2. vers. 4. Alex. in conf. 142. numero 4. lib. 5. Parisius in conf. 62. in fi. libro 1. Idem ego respondi in *conf. 81. numero 15. lib. 1. vbi recensui alios sic affirmantes. Et moti ij sunt l. qui testamentum, ff. de probat. & in d. l. cum quis decedens, §. Titia. Et accedit ratio, quia quando testator in testamento, vel codicillis sic confitetur, nulla subest spes futuræ numerationis, vt inquit gl. in l. vltim. C. de falsa causa adiecta legat. quam dixit singularem Bald. in *l. de pace Constan. in verbo, vafalli. Cum ergo non præsumatur facta confessio spe futuræ numerationis, sequitur dicendum præsumi factam animo donandi. Cæterum ratio hæc omnino concludere tantum videtur, ꝑ quando testator laboret in extremis: secus vero si esset sanus: quia tunc spem futuræ numerationis habere potest.***

Quartus est casus, quando maritus constante matrimonio confessus est se recepisse dotem, & renunciauit exceptioni dotis non numeratæ. Hoc in casu disputatio est de voluntate ipsius mariti conscientis: an scilicet confessus sit fuerit spe futuræ numerationis, vel animo donandi? Recepta *Doctorum sententia est, ꝑ quod donandi animo sic confessus fuerit, ita docuit Soci. in d. l. 1. nu. 200. ff. solut. matrim. post Imolam in l. si constante. ff. solut. matr. & Areti. in l. si diuortio, de verborum oblig. & in conf. 86. num. 3. Et his accedit Alex. in conf. 142. n. 5. lib. 5. qui communem esse testatur, & ait in consulendo & iudicando non esse ab hac recedendum. Ita quoque Ruinus in conf. 130. nu. 1. & in conf. 190. n. 5. lib. 1. in conf. 132. numero 15. in consilio 137. numero 6. libro 4. in conf. 56. numero quarto. & in conf. 163. numero 4. lib. 5. Goltz. d. in consilio 28. num. 21. Bellonus in conf. 4. num. 2. & in conf. 47. nu. 3. & in conf. 48. nu. 1. Paril. in conf. 86. num. 35. lib. 3. Didacus lib. 1. var. resolut. c. 7. num. 4. vers. ego opinor. Et huius quidem traditionis ratio est, quia maritus ꝑ renunciando ipsi exceptioni dotis non numeratæ, significat spem non habere quod sibi numeretur: & propterea non potest dici confessio facta spe futuræ numerationis, sed donandi animo. Comprobatur hæc opinio ex his quæ dicemus in prima extensione subsequenti casus, vbi facta confessione & lapio tempore opponendi exceptionem non numeratæ dotis, præsumitur facta confessio animo donandi, cum maritus permittendo labi tempus ad opponendū prædictam exceptionem, censetur tacite illi renunciaisse, iuxta glo. l. si ego. ff. de neg. gest. si id contingit in hac expressa, iuxta glo. notab. in l. 2. C. de dotis promiss.*

Nec obstat, quod docuit Bar. in *l. asidius. C. qui potio. in pig. hab. cum dixit, confessionem mariti sic factam cum hac renunciatione, operari ne maritus possit opponere eam exceptionem dotis non numeratæ. Nam respondet Socin. in d. l. 1. nu. 100. in fi. Bartolum loqui de confessione facta ante contractum matrimonium. Qua de re diximus in præcedenti capite in *1. declarat. secundus casus. Et hunc casum intellexit Bellon. in d. conf. 4. num. 2. procedere etiam si nulla facta sit renunctio.**

Quintus est casus, quando dos ante contractum matrimonium fuit promissa: deinde post contractum ipsum matri-

monium maritus confessus est recepisse dotem ipsam. Hoc in casu recepta est Doctorum opinio, quod maritus ꝑ sic confessus sit, non spe futuræ numerationis, nec etiam animo donandi: sed quia verè dotem ipsam receperit. Ita Petrus, Cynus, Fulgofius, Salicetus & Callren. in *l. in contractibus. §. sed quoniam, C. de non num. pecun. Bar. in auben. de tempore nõ solut. & pecunie. in princip. n. 6. Roman. in conf. 435. nu. 7. & in l. si constante, in princ. nume. 44. ff. solut. matr. Cast. in l. pen. §. si vir, nu. 3. ff. eodem. solut. matrim. & in conf. 383. circa primum quo. col. 1. vers. secundus casus, lib. 2. Ancharanus in conf. 307. Alexand. in d. l. penult. §. si vir. Baldus Nouellus in tract. de dote, parte decima, numero 18. Felinus in cap. si cautus, numero 82. de fide instrum. Afflicti. in decif. 402. num. 2. Rubens in conf. 78. in fi. Crauet. in conf. 40. col. 1. vers. secundum quia, & Didacus lib. 1. var. resolut. cap. 7. num. 6. vbi communem esse testatur. Et multi ex prædictis eiusdem opinionis recentent Ioann. Andreæ, quem aliter est interpretatus Socinus, vt dicemus infra, ibi. Illis etiam securitatibus, quæ post confessionem dotalem instrumentorum de soluta dote, vel ex parte, vel in solidum exponuntur, nullam non numeratæ pecunie exceptionem penitus opponi. Et licet illa verba, dotalem instrumentorum, possint intelligi secundum gloss. Bartolum, Baldum, & Alberic. ibi, quod maritus semel confessus fuerit recepisse dotem, atque ita geminatam esse confessionem, ꝑ quæ exceptionem non numeratæ dotis excludat: at tamen, intelligi etiam possunt, vt significant, dotis promissionem præcessisse. Secundo rationem prædicti perpendunt, quia non videtur hoc fieri spe futuræ numerationis, quia priusquam maritus habeat vxorem obligatam ad ipsam dotem, iam habet, quod affectauerat, nempe vxorem dotatam, quam vxorem potest ad libitum conuenire pro solutione dotis. Quæ sanè ratio cessat, quando maritus sic confitetur ante contractum matrimonium, quia viri vt plurimum inducuntur ad confitendum recepisse dotem ad hoc, vt ipsam vxorem habeant, sperantes postea sibi solutum in dote.*

Contrariam tamen opinionem ꝑ veriores esse scripsit Soci. in *d. l. 1. nu. 102. vers. sed conclusio mihi nunquam. ff. de non num. pecun. nu. 95. iam dixi: at hanc confessionem prædicare marito confidenti, & eius successoribus: sed ibi Socinus loquitur de confessione receptionis, facta ante contractum matrimonium: Hic verò post ipsum matrimonium. Hæc volui dixisse, ne inconstantia arguatur Socinus: sic etiam Emanuel Costa in *l. si ex cautione, in fall. 14. vers. ego opinor. minus, C. de non num. pec.**

Primo ex ratione motus est: quia illæ rationes quæ reddunt suspectam hanc confessionem, vt scilicet præsumatur facta animo donandi, locum habent etiam quando iam præcessit promissio ipsius dotis. Et præsertim, quia factus quis ꝑ se obligat & renunciat, quàm quod re ipsa docet, sed si ego. ff. ad Velleia. & tradit Barto. in *l. si duo, ff. de verb. oblig. Verùm responderi potest, quod si maritus habuisset animu donandi, non curasset sibi fieri promissionem illa dote ante contractum matrimonium: sed eo tempore confessus fuisset se eam recepisse, id quod est magis verisimile. Cum vir minus tunc impediatur donare, quàm post contractum matrimonium.*

Secundo mouetur Soc. quia *d. l. in contractibus, §. sed quoniam, tollit quidem exceptionem dotis non numeratæ, non autem simulationis ꝑ quæ perpetua est, l. sub specie, C. de postul. Respondeatur & negatur prædicta ratio, quod hic adit simulatio.*

Tertio mouetur Socinus, quod quando maritus confessus est recepisse dotem, illa confessio significat, quod numeratio facta fuerit tempore illo confessionis: sicuti docuit Bar. in *l. post dotem, q. 1. ff. sol. matr. atque ita tempore iam contracti matrimonii, quo sanè tempore videtur mulier nihil ex suo tradidisse: cum omnia bona ipsius mariti esse præsumantur, l. etiam, C. de iure dot. Ergo maritus præsumitur sic confessus animo donandi.*

Cæterum leuis est Socini consideratio, quæ solum posset habere locum, quando ipsa met mulier, quæ non appareret vnde habeat bona, dotem ipsam promississet. Secus verò quando vel à patre, vel aliis promissa fuit dos nomine mulieris: vel ipsa met muliere, quæ bona haberet.

Quarto mouetur Socin. auctoritate Ioan. Andr. in *addit. ad Spec. in tit. de donat. inter virum & vxor. qui sic distinguit. Qui confessio est facta constante matrimonio, & tunc præsumitur facta animo donandi. Aut fuit ante contractum matrimonium: & tunc distinguit Io. Andreæ, aut præcessit promissio aut non, sensit ergo Io. Andr. quod quando confessio facta est constante matrimonio, non est distinguendum, an præcesserit vel non, promissio dotis.*

Verùm facile respondeatur, quod et si Ioan. Andr. ita non distin-

distinguitur in confessione facta constante matrimonio, actum reliqui supra citati interpretes distinguunt.

Secus est casus, quando maritus constante matrimonio simpliciter confessus est recepisse dotem: Et dubitatur, an animo donandi, vel spe futuræ numerationis sic confessus sit. Hoc in casu sunt opiniones Doctorum. Vna fuit eorum ꝑ qui existimant, confessionem hanc fuisse factam animo donandi. Ita affirmant Ioan. Andreæ in *additio. ad Specul. in rub. de donat. inter virum & vx. Bart. in l. si diuortio, num. 3. ff. de verborum oblig. & in l. Papinianus, ff. de donat. inter virum & vxor. Areti. in §. fuerat, num. 14. in Instit. de actio. Abbas in c. eif. necesse. col. 1. de donat. inter virum & vxor. Alex. in conf. 40. num. 9. lib. 1. Bald. Nouellus in tracta. de dote, parte 10. nu. 6. 7. & 18. Socin. in d. l. 1. nu. 101. ff. solut. matr. & in conf. 65. lib. 1. Claudius Seytel. in d. l. si diuortio, n. 7. ff. de verb. oblig. Rui. in *conf. 130. numero primo & in conf. 190. numero 5. lib. 1. Curt. iun. in conf. 95. numero 3. & Bellon. in conf. 4. nume. 1. in conf. 47. num. 1. & in conf. 48. nume. 1. & Monterentius in comment. ad statuta Bononiæ, lib. 4. rub. de dotibus restituendis, §. si maritus. in gloss. confestata.**

Primo afferitur text. *l. quod de suo, C. de dote cauta non numer. qui quidem non probat, solum enim decidit Alexander, quod si maritus constante matrimonio donandi animo in dote adscripsit, &c. Quo autem modo in dote scripturatur: atque ita quomodo constat de donandi animo, non declarat Imperator ille.*

Secundo perpendi solent *l. qui testamentum, ff. de probat. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 2. ducto argumento à dispositione vltima, ad actum inter viuos, iuxta l. quæ de legato, de legat. 2. cum vulgaris. Illis enim in reponis habetur, quod si maritus in testamento vel codicillis confitetur se recepisse dotem ab vxore, cum de ipsa numeratione aliter non appareat, præsumitur, quod ei donauerit. Idem ergo dicendum est, quando in actu inter viuos sic confessus est. Cæterum facile respondeatur, *d. l. qui testamentum, & d. l. cum quis decedens, §. Titia, loqui in ꝑ confessione facta in vltima voluntate, quæ quidem multum differt à facta in actu inter viuos. Non enim cum in vltima dispositione sit, subest illa spes futuræ numerationis, quæ extat in confessione facta inter viuos.**

Secunda fuit opinio præcedenti contraria, quod sed licet maritus confessus sit ꝑ non fuerit, vt donaret, sed sub spe futuræ numerationis. Hanc probarunt Roman. in *l. si diuortio, numer. 6. ff. de verb. oblig. vbi Imola & Areti. idem scribunt, sic & ipse Roman. in conf. 445. nume. 7. Salic. in l. 1. col. 2. C. de dote cauta non num. Anchar. in conf. 307. Campeg. in tracta. de dote, part. 1. quest. 52. Iafon. in §. fuerat. nu. 93. in Instit. de actio. Felin. in c. si cautio. num. 71. de fide instrum. Crau. in conf. 40. col. 1. & Didac. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 7. nume. 4. vers. sed quod etiam matrimonio. Et hæc quidem sententia mihi magis probatur. Primo ea moti sunt ratione, quia quando sumi potest coniectura, quod alia ex causa quàm donationis factum quid sit, sumi illa debet, non autem donationis, l. cum de indebito, in princ. ff. de probat. & l. si cum aurum. ff. de solut. & scripti in lib. 2. de Arbit. iudicum, casu 88. col. 1. Atqui nostrum in casu sumi potest coniectura, quod spe futuræ numerationis facta sit confessio. Ergo præsumi ita debet, non autem donatio: Verùm respondet Socin. in *d. l. 1. nu. 101. ff. solut. matr. quod cum dos requirit numerationem, l. 2. C. de dote cauta non nume. confessio facta inter ꝑ personas, inter quas prohibita est donatio, suspecta præsumitur, vt in l. qui testamentum, ff. de probat. & in simili confert l. 1. C. de sponsal. l. 1. C. de natura libe. & quod docuit Bart. in l. si is qui, nu. 4. ff. de vulg. & pupil. subst. cum dixit, si spurius ꝑ reperitur possidere bona patris, empta ab eo cui pater vendiderat, fraus præsumitur.**

Hæc Socini consideratio, ni fallor, magis confirmat argumentum, quàm illud impugnet. Si enim prohibita est donatio inter virum & vxorem: non est credendum quod maritus voluerit aliquid facere contra legem, quia esset præsumere delictum, contra *l. merito, ff. pro socio, sed secundum eam. Et ideo sumi potius debet interpretatio, quod confessus sit fuerit, ob spem futuræ numerationis. Nec repugnat d. l. qui testamentum, ff. de probat. quia ibi sumi non poterat alia præsumptio, quod aliam iustam ob causam sic confessus fuerit, quàm vt legaret ei, qui capere non poterat. Sic etiam cuitatur d. l. 1. C. de sponsal. & l. 1. C. de natura libe. & traditio Bartol. in d. l. si is qui, ff. de vulg. qui loquitur pariter in spurio, cui pater nullo modo relinquere poterat.*

Secundo vel ex eo argumentantur, quod si diceremus, hanc confessionem factam fuisse alio animo, quàm spe futuræ numerationis, ferè nunquam locum haberet *l. 1. C. de dote cauta non numer.* Nec repugnat consideratio Socini in *d. l. 1. nu. 101. quod*

imò is titulus potest multoties habere locum in confessione facta à marito ante contractum matrimonium: sicut post Ioan. Andreæ & alios diximus supra in præcedenti capite, in secundo casu. Nam replicari potest, has confessiones frequentius fieri post contractum, quàm ante contractum matrimonium, quemadmodum quotidiana ipsa experientia docet. Et significant per multa à iuriscōsultis reddita responsa, quæ sunt de his confessionibus factis post contractum matrimonium. Ita sanè Ancharan. in *d. conf. 307. Roman. in conf. 445. numero 5. Alexand. in conf. 142. libro 5. Ruin. in conf. 130. & in conf. 190. libro 1. & alij multi supra à commemorati. Crauet. in conf. 40. col. 1. cum tamen per pauci reponderint de confessionibus factis à viro, ante contractum matrimonium.*

Quare cum frequentius contingat confessiones fieri post contractum matrimonium, verisimile est, quod de his intellexerint Imperatores in *d. tit. C. de dote cauta non numer. cum lex ad ea, quæ ꝑ accidunt frequentius, magis adaptetur, arg. l. 63. nam ad ea, ff. de legib.*

Tertio adduci solet text. *§. in autem, vers. ubi enim, in aub. de tempore non solut. e pecunie super dote. quo loci statuit Iustina, quod elapso tempore opponendi exceptionem ꝑ dotis non numeratæ, censetur maritus velle, quod dos ipsa non numerata restituerat. Non ergo maritus sola confessione, sine cursu temporis velle videtur, quod dos prædicta restituerat, & consequenter non præsumitur velle donare. Nec vrget responsio Socini præcitato in loco, cum dixit, Iustinianum loqui de confessione facta ante contractum matrimonium. Nam replicatur Socini interpretationem repugnare claris verbis ipsius Iustiani ibidem in *§. si ergo annis duobus. Et his cessat alia consideratio, quam perplexè & obscure subiungit Socin.**

Quarto confert text. *l. si voluntate, C. de dotis promiss. qua scitur, et maritum petere posse dotem, quam confessus fuerat se recepisse. Ergo confessio illa præsumitur facta sub spe futuræ numerationis: alioqui si animo donandi præsumeretur facta, locus non esset illi petitioni. Non hic repeto aliud argumentum.*

Quinto suffragatur à fortiori auctoritas & ratio eorum, qui (vt retuli supra in secundo casu primi capitis) scripserunt, quod quando vir ante contractum matrimonium confessus est recepisse dotem, dicitur sic confessus spe futuræ numerationis, non animo donandi, cum tamen ita permessa ei esset donatio, sicuti confessio. Ergo à fortiori idem dicendum est in casu nullo, in quo donatio prohibita est, constante scilicet et matrimonio. Cum enim quis facit actum, ꝑ qui potest vno casu esse permissus, alio vero casu prohibitus: præsumitur factus in casu permissio. Ita Bartol. in *l. de pupillo, §. sed vt reprobari, num. 7. de oper. noui nunciat. & ibidem Alexander & Iafon. sic & hic, cum confessio hæc possit intelligi facta in casu permissio, hoc est, spe futuræ numerationis, vel in casu prohibito, nempe causa donationis inter virum & vxorem, præsumi debet facta causa facultæ numerationis. Non hic repeto aliud argumentum, quod ex Areti. collegit & confutauit Socin. in *dicta l. 1. numero 101. vers. reperio etiam quod ff. sol. matr.**

Et quanquam secunda hæc opinio verior sit, at tamen ꝑ difficile esset in foro recedere ab illa prima magis recepta. Quæ quidem probata, inferuntur multa secundum Didacum in *lib. 1. variarum resolut. cap. 7. nume. 4. vers. quod si confessio.*

Primo infertur quod ꝑ confessio hæc seu donatio confirmatur præmortuo ipso marito donatore: absque alia traditione rei, cum confessio hæc traditionis vim habeat. Ita glo. in *l. 2. C. de dote cauta non nu. vbi Bart. & idem in l. Papinia. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in d. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3. Iafon. in l. si diuortio, nu. 8. de verb. oblig. alios refert Didacus præcitato in loco.*

Infertur secundo non competere mulieri ob hanc confessionem ꝑ ius tacitæ hypothecæ, nec ius prælationis: nec eius causam aliter tractandam fore, quàm tractari solet causa donationis inter vir. & vxor. Ita Didac. in *d. c. 7. n. 4. vers. secundo hic apparet. post Calderinum, Alexan. Bald. Nouel. Socin. & Campeg.*

Infertur tertio hanc confessionem ꝑ seu donationem ex ea præsumptam, reuocari posse à marito expressè, vel tacite ante mortem, & verè reuocatum censeri, quoad bona post confessionem alienata, l. si maritus, C. de donat. inter virum & vxor. Ita refert Didacus præcitato in loco, vers. tertio id apparet. Alias illationes Didaci ac etiam Socini, explicabimus in subsequenti extensionibus & declarationibus.

Extenditur primo hæc communis opinio, vt locum etiam habeat, ꝑ quando confessio facta fuit in instrumento garentiario, quod habet vim rei iudicatæ dispositione statuti. Hoc etiam casu confessio præsumitur facta animo donandi, &

propterea non præiudicat marito. Ita scripsit Socin. in d. l. 1. numer. 12. ff. soluto matr. quem secuti sunt Ruin. in cons. 56. numer. 9. libro quinto, & Parisius in cons. 16. numer. 36. libro 3. Et ratio huius traditionis prima est, quia quando principalis contractus præsumitur simulatus, sic & guarantee simulata præsumitur. Secunda est ratio, quia ex quo confessio iuris præsumptione apparet simulata, opponi potest simulationis exceptio, non obstante statuto prædicto, ut scribunt Bald. Salic. & reliqui in l. 1. C. plus valere quod agitur.

Extenditur secundò, ut locum habeat prædicta opinio, 73 t etiam si maritus constante ipso matrimonio, & post factam confessionem præstitisset alimenta ipsi uxori. Hoc etiam casu confessio hæc præsumitur facta animo donandi, & ob id ipsi marito non præiudicat. Ita docuit Socin. in l. 1. numero 102. versicu. secundum correlativum, ff. soluto matrimon. quem secuti sunt Ruin. in cons. 183. numero quinto, libro 1. Parisius in cons. 86. numero 36. Gozadin. in cons. 18. numero 23. versicu. septimo fortius, & numero 32. versicu. ad sextum dico, & Crauet in tractatu de antiquit. tempor. in prima parte principali, in particula tertia, que incipit, Propositum nostrum, numero 72. Ea ratione motus est Socinus, quia verisimile est quod si maritus voluit donare dotem quod est plus, multò magis voluerit etiam donare alimenta. Et si lex suspicatur de accessoriis: Et accedit, quod si præstatio hæc alimentorum, nil etiam circa confessionem factam ante contractum matrimonium, quæ (ut diximus) est minus suspecta, operatur: sicuti explicauimus supra in primo capite, in 5. declaratio, secundi casus, multò minus operari debet in casu nostro.

Extenditur tertio, ut locum habeat hic casus etiam, 74 quando t elapsum esset tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Nam lapsus ipse temporis, magis arguit animum donandi. Ita Baldus in l. unica, C. de priuil. dot. l. mol. in l. si constante, in princ. numer. 47. ff. solut. matrim. Castren. in cons. 383. circa primum numero 2. libro 2. Angelus Aretin. in §. fuerat, numero 15. in Institut. de actio. & hoc iure est Socinus in d. l. 1. numero 102. versicu. secundò limita, ff. solut. matrim. qui testatur sic etiam respondisse Capiam & Petrucium. Et idem, retenta communi opinione, quod animo donandi fuerit confessus, scripsit Didac. in lib. 1. variat. resolut. cap. 7. num. 5. versicu. quarto iidem.

Et ij quidem moti sunt primò ea ratione, quia si ex confessione præsumitur donatio, & consequenter confessio dicitur simulata, lapsus dicti temporis nihil operari potest: cum obstat exceptio simulationis, quæ perpetua est, ut dictum fuit supra.

Secundò accedit, quod cum confessio facta præsumatur animo donandi, lapsus temporis ad opponendam exceptionem dotis non numeratæ augeat magis videtur, quam tollere hanc præsumptionem, argum. auth. de tempore non solutæ pecun. super dote, §. si autem neque, ver. ubi enim. Eo enim animo quo donare voluit confitendo, eodem etiam voluit l. bi tempus opponendi prædictam exceptionem.

Tertio suffragatur, quòd plus operari non debet tacitum quam t expellum, ut tradunt Doctores in l. cum quid. ff. si certum petatur, & in l. 3. ff. de lega. 1. Atqui quando maritus est expressè confessus recepisse dotem, tumitur præsumptio & interpretatio, quod ita confessus sit animo donandi. Ergo idem dicendum est in tacita hac confessione, resultante ex lapsu temporis.

Cæterum si probamus opinionem illam, quam de iure veriorē esse diximus cum Romano, Socino seniore, sibi contrarijs, in cons. 82. numero 2. libro 3. & sequacibus, quòd scilicet hæc confessio præsumatur facta spe futuræ numerationis: tunc ea confessio marito eiusve hæredibus nocebit, post elapsa tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis. Ita ad rem declarat Didacus in dicto libro 1. variatum resolut. cap. 7. num. 5. in fine, & versicu. quòd si velimus, qui eiusdem sententiam recenset Etiennelem Costam in l. si ex cautione, in §. fallent. C. de non numer. pecunia.

Extenditur quarto, ut procedat hæc traditio etiam si 76 confessio t esset geminatè facta, post contractum matrimonium. Nam adhuc præsumitur facta animo donandi. Ita tradunt Petrus & Cynus in l. in contrahibus §. sed quoniam, C. de non numer. pecun. & ibi apertus Castr. Idem sentit Socin. senior in l. 1. numer. 95. versicu. sed tenendo, ff. solut. matrim. Dissentiunt tamen alij cõgesti ab Emanuele Costa in l. si ex cautione, in fallentia 14. C. de non numer. pecun.

Declaratur primò, ut non procedat, quando maritus est 77 set ignobilis, & mulier nobilis. Ita t Castr. in cons. 383. circa primum. col. 1. versicu. casus, lib. 2. & Socin. sen. in d. l. 1. numero 103. versicu. tertio limita, qui tamen se remittit ad ea: quæ dixerat supra nume. 73. quò loci distinguendo confessionem factam ante contractum matrimonium, ab illa facta post matri-

monium, dixit, quòd quando maritus ignobilis dixit vxori rem nobilem, & constante matrimonio confessus est, se recepisse dotem, non præsumitur, quòd animo donandi sic confessus fuerit, sed spe futuræ numerationis. Ratio est secundum eum, quia iam contracto matrimonio, non subest amplius illa causa necessaria, ut scilicet contrahere possit ipsum matrimonium. Est enim iam consecutus quòd voluit. Et ante Socin. ita in specie distinxit & considerauit Salic. in l. 2. in fine. C. de dote caus. non numer.

Verum responderi potest, quòd etsi cessat illa ratio, & causa, ut scilicet possit contrahere matrimonium: Non tamen cessat altera, nempe grati animi significatio. Cum enim beneficium hoc sit vir consecutus, ut illa dignata fuerit suo connubio, grati etiam hominis est, accepti beneficii memoriam retinere, & illud rependere. Quocirca nulla constituenda est differentia inter hoc, quòd confessio fuerit facta ante, vel post contractum matrimonium.

Septimus est casus, t quando maritus post contractum 78 matrimonium confessus est recepisse dotem ab alio, quam ab ipsa muliere: Et dubitatur, an præsumatur verè numerata vel facta confessio, spe futuræ numerationis, vel animo donandi? Hic duo considero, nempe exceptionem dotis non numeratæ: & exceptionem donationis, hoc est donationis sicte factæ. Quo ad exceptionem dotis non numeratæ, docuit Bald. in l. 1. numero quarto, versicu. nam renuntiare, C. de priuil. dotis, hoc in casu cessare, quia præsumitur dos verè ab extraneo illo tradita, & a marito recepta. Idem scripsit Iason in §. fuerat, numero 89. in Institut. de actio. motus auctoritate Saliceti in auth. sed iam necesse, C. de dote caus. non numer. Socinus Senior. in cons. 82. col. 1. versicu. tertia ratio, libro tertio. Ioan. Lupus in rubric. extr. de donat. inter virum & vxor. §. 30. n. 12. versicu. & quòd plus est. Deci. in cons. 536. numero 9. versicu. ad hoc responderetur. Marfil. in singu. 344. Rube. in cons. 78. col. 1. versicu. secundò ex capite, & Resan. in cons. 93. n. 29. libro 1.

Cæterum contrarium t verius esse existimo vñ cum Baldo Nouello in l. 1. numero 107. versicu. tertio limita, ff. solut. matr. & in tracta. de dote, in parte 10. numero 14. & Didaco libro 1. variat. resolut. capite septimo, versicu. & a. i. a. h. a. v. & si rectè perpendatur, idem sentit Baldus in cons. 456. Seta origine, col. 1. versicu. nec potest opponi exceptio, libro primo, dum considerat in dote confessata marito, ergo autam matrem ipsius mulieris, obici non posse non numeratæ dotis exceptionem, quia illi fuerat renuntiatum, & lapsum erat tempus opponendi, sentiens, quòd alioqui opponi potuisset. Et aduertit Didacus primum Salicetum hoc non scripsisse, sed potius contrarium, ac Baldo, Iasoni & sequacibus repugnare text. §. si autem neque, in auth. de tempore non solutæ pecun. super dote. ibi, In nullo discernendis nobis, siue mulier tamquam dotem offerens conscribat, siue pater, siue alter quispiam pro ea. Et verè non reperitur (quantum obseruare haec tenus potui) iure cautum, quòd extraneo dotanti tributum sit hoc priuilegium, ut maritus confessus dotem ab eo recepisse, non possit opponere exceptionem hanc non numeratæ dotis. Quo verò ad illud secundum, an præsumatur facta t confessio non animo donandi, atque ita an præsumatur fictio & simulatio? Salicet in d. authent. sed iam necesse, col. 2. versicu. quarto constante, refert aliquos tenisse, quòd quando maritus confitetur erga socerum, sibi præiudicet, quando vero confitetur erga ipsam mulierem, tunc non afferat sibi detrimentum, quia præsumitur donare.

Cæterum Salicetum ab ipsis dissentit, affirmans maritum sibi præiudicare erga ipsam mulierem, sentiens à fortiori, quòd etiam sibi præiudicet erga socerum. Ita verè loquitur Salicet, etsi Didacus præcitato in loco aliter eum sic interpretatur. Bald. verò in d. cons. 456. Seta origine, libro 1. respondit non præsumi factam hanc confessionem si t, & sic animo donandi. Nam stādum est verbis instrumenti, quæ t vera præsumuntur, l. cum precibus, C. de proba. Nec simulatio præsumitur, l. 3. C. plus valere quòd agitur. Nec hic agitur (inquit Baldus) de donatione inter virum & vxorem, quia hic præsumitur autam donasse nepti, non autem virum vxori, l. Caius, ff. solut. matrim. l. avia, C. de iure dotum, & l. vna, §. extraneum, C. de rei vxor. actio. Et subiungit Baldus, quòd si concederemus, confessionem fuisse factam animo donandi, donatio ipsa confiteretur, quia maritus diceretur donasse illi autem materem, & autem nepti. Cæterum à Baldo in specie dissentit Ioan. Lopes in rubric. de donat. inter virum & vxor. §. 30. numer. 12. versicu. ista sunt sepe verba, motus auctoritate Ioan. Campeg. in tracta. de dote, part. 1. questio. 50. sed verè Campegius loquitur, quando ex verbis mariti expressè donantis extraneo, colligitur eius animus & mens donandi vxori. Existimo Baldum rectè scripsisse, quòd sumus in dubio, quia (ut ipse dixit) in dubio fraus

bio, fraus & simulatio non præsumitur, & standum est verbis instrumenti. Receditur tamen ab hac præsumptione, quando extraneus contrariè coniecturæ.

82 Prima quarum est, quando t maritus xere alieno grauatus, confessus sic fuisse erga valde coniunctum ipsi mulieri. Nam tunc præsumitur ficta confessio, donandi scilicet animo. Ita Baldus Nouellus in tract. de dote, parte 10. numero 14.

Secunda est coniectura, quando maritus confessus est 83 t socerum suum, dotem ab eo recepisse. Hoc etiam in casu fias, & simulatio ita præsumitur. Bald. Nouell. præcitato in loco, vers. & multò magis. Est ratio, quia socero donari ita prohibetur, ut propriæ vxori, l. 3. §. qui in eiusdem, ff. de don. inter vir. & vxor.

Tertia est coniectura, quando maritus est confessus recepisse dotem ab omnino extraneo, t cum quo tamen habitus fuisse aliquis sermo, & tractatus, quòd ipse maritus cupiebat donare vxori suæ. Hoc sanè casu coniectura est, quòd confessio deinde subsecuta, fuerit facta animo donandi, & sic fictæ & simulatæ. Ita sentit Ioan. Lupus. in d. §. 30. num. 6. vers. ex quo dixi.

Quarta est coniectura, quando maritus est confessus recepisse dotem à penitus extraneo, t qui deinde statim ius suum cessit & transtulit mulieri. Hoc sanè casu præsumitur confessus in fraudem, & sic animo donandi ipsi mulieri. Ita colligo ex Ioan. Lopes in d. §. 30. numero 12. in fin. & numero 13.

Octauus & vltimus est casus, quando maritus constante matrimonio confessus est recepisse dotem, deinde socer, vel is alter, qui dotem constituerat, promisit alia scriptura vel instrumento se soluturum summam illam confessatam. Hoc in casu dubitari solet, an verè dos illa fuerit numerata, vel potius facta confessio, spe futuræ promissionis postea factæ, vel spe futuræ numerationis? Subdistinguedi hic sunt tres casus, quorum primus est, quando promissio de soluenda dote, subsecuta est incontinenti ipsam confessionem. Hac in re sunt opiniones Bald. etiam in l. legem, num. 13. C. de pactis. Scripsit, confessionem præsumi simulatam. Verum idem Bald. in l. penult. §. si mulier, ff. solut. matrim. docuit, confessionem t præsumi factam spe illius promissionis subsecuta. Et hanc postremam opinionem secuti sunt Castren. in d. l. penultim. §. si vir, & Roman. numer. 2. & idem Roman. in cons. 445. numero 1. vers. primus quod. Alexand. ibidem. & in cons. 148. num. 1. lib. 5.

Et hic quidem casus probatur primo text. l. minor viginti annis cui fideicommissum, ff. de minor. quem perpendit prius Baldus, & deinde Roma, & reliqui, eo enim loci dicitur, quòd quando præcedit confessio decepto, & deinde promissio statim, præsumitur confessio facta spe illius subsecuta promissionis. Secundò afferitur l. ab Anastasio, C. mandat. quam explicat Rom. in d. cons. 445. numero 2. qui tamen sentit non satis probare. Tertio motus est Roman. & prius Angel. in d. cons. 145. argumento ducto à solitis. Cum enim (inquit ille) sic quotidie obseruari consueuerit, ut mariti confiteantur recepisse dotem, & deinde dotem constituens promittat se soluturum, sumitur coniectura à solitis, quòd confessio facta fuerit spe futuræ promissionis & numerationis.

Quartò afferitur ratio à Bald. in d. §. si mulier, & à Roman. 87 ibidem, & in d. cons. 445. numero 4. quòd quando vnus t actus fuit factus statim post alterum, censetur duo actus correspondere, hoc est, quòd vnus causa alterius confectus fuerit, l. si ventri, §. ult. ff. de priuil. credit. & copiosè differemus infra lib. 6. in præsumpt. 10. vbi agemus de ipsis actibus correspondentijs.

88 Secundus est casus, quando t post confessionem dotis receptæ subsecuta est promissio de soluendo dotem ipsam, & adhuc lapsus non est tempus opponendi exceptionem dotis non numeratæ. Hoc casu idem est quòd superiore, quò ad ipsam maritum, quòd scilicet confessus sic fuerit spe subsecuta promissionis, & postmodum numerationis, sicuti Doctores omnes admittunt. Nam subsecuta ipsa promissio hoc manifestè significat. Sed dubitatio est, quò ad ipsam mulierem: nempe an ipse maritus sic confitendo non præsumatur recepisse dotem, ut eius hæredes t soluto matrimonio, vel alio eueniente casu restitutionis dotis, liberentur, cedendo actiones: vel potius teneantur omnino restituere dotem, salua sibi actione contra promissorem? Hac in re magna est inter Doctores contentio: vna enim fuit opinio eorum qui scripserunt, hæredes liberari cedendo actiones. Ita sanè Bald. in d. l. penult. §. si mulier, ff. solut. matrim. & ibidem Angel. vbi testatur sic fuisse decisum Perusij. Idem in cons. 145. Roman. in d. l. penult. §. si vir, & in d. cons. 445. vers. secundus quod. Salicet. in l. si absentis, C. si certum per. post Bald. ibidem. Barb. in cons. 5. lib. 2. Curt. sen. in cons. 54. incipit, super duo-

bus, col. 2. vers. sed præmissis, & col. 3. qui late hanc tuerent. Eandem opinionem visus est probare Afflicus in cap. 1. num. 21. vers. sed iuxta hæc notatur, de fundo dato in vicem legis commissi.

Ea præcipua ratione ij moti sunt, quòd eo tempore factæ promissionis nondum ius quæsitum perfectè fuit ipsi mulieri: cum aduersus eam potuisset obici exceptio dotis non numeratæ, l. 2. §. l. ult. C. de dote caus. non numer.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, t hæredes mariti teneri restituere dotem ipsam, & ob id non liberari, cedendo actiones. Ita Bart. in d. l. penult. §. si vir, ff. solut. matr. & ibidem Castren. & Alexand. B. l. sibi parum constants in cons. 224. Vir fuit confessus, libro 5. Abbas in cons. 73. nume. 3. libro 2. Alexand. in cons. 36. col. 1. lib. 2. & in cons. 148. col. 1. lib. 5. Corneus in cons. 151. in 2. dubio, lib. 1. & in cons. 209. col. 1. lib. 3. & in cons. 109. libro 4. Socin. Sen. in cons. 179. col. 4. versicu. confirmatur postremò, lib. 2. in cons. 64. col. 1. penult. lib. 3. in cons. 27. num. 24. in cons. 88. nu. 21. in cons. 130. numer. 18. lib. 4. Iason in cons. 122. lib. 1. Ruin. in cons. 197. ad finem lib. 1. Neuzan. in lib. 2. Sylus nuptial. numer. 73. qui testatur sic iudicasse Senatam Mediolanensem. Afflicus in decis. 323. num. 1. Campegius in tract. de dote, in prima parte, quest. 51. numer. 3. versicu. aduertendum tamen est. & in 5. parte, quest. 75. Ripa in l. ult. n. 116. C. de reuocan. donat. Craue. in cons. 253. in fin. in cons. 282. num. 3. vers. septimò & in cons. 285. col. 1. penult. vers. non obstat quòd solum. Ea præcipua ratione ij moti sunt, quòd maritus recipiendo illam promissionem, censetur loco solutionis dotis acceptasse nomen debitoris, atque dotis creditum transtulisse & nouasse in aliam causam promissionis.

Hic constat postremam hanc opinionem esse magis receptam, & ob id in iudicando sequendam. Et hæc quidem opinio multò magis locum habet, quando socer, vel alter dotans, promisit ex alia causa se soluturum pecuniam illam, quam maritus confessus fuerat recepisse, ut puta causa mutui, vel ut ex ea percipiat annuum censum. Nam tunc præsumitur facta nouatio, atque ira pecunia manet apud debitorem periculo ipsius mariti. Ita Soci. senior in cons. 130. num. 19. vers. & postro lib. 4. Et rursus opinio hæc multò magis locum habet, quando maritus recipit eam promissionem à socero, vel alio deante, quem sciebat non esse soluendo, vel cum non soluendo esset, distulit, & is factus est soluendo. Ita Roman. in d. consilio 445. col. 2. versicu. & hæc opinio multò placet.

Declaratur primò, ut locum non habeat prædicta opinio, t quando maritus confessus esset erga mulierem, vel 91 erga socerum & extraneum dotantem, consentiente ipsa muliere, ipsi deinde factæ promissioni. Nam tunc hæredes mariti cedendo actiones ipsi mulieri, liberantur. Ita declarant Castren. in d. l. penult. §. si vir, num. 3. ff. solut. matr. Corn. in cons. 109. num. 3. lib. 4. Socin. Sen. in cons. 297. col. 1. penult. vers. non obstat postremò, lib. 1. & Neuz. in d. lib. 2. Sylus nup. numer. 73. in fin.

Declaratur secundò, ut locum non habeat, quando 92 socer, qui post confessionem à genero factam promisit soluere, successit ipsi filia. Hoc sanè casu maritus cedendo inanes actiones socero suo liberatur. Ita egregiè decisum fuit in cons. Neapolitano, teste Afflic. in decis. 323. vbi Visilius. Idem est e contra, quando t mulier successisset patri suo dotanti, vel alteri, qui dotem constituerat, erga 93 quos maritus est confessus. Nam & tunc sufficit, si hæredes mariti cedant inanes illas actiones. Ita Corneus in d. cons. 109. nu. 3. lib. 4. qui sic intellexit Angel. in d. cons. 145. Et Corneus secutus est Neuzia. in d. lib. 2. Sylus nup. numer. 73. in fin.

Declaratur tertio, ut non procedat prædicta opinio, quando post t factam illam promissionem apparet, quòd pars ipsius pecuniæ fuit ab illo promissore soluta. Nam tunc 94 verè præsumitur, confessionem illam primam, factam fuisse soluta spe subsecuta deinde promissionis, & numerationis futuræ. Ita in specie Curt. Sen. in d. cons. 54. super duobus, col. 4. versicu. suadentur præmissa, adductus auctoritate Bald. in l. 2. C. de non numer. pecun. vbi etiam Salic. annotauit.

Tertius est casus, quando promissio facta fuit post elapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Hoc sanè casu sine controversia t hæredes mariti tenentur restituere dotem, nec cedendo actiones liberantur 95 tuerent. Ita Roman. in d. cons. 445. numero quarto, in fin. vers. tertius quod. Nam tempore receptæ promissionis perfectè acquisitum fuit ius ipsi mulieri. Et hunc casum multò magis admittit Bartol. & qui eum secuti sunt. Eandem opinionem verè probauit Afflic. in d. cap. 1. numer. 21. vers. sed iuxta hoc notatur, de fundo dato in vicem legis commissi.

promissionem dotis. Hæc sanè duo æqualiter determinat Iu-
stinianus in d. s. sed quoniam. dum ambo sub eadem verborum stru-
ctura comprehendit. Verum text. d. s. sed quoniam. loquitur de
confessione ipsa facta in præiudicium ipsius mariti, non au-
tem creditorum: sicut colligitur ex principio d. l. in contractibus.
ut perpendit Socin. præcitato in loco.

Secundò adducitur ratio, quia cum maritus ex promissio-
ne habeat obligatam uxorem, necesse non habet confiteri se
recepisse spe futuræ numerationis, seu solutionis, unde veri-
simile est, quod sibi solutum fuerit responderetur, hoc verò, esse
quod ad ipsum maritum: non quoad creditores, quibus suspen-
da est promissio, & confessio.

Cæterum contrariam opinionem in puncto iuris verio-
rem esse scripsit Socin. in dicta l. i. numero 95. versu. sed in
puncto. ff. soluto matr. & eo prius Bald. Nouellus ibidem numer.
13. versu. sed quærimus. & idem in tract. de dote, p. a. de decima,
numero 18. versu. aut quærimus an talis, & numero 19. sic etiam
dissentit Emanuel Costa in l. si ex cautione, in limit. 14. nume. 3.
versu. ego nihilominus. C. de non numer. pecu. Ea ratione mo-
tus est Baldus Nouellus, quia cum tempore confessionis im-
mineret magnum æs alienum, præsumitur quod maritus sic
confessus fuerit, ut potius fundaretur creditor, quam ut re-
cognosceret bonam fidem. Et sententiam hanc probant l.
scripturas, C. qui potio. in pign. habe. quam allegauit Baldus
Nouellus, & diligentius perpendit Socinus, qui dixit ibi
sanctum fuisse, quod si probatur debitum alicuius per pub-
licum instrumentum cum hypotheca, & deinde appareat
debitum alterius per scripturam manu debitoris, quæ à duo-
bus testibus fide dignis approbetur, & appareat facta
prior in tempore: atramen præfertur creditor posterior,
qui probat per publicum instrumentum. Et hoc (inquit
Socinus) factum est ob suspicionem, quod illa scriptu-
ra priuata fuerit re vera facta post instrumentum, sed
falso ei adscripta dies prior illo instrumento. si ergo in
probanda prælatione (inquit Socinus) hypothecæ, factum
debitoris improbatum etiam per duos testes est suspectum,
quanto magis debet esse suspecta confessio hæc facta à solo
debitore?

Verum si rectè perpendatur d. l. scripturas, aliter statuit. Est
sanè constitutum, quod in prælatione hypothecæ præfere-
tur publicum instrumentum posteriori apochæ anteriori, nisi
(inquit Imperator) apochæ illa fuerit munita subscriptione
trium testium: fide dignorum. Cum ergo apochæ caret testi-
bus, suspecta est, quia ab ipsis debitore & creditore potest esse
conficta, ad fraudandum anteriores: sed in casu nostro nulla
est fraus contra creditores, cum appareat de promissione do-
tis per publicum instrumentum, antequam caufaretur credi-
tum aliorum creditorum.

Est hic distinguendum, quod aut tempore confessionis
apparebat magnum æs alienum, aut non apparebat. Illo pri-
mo casu procedere potest secunda Baldi Nouelli, Socini, &
Costæ opinio, quod scilicet maritus voluerit fraudare credi-
tores, & potius bona sua deferri mulieri, quam ipsis credi-
toribus. Nec hoc casu antecedens dotis promissio ad rem per-
tinet, quia non illud tempus, sed hoc confessionis, factæ re-
ceptionis spectari debet.

Secundò verò casu quando tempore confessionis non ap-
paret æs alienum, nec probabiliter de eo dubitari poterat,
tunc procedit prima opinio Castrensis & sequacium, quod
scilicet confessio receptionis vera præsumatur. Ita etiam
diffinitè potest illa traditio & declaratio, de geminata con-
fessione receptæ dotis, de qua dissentunt Socin. & Costa præ-
citatis in locis.

Declaratur septimò, ut locum non habeat hic casus, quan-
do maritus confessus est recepisse dotem in re immobili,
etiam si data sit pro æstimato. Nam tunc præsumitur verè da-
ta etiam in præiudicium ereditorum, sicuti sensit Didacus
in lib. 1. variar. resol. cap. 7. in fin. ex sententia Baldi in l. unica,
num. 4. C. de primil. dot. & in l. in contractibus, in princ. q. 1. C. de
non numer. pecun. & probat text. auth. sed iam necesse, versu. at si de-
bitor. C. de donat. ante nupt.

Secundum est caput huius disputationis, quando scilicet
maritus post contractum matrimonium confessus est recepisse
dotem. Hoc in capite Soci. in d. l. i. numero 105. distinguit
atque constituit plures conclusiones: Nos casus aliquot con-
stituemus atque explicabimus.

Primus est casus, quando constat maritum habuisse animù
donandi uxori, vel fraudandi creditores. Nam tunc dubitan-
dum non est, quin confessio illa nil nocet creditoribus,
quia si non nocent confessiones hoc modo factæ ante con-
tractum matrimonium, sicuti superiore capite in primo &
secundo casu diximus, ita etiam multò magis nocere non de-
bent, factæ post contractum matrimonium, cum magis sus-
pectæ sint, ut scribit Socin. in d. l. i. num. 105. & nu. 106. Et idem
sequitur Ruin. in consil. 183. num. 2. lib. 1.

Secundus est casus, quando confessio facta fuit de doti-
augmento, hæc etiam non nocet creditoribus, quia in eorum
f. autem facta præsumitur. Ita Socin. in dicta l. i. num. 107. ver-
fic. tertia conclusio. ff. solut. matrim. qui dixit, hanc esse præsum-
ptionem iuris & de iure, introductam à Iustinianno in §. aliud,
in authen. de equal. dotis, repositum in authen. sed iam necesse, in
fine. C. de donat. ante nupt. vbi Bart. manifestè idem docuit. Idè
respondit Ruin. in consil. 137. numer. 6. lib. 4. sic & Campegi, in
tract. de dote, parte 1. quæst. 66. & 67. vbi declarat. Cum verò
non agitur de præiudicio creditorum, augmentum dotis
non præsumitur factum in fraudem. Ita Doct. in dicta authen.
sed iam necesse, & Can. peg. vbi supra, q. 64. & 65. & rursus
quod diximus confessionem mariti de dote, vel dotis aug-
mento, non nocere creditoribus tunc tempore confessionis
existentibus, scilicet verò quoad creditores futuros, sicque
causatos post confessionem illam. His sanè nocet confessio
mariti: cum non præsumatur facta ipsa confessio in ho-
rum creditorum fraudem: nisi aliunde fraudis suspicio pro-
betur. Ita Bart. in d. authen. sed iam necesse, nu. 2. & ibidem An-
gel. & S. lic. col. 2. Alex. in consil. 86. num. 2. & 7. Corn. in con-
silio. num. 6. & apertus in consil. 183. num. 3. lib. 3. Baldus Nouellus, in l.
1. nu. 20. ff. solut. matrim. Crauet. in consil. 44. num. 1. & in consil.
520. in fine. Petrus Antonius Anguilla in consil. 54. nu. 2. lib. 2.
Roland. in consil. 74. num. 11. lib. 4. & Rimin. d. iun. in consil. 160. nu-
mer. 6. lib. 2. Coniecturæ autem fraudis sunt, quando sta-
tim fere maritus ipse magnum æs alienum contractat cum
aliis creditoribus, vel quando confessio mariti erga uxorem
fuit de magna summa & excessiua: sicuti scribunt præci-
tati Doct. præteritum Roland. & his declarat responsionem
Alexand. in consil. 142. nume. 7. lib. 5. & Gozad. in consil. 25. num.
25. in fin.

Tertius est casus, quando maritus constante ipso matrimo-
nio scit non esse solucendo, vel videt fore non solucendo. Hoc
etiam casu confessio facta ab eo facta, præsumitur in fraudem
creditorum facta. Ita Socin. in dicta l. i. num. 108. post gloss. & Do-
ctores in d. authen. sed iam necesse.

Quartus est casus, quando iustus in dubio. Hoc etiam casu
præsumitur solum quod facta sit confessio spe futuræ nume-
rationis, sicuti præsumitur, quando facta fuit ante contractum
matrimonium, ut diximus in tertio casu præcedens cap-
tis. Et idè, (ut ibidem dixi) non præiudicat creditoribus,
quia opponere possunt non numeratæ dotis exceptionem. Et
in specie responderunt Ruin. consil. 137. num. 4. lib. 4. & Bello.
in consil. 48. num. 2.

Extenditur primò hic casus, ut locum etiam habeat, quan-
do maritus qui sic confessus fuit, passus est elabi tempore
opponendi exceptionem ipsam non numeratæ dotis. Nam
adhuc illatum non tenetur præiudicium creditoribus, quin
possint ipsi exceptionem hanc opponere. Ita Didac. in lib. 1.
variar. resol. cap. 7. num. 6. versu. que ambobrem breui.

Extenditur secundo, ut procedat etiam, quando maritus
ipse in confessione receptæ dotis, renunciauit exceptioni
dotis non numeratæ, sicuti diximus supra in primo capite, in
exercitione tertij casus, & in specie respondit Bello. in consil. 48.
num. 1. & 2.

Extenditur tertio, ut locum habeat etiam si confessio facta
fuit in instrumento quarentigato, ut dixi in secunda
extensione dicti tertij casus. Hæc enim extensiones locum
multo magis habent in confessione facta constante mari-
monio, quam ante, ob maiorem suspicionem, sicuti supra de-
clarauimus.

Extenditur quarto, ut locum etiam habeat in confessione
facta, erga extraneum. Nam hæc non nocet creditoribus.
Ita Bart. & Sali. in auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. &
apertus Bellonus in consil. 48. num. 6.

Declaratur nunc hic casus, ut locum non habeat in aliquibus
casibus illarum declarationum, quas in præcedenti ca-
pite retulimus. Non repero illas quæ huc pertinent, studiosius
quilibet facile intelliget, quæ ad rem hanc faciunt.

PRÆSUMPT. XIV.

Dos ad quem peruenisse præsumatur, quando pater
& filius eodem in instrumento confessi
sunt, se recepisse dotem vxor-
is ipsius filij.

SVMMARIA.

- 1. Dotem recepisse una cum patre confessus filius, si inter ipsos & mulierem contentio sit, pro virili restituere tenentur. Idque etiam in pluribus fratribus num. 3.
- Item & eo casu, filius iussu patris dotem recepisset, num. 4.
- 2. Præiudicium in casibus non præiudicatis iure communi, uti in

- 1. In dote non procedit, quæ regulariter est privilegiata.
- 2. Dotem recepisse confessi in instrumento pater & filius, si inter ipsos contentio sit, ad filium prouenisse præsumitur, casu quo filius negotia domus administrat.
- 3. Reus duobus sese obligantibus, si ad vnum eorum negotium pertinet, is principaliter, alter fideiussores loco obligatus est.
- 4. Actus numerationis dotis fit contemplatione mariti.
- 5. Actus secundum iuris communis dispositionem factus præsumitur.
- 6. Rei debendi duo non constituuntur, nisi expressim ita agatur.
- 7. Pater & filio do. e. n. restituere promittentibus, casu quo inter ipsos contentio sit, ad patrem peruenisse præsumitur, si ipse solus familiam administrat. Reiectis aliis opinionibus, nu. 9. & 15.
- 8. Quid autem sit, dum ambo consueverunt recipere, & administrare, nu. 16.
- 9. Vfructus bonorum dotialium ad patrem pertinet, quousque filius cum eo commoratur.
- 10. Argumentum à solitis, in iure receptissimum esse.
- 11. Dotalem rem vxore & marito vendentibus precium ad maritum peruenisse præsumitur.

PER SAEPÈ euenit, quod pater, & filius recipiunt dotem vxoris ipsam filij, & in eodem instrumento fatentur se recepisse dotem illam, sed dubitatur ad quem præsumatur dos hæc peruenisse? Hac in re, ut perplexè Doctorem traditio-
nes clarè explicentur, distinguenda sunt ante omnia duo ca-
pita. Quorum primum est, quando lis & contentio inter mu-
lierem ipsam, cuius nomine dos fuit numerata; & confessio
facta, & ipsos patrem, & filium, qui confessi sunt. Secundum
verò est caput, quando lis, & contentio est inter ipsos solos, pa-
trem & filium.

Primo in capite dicimus, receptam esse ac veram opinio-
nem, præsumitur pecuniam peruenisse ad utrumque, patrem
scilicet, & filium, qui ambo ab ipsa muliere, vel eius hæredi-
bus conueniti possunt, ut quilibet pro virili teneatur restituere.
Ita manifestè scripserunt Alex. in additionibus ad Bart. in
l. in duobus, §. vbi duo, numer. 15. ff. de duobus reis. Signorol. in cõ-
si. 76. sic etiam respondit Corneus in consil. 303. lib. 4. & apertus
Bald. Nouell. in tractat. de dote in 7. parte. privileg. 38. in fi-
ne. Curt. Sen. in consil. 54. Sæpè & frequenter, col. 2. versu. & si opi-
nio. Crauet. in consil. 91. nu. 3. Ronchegall. in l. reos, §. cum in tabu-
lis, nu. 29. versu. aliud esset, ff. de duobus reis. Est ratio, quia voluit
mulier utriusque numerari, & ab utroque eorum confiteri, quo
magis sibi cautam esset. Non ergo habet illa querere, & diui-
nare, in cuius arcam coniecta fuerit pecunia illa. Nec hic re-
pugnat illa consideratio Crotti in repet. l. si constante, numero
84. ff. solut. matrim. quam probat & Ronchegall. in l. reos, §. cum
in tabulis, numero 28. ff. de duobus reis, cum dixi, ut, privilegia-
rum vi iure communi, in casu, in quo non reperitur priui-
legiatum, litem veniunt, §. in priuatorum, ff. de per. hered. Nam re-
sponderet d. s. in priuatorum, procedere in his qui sunt priui-
legiati aliquibus in casibus, non tamen in dote, quæ est regu-
lariter privilegiata, ut diximus supra in præsumpt. 6. Et hæc
quidem traditio, mea quidem sententia, summa æquitate
fulcitur.

Extenditur primò, ut præsumptio hæc locum etiam ha-
beat in duobus, & vel tribus fratribus, qui confessi sunt re-
cepisse pecuniam dotalem vxoris alterius eorum. Nam mu-
lier habet utrumque eorum obligatum. Ita in specie respon-
derunt Signo. in d. consil. 76. & Corn. in consil. 151. in filib. 1.

Extenditur secundo, ut habeat locum etiam, quando fi-
lius iussu patris recepit pecuniam. Nam præsumitur nume-
ratam contemplatione tam patris quam filij ut utroque sit ob-
ligatus. Ita post alios Bald. Nouel. in tractat. de dote, par. 7. in
primil. 37.

Secundum est caput quando lis & contentio est inter ipsi
patrem & filium, vel hæredes eorum. Hoc in capite distin-
guendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando pater & filius simul confessi sunt rece-
pisse dotem, sed solus ipse filius gerit & administrat nego-
tia domus. Hoc in casu pecunia illa dotalis præsumitur in-
torum peruenisse ad eum. Ita Cynus in l. si cum dote, §. trans-
grediamur, ff. solut. matr. Campegi, in tractat. de dote, in 3. parte,
quæst. 169. & idem sensit Curtius Sen. in d. consil. 45. ad fi-
nem. Et hæc quidem traditio præter rationes, quibus fulci-
tur subsequens casus, vbi aciemus, habet & hanc præcipuam,
quod cum dos, ipsimet tanquam marito acquiratur constan-
te matrimonio, iuxta l. doce ancillam, C. de rei vendi. sic præ-
sumendum est, quod ipsemet eam receperit, & apud se re-
tineret. Nam quando duo rei se obligant, & ad vnum
eorum negotium pertinet, is principaliter obligatur, alter ve-
rò est loco fideiussores. l. vir uxori, §. vltim. ff. ad Velleia. &
post Bart. Castrenf. Fulgosium, & Corneum in specie propè
respondit Crauet. in d. consil. 91. numero 2. Et acce-

dit, ut dicebat idem Craueria ibid. num. 6. attendi debere non
ipsa verba, sed cuius contemplatione fit actus. I. isti quidem, §.
vltim. ff. quod metus causa. tum similibus. sed actus & numerationis
dotis, fit cõtemplatione mariti, & sic filij. Ergo ad eum,
non autem ad patrem præsumitur peruenisse pecuniam.
Et rursus (ut dicebat idem Crauet. in d. consil. 61. num. 8.)
Actus præsumitur factus secundum dispositionem iuris
communis, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati. & dicemus infra
hoc lib. in præsumpt. 38. vbi declarabimus d. s. inter locatorem. sed
de iure communi pecunia dotalis pertinet ad maritum. d. l.
doce ancillam, C. de rei vendi. & l. pro oneribus, C. de iure dotium.
Ergo præsumitur ad ipsum filium maritum peruenisse. Et de-
mum cessat hic illa ratio, qui Doctores, quos in sequenti ca-
su referam, dicunt, pecuniam præsumi peruenisse ad patrem:
quia ipse pater gerit negotia domus, cessat inquam hæc ra-
tio, cum hoc in casu præsupponamus, ad ministracionem esse
penes filium.

Secundus est casus quando pater, & filius simul confessi
sunt recepisse dotem, & pater ipse solus administrat. Hoc in
casu tres sunt opinionēs.

Prima fuit Jacobi de Arena in l. si constante, ff. soluto matr.
qui dixit, hoc casu patrem, & filium, esse duos reos debendi,
atque ita ad utrumque insoludum censeri peruenisse pecu-
niam. Hanc reiiciunt omnes, & in specie Curt. Sen. in d. consil.
54. in princip. Ea ratione, quia duo rei debendi non consti-
tuuntur, nisi expressim ita agatur, l. 2. & l. cum reos, vbi Bald.
ff. de duobus reis. Accedit, quod impossibile est, pecuniam in-
torum peruenisse ad vnum, & ad alium, iuxta l. si uterq. §. si
duobus vehiculum, ff. commo.

Secunda fuit opinio, quod hæc pecunia peruenit ad
solum patrem. Ita Cynus in l. si cum dote, §. transgrediamur, ff.
solut. matr. quem sequuti sunt Angel. Arctin. in §. est & aliud nu.
2. in Insti. de donat. & Curtius Sen. in d. consil. 54. col. 2. versu. ego
autem, qui dixit, hanc opinionem æquitati conuenire, quod
fatentur Bald. & alij, quos infra referam. Et hæc quidem mi-
hi magis placet.

Primò ea ratione, quia pater ipse administrabat negotia
domus, & matrimonij onera sustinebat in alendis filio, nuru,
& eorum familia.

Præsumitur ergo quòd apud se pecuniam esse voluerit, ut
posset onera ipsa sustinere.

Secundò accedit, quòd ad patrem pertinet usufructus
bonorum dotialium, donec filius cum eo commoratur. Non
ergo est præsumendum, quòd voluerit pater pecuniam esse
apud filium, atque ita perdere ipsum usufructum. arg. l. cum
de indebito, ff. de proba.

Tertiò suffragatur argumentum à solitis, quod in iure
receptissimum esse scribunt omnes in l. certi conditio, §. si num-
mos, ff. si certum. petat. & latissi è Euerard. in centuria legali, in
l. loco à solitis. Atqui vsu compertum est, pecuniam dotalem, si-
cuti & aliam consueuisse peruenire in manibus patris fami-
lias, qui negotia domus gerit, & administrat, sic ergo &
hoc in casu dicendum est. Ita etiam dicimus, quòd quando
vna simul maritus, & vxor vendunt rem dotalem, pretium
præsumitur peruenisse ad maritum, cum soleant mariti
pecuniam illam recipere, ut explicabimus infra in præ-
sumpt. 22.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt, quòd imò hoc
in casu præsumitur pecuniam peruenisse pro dimidia ad pa-
trem, & pro altera dimidia ad filium. Ita Dynus, Petrus, Ray-
nerius, Baldus, Albericus, & Roman. in l. si constante, in prin. ff.
solut. matrim. idem Roman. in consil. 462. num. 2. Comens.
in consil. 40. col. 2. Corne. in consil. 303. num. 10. lib. 4. Barba. in consil.
43. numero 20. lib. 2. Crot. in d. l. si constante, in repet. nu. 84. Ruin.
in consil. 186. num. 7. lib. 1. & in consil. 53. numer. 17. libro 2. Eandem
visi sunt sequi Campegi, in tract. de dote in 3. parte q. 169. Ben-
uenut. Straccha, in tract. de mercatura, in iitu, de contractibus
mercatorum, num. 10. & Ronchegall. in l. reos, §. cum in tabulis, nu.
28. & 29. ff. de duobus reis. Et ij quidem moti sunt, quod cum
vna simul confessi sint se recepisse pecuniam, præsumitur
etiam, quod ad utrumque pro dimidia peruenierit; argu-
ditæ l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis. & l. v. rarius, §. si
duo, ff. de fideiuss. l. cum apparebit, ff. locati. & l. vir uxori, §. vlt. ff.
ad senatus consult. Velleian. Verum responderi potest quòd et si
verborum rigor, & proprietates id significet, atramen contra-
riis coniecturis, ob solitum, & æquitatem ab ea recedend-
um esse.

Probata itaque secunda illa opinione Cyni & sequacium
dicendum est, illam multò magis habere locum, quando
concurrunt alie coniecturæ, quibus colligi potest, ad pa-
trem peruenisse pecuniam illam, ut respondit Curt. Sen. in
d. consil. 54. in fin. sicuti quando appareret, patrem paulò post
enisse aliqua necessaria pro ipsa nuru sua, vel alias impensas
fecisse.

Tertius, & vltimus est casus, quod pater & filius, qui

secur aduentitia, non autem profecticia. Ita in specie Alex. in l. in quartam. numer. 28. vers. dum tamen. ff. ad l. Falcid. & in consi. 138. num. 3. lib. 3. cum dixit, dotem hanc cenferi aduentitiam. Idem apertius affirmavit Socin. Sen. in consi. 33. nume. 17. lib. 3. que n. secuti sunt Ripa in d. l. in quartam. num. 204. & ibidem Bolog. num. 365. & idem respondit Crau. in consi. 219. num. 3. qui eiusdem opinionis recenlet Decium in consi. 81. col. penul. & communem asseruit Anto. Gabr. in lib. 3. consi. 10. in tit. de iure dorum. conclus. 5. num. 15. & secutus est Cuchus in tracta. de legitima. pag. 52. num. 68. Idem docuit Coraf. in l. frater à fratre. in prima parte. nume. 68. ff. de cond. indebit. vbi sic intelligit l. dedit dotem. ff. de colla. doris. Quocirca male Natra in consi. 304. in fin. libro 2. & Caphal. in consi. 105. numer. 29. & 30. lib. 1. c. i. pferunt communem Doctoꝝ opinionem esse, quod aut pater est diues, & tunc auus dotando nepem, dicitur contemplatione filii dotare. Aut pater est pauper, & tunc dos data ab auo præsumitur sola ipsius aui contemplatione. Est sanè reicienda hæc Natræ, & Caphali distinctio, & retinenda præcedens, secūdam quam procedere potest opinio Cornet & sequacium, qui dixerunt, dotem præsumi constitutam contemplatione nep̄tis. Et huius casus, & sententiæ ea est ratio, quia quando pater est diues, non tenetur auus dotare nepem: sicuti mutorum auctoritate scripti in d. consi. 183. numer. 14. & in consi. 81. num. 48.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando auus t̄ suo in testamento reliquit dotem nep̄ti nondum natæ. Nam tunc dicitur reliquisse contemplatione filij: cum nulla aui affectio erga nep̄tem nondum natam possit considerari. Ita Bart. consi. 131. libro 1. Ang. consi. 89. numero 2. Alex. in consi. 179. num. 3. lib. 5. Dec. in consi. 81. num. 44. lib. 1. Dissentire tamen videtur Alex. in consi. 8. num. 10. vers. aliter etiam, libr. 3. & Natra in consi. 363. num. 10.

Secundus est casus, quando pater est pauper, tunc auus t̄ dotando nep̄tem præsumitur eam dotasse contemplatione ipsius filij sui sicque patris dicitur nep̄tis. Ita affirmarunt Doctores supra in primo casu commemorati, & manifestè Ru. in consi. 171. num. 9. lib. 1. & in consi. 30. nume. 10. libro 2. & Picus in l. quartam. numer. 224. ff. ad legem Falcid. & ibi apertius Ripa num. 204. Marzan. in consi. 1. nume. 46. Marchabrunus in consi. 21. num. 40. Et hoc in casu procedere, & intelligi potest, prima illa opinio, quod auus præsumatur dotasse contemplatione filij. Et hic adaptari possunt illius opinionis argumenta, quæ copiose congesti in d. consi. 183.

Extenditur hic casus, vt locum habeat etiam in t̄ auo materno. Nam & is præsumitur eodem modo dotasse nep̄tem, quando ad eum pertinet dotandi onus, vt est, quando ipse filiz pater & mater inopes sunt. Ita respondit Alex. in consi. 117. num. 8. lib. 6. repet. in consi. 154. col. 1. libro 7. quem secutus est Ant. Gabr. in d. concl. 5. num. 12.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat quando auus t̄ ipse suo in testamento legauit nep̄ti dotem à filio ipso hæredes instituto præstandam. Hoc in casu ab olute præsumitur dos ista relicta, non contemplatione ipsius filij instituti, sed solius ipsius nep̄tis. Ita respondit in consi. 183. numero 12. libro 2. post Ruin. quem citauit, ubique ratione n. cum eo deduxi, & contrariæ auctoritati Cephali respondit. Et præter ibi scripta existimo, Caphali interpretationem procedere solum, quando plures filij fuerunt hæredes instituti, & quando datus est substitutus: si ergo filius ipse solus est institutus, nullo dato etiam substitutus, concedit Caphalus legatum non valere: & consequenter illud cenferi relictum, contemplatione ipsius nep̄tis.

Declaratur secundo, vt non procedat hæc præsumptio, quando t̄ obstatet aliquid iuris impedimentum, quo doris constituto nullo modo valeret, si intelligeremus eam fuisse factam contemplatione filij, non autem nep̄tis. Potest afferri exemplum, quando auus constituit dotem nep̄ti spuriz ex filio suo legitimo. Hoc sanè casu, si diceremus hunc auum constituisse hanc dotem contemplatione filij, non subsisteret dotatio: vt ergo valeat, dicendum est præsumi auum dotasse contemplatione ipsius nep̄tis. Ita in specie declarat Anto. Gabr. in li. 3. conclus. in titul. de iure dot. conclus. 5. numero 18. ex sententia Bartol. in l. Gallus. §. quod si is, ad fin. vers. tertius casus, ff. de liber. & posthum. cum scripsit, quod si auus reliquit t̄ nep̄ti spurio, non valet legatum, si appareret factum contemplatione filij: aliàs verò valet. si non filij contemplatione. Et Bartolum secuti sunt ibidem Ruin. num. 2. Capta in consi. 2. num. 6. & Decius in consi. 462. num. 19. & alij, quos referam infr. in præsumpt. 28. dum explicabimus, quando donatum filio præsumatur donatum patris contemplatione in quarto casu.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio, quando t̄ auus constituit dotem suo in testamento, vt illa præstaretur post mortem suam eueniente casu illo à se disposito. Nam tunc præsumitur relicta contemplatione

ip̄tus nep̄tis, non autem filij. Ita post Ruin. respondi in d. consi. 182. num. 12. vers. sic fecimò accedit, libro 2. vbi rationem ex illo deduxi.

Declaratur quarto, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando auus dotem constituit, vel in testamento reliquit nep̄ti t̄ nondum nubile. Nam tunc non præsumitur constituisse dotem contemplatione filij, sed solius nep̄tis, arque ita dos hæc præsumitur aduentitia, non autem profecticia. Ita auctoritate Ramo non vno in locis respondi in d. consi. 183. num. 13. quo loci dissolui obiectionem Caphali dissentientis

Declaratur quinto, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando extarent præiurpiones, seu t̄ signa, quibus intelligeremus, auum hunc constituisse dotem contemplatione ipsius nep̄tis tantum, sicuti quando ex verbis ipsius aui hoc coniectetur, vt si dixisset quod ipse dotabat. Hæc enim verbi significat, ipsum auum immediate & personam dotare voluisse. Ita post Socinum Tom. respondi in d. consi. 183. numero 16. vbi etiam aliorum plurimum auctoritate iunxi aliud signum, quando scilicet in ipsa dotatione: xisset auus, quod eam dotem constitueret, & dabat pro omni & toto eo, quod nep̄tis ipsa petere, & consequi posset ex bonis ipsius aui. Nam hoc significat dotem fuisse datam contemplatione ipsius nep̄tis, alioqui dixisset auus, quod nep̄tis et dotem contenta esse deberet, pro omni & toto eo, quod petere, & consequi posset ex bonis filij sui, sicque patris ipsius nep̄tis. Et illo in consi. 183. num. 18. declarauit additionem Ripæ, quæ aliouo repugnare videbatur.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio, quando hæc dos constituta fuisse pro bonis materis, arque t̄ ita subrogata fuisse loco bono. um aduentitiorum. Nam tunc dos præsumitur aduentitia, & consequenter constituta contemplatione ipsius nep̄tis. Ita post Crauer. respondi in d. consi. 183.

Declaratur septimo, vt locum nō habeat hæc præsumptio, quando t̄ alioqui dos ipsa afferret detrimentum ipsi filio instituto, vt puta quando aliàs ipse si ius impediret: alienare suam legitimam, vt de claraui in d. consi. 183. num. 10.

Declaratur octauo, vt cesset hæc præsumptio, quando t̄ auus habeat tres vel quatuor filios, quorum vnus habeat filiam. Hæc filia dotanda est ab auo, non autem à patre, & consequenter dos hæc dicitur aduentitia. Ita Dec. in consi. 66. col. um. vltim. vers. tertio principaliter. & idem vltim. Actum. in consi. 17. vers. sic. ad septimum igitur. quos secutus sum in d. consi. 183. n. 24.

Declaratur nono, vt non habeat locum hæc præsumptio in nep̄te ex filio ex hæredato. Nam t̄ tunc auus non præsumitur eam dotasse contemplatione ipsius filij ex hæredato. Ita de donatione facta nep̄ti ex filio ex hæredato docuit Imol. in l. qui in aliena. §. inserendum, vers. nota. gloss. ff. de acquir. hered. Verum ab Imol. dissentient multi congesti ab Anton. Gabr. in lib. 3. conclus. in tit. de iure dot. conclus. 5. in fine.

Declaratur decimo, vt non procedat hæc præsumptio, quando t̄ auus instituit filium, & nep̄ti dotem reliquit. Nam ex quo filio prouidit, eum instituendo, præsumitur dotem reliquisse nep̄ti sola contemplatione ipsius nep̄tis. Ita in specie respondit Socinus Junior in consi. 33. nume. 5. libro 1. qui egregia ratione motus est. Est simile quod respondit Decius in consi. 462. numero 20. cum dixit, quod quando pater prouidit filio spurio, & aliquid deinde reliquit nep̄ti ex illo, nō dicitur ei reliquisse contemplatione filij spurij, sed ipsiusmet nep̄tis tantum.

Tertius est casus, quando non constat, an pater sit diues vel pauper, arque ita quando sumus in dubio, & nullæ extant coniecturæ, ex quibus colligi possit, an auus voluerit relinquere dotem nep̄ti, eius vel filij contemplatione. Hoc sanè in casu dubio præsumitur dos relicta intuitu filij. Ita Bartol. in consi. 131. num. 2. lib. 1. Angelus in consi. 78. nu. 1. Ruinus in consi. 138. num. 11. vers. & tanto magis, lib. 2. Dec. in consi. 81. nume. 5. Rube. in consi. 124. Crauer. in consi. 219. num. 1. Caphal. in consi. 481. num. 1. num. 67. & num. 71. libro 4. Marzanus in consi. 1. num. 46. Marchabrun. in consi. 21. nume. 40. Burfat. in consi. 477. num. 1. & 2. & Simon de Pietis in tracta. de interpretatione vltimarum volum. libro 4. dubis. 12. numero 24. & ratio est, quia filius tanquam sanguine coniunctior, magis dilectus præsumitur, quam nep̄tis, iuxta ea, quæ scripti infra lib. 4. præsumpt. 16. in 3. coniect.

Ex prædictis inferitur primo, quod illis in casibus, in quibus dos nep̄ti constituta, præsumitur contemplatione filij constituta, necesse habebit ipsa nep̄tis eam sibi imputare in legitimam, quam consequi debet ex bonis patris. Ita auctoritate muleorum scripserunt Alcia. in tract. præf. reg. 1. præsumpt. 17. n. 1. & Rip. in l. in quartam, n. 206. ff. ad leg. Falcid.

Inferitur secundo, quod dos ista ab auo data nep̄ti contemplatione filij, imputatur in legitimam ipsiusmet filij. Ita post a-

post alios tradit Alciat. in d. præsumpt. 17. nu. 3. & disputat Ripa in l. in quartam, numer. 202. Non est hic locus, vt hac de re differam.

PRÆSUMPT. XVIII.

Dotem quam maritus confessus est in dotali instrumento recepisse, tempore confessionis receptam præsumi.

SVMARIA.

- 1 Dotem qui confessus est habuisse, præsumitur confessionis tempore recepisse.
- Et huius que sit ratio. nu. 2.

CVm maritus in instrumento dotali confessus esset, se Chabuisse & recepisse mille nomine dotis quæ promissæ patri restituere, dubitatum fuit, an is maritus præsumatur eam summam recepisse t̄ tempore illo confessionis factæ? Qua in re Bart. in l. post dotem, nu. 20. sol. marr. docuit, præsumi eo tempore recepisse. Et illum secuti sunt Bald. Ang. & alij vt referi ibi Iaf. nume. 85. qui post Alexand. testatur esse communem opinionem. idem scripserunt Campeg. in tract. de dote. part. 3. quæst. 146. Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 5. nume. 7. quos secutus sum in consi. 97. num. 68. libro 1. Ea præcipua ratio est, reliquis reiectis motus est Alciat. quod nisi intelligamus t̄ hæc verba, habuisse & recepisse, esse significatiua præsentis temporis, stipulatio illa à patre adiecta, nihil ad eius fauorem operaretur. Nil enim ei acquireretur, ex quo iam acquisitum fuisset ius filiz, l. quoties, in princip. vers. ceterum. ff. soluto matrimonio. Quo ergo valeat stipulatio, & profit patri, cuius causa adiecta fuit, dicendum est, prædicta verba intelligi, quod tunc facta fuit dotis numeratio. Et quanquam à prædictis alij dissentiant, & postremo loco Ioan. Bolog. in d. l. post dotem, numero 174. attamen à recepta opinione recedendum non est.

PRÆSUMPT. XIX.

Donatum à sponso sponsæ, præsumi donatum, si sequatur matrimonium.

SVMARIA.

- 1 Sponsus dans sponsæ ob futurum matrimonium, præsumitur donare.
- Et quenam sit hæc præsumptio. num. 2.
- 3 Donatio sponsi facta sponsæ, antequam matrimonium sequatur, non fortitur obligationem efficacem.
- 4 Dotis promissio, sub tacita quadam conditione præsumitur facta, si sequatur nuptia.
- 5 Sponsæ donans extraneus, non præsumitur donare sub tacita conditione, videlicet nuptiis secutis.

CVm sponsus sponsæ donat, t̄ præsumptio est donatise, si modo sequatur matrimonium, l. cum veterum. C. de donat. ante nup. Et hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, affirmavit Ioan. Andre. in additio. ad Speculat. in tit. de præsumptio. §. species, num. 5. in verbo, in prædictis concord. vers. adducit ad idem. Esse solam præsumptionem t̄ iuris existimo, cum contrarium probari possit. Est autem hæc condicionalis quædam donatio, & ob id hinc sequitur, t̄ quod antequam sequatur matrimonium, orta nō est efficac obligatio. Ita glo. in d. l. cum veterum, in gloss. vlti. sic etiam dicimus in promissione t̄ dotis, quæ dicitur facta sub tacita conditione, si nuptiæ sequantur. & ideo interim non nascitur obligatio, l. stipulationem, l. tali. & l. promittendo. ff. de iur. dorum. & tradit Bald. Nouell. in tracta. de dote. part. 6. privileg. 76. num. 2.

Declaratur præsumptio, vt locum non habeat in extraneo t̄ donante, vel promittente donare sponsæ, vel sponso. Non enim tunc præsumitur donare sub tacita illa conditione, si nuptiæ sequantur. Bar. & Bald. in l. qui se debere. ff. de condi. ob causam. & propterea scribitur, quod nuptiis non secutis non rescinditur donatio. Qua de re plura doctè & acutè scripsit Bald. Nouell. in tracta. de dot. in 6. part. privileg. 69. Quando autem nuptiis non secutis rescindatur donatio, explicant Bald. & Sal. in d. l. cum veterum. & in l. si à sponso. C. de don. ante nup. & Campeg. in tract. de dote. part. 1. quæst. 79.

PRÆSUMPT. XX.

Patrem alienando bona omnia, præsumi referuasse filiis lucra matrimonialia.

SVMARIA.

- 1 Pater alienando omnia bona, præsumitur filiis lucra matrimonialia referuasse.
- Et que hæc præsumptio iuris, n. 2.
- CVm pater alienat omnia bona, præsumitur t̄ referuasse lucra matrimonij filiis, Authent. nunc autem. C. de secun. nupr. quam ita annotauit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 5. Et hanc esse t̄ præsumptionem iuris dixit Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de præsumpt. §. species, num. 5. in verb. in prædictis concord. Et scripsit Salic. in d. Auth. nunc autem. idem esse, quando pater alium hæredem in omnibus bonis facit. Et eo loci declarat Salic. statum Ferrariz, quo cautum est, quod nullus forensis acquirere possit immobilia in Ciuitate, & Ducatu, si pater instituit sibi hæredem forenses, & filiz, quæ cuius est, nihil præter dotem reliquit, filiz censentur referuata bona immobilia, quorum capax non est forensis.

PRÆSUMPT. XXI.

Mulierem pro alio intercedentem, præsumi aliquando pro sui commodo id fecisse: & ob id Velleiano non iuari.

SVMARIA.

- 1 Senatusconsulto Velleiano mulier quando non adiuerit.
- 2 Mulier intercedens pro alio, & post biennium confirmans obligationem, præsumitur non alterius, sed propria causa intercedere.
- Et quenam sit hæc præsumptio. n. 3.
- 4 Mulier intercedendo pro altero aliquid accipiens, Velleiano nō iuuatur.
- CVm mulier sua ipsa causa t̄ obligationi se subiicit, S. C. Velleiano non iuuatur, l. 2. & l. si senebris. C. ad S. C. Velleia. Quocirca statuit Iustinian. in l. si mulier, la 2. in fin. C. ad Velleia. quod quando mulier pro altero intercessit, t̄ post biennium eam obligationem confirmauit, præsumitur non alterius causa, sed sua propria intercessisse, & se obligasse. Hanc esse iuris, t̄ & de iure præsumptionem, affirmavit Ioa. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de præsumpt. §. species, num. 5. in verbo, in prædictis concord. vers. secundus in muliere. Nec hoc casu requiritur, quod mulier sit certiorata de huius S. C. beneficio, secundum Bald. & Salic. ibid. Et inquit Salic. confirmationem non retrotrahi, sed obligationem sumere vires à die ipsius confirmationis, scripsit Bald. in Auth. si qua mulier, in fi. C. ad S. C. Velleia. Ita quoque sancit idem Iustin. in l. antiquæ. in prin. C. eod. ad Velleian. quod si mulier t̄ intercedendo pro altero, rem aliquam accepit, non iuuatur eo S. C. cum præsumatur sua causa intercessisse. Hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, scripserunt gloss. ibi, & Doct. & Io. Andr. præcitato in loco, & idem asseruerunt Bald. in l. possidetis, nu. 6. C. de proba. Soci. in tract. fallen. reg. 314. & Alci. in tract. præsumpt. in prælud. in 2. par. & scripti sup. lib. 1. q. 60. in fi. & p. 65. n. 8.

PRÆSUMPT. XXII.

Mulierem non præsumi pretij partem recepisse, etsi vnà cum marito rem alienauit.

SVMARIA.

- 1 Dotale prædium marito & muliere vendentibus, pretium ad maritum præsumitur peruenisse.
- Reijciatur opinio Bart. n. 6.
- 2 Vxor in eodem instrumento se obligans cum marito, non tenetur nisi quatenus in eius utilitatem versum est.
- 3 Mulier consensuens viro alienanti fundum dotalem, dicitur fideiussoꝝ nomine consensuisse.
- 4 Mulier viro subiecta dicitur.
- 5 Experientia quotidiana rerum omnium magistra.
- 7 Mulier alteri regulariter non obligatur.
- 8 Dotalis prædij pretium ad solum virum peruenisse præsumi.

etiam iuramento mulieris accedente. Fallit, si in sui utilitate conversum esse, mulier coram iudice confitatur, nu. 9. Vt aliter constet, partem in eius utilitate cessisse, nu. 10. Idem si bona vir & vxor habeant communia, tunc enim pro dimidia ad singulos præsumitur peruenisse, nu. 11.

CONVENIT ut hoc loco explicemus præsumptionem illam, qua dicimus, quod quando maritus & vxor vna simul vendiderunt prædium dotale, & pretium fuit ab emptore numeratum, præsumitur pretium illud peruenisse ad ipsam maritum, & propterea si maritus, vel eius hæredes asserunt, partem illius pretij ad ipsam peruenisse, probare id debent. Ita scripserunt Specular. in tit. de oblig. & solut. §. ante omnia, vers. sed pone vir. Gemin. in cap. 2. col. 7. de pen. in 6. Frederi. de Senis in cons. 18. & cons. 241. Domino de Papi. Imol. in c. cum contingat, colum. 27. vers. in xta prædicta, de iureiur. qui dixit, ita aliquando fuisse iudicatum in ciuitate Bononiæ. Idem affirmavit Bald. Albertic. & Castren. in authent. si qua mulier. C. ad Velleian. idem Castren. in cons. 41. lib. 2. Signorol. in cons. 41. Roman. in l. si cum vxorem. §. transgrediamur, ff. sol. matrimo. Abb. in cons. 44. col. 1. lib. 1. Alex. in cons. 109. lib. 4. & in cons. 172. n. 16. lib. 7. Franc. Aret. in l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. Angel. Aret. in §. est & aliud genus, in Instit. de dona. qui testatur sic apud Regium fuisse obseruatum. Idem scripserunt Soc. Sen. in cons. 15. nu. 7. lib. 1. Campeg. in tract. de dote, in 4. part. q. 10. Ita quoque iudicauit Concilium Neapolitanum, teste Afflic. in decis. 209. Eandem probatur Marfil. in singul. 2. Moderni Parisien. in tract. de usur. nu. 288. Crauet. in cons. 9. nu. 11. vers. decimo istam. Bœ. in q. 33. nu. 6. & 7. Rolan. in cons. 64. nu. 4. li. 1. Roncheg. in l. eandem, in prin. num. 59. ff. de duob. reis. Olac. in decis. 140. & Hieron. Gabr. in cons. 58. nu. 1. li. 2. Et horum quidem sententia, quæ mihi magis probatur, multis fulcitur argumentis, tum maximè tex. in Authent. si qua mulier. C. ad Velleia. quo sancitum est, quod quando maritus & vxor se obligarunt in eodem instrumento, non teneret mulier nisi quatenus sit verum in eius utilitatem: cum lego non appareat, hoc in casu partem illius pretij versam fuisse in vxoris commodum, dicendum est, ad eam non præsumi peruenisse.

Secundo accedit tex. Auth. sine à me. C. eod. ad Velleia. quo constitutum legitimus, quod quando mulier consentit viro alienanti fundum dotalem, dicitur fideiussorio nomine consensisse. Ita ergo hic dicendum est, vt pro maiori cautela emptori adscriptum sit nomen vxoris, quæ videtur iux hypothece renouasse, & quidam color adhibitus dicitur, iuxta l. vir vxoris. §. ult. ff. ad Velleian.

Tertio suffragatur ratio, quod mulier est viro subiecta, vt copiose dicitur Tyraq. in tract. de legib. connubi. li. 7. n. 2. & 3. Et propterea cum ipsi viro exhibere debeat reuerentiam consensisse dicitur, vt magis placeat viro, quam vt pretij partem consequatur. Et hoc quidem comprobatur ipsa quotidiana experientia, quam rerum omnium magnitudinem appellat Summus Pontifex in c. quam sit, de elect. in 6. Et in specie sic rationem hanc perpendunt Castren. & Gemin. quos supra reculi. Et hæc quidem sententia retinenda est, tamen si ab ea multi differerint, affirmantes præsumi pecuniam pro dimidia peruenisse ad vtrumque. Ita sanè f. Bart. in cons. 124. punctus questionis, col. 1. lib. 1. Bald. in l. 1. col. 2. vers. prædicta faciunt. & in l. mater tua, col. 5. vers. sed hic quero. C. de rei vend. Cast. in l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. & apertius in cons. 296. col. 1. & in cons. 360. col. 1. lib. 1. & in cons. 362. lib. 2. Fabia. in tract. de emp. & vendit. in 3. q. princ. q. 38. Curt. Sen. in cons. 54. col. 2. vers. pro qua parte. Ludo. Bolog. in cons. 44. col. 2. vers. quod etiam.

Et ij quidem adducti sunt præcipue argumento sumpto à d. l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. Cui responderet, loqui in his, qui se possunt liberè obligare, id quod non contingit in muliere, quæ regulariter alteri obligari non potest. d. Authent. si qua mulier. C. ad Velleian. Respondet & secundò Craue. in d. cons. 91. in fin. & cõprobat Roncheg. all. in d. l. eandem, in prin. n. 59. & 60. ff. de duob. reis. & ibid. nu. 61. & 62. dissoluit alia nonnulla huius opinionis argumenta. Extenditur primò, vt hæc præsumptio locum etiam habeat, quando f. adhibuit iuramentum. Ita Bald. in d. Authent. si qua mulier, col. 2. vers. pone ergo, quod vir. C. ad S. C. Velleian. & alij relati à Ronchegallo in d. l. eandem, in prin. nu. 58. Extenditur secundò, vt locum habeat etiam, quando vna simul maritus & vxor receperunt pecuniam, & atque ita non apparet, quæ certa summa ad vxorem peruenit, præsumitur quod totam summam acceperit ipse maritus. Ita respondit Hier. Gabr. in cons. 58. n. 3. & 4. lib. 2.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, quando mulier est coram iudice confessæ est pecuniam illam,

quam recepisse asseruit, fuisse in sui utilitatem conuersam. Ita præcitero in loco. Idem est, quando f. aliter confitetur, ita partem fuisse versam in utilitatem mulieris, sic tenentur Afflic. in d. decis. 209. nu. 3. & Campeg. in tract. de dote, par. 4. q. 10.

Declaratur secundò, vt non habeat locum præsumptio hæc, quando maritus & vxor f. habent bona communia, ita quippe qui sic pacto matrimonij contaxissent. Nam tunc pretium rei venditæ simul præsumitur ad singulos pro dimidia peruenisse. Ita Moderni Parisien. in commentar. de usur. q. 38. quem secutus est Roncheg. in d. l. eandem, in prin. nu. 62. ff. de duob. reis.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando vxor sola cum consensu mariti vendit, sola recipit pretium, & sola promittit de euictione. Hoc sanè casu præsumitur, quod tota pecunia ad ipsam vxorem peruenit, & nihil ad maritum. Ita Imol. in c. cum contingat, n. 26. de iureiur. Alex. in cons. 38. col. 1. li. 2. Rolan. in cons. 64. li. 1. Boer. in q. 23. quos secutus est Hier. Gabr. in d. cons. 58. n. 8. lib. 2. qui refert etiam Nat. in cons. 145. n. 4. li. 1. & dixit Gab. hoc procedere etiam si ipse maritus promittit, atque ita fideiussit pro ipsa vxore, & ibi nu. 19. declarat Alex. in cons. 38. col. 1. lib. 2.

PRÆSUMPT. XXIII.

Donatio facta inter virum & vxorem, an & quando præsumatur reuocata, vt donantis morte confirmata dici non possit.

SUMMARIA.

- 1 Donatio inter coniuges, matrimonio constante, prohibita, morte tamen, nisi reuocata appareat, confirmatur, n. 2.
2 Donatoris penitentia & reuocatio non præsumitur, n. 3.
3 Mutatio voluntatis non præsumitur, sed arguitur probatur signis & coniecturis, n. 5.
4 Legata & donationes à pari procedunt, & eorum penitentia & reuocatio coniecturis probatur.
5 Donator tradens rem donatam pignori, vtrum præsumatur donationem renouasse. Et quid sit in legato, n. 8.
6 Odio graui inter maritum & vxorem subsequente, donatio vel legatum reuocatum præsumitur. Idem in testatore & legato, n. 10.
7 Adulterium committente muliere, donatio à viro facta præsumitur reuocata. Idem si turpiter inserit, vel deoculari sese passa sit, n. 12.
8 Donator maritus, rem vxori donatam alteri donans, præsumitur priorem donationem renouasse. Id autem de qua donatione accipiendum, n. 14.

Donare non possunt inter se maritus & vxor durante matrimonio, l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi Vlpia. rationem reddit, & alia commemorat Paulus ibi in l. 2. & post Alciat. & Coraf. scripti in lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 132. nu. 2. Et quantum constante iplo matrimonio donatio hæc sit omnino nulla, l. 3. §. sciendum, ff. de donat. inter vir. & vxor. Nihilominus iustitiam quandam habet & propterea morte donantis confirmatur, l. cum hic status, in prin. e. d. tit. Nisi reuocata appareat donatoris penitentia. Quæ sanè est penitentia & reuocatio non præsumitur, d. l. cum hic status. §. sed vbi semel. & in specie tradit Io. Lup. in Rubr. extr. de don. inter vir. & vxor. §. 69. n. 11. Et ratio quidem est, quia voluntatis mutatio nõ præsumitur, l. qui testamentum, ff. de proba. & copiose comprobabimus in l. lib. 6. præsumpt. 28. Qui itaque donatorem penituisse, & donationem reuocasse asserit, probare id debet.

Extenditur procedere etiam, quando extaret aliquod signum, quo posset intelligi facta reuocatio, vel non facta, vt eo in notabili exemplo, quando maritus constante matrimonio confessus habuisse dotem, qua ex confessione resultat donatio quædam tacita, si deinde maritus affirmat, se eam dotem non accepisse, non tamen ex hoc inferitur reuocatio donationis. Ita Rom. in sing. 99. tu scis, quod donatio, & Lup. in d. §. 69. n. 11. qui testatur ita fuisse in iudicio obseruatum.

Cæterum mutata fuisse voluntatem & reuocatam donationem probari poterit f. vrgentibus signis & coniecturis, sicuti & in legatis, quæ pari cum donatione f. procedere respondit Vlpia. in d. l. cum hic status. §. penitentiam. Penitentiam & reuocationem in legatis probari coniecturis affirmant Cur. Iun. in cons. 103. nu. 2. & Hiero. Gabr. in cons. 102. n. 8. ad fin. & nos differemus subsequenti in li. in præsumpt. 82. Multis

Multa hic penitentia & reuocationis signa considerari possunt.

- 1 Primum est signum & coniectura, si donator f. rem donatam pignori dedit, d. l. cum hic status. §. si maritus. quo loci Vlpia. respondit, recedi ab hoc signo & coniectura, si coniecti potest, donatorem voluisse locum esse donationi, non obstante pignoratione facta, vt si donataria, quæ remansit in possessione, parata est satisfacere creditoribus. In legato f. in possessione solet distinctio. Nam aut res legata pignori data est tantam ob summam, quæ vel excedit, vel æquiualeat pretio ipsius rei: & tunc præsumitur reuocatum legatum; aut vero fuit pignori data & hypothecata pro minori summa, & tunc non præsumitur reuocatum legatum. Ita Bart. in l. rem legatam, in fin. ff. de adimen. lega. & Ial. in l. 3. num. 3. C. de leg. alios commemorabimus subsequenti in lib. in præsumpt. 82. Et in specie nostra sic etiam distinguit Io. Lup. in Rubr. extra de don. inter vir. & vx. §. 69. num. 7. vers. prædicta sunt.

- 2 Secundum est signum & coniectura, quando superuenit graue f. odium inter maritum & vxorem, sicuti quando mala gratia subsecutum est diuortium. Hoc etiam casu præsumitur reuocatum legatum, d. l. cum hic status, §. si diuortium. Idem dicimus in legato, quod ob superueniens odium & inimicitiam inter testatorem & legatarium præsumitur reuocatum, l. 3. §. ult. & in l. inimicitia, ff. de adimen. lega. & differemus infra subsequenti in lib. in præsumpt. 83. Et in specie nostra sic etiam distinguit Io. Lup. in d. Rub. extr. de don. inter vir. & vx. §. 79. nu. 1. Est & aliud exemplum, vt si mulier committit adulterium, l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & tradit Lupus d. §. 78. num. 2. qui multis comprobatur. Et num. 10. idem esse dixit, quando f. mulier turpiter lussit, vel passa est se deoculari, & alia similia ad rem illo in loco congerit, quæ non repero.

- 3 Tertium est signum, quando f. donator rem ipsam donatam alteri donauit, d. l. cum hic status. §. qui quasdam, ff. de don. inter vir. & vxor. Idem est in re legata, l. re legata, ff. de adim. lega. Id quod intelligo, f. quando eadem res in specie donata vxori, donatur à marito alteri: scilicet verò, quando vna re donata vxori, maritus alteri faceret donationem omnium bonorum. Nam tunc non præsumitur reuocata donatio rei specialis. Ita Lupus in d. §. 69. numero 10. vers. ex quibus omnibus motus inter alia text. l. quoties, C. famil. ercif.

PRÆSUMPT. XXIV.

Maritus an & quando præsumatur donasse vxori ea, quæ illi tradidit.

SUMMARIA.

- 1 Maritus vxori, sponsum sponsæ res aliquas tradendo, in dubio nõ præsumitur donare. Idque maximè in marito paupere, vel rustico, n. 2.
2 Maritus nobilis & diues res vxori traditas, an præsumatur donasse.
3 Diuitie solæ ad donationis præsumptionem an sufficiant.
4 Maritus plebeius & ignobilis, vestes, iocalia, & similia tradendo, aut miscendo mulieri, præsumitur donare. Et de quibus id vestibus aut iocalibus intelligatur, nu. 6.

VENIT persæpè, vt maritus res aliquas tradat vxori, vel sponsum sponsæ, & ignoratur quo titulo tradiderit, an scilicet donationis, vel alio? Qua in re pro regula constituendum est, non f. præsumi titulo donationis, cum illa in dubio non præsumatur, l. cum de indebito, in prin. ff. de probat. & copiose scripti in lib. 2. de arbitrar. iud. casu 88. colum. 1. Et hæc quidem regula multo magis procedit f. in marito paupere, vel rustico: sicuti in specie tradit Io. Lupus in Rubr. extra de donat. inter virum & vxor. §. 9. num. 7. adductus text. l. si duobus, §. si coeunda, ff. pro soc. vbi rusticus non præsumitur præstare operas suas gratis.

Receditur à prædicta regula coniecturis & signis, quibus colligitur, sponsum sponsæ, vel maritum vxori donare voluisse.

Primum est signum & coniectura, quando maritus f. est nobilis. Nam si donasse præsumitur res illas traditas vxori. Ita in specie affirmant Bald. in c. iuravit, col. ultim. de probat. Io. Lup. in d. §. 9. numero 7. & numero 18. & alios quamplures eiusdem opinionis recenset Tyraq. in tract. de nobilit. c. ult. nu. 47.

Cæterum scripti in comment. de arb. tr. iud. lib. 2. casu 88. num. 49. esse dubiam, & ibidem declarauit, quo in casu locum habere potest.

Secundum est signum & coniectura, quando maritus f. est diues. Nam solas diuitias sufficere ad præsumendum donationem, scripserunt gl. in l. sed si ego, in fin. ff. ad Velleia. Bald.

in l. i. in fi. C. eod. & Ioan. Lup. in d. §. 9. numer. 81. vers. quinimo.

Tertium est signum & coniectura, quando f. maritus plebeius & ignobilis duxit nobilem, & ei misit iocalia, vestes, & similia. Nam tunc præsumitur, quod maritus eam donauerit. Ita Bald. in l. 1. C. de dotis promiss. & quos commemorat & sequitur Lupus in d. Rub. de don. inter virum & vxor. §. 10. qui paulo supra §. 9. num. 19. vers. adde. idem scripserat.

Verum subiungit idem Lupus in §. 11. intelligi, quando f. vestes & iocalia sunt modici valoris: vel quando iunt quotidiani vsus, qua de re ictiphi etiam ego ipse multa in lib. 2. de arbit. iudi. casu 218.

PRÆSUMPT. XXV.

Maritus an & quando donasse & remisisse præsumatur alimenta, & vsuras seu interestesse sibi debitum, causa dotis non soluta.

SUMMARIA.

- 1 Alimenta aut interestesse debitum loco dotis sibi constituta, gener non præsumitur donasse socero, si intra modicum temporis, & sic infra decennium non petierit. Quid autem sit, si præter lapsum sit decennium, numero 2. & 4.
2 Vsuræ etiam appellantur illæ, quæ dotis nomine præstantur in alimenta mulieris.
3 Actiones personales, vel officium iudicis non tolli nisi 30. annorum cursu.
4 Maritus non petens interestesse loco dotis sibi debitum, toto vitæ tempore præsumitur donasse, Idque procedit, vt etiam in foro Canonico socer liberetur, num. 9.
5 Dominus qui ob caducitatem expelleret poterat emphyteutam, non declarando mortem, dicitur remisisse.
6 Filius in vitæ non conquestus de matre transeunte ad secundas nuptias, iniuriam sibi illatam dicitur remisisse.
7 Vsuras dotis pacto expresso promissas, an censentur remisisse gener, si toto vitæ suæ tempore non petierit.
8 Vsuras dotis gener remisisse non censetur socero, si ob aliquam causam toto vitæ tempore non exegerit.
9 Ius quod sibi competere quis ignorat, nemo dicitur remittere.
10 Vsuras dotis sibi debitas, censetur remisisse gener recipiendo sortem absque protestatione de iis consequendis.
11 Mulier cui certa panam promissa fuerat, si certo tempore dos non solueretur, lapsu tempore dotem sine protestatione recipiendo, præsumitur panam remisisse.
12 Dominus recipiens canonem ab emphyteuta, præsumitur caducitatis panam remittere.

Dores opulentas, & plus quam ferunt vires patri- monij, solent interdum parentes filiabus constituere, & dum non possunt promissam summam præstare, interesse loco alimentorum, generis quorannis pendunt. Euenire autem aliquando solet, vt maritus ipse diu differat petere hæc alimenta, & ob id dubitatur, an ea donasse & remisisse socero præsumatur. Hæc disputatio egregia & vtilis admodum est, quare vt eam explicem dilucidius ac nostri faciunt, distinguo atque constituo aliquot casus.

Primus est, quando f. decursum est modicum temporis, vt puta biennium, vel triennium, vel sexennium, ita vt non attingat decennium. Hoc in calu nemo est qui dissentiat, quod non censetur facta donatio, & remissio ditorum alimentorum & interesse. Et probat tex. l. cum quidam. §. Diuus, ff. de v. suris, de quo statim dicemus, vbi requiritur cursum longi temporis, ergo cursus minoris temporis non sufficit.

Secundus est casus, quando elapsum est f. decennium. Hoc in casu sunt opinioniones. Vna fuit eorum, qui scripserunt, maritum præsumi remisisse & donasse prædicta alimenta, & interesse. Ita Dionys. Perusin. inter cons. Baldi in cons. 474. post biennium lib. 3. & idem verè sensit Bart. in l. cum de in rem verso, n. 7. vers. si vero tractatur de præsumendo, ff. de usur. Alex. in cons. 74. num. 8. vers. secundo principaliter. & col. ult. vers. similiter ex alio, lib. 5. Corin. in cons. 206. col. ult. vers. & pro dicta conclusione, lib. 2. Alcia. in tract. de præsu. reg. 1. præsumpt. 32. nu. 4. vers. quid tenendum. Tyraq. in tract. de præscrip. l. gl. 4. vers. octavo istis. & eiusdem opinionis alios recensuit Olac. in decis. 132. num. 11. vers. hanc opinionem. Ibi enim commemorauit etiam Cremen. in sing. 5. Gomef. in §. actiones, num. 6. in inst. de actio. Campeg. in tract. de dos. part. 2. q. 6. Marfil. in sing. 360. Soc. Iun. in cons. 114. num. 40. lib. 3. & Caphal. in cons. 85. nu. 13. li. 1. Refert & alios nonnullos, qui contrarium probant, vt dicemus infra.

Primo adducitur tex. l. cum quidam. §. Diuus. ff. de usuris. cuius verba hæc sunt: Diuus Pius ita rescriptit: Parum iuste præteritas vsuras petis: quas omisisse te longi temporis interuallum indicat: qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti. loquitur hic textus simpliciter de vsuris, non distinguendo vsuras debitas ex causa lucratiua, à debitis ex causa onerosa, vt animaduertit præcator in loco Alciat. Quocirca cum etiam vsuræ appellentur, quæ loco alimentorum mulieris præstantur, l. vir vsuras. & l. insulam. §. vsuras. ff. sol. matr. dicendum est, casum d. §. Diuus. conuenire casui nostro. Non etiam repugnat consideratio Alex. in conf. 63. n. 16. lib. 4. cum dixit, d. §. Diuus. loqui eo casu, in quo creditor non exegit vsuras à debitore, vt ei esset gratior, expectans ab eo beneficium aliquod. Nam respondetur secundum Alciat. præcator in loco. n. 4. vers. in l. d. §. Diuus. ibi ex solo ipso temporis cursu præsumi id factum causa gratitudinis, alio non confitro.

Secundo, gl. in l. vir vsuras. ff. de donat. inter virum & vxor. adduxit hac pro opinione text. l. cum oportet. §. in autem. C. de bonis que liber. quem etiam perpendunt Roman. Alexand. & Boer. quos sic refert Ofasc. in d. decis. 132. n. 4. Ibi enim dicitur, quod si pater tacite filiis remisit vsum fructum bonorum aduentitiorum, prohibentur hæredes patris illum petere. Ergo & hoc in casu maritus non petendo vsuras dicitur remittere. Cæterum aliam habet rationem is tex. §. in autem. vt explicabimus infra. in præsum. 30. n. 54.

Tertio Alciat. perpendit tex. in l. vir vsuras. ff. de don. int. vir. & vxor. cuius verba adscripsi. Vir vsuras (inquit Papinianus) promissæ dotis, in stipularum deduxerat, easque non petierat. Cum per omne tempus matrimonij sumptibus suis, vxorem & eius familiam vir exhiberet, dote prælegata. sed & donationibus verbis fideicommissi confirmatis: legato quidem dotis vsuras non contineri videbatur. sed titulo donationis remissas. Hic manifestè respondit Papinianus, maritum qui non petiit has vsuras donec vixit, cum etiam vixisse potuit minus decennio, ceteri remisisse. Nec repugnant considerationes Alexand. in conf. 63. n. 16. vers. sic. similiter non obstat, lib. 4. Nam illa prima, dum post gloss. ibidem ait, illam fuisse donationem expressam, est omnino falsa: sicuti colligitur ex verbis Papiniani, cum dixit, videri donationis titulo remissas. Non etiam verum est, quod essent vsuræ odiosæ: quia imò sunt favorabiles, cum loco alimentorum præstantur, & eam ob causam sic considerantur in d. l. vir vsuras. Non etiam verum est, quod dicebantur Alexan. fuisse vsuras promissas ab ipsa vxore, cui facile donari à viro præsumitur ob mutuam beneuolentiam. Est enim consideratio hæc diuinata ad responsum Papiniani, qui simpliciter & absolute loquitur. alias consideratio nec Cornei in conf. 145. li. 2. add. l. vir vsuras. diluit Ofasc. in decis. 132. n. 20. Rectius forte dici posset, id contingere ob subsecutam mortem mariti, qui moriendo dicitur nolle petere, sed remittere. Et infra in subsequenti casu confirmabimus. Et hæc quidem opinio magis probatur.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, cursu decennij non præsumi remissas vsuras has. Ita Roma. in conf. 517. n. 14. & in l. insulam. §. vsuras. & in l. que dotis. ff. sol. matr. & ibidem Alexan. & Iaf. n. 19. Alexan. in conf. 56. n. 6. n. 8. & n. 11. & in conf. 63. n. 16. lib. 4. & in conf. 208. numer. 10. li. 7. Corne. in conf. vltim. lib. 2. & in conf. 164. col. penult. lib. 3. in conf. 73. n. 3. lib. 4. Decius in conf. 571. n. 4. Francisc. Balb. in tractatu de præsumptio. in prima parte tertie partis principalis. quæstio. 10. n. 14. Angel. Aretin. in §. fuerat, in Insti. de actio. & §. ibid. Iaf. n. 20. Ioan. Lup. in c. per vsuras, in tertio notab. §. 1. col. 2. vers. ad idem facit. de donat. inter virum & vxor. qui communem esse affirmat Ruin. in conf. 224. n. 15. lib. 1. & in conf. 61. n. 5. lib. 4. Gratus in conf. 57. li. 1. Chassanæ. in commentariis ad Consuetud. Burgund. in Rubric. 4. §. 23. n. 17. & Modern. Parisiens. in additio. ad Alexan. in conf. 63. lib. 4. Neuizan. in conf. 56. n. 8. & Grammat. in decis. 70. qui testatur, sic fuisse decimum in Concilio Neapolitano.

Primo adfert tex. l. Procula. ff. de proba. verum respondet Alciat. in d. præsumpt. 32. n. 5. quod ibi non interuenerat temporis diurnitas, sed facta fuerat sæpè calculatio, quæ minori tempore fieri potuit. Præterea ibi fit fundamentum in eo, quod Procula quandiu vixit, nihil à fratre petiit, & non cursus temporis, sed mors ipsa consideratur, sicuti in casu d. l. vir vsuras. ff. de don. inter vir. & vxor. de qua diximus supra & infra repetemus.

Secundo, quia actio personalis, vt hæc, vel officium iudicis, quo vsuræ dotales præstantur, d. l. insulam. §. vsuras. ff. sol. matr. non tolluntur, nisi cursu 30. anno. l. si quis. & l. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Verum responderetur, hanc non dici præsumptionem, de qua nos loquimur, sed præscriptionem, vt dicemus infra. Duo alia argumenta hac pro opinione refert Ofasc. in d. decis. 132. n. 17. & 18. quæ facile

confutari possunt.

Tertius est casus, quando maritus quamdiu vixit, nihil petiit. Hoc sanè casu dicitur vsuras ipsas remisisse atque ita donasse. Ita in specie affirmant Bar. in l. vir vsuras. ff. de don. inter vir. & vxor. Rom. in d. conf. 571. n. 16. & in l. insulam. §. vsuras. n. 16. ff. sol. matr. Franc. Balb. in tract. de præscrip. in 1. part. tertie partis prime. q. 10. numero 14. Ioan. Lup. in d. §. 1. col. 2. vers. ad idem tex. Boer. in quæst. 196. numer. 4. Grammat. in decis. 103. numer. 29. Cæphal. in d. conf. 85. numer. 14. lib. 1. & Olac. in decis. 132. n. 19. vbi in si. testatur ita dictum fuisse in illo Senatu Pedem. Qui tamen intellexit, quando cum morte mariti concurrat cursus decennij, quod minime verum est: cum etiam minor temporis cursus sufficiat. Et hæc quidem sententia probatur in d. l. vir vsuras. & in d. l. Procula. Est simile quod dicitur, dominum qui non solum canonicum ab emphyteuta, vel aliam iustam ob causam, poterat eum expellere, atque ita caducitatem declarare, si dum vixit, non declarauit, moriendo dicitur eam remisisse. Ita scribunt multi à me congesti in conf. 155. n. 17. vbi numer. 16. commemorat illud simile, quo dicitur: si filius viuens non est conquestus matrem: transiisse ad secundas nuptias, & ob id seire debere pœnam illatæ sibi iniuriæ, dicitur pœnam ipsam remisisse. & aliud simile retulit Olac. in d. decis. 132. n. 5.

Extenduntur prædicti omnes casus, vt locum etiam habeant in foro Canonico, in quo etiam obseruabitur, vt focer ille censetur liberatus à præstatione dictarum vsurarum. Ita Alciat. in d. præsumpt. 32. in si. post Corne. in d. conf. lib. 2. Ea ratione motus est Alciat. quia hic non agitur de inducenda præscriptione, iuxta c. vlt. de præscri. sed quod lapsu temporis, vel secuta morte mariti, præsumatur eius consensus & remissio. Nec hic versamur in materia peccati, quia focer ille non peccat non soluendo, cum interpellatus non fuerit, ex quo iudicis officio tenebatur. Et potuit (inquit Alciat.) focer ille verisimiliter credere, generum esse forte contentum, neque v. u. as exigere velle. Comprobatur hæc extensio secundum Alciat. egregia traditione Iasonis in l. si certis annis, n. 14. C. de fact. cum post Salice. ibi, docuit dispositionem l. cum de in rem ver. o. ff. de iur. locum habere etiam de iure Canonico, quia ibi non agitur de præscriptione, sed de præiudicatione legis præiudicantis consensus ex lapsu decennij. Qui de re differemus infra in præsumpt. 98. vbi declarabimus materiam d. l. cum in rem verso.

Declarantur primò prædicti casus, vt locum non habeant, quando hæc vsuræ fuissent pacto expresse promissæ. Nam tunc focer debitor non potest prætere bonam fidem, ob id iure Canonico insip. eto nunquam præscribit. Ita Alciat. in d. præsumpt. 32. in si. qui sic intellexit Alex. in d. conf. 63. lib. 4.

Cæterum ego valde dubito, cum hic (vt etiam dicebat Alciat.) non agatur de præscriptione, sed de præiudicando cursu temporis consensus mariti, quæ sanè ratio locum habet, & hoc in casu, cum tempore dicere possumus, focerum credidisse ip. u. suum generum voluisse dote esse contentum, quia alioqui eum interpellasset ad soluendas ipsas vsuras.

Declaratur se undò, vt locum non habeat, quando maritus, & sic gener, omisit petere dictas vsuras aliqua ex causa, vt quia ignoraret sibi deberi: Nam tunc non dicitur eas remisisse. Ita dicitur Corne. in d. conf. vlt. col. vlt. li. 2. Nemo enim dicitur remittere t. ius, quod ignorat sibi competere, l. mater decedens. ff. de iust. testam. Possunt etiam considerari alia similes causæ.

Quartus est casus, quando maritus seu gener, cui debebantur prædictæ vsuræ, recepit t. ius, nulla adhibita protestatione de consequendis etiam vsuris. Hoc sanè casu dicitur remisisse ipsas vsuras. Ita in specie Iaf. in l. centum Capuæ. n. 6. ff. de eo quod cert. loc. & ad rem prope respondit Soci. Sen. in conf. 8. n. 4. li. 1. mulierem, t. qui promissa fuerat pœna, casu quo certo tempore dos non fuisset numerata, si lapsu tempore recepit dorem, non adhibita protestatione, dicitur pœnam illam remisisse. & Socin. securus est Cræuet. in conf. 234. n. 4. vers. amplius. Idem scripsit Guid. Pap. in q. 172. col. vlt. qui fortius dixit, nec quidem protestationem impedire, quo minus dicitur facta remissio, quod tamen verum non esse existimo. Huc etiam pertinet, quod in simili dicimus, dominum t. recipientem canonicum ab emphyteuta, præsumi remisisse caducitatem pœnam. Qua de re differemus infra in præsum. 85. post Iaf. in l. 2. princip. col. vlt. ff. si quis cautio. & in l. 2. n. 124. C. de iure emphyt. & Guid. Papæ d. quæst. 172.

Cæterum in specie huius nostri casus aliter docuit Bald. in l. vlt. §. præterea, col. 2. vers. aduerte hic. C. de iure dotum. cuius

cuius non meminit, idem tamen affirmans Baldus Nouell. in tractatu de dote, parte 3. n. 11. & idem sensu Io. Lup. in c. per vsuras, in §. notab. §. 8. n. 6. de donat. inter virum & vxor. Et confert quod scripsit Bartol. in l. vltim. numer. 3. ff. de eo quod cert. loc.

PRÆSUMPT. XXVI.

Donata mulieri à consanguineis mariti, an & quando præsumantur ita donata, contemplatione ipsius mulieris, vel mariti, vt vel vni, vel alteri acquirantur.

SUMMARI.

- 1 Donatio facta à consanguineo mariti, mulieri de se benemerite, præsumitur ipsius contemplatione facta, nec marito acquiritur.
- 2 Donans pater filio benemerito, præsumitur motus causa illa proxima, benemeritorum scilicet, non remota affectionis paternæ.
- 3 Donatio facta mulieri, à consanguineo mariti de donante benemeriti, præsumitur illius quoque mariti contemplatione facta.
- 4 Donatio facta mulieri à consanguineo mariti sub commemoratione eius, præsumitur mariti contemplatione facta.
- 5 Legatum factum filie sub commemoratione patriæ potestatis, patri acquiritur.
- 6 Donatæ res vxori à consanguineo mariti, quæ ipsi non conueniunt sed marito, contemplatione eius donatæ præsumuntur.
- 7 Donatæ res à consanguineo mariti, vxori soli conuenientes, mulieris contemplatione præsumuntur date. Aliquibus tamen dissentientibus, n. 9.
- 8 Dona data legatis, quæ ipsi tantum conueniunt, non acquiruntur Principi mittenti, & n. 23.
- 10 Donatum mulieri à consanguineo mariti acquiri mulieri, si ibi sit exet. consuetudo.
- 11 Donatio facta mulieri à Principe viri consanguineo, contemplatione mulieris facta præsumitur, eidemque acquiritur.
- 12 Filii familias de donatis sibi à principe liberi disponit.
- 13 Donatio facta mulieri à mariti consanguineo, in dubio secundum vnam opinionem, mariti contemplatione facta præsumitur. Alia asseritur opinio, n. 17.
- 14 Vxor quod acquirat, non acquirat marito de iure, quemadmodum patri filius.
- 15 Arrogatus filius non patri arrogatori, sed sibi acquirat.
- 16 Donantis affectio inspicitur ad cognoscendum cuius contemplatione datum quid fuerit.
- 18 Donationem factam à viro in re communi cum fratribus suis illis presentibus & consentientibus, valere.
- 19 Socrus donare nurui potest.
- 20 Socrus quod donat genero suo sponso, efficitur sponsi proprii & transe ad hæredes.
- 21 Donata nepoti per anum, aduentitia sunt, nepotiq; acquiruntur, adhibita tamen distinctione, n. 22.
- 24 Donata socio contemplatione societatis, efficiuntur propria socij cui donatum est.
- 25 Donatum filio qui asserit aduentitium esse, probare id debet.

CONGRVVS satis est hic locus, vt differamus, an & quando donata mulieri à consanguineis mariti, præsumantur ita donata contemplatione ipsius mulieris, vel mariti, vt vel vni vel alteri acquirantur? Disputatio hæc difficilis & perplexa est: estque tota coniecturalis. In qua quidem ego soleo distinguere atque constituere aliquot casus.

Primus est, quando mulieris extant benemerita t. erga consanguineum illum donatorem: vt puta, si enim inferiuit in aliqua infirmitate, vel similem ob causam benemerita est. Hoc sanè casu donatio facta à consanguineo, præsumitur facta contemplatione ipsius mulieris, vt ei acquiratur: non autem marito. Ita Ioan. Lupus in rubr. extrâ de donationibus inter virum & vxorem, §. 43. n. 13. vers. scilicet. crederem tamen, quæ securus sum in conf. 41. n. 23. & in conf. 81. n. 50. libro 1. Et dixit Lupus hoc esse ex mente Bar. in l. sed si plures. §. in arrogato, numero 3. ff. de vulga. & pupil. sustitut. dum considerat causam proximam, & causam remotam donationis: vt scilicet spectanda sit causa proxima: Quæ quidem hic est, causa benemeritorum: sicuti probatur in l. si vero non remunerandi. §. idè Papinianus. ff. mand. vbi donatio facta à liberto patrono, præsumitur facta ob præcedens meritum patroni, qui prius fuerat liberalis erga ipsum libertum. Et huc pertinet, quod tradit post alios Decius in l. si donatus, numero

11. C. de collat. quando pater donat t. filio benemerito, præsumitur motus ad donandum causa hac proxima meritorum: non autem causa illa remota affectionis paternæ, sanguinitate. Qua de re dicemus infra in præsumptione 29. vbi explicabimus, quando pater præsumatur donare filio ob benemerita, quo loci plura explicabimus, quæ huc pertinere possunt, præsertim text. l. tutor. §. que tutoribus ff. de excus. tutor.

Secundus est casus, à præcedenti diuersus, quando scilicet t. mariti extant benemerita erga donantem vxori. Hoc sanè casu, præsumitur donatum causa & contemplatione ipsius mariti. Ita simili omnino in casu probat tex. & ibi gl. l. profectitia. ff. de iure dot. & ibi Bal. cum dixerunt, quod si quis ob mea erga eum merita donauit filie meæ mille causa dotis, illa dos dicitur profectitia: quasi quod p. uenerit ex bonis meis nempe à meritis meis. Et idem scripsit ad rem nostram Ioan. Lupus in d. §. 45. in fin.

Tertius est casus, quando donatio facta fuit à consanguineo vxori consanguinei t. sub commemoratione ipsius mariti consanguinei: vt si dixit, dono Caiæ vxori fratris mei. Hoc etiam casu præsumitur donatio facta causa & contemplatione ipsius mariti. Ita in specie tradit Lupus in d. §. 45. n. 6. & hoc maxime, motus traditione Dyni & Baldi in l. filio. ff. de condit. & demonst. cum dixerunt, legatum t. factum filio sub commemoratione patriæ potestatis, acquiri patri: quia eius causa & contemplatione præsumitur factum, sicuti etiam annotauit Soc. in d. l. filij, numero 4. confert. l. cum aliquis. C. de iure delibe. vbi instituens hæredem seruum Sempronij, intuitu & contemplatione domini dicitur instituisse. Id quod explicabimus infra in sequenti libro in præsumpt. 44. Nec constituenda est differentia (inquit Lupus) quod præcedat vel sequatur proprium nomen vxoris, cum vtroque casu præsumatur facta donatio contemplatione mariti, vt ei acquiratur. Dissentit tamen Alexand. in d. §. in arrogato, n. 12. in si.

Quartus est casus, quando vxori donatæ fuerunt t. res ei non conuenientes, sed marito, vt puta arma, equi & similes. Hoc etiam casu præsumitur donatum contemplatione mariti, vt acquirantur. Ita Bart. in cons. 11. Quæstio talis est, n. 3. lib. 2. Angel. in l. sed si plures. §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. substit. Ioan. Lupus in d. §. 45. n. 8. vers. istud tamen. & idem sensu Rota Roma. in decis. 1. n. 8. de donat. inter virum & vxorem, in antiquioribus. post Ioan. Andr. Idem dicimus in donatis Ambasciatoribus quos latinè legatos appellamus: sicuti statim dicemus.

Quintus est casus, à præcedenti diuersus, quando scilicet vxori t. donatæ fuerunt res ei tantum conuenientes, vt puta velles muliebres, Armillæ, Margaritæ, & similia. Hoc in casu, donatio præsumitur facta contemplatione & causa ipsius mulieris, vt ei acquiratur. Ita Bart. in d. conf. 11. n. 3. Angel. in d. §. in arrogato, Rot. in d. decis. 1. n. 8. Ita dicimus, quod donata legatis, quæ eis tantum t. conueniunt, præsumuntur eorum contemplatione & causa donatæ, vt eis acquirantur, non autem principi, qui ipsos legatos misit. Ita Doctor. in l. si vero. §. item quidquid. ff. sol. matr. & dicemus infra in subsequen. præsumpt.

Cæterum ab hac opinione t. dissentient Imol. & Alexand. in d. §. in arrogato, quos secutus est Ioan. Lupus in d. §. 49. n. 9. Ea ratione moti sunt, quia etsi res donatæ conueniant tantummodo mulieri: attamen non inde fit, quod mens donantis fuerit donare mulieri, vt res essent, cum & ipse vir concedat ornamenta, vt ornatus incedat, non quia velit esse mulieris, vt tradunt Bartol. & reliqui in l. pen. §. seruus. ff. sol. matr. & in l. 1. §. nec Castr. ff. de collat. bono. & scripsit in commentariis de arbit. iud. lib. 2. casu 218.

Sextus est, quando extat t. consuetudo, quod donata à consanguineis, vxori consanguinei, vel amici, acquirantur ipsi mulieri. Hoc sanè casu præsumitur, quod simpliciter donatum à consanguineo ipsi mulieri, dicitur donatum, vt ei, non autem marito acquiratur. Ita in specie scripserunt Castren. & Alexan. in §. arrogato, Corn. in conf. 81. col. vltim. lib. 1. Io. Lup. in d. §. 45. n. 9. vers. secundo intellige. & Rol. in conf. 10. n. 11. lib. 1. Et simile tradunt Bar. in l. si ut certo. §. interdum. ff. commod. & salt. in l. si quis. in si. C. commod. cum dixerunt, quod si est consuetudo, quod ea, quæ mittuntur à sponso sponse vel contra dicantur donata, consuetudo illa sequenda est. Huc etiam facit, quod dicemus in subsequenti præsumptione, donata legatis eis acquiri, quando talis extat consuetudo, vt eis acquirantur.

Septimus est casus, quando donatio facta fuisset à t. consanguineo principe. Hoc sanè casu, præsumitur facta causa & contemplatione ipsiusmet mulieris, cui donauit, vt ei acquiratur & non marito. Ita à fortiori probat l. cum multa. C. de bon. que libe. vbi donata t. principe t. filiofamili. eidem acquiruntur, qui regulariter quod acquiri, patri acquirunt. l. placet. ff. de acquirend. heredit. attamen ex donatis à principe

nihil pater consequitur. Et propterea filius disponere de illis potest, ut tradunt ibi Doctor. & Calcan: in *conf. 12. colum. p. mlt.* & *l. in Authent. ex testamento. C. de collat.* Et in specie clarisque his terminis sic respondit Bartol. in *conf. 11. Questio 1a. l. si an que donantur, nume. 1. l. 2. quem securus sum in conf. 41. in fin. lib. 1.*

Octavus, & vltimus est casus, quando verè sumus in dubio, ut quia nullæ extant coniecturæ, quibus possit conici, fuisse donatum causam: & contemplatione mariti, vel ipsius vxoris, ut vel vni, vel alteri acquiratur. Cum inquam verè versamur in dubio dubia est Doctorum disputatio.

Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt, præsumi donatum contemplatione mariti, ut ei & non mulieri acquiratur. Ita Bartol. in *d. conf. 11. in fin.* & idem Bartol. Caltrenf. & Alexand. in *l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. substitut.* & ibid. Iaso. in *§. ad substitutos.* quem legit cum *d. §. in arrogato. vbi numero 9.* testatur hanc esse tutiorem, & in praxi difficile esse ab ea recedere. Idem Iason in *l. vbi liberis. C. de collat.* Angel. Aretin. in *§. s. yerat, nume. 12. versicula. quid erit de donationibus, in Instit. de actio. & ibidem ipse Iason.* Et his accedunt Rota Roman. in *decis. 1. num. 8. versicula. & si ex his. in titu. de donat. inter virum & vxor. in antiquioribus. Butr. in conf. 38. numero 4. Come. in conf. 81. colum. penultim. libro primo. Barba. in conf. 43. colum. 3. libro primo. Ruinus in conf. 223. numero decimo & undecimo, libro primo. Deci. in *l. vbi liberis, numer. 23. C. de collat. & in conf. 280. Ioan. Lupus in rubr. extra de donatio. inter virum & vxor. §. 45. Rolan. in conf. 11. lib. 1.* Et hac pro opinione afferri perpendique solet text. *d. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. substitut.* quo loci Vlpianus respondit, substitutum filio arrogato consequi quæ ipsi arrogato dedit pater arrogator: & inter ab eo data connumerari, quod ab amico vel cognato relicto filio ipsi arrogato. Et ratio est, quia illa relicta præsumuntur legata contemplatione patris arrogatoris, & propterea tanquam ex eius bonis transeunt ad substitutum. Verum, reiectis aliorum interpretacionibus, respondet Iason in *d. §. ad substitutos. num. 9.* ita responsum fuisse ab Vlpiano eo in casu, in quo duo concurrerant. Vnum quod fuerit legatum contemplatione arrogatoris: alterum, quod legatum fuerit contemplatione eius, cui statim de iure acquiratur. Et prius ita sentit Bald. in *l. cum re, numero 3. C. de donat. ante nupt.* Iason. securus est Alciatus in *tracta. de presump. regu. 1. presump. 18.* Diuertum est (autem prædicti) in casu nostro, quo etsi primum illud concurrat quod scilicet donatio fuerit facta sponfæ contemplatione mariti: non tamen concurrat secundum, cum de iure quidquid acquirat vxor non acquirat marito, sicuti filius acquirat patri. *l. placet. ff. de acquir. hered. Nec obstat quod inquit Alex. in d. §. in arrogato. quod in casu illius responsi non est patria potestas, quæ efficit, ut relicta filio acquirantur patri arrogatori: sed est id, quia eius contemplatione legatum fuit. Nam responderet secundum Iason. quod imò patria potestas est in causa huius acquisitionis, coniuncta tamen ipsa contemplatione.**

Id quod ex eo (inquit Iason) probatur, quia si patria potestas non esset in consideratione, sequeretur, quod si mortuo patre arrogatore, consanguineus vel amicus legaret aut donaret huic filio pupillo arrogato, contemplatione ipsius patris, substitutus pupillariter huic filio consequeretur bona hæc: id quod falsum est, cum substitutus iste solum consequatur bona donata filio arrogato, viuentis ipso patre arrogatore.

Cæterum dubia est interpretatio, quia quidquid acquirat filius arrogatoris, non dicitur acquirere patri & arrogatori: sed sibi. *l. non aliter, & l. his verbis. ff. de adoptio.* Respondet secundò Alciat. in *di. presump. 18. in fin.* quod in *§. in arrogato*, agebatur de aliquo favore pupilli arrogati, quod scilicet pater ei posset substituere pupillariter, nedum in bonis sibi à patre prouenientibus, sed etiam à cognatis & amicis. Nec propter hoc ipse arrogatus eis priuatur: Id quod non contingit in casu nostro, vbi mulier etiam viuens cogeretur restituere marito.

Secundò adducitur text. in *l. si quid earum. in princip. versicula. in quibus. ff. de legat. 3.* vbi si maritus legauit vxori, quæ sui causa comparata sunt, in hoc legato veniunt etiam ea, quæ socer, nurus nomine comparauit. Ergo non erant ipsius nurus sed mariti. Ita textum hunc ob rem perpendit Lupus in *d. §. 45. numer. 3.* Verum nec text. iste satis probat, quia & si in legato vxori factò contineantur etiam ea, quæ fuerunt nurus ipsius testatoris: non tamen definit illo in loco Vlpianus, quomodo res illæ quæ nurus fuerunt, sibi acquirat fuerint. Nam fieri potest, quod ei soluerit pretium, vel nurus ei donauerit. Nec ibi declarat Vlpianus, quomodo res illæ effectæ fuerint illius nurus, quis scilicet ei reliquerit, vel donauerit, vel si ipsa emerit.

Tertio melius suffragatur, quod ad cognoscendum, cuius

contemplatione aliquid fuerit legatum, vel donatum, inspicitur & consideratur affectio donantis & legantis, in rationes in concubinam. *§. species. ff. de donat. cum ergo amici & consanguinei mariti moti sint affectione & beneuolentia, qua profecti sunt maritum ad donandum eius vxori, cui alias non donassent, sequitur dicendum, præsumi donasse contemplatione ipsius mariti. Verum respondetur, quod etsi donantur contemplatione & causa ipsius contracti matrimonij, ob affectionem qua prosequerentur consanguineum, non tamen inde sequitur, quod soluerint acquiri ipsi mulieri, sicuti dicemus infr. vltim. argumento subiequentis opinionis.*

Contrariam opinionem quod scilicet præsumatur donatum vxori seu sponfæ contemplatione ipsius mariti, non autem mariti, probatur Baldus in *l. cum re. num. 3. C. de donat. ante nupt. & in conf. 215. Facta super quibus. lib. 4. Comens & Aretinus in d. §. in arrogato. Angelus & Roman. in *d. l. vbi liberis. C. de collat. idem Roman. in conf. 172. num. 2. Zasius in lib. 2. intellectuum singula. c. nono, & Alciatus in tractat. de presump. regu. 1. presump. 18.* Et hæc quidem opinio mihi magis probatur: & si multa sunt eius argumenta, quæ nil vident.*

Primò adducitur text. *l. si seruis commanis. ff. de donat. inter virum & vxorem.* vbi res quæ erat communis & mariti & filiorum fratrum, donata fuit mulieri ab ipso viro, præsentibus & contentibus fratribus suis: id quod perinde est ac si duo illi fratres expresse donassent partes suas. Id est ergo maritus in ea parte quæ sua erat, dici non possit, quod sui ipsius contemplatione donauerit: attamen in duabus aliis partibus, quæ erant fratrum, qui donasse dicuntur, contemplatione mariti fratris eorum censetur donasse: Et tamen Alphenus Iurif. consult. ibi dubitat, cui acquirantur duæ illæ partes, & tandem respondit, acquiri ipsi mulieri. Ecce ergo à plenum affirmasse donata vxori contemplatione mariti, acquiri ipsi vxori, non autem marito.

Cæterum respondet Ias. in *d. l. sed si plures. §. ad substitutos. n. 8. in fin. ff. de vulg. Jurisconsultum Alphenum in d. §. seruis commanis, definire quidem donationem illam valere, etiam viuentis ipso marito, quia cessat ratio prohibitions donationis inter virum & vxorem. Non tamen definit, cui mortuo ipso marito, res illa donat acquiratur.*

Nec obstat (inquit Iason) textus ibi in fine, verbo addere, quia Jurisconsultus habuit respectum ad id, quod in casu iam tradiderat rem donatam: & ideo parte pertinet ad maritum reddit, pro alius vero duabus partibus fratrum maritum reddit. Non hic commemorato aliorum interpretationem, quam confutauit Alciat. in *d. presump. 18.*

Secundò Aret. in *d. §. in arrogato. in fin. citat l. 3. §. seruis de donat. inter vir. & vxor. l. si constante. & l. si te in vltimam. C. eod.*

Verum, mea quidem opinione, nil vrgent. Nam facile concedimus socrum & donare posse nurui, & statim valere donationem: Cum prohibitio legis, quæ maritus donare non potest vxori, cesset hoc in casu: Non tamen inde fit, quin donatio censetur facta contemplatione ipsius mariti, eo tamen animo, ut nihil marito possit dici acquiratur.

Tertio Bald. in *d. conf. 215. alleg. l. si mater. C. de dona. ante nupt.* vbi quod si socrus donauit genero suo sponfæ, id efficitur proprium ipsius sponfæ, & illud ad tuos hæredes tranfmittit.

Cæterum respondetur, iura illa procedere in casibus claris, in quibus constabat, socrum non donare voluisse ipsi genero, & de eius enixa voluntate apparebat, ex quo dicit, se donare animo repetendi, & cum etiam in possessionem induxit. Id quod forte contingit, quia socrus voluit remunerare generum, quem nactus fuerat ex animi sui sententia, cui pro meritis forte dotem non constituerat.

Quartò mouetur Alciat. in *d. presump. 18.* eo simili, quo dicimus donatæ & per auum nepoti, præsumi aduentitia, atque ita donata, ut ipsi nepoti acquirantur, sicuti communis est sententia in *l. questum. de leg. 1.* Ergo idem à fortiori dicendum est hoc in casu, cum facilius filius acquirat patri, quam vxor marito.

Verum respondetur, dissentire ab ea opinione multos, & nos superiore præsumptione distinximus, & quod aut ali qua sunt merita nepotis, & tunc præsumitur ei donatum sui causa & contemplatione. Aut nulla eius extiterunt merita, & tunc præsumitur ei donatum contemplatione filij, ob maiorem dilectionem, quam habet auus donans erga filium ipsum. Ita in casu nostro cum nulla sint mulieris benemerita erga donantem, præsumitur quod is ob affectionem & sanguinis conjunctionem, quæ sibi cum marito intercedit, donauerit eius vxori.

Quinto argumentatur Alciat. in *d. presump. 18. num. 3. versicula. secundò moueor, quod donata & legatis quos Ambasciatores* vulgo

vulgo appellamus, non præsumuntur donata contemplatione principis qui legatos misit: sed causa & contemplatione ipsorum legatorum, ut tradunt Docto. in *l. si vero. §. item quidquid ff. solut. matr. & Alex. in d. §. in arrogato.*

Verum responderetur, dissentire multos, sicuti in subsequenti præsumptione explicabimus, vbi distinguemus multos casus.

Sexto mouetur Alciatus in *presump. 18. numero 4. versicula. tertio ego, quod iure non probatur quod donando vxori acquiratur marito. Non enim promissio, non traditio, fit marito: Non ergo dici potest, quod res donatæ sint mariti. l. traditionib. C. de pass. Et casus specialis est (inquit Alciat.) in *l. quintus. ff. de donat. inter virum & vxorem.* ad euitandam turpem suspicionem. Quæ ratio cessat hoc nostro in casu. Nec obstat vxori donatum esse contemplatione & causa ipsius mariti, quia responderetur, ex hoc non sequi, quod acquiri debeat marito. Nam (inquit Alciatus) quæ sita contemplatione alterius, solum considerantur in filiisfamilij, qui quidquid acquirunt, patri acquirunt. Ita loquitur *l. cum oportet. in princip. vbi Baldus, numero 4. C. de bonis quæ libe. & dicemus infra Non ita est in aliis. Et hæc quidem Alciati consideratio comprobatur text. *l. socium qui in eo. vlt. ff. pro socio.* vbi donata socio propter ipsam societatem atque ita contemplatione societatis, non tamen acquiruntur societati, sed propria efficiuntur ipsius socij, cui donatum est. Nec dici potest, ut dicebant Abb. in *c. postulasti. de concess. præb. & Lup. in d. §. 45. numero sexto.* ibi fuisse clarum illum donantem voluisse donare socio, ut ei acquireretur, quia verius est casum fuisse dubium: quia donator ille simpliciter donauerat illi donatario, etsi motus fuerit propter ipsam societatem. Ita ergo & nostro in casu dicendum est, quod etsi consanguineus mariti, motus fuerit an donandum illi vxori sui consanguinei, ob id, quod contraxit matrimonium cum eius consanguineo, & quod non donasset, si ei non nupsisset, attamen dicitur donasse, ut eius proprium fiat quod donauit.**

Vltimò hic considerandum est, quod casus iste donationis factæ à consanguineo, vxori consanguinei sui, multum differt à casu donationis factæ ab eo, qui donat filiofamilij contemplatione eius patris. Illo enim in casu stat regula, quod quidquid acquirat filius, acquirat patri. *l. placet. ff. de acquir. hered. cum similib.*

Et licet ab hac regula excipiantur aduentitia, attamen qui vult & asserere aliquid esse aduentitium atque ita donatum filio, ut sit proprium filij, probare id debet, alioqui in dubio standum est regulæ, ut post alios tradit Dec. in *l. 1. nu. 7. ff. de reg. iur.* Diuertum est hoc in casu, in quo quidquid acquirat mulier, cum apparet vnde honestè habuerit, sibi non autem marito acquirat, ut dicemus infra, vbi declarabimus *l. Quintus ff. de donat. inter virum & vxor.* cum ergo hic versetur in dubio, atque ita non appareat donantem voluisse acquiri marito, quod donauit eius vxori, sequitur dicendum, non esse à regula recedendum, quod scilicet acquiratur ipsi mulieri donatariæ.

PRÆSUMPT. XXVII.

Donata legatis, an & quando præsumantur eorum contemplatione & causa, vel contemplatione principis donata, ut vel eis, vel principi censeatur acquiratum.

SVMARIA.

- 1 Donatum legatis à principe in quem eorum extabant merita, vel quos iam pridem beneuolentia prosequeretur, ipsi non autem mittenti acquiruntur.
- Idem est in donis, ipsi solis conuenientibus. n. 2.
- 3 Dona tradita legatis, sibi principi mittenti conuenientia, non legatis, sed principi acquiruntur.
- 4 Dona tradita legatis, vel principi vel legatis, secundum loci consuetudinem acquiruntur.
- 5 Donatum vni legatorum sub nomine proprio, ei soli acquiruntur.
- 6 Donatum legatis sub commemoratione principis mittentis acquiruntur principi.
- 7 Legatis donatum in dubio ipsorummet contemplatione præsumitur datum, eisque acquiruntur.
- 8 Legatis Reipubl. Veneta donata, non ipsi sed Reipubl. acquiruntur.

EST omnino similis præcedenti hæc disputatio, dum ambigitur an & quando donatum legatis, quos vulgo Ambasciatores appellant, præsumatur eorum causa &

contemplatione donatum, ut eis acquiratur? Qua in re, & ommissis aliorum traditionibus, distinguo atque constituo plures casus.

Primus est, quando princeps donat legatis iam antea sibi cognitis, quos beneuolentia prosequeretur: vel quia extabant aliqua in principem illum merita. Hoc est sanè casu præsumitur donatum causa & contemplatione ipsorum legatorum, ut eis, non autem illi principi, à quo missi fuerunt, acquiratur. Ita Bar. & Cast. in *l. dotalum. ff. sol. matr.* mant. fessè Bal. in *conf. 194. Præmissis verbis. col. 2. versicula. item etiam in lib. 2. Cald. & Butr. in c. postulasti. de præb. & Conrad. Brun. in commentariis de legationib. lib. 4. c. 6. versicula. alij sic. Quæ quidem sententia confirmatur ex his, quæ scripsimus in primo casu præced. præsumpt.*

Secundus est casus, quando nulla extant legatorum merita, sed res & donatæ eis, & non principi suo conueniant, ut si donatæ sunt vestes ipsi Legatis conuenientes. Hoc etiam in casu præsumitur donatum causa & contemplatione ipsorum legatorum, ut eis acquiratur. Ita Bar. Cast. Cald. Butr. & Conrad. Brun. quos superiore casu allegauimus. Et conferunt quæ scripsimus in 4. casu præced. præsumpt.

Tertius est casus, quando res & donatæ non conueniunt ipsi legatis, sed Principi qui eos misit, ut si donatum fuisset Castrium, vel aliqua insignia animalia, ut puta equi insignes, vel Leones, Pantheræ, & similia. Hoc casu præsumitur donatum causa & contemplatione Principis, ut ei acquiratur. Ita præcitati Docto. præsertim Alexan. in *d. §. in arrogato. num. 12. versicula. 2. limit. & Io. Lupus in Rub. extra de don. inter vir. & vxor. §. 45. nu. 9.*

Quartus est casus, quando extat consuetudo, ut quod donatum & legatis eis acquiratur, vel e contra, quod acquiratur Principi. Hoc sanè casu seruanda est consuetudo. Ita Bald. in *di. conf. 194. col. 2. versicula. item quia consuetum.* Et conferunt, quæ scripsi in sexto casu præcedentis præsumptionis.

Quintus est casus, quando existentibus duobus, vel pluribus legatis, & donatum fuit vni eorum tantum sub proprio nomine. Hoc sanè casu præsumitur eius sola causa & contemplatione donatum, ut ei acquiratur. Ita respondit Bald. in *d. conf. 194. col. 2. versicula. amplius, quod hic.*

Sextus est casus, quando donatum est legatis & sub commemoratione Principis, qui eos misit. Hoc sanè casu dicitur donatum illi Principi, atque ita ei acquiratur. Ita in specie Alexand. in *d. l. sed si plures. §. in arrogato, numero 12. post Ang. ibi.* Et conferunt quæ diximus in tertio casu præced. præsumpt.

Vltimus est casus, quando verè sumus in dubio, quippe quod nullæ ex prædictis coniecturis concurrunt. Hoc in casu & recepta est Doctorum sententia, præsumi donatum causa & contemplatione ipsorummet legatorum, ut eis acquiratur. Ita gloss. & Cyn. in *l. manifestissimi. Cod. de fur. Gul. Cun. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. Bar. in l. si vero. §. quidquid. ff. solut. matr. Io. And. & Imol. in c. postulasti. de concess. præb. Salic. in *l. cum aliquis. C. de iure delibe. Alex. in l. sed si plures. §. in arrogato. nu. 12. ff. de vulg. & pup. substit. Io. Lupus in d. Rub. extra de donat. inter vir. & vxor. §. 45. n. 6. & n. 9. Alciat. in tract. de presump. reg. 1. presump. 18. versicula. secundò moueor. Rolan. in conf. 10. n. 9. li. 1. & Vincen. Fran. in decis. 172. num. 3. Quæ sententia probatur text. *l. cum multa. C. de bon. quæ lib. quam perpendi superiore præsumptione in 7. casu. conferet & l. Socium. qui in eod. §. vlt. ff. pro soc.* Et accedit, quod legati cõsuerunt donari. *l. vlt. in fin. ff. de bon. dam. & ab annal. scriptoribus non vno in loco memoriae proditum est. ex quibus exempla collegit ad rem nostram Conrad. Brun. in d. lib. 4. de legationib. c. 6. Lege & Veneta (ut audio) sancitum est, donata omnia legatis Serenis. Reip. acquiri ipsi Reip. nisi ei placuerit legatos ea retinere.***

PRÆSUMPT. XXVIII.

Donatum filiofamilias, an & quando præsumatur donatum sui, vel patris, contemplatione.

SVMARIA.

- 1 Donata res acquiratur ei, cuius contemplatione data fuit.
- 2 Donatio causa mortis, effectum habet mortuo eo, cuius contemplatione facta est.
- 3 Filiofamilias donatum, facta mentione patris & potestatis patriæ, præsumitur contemplatione patris donatum.
- 4 Donatum filiofamil. facta quidem potestatis patriæ mentione, sed collata dispositione in tempus quo filius sui iuris sit, filio acquiratur.
- 5 Donatum filiofamil. facta mentione patris & filij, si tale sit quod filio adquiri nequeat, in iuris patris datum præsumitur.

- Secus est si talis res sit, quæ patri nequeat acquiri, nume. 6.
- Et quid sit eo casu, quo dubium est cui possit acquiri, nu. 8.
- Aut legans nepoti, ex filio spurio, contemplatione nepotis præsumitur legasse.
- Donatum filiosam, facta mentione tum patris tum filij, præcedentibus benemeritis parentis, illius contemplatione factum præsumitur.
- Idem si pater fuerit summè amicus donatoris, nu. 10.
- Es e conuerso, si extant benemerita filij, nu. 11.
- Vel sit summus donatoris amicus, nu. 12.
- Et quid si magis sit amicus, quam pater, num. 13.
- Donatum patri & filij, solius patris benemeritis extantibus, ipsius contemplatione præsumitur donatum.
- Et quid si extant benemerita, tam filiorum quam patris, numero 15.
- Aut nullius eorum extant merita, nu. 16.
- Donatio facta filio simpliciter nullis benemeritis extantibus vel patris vel filij, aut aliqua singulari affectione, solo filij intuitu emanasse præsumitur.
- Nisi facta sit donatio in eo, ad quod pater illius tenebatur, numero 18.

DISPVTATIO est frequens & utilis, quando aliquid donatum vel legatum fuit filiofamil. an præsumatur sui, vel patris contemplatione donatum. Cuius sanè rei cognitio summam habet utilitatem. Nam res donata tibi acquiritur, cuius contemplatione donata fuit. l. profectitia §. 1. de iure do. l. sed si plures §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. sub. l. additio. §. 1. ff. de acq. her. gl. in l. cum oportet. in princ. C. de bon. que lib. & ibi Bar. & Bald. & reliqui. Idem Bar. in l. filiosam. la. 2. ff. de don. cau. mor. Cro. in l. frater à fratre, num. 4. ff. de cond. indeb. & ibid. lo. Coraf. in 1. part. num. 62. & idem ego ipse respondi in consil. 161. num. 40. & in consil. 161. num. 12. Est etiam utilis hæc disputatio, quando donatio est causa mortis: quia illa effectum habet, mortuo eo, cuius contemplatione fuit donatum. d. l. si filiosa. la. 2. ff. de donat. cau. mor. Hac in re distinguendi atque constituendi sunt multi casus præter Bar. in d. l. filiosam. la. 2.

Primus est casus quando in donatione facta fuit mentio patris & patris potestatis, & donatio confertur in tempus patris potestatis. Hoc in casu in dubio præsumitur donatum contemplatione patris. Ita Bart. in d. l. si filiosa. la. 2. nu. 1. vers. quid dicimus. & in l. filiosa. ff. de cond. & dem. quem secuti sunt ibid. Soc. nu. 3. & idem Soci. in consil. 72. num. 11. vers. sed prædictis. lib. 3. Cro. in d. l. frater à fratre, num. 4. & ibid. Coraf. in 1. part. nu. 63. ff. de cond. indeb. & ibid. lo. Coraf. in 1. part. num. 62. & idem ego ipse respondi in consil. 161. num. 40. & in consil. 161. num. 12. Et ij quidem sic interpretari sunt in d. l. filio. ff. de condi. & demon. frat.

Secundus est casus quando in donatione facta fuit mentio patris & patris potestatis, sed donatio & dispositio collata fuit in tempus, quo filius erit sui iuris. Hoc sanè casu, præsumitur donatum contemplatione ipsiusmet filij. Ita Bar. in d. l. si filiosam. la. 2. num. 1. vers. quandoque fit mentio patris. & sequuntur præcitati Docto. præsertim Corafius, qui sic intellexerunt l. mulier. ff. ad S. C. Treb. & l. 3. C. de instit. & sub. & constat l. si post mortem. princ. ff. de leg. 1.

Tertius est casus quando in donatione facta fuit mentio patris & filij, ut si dictum sit, dono Caio Sempronij filio, sed res illa donata acquiri non potest filio. Hoc sanè casu præsumitur donatum contemplatione & intuitu patris. Ita Bart. in d. l. si filiosam. la. 2. num. 1. vers. quandoque fit mentio filij & patris. ff. de dona. causa mor. & in l. ultim. C. de usufruct. quem declarat Ruin. in consil. 194. nu. 3. vers. nam primo casu lib. 2. Padilla in d. l. quamuis, n. 9. sic intelligunt l. cum aliquis. C. de iure delib. in sui ratione, sic etiam confert in argu. l. 1. §. communis seruus, in l. item si seruus. §. ultim. cum l. seq. ff. de stipu. ser. uo.

Quartus est casus, quando in donatione facta est mentio patris & filij, ut si dictum est, dono Caio filio Sempronij, sed res illa donata acquiri non potest patri. Hunc casum omisit Bart. in d. l. si filiosam. Et dicendum est, præsumi donatum contemplatione & intuitu filij, non autem patris. Ita Bart. in l. Gallus. §. quod si is, col. ult. vers. tertius casus. ff. de lib. & posthu. cum dixit, quod si auus t legauit nepoti ex filio spurio præsumitur legasse contemplatione ipsiusmet nepotis; cum is filius spurio capere non possit ex dispositione patris. & Bart. secuti sunt Ruin. ibidem nu. 22. Crauet. in consil. 184. num. 1. & alij congeiti à Didaco in Epitome de sponsalibus. in 2. parte, c. 8. §. 5. num. 13. & à Palzoto in commentariis de nobis spuris que filiis. c. 53. nu. 3. qui testatur communem & veram. Et confertur quæ scripsi supra in præsu. 17. in 2. decla. secundi casus, dum explicauit quando dos donata ab auo nepoti, præsumatur filij contemplatione donata.

Quintus est casus, quando in donatione facta est mentio patris & filij, ut superiore casu: sed dubium est, an res donata quæri possit filio, vel non, ut quia pendet à futuro euentu, quemadmodum quando filio donatus fuit usufructus, cuius commoditas acquiritur patri. Auth. idemque. C. de bon. que libe. Hoc in casu t incipit futurus euentus, & secundum illum iudicamus, an contemplatione patris, vel filij donatus fuerit. Ita Bart. in d. l. si filiosam. la. 2. in si. de don. cau. mor. & in d. l. ult. col. 1. & ibid. Salic. col. 2. in si. ver. & in consil. 194. num. 3. lib. 2. si ergo filius decessit, pater superstitite, filio nihil potuit acquiri: ob id euentus iste declarat, donatum fuisse filio contemplatione patris. si vero e contra decessit pater, filio superstitite, ipsi filio acquiri potuit usufructus, & propterea euentus declarat fuisse donatum contemplatione patris. eandem opinionem probauerunt Imol. in l. si filio. de donat. cau. mor. Ang. Arret. in §. finitur. col. 1. in si. de usufruct. Eman. Costa in lib. selecta. interpret. cap. 17. num. 4. & Auto. Padilla in d. l. quamuis, num. 10. C. de fideic.

Cæterum ab hac Barto. & Ruini interpretatione dissentit Bald. in d. l. ult. col. 1. & ibid. Salic. col. 2. in si. ver. & tunc insurgit. Et rectius quidem hos sensisse existimo. Ille enim sensus à Bald. tam acute consideratus si rectè perpendatur, optime conuenit.

Sextus est casus, quando in donatione facta est mentio patris & filij, ut superiore casu: sed t merita aliqua patris præcesserunt, cum tamen nulla extant filij. Hoc casu præsumitur donatum patris contemplatione. Ita Bald. in l. cum oportet. in princip. numero 4. C. de bonis que liberis. quem secuti sunt multi à me congeiti in consil. 161. num. 31. lib. 2. Nec dissentit Corafius in d. l. frater à fratre, in prima parte, num. 62. ff. de cond. indeb. et si dixerit illam Baldi traditionem perfectam non esse. Hinc colligitur, quod si filio adhuc infanti vel impuberi, cuius nulla extare potuisset aucta verisimile sit, donatum fuerit, non ipsius filij, sed patris contemplatione donatum præsumitur. Ita respondi in consil. 81. num. 5. libro 1. ex sententia Alexan. in consil. 8. num. 10. lib. 3. Eiusdem sententiæ addo nunc eundem in Alexan. in consil. 89. nu. 6. conf. præterea. lib. 4. & in consil. 158. num. 2. lib. 5. Ruinum in consil. 133. num. 9. in si. lib. 1. Soc. n. Sen. in consil. 72. num. 11. lib. 3. & Ruinal. lunorem in consil. 31. num. 110. lib. 1. qui de eadem facti specie, à quo ego in d. consil. 81. idem respondit. sic etiam ego ipse respondi in consil. 161. num. 31. lib. 2. Idem dicendum est, quando donatum fuit filio natiuro ex Sempronio. Nam tunc præsumitur donatum contemplatione ipsius Sempronij patris; cum non modo nulla non nati filij merita, vel iam etiam nulla in eum affectio donantis considerari possit, iuxta l. qui filius, de leg. 1. Ita in specie respondit Bart. in consil. 131. Primo arguitur lib. 1. & alios commemorat Alciat. in tractat. de præsumptionibus. regu. 1. præsumptio. 17. num. 2. & alios plures congeiti in consil. 151. num. 1. lib. 2. Idem e conuerso dicendum est, quando filij t extant merita & nulla patris: vel filius dilectus alio quam ob causam, pater vero non. Nam tunc præsumitur donatum contemplatione ipsius filij: sicuti sentiunt præcitati Doctores, & eadem suadet ratio.

Septimus est casus, quando in donatione facta fuit mentio patris & filij: ut supra: sed donator t erat summus amicus patris: alium vero vix de facie cognoscebat. Hoc etiam casu præsumitur donatum contemplatione ipsius patris amici. Ita Castren. in d. l. cum oportet. in princ. C. de bonis que liberis. Imol. in d. l. si filiosam. la. 2. num. 2. ff. de dona. causa mor. Salic. in l. ult. col. 2. vers. ideo illud membru. C. de usufruct. & Corafius in d. l. frater à fratre. in 1. parte, num. 64. in si. ff. de cond. indeb. Et moti sunt tex. c. requisit. de testam. Et idem dicendum est e contra, quando t filius erat amicus donatoris, pater vero vix ab illo cognitus.

Octaus est casus, quando in donatione facta fuit mentio patris & filij, ut supra: sed filius t erat magis coniunctus illi donatori quam ipse pater: ut puta, si socer donasset genero suo, vel simili in casu. Nam tunc præsumitur donatum contemplatione filij magis coniuncti. Ita respondi in consil. 151. num. 2. lib. 2. & ibi nu. 16. declarauit.

Nonus est casus, quando t donatum fuit simul patri & filij: sicuti quando Princeps donauit Castrum, vel feudum patri pro se & filijs, sed patris tantum extant benemerita erga ipsum Princepem. Hoc in casu idem est dicendum, quod in sexto casu dictum fuit, nempe præsumi donatum etiam filijs, contemplatione ipsius patris. Ita in specie scripserunt Isernia, Afflictus, Barbaria, & Perna, quos secutus sum in consil. 261. num. 37. & 38. lib. 2. Ex quo inferitur quod poterit pater alienare hoc feudum in præiudicium filiorum: sicuti præcitati Doctores tradunt. Et multo magis poterit pater vni filiorum prælegare, iuxta opinionem Iserniæ in c. 1. §. si bellum, num. 10. & 12. de alien. fendi paterni. & aliorum quos retuli & secutus sum in dicto consilio 161. numero 26. vers. num. superest.

Decimus

Decimus est casus, quando donatum fuit simul patri & filijs: sicuti quando princeps donauit patri & filijs castrum, vel feudum, & extant benemerita t tam filiorum quam patris. Hoc sanè casu præsumitur donatum tam contemplatione & intuitu filiorum, quam patris. Ita affirmarunt Isernia, Angel. Socin. Sen. Afflict. & Lofred. quos secutus sum in d. consil. 161. num. 31. Ex quo inferitur, quod non poterit pater hoc in casu alienare hoc feudum in præiudicium filiorum, vel vni eorum totum prælegare. Ita respondi in dict. consilio 161. num. 11. & 12. vbi multorum auctoritate & ratione comprobauit.

Vndecimus est casus, quando donatum fuit patri & filijs simul, ut superiore casu: & nullius eorum extant benemerita singularia, quibus moueri potuerit ad donandum: sed causa tantum extitit communis & specialis, ut si donauit castrum vel domum patri & filijs, ut in eorum familia conferetur. Hoc sanè casu præsumitur donatum tam contemplatione filiorum quam patris. Ita respondi auctoritate multorum in consil. 191. num. 13. & nu. 15. & in consil. 161. num. 33. & num. 36. lib. 2. Ex quo inferitur: quod nec hoc casu poterit pater in præiudicium ipsorum filiorum alienare, vel vni eorum prælegare. Ita intelligi & declarari possunt illi multi Doctores, quos recensui & secutus sum in d. consil. 161. num. 15. Ex ex prædictis diffolui potest illa questio, quam aliquando euenisse scripsit Bald. in l. non plures, num. 3. vers. & semel. C. de sac. eccl. & quam commendat etiam Iason in l. cum aliquis, num. 2. C. de iure deliber. concessum fuit priuilegium patri, ut ipse & eius filij esse possent consiliarij: reuocatum fuit priuilegium patris: dubitatum fuit, an etiam diceretur reuocatum priuilegium filiorum? Inquit Bal. ceteri reuocatum, ex quo priuilegium concessum filijs, erat potius patris. Rectius dicendum est ex prædictis, quod aut aderant merita patris: & tunc priuilegium filiorum pendebat ab illo patris, aut erant pares omnes: & tunc non poterat dici reuocatum, quia ita principaliter: filijs, ac ipsi patri fuerat concessum.

Duodecimus & vltimus est casus, quando donatio t facta fuit simpliciter filio, & nulla filij, vel patris extant benemerita, nullaque singulari affectione, vel alia causa, qua conici possit, quod donator plus vni, quam alteri donare voluerit, atque ita verè sumus in dubio. Hoc sanè in casu, præsumitur donatum sola contemplatione & intuitu filij. Ita verè ferentur Bartol. in d. l. si filiosam. la. 2. num. 1. vers. si verò potest quæri. ff. de donat. causa mor. & in l. ultim. nu. 3. C. de usufruct. & ibid. gloss. vitim. & Bald. num. 6. in fin. idem affirmarunt Salic. col. 2. vers. contra hanc. sic etiam ipse Bart. in l. cum aliquis. n. 3. C. de iure deliber. & ibid. Castren. num. 2. & Salicetus, col. 2. I. mola in d. l. si filiosam. la. 2. num. 2. & 3. Soc. Sen. in consil. 72. num. 11. vers. sed prædictis non obstantibus. lib. 3. idem sensu. Ruin. in consil. 194. nu. 1. lib. 2. & in consil. 14. nu. 2. lib. 5. Idem scripserunt Corafius in l. frater à fratre. in 1. part. n. 62. vers. altera doctrina. ff. de cond. indeb. & Antonius Padilla in l. quamuis, num. 6. C. de fideicom.

Et his accedit Bald. in l. ultim. numer. quinto. C. quib. ad liber. procla. non licet. cum scripsit, donatum, vel legatum alicui, præsumi contemplatione & intuitu eius personæ, & non alterius.

Nec hoc in casu repugnat illa simplex commemoratio patris, quia illa dicitur facta causa demonstrationis. sicuti præcitati Dd. scribunt, præsertim Bart. & Socin. in d. l. filiosam. ff. de cond. & demonst.

Declaratur hic casus ut locum non habeat, quando donatum fuit filio id t ad quod eius pater tenebatur: sicuti quando auus donauit dorem nepri ex filio. Nam tunc contemplatione ipsius filij dicitur donasse. Ita Anton. Gabriel. lib. 3. conclusionum. in tit. de iure dotium. concl. 5. nu. 22. Qua de re abundè differuimus supra in præsumpt.

PRÆSUMPT. XXIX.

Donatio inter patrem & filium an & quando constat, & præsumatur vel ob filij benemerita, vel alijs ex causis, copiosa & diuulgens explanatio.

SUMMARIA.

- 1 Donatio inter patrem & filium iure non consistit.
- 2 Profectitium est, donatum à patre filio, eique filium acquiritur.
- 3 Filius iuris civilis fictione, censetur pars corporis patris.
- 4 Donatio facta filio à patre ob benemerita utrum consistat: & numero 5.
- 6 Donatio inter coniuges matrimonio constante civi prohibita: & numero 7.

- 7. Donatio est vltimum beneuolentiæ signum.
- 8 Donatio remuneratoria est accepti beneficii merces.
- 9 Benemerita filij erga patrem, nulla posse considerari, quæ mercede digna sunt. n. 12.
- 11 Donatione facta à milite concubinae, ob benemerita consistere.
- 13 Merita quæ dicantur.
- 14 Filius omnia patri debet. Obsequium & reuerentiam iure diuino. n. 15. Alimenta iure gentium vel nature. n. 16. Et omnia alia quibus patris vita sustinetur & defenditur. n. 17.
- Secus si faxit, exheredari permittunt leges civiles. n. 18.
- Mortem oppetere debet pro patre, necessitate urgente, secundum Ciceronem. n. 19.
- Omnia quæ ab homine homini præstari possunt, secundum Platonem & Aristotelem. n. 20.
- 21 Benemerita filij, ut ob ea donatio à patre facta consistat, qualia esse debeant.
- 22 Permissum ob causam censetur quatenus ea urget, & non ultra permissum.
- 23 Limitate cause, limitatus effectus.
- 24 Benemeritorum filij, sola patris assertio donationem consistere non facit.
- Et quæ sit ratio. n. 25.
- 29 Testator cui legare non potest, si ut debitum relinquere se asserat, alio modo id probandum est.
- 27 Clerici assertioni de benemeritis concubinae, non adhibetur fides.
- 28 Prælati alienanti bona ecclesie non creditur, si ob instam id se causam facere asserat.
- Vel fecisse se præcedentibus tractatibus requisitis. n. 29.
- Aus si asserat se infundare castrum alicui pro ut ipsius antecessores tenuerunt. n. 30.
- 31 Benemerita filij præcessissa adfint coniectura, creditur patris assertioni.
- 32 Maritus fundum emens nomine uxoris absentis, si asserat precium sibi ab ea traditum, quando credatur.
- Et quid in patre emente nomine filij. n. 33.
- 34 Marito donanti uxori ob benemerita, accedentibus coniecturis credi.
- 35 Dotem confessatam verè dotis privilegia non habere.
- 36 Ecclesia non obligatur ex mutuo, nisi probetur numeratum, & in eius utilitatem conuersum.
- 37 Prælati assertioni pecuniam in ecclesie utilitatem conuersam, coniecturis accedentibus credi.
- 38 Episcopo asserenti se ob benemerita donare alicui, ob aliquas coniecturas credi.
- 39 Patris assertioni iusta se de causa filium exheredasse, quando credatur.
- Idem si minus vni, quam alijs relinquat. n. 40.
- 41 Donans pater filio, nulla causa expressa, si extant filij benemerita, ob eadem donare præsumitur. Reiecta opinione Baldi. n. 46.
- Idem si dicat, dono filio meo dilecto, ob amorem & beneuolentiam qua eum prosequor, & ob benemerita illius. n. 55.
- 42 Frater instituitur à fratre commilitone, militiae potius quam fraternitatis causa, censetur institutus.
- 43 Affectio conuersatione assidua augetur.
- 44 Miles annis viginti minor, ob instam causam manumittere potest.
- 45 Actus dubius interpretationem recipit, ut valeat potius quam pereat.
- 47 Legatum factum prælati consanguineo, non contemplatione Ecclesie, sed consanguinitatis ratione factum præsumi.
- 48 Causa naturalis in concursu cum accidentali præualet.
- 49 Causa & qualitas potentior præualet.
- 50 Causa potentior est quæ actum facit valere. Item quæ benignior est. n. 51.
- Item quæ prodest, non quæ nocet. n. 52.
- 53 Excommunicatus quando possit esse in iudicio.
- 54 Causa specialis generali est potentior.
- 56 Causis duabus concurrentibus, quarum vna nocet, altera prodest, illa quæ nocet præualet. Alia tamen refertur opinio. n. 59.
- 57 Seruus communis stipulatus aliquid domus suis, quomodo ipsi acquiratur.
- 58 Dispositio quæ secundum vnum modum valere potest secundum alium non eo quo potest modo consistit.
- 59 Causa, quæ vel nocet, vel prodest, pro subiecta materia & varietate rationum, interdum præualet.
- 60 Delinquere aliquem lex non præsumit si palam præsertim actum faciat.
- 61 Eligere modum, quo dispositio sua subuertatur, nemo præsumitur.

- 62 Diffosionum una permittente, altera prohibente, prauales prohibens. Nisi permittens sit posterior. num. 64.
- 63 Donatio facta filio simpliciter, est prater legem, non contra eam.
- 65 Stipulatio patris pro filio tanquam bene merito, verum valeat.
- 66 Donatio patris facta filio, morte donatoris confirmatur. Idem est si filium pater emancipet. nu. 67. Et que ad hanc donationem requirantur. num. 68.
- 69 Pater donator in eadem voluntate usque ad mortem perseverasse dicitur, si tacite vel expresse tam non reuocaris.
- 70 Voluntatis mutatio in patre donante filio ob leuiteria, non presumitur.
- 71 Voluntatis mutata signa in donatore que sunt. num. 72. & 73.
- 74 Donatio facta filie causa dotis ut nubat, conficitur vide nu. 81.
- 75 Donando pater filie ut nubat, debitum potius persoluit, quã donasse dicitur. Et quomodo procedere dicatur illa donatio. num. 80.
- 76 Donatio filio facta propter mptias valida est, cum uis adæquata sit.
- 77 Donans filie iam mptæ pater, in augmentum dotis donasse presumitur, ut donatio consistat.
- 78 Dotis augmentum à pari cum ipsa dote procedit.
- 79 Donatio facta filie dotis nomine, etiam matrimonio non subsequuto an valeat.
- 82 Bona dotis causa data, non securo matrimonio, dotalia dici nequeunt, nisi destinatio quadam.
- 83 Dos dicitur etiam, & privilegia sua habet, ante matrimonium sequuntur.
- 84 Dotis causa quando patrem filie donasse verisimile sit, iudicis arbitrio concedi.
- 85 Donatio patris facta filio, studiorum causa valet.
- 86 Filio grauioribus studijs destinato, tenetur pater prestare impensas.
- 87 Vnum fructum bonorum aduentitiorum filium habere permittens pater, donare velle presumitur. Adhibita tamen distinctione. nu. 88. 89. 91. & seqq.
- 90 Taciturnitas non infert consensum, ubi de acquisitione iuris sui agitur.
- 93 Fructus futuri sunt quid diuersum à præteritis.
- 95 Vnum fructus acquisitio habet causam successiuam.
- 96 Pater repudians quod sibi erat acquirendum, ut acquiratur filio, aduentitium dicitur non profectiuum.
- 97 Donatio facta filio à patre principe consistit. Et quando id secundum Baldum verum sit. num. 98.
- 99 Principem suprema potestate aut regia vti voluisse non presumitur.
- 100 Princeps lege possit non ligatur.
- 101 Lex prohibens virum donare uxori, principem non ligat.
- 102 Donatio facta filio pro legitima, valet secundum quosdam, dissentiens relati. num. 109.
- 103 Filius in potestate presumitur.
- 104 Legitima sua filius creditor dicitur.
- 105 Legitimam prestare pater solum post mortem tenetur.
- 106 Dos & legitima sunt quodammodo idem & unum. Est tamen inter illas differentia. num. 107.
- 108 Assignare filio portionem suam, pater ante mortem potest, ea tamen assignatio reuocabilis est.
- 110 Donare pater filio, alimentorum causa cur non potest. nu. 111.
- 112 Donare potest pater filio secundum aliquos consentiendo uni ex filijs donanti fratri suo ex bonis profectiuis. A qua opinione alij dissentiunt. num. 113.
- 114 Donatio patris erga filium, iuramento confirmata quomodo subsistat.

EST vera & ab omnibus recepta illa iuris sententia, donationem factam inter patrem & filium regulari iure non consistere. l. donationes. §. pater. ff. de dona. l. 1. §. 1. ff. pro donato. l. 2. C. de inoffic. donat. & l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter virum & uxorem. Et eam affirmant interpretes omnes præcitatis in locis, & Bart. in l. frater à fratre. numer. 57. ff. de condi. indeb. & ibid. Io. Baptista à Sancto Seuetino, numer. 64. Iason l. lectu. 44. Crotius numer. 68. Cagnolus numer. 308. Corasius numer. 43. Paris. in cons. 16. numer. 19. lib. 2. qui commune esse opinionem testatur. licet etiam affirmat Iulius Clarus in §. donatio. quest. 8. & Cæphalus in cons. 494. numer. 18. lib. 4. & idem ego ipse respondi in cons. 84. numer. 30. lib. 1. Et ij quidem eam adferunt rationem, quia donatum à patre filio, profectiuum dicitur. Profectiuum autem patri statim per filium acquiritur. l. placet. ff. de acqui. hered. l. 1. §. 1. ff. de parente quis fuerit. manifest. cum oportet. C. de bonis que liberis. & §. sanctum. Insti. per quas perso. nob. acqu. si ergo pater donaret filio, ad eundem patrem reueteretur atque ita reflexus ille redderet donationem inanem & superuacaneam. Aliam rationem, hac prima reiecta, attulit Iason in d. frater à fratre. in l. lectu. num. 44. Probabilior vili mihi sem-

per fuit ratio illa, quam considerauit Vaconius lib. 4. declaratio. in i. §. 1. num. 11. nempe factum id esse, ob eam iurisdictionem quæ intercedit inter patrem & filium, cum filius censeatur pars corporis patris, ex fictione quadam iuris ciuilitatis ob id ea ex donatione non oritur aliqua ciuilitas obligatoria nascatur naturalis sola, quæ actionem non patitur: atque ita inutilis reddatur donatio. hinc tamen è iuris regula, aliquot excipio solent casus, in quibus donatio inter patrem & filium consistit.

Primum est, quando pater donat filio ob eius benemerita. Hoc sanè casu donatio consistit. Ita censuerunt Bartol. in d. frater à fratre. nu. 57. & ibidem Ioan. Baptista à Sancto Seuetino, num. 64. 12. et in l. lectu. num. 44. Crotius num. 68. Cagnolus num. 312. & Corasius num. 49. idem est in maribus Decius in l. si donatio. §. 1. num. 6. C. de collat. Iulius Clarus in d. lectu. num. 8. & alios committunt ad Romanum in cons. 98. num. 2. lib. 2. Quæ sanè iurisdictione est receptissima sit: non tamen nec iure, nec ratione probatur. Nam primum argumentum, quod adducunt Doctores à textu. Anthen. unde si pater. C. de inoffic. testam. qui defunctus plus est ex Nouella 103. de inoffic. donatio. est admodum leue. Est enim aduertit Iulianus donationem à patre filio factam, quando immensura non est, & alij filij ius non fraudantur portionibus, non tamen concedit Iulianus donationem suam conferre ob id quod filij benemerita præcesserunt. Quocirca testis intelligere possumus, quod donationem illam valeat cum patris morte, vel alio modo iure permisso, confirmari. Non etiam quidquam valet argumentum sumptum à donatione inter virum & uxorem, ad donationem inter patrem & filium: iuxta l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & ux. ut quemadmodum donatio facta inter virum & uxorem regulariter est prohibita. l. 1. §. eod. de d. ma. inter virum & uxorem. tamen valet, quando fit ob vxoris benemerita. quod iuxta §. si vir. ff. eod. & t aduertit Cur. Sen. in cons. 67. col. 1. Iason. in l. ex hoc iure. numer. 55. ff. de inoffic. testam. & in l. si pater. col. 1. C. de inoffic. testam. Decius in l. si donatio. numer. 2. C. de collat. & Rolard. in d. cons. 98. numer. 4. lib. 1. Ita etiam donatio à patre filio benemerito facta valet. Non inquam valet hoc argumentum, quod quidem non licet argumentari, ab illa donatione facta à marito uxori, ad hanc factam à patre filio, nisi certis casibus, & cum eadem ratio, que cessat hoc in casu. Nam donatio illa inter virum & uxorem consistente in matrimonio non valet, neque tamen amore & tam honesto, se inuicem spolient, donationibus non temperantes, sed profuta eis se facilitate abutentes. d. l. 1. ff. de dona. inter vir. & ux. vel ut idem Vlpian. in l. 3. subiungit, neque concordia pietati conciliari videretur, neque melior in paupertatem incidere, & deterior dicitur fieret. Vel (ut exiuium ait Plutarch. in problemate. 7. cuius ad rem meminit Corasius lib. 5. miscellanea. iuris. cap. 1. num. 2.) quod vilissimum est beneuolentiæ signum donatio dant enim & alieni, & qui non amant. Hæc rationes cessant, quando maritus ob benemerita vxori donat: cum non donare sed debitum persolvere dicitur. Est sanè donatio non remuneratoria accepti beneficii merces. l. Aquil. Regulus. ff. de dona. & l. sed est. §. consilij. ff. de petis. heredi. & scribunt congesti à Claro in §. demerit. quæ l. 3.

Potest diuersa est ratio, non permittit donationis patris erga filium, ut diximus supra, & quæ quidem ratio non cessat etiam ob benemerita, ut dicemus infra. Et præterea nulla filij benemerita erga patrem (ut mox ostendemus) considerari possunt. Et præterea non licet hoc in casu argumentari à donatione illa ad hanc patris erga filium. Nam etiam ad rem multum pertinet tertium argumentum, quod adducunt Doctores à donatione facta à muliere concubine, quæ est regulariter non valet. l. 2. C. de donatio. inter virum & uxorem. consistit tamen ob concubinæ benemerita. l. miles. in princip. vbi Ripa. num. 10. ff. de re iudi. & tradunt Castren. in l. donationes. ff. de dona. Anchar. in cons. 247. Decius in cons. 131. & Afflictus in decis. 172. Nam facile diluitur hæc argumentatio, cum ob concubinæ benemerita, quæ consideratione digna lex existimauit, cesset ratio illa spoliationis militis, quæ lex eam donationem prohibuit. d. l. 2. donando enim miles ob benemerita, debitum (ut diximus) soluit. Id quod non contingit in patre, qui filio nisi ob benemerita debet: Et si quid deberet, id totum sibi reacquireretur. Quocirca est hæc extiterit nemo quod sciam, qui à receptissimis opinionibus dissentit, crediderim nunc saltem dubiam illam reddi. Et hoc quidem eo argumento, quod nulla considerari possunt benemerita filij erga patrem, & quæ digna sint mercede & remuneracione. Nam merita filij esse dicuntur, quando quis sua sponte aliquid facit, vel prestat, ad quod non tenetur. Diuus Thomas in 2. 2. quest. 7. artic. 5. ad primum. Non enim de me benemeritis dicitur ille, qui quod mihi debet meruit: sed benemeritis is erit, qui sua liberalitate aliquid donauit.

- 14 donauit. Porro cum omnia pati debeat filius, de patre dici non poterit bene meritis, quamquam omnia quæ ab homine possunt præstari, in patrem conferret, Cum ad omnia erga patrem tenetur filius: si spectemus externa opemnia, quæ reverentia appellamus, ea præstare & obsequia quæ reverentia appellamus, in lege Decalogi, & patri tenetur filius iure diuino, ut in lege Decalogi, & Exodi cap. 20. Honora parentes, ut sis longæuus. Et mox Platonis ac Aristotelis auctoritate confirmabimus. Si etiam oportet per respectu alimentorum consideramus, eadem quoque filius tenetur patri præstare. l. 1. §. pater. ff. de liberis agno. quo loci Bartol. existimauit. iure gentium ita sancitum, & idem Bartol. in l. 1. §. ius naturale. num. 6. ff. de insti. & iure. & ibidem Castren. num. 12. Alij vero iure nature sic statutum conueniunt, ut Alphonius de Castro de insti. heret. punitio. cap. ult. & Didacus Conarr. in Epitome de sponsalibus in secunda parte, cap. 8. §. 6. numer. 4. & manifeste probat l. vlt. §. filij autem. C. de bonis que liberis. Ethuc pertinet quod egregie scriptum reliquit Aristoteles lib. 1. Oeconom. cap. 3. his verbis, Maximè que in homine id conspicitur, quod non essendi causa solum, verum etiam bene essendi, mas, & femina, ope mutua coniunguntur, filiosque procreant non solum ut id nature tributum seruant, verum etiam ut commodam exinde suscipiant. Vales enim ipsi, imbecilles suos labore tuentur & alunt, mox imbecilles ob senium facti à valentibus eadem reportant. Hæc ille, cui ad stipulator Xenophon in œconomico his verbis. Mihi profectio videtur Deos ipsos multa quidem sapientissimè, tum præferim iugum hoc (matrimonium appellat iugum Xenophon) instituisse. Primum quidem ne animantium genera deficerent: Deinde ut haberemus, à quibus nostra senectus aleretur. Si deinde consideramus reliqua opera, quibus patris iura sustineret & defenditur, ea multo magis præstare debet filius, alioqui ut in patrem filius non redemit, vel foret mentisue infans lobozantem, vel ægitudine languentem, ei opem non fert, sicuti statuit Iulianian. in §. aliud quoque captiuum. in Athen. ut cõ de appellat. cognõ. Hæc omnia, quæ enumerauimus, si præstabit filius, de patre benemeritis dici non poterit: cum iure illi præstare tenetur.
- 17 deramus reliqua opera, quibus patris iura sustineret & defenditur, ea multo magis præstare debet filius, alioqui ut in patrem filius non redemit, vel foret mentisue infans lobozantem, vel ægitudine languentem, ei opem non fert, sicuti statuit Iulianian. in §. aliud quoque captiuum. in Athen. ut cõ de appellat. cognõ. Hæc omnia, quæ enumerauimus, si præstabit filius, de patre benemeritis dici non poterit: cum iure illi præstare tenetur.
- 19 Quinimo si quando ferret necessitas, pro patre filium morteim petere, iura diuina & humana cogere, memoriæ produm est à M. Cicerone in oratione pro Sexto Roscio Amerino, cuius verba adscripsi. Etenim si (id quod præclare à sapientibus dicitur) vultu sepe leditur pietas: quod supplicium satis acre reperitur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsi, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant? Et decem filium omnia, quæ ab homine homini possunt præstari, & patri debere, scriptum reliquit diuinus Plato lib. 34. de legibus, Dialogo quarto, his verbis. Ergo fas est parentibus, prima & maxima debita, omnium antiquissima debitorum persolvere. Putare enim quisque debet omnia quæ possidet, eorum esse, qui genuerunt & edicuntur, ita ut illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat, primum quidem externa bona, deinde etiam corporis, postremo quæ ad animum pertinent. Hæc omnia videlicet munus data persolues, & pro curis, doloribusque precibus parentum in senectute vices reddes, quando maximè indigent. In verbis quin etiam per totam vitam parentes venerari maximè de eis. Hæc Plato. Et Platonij præceptoris discipulus Aristoteles in li. 8. Ethicorum, cap. vltim. sic locutus est. Neque enim in omnibus est, ut in honoribus erga Deos, aut parentes, nemo enim unquam dignum reddere potest. Sed qui quoad potest, obsequium, bonis & æquus esse videtur. Quapropter constat, patrem quidem non licere filio adicere, filium autem patri licere. Debetem enim reddere oportet. At quidquid egerit, nihil unquam ijs dignum reddere, quæ à patre suscepit. Quare semper debet. Quibus autem debet, potestas est dimittendi, igitur & patri. Et idem Aristoteles lib. primo magnum moralium. c. p. 34. ita scriptum reliquit. At filio erga patrem, & seruo erga dominum, ius vltimum non esse videtur. Neque enim pueri meo aduersum me, neque manij, neque iude alicui mēbra: similiter igitur habere videbitur, & filius erga patrem. Ex Aristotelis quoque sententia, quem supra commemorauimus scriptit D. Thomas post tertiam partem summæ, in qu. 14. arti. 4. filium reddere non posse æqualiter quod patri debet, & patrem nunquam esse filij debitorem. His fit ut concludamus, nulla esse benemerita filij erga patrem. Et si illa admittimus, eaque iudicamus digna mercede, & præmio, illud totum ius, illudque præmium reacquireretur patri, & proinde concludendum est, rationem in pediatuam donationis patris erga filium, obstare filio benemerito, ne ei adhuc donare possit pater.

Cæterum admissa recepta interpretum opinione, patrem scilicet donare posse filio benemerito, dubitari contingit, qualia esse debeant hæc benemerita? Et ex omnium sententia dicendum est, quod debere æquialere rei donatæ. Ita sanè scripserunt Bartol. in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideius. Decius in l. petens. num. 16. C. de pactis, & in l. si donatio. num. 16. C. de collat. Ruin. in cons. 60. num. 16. lib. 3. Lupus in rubr. extr. de donat.

int. vir. & ux. §. 50. n. 29. Chassaneus in cons. 7. n. 11. Tyraquelus in l. si unquam. in verbo, donatio. numer. 30. C. de reuoca. donat. Ioann. Corasius, in l. frater à fratre. §. questum. num. 51. ff. de condi. indeb. & Iulius Clarus in §. donatio. quest. 3. versicu. sed nunquid. idem ego respondi in cons. 112. n. 13. lib. 2. Idem scripsit Mascardus in cons. 186. Et huius traditionis ratio est, quia scilicet meritum excedi non oportet. c. relatum de test. Et accedit, quod quando aliquid est permittum à aliquo ob causam, permittit id censetur quatenus causa illa valet, & non ultra: sicuti quando concessum est minori necessitatis causa alienare bona immobilia, intelligitur ei hoc licere, quatenus valet necessitas, & non ultra. l. magis puto. §. item prætor. ff. de rebus eorum. Et similibus de casibus extant plura iura, ut in l. senatus. ff. de officio. Præsid. in l. in ff. de feriis, in l. sed est restituatur. §. sed est dies. ff. de iud. in l. vltim. versu. quare & si. ff. de exercito. actio. & cap. quod pro necessitate. 1. quest. 1. & tradit Bart. in l. 1. §. nunciatio. n. 28. §. de oper. nui. mania. Corn. in cons. 83. in filio. 4. Iul. in l. qui Rom. §. duo fratres. n. 22. vers. 2. per i. in ff. de verb. oblig. Et huc facit vulgata illa regula, quod causa limitata à limitatum effectum patitur. Lin agris. ff. de acq. rer. do. quam regulam multis exornat Felix in c. cum ordinem. de rescrip. & latris. Tyraq. in tract. quod cessante causa cesset effectus. 1. part. n. 147.

Rursus traditio hæc intelligitur, quando verè constat benemerita præcessisse: Nec enim sufficeret sola ipsa assertio patris, si uti aperte scripserunt Bartol. in l. si forte. ff. de Castren. pecu. Oldr. in cons. 236. Quidam Episcopus, colunt. vltim. Alexand. in l. si donat. numer. 4. C. de collat. & ibidem Iason num. 3. Decius. num. 18. infinitos propè huius opinionis Doctores commemorat. Et illis accedunt Cur. Sen. in cons. 67. col. 2. Mas. fil. singul. 610. Cremon. in singul. 137. Lup. in d. §. 50. num. 29. Chassa. in cons. 7. num. 9. Paris. in cons. 88. numer. 16. lib. 2. & late Tyraquel. in l. si unquam. in verbo, donatio. numer. 88. C. de reuoca. donat. & Corasius in d. l. frater à fratre. §. questum. numer. 52. ff. de condi. indeb. & Mascard. in cons. 184. num. 5. Qui quidem Dec. & Corasius ex sententia Baldi in l. si ff. de exercito. & in l. illud, quest. 4. C. de sacrosanct. eccles. intelligunt procedere, etiam si pater in specie exprimeret filij benemerita, ut si diceret, se redemptum ab hostibus. Idem ego ipse respondi in cons. 112. num. 5. Et est huius sententiæ ratio, quod quia alioqui facile fieret fraus legi, & esset semper in patris donantis potestate positum, facere ut effectum habeat donatio, quod iure permittum non est. d. l. si. forte. ff. de Castren. pecu. & est text. notab. in l. 1. C. de dona. ante nup. ubi videtur recepisse, & ibi notat Bald. & post eum Socin. Seni. cons. 65. numer. 3. lib. 1. & con fert. x. notab. in l. qui testamentum. ff. de probat. vbi non adhibetur fides assertioni filij testatoris, qui cum non possit legare alicui, dixit, se ei relinquere, quia eius est debitor. Nam debitum aliter quam assertionem illa probari debet.

Huc pertinet quod egregie docuit Bartol. in l. cum quis de ceden. §. Tit. ff. de leg. 2. cum dixit, quod si maritus confessus est, habuisse dotis nomine à muliere mille, eius assertio non creditur: cum præsumatur id dictum in fraudem legis, prohibentis plus relinqui vxori quàm vni filiorum. ex l. hac edictali. C. de secundis nuptiis. Quæ de re copiose differemus infra subsequenti libro, in præsumpt. 84.

Ita quoque dicimus, quod assertioni Clerici, qui non potest (ut diximus supra), donare concubinæ, non adhibetur fides de ipsius concubinæ benemeritis. Ita Anch. in d. cons. 247. Dubium facit. Deci. in cons. 232. & Ripa in l. si plagij, colunt. vltim. ff. de verb. oblig. & Mascard. in cons. 184. n. 6.

Sic quoque dicere solemus, quod cum præstatur ecclesiæ non possit sine iusta causa obligare bona ecclesiæ. cap. 1. de rebus ecclesiæ non aliena. & cap. sine exceptione. 12. quest. 2. si ea bona obligat, asserendo iustam subesse causam, et non creditur. Ita responderunt Anch. in cons. 301. colunt. 2. & Socin. Sen. in cons. 23. colunt. 3. lib. 4. Et huc valde proximum quod docuit Bartol. in d. l. si forte. ff. de Castren. pecu. cum dixit, non credi prælato asserenti, se alienasse rem ecclesiæ præcedentibus tractatibus sine quibus alienari bona illa non possunt, & Bartol. secutus est Gram. deci. 79. n. 20. Et demum (ut hic finiam) est simile quod docuit Iason in præulibus seu. d. numer. 89. & 90. fidem non adhiberi prælato asserenti, se infeudare præstrum ecclesie. Sempronio in feudum antiquum, quemadmodum sui antecessores tenebant, & scripsi in commentarijs de arbit. iudic. lib. 1. quest. 76. num. 6. & 7. Et plura alia his familia congerit Socin. Sen. in cons. 66. colunt. 2. 3. & 4. lib. 1.

Cæterum cum extant coniecturæ recedimus à prædicta iuris, & Doctoris traditione. Nam coniecturis credimus quod veram esse patris assertionem, filij benemerita præcessisse. Ita in specie affirmarunt Deci. in d. l. si donat. numer. 31. Mas. fil. in singul. 610. Non statuit Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 16. nu. 3. & in resp. 84. num. 5. & prius Guido Papæ

in l. si voluntate. C. de coll. & in tract. de presump. col. 6. vers. si pater donat. Eandem opinionem recipiunt Tyraq. in l. si unquam. in verbis donatione. num. 102. C. de reuo. dona. & comprobatur simili traditione Salceci in l. si mater. C. de contrah. emp. cum dixit, quod si maritus et nomine uxoris abentis emit fundum, & asseruit pretium fundi suo traditum ab ipiamet uxore, creditur ipsi marito, quando extant coniecturæ. Et Salicerum secuti sunt Alexan. in conf. 18. nu. 3. lib. 3. Soc. Sen. in conf. 66. num. 8. lib. 1. Deci. in conf. 463. & in d. l. si donatione. n. 31. C. de collat. & Alciat. de presump. reg. 1. p. asump. 16. num. 4. Et ante hos idem respondit Bald. in conf. 61. Inter vir. & vxor. lib. 1. Est simile quod respondit Aug. in conf. 341. Pater emit domum. in primo dubio. Cum dixit, quod licet confessio patris, dicentis se habuisse pecuniam a filio, ut domum illam emeret, sit confessio suspecta, ob prohibitam donationem in et patrem & filium, attamen si filius et ita aliquo in artificio eo tempore verfabatur, ut verisimiliter eam pecuniam summam acquirere potuerit, assertioni illi paternæ fides adhibetur, ex sententia glossæ, Cyni & Baldi in l. cum oportet. C. de bonis que ibentis. & Angeluni secuti sunt Alex. in conf. 18. n. 4. lib. 3. Tal. conf. 184. col. ult. li. 2. Huic rei nostræ magis accedit quod respondit Decius in conf. 202. col. 3. vers. non obstat. quod. cum censuit, quod etsi non credatur assertioni mariti et de benemeritis uxoris cui donauit, sicuti diximus supra: attamen creditur quando extant coniecturæ, merita præcessisse.

Huc etiam facit, quod docuit Bald. in l. 1. colum. 3. vers. unde queritur. C. de priuileg. dotis. Cum scripsit, quod licet dos et confessata non habeat priuilegia veræ dotis, iuxta glossam l. asiduis. in verbo datæ. C. qui potio. in pig. hab. attamen si ultra confessionem interuenirent coniecturæ aliquæ de ipsa dotis numeratione, ut quia vir exhibuit alimenta uxori tanquam donata, et huiusmodi dos potiretur priuilegiis veræ dotis. l. cum ultra. C. de non numer. pecun. Et Baldum secuti sunt Abb. in consilio 73. colum. 3. lib. 2. Aret. in l. 1. colum. 5. vers. secundus est. ff. soluto matrimonio. & si ibidem Socin. Sen. n. 80. & num. 94. dubiter, attamen dubitandum non est, cum alij permulti, quos congeffi in additio. ad Socinum ipsum, secuti sint Baldum.

Ad rem hanc nostram et illud quoque pertinet, quod docuit Bald. in Auth. hoc ius porrectum. col. penultim. vers. quæro utrum in dubio. C. de sacrosanct. eccle. & in l. 1. in fine. Cod. si aduersus creditum. cum dixit, quod cum ecclesia et non obligetur ex mutuo, nisi proberetur numeratio, & conuersio pecuniarum in utilitatem ecclesiæ, ut vultur esse ea Authen. hoc ius porrectum, & conuersam in ecclesiæ utilitatem, creditur, si aliquæ et concurrunt coniecturæ, ut puta, quia eo tempore monachi erant admodum inopes, carentes victu & vestitu. Nunc autem constat, quod viuunt ex frumento empro, & quod vestibus sunt induti. argumen. l. vltim. Cod. de alim. pup. præsta. Et licet aliunde processisse ea potuerint: attamen id non præsumitur, l. si ventri. §. vltim. ff. de priuileg. credit. Et Baldum secuti sunt Iaf. in consilio 154. colum. 5. vers. quinto pro ista parte. libro secundo. Ruin. in consilio 142. numero 4. lib. 1. Tyraq. in l. si unquam. in verbo, donatione. n. centesimo secundo. C. de reuo. dona.

Huc quoque spectat, quod scriptum reliquit idem Bald. in l. iubemus. la. 2. C. de sacrosanct. eccle. cum censuit, quod si episcopus et donat alicui ob benemerita, & remunerationem accepti beneficij, assertioni benemeritorum creditur, si aliquæ extant coniecturæ. Et Baldum secutus est Alciat. in tracta. de presump. reg. 1. p. presump. 16. nu. 3. & in resp. 584. num. 5. & comprobatur Mascardus in conclus. 185. num. 1.

Conferat etiam quod cum pater non possit exheredare filium, nisi iustis de causis numeratis a Iustiniano in §. aliud quoque capitulum. in Auth. ut cum de appell. cogn. & ipsi patris assertioni, se iusta de causa exheredasse non credatur, sed probari illa debeat ab hæredibus patris, iuxta dict. l. qui testamentum, in fine. ff. de probat. attamen et assertioni patris creditur quando extant coniecturæ. Ita censuit Alciat. in d. reg. 1. presump. 16. num. 1.

Accedit prædictis quod præcitata in presump. 16. in fin. scripsit ipse Alciat. cum dixit, si pater in testamento minus reliquit vni filiorum quam cæteris, asserens, se minus reliquit se ob id, quod filius ille iam erat consecutus summam pecuniarum, et quam male alea vel commensationibus absumpsisset. Huic assertioni patris creditur, si coniecturæ aliquæ extant, ut puta si in libris rationum ipsius testatoris scriptum reperiebatur, se causam filij, huic et illi sic numerasse, vel quia tales erant mores filij, & natura mala, ut facile conici possit id esse verum.

Dubitari autem hic contingit, quando exant et filij benemerita, & tamen pater simpliciter donat, nulla scilicet facta meritorum mentione, an præsumatur patrem donasse ob sanguinis affectionem, vel ob ipsa benemerita. Recepta

magis est Doctorum opinio, præsumi patrem donasse causa benemeritorum. Ita sanè communem esse opinionem aduertit Deci. in l. si donatione. n. 11. C. de collat. qui quidem hanc opinionem commouit orat Bar. Alexan. & Iasonem ibi, quos et testam. milit. Curt. Iun. in conf. 54. nu. 3. & Ale. de presump. reg. 1. p. presump. 30. & G. in §. act. ones. n. 8. Inst. de act. & lo. Co. rat. in l. siater. §. an. §. quæstionem. n. 59. ff. de cond. indeb. & prius Crotus ibidem. nu. 79. & Io. Lupus in reb. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 45. nu. 13. vers. crederem, scribit simile, quando se licet contingens donat uxori consanguineæ, nisi adfuit benemerita ipsius mulieris erga donantem: Quia de re diximus supra in presump. 26. Et recentet Crotus idem affirmasse Bald. & Salic. d. l. si donat.

Primo adfertur text. l. si vero non remunerandi. §. idem Pap. ff. mand. quo loci donatio facta videtur ob benemerita præcedentia. Et idem videtur probari in l. nec adiecti. ff. pro socio.

Verum respondetur d. §. idem Papianus, loqui in extraneo, quo potest considerari illa obligatio antidotalis, secus est filio erga patrem, cum quidquid facti filius, non sit considerabile, ut pater ei teneatur ad antidota, quia longè maiora tenetur præstare filius, ut abundè demonstrauimus. Et illo in casu benemerita considerantur in genere, non autem in specie, de quibus nostra est disputatio.

Secundo adducitur text. in l. cum allegas. C. de Castren. pecun. libro 12. quo loci institutus a fratre et committente videtur potius institutus causa et contemplatione militiæ quam fraternitatis. Et idem probat text. l. hereditatem ab agnatis. ff. de Castren. pecunio. Et ex illo responso l. cum allegas. sumitur et affectionem præsumi augeri assidua conuersatione. Ita colligunt Lucas de Penn. in l. 3. colum. pen. vers. 171. presump. C. de apochis publ. lib. 10. Alciat. in tracta. de presump. reg. 1. presump. 30.

Cæterum respondet Dec. in d. l. si donatione. n. 12. C. de collat. Id esse suo. e militiæ. Rectius est interpretatus Cora. lib. 2. miscella. inuis. c. 4. num. 5. qui dixit, donationem fuisse factam contemplatione ipsius locieratis militiæ: cum Triphonius in d. l. hereditate. consideret atque distinguit, quod aut est facta donatio post committitum, id est locieratis in militia, ut ibi interpretatur Bodæus & Alciat. libro 4. dispuncti. c. 17. & vales donatio, ut cenetur Cauti. pecuni nomine: aut facta fuit ante committitum. & tunc secus.

Tertio adducitur text. in l. si Responso. C. de res. militi. quo loci miles et minor viginti annis, potest ex iusta causa manumittere. Et manumissio ob eam causam facta præsumitur. Et illo in loco Castren. in fin. textum illum ad rem nostram annotauit. Nec repugnat consideratio Decii in d. l. si donatione. num. 12. id contingere fauore militiæ: quia verus est, ob iustam causam valere manumissionem: atque ita in ea iusta causa Imperator constituit fundamentum. Rectius dici potest, militem illum expressisse, se ob eam causam manumittere. Et dubitatio in eo soluta verfabatur, quia non constat de ipsa causa, sed Imperator statuit sufficere, si deinde a manumisso proberetur.

Quarto et melius suffragatur, quod actus et dubius recipit interpretationem, ut valeat potius quam ut pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties. de verb. oblig. & egregie Decius in l. in contrahenda. n. 7. de reg. iur. ait, hanc præsumptionem esse egressi firmitatem. Immo interpretatur, ut valeat effectio, et omni meliori modo. l. 3. ff. de milit. test. & copiose tradit Ale. de presump. reg. 3. presump. 35. A quo si dicimus donationem hanc factam a patre filio, esse factam ob eius benemerita, illa valet & sustinetur, nec reuocari amplius potest, si vero diximus factam contemplatione sanguinis, erit nulla, vel saltem reuocabilis. Ergo sumenda est hæc interpretatio, quod donare voluerit ob benemerita. Cum efficacius etiam valeat. Et huc facit simile ex Soc. in l. cum Senatus. n. 8. ff. de reb. dubis. cum dixit, donationem præsumi inter viuos, vel causa mortis factam, ut valeat.

Contrariam itaque opinionem male probauit Bald. in §. Auth. ex test. C. de collat. quem secutus est Cora. lib. 2. miscella. iuris. c. 4. & idem censuit Roma. sing. 646. Donatum. & in d. l. si donatione. Interbat. in conf. 41. col. pen. li. 1. Io. Lupus in reb. extr. de dona. inter virum & vxor. §. 45. nu. 16. vers. quamuis idem scripsit Dida. in c. requisisti. nu. 8. in fine, de test.

Primo ex l. tutor. §. que uxoribus. ff. de excus. iur. quo loci Papianus. respondit, legatum a patre filio tutori, non censetur legatum tanquam tutori, atque ira contemplatione tutelæ, sed causa et contemplatione filiationis. Ergo et idem nostro in casu. Et hunc text. singularem esse dixit Rom. in d. sing. 646.

Respondent Alexand. & Iaf. tribus modis, ut apud Iasonem in d. l. si donat. col. 3. vers. in secunda parte. Probabilior videtur esse responsio Decij, ibidem num. 14. Cum dixit, ob id

eo loci sumi eam interpretationem, quia utroque casu legatum valet: secus in casu nostro in quo non valeret si intelligeremus factam donationem, contemplatione consanguinitatis.

Secundo adducitur text. in c. requisisti. de testibus, quo 47 loci ait Pontifex Max. legatum et factum Prælato ecclesiæ consanguineo, præsumi factum in contemplatione consanguinitatis, non autem ecclesiæ: & ideo ipsi Prælati uti personæ priuatae acquirunt. Verum respondei potest, ut supra ex Decij sententia.

Tertio et vltimo vrget, quod causa hæc filiationis dicitur esse quædam causa, & qualitas naturalis. Illa verò causa & qualitas benemeritorum, est qualitas accidentalit. Atqui certum est, quod in concursu præualeat et causa naturalis. Ergo et hic præualere debet causa filiationis, ut ob eam censetur facta donatio. Illa minor propositio probatur ex l. 3. ff. de tutel. & ibid. Barr. idem Barr. in l. vltim. ff. de offi. procons. Socin. Sen. conf. 116. num. 8. lib. 4. Alciat. in repe. l. 2. in prin. numer. 38. de verb. oblig.

Cæterum responderi potest, quod illa causa, & qualitas præfertur, et quæ potentior est. l. queritur. ff. de statu. hom. & l. generaliter. ff. de fideius. Potentior autem causa et qualitas dicitur, primo illa, quæ facit valere actum, ut diximus supra. Secundo est potentior ista, quæ benignior est. l. si pupillus. vbi Bartol. ff. ad l. Falcid. vbi consideratur quod hæres magis consequatur pecuniam a pupillo tanquam debitam naturaliter, quam tanquam datam causa conditionis implendæ, quia id benignius est, hoc enim modo legatarij consequuntur integra legata, secundum voluntatem testatoris. Ita nostro in casu erit benignior, ut filius secundum patris voluntatem, obtineat rem donatam.

Tertio, causa potentior illa dicitur quæ et prodest, quam illa quæ nocet. Ita Burr. & cæteri in cap. vltim. de except. & in c. intelleximus. de iudic. cum dicunt, quod si excommunicatus esse non potest in iudicio tanquam actor, sed solum tanquam reus: si iudicium sit duplex, sicuti est iudicium famil. erit cum in quo quilibet est actor, & reus, poterit et excommunicatus esse in iudicio, quia attenditur illa qualitas quæ prodest. Et in specie nostra ita annotauit Ioan. à Platea in l. cum allegas. C. de Castren. pecun. lib. 12. Hæc autem qualitas benemeritorum prodest: ut valeat donatio illa, ergo attendi debet.

Quarto potentior est causa specialis quam generalis. l. si seruis vrbani. §. vltim. de leg. 3. omnes in l. triie textores. de leg. 1. cum ergo causa benemeritorum specialis sit: & illa causa filiationis sit generalis et præualere debet causa illa benemeritorum.

Extenditur prædicta communis opinio, ut locum etiam 55 habeat, quando pater ipse et donauit ita dixit, dono filio meo à me dilecto ob amorem et beneuolentiam, quibus eum prosequor: ac ob eius benemerita. Hoc etiam casu præsumitur donasse ob benemerita. Etsi enim duas causas expressit pater, quarum vna, nempe illa sanguinis, impedit donationem: altera vero, id est benemeritorum, permittit donare: attamen adhuc præsumitur causa meritorum donasse. Ita Decius in d. l. si donatione, num. 12. C. de collatio. & Alciat. in d. presump. 30. Et huius sententiæ ratio est, quam et supra commemorauit, ut actus et sic donatio valeat. d. l. quoties. ff. de reb. dubis. Et præterea accedit secundum Alciatum, quod illa causa amoris et beneuolentiæ, non fuit expressa, à patre principaliter, sed accessorie quodammodo, ad significandum, auctum sibi esse desiderium donandi causa benemeritorum, ab ipsa amoris et beneuolentiæ affectione. Qua de re dicemus statim.

Nec huic sententiæ quam veram esse existimo, repugnant rationes dissentientium, nempe Castren. in conf. 346. circa bona quæ fuerunt, num. 2. lib. 1. Alexan. in d. l. si donatione, num. 3. C. de collatio. Felin. in c. 1. numer. 10. ver. unde si pater. de sentent. & re iudi. & Ignei in l. 3. §. si conditioni. vers. est aliud. nu. 71. & 75. ff. ad S. C. Syllania. qui communem esse testatur. Et accedunt Socin. Sen. in conf. 295. col. 4. vers. scilicet sextus casus. lib. 2. & Chaslaneus in conf. 7. num. 15. Non inquam horum rationes et argumenta obstant.

Et primo quidem sic argumentantur. Hic duæ concurrunt causæ donationis, quarum vna prodest, ut scilicet valeat, donatio, nempe causa benemeritorum: altera quæ nocet, ut scilicet licet non valeat, hoc est affectio sanguinis. Atqui quando non concurrunt duæ causæ, quarum vna prodest et altera nocet, præualeat illa, quæ nocet. Ergo et hic præualere debet causa affectionis sanguinis. Illa minor probatur auctoritate multorum, nempe Bartol. in l. 3. §. vltim. ff. ad S. C. Syllan. & in l. si vir. ff. pro donato. Baldi in l. 2. C. de liberis & eorum liberis. & in præmio Decretalium, num. 12. Angeli in l. emancipatum. ff. de senato. Imolæ in c. cum super. nu. 2. de offi. deleg. Castren. in l. si rem. ff. de exceptio. rei iudi. Alexa. & Iaf. in l. adoptiuus. ff. de in ius vo-

can. & Alciat. in l. 2. in princ. num. 37. ff. de verbo. oblig. & alios congeffi in lib. 1. de arbit. iudi. quæst. 80. num. 27. Et ij quidem traditionem hanc credunt probati l. filio. ff. de liberis & posthum. l. 3. §. eleganter. ff. ad S. C. Syllania. l. si vir. ff. pro donat. & l. Fulcin. §. quid ergo. ff. ex quibus caus. in post. car. r.

Cæterum respondetur primo ex sententia Iasonis in l. quod dicitur. la. 2. num. 20. ff. de verbo. oblig. & Alciati in d. presump. 30. num. 4. vers. nec obstat ratio. & c. quod hic possunt concurrere ambæ ipsæ causæ: cum illa sanguinis patet, quæ dilectionis, sit in augmentu volūtatis et desiderij patris donandi filio ob eius benemerita. Dubitabilis tamen videtur hæc consideratio, quia si pater motus fuisset ob benemerita, & in augmentum sui desiderij protulisset illa verba, ob amorem et dilectionem, prius dixisset se ob benemerita donare, ac ob amorem et beneuolentiam, sicuti in simili in l. si seruis communis ita. ff. de stipula. seruo. vbi si seruis et communis aliquid stipulatur suis dominis, & ignoratur, quid et quantum acquiratur ipsis dominis, an scilicet pro parte dominica singularis, vel in viriles, inspicitur, quod nomen præcessit in stipulatione, si nomina propria præposuit seruis, acquirunt in viriles, si appellatiua in dominicas dicitur stipulatus, quod ergo prius fuit nominatum, significat et declarat animum loquentis. Defendi potest acuta Alciati consideratio declaratione Bartol. in l. si seruis communis, num. 2. vers. quæro, quando. quod quando et dispositio potest valere secundum vnum modum et causam, & secundum alium non, tunc non inspicitur, quod præcedit: sed debet dispositio ipsa valere eo modo quo potest. l. quoties. ff. de reb. dubis. & Barr. secutus est Deci. in d. l. si donatione, nu. 12. C. de col. & conf. 404. num. 8. in fine. alios sciens omitto. Nostri itaque in casu dicendum est perinde esse, ac si testator præposuisset causa benemeritorum.

Respondetur secundo, aliquorum fuisse opinionem præcedenti contrariam, quod imò quando duæ causæ et concurrunt, quarum vna prodest, & altera nocet, illa quæ prodest, attendi spectarique debet. Ita Burr. in c. intelleximus. de iudic. & in c. vlt. in fin. de exceptio. Ioan. à Platea in l. cum allegas. C. de Castren. pecun. lib. 12. & Comens. in l. si vir. nu. 3. ff. pro donat. Quorum opinionem satis clare probat l. emancipatum. in fin. ff. de senato. ibi. Et magis est, ut debeat, ut aui potius ei dignitas proset quam obit casus patris. Idem habetur in l. 3. §. emancipatus il. in §. ff. de bonor. poss. contr. tabu. ibi. neq. enim minus in hoc nepotibus qui de inofficiso cogniturus est, merita nepotis quam patris eius delicta perpendet. sic et in l. 3. §. si quis palam. ff. de iure fisci. & alia mox referam.

Tertia etiam fuit opinio Io. Ignei in d. l. 3. §. si conditioni. vers. & si aliud. num. 97. ff. ad S. C. Syllania. qui distinguit duos casus, quorum primus, quando duæ causæ et actus sunt inter se incompatibiles. Hoc casu intelligit Igneus causam quæ nocet spectari debere, illamque præualere: sic ille explicat d. l. 3. §. eleganter.

Secundus est casus, quando causæ ipsæ sunt comparabiles: & tunc præualeat causa, quæ fauorabilior est, vel etiam quæ maiori ratione et æquitate solum suffulta est. Et hoc quidem intelligit Igneus præcitato in loco. nu. 99. dum modo causa illa in odium concedentis non retorqueatur. sic ille explicat d. l. emancipatum, in fine. ff. de Senato. & d. l. 3. §. si quis palam. ff. de iure fisci. Ego verius crediderim constitui non posse certam regulam: sed pro obiecta materia, & varietate rationum, aliquando præualere causam, quæ prodest, aliquando illam, quæ nocet. In casu d. l. emancipatum, in fin. ff. de Senato. l. 3. §. si emancipatus. il. ff. de bonorum poss. contr. tab. est ratio, ne is nepos sine sua culpa, sed patris vel aui facto damnus sentiat, ob id causa illa quæ nocet non attenditur, sed quæ prodest. In casu verò d. l. 3. §. si quis palam. ff. de iure fisci, est ratio, quia in dubio lex non præsumit aliquem delinquere. l. merito. ff. pro socio. & præsertim quando palam facit actum. l. palam. ff. de ritu nup. Ita quoque aliæ speciales considerari possunt rationes in casibus, l. adoptiuus, in fin. ff. de in ius vocan. l. 3. ff. de interdicitis & releg. in l. Dini fratres. ff. de iure patro. in l. 2. §. filius. ff. de Decurio. & in l. 1. ff. de aucto. tutor. Econtra dicimus in casibus l. filio. ff. de liberis & posthumis. l. Fulcinus. §. quid ergo. ff. quib. ex causis in post. car. l. 3. §. eleganter. ff. ad S. C. Sylla. & l. si vir. ff. pro donato. aliæ sunt rationes, quas ne nimis sum, non commemoro, quibus responsum est causas quæ nocent præualere. Quocirca in casu nostro dicendum est, spectandæ esse causam quæ prodest: cum et nemo præsumatur eligere modum quo sua dispositio subuertatur. l. 3. ff. de militari testam. Respondet tertio Decius in d. l. si donatione, nu. 15. C. de collatio. quod quædo causa, quæ prodest, est potentior causa quæ nocet, illa præualeat. Porro hæc causa benemeritorum, quæ prodest, dicitur potentior, quia (ut diximus supra) facit valere donationem. Et præterea est benignior, sicuti explicauimus supra ex sentent. Barr. in l. si pupil. ff. ad l. Falcid.

vxori, non ligare principem. l. pen. C. de donat. inter virum, & vxor. sic & lex quæ vult vsumfructum aduenturorum acquiri patri, locum non habet quando princeps donat filiofam. l. cum multa. C. de bonis que liberis. Hic tamen casus collocandus esset potius inter gesta principum, quam patrum erga filios.

102 Septimus casus, in quo pater potest donare filio, est quando donat ipsi filio pro eius legitima. Ita Angelus in l. si non mortis ff. de inoffic. testamen. quem secuti sunt multi concepti à Iafone in d. l. frater à fratre. in prima lecti. colum. pen. verfic. 7. limita. ff. de conditio indebi. & à Düena in d. reg. 223. in fal. ten. quinta. Et ij quidem adducti sunt eo responso d. l. si non mortis, à quo Iustinian. desumpsit l. si quando. s. & generaliter. C. de inoffic. testamen. Et quamquam Aretin. in l. placet. ff. de acquir. hered. & in consi. 17. numer. 4. scripserit, loqui de filio emancipato, cui pater donauit, attamen est diuinitio, cum præ-

103 Tertius filius præsumatur esse in potestate l. si filius ff. de probatio. Nec repugnat l. filium quem habentem. C. famul. exiscum. quam perpendebat Aretinus, quia varij sunt illius responsi sensus: & magis receptus videtur, quod ibi non fuerit facta donatio, sed concessio in peculium. Nil etiam vrget consideratio Roderici Soarez in l. quoniam in prioribus, in euidenti. libus. num. 4. C. de inoffic. testamen. cum dixit, in casu d. l. si non mortis, & d. s. & si generaliter. non disputari an valeat illa donatio, vel non, atque ita ibi non determinari, quod valeat, vel non valeat. Nil sanè vrget hæc consideratio, cum Iuriscōsul. in d. l. si non mortis, & Iustinian. in dicto s. & generaliter. præsupponant pro constanti, validam esse donationem. Et si esset inualida, dubio procul ipse filius deberet eam imputare in legitimam, quia verè essent bona patris annullata ipsa donatione. Rectius dici posse existimo, donationem illam valere ob id quod morte patris fuit confirmata: iuxta ea quæ diximus supra ex l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum & vxor. In illis enim responsis d. l. si non mortis. s. & generaliter. agebatur de excludenda inofficiosa querela, ac de imputando ipsam donationem in legitimam. Qui quidem actus post patris mortem solum petrastantur. Afferri solet secundo argumentum ex eo ductum, quod pater tenetur post mortem relinquere legitimam filio, qui ob id dicitur ipse legitimæ creditor. l. quia ff. pro socio. l. si quis legatum. in fin. ff. de falsis. & l. vltim. s. in autem. C. de curat. furio. & tradit Bart. in l. vltim. ff. de lib. agnos. & probat l. vnic. C. de imponenda lucrativa descript. libro 10. Quando ergo pater donat filio pro legitima, dicitur potius soluere debitum, ante tempus, quam donare, & propterea valet, sicuti valet in casu l. sed si vir. s. quod vir. ff. de ac. inter virum & vxor. quod responsum ad rem maximè dicitur videtur, ducto argumento à donatione inter virum, & vxorem, ad donationem inter patrem, & filium, iuxta d. l. donationes quas parentes. C. de donatione. inter virum & vxorem. Verum nec argumento hæc facis

105 solida est. si quidem cum pater tenetur præstare legittimam filio, solum post mortem, vt diximus, & manifestè probant l. cum quo. s. vltim. ff. ad l. Falcid. & l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. & tradit Baldus in l. est mortis. C. ad leg. Falcid. ob id incertum est quanta esse debeat ipsa legitima, & fieri possit, quod vel nulla, vel tenuis esset, ob infortunia, quæ hominibus euenire solent. Non ergo potest pater soluere, quod incertum est. Id quod non contingit in casu d. l. si vir. s. quod vir. vbi erat certa quantitas in diem debita.

Tertio iraque, & melius vrget videtur, quod sicuti dotis causa donatum à patre valet, vt diximus supra ex l. Pomponius Philadelphus ff. famul. exisc. Ita donatum & causa legitima, cum dos & legitima sint quodammodo vnum & idem. Nam dos legitime loco est. Bartol. l. Titio centum. s. Titio genero. num. 6. ff. de conditio. & demonstrat. & scripti in libro secundo, de arbitriis iudicum, casu 149. num. 9. Ceterum nec consideratio hæc defendi potest, cum magna sit in casu nostro differentia, inter dotem & legitimam. Nam dos etiam viuè patre filia præstanda est. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Legitima verò (vt diximus supra) post mortem patris tantum. Cum ergo pater donat causa dotis, dicitur soluere quod de præsentibus quodammodo soluere tenetur. cum verò donat pro legitima, dicitur præstare quod incertum est post mortem suam.

Quarto solet adduci traditio Baldi in l. illud, quest. 3. C. de sacrosanct. eccles. & apertius l. cum oportet. s. non autem. C. de bonis, que lib. cum dixit, patrem posse ante mortem suam assignare filio portionem sibi contingentem, & validam esse assignationem. Verum nil ad rem pertinet, cum non illa donatio, sed assignatio reuocabilis, quemadmodum in specie scriptis Bald. in l. 3. colum. 1. C. pro dona. & in l. quamuis. C. de fidei. quem secuti sunt post alios Ruin. in consi. 95. in fin. lib. 5. Deci. in consi. 86. numer. 8. & Paris. in consi. 34. numero 42. libro 2.

109 Contrariam itaque opinionem aduersus Angelum, &

sequentes probarunt Franc. Aret. in l. placet. ff. de acqui. hered. & in consi. 17. numer. 4. Deci. in consi. 86. numero 8. & Parisius in consi. 16. num. 35. & 37. libr. 2. quos sequor. Et si etiam eorum argumentationes nil vrgerent.

Primò Aretinus vsus est eo argumento, quod pater viuens tenetur præstare alimenta filio. l. si quis ex liberis. in principio. ff. de liberis agnoscend. Et tamen pater non potest filio donare causa alimentorum. Ita Bald. in l. 2. num. 5. in fine. C. de inoffic. dona. & alios refert, & probat Antonius Couduba in d. l. si quis ex liberis. in princip. & numer. 12. Ergo idem dicendum est in casu nostro. Non est solidè hæc argumentatio, cum probabilis sit, non autem necessaria Baldi auctoritas. Et præterea, ratio esse potest, quod pro alimentis non possit donari, quia tunc diem alimenta d. bentur, & fieri posset quod donatione statim facta, is filius decederet, atque ita donatum seu datum fuisset non d. bitum.

Secundo adduxit Iason text. l. cum de bonis. C. de don. vbi si pater donat filio portionem bonorum suorum, non valet donatio.

Verum respondetur, patrem ibi non donasse filio pro legitima ipsius filij, sed simpliciter tantum, & ideo nimirum si donatio fuit inotilis & nulla. Et si dicatur saltem valere debuit quò ad portionem legitimæ, respondetur eam non fuisse donatoris mentem. Et rursus habuit Imperator ille pro indubitato, donationem illam non consistere, cum dixit, non esse incerti iuris eam donationem non valere. Non enim ita certum iuris esse, si pro sola legitima donatum fuisset.

Tertio citauit Iason l. si filia. s. si pater. ff. famul. exisc. & l. penult. s. si pater. ff. pro suo. Vt iam nil ad rem pertinent, cum non de donatione, sed de simplici diuisione loquantur. Et illa valet tanquam dispositum in testamento. l. vlti. C. famul. exisc. Retinenda tamen est postrema hæc Aretini, & sequentium opinio, quæ falcitur iuris regula, quod pater donare non possit filio, vt supra diximus. Nec ab hac regula exceptus legitur hic casus, quando pater donat pro legitima. est ergo regulæ standum, vt diximus supra ex sententia Decij post alios in l. 1. num. 7. ff. de reg. iuris.

Octauus casus, in quo pater potest donare filio est secundum aliquos, quando ipse pater consentit vni filiorum donanti fratri suo bona vel profecticia, vel alia bona ipsius patris. Ita Oldradus in consi. 26. nu. 1. & Ioan. Andreæ in additio. ad Specul. in tit. de instrument. condition. s. porro. num. 3. Verum dissentient reliqui quos recentent Iason in d. l. frater à fratre. in prima lectura. col. vlt. in octava fallentia. ff. de cond. indebi. & Düenas in d. reg. 223. in secunda fallentia. quibus assentior. Non enim illa ratio considerata ab Oldrado quidquam vrget, cum dixit, consensum patris quo ad hunc actum idem operari quod operatur emancipatio quo ad omnes alios actus. iuxta l. si permittente. ad Alacedon. & l. tam is ff. de dona. causa mortis. Non enim vrget hæc consideratio, cum consentus ille patris non operetur idem quod emancipatio. Nam hoc tunc non probatur. Et si ita esset, multò fortius operaretur quando ipsemet pater donaret, quia videretur emancipare. Id quod verum non est. Et qui non potest per se, nec etiam potest per alium. Et præterea est agnoscendum Oldradum loqui in donatione causa mortis, sicuti aduertunt Alexand. in consi. 105. num. 3. lib. 1. & Deci. in consi. 245. num. 4.

Nonus est casus, in quo pater potest donare filio, quando scilicet pater donationem ipsam iuramento confirmauit. Ita tradunt infiniti prope quos longa serie congescit Iulius Clarus s. donatio. que est. 8. ad finem. Existimo verius esse, patrem ob iusiurandum teneri obseruare donationem, non tamen donatione ipsa est valida, sicuti ex sententia Cotnei, & aliorum scripsit Corral. in d. l. frater à fratre. in fine. ff. de cond. indebi. qui effectus & differentiam recentet, quod contractus reddatur iuramento validus, vt quod obseruari debeat. Id quod declarat & Iason in Authen. Sacramenta. puberum. numer. 38. C. si aduersus vendit. Et hæc quidem sententia multò magis locum habet, quando pater donans expressè promissit, se non recepturum dicta bona donata iure patris potestatis, sed ea libera relicta filio. Ita Alciatus in c. cum contingat. num. 108. versic. 4. insertur de iureiuram.

PRÆSUMPT. XXX.

Pater dando, tradendo, vel concedendo rem aliquam filio, quando ei donare, vel vt peculiij loco habeat, concedere præsumatur.

SVMARIA.

1. Donare pater filio emancipato, expressè potest, nec in legitimam imputatur.

Idem

- Idem est in filio existente in potestate. num. 2.
- 3 Donatio facta filio in potestate, quomodo differat ab ea, quæ filio fit emancipato.
- 4 Donatio patris facta his verbis, *Dono filio meo pro centum, non donatio, sed ab eo est venditio indicatur.*
- Idem est, si repugnet iurata materia. num. 5.
- 6 Donatio dicitur qualificata, si fiat à patre filio, vt in peculio habeat.
- 7 Donatio non præsumitur in patre emente rem nomine filij, si eam non tradat.
- Aliud est, si rem emptam tradiderit. nu. 8.
- 9 Res meo nomine emptæ, ante traditionem mihi nõ acquiruntur.
- 10 Emens nomine filij pater, non præsumitur de pretij restitutione cogitasse.
- Quod procedit etiam, quando pater filio pecuniam traderet, vt emeret nomine suo. num. 11.
- 12 Donasse filio pater non præsumitur, rem ipsius nomine emendo, si inter filios magna insurgeret inæqualitas.
- Item si exten. coniecturæ, patrem donare voluisse, numero 13.
- Quæ autem sint coniecturæ illæ, num. 14. & 15.
- 16 Donare filio præsumitur pater ipsius nomine emendo, dum causa subest fauorabilis.
- Idem si pecuniam filio, vt emeret, tradiderit. nu. 17.
- 18 Emens pater nomine filij, donare non præsumitur, si penes ipsum bona aduentitia, castrensia, vel quasi extarent. Aut adsint aliquæ coniecturæ, quæ patrem donare noluisse demonstrant. & num. 20.
- 19 Mater bonorum filij administratrix, ex bonis filij, non propriis, vt ipsum aleret, præsumitur impendisse.
- 21 Libros pater emendo & simpliciter tradendo filio, non donasse, sed in peculium præsumitur concessisse.
- Idem si nomine filij eos emisset, sed non tradidisset. num. 22.
- 23 Libros pater filio studij destinato emere, & tradere tenetur, quæ tamen traditio donationem non infert.
- 24 Dotare filiam tenetur pater, non tamen dorando dotem censetur donare.
- 25 Libros conferre & communicare cum fratribus, quibus casibus filius non teneatur.
- 26 Donare pater non præsumitur rem à se iam possessam, aut nuper emptam, filio in potestate existenti simpliciter tradendo.
- 27 Castrum custodie causa in dubio præsumitur concessum.
- 28 Testamenti pars una declarat aliam.
- 29 Donatio inter patrem & filium, regulariter non præsumitur. Idque præsertim si utatur verbis donationem non denotantibus. numer. 31. Vel in traditione usus sit verbis, quibus per modum prouisionis se tradere dicat, num. 32. Aut rem se dicat filio assignare, num. 33.
- 30 Emancipatus filius comparatur extraneo.
- 34 Donare etiam filio unico pater rem tradendo non præsumitur.
- 35 Actus alicuius duabus rationibus impeditiuis extantibus, vna cessante impedimentum non tollitur.
- 36 Traditio patris filio facta etiam emancipato, non præsumitur donandi animo facta.
- 37 Donationis actus in filio emancipato, patri donanti plus quam in potestate existenti, præiudicialis est.
- 38 Emancipatio dissoluit vinculum patrie potestatis, & iure Civili inspecto, facit filium esse loco extranei.
- 39 Donare patrem voluisse, quæ verba significent.
- 40 Dare, verbum, significat dominij translationem.
- 41 Concedo, verbum, dominium transferri, & donationem significat in dubio.
- 42 Tradens pater pleno iure, & cum omni commodo, præsumitur donare.
- Idem si dicat filium ea portione contentum esse debere, numero 43.
- Aut quod possit ad libitum disponere, num. 44.
- Aut ad habendum, tenendum, & faciendum quicquid placuerit, num. 45.
- Vel promississet ea in re legitimam defensionem, num. 46.
- Item si tradat cum clausula, omni meliori modo, & ceter. numero 47.
- Vel alijs verbis, quæ ex proæmio actus colliguntur, numero 48.
- Item si dicat se consignationem facere in possessione, & in proprietate, num. 49.
- Item si dixerit, iure proprio, num. 50.
- Vel dimitto, & relaxo, num. 51.
- Et demum, si sibi vsumfructum reseruarit, num. 52.
- 53 Tradita in re simpliciter, si filium fructus percipere, & liberè disponere pater permittat, donasse præsumitur.
- Etque præsumptio iuris, & de iure, num. 56.
- 54 Actus sequens animum præcedentem demonstrat.
- 55 Fructus sui natura sequuntur dominium.
- 57 Donatio facta à patre filio, non præiudicat creditoribus.

Dubitant nostri iuris interpretes, an & quando potest presumatur donasse filio, cum rem aliquam ei dat, vel tradit, vel concedit? Existimo distinguendos esse aliquos casus.

Primus est, quando pater expressè dicit se donare filio suo iam à se emancipato. Hoc casu sine controuersia donare dicitur. Ita Bald. in l. filie cuius. num. 5. C. famul. exisc. Bart. in l. si donatione. C. de collat. & ibi. Deci. num. 3. ad finem. idem à fortiori affirmat. sic & Rip. in l. in quartam. num. 169. ff. ad leg. Falcid. & hæc quidem donatio statim valet, & (inquit Ripa) propterea non imputabit ei in legitimam, l. si quando. s. & generaliter. C. de inoff. c. testam. Hic tamen casus recipit declarationes, quas in sublequenti referam.

Secundus est casus, quando pater filio suo in potestate existenti, donauit expressè. Hoc etiam casu sine controuersia donare dicitur. sic docuit Bart. in d. l. si donatione. numero 4. C. de coll. & ibid. manifestè Deci. num. 37. Idem affirmant Bal. in l. filie cuius. num. 4. C. famul. exisc. & ibid. Salic. colum. 3. versic. 2. igitur casu. Ripa in d. l. in quartam. num. 170. Gratus in consi. 7. num. 22. lib. 2. & Paris. in consi. 33. nu. 37. lib. 3.

Et idem est dicendum, quando pater vsus est alijs verbis significantibus donationem ipsam, vt copiosè dicemus infra in l. declarat. vltimi casus.

Hæc autem donatio sic facta filio existenti in potestate, in eo differat ab illa facta filio emancipato, quod illa statim valet, hæc verò ab initio nõ valet, sed morte patris confirmatur, vel nisi iuramentum sit appositum, quod quidem reddit ipsam donationem statim validam, vt in specie scripsit Ripa in d. l. in quartam. numer. 172. ff. ad leg. Falcid. & eo prius Salic. in l. filie cuius. colum. 4. versic. 1. casu quando. C. famul. exisc. Vel nisi etiam pater donauit filio Doctori, vel Licentiato libros. Nam tunc statim valet ipsa donatio, vt latè explicat Ripa in d. l. in quartam. nu. 170. & num. 171.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando effectus rei repugnaret verbis, vt si pater dixisset, *Dono filio meo pro centum.* Nam hæc non præsumitur traditio, sed ab effectu iudicari debet venditio. Ita simili in casu docuit Bald. in l. 2. num. 2. C. commod. & in Rubric. C. de iure emphy. in fine. Abbat. in constitutus, colum. penult. de relig. domib. & in specie Deci. in d. l. si donatione. num. 37. C. de collat. Grat. in d. consi. 7. num. 18. libro 2. Idem est, quando pater vsus est verbo, dono, sed tamen constat subiectam ipsam materiam repugnare. Nam & tunc præsumitur facta concessio ad vsum. Ita Bart. in l. 1. s. nec castrens. num. 4. versic. circa secundum. ff. de collat. bono. Deci. in d. l. si donatione. num. 37.

Declaratur secundo, quando pater dixit, se donare filio, vt id habeat in peculio. Hæc dicitur quidem donatio, sed qualificata. Ita Bart. in d. l. si donatione. num. 4. C. de collat. & ibid. Deci. num. 37. & idem docuit Bald. in Authen. testamento, num. 4. C. de collat.

Tertius est casus, quando pater emit fundum, aliãve rem nomine filij emancipati, vel existentis in potestate, sed eam illi non tradidit. Hoc casu non præsumitur donatio: sic docuit Bartol. in l. 1. s. nec Castrens. numero 2. de collat. bon. & in l. si filij, in fin. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. donationes. s. pater. ff. de donat. Bald. in l. filie cuius. num. 6. C. famul. exisc. Authen. ex testam. num. 6. versic. sed quid si pater. C. de collat. Salic. in d. l. filie, colum. 3. versic. 1. casu aut. Comen. in consi. 60. cuiusdam filio studij, colum. 1. Deci. in d. l. si donatione, numer. 37. versic. secundus casus, & colum. pen. numero 41. versic. ex supradictis. C. de collat. Et hic quidem casus locum habet (vt dixi,) etiam in filio emancipato, sicuti in specie scripsit Salic. præcitato in loco.

Quartus est casus, quando pater rem emit nomine filij emancipati, vel existentis in potestate, & illam ei tradidit. Hoc sanè casu donasse præsumitur. Ita Bartol. in d. l. 1. s. nec Castrens. nu. 2. ff. de collat. bon. & in l. si filij, in fine. C. de don. inter vir. & vxor. & clarius Deci. in d. l. si donatione, num. 37. versic. secundus casus, C. de collat. qui manifestè scripsit, duo hæc debere concurrere, quòd res emptæ sit nomine filij, & quòd sit tradita. Idem docuit Ripa in d. l. in quartam, num. 173. versic. 2. casu. sic etiam respondit Grat. in consi. 7. nu. 19. lib. 2.

Quam quidem assertionem existimam probari primò l. filie cuius. C. famul. exisc. quo tamen in textu de traditione nullum verbum.

Secundo afferri solet text. l. si filij, C. de dona. inter vir. & vxor. quo etiam in responso nullum est verbum, quod emptione rerum facta à marito vxoris nomine, tradita fuerint res ipsæ à viro ipsi mulieri, solum enim ibi dicitur, venditorem tradidisse marito emptori.

Tertio melius confert l. 2. C. si quis alteri vel sibi. cuius verba hæc sunt, si emancipatis vobis, fundos quos nomine vestro, cum in potestate ageratis, pater emerit, tradidit, vel in possessione eorum voluntate patris fuistis, dominium acquisistis. Solet & quarto allegari text. l. 1. C. de castren. pecul.

lib. 12. qui tamen mihi non probat. Ratio autem cur requiratur traditio, ea est, secundum Dec. quia res tempra meo nomine, mihi non acquiritur ante traditionem, res ex mandato, si de acq. rer. dom. & respondit Socin. Senior in cons. 228. in casu Gabrielis, in fin. libro 2. Et quamquam regulariter is, qui meo nomine emit rem, & illam mihi tradidit, possit à me repetere ipsius rei pretium, vt scribit Bart. in l. 2. ff. pro socio & Barba. in cons. 22. col. 1. lib. 1. A tamen diuersum est (inquit Dec.) in parte tenebat nomine filij, cui cum donare præsumatur, nõ præsumitur cogitasse de pretij repetitione.

11 Extenditur hic casus, vt locum habeat etiam quando pater dedit pecuniam ipsi filio, vt suo nomine emerit. Ita responderunt Comel. in cons. 60. & Coru. in cons. 125. lib. 1. quos sequitur est Dec. in d. l. si donat. n. 38. vers. idem videtur dicendum. & hoc secutus Iun. in l. 2. de arbit. iudic. casus 131.

12 Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando pater inter filios resulariter magna inæqualitas. Nam tunc donat se non præsumitur. Ita Bartol. in l. 1. §. nec castrense, col. penult. vers. fallit in tribus casibus, ff. de collat. bonorum. Bart. in cons. 38. in 4. dubio. Barba. in cons. 37. col. 19. vers. nec obstat libro 2. Dec. in d. l. si donat. col. penult. vers. & limitatur. Crauet. in cons. 125. num. 7.

13 Declaratur secundò, vt non procedat, quando extant coniecturæ, quæ significantur possunt, patrem donare noluisse. Ita Bald. in l. 1. col. penult. ff. sol. matrim. & in d. filie, numer. 5. & in d. sub. ex testam. n. 5. C. de collat. Angel. in d. l. filie, in fin. Bart. in d. cons. 38. in 4. dub. & manifestus Decius in d. l. si donat. col. penult. vers. & limitatur. Idem docuit Ripa in l. in quartam, num. 175. ff. ad l. Falcid. qui perpendit coniecturam illam, quando pater in libro rationum scriptum reliquit filium debitorem, causa illius rei suo nomine empre, eique traditæ. Et præter Ripam idem respondit Castren. in cons. 241. videtur dicendum quod dicti libri, libro 2. quem secutus est Crauet. in cons. 125. num. 2. & 3.

14 Est & coniectura quando filius habet peculium aliquod. Nam tunc præsumitur, quod pater ex peculio illo emerit nomine filij. Ita docuit Salic. in l. si licet, col. 3. vers. aut de hoc animo. C. fami. ercisc.

15 Quintus est casus, quando pater dedit rem filio, sed tamen subest causa favorabilis, sicut cum nomine filij emit, & dedit libros. Hoc casu donasse præsumitur. Ita scribit Bartol. in l. 1. §. nec castrense, n. 8. ff. de collat. bon. Signor. in cons. 62. num. 4. Bald. in l. omnimodo, §. in p. n. col. penult. C. de inoff. testam. Salic. in l. si licet, col. 4. vers. quæro 3. C. fami. ercisc. Abb. cons. 12. num. 6. lib. 1. Alex. in cons. 142. num. 27. libro 2. & in cons. 102. numero 7. libro 3. Iason in cons. 160. col. 2. vers. sicut quando, lib. 2. Ripa in l. in quartam, n. 173. vers. secundo casu, ff. ad leg. Falcid. Dec. in l. si donat. numero 41. C. de collat. Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 7. numero 1. Idem sentit Crauet. in cons. 125. numero 4. vers. sed præsumit. Et ij quidem adducti sunt text. l. que pater ff. fami. ercisc. cuius verba hæc sunt: Que pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem positionis, que ex desim. bonis ad eundem filium peruenit computari, equitas non patitur. Potest & hæc sententia comprobari multis aliis argumentis, quibus vtus est Signor. in d. cons. 62. col. 2. Et hic quidē casus locum habet multo magis, quando pater emit libros nomine filij iam Doctoris creati, vel viuo ipso patre creato. Ita post alios tradit Dec. in d. l. si donat. num. 42.

16 Extenditur primò vt procedat etiam, quando pater dedit pecuniam ipsi filio, vt emerit libros. Nam adhuc conat se præsumitur. Ita Butr. in cons. 38. num. 5. & Dec. in d. l. si donat. num. 41. vers. fecit qui.

17 Extenditur secundò hic casus, vt locum habeat, quando extaret statutum, quod pater teneatur seruare æqualitatem inter filios. Ita Alcia. in d. præsumpt. 7.

18 Declaratur primò, vt locum non habeat hic casus, quando pater apud patrem extarent bona aduentitia, vel castrensa, seu quasi, ipsius filij. Nam tunc præsumitur patrem expendisse de bonis illis. Ita docuit Bartol. in d. l. 1. §. nec castrense, n. 8. ff. de collat. bon. qui subiungit, idem præsumit, si ipse pater esset administrator. Et confert quod scripsi in comment. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 88. numero 23. cum multorum auctoritate dixi, matrem t administratricem bonorum filij, præsumi impendisse ex bonis filij, non autem ex propriis, vt illum aleret. Verum dissentit ab hac declaratione Signor. in cons. 62. quæstio proponitur, filij iam à se emancipati nomine, & causa studiorum, pater impendit propriam pecuniam, non præsumitur, quod compensare vellet cum ea, à se filio debita. Et multis quidem argumentis motus est Signor. & præsertim ex d. l. que pater, quam ipse Signor. num. 7. diligenter perpendit.

19 Declaratur secundò hic casus, vt locum non habeat quando aliqua extat coniectura, quæ significat, patrem donare noluisse, Ita in specie declarat Dec. in d. l. si donatio-

ne, num. 41. vers. & limitatur. C. de collat. post Angelum, in l. filie licet, in fin. C. de collat. & Butr. in d. cons. 38. num. 5. sic etiam Crauet. in d. cons. 125. num. 4. & num. 5. contra, vt quæ scribant probabilem prædicti Doctorum, quando pater in libro rationum fecisset debitorem ipsum filium, pater dictorum filios resulariter magna inæqualitate. Idem quando alioquin in filio nunciatur successioni patris. Nam tunc libri, & in pensam num. 173. ff. ad leg. Falcid. & Ripa. in d. l. in quartam, qui in æqualitate in considerant. Potest etiam sumi coniectura ex quantitate librorum, & patrimonio, an verisimile sit, quod pater donauerit, vel non. Ita Bald. in l. si licet, col. penult. C. fami. ercisc. Ego etiam in filio meis omnem omnino æqualitatem seruati debere cupio, æquæ enim filij sunt.

Sextus est casus, quando pater emit libros, sed non dicit ipsi filio. Hoc casu donasse non præsumitur, sed dicitur concessisse in peculium. Ita Butr. in l. si licet, col. 3. de donat. int. vir. & Coru. in cons. 60. quidem in l. quidam & alios in cons. Dec. in l. si donat. num. 4. C. de collat. Ripa. in l. in quartam, num. 173. vers. aut non emittat, ad l. Falcid. Et ij quidem moti sunt ex l. vltim. ff. de peculio, & l. quidam ff. de acq. rer. dom. & obicituribus factis, vt Kopp. ex auctoritate l. co.

Septimus est casus, quando pater emit libros, nomine filij, sed eos illi non tradit: Hoc etiam casu præsumitur quod donauerit. Ita Dec. in l. si donat. num. 40. de collat. Bon. in l. si donat. §. pater, de donat. Bald. in Auth. ex testamento, num. 5. vers. sed quid si pater. C. de collat. & Comen. in cons. 60.

Et adducti ij sunt in hanc sententiam ea ratione, quia res empta non in meo, antequam in illa tradatur ab emptore, mihi non acquiritur, res ex mandato, ff. de acq. rer. dom. & scribit Socin. Sen. in cons. 228. in fin. libro 2. & alij supra commemorati in 4. casu.

Nec repugnat, quod quando pater dedit filium studijs, teneatur ei prætere debitas impensas, utque nec emere libros, & alia necessaria, vt scribit gloss. in l. si licet, §. quod dicit in verb. substat. ff. ad l. si licet, col. penult. Bald. in l. in fin. C. de inoff. testam. Bald. in l. omnimodo, §. in p. n. C. de inoff. testam. Castren. in cons. 184. col. 1. de inoff. testam. quod dicit, libro 2. & Petrus R. bull. in d. l. si licet, col. penult. scholar. in prin. eg. 60. & Honorius Locus Cassanis in tract. de prim. ex. §. h. ar. §. in l. 16. & A. can. Clemens de patria potest. in 18. effect. numero 33. Nam huc objectioni respondetur, quod licet pater teneatur emere, & tradere libros filio studijs destinato: attamen traditio illa necessaria quædam facta, donationem non inferit, vt inquit Bald. in d. Macedoniam, num. 3. vers. aduerte tam, C. ad Maced. & idem resp. ad Castren. in d. cons. 184. qui simile adducit, quod licet pater teneatur dote filiam, non tamen dote dote censur dorem ei donare. Bald. in cons. 101. num. 11. lib. 1. D. e. in d. l. si donat. col. penult. vers. aduertendum C. de collat. Ripa. in l. in quartam, num. 173. ff. ad leg. Falcid. Crauet. in cons. 125. n. 8. & H. var. Lucius Cal. in tract. de prim. ex. §. h. ar. §. in l. 16 in fin. His autem in casibus, ij in quibus non præsumitur patrem donasse libros filio, filius non tamen ei conferre, & communicare cum fratribus huiusmodi, sed eorum æstimationem tantum: sicut post alios scribit Dec. in l. si donat. in fin. C. de collat. & Ripa. in l. in quartam, num. 176. ff. ad leg. Falcid.

Octauus & vltimus est casus, quando pater rem aliquam, puta fundum iam à se possessum, vel nouo emptum suo nomine, deinde simpliciter tradit filio in sua potestate existenti, hoc in casu recepta est Doctorum opinio, non præsumi donare, sed concedere solum, vt habet in peculium. Ita Bart. in l. si donat. num. 4. C. de collat. & in l. vlt. ff. de pecul. leg. Bald. in Auth. ex testamento, num. 4. C. de collat. in l. cum virum, num. 13. C. de fideicom. in l. executorum, numero 3. vers. & vnum scias, C. de excus. rei iud. Alexand. in l. si donat. numero 15. vers. quando autem, & ibid. Dec. num. 38. cons. 3. casus. C. de collat. & in cons. 86. num. 7. Grat. in cons. 7. num. 5. lib. 2. Paris. in cons. 33. numero 10. lib. 3. qui alios refert. Idem affirmant Crispin. in cons. 494. num. 25. lib. 4. & Decian. in cons. 3. num. 21. lib. 1. Quorum quidem sententiam secutus in cons. 451. num. 18. lib. 5. Et ij quidem moti sunt primò ex l. cum pater, §. pater plurib. de leg. 2. vbi Barto. scripsit, quod castrum t in d. 27. bio præsumitur concessum causa custodiæ. Et idem affirmarunt multi, quos referam infra, dum explicabo, quando castro præsumatur donatum vel concessum causa custodiæ. Ceterum eucari facile potest hic locus, quandoquidem ibi manifestè satis constabat, patrem tradidisse clauem, & anulum primogenito custodiæ causa. Nam iam ipse pater æqualiter hæredes fecerat ipsos filios: traditio ergo illa clauium non potuit

potuit significare translationem dominij in illum primogenitum, alioquin testator ipse præsumeretur contraria dispositio, & primam illam voluntatem mutasse, contra l. qui testam. ff. de proba. Secundo adducitur text. l. vlt. de pecul. legat. Verum dici potest, ob id præsumi ibi peculij loco restatorem legasse Titio filio, quia in alia testamenti parte, sic & 28 aliis filiis expressim legauerat. Vna ergo testamenti pars alicuius declaratur, l. qui filius, de legat. 1. Et hoc maxime in æqualitate inter ipsos filios, contra l. vt liberis. C. de collat. Tercio solet perpendi ratio, quod pater non præsumitur etiam inter patrem, & filium. Et hoc quidem argumentum sic vrgentius deducitur potest: Aut filius est in potestate, & tunc non præsumitur donatio, quia regulariter illam non præsumi certum est, cum de debito, in prin. ff. de prob. & scripti in lib. 2. de arbi. ind. casu 88. col. 1. tum etiam quia donatio inter patrem & filium prohibita est, l. frater à fratre, ff. de coll. inde, vbi Bart. num. 57. & scripti sup. in præsumpt. 27. Aut filius est emancipatus, & tunc de eo idem est iudicandum, quod de extraneo, vt inf. dicemus. Et extraneo donatum non præsumi, probat d. l. cum de debito, & dixi in d. cas. 88. Hic casus multo magis locum habet, quando pater in traditione rei vtus est aliquibus verbis significantibus donare noluisse, sed potius voluisse peculij non ino tradere, vt si dixit, tradere rem filio administrandam. Ita ex facto interrogatus respondi pro illustri Comite Gaspare Maria Scotto Placentino in cons. 450. vbi etiam idē dixi, quando pater dixit, se per modum p. ontionis filio tradere. Non repeto ibi dicta. Idem est, quando dixit, se t assignare rem illam filio. Grat. in cons. 7. num. 4. lib. 2. Paris. de quo sup. nisi ad hoc verbum illi adiunctum aliter significans, vt declarat ibid. Grat. num. 12. Idem est, quando statum prohiberet, & impediret donationem. Grat. in d. cons. 7. n. 6. & Paris. in cons. 33. num. 13. libro 3. Idem est quando pater diuisit bona inter ipsos filios. Nam tunc donare non præsumitur, l. si filia, §. si pater, ff. fam. ercisc. Paris. in cons. 33. num. 2. lib. 3. vbi dixi, idem etiam esse dicendum, quando pater dixisset, quod volebat eam diuisionem esse perpetuam ratam & firmam. Quæ de re scripti in d. cons. 450. vbi alia plura ad rem.

Extenditur primò hic casus vt locum habeat etiam quando pater filio suo vnico rem tradidisset. Nam adhuc præsumendum est, quod causa peculij, & non donationis tradidit. Ita tencio aduersus Dec. in d. l. si donat. numero 38. vers. 3. C. de collat. cum dixit, ex sententia Bartol. in d. l. cum pater, §. pater pluribus, de legat. 2. in traditione rei facta filio vnico, cessare rationem illam euitandæ inæqualitatis, quæ solum considerari potest, quando extant plures filij. Rectius dicemus existimo, idem esse vnico in filio: quia etiam cessat ratio euitandæ inæqualitatis, non tamen cessat alia, quæ regulariter est, quod suorum non præsumatur, vt dixi 35 sup. Et certum est, quod quando duæ extant rationes, impediunt alicuius actus, vna cessante, non tamen tollitur impedimentum. §. affirmatis, in Inst. de nup.

Extenditur secundò, vt locum habeat hic casus etiam in traditione facta filio emancipato. Nam adhuc illa præsumitur facta, vt is filius rem illam peculij loco habeat. Ita docuit, & rectè Dec. in d. l. si donat. num. 38. vers. sed aduertendum. C. de collat. Primò ea ratio, vtus est, quod etiam in emancipato locum habet ratio seruandæ æquæ litatis. Ergo & idem ius esse debet in emancipato quod in existenti in potestate, iuxta l. si vlt. in prin. ff. ad l. Aquil. Ceterum ratio hæc perpetua non est, imò in filio vnico (vt dixi) non habet locum, & quæ cessat, vbi modica esset inæqualitas.

Secundò, quia & in emancipato locum habere potest illa ratio, quod præsumatur datum causa custodiæ, iuxta d. l. cum pater, §. pater pluribus, de legat. 2. Verum demonstrauimus sup. text. hunc non probare.

Tercio mouetur Dec. quod si filius emancipatus esse non debet melioris conditionis, quam si filius existens in potestate. Ergo si in filio existenti in potestate, non præsumitur donatio, nec in emancipato.

Quartò, & rectius (inquit Dec.) multò minus præsumi debet donatio in emancipato, quam in filio existenti in potestate. Quandoquidem in emancipato, actus donationis est 37 t magis præiudicialis ipsi patri donanti, quia ad libitum eam reuocare non potest, sicut reuocare potest donatum filio existenti in potestate.

Quintò & vltimò considero, quod emancipatio t dissoluit vinculum patris potestatis, & efficit filium esse loco extranei, iure civili in respectu. Cum autem in extraneo minus præsumatur donatio, quæ in filio, dicendum est, in hoc emancipato non præsumi donationem.

Nec prædictis repugnat, quod considerat Bal. in l. 2. C. de omnium de legat. Ang. & Fulg. in d. l. si donat. in fine. C. de collat. post Iac. de Aven. ibid. & Coru. in cons. 228. numero 1. & numero 12. lib. 4. qui dixerunt, donationem in emancipato præsumi. Et ij quidem adducti sunt ex text. l. pen. ff. de donac. re-

spondet Decius, quod loquitur in casu claro: sicut colligitur ex illis verbis, donationis animo. Præsumitur enim P. vltus ibi pro constanti, animum patris fuisse donare: id quod forte colligebatur claris verbis, vel signis.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando pater vtus est verbis significantibus t donationem. Et primò, si dixit, dono. Id quod clarum est: sicut dixi sup. in 1. casu. Secundo idem est, si dixit, do. Nam tunc donare præsumitur. Ita Salic. in d. l. si donat. col. 3. vers. 2. igitur casus. C. de collat. quem secuti sunt ibi Alexand. 1af. & Dec. num. 39. vers. secundo iimitatur. Grat. in cons. 7. numero 21. lib. 2. & Paris. in cons. 33. num. 24. lib. 3. ij ambo, (vt exultimo) de eadem facti spece respondendum.

Ea ratione moti sunt, quod verbum, dare, t significat donationem translationem. §. sic itaque in l. si de actio. si ergo pater voluit transferre dominium, dicendum etiam est donare voluisse, quia aliter dominium transferre non potuisset. Non enim aliqua alia causa habilis (vt hoc adiungam rationi Decij) ad transferendum dominium hic extitit: quàm donatio. Ergo donare voluit, ex quo voluit transferre, alioquin inutilis fuisset translatio.

Tercio idem est, quando pater vtus est verbo, concedo. Nam & tunc dicitur donasse, cum verbum, concedo, t significet translationem dominij, & in dubio, donationem. Ita Decius in l. si donat. numero 39. & in c. cum venerabili, in vltim. notab. de except. idem ego ipse affi maui in Commentariis de arbitrar. ind. lib. 2. casu 88. numero 21. & in cons. 191. num. 8. in fin.

Verum à prædicta opinione dissentit Salic. in l. filie cuius, col. 4. vers. 2. casu. C. fami. ercisc. & Alex. in l. si donat. num. 10. C. de collat.

Quartò idem dicimus quando pater dixit, se tradere t pleno iure, & cum omni commodò. His tanē verbis significatur, quod voluit donare. Ita respondit Grat. in cons. 7. num. 12. lib. 2.

Quintò idem dicimus, significare verba hæc quod filius sit contentus pro sua portione. Nam & tunc donare præsumitur. Corne. cons. 288. numero 11. libro 4. Grat. in d. cons. 7. num. 16. lib. 2. quod declarat Paris. in d. cons. 33. num. 8. lib. 3. nisi prius dixisset, se causa diuisionis, vel simili eum contentum esse vellet.

Sextò idem ostendunt verba hæc, vt t in perpetuum possit ad libitum suum disponere. Grat. in d. cons. 7. numero 18.

Septimò, quando dixit, t ad habendum, tenendum, & quod quidquid plucuerit faciendum. Grat. in d. cons. 7. num. 20. lib. 2. & Paris. in cons. 33. num. 21. lib. 3.

Octauò idem est, quando pater promisit legitimam defensionem. Grat. in d. cons. 7. num. 24. lib. 2. vel promisit non contrahere. Paris. cons. 33. lib. 3.

Nonò idem dicimus, quando t adiecit clausulam, quod tradit omni meliori modo, &c. Corne. in d. cons. 228. numero 10. libro 4. cons. 7. numero 25. lib. 2. & Paris. in d. cons. 33. num. 16. lib. 3.

Decimò ex verbis t proce mij actus, Paris. in d. cons. 33. num. 17. lib. 3. vbi Greg. & Corne. in cons. 228. numero 9. vers. nam ratio lib. 4.

Vndecimò, si dixit t se consignationem, & traditionem facere in potestate, & in proprietate. Paris. in d. cons. 33. num. 18. Coru. in d. cons. 228. num. 11.

Duodecimò, si dixit, t iure proprio. Paris. d. cons. 33. num. 50. ro 19.

Decimotercio, si dixit, t dimisit & relaxauit. Idem Paris. num. 22. 23.

Decimoquarto, quando dixit se t retinere vsufructum. Paris. in d. cons. 33. num. 31. lib. 3. et si dissentiat Cephal. in cons. 494. num. 34. lib. 4.

Decimoquinto & vltimò, si dixit, quod filius teneatur solvere onera, & gabellas. Ita respondit Coru. in cons. 228. numero 11. vers. item ad solvendum, lib. 4. Et hæc quidem declaratio locum habet, etiam si verbis claris repugnaret solemnitas actus, ita Grat. in d. cons. 7. num. 26. lib. 2. Cum dixit, quod si pater verbis apertis significauit se donare, licet obiter harum requirens insinuationem, vel aliam solemnitate: tamen magis præsumitur pro verbis, quam pro insinuatione solemnitate.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hic casus, quando aliqua extat coniectura ex gestis sumpra; quæ significet patrem donare voluisse. Et prima est, quando pater te t simpliciter filio tradita, passus est filium fructus percipere, & de illis ad libitum disponere. Hoc sanè casu præsumitur patrem donasse. Ita Salic. in l. filie cuius, col. 4. vers. sed tunc quæro. C. fami. ercisc. & in l. si donat. in fin. C. de collat. & ibid. Dec. num. 39. vers. 3. limitatur. & idem Dec. in l. si certis annis, n. 19. C. de pactis. vbi etiam Iason, n. 14. vers. 4. pro extensione, dissentire

non viderur Ruin. in Rub. ff. sol. matr. num. 194. sic & Pute. in de-
 cif. 4. num. 3. lib. 2. Idem manifestè respondit Grat. in conf. 7.
 num. 23. lib. 2. qui dixit, hanc coniecturam multò magis lo-
 cum habere, quando patre patiente, filius disposuit non so-
 lum de fructibus, sed etiam de ipsa proprietate. Et prædicti
 quidem mori sunt argum. l. cum de in rem verso. ff. de usur. Nec
 repugnat, quòd locum illa non habet, quando agitur de
 translatione domini: quia aduersus Alexand. respondet Dec.
 id verum esse, quando nulla est facta rei traditio: secus ve-
 rò traditio facta. Est & ratio huius declarationis, quòd
 ex actu ÷ sequenti demonstrat, qualis fuerit præcedens an-
 tius. §. p. quoniam, in Instit. de rer. diuis. Hic ergo actus pa-
 tientis patris demonstrat, eum donare voluisse filio. Et
 hæc quidem declaratio locum habet multò magis, quando
 filius percipit fructus bonorum aduentitiorum, quorum
 proprietates est ipsius filij, vsus fructus verò patris. Ita probat
 l. cum oportet, §. si autem. C. de bon. que liber. vbi Bart. Angel.
 Salic. Corn. & reliqui. Bald. in l. 2. C. de inoff. testam. Ancha. in
 conf. 176. nu. 3. Cor. in conf. 255. numero 4. libro 1. & in conf. 78.
 numero 21. lib. 2. Cor. in conf. 40. num. 13. lib. 1. & egregie decla-
 rant Abb. in conf. 12. colum. pen. vers. capio nunc sextum, libro 1.
 & Boer. quest. 196. numero 3. Et rationem reddit Ang. in d. §.
 si autem, quia fructus ÷ sui natura sequuntur dominium, l.
 ex diverso. ff. de rei vendic. & gloss. l. fructus. C. de fruct. & litium
 expens. & ob id facile pater dicitur remittere, cum non ex
 re propria patris progenisse intelligantur. Et præsumptio
 hæc, quòd pater donasse præsumatur prædictos fructus, per-
 mittendo filio sui peculiij administrationem, est præsum-
 ptio iuris, ÷ & de iure, quam sic ex d. §. si autem res. col-
 ligit Ioan. Andreæ in additionibus ad Speculat. in tit. de præ-
 sumptionibus. §. species, numer. 5. in verbo, in prædictis comor-
 dan.

Cæterum prædicta donatio ÷ non præiudicabit credi-
 toribus. Ita Ancha. in conf. 106. numero 4. Hæc, quam
 hæcenus retulimus, longa disputatio, inter multas utilitates
 hæc habet, quòd si pater donauit, & filius delictum com-
 mittit, quo bona fisco publicantur, etiam hæc donata publica-
 buntur. Si verò causa peculiij tantum est concessum publica-
 ri non poterunt. Ita Bald. in l. ex parte em. numero 32. C. de
 execut. rei iud. & Alexan. in l. si donatio, numero 15. vers. quan-
 do autem. C. de collat. quos securus sum in d. conf. 451. in
 princ.

PRÆSUMPT. XXXI.

Donare quando præsumatur is qui soluit, & præstat quod non debet.

SVMMARIA.

1. Dotare filiam mater non tenetur, & scienter dotando, donare præsumitur.
2. Dos data ab extraneo, donata præsumitur.
3. Heres scienter totam hereditatem absque quarta detra-
 ctione restituendo, præsumitur eam fideicommissario do-
 nare.
4. Soluens scienter promissum ob turpem causam, donasse præsu-
 mitur.
5. Soluens scienter falso procuratori, præsumitur donare voluisse.
6. Mutuus decem cum pacto, ut nouè constituantur, residuum præ-
 sumitur donare.
7. Soluens indebitum scienter, etiam in re aliena transfert vsua-
 piendi conditionem aduersus dominum.
8. Soluens indebitum donare præsumitur, si tam dans, quam
 accipiens indebitum sciat: secus, si vnus ex ipsis credat de-
 bitum.
9. Soluens indebitum necessitate quadam compulsus, non præsumi-
 tur donare.
10. Soluens indebitum nomine alieno, non præsumitur do-
 nare.
 Idem si alia coniectura quam donationis sumi potest. nume-
 ro 14.
11. Soluens indebitum donare non præsumitur, si facta solum-
 modo rei traditione interveniente, veluti per constitu-
 tum.
12. Idem si non soluat ob contractum principalem, sed accessionis ræ-
 tum. num. 13.
13. Soluens indebitum scienter non præsumitur donatum, si inter dan-
 tem & recipientem actum sit, vsu consisto de indebito repe-
 titio fiat.

Est pro regula traditum est, donationem non præsu-
 mi, quemadmodum legibus, rationibus, & Doctorum au-
 thoritatibus copiose demonstraui in Commentariis de arbi-
 trariis iudicium. lib. 2. casu 88. col. 1. Hæc tamen regula, & præ-
 sumptio locum non habet multis in casibus, quos longa se-
 rie enumeravi in d. casu 88. Inter alios recentius ibi. num. 56. il-
 lum, quando quis scienter soluit indebitum, dum declara-
 uit l. Campanus ff. de operis libertis. Et accedunt nunc lex. 1. ff. de
 cond. indeb. l. indebitum. & l. qui se debere. C. eodem. confert etiam
 l. cum de indebito. in princip. de probatio. & l. cuius per errorem. ff.
 de regulis iuris. vbi Dec. idem scripserunt Socin. Sen. in confi-
 sio 93. num. 16. lib. 1. & Iaf. in l. ex hoc iure. numero 77. ff. de iust. &
 iure. & in l. 3. col. 1. ff. de cond. indeb. Hæc tamen in tract. Quis tenetur
 probare negatum. num. 114. & Mascard. in conclus. 514. in fin.
 Ita etiam dicimus, quòd mater ÷ scienter dotando filiam, di-
 citur ei dotem ipsam donare, ex quo dotare non tenet. Ita ex
 l. unica. §. in presenti. C. de rei uxor. actio. scriptis Lucas de Pen-
 na in l. 3 in præsumpt. 63. C. de epoch. publi. lib. 10. Et hæc facit,
 quòd scripti in dicto casu 88. numero 36. dum explicauit, dotem
 ÷ datam ab extraneo, qui dotare non tenetur, præsumi dona-
 tam.

Huc etiam pertinet, quòd dicimus, hæredem ÷ scienter
 restituentem totam hæreditatem absque detractione quar-
 tæ, præsumi eam voluisse remittere, atque ita donare fidei-
 commissario. Ita gloss. Bartol. & alij multi in l. 1. §. denique.
 ad S. C. Trebell. quo loci Iaf. numero 11. testatur communem
 esse opinionem, & si ipse dissentiat, & cum eo Rip. num. 7. p.
 8. qui & alios recentes, qua de re dilectum infra subsequen-
 ti lib. in præsumpt. 84. Confert etiam quòd tradunt Bart. &
 Ang. in rub. ff. de cond. ob turpem causam. & Castr. in l. 1. in prin-
 cip. ff. de condi. indeb. si quis sciens se non teneri solvere, quòd
 turpem ÷ ob causam promissit, si tamen soluit, non repetit
 eam ob causam, sed præsumitur donasse. Et hæc commu-
 nem esse opinionem testatur Iaf. d. rub. et si ipse dissentiat post
 glossam, ibi. & Bar. in l. si ex plagis. ff. de verb. oblig. Hæc etiam
 facit, quòd subscribunt glo. & Bar. in l. si procuratori falso. ff.
 de condi. ob causam. quos securus est Iaf. in l. 1. numero duodeci-
 mo, ff. de cond. indeb. Cum dixerunt, soluentem scienter
 ÷ falso procuratori non repetere, qui donasse præsumi-
 tur. Huc demum spectat, quòd scribit Bartol. Ia-
 son. Deci. Alciat. & reliqui in l. rogati. §. si sibi ff. de cer-
 rit. cum dixerunt, ÷ quòd si mutuus decem scienter pepi-
 git, quòd nouem tantum restituantur, dicitur illud vnum
 donasse.

Extenditur primo hæc præsumptio, vt locum etiam ha-
 beat si hic soluens scienter ÷ indebitum soluerit tem ali-
 nam. Nam hic ita soluens dicitur ita soluisse, vt transtulerit
 vsucapiendi conditionem aduersus rei dominum. Ita glo.
 in l. qui fundum. §. seruus. ff. de vsucap. pro emp. & Iaf. in d. l. 1.
 12. ff. de cond. indeb.

Declaratur primo, vt locum habeat, quando ÷ tam sol-
 uens quam recipiens scit indebitum solui, secus vero si vnus
 scit esse indebitum, alter verò credit esse debitum. Ita post
 alios Iaf. in d. l. 1. num. 12. ff. de cond. ind. & Deci. in l. cuius per er-
 rorem. numero primo. ff. de regul. iur. & ibid. Cagn. num. 1. & Ge-
 liel. Mayner. n. 51. & 52. Idem Dec. in l. si pecuniam. colum. 1. ff.
 si cert. per. & Hercul. in tract. Quis tenetur probare negatum,
 num. 114.

Declaratur secundo, vt locum non habeat in eo, qui ne-
 cessitate quadam ÷ compulsus soluit, sicuti quando debi-
 tor iurauit soluere vsuras. Nam tunc is non præsumitur do-
 nare. Ita Iaf. in d. l. 1. num. 12. ff. de condi. indeb. & Dec. in d.
 cuius per errorem. num. 2. ff. de regul. iur. & probat c. debitor. de
 iureiur. Et ratio est, quia debitor non sua sponte, sed ob
 iuramenti vinculum cogitur soluere. Quare cum in
 necessitatibus nemo liberalis exultat. l. rem legatam. in fin.
 ff. de adimen. legat. sequitur dicendum, hunc non præsumi
 donare.

Declaratur tertio, vt habeat locum hæc præsumptio,
 quando quis soluit nomine proprio: secus verò si no-
 mine ÷ alieno, vt putà nomine procuratorio. Hoc sa-
 nè casu non præsumitur ille donare. Ita Bart. in l. 1. §. hæc
 verba. ff. ne vis fiat ei. & Bal. in d. l. 1. col. 2. ff. de condi. indeb. vbi
 Iaf. numer. 12. vers. tertio limita. qui alias Baldi auctoritates
 commemorat.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando ÷ capi-
 potest alia præsumptio, & coniectura quam donationis.
 Nam tunc sumi illa debet potius quàm quòd hic soluens
 indebitum voluerit donare. Ita post Bart. in l. eleganter. §.
 qui reprobos. ff. de pignori. actio. & in l. si cum aurum. ff. de solutio.
 & Baldum in d. l. 2. ff. de condi. indeb. annotauit idem Iafon.
 numer. 12. vers. quarto limita. Et alij comprobant Alex.
 in conf. 114. in fin. lib. 3. Dec. in d. l. cuius per errorem. num. 3. ff. de
 condi. indeb. & Bellon. in §. 1. numer. 10. in Instit. quibus modis
 re conuincitur obligatio. Potest adderi exemplum in eo, qui
 scienter

scienter soluit indebitum vsuras. Nam is non præsumitur do-
 nasse, sed potius dedisse, ne vexaretur in restitutione for-
 tæ principalis. Ita Bar. in l. si non forem. §. si quis falso. ff. de
 condi. indeb. quem ibi securus Iafon. & idem in l. 1. numer. 12.
 vers. quinto limita. eod. tit. & in l. 1. §. denique. num. 13. ff. ad Tre-
 bell. & Dec. in d. l. cuius per errorem. num. 4. de regul. iuris. Est
 aliud exemplum, vt quando tenetur naturaliter. Nam tunc
 non præsumitur velle donare, sed liberare à nexu illius ob-
 ligationis naturalis. Ita post Baldum docuit Mayner. in d.
 l. cuius per errorem. numer. 50. de regul. iur. Et hæc declara-
 tio adeo vera est, vt locum etiam habeat, etsi alijs actus ef-
 fectus nullus & inualidus. Ita Arct. in l. 2. Titio. colum. pen. ff. de
 verbor. obligat. qui sic extendit d. l. cum aurum. ff. de solut. Et
 Arctinum secuti sunt Iafon. & Deci. præcitatis in locis. & Alex-
 an. in conf. 80. num. 7. lib. 3.

Declaratur quinto, vt locum habeat hæc præsumptio
 quando interuenit vera & naturalis traditio: secus si facta,
 12 ÷ vt pura constitutum. Nam tunc non præsumitur donasse.
 Ita Bar. in l. si rem aliquam. ff. de acqui. poss. & alios plures com-
 memorat & sequitur Iaf. in l. 1. num. 12. vers. 6. limita. ff. de cond.
 indeb.

Declaratur sexto, vt procedat hæc præsumptio, quando
 13 quis soluit ob contractum principalem: secus ÷ si ob acces-
 sorium, ÷ vt pura constituti, vel fideiussionis. Ita Iafon. in d. l. 1.
 nu. 12. vers. 7. limita. de cond. indeb. post Io. Fabr. in §. de consti-
 tuta. in Instit. de actio.

Declaratur septimo, vt locum non habeat hæc præsum-
 ptio, quando inter ÷ ipsum soluentem scienter indebitum,
 & recipientem effectum, vt possit repeti, si appareret inde-
 bitum solutum. Ita Iafon. in d. l. 1. num. 12. vers. nono limita. ff. de
 condi. indeb. qui recentet glo. l. 2. & l. quod quis sciens. eod. tit.
 ac Alberic. & Baldum idem sensisse, etsi dissentiat præcitatis
 in locis Fulgo.

PRÆSUMPT. XXXII.

Donasse quando præsumitur, qui scienter in alieno solo ædificauit, & ibidem de meliorationibus in rebus factis æstima-

SVMMARIA.

1. Aedificantem in alieno solo scienter, donasse præsumi, præsum-
 ptione iuris tantum.
2. Aedificet vt quis in suo, pecuniam largitus, eam præsumitur
 donare, cum alias non esset ædificaturus.
3. Aedificans in re fideicommissa subiecta heres, non præsumi-
 tur donare, sed tempore euenientis restitutionis repetit im-
 pensas.
4. Fideicommissio gratuita, fructus pendente conditione suos
 facit.
5. Impensarum & meliorationum factarum in re fideicommissa
 subiecta, æstimatio tempore restitutionis consideratur.
 Idque etiam ad commodum ipsius hæredis priuati. n. 6.
 Reiecta quorundam opinione. num. 8.
7. Impensas ad perpetuam rei vtilitatem factas, respectus habetur
 ad id, quod res de presenti valet.
9. Vasallus impendens in re feudali, tempore restitutionis id
 deducit, nec donasse præsumitur.
 Idem est in emphyteuta. nu. 10.
11. Legatarius in re sibi sub conditione legata expendens aliquid
 pro eius conseruatione non præsumitur donasse.
12. Castri vel oppidi cultus impendens aliquid causa perpetue v-
 tilitatis, illius loci, non donandi sed repetendi animo face-
 re præsumitur.
13. Maritus impensas in re dotali factas, animò repetendi, non do-
 nandi præsumitur.

EST & egregius casus, in quo donationem lex præ-
 sumit, quando scilicet quis solo alieno scienter
 ædificauit. Ita sancitum est in l. vltim. ff. de acquir. rer-
 um dominio. in l. si is. C. de ædificijs prima. & in §. ex diverso. Insti-
 de verum diuiso. Hanc esse præsumptionem iuris & de iure
 opinatus est Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de præ-
 sumptionibus. §. species. num. 5. in verbo. In prædictis concordant. ver-
 ficul. quintus facit. Verus existimo ÷ esse præsumptionem
 iuris tantum, sicuti scripserunt Lucas de Penna in l. 3. in præ-
 sumpt. 174. C. de epoch. publi. lib. 10. Alex. & reliqui in l. sumptus.
 & in l. Senat. §. Marcellus. ff. de lega. 1. sensu & Ruin. in confi-
 165. num. 4. lib. 4.

dar, vt in suo ædificet, cum alijs non esset ille ædificaturus,
 dicitur enim pecuniam donare, l. si se mors. in fin. ff. de dona-
 inter virum & vxor. & tradunt Castrin. in l. cum quid. num. 11.
 ff. certum peti. & ibidem Alciat. num. 39. vers. sanè & qui pec-
 uniam.

Declaratur primo hæc præsumptio vt locum non ha-
 beat in hærede ÷ grauato fideicommissio, qui si in re ipsa re-
 stituenda necessario ædificat, non præsumitur donare: sed
 tempore euenientis casus restitutionis impensam repetit.
 Ita manifestè probat l. domos. ff. de legat. 1. vbi glo. & Docto.
 præsertim Iafon. num. 1. & nu. 4. Ruin. in conf. 184. num. 15.
 lib. 3. Ripa in l. vbi pure. §. vltim. ff. ad Trebellian. Roland. in con-
 f. 28. nu. 21. lib. 1. Cæphal. in conf. 188. num. 37. lib. 2. qui alios
 plures recentet. Et præter eos idem responderunt Be. ouis
 in conf. 79. num. 61. lib. 2. & Crauet. in conf. 792. num. 22. Quo-
 circa Iafon. in d. l. domos. numer. 2. post alios scribit, quòd nec
 fructus interim percepti ab ipso hærede compensantur, cum
 impensa ab eo facta. Nam cum grauatus fideicommissio ÷
 fructus ex re illa, adhuc pendente conditione suos faciat,
 4 necesse non habet eos compensare cum impensa ipsa in
 re facta. Et idem affirmant multi ex præcitatis Doctori-
 bus, sic etiam Ruin. in conf. 165. in fine. lib. 4. & Modern. Partic-
 fens. in consuetud. Parisiens. §. primo gloss. 5. num. 78. & numer. 84.
 declarat. & alij quos congeffi in tractatu de recuperan. pos-
 sess. remedio 15. numero 507. Impensarum autem ÷ & melio-
 5 rationum ab hærede factarum æstimatio restituenda, seu
 præstanda, vel retinenda, consideratur secundum tempus
 restitutionis ipsius rei: vt putà si hæres impedit centum,
 & postea superuixit tantum, quòd ædificium verustate attri-
 tum non potest durare, nisi paruo tempore, sic æstimatio
 quanti nunc valet ipsum ædificium, non autem quantum
 expendit hæres. Et sententiam hanc secuti sunt alij peri-
 multi, quos congeffi in commentariis de recuperanda posses-
 sione. remedio 15. num. 557. Et hæc quidem traditio locum ha-
 bet etiam ÷ ad commodum ipsius hæredis grauati, vt scilicet
 6 si tempore restitutionis fideicommissi, impensa auxilij
 valore ipsius rei, in qua facta fuerunt meliorationes, quòd
 adhuc attendatur æstimatio tempore restitutionis: vt pura,
 si tempore impensæ res valebat centum, heresque alia centum
 impeditur, & eueniente restitutionis tempore res valore trecen-
 torum habeat, consequi debet hæres. Ita docuit
 Ang. in d. l. domos. Cum dixit, non inspicit tempus impensæ
 factæ, sed restitutionis rei, vt iudicari possit, an bene expen-
 sum, vel malè. Et manifestus Castrin. in d. l. domos. numer. 4.
 in fin. iuncto num. 6. Cum declarando d. l. domos. dixit, quòd
 quando impensæ ÷ factæ sunt ad perpetuam rei vtilitatem habetur
 respectus ad id quod valet res de presenti. & apertius idem
 7 affirmavit n. 7. qui sic intellexit Angelum. Dixit clarè Castrin.
 enis, quòd si ob impensam, & sic ob melioramenta res effecta est
 maioris pretij, inspicitur tempus præfens, hoc est restitu-
 tionis: non autem tempus quo impensa fuit facta. Sic quo-
 que Raphael Comens. in d. l. domos. num. 1. scripsit hæc verba.
 (Nota impensas non repeti quatenus factæ sunt, aut qua-
 tenus res est melior tempore impensæ, sed quatenus mel-
 ior reperitur tempore restitutionis.) Et Commensens. secus
 est Alexand. in d. l. domos. num. 1. versicu. sed bene huic. Idem
 docuit Imol. in d. l. domos. num. 2. Cum dixit, quòd valor ædi-
 ficij, in quo facta sunt melioramenta, attendi debet secun-
 dum valorem temporis quo res debet restitui. Sic quoque
 reponderunt Comens. in conf. 56. in fin. Ruin. in conf. 14. num.
 3. vers. & non tantum. & in conf. 38. num. 25. lib. 1. in conf. 117.
 colum. 2. vers. contrarium tamen. lib. 3. & in conf. 165. nu. 6. lib. 4.
 qui quidem Ruin. semper manifestè respondit, spectandum
 esse tempus restitutionis: siue causa impensæ auctus fuerit
 valor rei, siue diminutus, & quòd omne augmentum pretij
 contingens propter dictam impensam, quantumcunque
 illam excedat, detrahi debet ab hærede grauato. Sic quoque
 manifestè affirmant Boer. in q. 44. nu. 12. & 13. in fi. Modern.
 Parisiens. in commentariis ad consuetud. Parisien. in titu. 1.
 §. 1. gl. 5. nu. 97. Crauet. in conf. 792. num. 12. & Rolan. in conf. 28.
 nu. 14. lib. 1. Et sententiam hanc præter d. l. domos. sic ab omnibus
 præditis intellectam probat Ruin. in d. conf. 117. ratione ducta
 ab æquitate naturalis: quòd sicuti hæres non deducit im-
 pensam, quando tempore restitutionis res non est aucta in
 valore: sed quantum res ipsa tunc temporis valet: & sic pati-
 tur hæres damnum. Ita econtrà si ob impensam auctus
 est valor rei, consequi debet lucrum ex eo augmento pro-
 ueniens, iuxta regulam l. secundum naturam. de reg. iur. Hanc
 quoque sententiam probat Ruin. text. l. & in totum. de lega. 1.
 quem præter alios perpendit. His actus veram & rece-
 8 pram esse traditionem hanc, etsi Marzatus in conf. 11. nu. 9. &
 in epitome de fideicom. q. 65. & Borsat. ÷ in conf. 71. nu. 23. lib. 1.
 opinati sunt, tempus restitutionis fideicommissi considerari
 solum ad detrimentum hæredis grauati, vt si melioramen-
 ta effecta sunt deteriora, soluantur secundum tempus re-

ritutionis fideicommissi, si verò res meliorata effecta est pretiosior & maioris valoris, solvatur impenfa, non autem ipsa æstimationis. Et ij quidem huius opinionis recentent Castrensem, Capittum, Curtium, Cagnolum & Silvanum. Hæc sanè opinio retinenda non est. Nec Castren. in cons. 270. *Viso puncto supra scripto. in fin. lib. 2. id scripsit: sed solum respondit de alio bonæ fidei possessore: vt putà conductore, emphyteuta, & simili qui multum differit ab hærede grauato restituere fideicommissum: sicuti differentiam constituit Ruin. præcitatis in locis. Et Castrensem sic intellexit Tiraquel. de retractu conuentionali. §. 7. gl. 1. n. 8. Ita quoque loquuntur Curt. Iun. in cons. 144. in fin. Capic. in decis. 93. n. 9. Cagnol. in l. 2. n. 114. C. de pactis inuic. empt. & vend. Syluan. in cons. 49. n. 75. & Natta in cons. 256. num. 4. Imo etiam in creditore, solvendam esse æstimationem præsentis temporis, vt omne augmentum cedat ad eius commodum. Ita Neguzant. in tracta. de pignorib. in quarto membro principali. num. 21. quem secuti sunt eruditissimi Didac. Conarr. lib. 1. variarum resolut. cap. 8. num. 3. vers. ceterum. & Vincent. de Franchis in decis. 38. num. 5.*

Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc præsumptio in vasallo qui in re feudali impendit & meliorationes fecit. Nam & hic donasse non præsumitur: sed eueniens casu restitutionis feudi domino, vel alicui ex agnatis, hæres defuncti vasalli deducere potest impenfam: cum illam donasse non præsumatur. c. 1. §. si vasallus. Hic finitur lex. deinde incipiunt consuetud. regni. & ibidem annotarunt Iernia colum. 1. Alvaro. Præpos. & Afflic. n. 1. & 7. & idem Afflic. in c. 1. §. si quis de manso. num. 41. de controuers. inuestit. Ruin. in cons. 14. nu. 3. in cons. 24. nu. 10. & in cons. 132. nu. 4. lib. 1. Partii. in cons. 2. nu. 51. & in cons. 4. num. 40. l. b. 1. quo loci dixit, hoc carere dubitatione. Idem in cons. 22. nu. 68. in cons. 23. num. 90. & in cons. 28. num. 2. lib. 3. Brunus in cons. 105. in fi. & in cons. 106. Moder. Parisien. in commentariis ad consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 75. Iul. Clarus. §. feudum. q. 88. Decian. in cons. 29. nu. 5. & in cons. 58. in fin. lib. 2. & ita vsu & consuetudine, seruari testatur Guido Papæ q. 169. quem secuti sunt Berous in q. 96. num. 4. vers. finito autem feudo. & Alciat. in respon. 176. in fi. secundum impressionem antiquam Lugdoneniem. & Burfat. in cons. 236. num. 10. & in cons. 295. num. 45. & idem ego ipse respondi in cons. 454. num. 2. lib. 5. Idem de emphyteuta scriperunt multi: quos congeffi in commentariis de recuperanda possess. remedio 15. numer. 502. & illis accedunt Ruin. in cons. 137. nu. 16. li. 3. & in cons. 165. num. 4. Deci. in cons. 518. nu. 2. Modern. Parisien. in d. glo. 5. nu. 75. & Decian. in cons. 58. in fine. lib. 2. & simile est quòd dicimus melioramenta facta in re supposita retractui esse eius qui fecit, non autem cedere solo & fundo, vt scripsit post alios Tiraq. de retractu conuentionali. §. 7. numero 2. & 3. & obseruandum est quòd melioramenta illa que nõ possunt auferri sine deformitate ciuitatis & oppidi, persolui debent illis qui ea fecerunt. Ita post alios scriperunt Ruin. in cons. 24. num. 10. circa ¶ medium libr. 1. & Modern. in d. glo. 5. nu. 75. in fine. & confert traditio Præpos. in c. 1. §. econtra. rido. in fin. de inuestit. de re aliena facta. Nec prædictis in casibus imputantur percepti fructus in impenfa ipsa melioramentorum. Ita Præpos. in d. §. si vasallus. in fin. Modern. Parisien. in d. glo. 5. num. 78. Ruin. in cons. 132. nu. 4. lib. 1. & Paris. in cons. 2. n. 51. lib. 1. qui de vasallo sic cõuenerunt. & de emphyteuta Iason l. 2. nu. 32. C. de iure emphyt. & de hærede grauato fideicommissio dixi supra num. 4.

Declaratur tertio, vt locum non habeat hæc præsumptio in legatario, qui in re sibi legata sub conditione, aliquid impendit pro ipsius rei conseruatione, vt eam eueniens conditione consequi possit. Hanc sanè impenfam non dicitur is legatarius legasse hæredi, apud quem extat res: cum non donandi animo, sed conseruandi rem ipsam præsumatur impendisse. Ita probat l. sumptus. de leg. 1. & ibidem late post alios declarat Iaf. num. 1.

Declaratur quarto, vt non procedat prædicta præsumptio in custode ¶ Castri, vel oppidi, qui perpetuè custodiæ & vilitatis loci causa impendit. Nam & iste præsumitur impendisse non donandi animo, sed repetendi. Ita declarat Iaf. in d. l. sumptus. num. 7. de leg. 1. qui numer. 8. subiungit idem esse quando impendit in munitione. Castri, vt putà in machinis & tormentis bellicis. Diuersum verò est, quando is custos causa simplicis temporalisque custodiæ impendit. Has sanè impenfas donasse præsumitur, sicuti Iaf. præcitato in loco. numer. 6. testatur communem & veram esse opinionem.

Declaratur quinto, vt non procedat prædicta præsumptio in marito, qui impenfas & meliorationes facit in re dotali: Nam nec is donare præsumitur, tamen si dos ipsa solu. matrimonio restitui debeat. Ita probat l. Senatus. §. Marcellus. de leg. 1. vbi Bar. Alex. Iaf. & reliqui. Idem Iaf. in l. sumptus. num. 3. eo. tit. Ruin. in cons. 165. num. 4. li. 4. & Rol. in cons. 28. num. 15. lib. 1.

Declaratur sexto non habere locum in eo qui donare non potest. Ita Bar. in l. in fundo. nu. 11. de rei vendic.

PRÆSUMPT. XXXIII.

Donationem in certis casibus præsumi.

SUMMARI A.

- 1 Res suas non defendendo donare quis præsumitur.
- 2 Pupilli negotia gerens, & affectione paterna aliquid erogans donasse præsumitur.
- 3 Fructus maturos è fundo alieno suis impensis colligens, eas domino fundi donare præsumitur.
- 4 Frater viuens in communiõne si fratrem horretur vt filiam nuptui tradat, locum ex pecunia communi numeratam pro parte sua donare præsumitur.
- 5 Affinitatis & coniunctionis ratione donationem aliquibus casibus præsumi.
- 6 Patronus consensiens nuptiis liberti: & ius operarum donare præsumitur.
- 7 Alimenta uxori præstita præsumi donata.

EX TANT & alij casus, in quibus aduersus regulam donatio præsumitur. Est sanè primus casus, quando quis res suas non defendit. Nam tunc eas præsumitur donare. l. p. miseric. §. 1. ff. de acquir. poss. §. 1. & §. eadem in Auth. vt eccles. Roma. & in specie annotauit Lucas de Penna. in l. 3. in præsum. 73. C. de apoch. publ. lib. 10.

Secundus est casus, quando quis g. sit negotia ¶ pupilli, & affectione paterna aliquid in eius causam erogauit. Nam id donasse præsumitur. Ita Lucas de Penna in d. l. 3. in præsum. 131.

Tertius est casus, quando collegit sua impenfa fructus ¶ maturos è fundo alieno: Hoc casu is præsumitur donasse impenfam illam domino fundi. l. seruus seruus. §. si quis. ff. ad l. Aquil. Et hæc esse præsumptionem iuris & de iure, annotauit Io. And. in loco præallegato.

Quartus est casus, quando ¶ frater viuens in communiõne cum fratre, eum conuocatur, vt filiam in matrimonium collocet, & patitur dotem ex pecunia communi numerari, præsumitur donasse portionem suam. Ita Socin. Sen. in cons. 291. nu. 12. vers. 3. dum dicitur. 3. Quem sic declarat Crauet. in tract. de antiq. tempo. in prin. in oct. sua particula, que incipit. Vidimus. num. 44. & simile est, quando frater plus quam aetate in causam familiæ impendit, ei à fratre donatum præsumitur. Ita Soc. Sen. in cons. 40. nu. 5. lib. 4. & Paris. in cons. 100. nu. 13. lib. 2. Et ob id affinitatis & coniunctionis ¶ affectione, præsumitur denationem certis in casibus responderunt Ruin. in cons. 162. nu. 3. 4. 11. & 13. lib. 3. & Alciat. in respon. 2. nu. 16. secundum aliquam impressionem. Alia scripsi in d. lib. 2. de arbitrariis. casu 88. num. 9. Et ibi dictis accedit Cæpolla in cons. 40. n. 5. & 6. in ciuilib. qui respondit, ex qualitate & quantitate rei præsumi aliquando donatum, aliquando non, ob sanguinis affectionem.

Quintus est casus, quando ¶ patronus consensit nuptiis liberti, præsumitur ei donasse ius operarum. sicuti ff. de oper. liberti. & docuit Alciat. in l. cum quid. nu. 39. vers. ceterum. ff. de cert. pet. a.

Sextus est casus, quando maritus ¶ præstitit alimenta uxori ægræ, & morbo laboranti. Nam hoc casu præsumitur illa donasse pietatis causa, & amore contagiali: & ideo repetere non poterit. l. quod in uxorem. C. de negotiis gestis. vbi Alex. col. 1. & idem in cons. 31. num. 10. lib. 6. Soci. Iun. in cons. 114. num. 45. lib. 3. Oñacus in decis. 122. num. 17. & Mascardus conclus. 77. Qui num. 3. subiunxit non præsumi donatam quando proteclatus est, scilicet ea præstare animo repetendi. Existimo hæc intelligi, & procedere, quando maritus vitæ ac forte sui patrimonij, exhibuit alimenta: Non autem si pro dotis quantitate & debito maritali aluit uxorem siue sanam siue ægram. Nam tunc non est disputandum, an donauerit, vel repetendi animo exhibuerit: cum ea omninò præstare teneatur. l. si cum dote. §. si inuenio in sensissimo. ff. solut. matrim. iuncta l. ex annuo. ff. de donatio. inter virum & ux. & declarat Bart. in d. §. si autem in sensissimo. num. 5. vbi Alex. num. 7. & alij multi, quos congeffit Anton. Cordub. in l. si quis ex liberis. §. si quis ex his. num. 19. ff. de libe. agnos. vbi plura ad rem prosequitur.

Septimus est casus præcedenti satis proximus in l. uxori. §. vlt. de leg. 3. vbi si maritus concessit aliquid nomine uxoris, donasse ei præsumitur.

Octauus casus, quando quis impedit in causam fune. ris præsumitur causa pietatis impendisse, & ob id donasse.

l. vbi quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sumpt. funer. vbi Doct.

PRÆSUMPT. XXXIV.

Donatio, vel mutuū, vel quis alius præsumatur causatus contractus, cum quis amico dixit: tolle, sume tibi hanc pecuniam, diligens admodum & accurata explanatio.

SUMMARI A.

- 1 Mutuum præsumi contractum secundum quosdam, si quis amico dicat: tolle aut sume hanc pecuniam. Alij volunt contractum esse innominatum. num. 6. Alij nullum contractum esse causatum, sed dari actionem possessoriam retinendi. num. 9. Alia est opinio, quòd depositum sit. nu. 13. Vltima opinio, quòd donatio. num. 17. Si presertim persona qualitas id suadeat. num. 28. Vel additum sit verbum donationem sapiens. num. 30.
- 2 Depositum quid sit.
- 3 Mutuum quod dicatur.
- 4 Æstimatio venditionem, numeratio dominij translationem significat.
- 5 Dominium causa subsistente & in dubio censetur transferri.
- 7 Innominati contractus alij correspondunt, alijquæ verò non.
- 8 Innominatus contractus dicitur, qui speciale nomen non habet.
- 10 Traditio nuda rei dominium non transfert.
- 11 Promissio nuda causa non expressa, non obligat.
- 12 Actus vt ualer, interpretationem sumendam esse, quomodo intelligendum.
- 14 Favorabilis quod est, præsumi.
- 15 Contractus nominatus innominato favorabilior.
- 16 Via magis iusta, & qua utriusque partium consulitur, eligenda est.
- 18 Indebitum dans, nisi id exprimat, animam rependi non præsumitur habere.
- 19 Donatio est rei consulto data.
- 20 Donatum dicitur, nullo iure cogente concessum.
- 21 Cõcedo, verbum, generale est, & ad multas causas trahitur. Et significat donationem. num. 31.
- 22 Interpretatio contra danem sumitur in dubio.
- 23 Iactare suum nemo præsumitur, ideo indebitum soluens, causam errorem probare debet.
- 24 Conditio sine causa conceditur soluenti per errorem, aut falsa causa expressa.
- 25 Paterfamilias diligens tam factus non præsumitur, vt iactare suum voluerit.
- 26 Conditio sine causa cessat, vbi donationis causa præsumi potest.
- 27 Traditio nuda que dicatur.
- 29 Scholasticus præceptor pecuniam numerans, in dubio præsumitur donasse.
- 32 Do, verbum, dominij translationem significat.
- 33 Actum & contractum iudicamus talem, qualem præfationis verba offendunt.
- 34 Scholasticus mercator pecuniam tradens, non donasse vel mutuo dedisse, sed deposuisse præsumitur.

VENIT non semel, quòd tanta est verborum obscuritas, vt dubium & ambiguum valde sit, quòd contractus nomen illi tribui debeat: quemadmodum extat exemplum; tam apud nostros controuersum, quando aliquis dixit amico: tolle, sume hanc pecuniam. Dubitari inquam solet, an is donare, vel mutuo aut commodato dare, vel quid simile agere voluerit? Hac in re permultæ sunt, & quidem controuersæ Doctorum opiniones.

Prima quarum est, quòd præsumatur contractum ¶ mutuum. Qua sanè in opinione fuerunt Cyn. in l. incendium. C. si certum pet. Barto. Angel. & Castren. in l. cum quid. ff. eo. & ibidem Alex. num. 12. Iaf. nu. 19. Dec. in l. lectura. nu. 23. & in 2. nu. 53. & ibidem Curt. Iun. num. 16. testatur communem esse opinionem. Quam quidem probarunt etiam Butr. in consilio 65. & Roma. in cons. 138. numero tertio. & in consilio 290. numero 6.

Primò adduci solet text. l. certi cõditio. §. quoniam. vers. numerari. ff. de cert. pet. quo loci simplex pecuniæ numeratio infert contractum fuisse receclatum, sic que mutuum.

Verum responderetur apud Vlpianum dubitatum non fuisse super illa numeratione, quam habuit pro constanti, factam fuisse causa contrahendi mutuum: sed dubitatio fuit, an ex quo is qui numerauit, stipulatus fuerat, pecuniam

illam alij reddi, posset agere certi conditione post restitutione mutuæ? Et respondit Vlpianus, agere posse, ex quo illa stipulatio tanquam inutilis non est operata, vt acquireretur actio ei, cuius nomine stipulatio facta fuerat. Id quòd significant & alia exempla ab ipso Vlpiano commemorata.

Secundò afferitur l. Lucius. la. 1. ff. de positi. vbi differentia constituitur inter depositum & mutuum. Est sanè depositum, ¶ quando pecunia numeratur & deponitur, seu commendatur, vt illammet, eam suscipiens, restituar. Mutuum verò dicitur, quando pecunia simpliciter numeratur.

Cæterum hic text. nil penitus probat: quandoquidem ibi depositum à mutuo secernitur ob id quod in mutuo adhibitum fuit pactum, quòd tantundem restitueretur, depositum verò, quia expressè is creditor dicitur commendasse, id est, apud debitorem deposuisse.

Tertio pendunt prædicti Doct. textum l. in nave Saupheli. in prin. vers. idem iuris est. ff. locati. cuius verba hæc sunt: Idem iuris esse in deposito. Nam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, vt neque clausam neque obfirmatam traderet, sed adnumeraret, nihil aliud debere, apud quem deposita esset, nisi tantundem pecuniæ soluere, &c. His verbis significasse videtur Alphenus numerationem ostendere ¶ mutuum irregulare. Responderetur ibi, iam constabat ipsius actus substantia, quæ vnum ex duobus significabat, hoc est, vel mutuū, vel depositum. Dubitabatur itaque quem contractum magis ostenderet, & responsum fuit magis significare depositum irregulare, quòd alio nomine appellatur mutuum. Sed diuersum est in casu nostro, quia hæc verba, tolle hanc pecuniam: non sunt restricta ad duas species contractus, vel vt vnam, vel alteram significent.

Vltimò afferitur argumentum, quòd sicuti ¶ æstimatio significat venditionem vt inquit gl. in l. quoties. ff. de iure dotium, & in l. si inuic. in fi. C. eo. sic & numeratio significat dominij translationem: cum in dubio, causa subsistente, ¶ dominium transferri dicatur. l. si ita distrahatur ff. de contrah. empt. & l. 1. §. & est questio. ff. pro dote.

Cæterum responderetur, non esse bonam consequentiam, dominium transferri: ergo est mutuum, cum possit alius esse contractus: in quo dominium transferretur.

Secunda est opinio, quòd hic sit ¶ contractus innominatus, pro quo datur actio in factum præscriptis verbis. Ita Roma. in d. l. cum quid. nu. 16. ibidem Alex. num. 38. & Zasius nu. 42. idem Zasius in lib. 2. singul. respon. cap. 13. Primò moti sunt text. l. 1. ff. de præscriptis verbis. vbi cum proprium actionis nomen inuenire non possumus, actio in factum præscriptis verbis redditur. Exempla illo in loco recentet Papinia. Ita pariter in l. si gratuitam. cod. tit. Cum ambigitur, an sit commodatum, vel precarium, dicitur contractus innominatus, pro quo datur actio præscriptis verbis. Et apertius in l. 1. ff. de æstimat. actio. ibi, quoties enim de nomine contractus ambigeretur. Et in dubio præsumi contractum innominatum affirmant glo. Bar. & Bal. in l. eleganter. §. 1. de dolo. Bart. in l. 1. num. 7. in fine. ff. de rerum permutat. Iason in l. 2. in prin. nu. 9. & ibidem Dec. in 2. lectu. nu. 6. & in 3. lect. nu. 12. hoc nostro tit. & alios refert Tiraquel. in tract. de retractu consang. §. 30. glo. 1. nu. 36. Cum ergo nostro in casu non appareat, quæ de causa, quæ de nomine tradita sit pecunia. Ergo dicendum videtur contractum esse innominatum, & ob id reddi actionem in factum, præscriptis verbis.

Respondet primò Deci. in d. l. cum quid. in 1. lectura. nu. 23. & in 2. lectu. nu. 53. id contingere, quando nulla est facta numeratio, sed numeratione facta, præsumitur mutuum. Verum huic interpretationi repugnat text. satis manifestus in l. si Titius. eo. tit. de præscriptis verbis.

Respondet secundò Bologner. in d. l. cum quid. numer. 64. in fi. quod in d. l. 1. & in d. l. si gratuitam de præscript. verbis. errat actum, vt à recipiente illo aliquid fieret, atque ita appareret contractum fuisse correspondentem. Et propterea, si de nomine non constat, contractus innominatus præsumitur. At nostro in casu diuersum est, cum conuentum non fuerit de restitutione, vel quòd quid aliud fieret à suscipiente pecuniam. Non ergo pares sunt termini.

Cæterum nec hæc interpretatio retinenda est: cum repugnat d. l. si gratuitam. vbi gratuitò domus ad habitandum fuit concessa. Præterea contractus innominati ¶ alij sunt correspondenti: vt quatuor illi commemorati in l. naturalis de præscr. verb. alij vero & multo plures sunt non correspondenti, vt tradunt Bart. in d. l. naturalis. in prin. Iason in l. iurisgècium. in prin. nu. 3. ff. de pactis. & in l. cum mota. nu. 24. C. de transf. act. Et si ergo contractus iste, de quo agimus, ex correspondenti dici non possit, non tamen inde fit quin sit innominatus ex non correspondenti.

Respondeo itaque tertio, negando carere nomine: quia imò nomen habet, vt infra demonstrabimus.

Secundò vrgere videtur, quòd ¶ contractus innominatus

tunc dicitur, quando non habet nomen speciale l. iurifgen-
tium in prin. vbi Bar & Ial. nu. 9 ff. de pactis. Idem Bar. in l. vlti.
num. 46. ff. de condit. ob causam. Atqui contractus iste non
habet specificum nomen. Ergo non est contractus nominatus,
sed innominatus.

Verum responderetur, quod quando apparet de contractu
certo: & ille non habet nomen speciale, tunc dicitur contra-
ctus innominatus: sed cum sumus adhuc in dubio, non pos-
sumus iudicare esse innominatum, antequam de eo constet.
De substantia enim prius constare debet, deinde de qualitate
& nomine.

Tertio est opinio, quod nullus sit causatus contractus,
sed detur actio possessoria retinendi. Ita Fulgosi. in d. l. cum
quid. num. 8. hoc tit. idem sentit Imola in l. a Titio. num. 4 de
verb. oblig. Ea ratione motus est Fulgosi, quod hæc fit nuda
quædam traditio, qua rei traditur dominium non transferri-
tur. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. domi. Non enim traditio
hæc aliquam habet causam antecedentem.

Cæterum responderi debet in d. l. cum quid. in 2. lectura. n. 53. in fi.
procedere, quando pecunia non fuit numerata: sed quado fuit
numerata: præsumitur quædam causa tacita mutuandis propter
numerationis naturam. Quæ quidem Decij consideratio
recipiendi non est: cum numeratio causam non inferat, ve
animaduertunt Curt. Iunior & Bolognet. alius nunquam
dari potest casus, quod numeratio esset sine causa: quod est
inconueniens. Nam cum traditio specierum plenissime fa-
cta, sine expressione causæ fit nuda. d. l. nunquam nuda. eod-
dem modo numeratio pecuniæ, quæ est naturalis traditio
pecuniæ. l. i. ff. de contrahen. emptio. facta sine causa nuda e-
rit. Ecrurus (ve ait Bolognerus) quando quis promittit
non expressa causa quare promittit, vel dat, nuda promit-
tio. s. vlt. ff. de probatis. Ita etiam quando quis acta nu-
merat sine causa, numeratio erit nuda. arg. l. vltim. C. ad l.
Falc.

Respondet secundò Curt. Iun. in d. l. cum quid. num. 16. quod
in dubio sumitur interpretatio, vt actus valeat. l. 3. ff. de test.
milit. & l. quoties. ff. de rebus dubiis. cum similibus. Ergo præ-
sumi debet talis contractus, qui valere possit.

Verum hæc consideratio probanda non est: quando quid-
dem regula, quod sumenda sit interpretatio, vt actus valeat,
intelligitur quando habet debitam formam, & est dubium
an valeat, vel non ita declarant post alios Ial. in l. quoties. nu.
3. de verb. obl. Dec. in l. contrahenda nu. 13. de regul. & Alc. in
d. tract. de præsum. reg. 3. præsu. 34. num. 3.

Respondetur itaque tertio quod d. l. nunquam nuda, intel-
ligatur nuda à causa habili ad transferendum dominium,
vt si est depositum, vel commodatum. Ita declarat Alber. i-
bi post Iacobum Butrigarium, alioqui nunquam deficeret
causa, quia donatio præsumi potest, vt infra dicemus.

Quarta est opinio, quod hoc fit depositum. Ita glo. &
Bal. in l. die sponsaliorum §. i. ff. de testi. Castr. in d. l. cum quid. nu.
9. & ibidem Alex. nu. 11. Curt. Iun. nu. 17. Alc. nu. 38. & Bologn.
num. 63. & Coraf. in fi.

Primo assertur consideratio hæc, quod præsumitur id,
quod fit favorabilis. l. cum de indebito. in prin. ff. de proba-
tio. Et hinc scripsit Baldus in prædicto fundorum. num. 11. & con-
silio 261. Primo queritur status. col. 2. vers. proreced. non auditur.

15 In lib. t. in dubio contractum fit præsumi nominatum, cum
fit innominato favorabilior. Atqui depositum est maxime
favorabile. l. pe. C. de deposti. & l. vltima. C. de componsa. Ergo præ-
sumitur depositum.

Respondetur omnia responsione Curtij, quam ipsemet
improbat, dicimusque, & mutuum esse maxime favorabile,
cum ei tributa sint in lra privilegia. l. singularia. ff. de cert. per. Et
præterea, ob numerationem non dicitur hoc potius de deposti-
to, sed potest dici mutuum. l. Lucius. l. i. ff. de deposti. & propter
ea cessat argumentum.

Secundo suffragari videtur, quod in dubio eligenda est fit
via illa quæ est magis tuta, & qua vtrique partium conueni-
atur, vt tradunt Castr. in l. i. in fi. ff. de quis cau. Dec. in l. 2. in
prin. in 2. lectura. num. 8. & in 3. lectura. num. 12. hoc tit. & scripti-
tia. 2. de arbitra. iudicium. casu. 199. num. 23. post Baldum in l. bono-
rum. que. ff. C. qui admittit. Atqui depositum habet viam ine-
vitabilem, & eo vtrique partium conuenitur, nam consultum est
tradenti, qui rei suæ dominium non perdit, est etiam con-
sultum recipienti, qui nõ tenetur, si res sine culpa vel perit,
vel deterior efficitur. Ergo depositum præsumitur. Verum
respondetur non esse consultum recipienti, qui si existimasset
pecuniam hanc sibi tradi causa custodiæ, eam non recepisset:
& interpretatio fit contra tradentem, l. veteris. ff. de pactis. &
dicemus infra.

16 Quintia itaque opinio fit proponi & defendi satis pos-
test, quod hic sit contractus donationis. Et prætermittend-
um atque præsupponendum est hic tradentem pecuniam

scienter tradere, alioqui nec alius contractus dici posset cau-
satus. Hoc supposito.

Primo mouet me rex. l. quod quis sciens. ff. de cond. indeb. quo
loci is qui fit indebitum dat repetendi animo, non repetit,
quia in dubio non præsumitur animus repetendi, nisi id ex-
p. eiserit. Ergo præsumitur donatio, quæ repetitionem non ad-
mittit.

Secundo confert text. l. i. de condit. indebit. & l. cuius per
erorem. de regulis iuris. cuius per errorem dat repetitio est,
consulto dati fit donatio est, cum itaque sciens iste dederit, nõ
nec animum repetendi declarauerit, dicendum est donare
voluisse.

Tertio accedit text. l. donari. ff. de donati. qui reperitur
datur in l. donari. de regulis iuris. dum Iurisconsultus ait, donatio
illud videri, quod nullo iure cogente conceditur. Hic nul-
lum in nos nullo ave. cum cogit tradere. Ergo dicitur donatio.
Nec repugnat quod Iurisconsultus dixerit, conceditur: quod
verbum in natura significat donationem, vt dicemus in-
fra. Nam respondetur, quod illud est verbum Iurisconsulti
exponentis, nec in verbo illo fundamentum facit: sed solum
in eo, quod traditum sit, nullo iure vel causa cogente,
alioqui Iurisconsultus dixerit, donari videtur, quod conce-
ditur. Et verbum concedo fit generale est, & potest trahi ad
multas causas, vt inquit glo. in causa de iuris. l. i. 6. Possunt enim
concedere ex causa commodati, precarij, mutui, donationis
& simili.

Quarto & vltimo, cum sumus in dubio, sumenda est fit
interpretatio contra tradentem. l. veteris. ff. de pactis. l. labor. l. i.
ff. de contrah. empti. l. quidquid astringend. ff. de verb. oblig. & Ca-
stra eum. de regulis iuris. in 6. Est ergo unenda interpretatio contra
hunc numerantem, quod donare voluerit, cum legem aper-
tius dicere potuerit, & non dixerit.

Nec obstat, quod donatio in dubio non præsumatur
ex d. l. cum de indebito. in prin. ff. de probat. quia reponitur d. l.
cum de indebito. probare quidem, quod hæc interpretatio est
facienda contra soluentem in suorem recipientis, cum
præsumptio fit fit contra ipsum soluentem, quod noluerit
in eam suam, & ob id habet probare causam & errorem: sed
quod interpretatio hæc fieri debeat in suam soluentis,
& in odium accipientis, ibi non dicitur, ino potius contra-
tuum.

Præterea & secundò responderetur, præmittendo, quod
conditio fit sine causa conceditur, quando quis soluit in
debitum per errorem, vel falsa causa expressa. l. i. ff. de condi.
sine causa. Cui enim probatur vel error vel falsa causa, nul-
la præsumi potest causa, quæ præsumi faciat valere traditio-
nem. Cum autem in casu d. l. cum de indebito, ille allegaret, ex
falsa causa & per errorem soluentem, nec id probauerit, præ-
sumitur factus, ex quo aliud dicit quam se sine causa sol-
uiss. nec præsumitur quod diligens fit parerfamil. sit ita fit
tuus, vt voluerit tractare suam sine iusta causa. Diuertimus
casu nostro, in quo nulla causa nec vera nec falsa fuit ex-
pressa: nec error affertur, sed simpliciter sciens dedit, ob id do-
natio præsumitur: Et hic locum habere non potest condi-
tio sine causa, ex quo resultat causa donationis, vt supra
demonstrauimus. Et accedit quod scribitur Doct. in d. l. de
condit. sine causa, quod vbi potest præsumi fit causa donatio-
nis, nec cessat illa conditio sine causa. Ex quibus cessat
& illa obiectio, quæ fieri solet ex l. nunquam nuda. ff. de acquir.
rer. domi. Nam nuda fit traditio dicitur, quando facta est ex
causa traditur: vt si quæ habet animum vendendi, cum tamen
nil debeat, si soluit, dicitur nuda tradere, atque in do-
minium non transfert: Secus vero quando traditur, qui
tunc non dicitur nuda traditio, cum præsumatur causa do-
nationis.

Hæc præsumptio, quod scilicet præsumatur donatio, lo-
cum habet multo magis, quando qualitas fit personæ idem
suaderet, sicuti quando ita dictum fuisset sanguine coniu-
cto. Ita Bartolus in d. l. cum quid. num. 11. Anton. Capicinus in de-
cis. 180. num. 11. & 15. & Coraf. in cons. 33. numer. 4. Nec repug-
nat quod scriptum in commentariis de arbitra. l. iudicium. l. i. ca-
su 88. num. 17. explicando. l. Procula. ff. de probat. vltim. ipsam
consanguinitatem non operari præsumptionem donatio-
nis, quia respondetur, quod si in casu nostro sola ipsa ver-
borum significatio in extraneo ostendit donationem, mul-
to magis in sanguine coniuncto, sic pariter quando fit scho-
laris præceptorum pecuniam numerasset, in dubio præsumi-
tur donasse. Ita Bolognet. in d. l. cum quid. num. 62. Rursum hæc
præsumptio locum habet multo magis, quando aliquid
aliud verbum fit adiunctum id operatur, vt si dixit, tolle
hanc pecuniam, quam tibi concedo. Nam verbum fit con-
cedo, significare donationem, scripserunt Alexand. in d. l. i.
cum quid. numero de iur. iur. Curt. Iun. num. 19. & Alciat. nu.
38. sic & Felin. in cap. si cautio. num. 11. de fide instrum. & alios
congesti in d. l. casu 88. numer. 38. & in cons. 191. numero 8. lib. 2.
Dissen-

Dissentit tamen Bolognet. in d. l. cum quid. nu. 62. in fine. Idem
quado dixit quis, sume, tolle hanc pecuniam quæ tibi do. Hoc
32 enim fit verbum, do, domini translationem significat. s. sic
itaque, in Inst. de actio. Et cum non appareat aliquid dictum
de restitutione, donatio præsumitur. l. nunquam. ff. de acquir.
rerum dom. Ita post Petrum Perticensem affirmarunt Alex.
& Ial. in d. l. cum quid. ille num. 12. iste num. 38.

Cæterum à prædictis dissentiunt Imola in l. a Titio. num. 4.
& in l. si fundum certa die. numer. 3. ff. de verbo. obligat. Felin.
in c. si cautio. colum. 2. de fide instrum. ea ratione moti: quod
in simplici traditione necessaria sit causa. d. l. nunquam nuda.
ff. de acquir. rerum dominia. & l. 2. circa. ff. de except. Sed respõ-
detur, quod cum ita conceditur, vt dominium transferatur
necessaria non est causa: cum donatio præsumatur. l. cuius
per errorem. ff. de regul. iuris. & dixi supra. Et hinc apparet
non repugnare, quod subiungit Imola: quod & si verbum,
do, significat domini translationem: attamen non ostendit
id fieri posse sine causa. Non inquam hoc repugnat: cum
in donatione alia causa quam ipsa donantis liberalitas re-
quiratur. Quam quidem liberalitatem ostendit hic dans,
cum de restitutione non paciscatur. Ex quo cessat & il-
lud quod dicebat idem Imola, esse posse mutuum. Non
enim mutuum est cum de restitutione actum non sit: & si
accipiens existimasset debere restituere, fortè non accepis-
set.

Porro ab hac præsumptione receditur aliis signis & con-
iecturis: Quatum prima est, quæ colligitur ex præfatione
33 ipsius concessionis talem enim iudicamus fit actum & con-
tractum, qualem præfationis verba ostendunt. Ita ad rem
nostram post gl. & Bar. scripserunt Purpura. in d. l. cum quid. nu.
50. Alc. nu. 32. & Bolognet. nu. 61. in fi.

Secunda est conjectura ducta à qualitate personarum,
34 quæ non solent donare, vel mutuo dare: sicuti si scholasticus
traderet pecuniam aliquam mercatori, præsumendum non
est, quod vel donauerit vel mutuo dederit: sed quod deposuerit.
Ita Bald. in l. incendium. in fin. C. si certum pec. & Dec. in
l. cum quid. in 1. lectura. nu. 23. in fi. & in 2. num. 53. ad si. reiecta opi-
nionem Castr. ibidem.

PRÆSUMPT. XXXV.
Donatio quando præsumatur inter viuos etfi
mortis mentio in ea facta sit.

SUMMARIA.

- 1 Donatio causa mortis præsumitur, quando mortis mentio fa-
cta est.
- 2 Donatio censetur facta inter viuos, si donans id exprimat, etfi
mortis etiam mentio facta fuerit.
- 3 Certitudinem omittere pro querendis indicij, infirmitas est in-
tellectus.
- 4 Donatio inter viuos dicitur, mortis mentione solummodo causa
dilationis facta.
- 5 Donatio causa mortis requirit quinque testes.
- 6 Codicillos facere voluisse testator præsumitur, cum plures
quam quinque testes in ultima dispositione non adhibuit.
- 7 Donatio censetur inter viuos, si in ea heredum & successorum
mentio facta sit.
- 8 Donationis causa mortis, cur repugnet pactum, vt ad heredes
transcat.
Nisi tamen vtgentiores coniectura aliud suadeant. num. 9.
Vt mentio heredum in verbis exequitiuis facta sit. nu. 10.
Aut donatio tanquam inter viuos valere non possit. nu. 12.
- 9 Verba posita in exequitiuis instrumentis & contra actus, non im-
mutant eorum naturam.
- 10 Donatio mortis precedentibus censetur inter viuos, mentione
etiam mortis facta.
- 11 Donatio facta omni meliori modo, iure, & forma, quibus potuerit
donator, inter viuos præsumitur, mortis etiam men-
tione facta.
- 12 Mortis mentione facta in genere tantum, donatio censetur inter
viuos.
- 13 Donatio facta irrevocabiliter nisi in casu superuenientie filio-
rum censetur inter viuos, & si mortis facta sit mentio.
- 14 Donatio causa mortis ob superuenientiam filiorum non reuo-
catur.
- 15 Vsum fructum legans maritus uxori, & alienationem prohi-
bens, proprietatem cur præsumatur reliquisse.
- 16 Exceptio de genere regule esse debet.
- 17 Donatio censetur inter viuos, etiam si mortis fiat mentio, quæ-
do causa donationis inter viuos præcedit.
- 18 Donatio quæ adiectum habeat pactum de nõ reuocando, cen-
setur inter viuos, facta etiam mortis mentione.
Idque præsertim si iuramentum accesserit. n. 22.
Vt actus duplex, vt pactum donatoris, & notarij stipulatio: nu-
mero 23.
- 19 Donatio causa mortis censetur inter viuos iis in casibus, quibus
promissio de non reuocando facta est.
- 20 Donatio inter viuos sui natura non est reuocabilis.
- 21 Donatio facta cum promissione de non reuocando, nisi causa in-
gratitudinis, quo ad illum casum censetur causa mortis, quo
ad alios inter viuos. Idque declaratur, numero 28. 29. &
seq.
- 22 Argumentum de toto ad partem permittum est.
- 23 Donatio facta in testamento, cum promissione de non reuocando,
reuoari tamen potest.
Eam tamen donationem, testamento annullato, non censeri reuo-
catam, num. 31.
- 24 Confessionem factam in testamento irrevocabilem esse, ex quo
pari est ius quaesitum.
- 25 Donator sibi multa bona reservans, de quibus testari possit inter
viuos, præsumitur donare voluisse, etfi mortis fecerit men-
tionem.
- 26 Donatio insinuata, inter viuos facta præsumitur.
- 27 Insinuatio in donatione causa mortis non requiritur.
- 28 Donatio habens clausulam testari, qua dominium & possessio
transferatur, censetur inter viuos.
Idque si factum sit simpliciter, nec causa mortis dictum sit, nume-
ro 37.
- 29 Donatio cum clausula, ad habendum tenendum, & c. præsumi-
tur inter viuos.
- 30 Donatio facta persone conuictæ, etiam sub commemoratione
mortis, censetur tamen inter viuos.

QUANTUM pro regula traditum est, donationem fit
causa mortis præsumi, quando mortis mentio est facta,
vt probat l. scia, in princip. ff. de donat. causa mortis.
omnes in l. quæ dotis. ff. soluto matrim. latissime comprobat
Roland. in cons. 8. num. 3. & in cons. 61. num. 6. libro 2. & aliquos
adiunxit Mascardus in tracta. de probationibus, in conclus. 561.
num. 1. at tamen aliquando coniecturis & præsumptionibus
dicitur donatum inter viuos: quemadmodum scribitur Cor-
neus in cons. 289. colum. 3. libro 4. Crauet. cons. 214. colum. vlti. &
aperitius Roland. in cons. 61. numero 28. libr. 2. qui dixit, facilè
ab hac regula & coniectura recedi. Idem scribitur alij, quos
statim commemorabimus. Has coniecturas & præsumptio-
nes satis accuratè & diligenter explicauit eruditissimus Hyp-
polytus Riminaldus in commentariis ad titulum de donationi-
bus, in Institut. in princip. num. 917. quo loci recenset decem cas-
us seu coniecturas, quas ex illius ordine prosequemur, & ali-
qua adiciemus.

Prima est coniectura, quando donans dixit, fit donare
titulo & causa donationis inter viuos. Hoc casu etfi in alia
parte donationis facta sit mortis mentio, nihilominus di-
citur donatio inter viuos. Ita tradunt Bartolus, Imola, Ca-
strenf. Comenf. Alexand. & Iason in l. quæ dotis. ff. solut. matrim.
idem Bartolus in l. vltim. colum. pe. num. 11. C. de pactis. Alexan.
in c. 14. col. 1. libro 1. Iason in c. 5. colum. pe. & vlt. lib. 3. & in c. 169.
colum. vlt. libro 4. Decius in consilio 305. col. 1. & in consi-
470. col. 2. Et hos quidem commemorauit ac secutus est Rimi-
naldus iunior præcitato in loco, numer. 917. secundum nouam
impressionem. Et hæc de re non est multum dubitandum,
cum in claris non sit. (vt dicebat ipse Riminaldus) opus con-
iecturis, l. continuis. §. cum ita. de verb. oblig. quo loci dicebat,
Baldus, quod omittere certitudinem fit pro querendis indi-
ciis est infirmitas intellectus. Et hæc quidem, dici non potest
propriè coniectura, iuxta ea quæ de coniecturis diximus su-
pra libro 1. quæst. 7. num. 27.

Secunda est coniectura, quando mortis mentio fit facta ef-
fer solum per modum dilationis, atque ita solum in verbis
executiuis, vt si quis alteri fundum donaret, reservato sibi
vlusu vsque in tempus mortis. Hoc etiam causa, donatio
dicitur inter viuos. Et illa mortis mentio, causa dilationis
potius, & ad demonstrandam executionem facta est. Ita Bal-
dus in additionibus ad Specul. in tit. de instrum. editione. colum. vlti.
vers. si quis donat. idem in cons. 107. Anno Domini. l. 2. Alex. in l.
quæ dotis. num. 25. & ibidem Iason. num. 32. ff. solut. matrim. idè
Alexan. in c. 14. num. 11. libro 1. & in c. 71. colum. 2. libr. 5. Socin.
Sen. in c. 53. col. 2. & in c. 137. libro 1. & in cons. 232. colum. vlti-
m. libro 2. Iason in cons. 169. colum. vltim. libro 4. Ruin. in consi-
51. num. 3. libro primo. Riminaldus Senior in l. more. ff. de iurisdict.
omn. iud. & ibidem Decius numero 33. & idem Decius in con-
silio 305. col. vltim. & in c. 500. numero 11. Gratus in consilio 111.
num. 18. libro primo. Chassanzus in consilio 65. numero septimo.
Guilielmus Benedictus in cap. Reynutius. in verbo, testamentum.
il 4. numero vigesimotertio. de testam. Boer. in quæst. 353. numer. 12.

282

Crauer. in conf. 214. num. 11. Natta in conf. 111. num. 3. & in conf. 123. num. 7. lib. 1. & Rolan. conf. 61. numer. 13. 35. & numer. 42. lib. 2. & Riminaldus iunior præcitato in loco, num. 291. qui prædictos recenset. Et illis accedunt Roman. in conf. 513. numero 1. & Ruinus in conf. 182. num. 5. lib. 1. Ea ratione vltus est Bald. in d. conf. 107. quod donator, referendo sibi vsumfructum (qui multis modis finitur. §. finitur, in Insti. de vstifru.) mortis mentionem, ad demonstrandum, quod non nisi per mortem finiri, eoque in vita vi velit, præsumitur adieciſſe. Et ideo cum ea de causa sit mortis mentio, operari non debet alium effectum, l. legata inutiliter, de alim. leg. 2. & confert l. non omnis, ff. ff. cert. per.

Tertia coniectura, quando in donatione quinque testes non intervenissent: sicuti requiritur in donatione causa mortis, l. vltim. C. de donatio. causa mortis. sed duo tantum. Hoc casu, & si mortis facta est mentio, atque adhuc præsumitur donatio inter vivos. Ita Petrus, & Cynus in l. lict. C. de pactis. Alexand. in l. que dotis, num. 13. & ibidem Iason num. 46. ff. solut. matrimo. idem Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, numero 15. & ibidem Butigella num. 34. de verbo. oblig. Corneus in conf. 124. lib. 1. in conf. 254. colum. vltim. lib. 3. & in conf. 259. lib. 4. Ruin. in l. 2. num. 69. ff. leg. 1. Galliaula in l. 1. §. si quis iur. num. 10. de verborum obligation. Bertrandus in conf. 88. num. 2. lib. 2. Gulielmus Benedictus præcitato in loco. Parisius in conf. 90. numero 4. libro 3. & Socin. iun. in conf. 21. ad finem, libro 2. Roland. in conf. 8. num. 22. lib. 1. & Riminald. iun. prædicto in loco, numero 924. Et his addo Craueram in conf. 52. num. 4. & in conf. 227. in fine. Nattam in conf. 115. num. 3. & 4. lib. 1. & in conf. 645. num. 4. lib. 1. Est huius sententia ratio, quia non præsumitur donator elegisse viam, qua sua dispositio iuberetur, l. 3. ff. de testam. milit. Est simile quod dicimus, quod quando est dubium, an testator, voluerit condere testamentum, vel codicillos, & constat adhibuisse quinque testes tantum, cum plures adhibere potuisset, si voluisset, præsumitur quod voluisse codicillari, non autem testari. vt tradunt omnes in l. non codicillum, C. de test. & dicemus subsequenti in libro, præsumptione 8. Ita quoque contra dicemus, quod si donator adhibuit quinque testes, præsumitur voluisse donare causa mortis.

Quarta est coniectura, quando in donatione facta est mentio hæredum donatarij, vt puta si dictum est, quod donabat pro se & hæredibus ac successoribus, vel pro te, filiis & descendentes. Ita Baldus in l. 2. colum. 2. C. de iure dotiam. Arcim. in conf. 74. num. 5. vers. tertio moueor. Alexand. in conf. 13. colum. 3. in conf. 7. colum. penultim. libro 6. Riminald. Sen. in l. vltim. colum. 4. C. de pactis. Corneus in conf. 223. colum. 2. libro 2. Iason in conf. 5. colum. vltim. lib. 3. & in l. que dotis, num. 48. ff. solut. matr. & in l. non omnis, num. 3. ff. si certum per. & iud. Decius numero 8. Alciat. colum. 3. Socin. Sen. in conf. 53. numero 5. libro 1. & in conf. 73. libro 3. Andreas ab Exea in tracta. de pactis. nu. 504. Boer. in questio. 253. num. 12. Ferratus in cautela 30. ad finem. Ripa libro tertio responſorum, cap. 9. numero 7. Craueram in conf. 214. numero 18. Roland. in conf. 8. numero 19. & 20. numero 32. libro 1. & Riminaldus iunior prædictos referens in præcitijs commentarijs de donatio. in princ. num. 297. Et illis accedunt Ruin. in conf. 97. num. 16. in conf. 126. num. 6. lib. 1. & in conf. 133. numero 12. lib. 2. Didacus in rubric. extr. de testam. in tertia parte. num. 25. vers. erit & alius casus. Roland. in conf. 61. numero 37. & in conf. 61. lib. 2. qui communem esse testatur. Et receptæ huius sententia ratio à prædictis affertur quia naturæ donationis causa mortis, repugnat pactu, quod tranſeat ad hæredes, cum donatio ipſo præſentente euaneſcat.

Cæterum à prædicta recepta opinione vlti sunt dissentire Baldus in conf. 361. Domina Iuana, vers. nec obſtat, quod facta fuerit mentio hæredis. Decius in conf. 470. num. 10. vers. 2. respondetur. & Alcia. in resp. 659. numero 2. & in l. non omnis, ff. cert. per. Et apertius Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, numero octuagesimo secundo, ff. de verb. obligat. qui tribus mouetur argumentis.

 mus, quod ille non dicitur in dolo f. versari, qui plus diligit
 5 se quam alium, vt scribunt post alios Calcan. in cons. 120. n. 18.
 & Crau. in cons. 8. num. 15. & 16.

Hinc scripsit Specul. in titu. de aduocato. §. 1. versicu. sed nun-
 quid clericus, quod licet clericus f. tenetur aduocare pro sua
 6 ecclesia, non tamen tenetur contra seipsum. Et idem scripse-
 runt Bald. in l. petitionem. C. de aduoca. diuer. iud. Baiba. in cons.
 76. colum. 4. lib. 3. & Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 1. præsumpt.
 52. & in l. qui accusare. num. 13. C. de eden.

Huc etiam pertinet, quod respondit Barba. præcitato
 in loco, quod f. procurator nunquam præsumitur consti-
 bb 3

tutus, vt reuocet factum domini, & alia ad rem is scripsit.

Confert, quod tradit glo. in c. ultim. de aliena. feudi pater. & in c. 1. in prim. vbi Præpos. quib. modis feudum amissa. quod licet vasallus teneatur defendere dominum: non tamen teneatur contra seipsum: cum saltem propriam salutem donamini anteponeat teneatur. Quam traditionem probauit Alciat. in d. præsumpt. 51. Hinc dicimus, vasallum t excusari, vt si mortis periculum euitaret, deseruit dominum in conflictu periclitantem. Ita Præpos. & alij in c. 1. §. est & alia. que fuit causa benef. amittent. Idem respondet Gramma. in confi. 13. num. 31. & num. 32. in criminal.

Huc etiam facit quod tradit Ripa in tracta. de peste. in titu. de remedijs ad conserva. vber. numer. 250. subditos, & vasallos t iuste recusare posse recipere in oppido, vel ciuitate, dominum peste infectum, vel e locis suspectis venientem. Cum non teneantur subditi iuuare dominum, illique prodelle contra seipfos.

Et ad rem hanc pertinet, quod scripsit idem Ripa in eodem tracta. de peste. in titu. de remedijs præseruatiuis contra pestem. numero 262. Cum dixit, quod etiam dominus in concessione t emphyteusis promittit, eam nulli concedere quam illi primo, cui dederat: nihilominus potest pro se ipso retinere. Idem de locatione decidit Affl. in decis. 290. numer. 7. & 8.

Huc quoque spectat quod docuit Bald. in l. si emptor. C. de hered. vel actio. vend. quod si quis conduxit gabellam t ad ciuitate, quæ pro rebus à se emptis immunitis est, non teneatur ipsa ciuitas soluere ipsam gabellam: Cum non præsumatur vendidisse ius suæ immunitatis, atque ita ius extendendi gabellam contra seipsum. Idem sentit Bartol. in l. licitatio. §. si quis. ff. de publ. & vectig. & sequitur Affl. in decis. 319. num. 9.

Huc etiam pertinet, quod si ciuitas confirmat omnia t statuta, non dicitur confirmare ea quæ sunt contra seipsum. Ita respondit Castren. in confi. 129. Statuta Pisana, libro 1. quem secutus est Crau. in confi. 3. numero 17. Et accedit, quod si quis t iurauit obseruare statuta, non præsumitur iurasse se obseruaturum ea, quæ contra seipsum sunt. sic respondit Bru. in confi. 35. numero 16. Huc facit quod cedens actiones t non præsumitur cedere contra seipsum. l. si peculium. §. si quis. ff. de pecul. leg. & respondit Dec. in confi. 104. colum. 1. & 3. Et eo textu adductus scripsit Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. particulari quartæ partis principalis. numer. 113. quod nemo t præsumitur velle seipsum legare.

Huc quoque spectat quod respondit Gozad. in confi. 101. numer. 20. versic. item quia. quod si Pontifex dat t tormani appellationibus à sententia interpositis, non præsumitur dedisse formam contra sententias à se latas. Et hoc quidem comprobatur quod respondit Crau. in confi. 296. col. 7. versic. 4. principaliter, cum dixit, quod si Pontifex derogat confirmationibus t non præsumitur derogasse illi quam ipse fecit.

Hinc etiam respondit Barb. in confi. 32. colum. 23. libro 4. quod si Episcopus, & Clerici t consentiant ciuitati imponenti gabellas, non præsumitur, quod consentiant contra se ipsos, vt scilicet eorum immunitas tollatur. Ita quoque respondit Rom. in confi. 444. in fin. statutum t editum à principis, vt quædam solemnitates obseruentur in alienationibus & contractibus non ligat ipsum principem, cum non præsumatur voluisse contra se ipsum aliquid statuere. Et Roman. secutus est Rol. à Valle in tract. de lucro dotis, qu. 34. quod loci scripsit, statutum de lucro dotis non ligat principem, qui statutum illud condidit. Et qua de re copiose respondi in confi. 250. lib. 3. Hinc etiam Ruin. in confi. 42. num. 15. lib. 4. egre respondit Sereniss. D. t Ducem Ferrariæ, qui sedem Apostolicam defendere, & tueri promittit, intelligi promittente contra alios, non autem contra seipsum. Ita etiam iurisdictione & potestas tributa à Principe vasallo, vt possit etiam facere leges & statuta in castro & oppido sibi infeudato, intelligitur dummodò non sint statuta contra ipsummet Principem. Ita Gram. in voto 28. num. 6. & Nat. in confi. 487. num. 26.

Extenditur primò, vt locum habeat hæc sententia in sermone t generali, imò vniuersali, vtputa si quis promittit aliquid facere, & prætare contra omnes, & quascunq; personas, adhuc tamen non præsumitur promississe contra seipsum. Ita communem esse sententiam testatur Cagnol. in l. frater à fratre, nu. 98. ff. de cond. indeb. qui huius opinionis multos recenset, præsertim Iacobinum à S. Georgio in inuestitura feudali. in verbo, Qui quidem inuestiti. colum. 4. affirmantem, quod promittens t accomodare castrum, & turrim contra quamcunq; personam, non præsumi promississe contra seipsum, atque ita ait te respondisse pro Dominis Castri Trufarelli aduersus Cherianos. Et prædictis accedit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 51.

Extenditur secundo, vt hæc præsumptio locum habeat etiam ad fauorem consanguineorum eius qui promittit. Nam

sicuti non præsumitur quis velle promittere contra seipsum, ita nec contra suos. Ita Tyraq. in tracta. de penis legum. causa 51. num. 79. & Cagnol. in d. l. frater à fratre. num. 106. ff. de cond. indeb. qui eiusdem sententia multos recenset. Idem scripserunt Ruin. in confi. 42. num. 15. lib. 4. Alcia. in l. qui accusare. n. 13. C. de eden.

Extenditur tertio vt procedat, etiam si is, qui promittitur, sua causa t culpa effectus sit inimicus eius, cui promittitur. Nam adhuc non teneatur contra seipsum concedere turrim. Ita aduersus Pileum q. 24. docuit Alciat. in d. l. qui accusare. nu. 13.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præsumptio in dispositione legis: Cum enim quis t promittit id ad quod tinetur. Ita declarat Bald. in l. frater à fratre. colum. 2. versic. vlt. in not. ff. de condit. indeb. quem secuti sunt Alexan. & Sane. hanc verà esse fatetur Cagnol. in d. l. frater à fratre. nu. 109. qui tamen subiungit, non esse propriè huius regulæ declarationem. Et rectè quidem, cum hoc in casu non obliquitur hic promittens sua ipsa promissione, sed lege, quam sequi volumus. Reliqua à Cagnolo obiecta nil ad rem pertinent, si diligenter perpendantur.

Declaratur secundo, vt non habeat locum, quando in sermone t ipso comprehendit non possit alia persona, quam legentis. Nam tunc diceretur comprehensa. Bar. in l. legauerit. de legat. 1. Alexan. in additio. ad Bartol. in l. i. §. si quis. ff. de test. & Cagnol. in d. l. frater à fratre. n. 112.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio, quando t subiecta materia aliud suadet: sicuti declarat Com. in confi. 14. in 2. dubi. libro 3. quem secutus est Cagn. in d. l. frater à fratre. num. 113. Et illi accedit Crau. in confi. 274. nu. 12.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando eadem esset ratio in personam legentis, quæ est in alia. Bar. in l. Paulus, in fin. ff. de pign. Salice. in l. inquisit. C. de pign. & Cagnol. in d. l. frater à fratre. num. 114. ff. de condit. indeb. Exemplum est in casu d. l. Paulus, quando seruus t nomine domini obligat omnia bona ipsius domini, dicitur obligare etiam seipsum. Cum non consideretur seruus, sed homo, vt res quædam: sicuti illo in loco declarat.

Declaratur quinto, quando conlaret t aliquibus coniecturis personam legentis includi. Ita Salice. in d. l. inquisit. & Cagnol. in d. l. frater à fratre. n. 115.

Declaratur sexto non habere locum t in favorabilibus, sicuti responderunt Gozadi. in confi. 76. n. 14. & Crau. in confi. 274. nu. 12.

PRÆSUMPT. XLV.

Creditor recipiens vinum, vel quid simile mutuo datum, an præsumatur remississe interesse quanti plurimi, ad quod debitor ratione moræ tenebatur.

SUMMARIA.

- 1 Vini vel rei similis mutuo susceptæ, moram in restituendo necesse debitor, tenetur ad interesse quanti plurimi.
- 2 Interesse quanti plurimi ob moram debitoris remississe præsumitur creditor, vinum vel rem similem mutuo datum recipiendo.
- 3 Contraria afferitur opinio, num. 10.
- 4 Solutione rei principalis, tollitur obligatio accessoria.
- 5 Sortem recipiens creditor, videtur remississe penam.
- 6 Interesse quanti plurimi dicitur pars ipsius rei.
- 7 Precium recipiens post elapsam diem ex lege commissoria præstitutam, videtur remississe dispositionem illam legalem. Et declaratur nu. 7.
- 8 Canonem iam præteritum recipiens absque protestatione dominus, præsumitur caducitatis penam remississe. Et que causa sit, num. 9.
- 9 Aliud esse protestatur, num. 21.
- 10 Renunciatio cum donatio sit, nemo eam de iure suo facere præsumitur.
- 11 Interesse aut pena debita legis dispositione, non dicitur remississe recepta sorte principali.
- 12 Interesse quanti plurimi hominis non legis dispositione deberi.
- 13 Interesse quanti plurimi potest creditor expresse donare.
- 14 Dotem principalem recipiens mulier, non dicitur remississe accessiones.
- 15 Dotis augmentum idem est cum dote ipsa principali.
- 16 Penam ex dispositione hominis debitam, recepta sorte principali, remissam censeri.

- 17 Idque procedere etiam si creditor protestetur saluo se iure consequendi æstimationem quanti plurimi fecisse, num. 18.
- 18 Interesse quanti plurimi remissum non censeri, si in sortis receptione creditori protestanti consentiat debitor.
- 19 Idem si tacuit debitor, num. 20.
- 20 Vel etiam expresse contradicat, num. 28.
- 21 Protestatio contra ea quæ à legis dispositione pendet, nil operatur.
- 22 Penam aliquam loco obligationis à lege subrogatam, alternatiuam dici.
- 23 Alternatiua in obligatione vnum recipiendo creditor non petit alterum.
- 24 Sortis solutione omnis tollitur obligatio.
- 25 Fideiussori soluenti, & actiones sibi cedi petenti, si ante solutionem perfectam id faciat, cedi debent.
- 26 Res redditæ deserior, reddita non censetur.
- 27 Transactio sit aliquo dato vel retento.
- 28 Protestatio facta contraria, nil operatur.

CVM vini, similisve rei mutuo t susceptæ, debitor in ea restituenda moram facit, ad interesse quanti plurimi tenetur, vt scribunt omnes in l. vinum. ff. si cert. pet. Cæterum dubitari solet, an si creditor mora commissæ, vinum remve aliam mutuatum recipit, illud interesse quanti plurimi, quod ob moram consequi à debitor e poterat, præsumatur ei remississe. Et præsumi t remississe, scripserunt Dec. & Ioan. Bologn. in d. l. vinum. ille nu. 4. versic. 2. limitatur. iste numer. 21.

Primò ea adducti ratione, quia facta t solutione rei principalis, tollitur obligatio accessoria. l. 4. C. depositi. & ibi Bald. Respondenti potest, quod imò non est accessorium, ex quo equè principaliter peti potest, vt scribit hic Bart. numer. 15.

Præterea hæc æstimatio dicitur pars rei, vt infra à dicemus. Rufus d. l. 4. loquitur cum à iudice lata est sententia super restitutione rei principalis, nulla facta mentione vsuratum, ob id dicitur debitor per sententiam liberatus.

Secundò ex l. vlt. in §. ff. de eo quod certo loco. vbi scriptum est, creditor recipentem t sortem, videri remississe penam. Verum respondenti potest d. l. vltim. loqui in pœna, quæ dicitur esse quid separatum à re principali: diuersum est in hac æstimatione quanti plurimi, t quæ dicitur esse pars ipsius rei. l. si sterilis. §. cum per venditorem. infra de actio. empt.

Tertio accedit l. vestigia. §. 1. de publi. & vectig. ad quam respondet Iason, quod ibi loquitur in vsuris pensionum, quæ peti non possunt simul cum expulsiōe, ne conductor duplicem penam, patiat ex eadem causa, nempe contumacia. Præterea ibi alternatiuè pœna vel res principalis debebatur, vnus ergo electioe, altera cessat, vt infra dicemus.

Quartò conferre videtur l. post diem. ff. de lege commissio. vbi recipiens t pretium post elapsam diem præstitutum ex l. commissoriam, vt scilicet, post intra certum tempus solutum sit pretium, res sit inempta. recipiendo inquam pretium, dicitur remississe illam dispositionem legalem.

Cæterum facile responderetur d. l. post diem. procedere t in duobus remedijs contrariis: Quorum vnum si eligitur, alteri renunciatum dicitur. Secus quando sunt duo diuersa. Ita declarat Iaf. in d. l. 2. num. 124. versic. ego peto. C. de iure emphyt. post Alber. ibi. clarius Alex. in con. 206. col. 2. versic. non obstat. d. l. post diem. li. 6. & clarè probat l. si fundus. §. eleganter. eod. tit. de lege commissio. Nostro in casu æstimatio quanti plurimi non est contraria sorti principali, imò diuersum quid, vel vnum & idem. Ergo, & c.

Quintò non parùm vrgere videtur illa recepta Doctorum opinio, qua dicunt, quod vbi dominus t emphyteusis recipit ab emphyteuta pensionem præteritum tam temporis, nulla adhibita protestatione, saluum sibi esse ius declarandi caducitatem, dicitur eam caducitatis penam remississe. Ita affirmavit gl. in c. post. de loca. & communem asserit Iason in d. l. 2. num. 124. versic. ego peto. C. de iure emph. Dec. in confi. 329. nu. 3. & latissimi Boer. quaestio. 309. nu. 5. Verum responderetur diuersam esse rationem illius traditionis à nostra. Nam illa ob id t procedit, quia dominus consequitur melioramenta, quæ amittit emphyteuta, vt declarat Iaf. in d. l. 2. in 6. notab. & ideo iniquè est quod emphyteuta duas pœnas patiat, contra eam si clericus §. vlt. de ind. Præterea illa doctrina procedit, quia ipse dominus non sensit tantum damni, vt mereatur emphyteuta priuari sua emphyteusi, ratione damni dati: sed id est factum ratione contemptus & inobedientia erga dominum. Iason in Auchen. qui rem. num. 16. C. de sacros. eccles. Et propterea creditor recipiendo pensionem, videtur eam iniuriam remississe.

Contraria itaque opinio videtur verior, etiam in specie

nemo hætenus sit, qui eam probet: nempe ex receptione t sortis, non censeri remissam hanc æstimationem quanti plurimi. Et simile propè huic nostræ, facti speciem definit Alexand. confi. 206. libro 7. Quæ opinio videtur ita posse suaderi.

Primò, quia nemo præsumitur t remittere atque enuntiare iuri suo, cum renunctatio sit donatio. l. si quis delegauerit. vbi Bartol. ff. de solutio. Dec. in l. postquam licet. nu. 15. & ibi in specie Curt. in numero 5. C. de pactis. Alexand. in confi. 206. colum. 2. in fine libro 7. Ergo creditor recipiendo sortem principalem non dicitur remississe æstimationem quanti plurimi.

Cæterum responderi potest, remissionem atque donationem in hoc casu præsumi, cum lex hanc præsumptionem facit, sicuti infra dicemus ex l. 1. in prin. ff. si quis cautio. Et casus multos in quibus lex donationem præsumit, recensui libro 2. de arbit. iudicium, casu 88.

Secundo vrgere videtur, quod æstimatio hæc quanti plurimi debetur dispositione legis, non autem hominis, vt asserit hic Decius, & probare videtur text. nostræ, & alia supra suis locis allegata. Atqui vbi pœna vel interesse t debetur legis dispositione, non dicitur remissum recepta sorte principali, l. si pro sure. §. 1. infra de condit. furt. & scribit Iason in l. vlt. colum. aucep. de eo quod certo loco. Ergo hic creditor recipiendo sortem, non dicitur remississe æstimationem quanti plurimi.

Verum responderi potest primò, negando illam maiorem propositionem, si quidem verius est, hanc æstimationem t quanti plurimi deberi dispositione seu facto hominis, & si lex illud deinde approbet. Cum enim creditor mutuo dat, & debitor suscipit, inter eos actum lex præsumit, quod res in suo genere restitatur, eiusdem qualitatis, & bonitatis. l. cum quia. ff. si cert. pet. Præterea hanc æstimationem quanti t plurimi potest creditor expresse donare, & remittere, vt certi iuris est. Ex quibus sequitur hanc esse hominis dispositionem, vt declarat Ripa in l. si insulam. numero 60. de verb. oblig. & Alcia. in l. 4. §. Cato. num. 104. eo. titu.

Tertio adfertur l. si marito. §. vlt. ff. solu. matr. vbi mulier t recipiens dotem principalem, nou tamen dicitur remississe accessiones, nempe fructus. Ergo idem dicendum est nostro in casu.

Cæterum responderetur esse specialem in eo casu fauore dotis. Ita declarat Bald. Nouell. in tract. de dote, in secunda parte principa. colum. vltim. numer. 11. Vel t secundo, ex sententia glossæ & Bartol. in d. l. si marito. §. vltim. id procedit, quia illi fructus dicuntur augere dotem, & t augmentum t dem est, & æquè principaliter, quod ipsa dos. l. etiam. C. de iure dotium, sicuti ergo perit parte dotis, superest alterius partis petitio, ita etiam consecuta dote, fructus, & augmentum peti possunt.

Quartò conferre videtur tex. l. nunquam plura. §. item que situm. ff. de prima. delict. Verum responderi potest, loqui in pœnis legalibus, vt dixi ad d. l. si pro sure. §. 1.

Placet mihi recepta opinio ex l. 1. in fine princip. ff. si quis cautio. quæ loquitur de pœna conuentionali, sicque de pœna ex dispositione hominis. Et affirmat t illam censeri remissam, recepto, quod debebatur principaliter. Nam & nos loquimur in æstimatione quanti plurimi, quæ debetur dispositione hominis, vt supra diximus.

Extenditur hæc præsumptio, vt locum habeat etiam quando t creditor adhibuit protestationem, se recipere, saluo iure consequendi æstimationem quanti plurimi. Et 18 huius sententia fuit Petrus Perticen. & Dec. præcitato in loco. Verum quia à Petro dissentit Bart. in d. l. vlt. ff. de eo quod certo loco. & cum Bartolo cæteri sentiunt, ob id vna cum Bar. as etiam ex mente Decij hic, quo res clarior reddatur, distinguo tres casus.

Primus est casus, quando debitor soluens sortem principalem, consentit t ipsi creditori protestanti, se recipere, saluo iure consequendi æstimationem quanti plurimi. Hoc casu clarum est, eam æstimationem quanti plurimi non esse remissam. Ita Dec. hic nu. 5. versic. saluari tamen potest, sic declarando. Cur. Iun. nu. 8. in fi. Bartol. in d. l. vlt. ff. de eo quod certo loco. Nam videtur quoddam pactum initum inter debitorem, & creditorem, vt creditor possit vsra sortem consequi æstimationem quanti plurimi.

Secundus est casus, quando debitor soluens t tacuit, atque ita non contradixit creditori protestanti se recipere saluo iure consequendi eam æstimationem quanti plurimi. Hoc etiam casu dicendum est, debitori non esse remissam hanc æstimationem. Ita Bar. in d. l. vltim. & cum eo ibi Castr. & cæteri.

Primò ea ratione, quod protestatio tollit omnem præsumptionem tacitæ remissionis, atque donationis. l. si filius.

Jam illi ad Macedonem dicitur. §. qui impleto. ff. locati. & l. si debitor. §. 1. ff. quibus modis pign. vel hypothec. solv. Ergo hac protestatione in receptione fortis adhibita a creditore, remissa non dicitur æstimatione quantiplurimi.

Secundo adfertur text. l. 3. §. idem Iulianus. ff. de eo quod certo loco.

Verum respondet Cast. in d. l. ult. quod d. §. idem Iulianus. loquitur in eo qui solvit procuratori alieno, qui recipiendo non potuit adferre præiudicium creditori principali.

Tertio & fortius accedit, quod etiam hæc remissio non esset præsumptiva, sed facta, quæ sanè facta remissio potentior est ipsa præsumptiva: atam n. adhuc protestatio operatur, & tollit eam, cum sit protestatio potens ad tollendum actum a lege fictum, vt declarat Alciat. in tractatu præsumptio in euidentiabus, parte secunda, in fin. post Bald. Nouell. in tractatu de dote, parte sexta, privilegio secundo, dum sic declarat l. unicam. C. de rei uxorie actione.

Quarto accedit doctrina eorum qui scripserunt, dominum recipientem & canonem ab emphyteuta, adhibita protestatione, sibi esse saluum ius caducitatis, eam caducitatem non censi remississe. Ita Iaf. in l. 2. numero 124. C. de iure emphyteut. idem in l. secunda, in principio, numero tertio, ff. si quis cautio. Ripa in cap. cum M. Ferrar. numero cent. simo, in §. monono. de iustit. Alcia. in l. deminutio. co. 5. de verborum significatione. & vocer. questio. 309. qui alios permultos recenset. & dicemus infra in præsumpt.

Non obstant nunc rationes, quibus Decius in d. l. vltim. post Petrum in d. l. vltim. de eo quod certo loco. contrariam opinionem probavit, nempe non censi referuatum ius conlequendi hanc æstimationem quantiplurimi. Et primò ea ratione mouentur, quod protestatio, quæ sit contra ea quæ a legis dispositione pendet, nil operatur. l. alimenta. Cod. de neg. gest. Arqui quod morosus debitor soluendo fortem principalem liberetur ab æstimatione quantiplurimi, pendet a dispositione legis, quæ hanc liberationem inducit. d. l. vlt. de eo quod certo loco. Ergo protestatio creditoris recipientis nil operatur.

Respondetur, quod etsi lex inducat hanc liberationem ab æstimatione quanti plurimi, recepta solutione a creditore, attamen id facit ex præsumptione quadam, quod recipiens præsumatur remittere illud accessorium. Et ideo adhibita protestatio eius mentem & animum declarat, sicque cessat illa legis præsumptio.

Secundo adfertur hæc consideratio, quando lex vt hic subrogat loco obligationis aliquam poenam: tunc illa & subrogatio dicitur alternatiua, ac si debitor alternativè esset obligatus. l. miles. §. decem. in prima resp. n. de re iudic. & scribit Bar. in l. stipulationes non animantur. quest. 7. de verb. oblig. Atqui in obligatione & alternatiua si creditor recipit vnum, in possibilibus, quod recipiat alterum. l. si non fortem. §. si decem. infra de cond. ind. Ergo protestatio nihil operatur contra ea quæ sunt in possibilibus. simili argum. vtitur Guido Pap. quest. 172. col. 1. vers. & est ratio.

Cæterum facile responderet in specie nostra esse saltam illam maiorem propositionem, cum æstimatio quantiplurimi, non sit alternativè subrogata loco fortis principalis, quandoquidem creditor si vult potest vtrumque contingi, hoc responso Iuliani probatur, & alius similibus supra allegatis.

Tertio accedit, quod aut volumus dicere hanc æstimationem peti prima actione: & hoc dici non potest, quia solutione & fortis omnis tollitur obligatio, & per consequens actio. Aut noua actione: & hoc etiam dici non potest, quia nulla potuit contrahi obligatio, ex quo nil actum fuit. Ergo protestatio nil operatur, cum reteruare non possit, quod non est. Respondetur argumentum posse procedere, quando ipse creditor recepta solutione fortis fuisset protestatus. Nam serò nimis id fecisset, nempe iam extincta omni obligatione: secus est nostro in casu, vbi protestatio adhibetur ante receptionem, vel in eo instanti. Ita simile tradit Bartol. in l. Modestinus. colum. 2. numer. 6. ff. de solutio. cum ait, quod si fideiusor & peti sibi cedi actiones, erunt illæ cedendæ, si petium id sit ante perfectam solutionem. Præterea cum in casu nostro res deterior & sit reddita, non dicitur reddita. l. in hac. in fin. ff. de cond. trit. l. 3. §. si reddita. ff. commod. l. Iul. §. 1. de verborum obligat. Ergo non est extincta obligatio.

Tertius est casus, quando debitor & expressè contradicit protestationi factæ a creditore sibi saluum esse ius consequendi æstimationem quantiplurimi. Hoc in casu poterit adhuc creditor agere, vt eam æstimationem consequatur.

Primò ea ratione, quia creditor recipiendo fortem principalem, dicitur liberasse debitorem sub quadam conditio-

ne, vt æstimationem quantiplurimi deinde præstaret, argu. l. si mulier. & l. si quis accepto. infra de condi. causis dat. vbi qui de sub condicione dicitur dedisse, vt causa sequatur.

Secundò satis superque fundata est intentio creditoris recipientis, qui protestatione sua conseruat sibi ius suum. l. si filius. ff. ad Senatuse. Macedoni. & dixi sue loco. Nec debitoris contradictio aliquid operatur, vt mox deluendo contra-ria dicemus.

Tertio accedit (vt dicebat hic Deci.) quod creditor iustè protestatur, ex quo non cogebatur recipere fortem sine æstimatione quantiplurimi, in text. acceptam. C. de usuris. Ergo contra illa debitoris contradictio est iniusta, & propterea reicienda.

Non obstant nunc aliquot rationes, quæ in contrarium adferri solent. Et primò adfertur ratio, quæ vltus est in finali Bar. in l. 1. n. 8. ver. tertio quæro. ff. de solutio. quando debitor soluit, & contra dicit protestationem creditoris, dicitur eo animo soluere, vt nil amplius ab eo petatur, quod repetere possit solum. Ergo protestatio creditoris nil operatur, repugnante contradictione debitoris. Cæterum respondet Dec. colum. 3. vers. in contrarium facit, quod non obstant contradictione debitoris soluentis possit creditor retinere solum, ex quo est ei solutum, quod iure debebatur: cessat ergo repetitio. l. repetitio. ff. de cond. ind. Et sicut dixi supra, creditor iustè protestatur, ex quo non tenetur recipere creditum sine vsuris. At in illa questione a Bartol. proposita diuersum est (ait Dec.) quia vbi creditor inuegebat: cum ad debitoris voluntatem esset pecunia competenda.

Secundò adfertur text. in l. 2. in fin. in principio si quis cautio, in illis verbis. Ergo requiritur vtriusque partis confessus, qui dicitur protestatio nil operatur. Et textum hanc a nullo vtriusque, contra Bartol. & aliorum relatan. opinionem, ait Iaf. in d. l. vltim. colum. pe. in fin. de eo quod certo loco. Verum facile respondetur ex sententia Curtij Iun. hic numero octavo, dicitur l. si quis cautio. loqui in transactione, quæ vt vultur, a partibus debet esse approbata. Et qua quidem transactione subsistente, etiam interesse subsistit, & vnum sine altero stare non potest, nisi expressè dicatur. Ibidem. in transactione recessum est a poena, cum transactio & facta a partibus, vel reuocato hinc inde. l. 1. ff. de transactio. cum ergo in partium conuentione recessum fuerit a poena, vt illa de reuoc. extranactione, debet de ea specialiter fuisse actum in implacit transactione, cum non nisi vtriusque speciali consensu confici solet.

Tertio alia ratione vsus est Iaf. in d. l. vltim. colum. pe. in fin. de eo quod certo loco. quam ita deducit. Protestatio contraria & facta nil operatur. cum M. Ferrar. de iustit. & solutio. iudic. de appell. & vtroque in loco Doctores. Arqui quando creditor recipit fortem, adhibita protestatione, illa protestatio est receptio aduersatur. Ergo nil debet operari. Cæterum facile respondetur, quod imo protestatio non est contraria facta, cum factum veretur circa vnum, nempe circa fortem principalem, & protestatio circa aliud, nempe reservationem iuris, quoad æstimationem quantiplurimi, vel interesse.

PRÆSUMPT. XLVI.

Contrahentem aliquidve acquirentem præsumi proprio, non autem alieno nomine contraxisse, & acquisiuisse.

SVMARIA.

- 1 Contrahere nomine proprio quilibet præsumitur.
 - 2 Negotia propria curare quam aliena prius, quis præsumitur.
 - 3 Charitatem a se ipso incipere, a natura homini inditum est.
 - 4 Soluens suo nomine præsumitur soluere.
 - 5 Actus quilibet proprio nomine gestus præsumitur, etsi gerat alieno nomine quoque potuisset.
 - 6 Nouationem faciens seipsum liberare voluisse præsumitur, non obligare pro alio.
 - 7 Acquisita præsumuntur propria pecunia quæ sita.
 - 8 Contrahens nomine alieno præsumitur contraxisse, si ad id erat obligatus.
- Idem si contraxerit nomine officij, nu. 6. Vel id appareat coniecturis, num.

Contrahit aliquidve acquirit, præsumitur proprio nomine, non autem alieno, & contrahere, & acquirere, l. Titium & Mæcium. §. perfectus. ff. de administrat. tut. & ibidem Barr. & idem in l. patruus. C. communia vtriusque indic. idem responderunt Corne. in cons. 61. colum. 2. lib. 1. Dec. in cons. 7. n. 5. Et ratio ducitur ab alia iuris præsumptione, qua dicimus, quemlibet præsumi prius & curare propria negotia, quam aliena, l. que seruandam. ff. de scriptis. verb. & c. qui vult, de lien. l. que seruandam. ff. de præsumpt. reg. 1. præsum. panit. dist. 3. & scribit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsum. §. 2. quæ rationem rationis subiungit, quia a natura insitum & est homini vt charitas a se ipso incipiat, l. præses. C. de seruit. & aqua. Hanc præsumptionem comprobat illa, qua dicimus, soluentem & præsumi soluere suo nomine, l. & magis. ff. de solut. & diximus infra in præsumpt. 136.

Confert & l. Papinian. ff. manda. qua probatur, fideiussorem soluentem præsumi suo nomine soluere, quem text. sic in hanc sententiam annotauit Luc. de Pen. in l. 3. col. 4. vers. 30. præsumpt. C. de apoch. publi. li. 10. Ita dicimus, quod quilibet actus, qui geritur nomine proprio, & nomine alieno, præsumitur gestus nomine proprio: quemadmodum tradunt Barr. in l. gerit. num. 9. ff. de acquir. heredit. Corne. in cons. 310. nu. 7. lib. 3. Soc. Sen. in cons. 113. lib. 4. & Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 5. in fi. Accedit quod respondit Crauet. in cons. 282. colum. 3. vers. octauo confidero. Cum dixit, eum qui & nouationem fecit, præsumi voluisse se ipsum liberare, non autem pro alio obligare.

Confert quod dicimus, acquisita præsumi & propria pecunia, non autem aliena. Barr. in l. 2. ff. pro soc. & in l. Titium. §. altero. nu. 2. vers. ff. verò dubitetur. ff. de administrat. tut. Bald. in l. vlt. num. 2. C. de pign. Deci. in cons. 20. num. 10. Paris. in cons. vlt. n. 19. Crauet. in cons. 191. nu. 8. & in cons. 244. num. 6. vide quod scripsi in cons. 213. numero 36. vbi de emente ex pecunia hereditaria.

Cæterum hac de re verba faciens Bald. in l. si patruus, numero quarto. C. communia vtriusque indic. scribit, conueniendum esse ad coniecturas, quas infra commemorabimus.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt locum non habeat, quando hic contrahens & acquirens & erat obligatus contrahere & acquirere nomine alterius. Nam tunc is contrahens acquirensque præsumitur ea fecisse nomine illius. Ita Bald. in d. l. si patruus, num. 5. C. communia vtriusque indic. quem secutus est Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. nu. 2. similia dicemus infra in præsumpt. 80. Confert quod scribunt Aretin. Soci. & Dec. in l. singularia, n. 2. notab. ff. certum peti. quod si iussi meo debitori, vt soluat et, cui volo mutuae, & is numeret, præsumitur numerasse in executionem mei mandati a se suscepti.

Declaratur secundò, vt non procedat quando quis nomine & officij contraxit, & quesuit. Nam tunc præsumitur contraxisse, & acquisiuisse eis, quorum nomine & causa gerebat officium. Ita Alciat. in d. præsumpt. 24. numero 4. ver. & non possit allegare. Idem scripserunt Barr. in l. Titium. §. altero. col. 1. & 2. ff. de admitt. tut. & Bald. in l. si patruus. C. commun. vtriusque iud. vbi tutor & de re spectante ad pupillum præsumitur nomine pupilli contrahere, & dicemus infra in præsumpt. 49.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando coniecturis & constaret contrahentem & acquirentem voluisse contrahere & acquirere nomine alieno, sicuti in eo qui nomine communi negotiari solet, is enim communi etiam nomine acquirere præsumitur. Ita Bald. in l. si patruus, num. 4. C. communia vtriusque indic.

PRÆSUMPT. XLVII.

Contrahentem pacifcentemque præsumi etiam contrahere, & pacisci nomine suorum hæredum.

SVMARIA.

- 1 Hæredum suorum nomine pacisci & stipulari quis præsumitur.
- 2 Hæres eadem persona cum defuncto.
- 3 Stipulatio & pactum radicatum prius in persona pacifcentis, transit ad hæredem.
- 4 Stipulationes & pacta, realia non personalia sunt, & in hæredes actiue transiunt & passiuè, nu. 5.
- 5 Pactum etiam tacitum vt pacifcentis hæredi prostr. factum præsumitur.
- 6 Privilegia etiam pro hæredibus acquisita præsumuntur.
- 7 Stipulatio pro se etiam in damnum promittentis hæredibus suis præsumitur stipulatus.

Idque procedit, quamuis taxatiue pro se tantum esset stipulatus, num. 9.

Et id de hærede intelligendum etiam est, quia præter defuncti spem succedit, num. 10.

Stipulatio aut pactum super re ad hæredes non transmissibile non comprehendit hæredes.

Vfus fructus ad hæredes non transmittitur.

Emphyteusis Ecclesiastica, non ad omnes, sed quosdam tantum hæredes transiit.

Feudum quod de sui natura non est transmissibile, pro hæredibus non præsumitur acquisitum.

Pactum circa factum persone coherens initum, non præsumitur pro hæredibus initum.

Pactum personale de non petendo, non egreditur personam pacifcentis.

Differimus superiore præsumptione, quod contrahens præsumitur contrahere nomine proprio, differamus nunc, quod contrahens, pacifcens & stipulans præsumitur etiam facere & nomine suorum hæredum, l. si pactum ff. de probat. cuius sententiæ ea est ratio, quia hæres est eadem persona & cum ipso defuncto, qui contraxit, vt in Auth. de iureiur. a morien. præst. in prin. Et rationem hanc considerauit Alciat. in libr. 3. par. 13. cap. 13. & latissimè Calcan. in cons. 18. ostendit hæredem eandem esse personam cum defuncto, & Craue. in cons. 428. num. 13. Et hanc iuris præsumptionem probant omnes in d. l. si pactum. Luc. de Pen. in l. 3. colum. 7. vers. 178. præsumpt. C. de apoch. publi. libro 10. Iafon in l. quod dicitur, in fi. ff. de verbor. oblig. qui scribit, pactum & stipulationem & prius radicari in persona pacifcentis, & deinde transire in eius hæredem. Ex quo intelligimus, pactum & stipulationem & præsumi realia, non autem personalia, sicuti ex d. l. si pactum. annotauit tibi Florian. numero 1. Et idè dicimus omnia pacta actiue & passiuè & transire in hæredes, l. veteris. C. de contrahend. & committent. stipulat. quam sententiam late comprobant Iafon in cons. 217. colum. 1. vers. primò quia. libro secundo. & Tiraquell. de retract. conuentionali. §. 1. gloss. 6. num. 1.

Extenditur hæc præsumptio, vt locum habeat etiam in pacto & tacto. Nam & illud præsumitur factum, vt profit hæredi pacifcentis, l. tale pactum, in prin. ff. de pact. vbi Barr. & Iaf. & Florian. in d. l. si pactum, num. 1. qui dixit, etiam pactum tacitum præsumi reale.

Extenditur secundò, vt locum habeat hæc præsumptio etiam in & privilegij, quæ acquisita præsumuntur pro hæredibus, l. forma. §. quamquam. ff. de censib. & in specie respondit Soci. Sen. in cons. 59. num. 7. lib. 1. & de privilegio emptionis & immunitate idem censuit late Iaf. in cons. 217. lib. 2. idem scripsit Florian. in d. l. si pactum, num. 4. cum dixit, privilegium præsumi reale, non autem personale. qua de re dicemus infra in præsumpt. 109.

Extenditur tertio, vt procedat etiam ad damnum ipsius & promittentis, sicuti quando venditor promittit de euictione pro suo dato, & facto, præsumitur etiam promississe pro facto sui hæredis. Ita Alex. in cons. 18. col. vlt. lib. 5. quod habet locum secundum eum, etiam si taxatiue facta est promissio. qua de re mox dicemus.

Extenditur quarto, vt locum habeat etiam, quando taxatiue & quis pro se tantum pactus, stipulari que est, vt si venditor pactum adiecit, vt ei tantum liceret rem venditam redimere. Nam & hoc casu præsumitur pactum hoc adiectum pro ipsius venditoris hærede, vt & ipse redimere possit. Ita Tiraq. in tract. conuen. §. 1. gloss. 6. nu. 10. in fin. etsi aliter scripserunt Cagno. in l. 2. num. 44. C. de pact. inter empt. & vend. Bertrand. in cons. 158. lib. 1. & Borgn. Caualecan. in decis. 16. nu. 3. par. 2. quorum rationes & argumenta confutauit in cons. 801. reddidit pro Pico Casal. & vbi dixi opinionem Tiraquell. maxime procedere in filio hærede, qui non dicitur exclusus, etsi promissio est taxatiue facta, & idem respondit late Crauet. in cons. 428. numero quarto, & nono. libr. 3. & latissimè comprobauit eo simili, quod si quis ad sui obligationem promittit taxatiue, dicitur etiam promittere pro suo hærede, sicuti quando venditor promittit de euictione pro suo dato, & facto tantum, dicitur etiam promittere pro facto sui hæredis.

Extenditur quinto, vt locum habeat hæc præsumptio etiam pro hærede, qui præter spem defuncti succedit. Ita extendit Florian. in d. l. si pactum, in fine. ff. de probat. adductus notab. text. l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt locum non habeat, & quando pactum, vel stipulatio adiecta fuit super re & actu non transmissibili ad hæredes. Exemplum adferri potest primò in usufructu, is enim non & transmittitur ad hæredes, l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verb. oblig. & l. si usufructus. ff. de nouat. Et propterea si promittitur usufructus, non prodest

factum hæredi eius, cui promittitur, ut in specie annotavit Flor. in d. l. si pactum, nu. 5. Est & secundum exemplum in emphyteusi & ecclesiastica, quæ non transit ad omnes hæredes, sed ad quosdam tantum, & propterea, qui eam sibi est stipularis non præsumitur etiam pro hærede. Ita Floria. in d. l. si pactum, num. 6. Est hinc simile quod dicimus de feudo, & quod cum sui natura non sit ad hæredes transmissibile, non præsumitur æquisitum pro hæredibus, ut post alios scripsit Olfac. in decis. 161. nu. 12. in fi. Cæterum hac de re differemus infra in præsumpt. 94. ubi explicabimus, an feudum præsumatur hæreditarium, vel ex pacto & providentia. Tertium est exemplum in facto, quod & coheret personæ, sicuti est industria hominis. Nam tunc non præsumitur pro hærede patrum in utroque in specie scripserunt Floria. in d. l. si pactum, nu. 7. & ibid. Iacob. nu. 5. post Bart. & alios in l. si scilicet stipularis, ff. de verb. obl. & in l. veteris. C. de contrab. & committ. stipul.

Quartum est exemplum in pacto personali de non petendo, quod sui natura non egreditur personam paciscentis, & ideo hæredi non prodest, l. si tibi. s. si pact. & l. nisi. ff. de pact. & ibid. Dd. & in specie Floria. in d. l. si pactum, nu. 9.

PRÆSUMPT. XLVIII.

Patrem acquirentem pro se & filiis, præsumi acquirere voluisse filiis, ut hæredibus.

SVMMARIA.

- 1. Pater acquirens pro filiis, præsumitur non ut filiis, sed tanquam hæredibus acquirere.
- 2. Ratio huius quæ sit, nu. 2.
- 3. Hæredem habere honor est non modicus.
- 4. Stipulari alteri nemo nisi hæredi potest.
- 5. Stipulari potest pater filio, non tamen ut ei acquiratur.
- 6. Stipulatus pater filio ut hæredi, tanquam extraneo id acquiratur filio.
- 7. Pater filius ut filius tantum præsumitur stipulatus, si sibi stipulatus non sit.
- 8. Idem si pater aliter sibi, aliter filius sit stipulatus, nu. 8.
- 9. Aut stipulatur aliquid personæ coherens, nu. 9.
- 10. Aut tale quod ad filios, ut tales, non tanquam hæredes transmittat, nu. 10.
- 11. Vel adiecta sit aliqua conditio id significans, nu. 15.
- 12. Emphyteusim ecclesiasticam stipulatus pater filius, eam ut talibus, non ut hæredibus præsumitur stipulatus.
- 13. Et eam consequi potest filius, etiam patris hereditate repudiata, nu. 12.
- 14. Dotem pater filiabus stipulatus, præsumitur stipulatus tanquam filiabus, non tanquam hæredibus.
- 15. Donare pater filio tanquam tali, non tanquam hæredi, præsumitur.

Cum pater aliquid pro se & filiis acquirat, acquirere præsumitur pro filiis, non ut filiis, sed ut hæredibus. Ita glof. in l. si tibi. s. si pactus. ff. de pact. & ibidem Bart. num. 8. & idem Bart. in l. quod dicitur patrem ff. de verb. oblig. & ibid. Ial. numero 27. & Alciat. numero 28. Alexand. in consil. 124. libr. 5. & in consil. 31. numero 7. libro 6. Corne. in consil. 228. colum. 2. in fin. libr. 1. & in consil. 13. numero 5. libro 3. Aretin. in l. Gallus. s. quidam recte. & colum. pen. in fin. & ibid. Rube. num. 149. & idem in consil. 49. nu. 2. Ale. in tract. de præsum. regu. 3. præsum. 31. & in reg. 3. præsum. 32. num. 2. Soc. Iun. in consil. 144. nu. 77. li. 3. & scripsi in consil. 255. n. 17. libr. 7.

Eandem esse rationem æstimavit glof. in d. s. si pactus. quia verisimile est patrem & cogitare, filium sibi hæredem futurum, l. scripto. ff. unde liber. Et accedit præsumi patrem consilium voluisse proprio honori, & quoniam modicus existimatur, hæredem habere. s. valde. in Inst. quib. ex caus. manumittere licet, vel non. Præsumitur etiam habere voluisse filium hæredem, ut æs alienum soluat, ipsiusque patris conscientiam exoneret, c. ma. de vsur. afferri etiam solet alia ratio, quod nemo & alteri stipulari potest. s. alteri. in Inst. de inutil. stipulat. sed hæredi tantum, l. si factum ff. de probat. & licet pater & stipulari possit filio. s. ei. verò qui. In Inst. de inutil. stipulat. attamen id operatur, ut patri acquiratur, non autem ut acquiratur, ipsimet filio, ut nostro in casu, in quo dum pater & stipulatur filio ut hæredi stipulatur, ut ei, tanquam si esset extraneus, acquiratur.

Declaratur primo, ut non procedat, & quando pater non esset sibi stipulatus, sed tantummodo filiis. Nam tunc præsumitur stipulatus esse illis tanquam filiis, non autem tanquam hæredibus: cum stipulatio non à persona patris, sed à persona filiorum incipiat. Ita declarat Alex. in d. l. quod dicitur

patrem. & Ial. num. 27. ff. de verborum oblig. & ibidem Alciat. & idem in d. præsumpt. 31. num. 1. vers. secundo limitatur. Quam dem declarationem probant per quodcumque s. si quis ita. ff. de verborum obligat. ubi pater simpliciter stipulatus filie daci post mortem suam, intelligitur quod ei sit stipulatus, tanquam filie, ex quo suam ipsam personam non admisit. Dissentit tamen ab hac declaratione Rub. in d. s. quidam recte. ff. de num. 150. duabus rationibus, quas referre superedeo. Et hæc quidem declaratio locum habet etiam, quando pater filio stipulatur ab eo, de quo ipse filius est benemeritus. Nam & tunc præsumitur ei stipulatus esse ut filio, non autem ut extraneo: sicuti hæc esse veritatem & æquior sententiam scripserunt Ial. in d. l. quod dicitur, num. 20. ff. de verborum obligat. & Alciatus de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 30. ad fin. reiecta opinione Bartol. in l. si tibi. s. pactus, numero quarto. ff. de pact. & in d. l. quod dicitur, numero tertio, ubi Alexand. num. 15. dixit esse communem, quod hodie verum non esse existimo.

Declaratur secundò, ut locum non habeat, quando pater & aliter sibi, aliter filio est stipulatus. Hæc enim diffinis stipulatio, arguit patrem stipulatum fuisse filio, ut filio, non autem ut hæredem. Ita Bartol. in d. l. quod dicitur patrem, numero 3. & ibidem Aretin. numero 4. Alexand. numero 5. Iason numero 28. & Alciat. num. 15. & idem in d. præsumpt. 31. numero 1. vers. quando limitatur. adducti ex l. au. ff. de pact. qui tamen aliter ab Alberico, Castensii, & Fulgoscio ibi, intelligitur, & quos secutus est Rube. in d. s. quidam recte, num. 149. vers. primus casus. quin vers. tertius est casus. aliter declarat. Adduci etiam solet Suisa, in princip. ff. de don. caus. mer. quam aduersus Aretin. perpendit Ial. in d. l. quod dicitur, n. 28. qui pariter perpendit text. l. 2. s. ex his. ff. de verb. oblig. Hanc declarationem non admittit Rub. in d. s. quidam recte, nu. 151. eisdem rationibus, quibus improbat & præcedentem.

Declaratur tertio, ut non procedat hæc præsumptio, quando pater stipulatur aliquid coherens & personæ, & reputat, ut fundi, vel privilegium immunitatis. Hoc sane casu præsumitur quod pater sit stipulatus filio, ut filio non ut hæredi. Ita declarat Alciat. in d. præsumpt. 31. vers. tertio limitatur. post Bald. Imol. & alios in d. l. Gallus. s. quidam recte ff. de lib. & posthum.

Declaratur quarto, ut non habeat locum hæc præsumptio in his, quæ transeunt ad filios, & tanquam ad filios, non ut ad hæredes, ut est emphyteusis ecclesiastica. Hoc enim casu præsumitur, quod pater eam & stipulatus sit filio, ut filio, non autem ut hæredibus. Ita Bart. in l. si tibi. s. si pactus. n. 9. ff. de pact. & in d. l. quod dicitur. num. 4. ff. de verb. oblig. & ibidem Ial. num. 29. qui testatur hanc esse communem sententiam, quam probavit etiam Alciat. in d. præsumpt. 31. num. 1. & scripsi in consil. 255. num. 18.

Quocirca inferitur, filium, cui pater stipulatus est emphyteusis ecclesiasticam, posse illam & consequi, repudiata patris hereditate, sicuti præcitant Doctores scribunt: & aliis accedunt Ancharan. in consil. 25. Alexand. in consil. 8. num. 4. & in consil. 27. num. 5. libr. 3. in consil. 119. num. 6. & in consil. 129. nu. quib. 5. Corneus in consil. 13. libr. 3. Iason. in l. si non forem. s. liberus, numero 15. ff. de condit. indebit. Decius in consil. 319. & in consil. 41. num. 7.

Idem de feudo respondit Deci. in consil. 78. num. 5. Verum quia hoc pendet ab ea disputatione, an in dubio feudum præsumatur hæreditarium, vel ex pacto, & providentia: propterea suo loco explicabimus. Prædictis accedit, quod egregie respondit Corne. in consil. 288. colum. 2. in fi. & col. 3. libr. 1. Cum dixit, quod si pater stipulatur & dotem filiabus, præsumatur illis stipulatus non ut hæredibus, sed ut filiabus. Ea ratio, ne usus est Corne. quia dotem filias propriam est patris, qui liberos. ff. de rit. nupt. Non autem hoc convenit extraneo, nec ab eo postulatur. Nam hæres esse possit extraneus, quam stipulator dotare non tenetur. Nec solent homines habere curam nuptiarum extraneæ.

Declaratur quinto, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando pater donavit filio. Nam tunc præsumitur ei donare & ut filio, non ut hæredi. Ita in specie declarat Bald. in l. si tibi. cuius, numero 7. C. famil. erc. Et ratio esse potest, quia hic considerabatur affectio quedam singularis erga personam ipsius filij.

Declaratur sexto, ut non procedat prædicta præsumptio, quando in stipulatione & adiecta fuit aliqua conditio, significans patrem stipulatum fuisse filio, ut filio, non ut hæredibus, ut pura strares invicem stipulati sunt dotes pro filiabus, si relictis illis filiabus legitimis & naturalibus decesserint. Ita respondit Corn. in d. consil. 288. col. 3. ver. quod tertio confirmatur lib. 1.

Hic annecti potest illa egregia disputatio, quando concessio facta est alicui pro se & hæredibus, de quibus intelligi debeat, an scilicet de filiis & descendens, vel de extraneo.

Qua de re copiose differui in consil. 255. num. 17. cum multis subsequens lib. 3. ubi constitui atque distincti octo casus, quos brevitatis gratia non refero.

PRÆSUMPT. XLIX.

Quando procurator nomine sui principalis contraxisse præsumatur, & quando quis nomine alterius idem fecisse creditur.

SVMMARIA.

- 1. Procurator ad contrahendum constitutus, nomine constituentis contrahere præsumitur.
- 2. Idque procedit etiam certo pacto adiecto, num. 13.
- 3. Vel si post aliquod tempus procurator is contrahat, n. 14.
- 4. Actus sequens præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus.
- 5. Stipulationem de reddendis decem, ob mutuum præcedens factam præsumi.
- 6. Fideiussor præsumitur fideiussisse pro causa, pro qua in actu præcedenti fuit tractatum.
- 7. Tutor contrahendo de re ad pupillum spectante, nomine pupilli agere præsumitur.
- 8. Creditor mandans debitori, ut numeret Sempronio, quod causa mutui debet, præsumitur numerando causa mutui facere.
- 9. Vasallus suscipiens inuestituram, & iurans fidelitatem, in executionem mandati à domino facti, facere præsumitur.
- 10. Nauta promittente merces vehere, illis in navem illatis, ad executionem præcedentis tractatus factum præsumitur.
- 11. Laudum ab arbitrio prolatum præsumitur eam ob causam, ob quam ferri debuit.
- 12. Administrationis rationem reddi petens, quid exprimere debet.
- 13. Promittente nomine proprio qui tenetur, si id factum appareat, præsumitur ob causam antecedentem.
- 14. Mandato factio de interficiendo Seio, homicidia in executionem illius præsumitur fecisse.
- 15. Traditio semper in consequentiam contractus venit.
- 16. Procuratorem nomine constituentis contraxisse præsumi, locum quomodo non habeat contra tertium.
- 17. Leges nemo præsumitur ignorare.
- 18. Procurator contrahens non expresse nomine procuratoris, suo nomine contraxisse præsumitur.
- 19. Hæredem se in instrumento contractus asserens, contractum tanquam talis inisse præsumitur.
- 20. Nuncios alteri, ne in fundo Sempronij fabricet, tanquam illius procurator facere præsumitur.
- 21. Civem se asserens in contractu, is cum eo ut civis præsumitur initus.
- 22. Procurator habens mandatum generale, simpliciter contrahendo præsumitur nomine proprio facere. Vide declarationem, numero 25.
- 23. Actus qui nomine tam proprio, quam alieno fieri potest, præsumitur nomine proprio factus.
- 24. Persona extrinseca in actu non subintelligitur.
- 25. Procuratore contrahente super negotio, quod ad dominum pertinere non potest, cui acquiritur.
- 26. Procuratorio nomine non præsumitur quis contraxisse, ubi delictum resuleret.
- 27. Procurator non acceptans mandatum, utrum contrahendo præsumatur nomine mandantis facere.

PROCURATOR constituitur ad emendum, vel alium contractum celebrandum, si simpliciter emit, vel aliter contrahit, præsumitur & contrahere nomine illius, à quo iam fuit constitutus. procurator, l. pignori. s. ult. ff. de vsucap. Bald. in l. si pater. C. commun. viris que iud. Bart. in l. qui in aliena. s. is qui putat. ff. de acqui. her. & ibidem Angel. Imol. Comen. & Alexand. in l. post dotem. ff. solut. matrim. & ibidem Iason num. 75. idem in l. 1. s. nunciatio, num. 3. ff. de noui oper. nunciat. Masil. in l. statuliber. n. 8. ff. de quest. Socin. in tract. fallent. in verb. mandatum. alias est regu. 253. Alciat. in tract. de præsumpt. regu. 2. præsumpt. 24. num. 2. & Tyraquell. in tract. de retract. convention. ad fi. nu. 117. Bologn. in d. l. post dotem, num. 101. Et huius sententia est ratio, quia aliis hic qui mandatum suscepit, delinqueret fallendo fidem mandantis. Bal. in l. salicissima. C. de in quibus non domino mancipi. & Aretin. in d. l. qui in aliena. s. is qui putat. ff. de acqui. hered. Et confert egregius ad rem hanc locus M. Cice. in Oratio. pro Sext. Rosæ. Amerin. cuius verba

hæc sunt: In primatis rebus si quis rem mandatam non modò malitiosus gessisset sui questus, aut commodi causa, verum etiam negligentius, cum maiores summum admisisset dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe, quam fuerit. Hæc Cicero: qui sententia huius egtegiæ commemorat rationem, quam, ne nimius sim, referre superedeo. Accedit & ratio, quod & actus sequens præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus, l. 4. s. unde queri potest. ff. de manumiss. l. post dotem. ff. solut. matrim. ibi, filie voluntate. l. qui in aliena. s. is qui putat. ff. de acqui. hered. l. si servus communis. ff. de stipul. servor. & l. ultim. vers. quod enim. C. per quas perso. nobis acquir.

Hinc scripsit Bartol. in l. triticum, num. 5. ff. de verbo. oblig. quod stipulatio & de reddendis decem, præsumitur facta propter mutuum præcedens. Et Bartolom. secuti sunt in d. l. triticum. Alexand. & Iason num. 25. Masil. in d. l. statuliber, nu. 8. ff. de questio. Alciat. in d. præsumpt. 24. num. 2. Crauet. in consil. 131. num. 14. & simile est quod tradit Deci. in l. certi conductio. s. si nummos, num. 13. 15. ff. de cert. per. secuta numeratione præsumi factum ob præcedentem stipulationem, ut illa impleatur.

Hinc etiam respondit Alexand. in consil. 25. lib. 2. fideiussorem præsumi & fideiussisse pro causa, pro qua fuerat tractatum in actu præcedenti. Et præsumitur de ea præcisè actum, quando incontinenti contractus est secutus. Idem Alexand. in consil. 197. num. 12. lib. 2. Et illum securus est Alciat. in d. præsumpt. 24. num. 2.

Hinc etiam dicimus, quod tutor & contrahendo de re spectante ad pupillum, præsumitur nomine pupilli contrahere & agere, l. qui negotiationem. in principi. ff. de administrat. tutor. l. post mortem. s. 1. ff. quando ex facto tutor. Et tradunt Bald. in l. parvus, colum. 2. C. communia viris que iudic. Corne. in consil. 27. nu. 7. libr. 2. Alciatus in d. præsumpt. 24. num. 2. & scripsi supra in præsumpt. 46. in 2. declarat. nu. 9. Et in specie procuratoris idem respondit Deci. in consil. 77. num. 3. in fi. Idem de alio administratore responditur Crauet. in consil. 13. nu. 6. & Gratus in consil. 188. num. 16. libr. 1.

Hinc etiam dicimus, quod si creditor & mandat debitori, ut numeret quod debet Sempronio causa mutui, & is debitor simpliciter numerat, præsumitur numerare ob causam mutui nãdaram. Ita Soc. Sen. in l. singularia, in 2. notab. ff. de cert. per. & ibidem Deci. & Cagnol. in l. lect. num. 20.

Hinc etiam respondit Barbat. in consil. 11. colum. 6. num. 13. libr. 2. quod vasallus & suscipiens inuestituram, & iurans fidelitatem, id facere præsumitur in executionem mandati à domino facti.

Hinc tradit Socin. in l. 2. colum. ultim. vers. u. aliquando & queri ff. de condit. & demonstrat. quod & si nauta promissit vehere merces aliquas, & deinde apparet illatas fuisse in navim, præsumitur id factum in executionem præcedentis tractatus. Et Soci. securus est Rain. in consil. 122. num. 7. libr. 4. qui simile asserit.

Ita pariter dicimus, laudum & ab arbitro pronunciatum, præsumi prolatum ob causam illam, quam ferri debuit. Ita responderunt Caltrant. in consil. 136. v. s. & consideratis, libr. 1. Corne. in consil. 126. libro quarto, & Crauet. in consil. 202. num. 18.

Ita pariter idem Crauet. in consil. 131. num. 14. quod petens reddi rationem & administrationis, exprimere debet res & quantitates administratas: si ergò Actor in prosecutione causæ simpliciter res ipsas exprimit, & specificat, præsumitur id fecisse ob causam ipsam administrationis.

Huc facit, quod respondit Soc. Sen. in consil. 68. col. pen. vers. unde non video. lib. 3. quod si quis tenetur promittere proprio nomine, & deinde apparet eum promississe, præsumitur ob causam antecedentem, nempe proprio nomine.

Hinc etiam dicimus, quod si quis mandat Siem & interfici, homicidia præsumitur fecisse in executionem præcedentis mandati. Ita Innocen. in c. ad audientiam, de homicid. Bart. in l. non solim. s. mandato ff. de iniur. Imo. in Clement. 1. de panis. Roman. in l. post dotem. ff. solut. matrim. & ibidem Alexand. & Ial. in l. 1. s. nunciatio, nu. 3. vers. quarto facit. ff. de oper. novi nunciat. qui hoc verum esse affirmant, etiam si Seius ille fuerit ex intervallo occisus. Idem tradunt Curt. Sen. in l. pater a novissima. C. de pact. & Masil. in l. statuliber, num. 7. de questio. & l. unica, nu. 426. C. de rapto virginum. Et confertur quæ mox dicemus.

Extenditur primò, ut procedat etiam quando procurator fuit & constitutus ad celebrandum contractum, certo adiecto pacto, sicuti in eo, qui factus fuit procurator ad vendendum adiecto pacto de tetrouendendo. Nam tunc si procurator simpliciter vendit, præsumitur vendidisse cum eo pacto, modò emptor scivit procuratorem illum fuisse constitutum. Ita Afflic. decis. 285. num. 21. & Tyraquel. de retract. conventi. ad fin. num. 116.

14 Extenditur secundo, ut procedat hæc præsumptio etiam si procurator per temporis intervallum emit, actumve mandatum executus est. Nam adhuc præsumitur fecisse in executionem ipsius mandati. Ita Inno. Comen. & Roman. in l. qui mihi donatum. ff. de donationibus. & idem Roman. in l. post dotem. ff. soluc. matrimo. Alcia. in d. tractatu de præsumpt. regu. 2. præsumpt. 24. num. 6. vers. limitatur tertio. qui ea ratione mori sunt, quod

15 traditio et semper venit in consequentiam contractus, iuxta l. quædam mulier. ff. de res vendi. de qua dicemus infra lib. 6. in præsumpt. 25.

His constat, minus rectè sensisse Bartol. in l. qui donatum. ff. de donat. Roman. in l. qui in aliena. §. si is qui putat. ff. de acquir. hered. & Alexand. in c. 25. numero 7. libro 2. & Socin. in tract. fallent. in verbo mandatum habens. Nec obstat l. multum, in fi. Cod. si quis aliter vel sibi. quia responderet Alciat. quod ibi præcedens ille contractus erat inualidus, & propterea traditio ad illum non refertur: & hinc etiam fit, quod ibi non adhibetur distinctio, an inconcinnus, vel ex intervallo fiat.

Declaratur primò, ut locum habeat præsumptio quoad mandantem & mandatarium: secus vero quoad tertium. Nam cum ipse procurator simpliciter contraxerit, poterit et tertius contra illum agere, tanquam sibi obligatum nomine proprio. Ita Bart. in d. l. qui in aliena. §. si is qui putat. ff. de acquir. hered. Comen. in l. post dotem. ff. soluc. matrimo. & ibidem Alexand. & Iaf. in l. 7. idem. Iaf. in l. 1. §. nunciatio. ff. de operis novi nunciatio. Socin. Sen. in c. 68. col. penult. libro 3. & Alciat. in d. præsumpt. 24. num. 4. & Tyraq. in tract. de retract. conuent. ad fin. num. 118. Et moti ij sunt argum. l. sed Iulianus. §. 1. ff. ad Macedo.

Et rationem illam esse scribit præcæto in loco Alciat. quia iste tertius est in præsumptio ignorantia mandati præcedentis, merito compelli non debet, ut agat contra dominum, cum quo fortè non contraxisset, si sciisset suo nomine contrahi.

Verùm (inquit Alciatus) si iste sciret mandatum secus esset: ex quo nemo præsumitur et ignorare leges. Et confert l. post mortem, vers. nisi forte creditor. ff. quando ex facto tuto.

Et non posset tertius iste allegare hanc ignorantiam, quando in ipso contractu apposta fuisset certa qualitas, quæ significaret illum contrahere cum illo tanquam procuratore, ut patet si nominaretur ille procurator. Nam illud nomen significat officium, sub quo dicitur contrahere. l. cum. ff. de inst. actio. & l. cum post. §. 1. ff. de administrat. tutor. & tradit Angel. Alciat. in tractatu malefactorum, in verbo, nec nò ad quædam, num. 27. vers. tertio non admittitur. Sicuti econtra, quando procurator contrahit nò expresse nomine procuratoris, sed solo nomine proprio, præsumitur suo nomine tantum voluisse contrahere. Ita Corne. in c. 9. num. 8. lib. 2. Iaf. in l. post dotem, num. 73. ff. sol. matr. & in l. 1. §. nunciatio. 4. ff. de opr. nou. nunc.

Huc pertinet doctrina Ange. in l. si proponas. §. 1. ff. de inoffic. testam. cum dixit, quod si quis in instrumento asseruit se et heredem, præsumitur cum eo fuisse celebratum contractum tanquam cum hærede.

Hinc etiam docuit Imol. in l. sed & ff. de acquir. hered. si quis in iudicio asseruit se patrem. & cum eo fuit litigatum, non poterit deinde ille contractum dicere, ex quo tanquam cum tali, lis fuit tractata, argumen. l. Pompon. §. rati. ff. de procurat.

Huc etiam facit text. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopr. vbi consideratur qualitas deducta in contractu, & quo nomine fiat, ut secundum eum valeat contractus, iuxta l. in familie. C. famil. ercisc.

Huc etiam pertinet, quod docuit Bartol. in l. si ab uno. C. de neg. gest. ex illo text. si quis vendit domum, præsumitur vendere tanquam procurator Titij. Et Bartolus secutus est Alex. in d. l. 1. §. nunciatio. ff. de operis novi nunciatio.

Similiter pertinet traditio Bartol. in l. si fundum per fidei commissum, de legat. 1. & ibidem Imol. & idem Bart. in d. l. 1. §. nunciatio. num. 7. ff. de operis novi nunciatio. si quis et alreij nunciatio, ne ædificet in fundo Sempronij. Idem scripserunt Feli. in c. cum M. n. 17. de consuetudine. & Iaf. in d. l. post dotem. num. 73. ff. soluc. matrimo.

Hinc etiam respondit Dec. in c. 283. n. 10. si in contractu quis asserit se et ciuem, præsumitur contractus cum eo tanquam cum ciue celebratus.

Declaratur secundo, ut non procedat hæc præsumptio, quando mandatarius præcedens fuisset valde generale. Nà licet tunc talis contractus ponatur in eo mandato comprehendit, tamen ex quo potest etiam esse, quod de eo non fuerit actum, quando procurator et simpliciter contraxit, præsumitur potius fecisse nomine proprio, l. 3. §. sed de tutore. vers. & si quidem. ff. iudicat. sol. Ita tradunt in specie Alexand. & Iaf. in d. l. post dotem. ff. soluc. matrimo. Alciat. in d. regul. 3. præsumpt. 24. num. 5. vers. limitatur secundo. qui motus est traditione Bart.

in l. gerit, num. 12. ff. de acquir. hered. Cum dixit, quod quando actus fieri potest nomine proprio, & nomine alieno, in dubio præsumitur factus nomine proprio, argum. l. & magis. ff. de soluc. Et dicemus infra, ubi explicabimus, cuius nomine & causa præsumatur facta solutio.

Et præterea accedit, quod persona extrinseca et in actu non tubintelligitur, l. si ita stipulat. §. Chryzognus, de verbor. obligat. Ceterum declarationem hanc intelligit Roman. in d. l. post dotem. ff. sol. matr. nisi et procurator iste generalis contraheret super re domini, vel communi, vel sub commemoratione officij. Nam tunc tanquam procurator diceretur contraxisse.

Declaratur tertio, ut non procedat hæc præsumptio, quando agitur de re et et negotio, quod pertinere non potest ad dominum, sed ad procuratorem tantum. Nam tunc non obicitur, quod sit facta mentio mandati, vel non, sed acquiritur ei, cui acquiri potest. Ita declarant gloss. in l. post mortem. §. 1. ff. quando ex facto tuto. Bart. in d. §. nunciatio. & Iaf. in l. 1. §. de operis novi nunc. idem Iaf. in l. post dotem. n. 75. ff. sol. matr. & Alciat. in d. præsumpt. 24. n. 7. vers. limitatur quarto.

Declaratur quarto, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando et resultat aliquod beneficium, si diceretur procuratorem contraxisse procuratorem nomine suo. Sicuti quando statutum prohiberet tertium in immobilia acquirere: prout exstat statutum hoc in Dominio Mediolanensi, in nouis conclusionibus in tit. de fanis.

Hoc sanè casu si forensis mandauit Cato subdito, ut emat, & is emerit, non præsumitur emisse nomine mandantis, siquillius forensis, sed nomine proprio. Et in specie declarat Alciat. in d. præsumpt. 24. num. 8. ex sententia Bald. in l. qui literas. C. mandati. & Alexand. in d. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciatio. Verum (ait Alciatus) si procurator faceret actum, qui non posset pertinere nisi ad dominum, ex ipso facto videretur acceptasse mandatum. Quod (inquit Alciatus) probatur in l. qui seruum. §. idem in c. ff. de nego. gest.

Declaratur quinto, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando et procurator ipse non acceptasset mandatum. Nam tunc non posset dici contraxisse nomine domini. Ita declarat Alciat. in d. præsumpt. 24. in fi. ex sententia Bald. in l. qui literas. C. mandati. & Alexand. in d. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunciatio. Verum (ait Alciatus) si procurator faceret actum, qui non posset pertinere nisi ad dominum, ex ipso facto videretur acceptasse mandatum. Quod (inquit Alciatus) probatur in l. qui seruum. §. idem in c. ff. de nego. gest.

PRÆSUMPT. L.

Acquisita à filio, quando ex bonis patris, vel propriis acquisita præsumantur.

SVMARIA.

- 1 Bona filij habitantis cum patre, & negocia illius administrati profecticia præsumuntur. Nisi tamen argentesiores coniecture in contrarium adsint, numero 2.
- 2 Bona filij habitantis seorsum à patre aduentitia præsumuntur, & ex eius industria acquisita.
- 3 Agens contra possessorem, nus probandi incumbit.
- 4 Bona filij nec cum patre, nec ab eo seorsum habitantis, quæ præsumuntur.
- 5 Militiam emptam filio à patre habente bona obligata, verum ex pecunia creditorum præsumamus emptam.

Dubitari frequenter solet, an quæ sita à filio præsumantur vel ex propriis bonis, vel sua industria, vel bonis patris acquisita, atque ita, an aduentitia, vel profecticia præsumantur. Bald. in l. cum oportet, in prin. num. 12. C. de bon. que liber. vilius est distinguere duos casus, tertium adiungemus nos.

Primus est casus, quando filius habitat cum patre, & bona ipsa patris administrat. Hoc casu præsumptio est, quod et si quæ sita sint, profecticia, atque ex bonis patris. Ita Bald. in d. l. cum oportet, n. 12. quem secutus est Calcaneus in c. 19. num. 4. Roland. in c. 90. num. 8. lib. 2. qui alios multos refert. & sequitur Macard. in conclus. 221. Et inquit Calcaneus in d. c. 19. num. 6. hanc esse præsumptionem naturalem & vehementem. Et eo in responso Calcaneus. colum. 1. multis rationibus & argumentis sententiam hanc comprobat, & præsertim l. familie licet. & l. filie. C. de collatio. Idem sensu Alciat. in tractatu de præsumptio. regu. 3. præsumpt. 25. Quæ quidem præsumptio maximè procedit, quando constat patrem dedisse aliquam summam pecuniarum ipsi filio, ut negociaretur, sicuti considerat Calcaneus in d. c. 19. numero 5. Et rursus hæc præsum-

prio magis & magis confirmatur, quando pater deinde filio tacente, & consentiente, declararet illa acquisita esse ex propriis bonis: quemadmodum quando pater rebus ipsis acquisitis, filium ipsum emancipat, & partem ipsorum acquisitionum, vel omnia per sua portione assignat. Ita considerat Calcaneus in d. c. 19. colum. 1. vers. sexto istam partem.

Declaratur tamen hæc præsumptio, ut locum non habeat, quando alius vrgentioribus et coniecturis apparere possit, filium aliunde acquisivisse, quam ex bonis patris, ut patet si ab extraneo habuit pecuniam, & ipse pater est adeo pauper, ut verisimile non sit, filium ex bonis patris acquisivisse: vel si filius est artifex, & ex lucro alia negocia capere pertractare. Hoc sanè casu præsumitur, quod non ex pecuniis patris acquisierit. Ita sensu Bald. in d. l. cum oportet, num. 12. post gloss. libi. Roman. in c. 159. in fin. Et idem concedit Calcaneus in dicto c. 19. numero 6. dum vult, esse considerandum personarum qualicatem. Idem manifestè docuit Lucas de Penna in l. facultas, in fine. C. de iure fisci, libro 10. Idem respondit Socinus Senior in c. 249. in fine. libro 2. & accedit Alcanius Clemens in commentariis de patria potestate, effectus. 1. num. 46.

Secundus est casus, quando filius seorsum habitat à patre, & negotiatur. Hoc casu præsumitur filius sua et industria acquisivisse, atque ita illa bona præsumuntur aduentitia. Ita sensu Bart. in tractatu de duob. fratrib. numero 5. & in d. l. cum oportet, numero 5. & apertius Bald. ibid. in princip. num. 12. Idem Bald. in l. ultra. ff. de donat. inter virum & uxorem. C. Alcan. in d. c. 19. numero 11. Ea ratione morus est Baldus, quia non tenetur filius dicere titulum suæ possessionis: sufficit enim dicere possideo, cum agenti et contra possessorem incumbat onus probandi, l. et qui. C. circa. ff. de probatio. cum similibus. Et hic facit text. l. quando docum. ff. de verborum obligat. quo dicitur, filium stipulando patri præsumi ex causa aduentitia. Et ibi annotarunt Bart. & reliqui.

Tertius est casus, quando et filius non omnino habitat cum patre, nec omnino seorsum, ut patet quando est in castris, militia à se empta. Hoc casu militia illa præsumitur empta pecunia patris, l. ultim. C. de pignor. Et hanc esse iuris præsumptionem scribit Ioan. Andre. in additionibus ad Speculat. in titul. de præsumptio. §. species, num. 5. in verbo, in prædictis. Et probarunt Lucas de Penna in l. 3. vers. 158. præsumpt. C. de apoch. public. libro 10. & Alciatus in tractatu de præsumptio. regu. 3. præsumpt. 25. Et hæc quidem præsumptio hanc habet vtilitatem, iuxta d. l. ultim. C. de pignor. quod si quis habens omnia bona sua obligata, emit militiam filio, potest creditor intentare ius hypothece aduersus filium ipsum, quia lex præsumit et emptam esse militiam ex pecunia ipsius creditoris peruenta ad patrem. Et ex d. l. ultim. sic docuit Bartol. in l. Imperator. §. ultim. numero 3. de legat. 2. quem secuti sunt Roin. in c. 199. numero 12. lib. 2. & in c. 152. in fin. libro 5. & Capic. in decis. 194. numero 15. & Alciat. in d. præsumpt. 25. qui subiungit, hodie procedere, quando specialiter mutuum fuit ad emendum militiam.

Quartus est casus, quando verè sumus in dubio. Hoc casu præsumitur pro possessore: & ideo qui non possidet, si asserit emptum ex pecunia patris, probare debet. Ita gloss. in d. l. cum oportet, in verbo, ex eius substantia. quam secuti sunt Alexand. in c. 140. numero 3. libro 5. & Mascard. in tractatu de probationibus in conclus. 1144. numero 13. qui aliis similibus comprobatur.

PRÆSUMPT. LI.

Acquisita per vxorem, quando ex bonis mariti acquisita præsumantur, diligens & accurata explanatio.

SVMARIA.

- 1 Acquisita à muliere, ex bonis mariti præsumuntur quæ sita, iuris præsumptione, numero 2.
- 2 Vilius videtur debet, quod honestus est.
- 3 Mulierum tenuis est industria, virisque operari tenentur.
- 4 Acquisita etiam ab uxore putatina, ex bonis mariti præsumuntur.
- 5 Vxor etiam putatina de adulterio accusari potest.
- 6 Concubina ex bonis mariti præsumitur acquisivisse.
- 7 Concubina que dicatur.
- 8 Quæstus turpis in concubina facilius, quam in uxore præsumitur.
- 9 Concubina à lege honesta persone loco habetur. Et an diuersum sit hodie, numero 13.
- 10 Comprehensio dicitur, non extorsio, que eandem habet rationem.

- 11 Donatio inter concubinos permiffa est, nisi concubinaris miles sit.
- 12 Vidua intra annum luctus, ex bonis mariti præsumitur acquisivisse.
- 13 Vidua intra annum luctus, eandem quam in matrimonio castitatem præstare debet.
- 14 Acquisivisse mulier ex bonis mariti, vel vidua intra annum luctus præsumitur, est illud neget. Reiecta opinione Baldi & aliorum, nu. 25. Distinguentur Alciatus, nu. 26. Et licet matrimonio constante adulterium commississet, numero 17.
- 15 Proccedit etiam præsumptio hæc contra singularem mulieris successorem, nu. 18.
- 16 Et ad commodum hæredis mariti, cum etiam successoris singularis, nu. 19.
- 17 Nec refert, si ante matrimonium contractum se pecuniam eam habuisse asserat, nu. 21.
- 18 Exceptio de iure tertij obijci potest, quando intentionis agentis exclusiva est.
- 19 Bona reperia penes mulierem matrimonio constante, vel intra annum luctus, mariti præsumuntur.
- 20 Prælati post beneficium adeptum acquirentes, præsumptio est pro Ecclesia ex eius bonis acquisitum fuisse.
- 21 Mulieres quomodo prælati equiparentur.
- 22 Pecunia reperia penes mulierem, ipsius fuisse præsumitur, si maritus id sit confessus.
- 23 Et sufficere præsentis, & tacente marito, mulierem pecuniam suo nomine alicui numerare, nu. 28.
- 24 Distinguit tamen Alciatus, n. 29. 30. & 31.
- 25 Mulier industria que verisimiliter ex suis negociationibus acquirere potuit, non præsumitur ex bonis mariti acquisivisse.
- 26 Nisi tamen fors ipsa principalis fuerit mariti, nu. 34.
- 27 Vel in contrarium extet consuetudo, ut omnia uxores maritis acquirant, nu. 35.
- 28 Mulier quas operas marito præstare teneatur.
- 29 Mulier habita pecunia à consanguineo, non præsumitur bona deinceps acquisita, ex bonis mariti acquisivisse.
- 30 Idem si ab amato, vel etiam ex turpi quæstu, cum id donatum in ipsius dominio permaneat, nu. 37.
- 31 Mulier diues, nupta pauperi, ex sua potius, quam mariti pecunia acquirere præsumitur.
- 32 Mulier administratrix bonorum alicuius, ex illis potius, quam ex turpi quæstu præsumitur acquisivisse.
- 33 Marito transiente ad domum uxoris, mulier ex propriis bonis, non mariti præsumitur acquirere.
- 34 Mulier proprietatem rei habens consolidata demum cum usufructu, ex propriis præsumitur acquirere.
- 35 Mulierem ex bonis mariti acquisivisse præsumi, quomodo non habeat locum quoad bonorum recuperationem, sed pretium tantum.
- 36 Res empta abs se pecunia mea, non mea, sed sua sit, pecunie mihi suis repetitione competente.
- 37 Mulier que reperitur possidere bona acquisita, in iudicio possessorio obtinet.
- 38 Id tamen quomodo accipiendum, nu. 45.

Q. Mutius Scæuola, ut refert Pomponius in l. Quintus. ff. de donat. inter virum & uxorem. ita respondit: Cum in controversiam venis, unde ad mulierem quid peruenierit, & verius et honestius est, quod non demonstratur unde habeat existimari à viro, aut qui in potestate eius esset, ad eam peruenisse. Rationem Pomponius affert, cur ita responsum sit, euitandi scilicet turpis quæstus gratia. Quam quidem Scæuola & Pomponij sententiam confirmavit Alexander Scæuola in l. etiam. C. de donat. inter virum & uxorem. his verbis: Nec est ignotum, quod cum probari non possit, unde vxor matrimonij tempore honeste quæstus, de mariti bonis eam habuisse, veteres iuris auctores merito crediderint. His adducti responsis, vno ore interpretes nostri pro regula statuerunt, acquisita à muliere, et præsumi quæ sita ex bonis mariti. Ita gloss. Bartol. & reliqui in d. l. Quintus. & in d. l. etiam. & in l. cum oportet, numero 5. C. de bon. que liber. sic & glo. in c. 2. de don. inter vir. & uxorem. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titul. de præsumpt. §. species, n. 5. in verbo, in prædictis concordant. qui rectè scripsit, hanc esse et præsumptionem iuris. Inno. in c. cum ex officij, de testam. Bald. in l. cum oportet, numero 12. & 13. C. de bon. que liber. qui hanc honestam esse præsumptionem, cum Pomponio scripsit, idem in c. 30. Proponitur, quod quidam. & in c. 53. A libello lib. 4. Angel. in c. 285. super primo puncto. Alberic. in d. l. etiam. vers. quærit V. verius. Socin. Sen. in c. 249. in fine. lib. 2. Cremen. in sing. 6. in prin. Alciat. in tractatu de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 26. Boer. in qu. 81. nu. 1. & n. 5. vers. 1. casu. Crauet. in c. 81. nu. 4. & Mascard. in conclus. 214. num. 1.

Et alij multi, quos infra commemorabimur. Nec huic præsumptioni repugnat, quod damnosa hæc mulieri videatur. Nam cum summoueat turpem suspicionem, magis recipienda est, & vilis videri debet, quod est honestius. Si enim dicimus mulieri ab alio vilitate donatum esse, inhonestæ alicuius donationis suspicio quædam oboritur. Quod præclare expressit Plautus in Cassi. dum Marinam Clostram ita alloquitur. Vnde ea tibi est? Nam peculi probam nihil habere addeceat clam viro, & quod habet partum, ei haud commodi est, quin aut viro subtrahat, aut supra inuenerit, hoc viri cæso nunc quicquid tutum est. Hæc Plautus. Nec dici hic potest, mulierem ex honestis operis sibi quidpiam quaesivisse, cum quod tenuis admodum esse soleat mulierum indolentia, tum etiam quod viris operari debeant. l. scut. ff. de oper. libe. & latè tradit Tyraq. de legib. connubial. l. i. num. 2.

Extenditur primò hæc præsumptio, vt locum habeat etiam in vxore putatiua. Nam & quaesita ab hac ipsa, præsumuntur ex bonis mariti quaesita. Ita tradit Tyraq. in tract. de legib. connubial. in gl. 6. num. 263. Et hæc quidem sententia magis & magis comprobatur ex his, quæ mox subiiciemus. Ea est ratio quod & in vxore putatiua, honestas ipsa considerabilis est: quare de adulterio tunc accusari potest. l. si vxor. ff. ad l. Iuliam. de adulter.

Et hæc quidem operari debet marito, à quo aliter. Et accedit, quod & ratio illa euitandæ suspicionis furti, locum habet & in hac ipsa, sicuti in vera vxore. Quæ verò à Tyraqullo aduersus traditionem hanc afferuntur, facili negotio dissoluantur.

Extenditur secundo, vt procedat etiam in concubina tunc quæ pariter ex bonis viri acquisiuit præsumitur, sicuti scripserunt Bald. in l. i. numer. 1. C. de natura. liber. Barbat. in tract. de præstantia Cardinalium. parte 1. qu. 3. Crocius in l. frater à fratre. numero 120. ff. de condici. indebiti. Crem. in singu. 6. Ioann. Lupus in rubr. extra de donat. inter virum & vxor. §. 60. Antonius Gabriel in libro primo conclusum. situ. de præsumpt. conclusio. 15. numero 2. & Mascardus in conclus. 340. numero 1. Quam quidem sententiam satis mihi probare videtur d. l. i. §. ipsas. C. de natural. libe. vbi si illi quæ senatoris vxor non est, sed concubina, aliquod quaesitum, vel commendatum dicitur, reddi viro id debet, quod si negat mulier aliunde iuste quaesivisse, tormentis subiicienda est.

Nec repugnat consideratio Alciati in dicta præsumpt. 26. dicentis, illam præsumptionem non esse legis, sed hominis. Est enim verius præsumptionem legis esse: cum lex existimet, concubinam è bonis viri subtraxisse, & ob id quaestibus subiiciendam esse. Et accedit quod in concubina eadem militat ratio, quæ & in vxore. Nam dum concubina quæ in dono maritali affectu retinetur, vt scribunt Bart. in l. concubinam. ff. de concubi. & reliqui in l. si qua illustis. C. ad Orphicianum. ob id vxori æquiparatur, sicuti respondit Cæphal. in consil. 390. num. 35. lib. 3. Et pro honesta muliere haberi dicitur. Ex quo sequitur, quod sicuti ad euitandam turpem suspicionem in vxore, sumitur præsumptio hæc, ita & in concubina.

Cæterum ab hac opinione dissentit Alciat. in d. præsumption. 26. num. 1. & Parisius in consil. 80. num. 23. lib. 1.

Ea ratione prima, quod facilius turpis quaestus præsumitur in concubina, quam in vxore. & ideo non procedit argumentum de vxore ad concubinam, quia esset argumentum de maiori ad minus, hoc modo sumitur interpretatio, vt præsumatur vxorem quaesivisse ex bonis viri, ob eius honestatem: Ergo etiam idem præsumitur in concubina, quod quidem (ait Alciatus) genus argumenti iure non recipitur.

Verum respondetur quod erit verum est, facilius præsumi turpitudinem in concubina, quam in vxore: attamen non inde fit, quin & aliqua extet suspicio in concubina, & illa sit considerabilis, quandoquidem concubina tunc à lege honestæ personæ loco habetur. l. Massarius. vbi Alciatus. ff. de verborum significatione. & Palæotus de nobilitate spuris que filii. apit. 11. numero 3. Et præterea accedit, quod ratio illa honestatis consideratà à iureconsulto in d. l. Quintus. locum etiam hic habet. Cum enim dicitur mulier possint præsumptiones, vna quod ex bonis mariti quaesierit: altera, quod ex illicito quaestu, benignior sumitur interpretatio & præsumptio, quod ex bonis viri acquisierit. Hæc eadem ratio militat etiam in concubina. Est ergo dicendum, quod & hic casus comprehendatur in dispositione d. l. Quintus, cum non extenditur, sed comprehensio tunc esse dicatur illa quæ eandem habet rationem, sicuti in specie respondit Paris. in d. consil. 80. num. 12. in fin. lib. 1.

Secundò ea ratione motus est Alciatus: quod etsi hæc quaesita perueniunt ex bonis concubinarum, non tamen essent ita simpliciter restituenda à concubina ipsi concubinario, cum inter eos permixta sit donatio, nisi concubinari miles sit. l. i. C. de dona. inter virum & vxor. Bartol. in l. affectu-

nis. ff. de donat. & Ripa in l. miles, numero 16. ff. de re iud. Verum respondetur, argumentum nil ad rem pertinere. Nil enim inter se commune hoc habet, præsumi quaesita ex bonis mariti ad euitandam suspicionem turpis quaestus, cum illo, quod donatio facta concubina valeat: Nam verum esse potest vtrumque. Et procedunt in diuersis casibus, illud in dubio, hoc verò in claris.

Tertiò considerabat Alciatus, iura quæ hanc præsumptionem introduxerunt, præcisè loqui de vxore, & ob id in concubina locum habere non possunt: sed facile responderetur, iura illa loqui de vxore, non tamen taxatiuè, aut præcisè, sed simpliciter, & ob id comprehendunt etiam concubinam in qua militat (vt diximus) eadem ratio. Et scilicet quod si consideratio Alciati esset vera, idem foret dicendum in vidua infra annum luctus, de qua d. l. Quintus non loquitur, & tamè contrarium est verius, sicuti dicemus in subsequenti extensione, ex eius Alciati sententia.

Quartò huic opinioni Paris. & Alciat. suffragari videtur, quod etsi olim tunc concubina persona fuerit habita honesta, utramque diuersum esse hodie, sicuti responderunt Dec. in consil. 155. colum. 1. Paris. in consil. 80. numero 3. libro 1. & Crauet. in consil. 166. num. 8. & in consil. 229. num. 12. Cum ergo femel mala fuerit, præsumitur semper in eod. genere mali, iuxta c. femel. de regu. iur. in 6. Præterea ergo debet, quod etiam cum aliis turpem quaestum exercuerit.

Verum respondetur nos loqui de concubina, præsumptio terminis habitibus, nempe quod sit verè concubina, aque ita quod cum aliis non coeat: alioqui concubina nomen non obrimet: sed potius meretricis.

Extenditur tertiò hæc præsumptio, vt locum habeat etiam in tunc vidua intra annum luctus. Nam & illa præsumitur acquisiuit ex bonis mariti: sicuti scripserunt Alber. in l. etiam C. de donatio inter virum & vxor. Bald. in consil. 139. Propriè quod quidem l. annes. libro 4. Capra in consil. 12. Angel. in consil. 141. super l. numero 2. et c. secundo casu. Aret. in consil. 31. Preposit. in c. significauit. in fin. de donat. inter virum & vxor. Alexan. in consil. 82. numero 14. libro 2. Crocius in l. frater à fratre. numero 45. ff. de condici. indebiti. Dec. in consil. 137. numero 9. Ruinus in consil. 44. numero 4. libro 5. Io. Lupus in rubr. extra de donat. inter virum & vxor. §. 60. numero 15. Io. de Garionibus in rubr. C. de secundis nupt. n. 27. Cremen. in sing. 6. Alciat. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsum. sp. 251. numero 1. vers. secundo casu. Neuz. libro 4. Sylua nupt. numero 21. Bertran. in consil. 238. numero 4. libro 2. Paris. in consil. 80. numero 8. & numer. 28. libro 1. Io. de Ripa. in rep. l. famina. q. 20. C. de sec. nupt. Boer. in q. 81. numero 7. Corarius libro 3. miscella. c. 5. n. 4. Antonius Gabriel. in lib. 1. conclusum. situ. de præsumpt. conclus. 15. num. 4. & Mascard. in conclus. 212.

Et si quidem ea prima ratione vti sunt, quod eadem castitas tunc requiritur in vidua intra annum luctus, quæ requiritur constante ipso matrimonio. l. vltim. ff. de divor. & repud. & solut. am. in Authen. l. nupt. & tradit gloss. in l. unica. §. exat. C. de rei vxor. actio. Quomodo ergo ad euitandam turpem suspicionem mulieris nuptæ, sumitur præsumptio quod acquisierit ex bonis mariti, idem pariter dicendum est in ipsa vidua. Et rectius dicere possumus, quod sicuti in muliere nupta, ex duabus præsumptionibus sumitur hæc honestas, quod ex bonis viri acquisierit, & non illa, quod ex turpi quaestu. Ita pariter idem dicendum est in vidua.

Extenditur quartò, vt hæc præsumptio locum habeat, etiam si mulier ipsa constante ipso matrimonio, vel intra annum luctus tunc negare, se acquisiuit ex bonis mariti. Nam adhuc contra eam præsumitur. Ita Neuz. libro 4. Sylua nupt. numero 21. vers. tertiò amplia. & Anto. Gabr. in d. conclusum. numero 6. ex sententia Ioan. Lupi in d. §. 60. num. 15. vers. similia primo.

Verum quomodo procedat hæc extensio dicemus infra in 8. ext. ff.

Extenditur quinto, vt locum habeat, etiam si mulier, constante ipso matrimonio commiserit tunc adulterium. Nam adhuc quaesita ab ipsa vxore præsumuntur ex bonis mariti acquisita. Ita Ioan. Lupus in d. §. 60. n. 11. & Anto. Gabriel. in d. conclusio. 15. n. 9. ex sententia Baldi, in l. cum oportet. n. 13. C. de bon. que li. & Barba. in c. de pecul. cler.

Verum si diligenter perpendantur verba Baldi. contrarium affirmare videtur.

Extenditur sexto, vt locum habeat hæc præsumptio, etiam contra tunc singularem ipsius mulieris successorem, vt est contra eum qui deinde ab ipsa muliere emit. Nam hæc præsumptio operatur contra emptorem illum: sicuti contra ipsam mulierem. Ita tradunt Alber. in l. etiam. C. de donat. inter virum & vxor. Lupus in d. §. 60. numero 15. vers. amplia tertio. Neuz. in d. libro 4. Sylua nuptia. numero 21. vers. secundo amplia. & Anto. Gabriel. in d. conclus. 15. numero 10. Et huius sententia ea est ratio, quod nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. l. alienatio. ff. de contrahen. empt. & l. vltim. ff. de acquir. iur. per domini.

Cum ergo mulier nullum ius habeat in his acquisitis, ex quo mariti præsumuntur, sequitur dicendum in emptorem illum transmittere non potuisse.

Extenditur septimo, vt hæc præsumptio locum habeat, non solum ad commodum tunc hæredis mariti, sicuti de hærede respondit Paris. in consil. 62. col. 2. lib. 2. sed etiam ad commodum singularis successoris ipsius mariti. Nam & iste aduersus mulierem obicere potest hanc iuris præsumptionem. Ita respondit Decius in consil. 237. colum. vltim. quem secuti sunt Neuz. in d. lib. 4. Sylua nupt. nu. 21. vers. quarto amplia. Alciatus in tracta. de præsumptionib. regul. 3. præsumpt. 26. nu. 1. vers. quarto declara. & Antonius Gabriel in d. conclus. 15. num. 11. Et huius traditionis ratio afferri solet, quod præsumptio hæc est à lege inducta, ad euitandam suspicionem turpis quaestus. Quæ quidem præsumptio rem ipsam quodammodo sequitur, ita vt à quouis possessore obici aduersus mulierem iure non possit. Et contra probatur, quia si tunc exceptio de iure tertij obici potest, quando est exclusiua intentionis agentis. l. 2. vbi Socin. num. 4. ff. de exceptio. rei iudicata. ita à fortiori successores iste singularis obicere potest exceptionem hanc suo auctori competentem, cui ipse successit. Nam & in singularem successorem transeunt omnia iura sui auctoris, respectu illius rei in qua successit.

Nec repugnat quod Baldus in l. si vxor. num. 7. C. de condi. in feris. & Alexan. in l. qui iure familiaritatis. num. 5. ff. de acquir. possessio. & in consil. 101. lib. 1. à prædicta opinione dissentire videantur. Quandoquidem nullo iure vel ratione horum traditio fulcitur. Non enim text. d. l. Quintus. quem allegant, eis suffragatur: Cum eius ratio militet tam pro successore mariti, quam pro ipso marito, vt iam diximus. Et præterea Bald. non loquitur de successore singulari, sed de extraneo, sicuti Bald. ipsum declarat in d. consil. 237. in fin.

Extenditur octauo, vt hæc præsumptio locum etiam habeat, tunc quando mulier diceret, se habuisse pecuniam illam ante contractum matrimonium. Nam adhuc præsumptio est, quod in illa pecunia sit ex bonis mariti, nisi mulier ipsa suam illam assertionem probet. Ita ex sententia Vberti de Bobio docuit Albericus in l. etiam. C. de donat. inter virum & vxor. quæna secuti sunt Aretin. in consil. 31. num. 5. Lupus in d. rubr. extra de donat. inter virum & vxorem. §. 60. nu. 16. vers. sed quamuis. & Didacus in c. 1. num. 6. de testam.

Ea vti sunt ratione, quia cum bona tunc reperiantur apud ipsam, vel constante matrimonio, vel eo soluto, intra tamen annum luctus, præsumuntur bona mariti, cui subdita est, vel fuit. Et quia solent bona in dotem data, in inuentarium redigi. l. si ego. §. vltim. ff. de iure dotum. Et ideo cum hæc non reperiantur in eo descripta, mariti præsumuntur. Et ad rem optime confert text. in Authen. l. centum. C. de episcop. & cler. vbi cum dubitatur an res acquisite à prælo tunc fuerint quaesita post ademptionem beneficium, vel ante: præsumitur pro Ecclesia, quod fuerint acquisita post: & sic ex bonis Ecclesie. Et ratio est, quia cum prælati ab initio non distinxerint res suas per libellum seu inuentarium, à rebus Ecclesie, sicuti distinguere debebat. c. manifesta. 12. quaestio. 2. præsumptio est contra eum, quod nullas proprias tempore promotionis habuerit, ex quo fuit in culpa, non obseruando cautelam legis. Ita scribit Innocen. in c. cum in officio. de testam. Quæ sanè ratio optime casui nostro conuenit. Nam mulieres tunc prælati comparantur, sicuti Innocen. & alij supra commemorati affirmant. Et accedit, quod si aliter diceremus, facile esset mulieri vel eius hæredibus dicere illa bona fuisse quaesita ante matrimonium. Et hoc modo transferre onus probandi contrarium in maritum, vel eius hæredem, atque ita reddere clusuram iuris dispositionem. Et abturdum certè esset, quod sola mulieris negatione, illa bona fuisse quaesita constante matrimonio, grauari deberet maritus probandi onere. Quibus constat, minus rectè sensisse tunc Bald. in l. si vxorem. C. de condi. in feris. S. llycet. in l. etiam. in fine. C. de donat. inter virum & vxorem. Alexan. in consil. 42. num. 3. lib. 5. Claud. de Seyler in l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poss. & Crauet. in consil. 61. nu. 7. Cum dixerunt, quod in o negante muliere, si acquisiuit constante matrimonio, probandi onus pertinet ad maritum vel eius hæredes: ij sanè minus rectè senserunt.

Cæterum Alciatus in d. præsumpti. 26. num. 1. vers. tertiò intellige, visus est conciliare opiniones. Inquit ille, quod tunc mulier tunc verisimiliter non potuit acquirere ante matrimonium, sicuti non potest filia quæ est sub potestate patris, vel toror quæ dum est cum fratribus, & industria caret, operas tantum domesticas ad commodum fratrum præstare. Et hoc casu procedit prima illa opinio. Aut verò verisimiliter mulier hæc acquirere potuit: & tunc procedit secunda Baldi & sequacium opinio. Et traditionem hanc probantur Didacus & Antonius Gabriel præcitat in locis. Et aper-

tius ante eos Aret. in consil. 31. num. 4. vers. supposito quod. Ioan. Lupus in d. §. 60. num. 18. vers. & istud maxime.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando maritus tunc confessus est pecuniam illam fuisse ipsiusmet vxoris. Nam tunc præsumetur, pro ipsa muliere, quod ad euitandam suspicionem turpis quaestus. Ita declarat Signorol. in consil. 122. Alberic. in d. l. etiam. C. de donat. inter virum & vxor. Salicetus in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. Alexan. in consil. 22. numero 7. lib. 4. Socin. Seni. in consil. 65. numero 20. vers. 20. lib. 1. Ioan. Lupus in d. §. 60. Ripa lib. 3. responsorum. cap. 4. in fine. Tyraquell. in l. si unquam. in verbo, largitus. num. 100. C. de reuo. don. Ioann. Corarius libro 2. miscella. iuris. cap. 5. n. 3. vers. cessat præterea. Boer. in quaestio. 81. numero 5. in fine. qui ex sententia Specula. & Saliceti scripsit, quod ad tollendam suspicionem ex d. l. Quintus. sufficit, quod tunc mulier præterea taceat marito, numeret suo nomine pecuniam, asseratque suam esse. Et idem affirmant Fulgofius in consil. 198. colum. 2. Riminald. Seni. in consil. 244. in fin. lib. 2. Crauet. in consil. 61. numero 7. Olascus in decisio. 240. nu. 8. & Mascard. in conclus. 363. num. 1.

Quibus intelligimus hanc esse receptam opinionem, & si ab eo differant Bald. in consil. 66. Punctus talis est, in libro Catastri. lib. 1. Salicetus in l. si mater. C. de contrah. empt. Aretinus in consil. 31. num. 6. vers. ad secundum dicimus (meo in codice corruptus est locus, cum ita scriptum sit, quod etiam maritus non dicat, & c. illa negatiua est transponenda paulo post.) Alexan. in consil. 18. col. 2. lib. 3. & Paris. in consil. 62. num. 12. lib. 1. Horum autem præcipua ratio & argumentum facile confutari potest: scribunt ij confessionem factam inter personas prohibitas donare, nil operari, sed aliunde sumendas esse probationes, cum in fraudem legis facta præsumatur. l. qui testamento. ff. de probat. & l. si forte. ff. de Castren. pecul. Atqui confessio hæc facta inter virum & vxor. facta est inter personas donare prohibitas. l. 1. & l. 2. ff. de don. inter virum & vxorem. Ergo nil proderit confessio hæc, & per consequens credendum est, ne turpis quaestus præsumatur pecuniam illam à marito accepisse.

Huic argumento facile respondetur, ommissa Alciati consideratione. Hinc enim (sicuti etiam infra dicemus) duo impedimenta considerantur, quorum vnum est, præsumptio seu suspicio turpis quaestus. d. l. Quintus. Hæc præsumptio tollitur confessione mariti. Alterum est, quia cum donatio prohibita sit inter virum & vxorem, non adhibetur fides confessioni mariti. Hoc impedimentum nil ad rem nostram pertinet: sed ad titulum, de dona. inter virum & vxor. Conciliando tamen prædictas opiniones Alciatus in tract. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 26. vers. 10. declara. aliquot casus distinguit. Quorum primus est, quando tunc pe-29 cunia numeratur ab ipsamet vxore emente, vel maritus fatetur pecuniam illam esse ipsius vxoris & agitur de solo detrimento ipsius mariti. Hoc casu adhibetur fides huic confessioni: atque ita tollitur præsumptio d. l. Quintus. Ita (inquit Alciatus) procedit secunda illa opinio Signorol. Alberici, & sequacium. De veritate huius casus, mox dicemus.

Secundus casus (ait Alciatus) est, quando tunc ipsemet maritus emit nomine vxoris, & fatetur pecuniam esse ipsius vxoris. Hoc in casu non creditur illi confessioni, quia præsumetur maritus donare. l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. & l. si non verum. & l. si filij. C. de donatio. inter virum & vxor. Et ex quo maritus numerat pecuniam, lex præsumit eam numerantis. l. 2. ff. pro socio. vbi Bartol. Quare confessio ipsa mariti aduersus legis præsumptionem, inter personas prohibitas nil operatur. Hic casus verè non differt à precedenti, in quo Alciatus affirmavit esse adhibendam fidem assertioni mariti, nulla certè habenda est ratio, quod ipsamet mulier numeret, vel ipsamet maritus, quia aut confessio est falsa, & tunc etiam conficta & falsa esse potest numeratio à muliere facta: cum facile maritus clam tradere poterit ipsi mulieri pecuniam vt illa deinde suo nomine numeraret. Aut verò confessio est vera, seu verè esse potest præsumptiue, & tunc præsumptio imò probatio, quæ oritur ex confessione expressa mariti, præteriri debet illi præsumptioni, quæ oritur ex actu ipso numerationis factæ à marito. Præterea considerandum est, quod hic duo extant impedimenta, quibus dicimus acquisita à muliere non acquiri, etiam stante confessione mariti. Vnum est ex præsumptione d. l. Quintus. Hoc impedimentum dicitur sublatum confessione mariti vel expressa, vel tacita, & alioqui vxoris leno fuisse videatur, consentiendo illius meretricio. Et hoc in casu vera non est illa consideratio, quæ faciunt Aretinus in consil. 31. col. l. penul. vers. ad secundum dicimus: & Fulgofius in consil. 198. col. 2. Non enim hic præsumi potest turpis quaestus: cum maritus ipse fatetur, pecuniam esse vxoris, cessat etiam præsumptio furti, ab illis considerat. Alterum est

impedimentum : quia donatio est prohibita inter virum & uxorem. Et ideo confessioni mariti, quæ alioqui inducit ipsam donationem, fides non adhibetur. Hoc impedimentum nil pertinet ad materiam huius nostræ præsumptionis : sed ad dispositionem l. 1. & totius tituli. ff. de donat. inter vir. & uxorem. Et propterea est dicendum, quod nisi adfuerint aliquæ præsumptiones, quibus colligatur confessionem mariti esse veram, dicendum erit, confessionem non valere.

31 Tertius est casus (inquit Alciatus) quando agitur de præiudicio tertij. Hoc casu confessioni mariti nulla adhibetur fides. Ita Alciatus scribit docuisse Salicetum in d. l. si mater. C. de contrah. empr. & ait probari argumento s. aliud. vers. si verò non fuerit. in Ausb. de qualitate dotis. ubi si maritus in instrumento dotis faceret, & auctam fuisse dotem, licet confessio illa præiudicaret marito confidenti : non tamen præiudicaret creditoribus. Hic casus duo pariter habet. Vnum quo ad præsumptionem d. l. Quintus. Alterum quo ad præsumptam fraudem contra creditores. Illud primum ita hoc in casu tollitur confessione mariti, sicuti tollitur in præcedenti casu. Illud verò secundum permanet, nisi extent contrariæ præsumptiones & coniecturæ quibus apparere possit, confessionem mariti veram esse, sicuti quando mulier bona aliunde habebat, vt tradit Salic. in d. l. si mater. quem secutus est Crauet. in tracta. de antiqu. tempo. in 3. part. 1. part. principalis. incipit, Quartum imitatur, numero 38. Hic casus secundum Alciatum præcitato in loco, multo magis locum habet, stante statuto, quod ad remouendas fraudes, & acquisita per uxorem, censentur acquisita marito. Nam huiusmodi statutum non constituit fundamentum super præsumptione & ratione l. Quintus. sed propter tollendas fraudes maritorum, qui vt circumuenerunt creditores, curant instrumenta acquisitionum à se factam, nomine vxorum confici.

32 Declaratur secundo hæc præsumptio, vt locum non habeat, quando mulier est esset adeo indultia, vt verisimiliter ex suis negotiationibus potuisset acquirere bona illa, ex lucris à se factis. Sicuti si esset muliere chirurgica, vel obitrix, vel lanificio alioue simili artificio perita, vel mercaturam exercuisset, sicuti in Gallia, & Italia, multis in locis mulieres negotij videmus.

Hoc sane casu, quidquid acquirit mulier sibi acquirit, cessante omni suspitione turpis quaestus. Ita Baldus in l. cum oportet. num. 12. C. de bonis quæ liberis. & in consil. 299. Dicunt Petrus & Cynus. in fin. lib. 1. Romanus in consil. 159. Alexan. in consil. 40. lib. 3. & in consil. 133. lib. 4. Petrus sanctus in singul. 99. incipit. inter virum. versu. & sic. Crotus in l. frater à fratre. num. 120. ff. de condit. indeb. Ripa lib. 3. respons. cap. 4. Alciatus in tracta. de præsumptionibus. regul. 3. præsumptio. 26. in sexta declaratione. Thomas Ferratus in cautela 41. num. 4. Bellonius in consil. 17. in fine. & Antonius Gabriel in d. consil. 15. num. 12. & Ioan. Corasius in lib. 3. miscella. iuris. cap. 5. num. 3. & consil. 100. num. 5.

Ea ratione ij moti sunt, quia hic cessat illa suspicio turpis quaestus, quæ mouit Murium Scauolam, ad respondendum acquisita à muliere præsumi quaestita ex bonis mariti. Hac itaque suspitionis ratione & causa cessante, cessat etiam præsumptio hæc.

33 Nec repugnat quod practicus Papiensis in forma libelli, quo mulier agit ad dotem, in verbo, tanquam bona paraphernalia, à prædicta recepta sententia differant, & ea ratione, quod mulier tenetur operari marito, à quo consequitur alimenta. l. sed est virum. in princip. ff. de donat. inter virum & uxorem. & l. si quis. ff. de operis libert. & propterea sibi ipsi acquirere non potest. Nam responderetur, mulierem teneri de solum præstare operas reuerenti les & obsequiales marito, non autem industriales. Ita gloss. in l. si quis. ff. de operis libert. & in c. quod dicit. 33. quest. 5. & in specie sic explicat & respondet Baldus in l. etiam. col. 2. C. de condit. inferis. Boer. quest. 81. num. 4. Ripa lib. 2. respons. cap. 4. nu. 4. & Tyraqueus in l. si inquam in verbo, donatione. num. 100. C. de reuocan. donatio.

34 Ceterum declarationem hanc intelligit Alciatus in d. l. præsumptio. 26. in sexta declaratione, non procedere, quando fors ipsa principalis, cum qua mulier ipsa negotiata est, mariti fuisset. Nam tunc nomine mariti negotiationem exercuisse præsumitur, & propterea luctum ei acquisiuisse dicitur. Ita dicimus filium acquirere patri, com ex illius pecunia negotiatur, Baldus & reliqui in l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, & dicimus suo loco. Et præterea intellexit Alciatus declarationem hanc, nisi in contractu extiterit consuetudo, qua obseruari soleat vt acquisita mulieris industria, marito acquiratur. Ita ait Alciatus colligi ex Hostien. & aliis in cap. significauit. de donationi. inter virum & uxorem.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio, quando apparet mulierem habuisse pecuniam à consanguineo. Nam tunc non præsumitur quod bona deinde acquisita, fuerint empta pecunia mariti. Ita ex sententia Ricardi & Cyni scriptis Baldus in d. l. cum oportet. in princip. num. 14. C. de bonis quæ liberis. qui ob id tradidit Cautelam, quæ tunc mulier possit sibi acquirere, vt scilicet curet sibi pecuniam sibi à consanguineo dari, & deinde prædia emat. Hæc cautela (vt rectè docuit Baldus) peccatum continet, quocirca cauendum est, quia etsi de his non cognoscat iudicere Ecclesia militans : Illa tamen triumphans, cuius occultum est, seuerè vindicabit. Et præterea (inquit Baldus) hæc cautela nil operaretur, quando probaretur, pecuniam illam statim restitutam fuisse à muliere consanguineo, iuxta d. l. C. si seruis extero. Quando autem verè constaret pecuniam illam fuisse donatam à consanguineo, vel ab alio ipsi mulieris, res careret probabili dubitatione. Nam in claus veraremur, sicuti etiam responderunt Cassaneus in consil. 29. num. 12. & Crauet. in consil. 61. num. 7. & idem affirmat Alciatus in d. l. præsumptio. 26. num. 4. & eisdem est post Fulgosium in consil. 198. & Albertum in d. l. etiam. Et subiungit Alciatus, declarationem hanc procedere etiam quando huic mulieri fuisset donata pecunia, vel res alia ab amafio, ita scripsit Alciatus, affirmasse Angelum & Pract. Pap. ac etiam Guid. Pap.

Declaratur quarto, vt locum non habeat quando mulier probauit, se habuisse ab amafio, vel ex turpi quaestu. Hoc casu cessat præsumptio d. l. Quintus : & illud sic donatum manet in dominio ipsius mulieris, cum datum mulieri etiam ex turpi causa, & fiat iure ipsius. l. idem. §. sed quid meretrici. ff. de condit. ob. tuip. casum. & probat d. l. Quintus. à sensu contrario. Ita in specie declarat Pract. Papiensis in forma libelli, quo vxor agit ad d. dom. in verbo, tanquam nu. 4. quæ alius comprobatur. Verum hæc declaratio est non de re dubia, sed in casu claro.

Declaratur quinto, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando constaret mulierem fuisse diuitem, & viro pauperi nupsisse. Nam tunc præsumitur potius ex propria pecunia emisse, quam ex illa mariti. Ita Bonus & Ancharanus in c. 1. in secundo notab. de penis clericis. Socin. co. in consil. 249. in fine. lib. 2. Alciatus in tracta. de præsumptionibus. regul. 3. præsumptio. 26. num. 4. & er. 9. declarat. Corasius lib. 3. miscella. iuris. num. 3. & Antonius Gabriel in lib. 1. consil. 10. num. 1. de re impo. nib. consil. 15. numero 24. Hoc sane casu cessat illa dispositio turpis quaestus.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio, quando mulier admitteret bona alicuius. Nam in regulatim non præsumitur administrator acquisiisse ex bonis administratis, vt suo loco dicemus : atque in hoc casu præsumitur mulierem potius acquisiisse, quam ex turpi quaestu. Ita respondit Alex. in consil. 81. num. 14. lib. 2.

Declaratur septimo, vt non procedat hæc præsumptio, quando mulier traxit se ad uxorem, atque na cum iure ad domum vxoris. Nam tunc deinde ab ea quaestio, præsumuntur ex bonis propriis, non autem mariti quaestita. Ita dicitur in l. ob maritum. C. ne vxor pro marito. Socin. Sen. in consil. 123. col. 2. vers. secundo pro hoc accedit. lib. 1. quos secutus est Crauet. in consil. 61. n. 7. & eisdem dicitur. Et idem affirmat Anton. Gabr. in d. consil. 15. num. 25.

Declaratur octauo, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando mulier habebat proprietatem rei : & deinde huius usufructu, illa est consolidata cum eo. Ita declarat Gabr. in d. consil. 15. in fine, ex sententia Cassanet in comment. 277. ad consuet. Burgundie. Quæ sane declaratio de re clara & certa est in qua cessat omnis suspicio.

Declaratur nono, vt non procedat hæc præsumptio quod ad recuperationem bonorum. Etsi enim esse mus in casu d. l. Quintus. atamen maritus, vel eius successores, non possent recuperare bona ipsa acquisita, sed solummodo pecuniam numeratam. Ita Bartol. in l. vxor marito. num. 3. C. de donation. inter virum & uxorem. & in l. si instrumenta. & eisdem Ioan. de Platea. C. de fide instrum. & huc hactenus in d. l. 10. Baldus in consil. 358. super eo quod queritur col. 2. lib. 2. & in consil. 66. Papiensis 22. lib. 1. in libro catastro. libro 5. Signorol. in consil. 122. num. 20. & in consil. 126. Crotus in l. frater à fratre. num. 120. ff. de condit. indeb. Ioan. Lupus in rub. extra de donatio. inter virum & uxorem. §. 60. num. 20. Alciatus in d. præsumptio. 26. numero 4. vers. 8. intelligit. Ripa lib. 2. respons. c. 4. in fin. Bertrand. in consil. 198. lib. 1. Boer. in q. 81. num. 5. in fine. Corasius in lib. 3. miscella. iuris. cap. 5. num. 7. Crauet. in consil. 81. num. 4. & Antonius Gabr. in d. consil. 15. n. 14.

Et huius tententia ea est ratio, quia res à te empta ex pecunia mea, non efficitur mea, sed tua, ego verò à te pecuniam repetere possum. l. 1. C. si quis alicui rei sibi, & in specie probat l. multum. cod. ibi.

Declaratur decimo & vltimo, vt locum non habeat hæc præsumptio, quæ ad iudicium possessorium. Nam in eo iudicio obtinebit mulier. Ita Bald. in l. si uxorem, numero 7. C. de condit. inferis. Socin. Senior in consil. 131. col. 2. lib. 1. Alciatus in d. præsumptio. 26. num. 2. vers. quinto declara. Ioan. Lupus in d. rub. extra de donat. inter virum & uxorem. §. 60. num. 21. Neutius, lib. 4. si quis nuptia. num. 23. vers. octauo limita. & Antonius Gabriel. in d. consil. 15. num. 19. Et hanc quidem declarationem comprobatur Alciatus. præcitato in loco simili traditione Baldi in l. cum oportet. in princip. C. de bonis quæ liberis, cum dixit, quod filius habitans scorum à patre, est tutus in possessione, quod scilicet bona, quæ possidet, non sint profectura. Quæ de re diximus in superiore præsumptione.

Hanc declarationem veram esse intelligit Alciatus, quando vxor sola possideret, aliàs si possideret vnà cum marito, præsumitur potius possessio ipsius mariti : & ipsam vxorem iure familiaritatis possidere, secundum Alexan. post Bald. in l. ob maritum. C. ne vxor pro marito. & in specie idem scripsit Cocasius in l. 8. miscella. iuris. cap. 5. num. 2. Hæc traditio (inquit Alciatus) est egregia extensio ad d. l. qui iure familiaritatis, vt ille qui habet titulum præsumat aut possidere iure familiaritatis, quando scilicet ille titulus iuris præsumptione ad alium spectat, sicuti in casu nostro titulus, quem habet mulier pertinet ad maritum præsumptione iuris, ex d. l. Quintus.

PRÆSUMPT. LII.

Acquisita ab administratore bonorum Principis, vel Reipublice, quando præsumantur quaestita propria pecunia vel illa principis & Reipubl.

SVMMARIA.

- Administrantem res principis vel Reipubl. ex publicis pecuniis dicitur præsumi.
Contraria opinio refertur. num. 4.
Tertia opinio. num. 6.
Quarta opinio. num. 7.
Quinta quod ad iudicis arbitrium recurrendum sit. num. 8.
2 Administrator Reipublice, administratori ecclesie equiparatur.
3 Prælati ecclesie administrator, ex bonis ecclesie præsumitur acquisiisse.
5 Præsumptio bona & honesta in dubio ad delictum existendum sumenda est.
9 Vasallum in diuio, ex propria industria, non ex bonis feudali- bus acquisiisse.

RECTE superiori præsumptioni annectitur hæc, quando scilicet acquisita ab administratore bonorum principis, aut Reipublice, præsumantur quaestita propria pecunia, vel illa principis, vel Reipublice. Quæ quidem in re extant interpretum opinioniones. Vna fuit Accursii in l. sancti. C. de iure fisci. lib. 10. qui affirmavit, administratorem non præsumi diuitem effectum, atque ita acquisiisse ex publicis pecuniis. Hanc opinionem secuti sunt Bald. in l. 2. num. 12. C. de hered. vel acti. vend. & in c. 1. num. 4. de contentio. inter dom. & vasallum. de inuesti. feudi. vbi & de ipso vasallo ita scribit Corasius lib. 3. miscella. iuris. cap. 5. numero 6. & Afcianus Clemens in tract. de patria potestate, effecti secundo, numero 46. Et ij adducti sunt illo text. d. l. de fensibus facultas. qui quidem non probat. Secundo vsi sunt ea ratione & argumento, quod præsumitur Reipublice equiparatur administratori ecclesie, sicuti ipsa Reipublice ecclesie comparatur, l. vltim. C. de sacros. ecel. Atqui iuris est præsumptio, quod prælati ecclesie administrator, acquisiisse ex bonis ecclesie vt in subsequenti præsumptione dicemus. Ergo idem dicendum est in administratore Reipubl.

Ceterum rationem hanc confutant Baldus in c. 1. num. 4. de contentio. inter dom. & vasallum. de inuesti. feudi. & Dec. in consil. 6. num. 1. & in consil. 275. in fin.

Tertio moti sunt argum. l. Quintus. ff. de donatione inter vir. & uxorem. de qua superiore præsumptione diximus. Verum longa est differentia inter casum d. l. Quintus. & hunc nostrum. Ille enim est de præsumptione honesta. Hic de turpi.

Secunda est opinio præcedenti contraria, quod imò hic administrator non præsumitur effectus diues, atque ita acquisiisse ex pecunia Reipubl. Quæ in opinione fuerunt Bartol. in d. l. facultas. C. de iure fisci. libro 10. Bald. in l. quisquis. in fin. C. si cert. per. & in l. si desinctus. C. arbitrium tutela. in l. cum oportet. in princip. numero 13. C. de bonis quæ liberis. Deci. in consil. 6. numero 1. & in consil. 175. in fin. Bertrandus in consil. 151. numero 6. libro 6. Benuenur. Straccha in tracta. de mercatura. part. 4. numero 37. & Mascardus consil. 216.

Et ij quidem ea ratione primùm moti sunt, quia in dubio præsumptio bona & honesta sumenda est, vt delictum euitetur. l. merito. ff. pro socio. confert c. quod in dubiis. Et confert quod ita dicimus in tutore, qui non præsumitur subtraxisse bona pupilli, & tutorem & administrationem gessit : sed tantummodo tenetur reddere rationem administratione tutelæ, & restituere, quod apud se habebit. l. si desinctus. C. arbitrium tutela. & explicauimus supr. Præterea accedit quod non reperitur (ait Baldus in d. l. cum oportet.) iure cautum, ita esse contra hunc administratorem præsumendum. Et ab id contenti esse debemus pœnis legalibus iuxta l. qui sine vsuris. ff. de nego. gest. & l. si stipulatio. de verb. obliga. legalis autem pœna est, vt si appareat hunc administratorem subtraxisse, puniri debeat. Non tamen ita statim dicere debemus, eum subtraxisse.

Tertia fuit opinio Ioann. de Platea in d. l. facultas. in versu. sane. in fine. C. de iure fisci. lib. 10. qui sic distinguit: Aut hic publicus administrator est ex his qui prohibiti sunt negotiari & contrahere, & tunc præsumitur iniuste acquisiisse. l. non licet. ff. de contrah. empr. & l. quisquis. C. si certum per. Verum casus iste non conuenit nostro, si rectè pendatur. Aut est ex his, quibus permissum est contrahere & negotiari, & pecunia publicæ administratione apud eum non est, & tunc (inquit Platea) non præsumitur acquisiisse ex pecunia publicæ. l. Præfatus. ff. si cert. per. Hic casus extra rem nostram est. Aut (ait Platea) est ex his quibus est concessum contrahere & negotiari, & apud eum erat administratio pecuniæ publicæ, & de administratione ipsa reddidit bonum computum. Hoc casu (inquit Platea) non præsumitur acquisiisse ex pecunia publicæ. Et hunc casum admittit etiam in specie Bald. in d. c. 1. num. 4. de content. inter dom. & vasallum. Et hic quidem casus nil penè ad rem nostram pertinere videtur : cum sit de re clara. Aut (inquit Platea) nullam reddit rationem: Et tunc præsumitur acquisiisse ex pecunia publicæ. Hic casus ille est, qui in controuersiam venit. De quo quidem ipse Platea sensic eum gl. in d. l. facultas.

Quarta fuit opinio Ripæ in l. si ventri, §. eorum in fin. ff. de privilegio credit. qui vilus est ita distinguere. Aut dicimus, quod administrator & officialis ille, dum exercuit officium factus est diues, atque ita multa acquisiuit. Hoc casu dicendum non est, quod præsumatur id fecisse ex bonis fisci, cum præcisè hoc lex non præsumat. Ita procedit secunda illa opinio Bartol. Baldi & sequacium. Aut dicimus administratorem hunc repente factum diuitem causa officij, siue modo ex bonis fisci, siue priuatorum. Et hoc casu dicendum est, quod ita præsumitur effectus diues, Varum nec opinio hæc satis cura est.

Quinta & vltima fuit opinio Lucæ à Penna in d. l. facultas in fine. C. de iure fisci. lib. 10. qui tandem hoc iudicis arbitrio relinquendum esse censuit, vt is pro quod iudicis personæ administratoris officialisque arbitretur, an is acquisierit ex propriis bonis, vel ex publicis. Et propterea ad coniecturas (ait Lucas) recurrendum est. Id quod docuit & Baldus in d. l. cum oportet. in princip. num. 13. in fin. C. de bonis quæ liberis. Ita quoque Barro. in tract. de duobus fratribus. numero 15. declarando, quando officialis præsumatur factus diues ex pecunia publicæ, inquit esse recurrendum ad coniecturas. Perpendit autem iudex, quod si administrator iste habebat aliqua bona, & erat ita industrius & diligens, & administratio tenuis erat, quod verisimiliter non ex bonis publicis, sed ex propriis adhibita propria industria, acquirere potuerit. Et tunc existimari poterit ex bonis publicis non acquisiisse. Si verò econtra erat is admodum inops & negligens, & tamen effectus est adeo diues, vt verisimile non sit acquisiisse propria industria, ex bonis suis, tunc dicendum est præsumi quaestita ex bonis publicis. Porro quando res esset admodum dubia & coniecturis discerni non posset, quomodo acquisierit, retinenda erit secunda illa communis opinio, quod scilicet præsumendum non sit, quaestita ex bonis publicis, sed ex propriis.

His diffiniri poterit & illa traditio Hearnæ in c. 1. num. 5. de controuers. inter masculum & feminam. quam ibi multum

commodat Afflic. numer. 28. cum dixerunt, vasallum in dubio non præsumi acquisisse de bonis feudatibus, sed ex propria industria. Ex prædictis enim traditio hæc explicari potest.

PRÆSUMPT. LIII.

Acquisita à clerico & ecclesie Prælato, ex quibus bonis quæsitæ præsumantur.

SVMMARIA.

- 1. Prælati aut clericus non habens alia bona, vel officium aut exercitium, omnia ex bonis ecclesie præsumitur acquisivisse.
- 2. Clericus ultra bona ecclesie, patrimonium habens, aut officium, vel exercitium, ex eo bona non ecclesie sed sibi acquirit. Idque præsertim si bona vitæ sit, num. 3.
- 3. Prælati habens bona ecclesie, que tamen exigui sint redditus, patrimonialia vero opulenta satis, ex illis præsumitur acquisivisse, & conuerso.
- 4. Prælati tum patrimonium satis amplum habens, tum bona ecclesie magni redditus, tam ex ecclesie bonis, quam propriis præsumitur acquisivisse.
- 5. Prælati ad officium non promoti, sed certam tantum habens pensionem, non præsumitur ex bonis ecclesie acquisivisse.
- 6. Prælati de quo non constat an bona propria habuerit, vel officium ex quo poterit dari, bona post prælaturam adeptam ex bonis ecclesie præsumitur acquisivisse. Quid autem si dubium sit, utrum ante vel post prælaturam, acquisiverit, num. 8.
- 7. Opinio prima est ut heredibus prælati in possessione existentibus pro eis sit præsumptio. Secus si ecclesia possideat, num. 9.
- 8. Contraria est aliorum opinio, indistinctè ex bonis ecclesie censeri acquisivisse, num. 10.
- 9. Prælatum tempore quo dignitatem assequitur, teneri consicere inventarium de rebus quas ex patrimonio aliove titulo habet, secund. Bald.
- 10. Prælato constituenæ frater, vel consanguineum administratorem ecclesie sue, vitæ bona acquisita ab eo, ex redditibus ecclesie præsumantur, & nu. 13.
- 11. Consanguinitatis coniectura, in prælati consanguineo contrahente circa bona ecclesie, vitæ ad arguendam fraudem sufficit.

CONVENT. ut hoc loco differamus, quando bona acquisita à clerico & Prælato ecclesie, præsumantur acquisita ex bonis vel ecclesie, vel propriis. Quia quidem de re, cum plura scripserim in commentariis de arbitrariis iudicium. lib. 2. casu 195. pauca huc afferre statui. Distinxi illo in loco quatuor casus.

Primus est, quando clarè constat clericum & alia bona non habuisse quàm illa ecclesie, nec aliquod officium vel exercitium, ut inde aliquid lucrari posset. Hoc casu dixi in d. casu 195. numer. 3. præsumi acquisita ex bonis ecclesie. Et huius sententiæ commemoravit Abbatem, Romanum & Socinum Seniores. His nunc accedunt Lupus in alleg. 113. numer. 1. Corneus in consil. 314. num. 1. li. 3. & in consil. 79. numer. 3. libro 4. Cæpolla in consil. 51. colum. pen. vers. sed ubi Prælati in civibus. Barba in consil. 69. colum. penult. lib. 3. Decius in consil. 75. in fin. Lucas à Penna in l. facultas. in fi. C. de iure fisci. lib. 10. Alciat. in resp. 18. numer. 1. Ripa in l. si neuri. §. eorum. in fin. ff. de priuil. credit. Boer. in q. 81. num. 6. & apertius Neuz. in consil. 93. num. 25. & Didac. in c. 1. num. 6. de test. & Alcanius Clemens in commentariis de patria potestate. effectus secundo, num. 46. Rol. in consil. 90. num. 11. lib. 2. & Malcardus in consil. 202. num. 2.

Et ij quidem moti sunt ex c. 1. de testam. & cap. 1. de pecu. cler. & arg. l. Quintus. ff. de donat. inter virum & uxorem. & apertè probat c. 1. 12. q. 3. Et hoc in casu non habetur ratio, quod sit clericus, vel eius hæres in possessione. Non enim possessio præsumptionem hanc tollit sicuti tradunt Præpos. in c. sint manifeste. §. nu. 4. in fin. 12. q. 1. & Neuz. in d. consil. 93. numero 25.

Secundus est casus, quando clericus ultra bona ecclesie habebat & bona patrimonialia, vel officium, ut in curia Romana, vel exercitium, ut quia erat Doctor & publicè docebat, & constat ab eo quæsitæ, fuisse quæsitæ ex propriis bonis, vel industria, non autem ex bonis ecclesie. Hoc in casu versamur in claris. Nam illi non autem ecclesie acquiruntur. Ita scripsi in d. casu. 195. num. 4. & 5. Addo nunc multo sita in specie affirmantes. Ita sanè Corne. in d. consil. 314. num. 4. lib. 1. Cæpolla in d. l. consil. 51. colum. pen. Præpositus in d. c. sint manifeste, colum. 1. vers. aut tempore promotionis. 12. q. 1. Idem

sentit Capra in consil. 20. num. 3. & manifestè Didacus in c. 1. nu. 10. de testam. & Alciat. resp. 18. num. 1. vers. tertio pro eadem. Et hic quidem casus maxime procedit, quando Prælati est bonæ vitæ. Nam pro eo multum præsumitur, sicuti in specie respondit Corneus in d. consil. 214.

Tertius est casus, quando Prælati habebat bona propria & ecclesie, ut supra, sed tamen bona ecclesie erant modici redditus, & redditus patrimonij satis opulenti. Hoc casu præsumitur, quod acquisita sint ex bonis propriis: & econtra quando bona ecclesie sunt multa, illa vero patrimonij modica, præsumatur quod acquisita sint ex bonis ecclesie. Ita Præpos. in d. c. sint manifeste. col. 2. vers. & in dubio si non apparet.

Quartus est casus, quando Prælati habebat bona propria & ecclesie, ut supra, & tam bona ecclesie, quàm propria tot sunt, ut vix simili erant ex propriis quàm ex illis ecclesie, acquirere poterit, et non constat ex quibus bonis acquisierit. Hoc casu præsumitur acquisivisse, tam ex bonis ecclesie, quàm ex propriis. Et propterea iudicis arbitrio dividit illa debent inter ecclesiam & hæredes Prælati. Ita auctoritate multorum scilicet in præcatis commentariis de arbitrio. iudic. lib. 2. casu 195. n. 7. Eiusdem sententiæ addo nunc Præpos. in d. c. sint manifeste. col. 2. vers. si vero unumque. Neuz. in consil. 93. num. 21.

Quintus est casus, quando clericus non fuit & promotus ad aliquod beneficium, sed habebat solummodo aliquam pensionem, vel salarium, aut vicariam temporalem in ecclesia. Hoc casu non præsumitur quod illa à se deinde quæsitæ acquisierit ex bonis ecclesie. Ita Præpos. in d. c. sint manifeste. col. 1. vers. secus si sit simplex. 12. q. 1. Alex. in consil. 116. n. 3. li. 7. Neuz. in consil. 93. n. 25.

Sextus est casus, quando est dubium si an Prælati alia bona, quàm illa ecclesie habuerit, vel aliquod officium, ita ut acquirere poterit ex propriis bonis, vel ex bonis ecclesie, & constat bona acquisita fuisse post assecutam prælaturam & beneficium.

Hoc in casu præsumuntur ex bonis ecclesie acquisita. Ita scribunt Abbas in c. eion esse. numer. 24. in fine. de testam. & Socinus Senior in consil. 91. colum. 3. & confirmatur hoc in casu. lib. 3. quos secutus sum in d. c. 1. u. 195. numero 9. Eiusdem sententiæ nunc addo Dynum in c. ratum. in fine. de regul. iuris. in 6. Luciani à Penna in l. 3. colum. 4. & in l. 7. præsumptio. C. de apochis publ. lib. 10. & in l. facultas. in fin. C. de iure fisci. lib. 10. Præpos. in c. sint manifeste. num. 3. 12. quest. 1. Ioan. Lupus in rubr. extra de donatio. inter virum & uxorem. §. 60. nu. 16. in fine. & num. 17. Didacus in c. 1. num. 6. in fin. & Tyraquell. in tracta. de priuil. pie cause. in priuil. 120. & Malcard. in d. consil. 202. num. 4.

Septimus est casus, quando est dubium an Prælati alia bona quàm illa ecclesie habuerit, & dubium etiam est, an bona acquisita fuerint ab eo quæsitæ, ante prælaturam, vel post? Hic casus multum dubitationis habet. Nam Goffredus in summa de successibus ab intestato distinguit, & quod 9. aut hæredes Prælati sunt in possessione ipsorum bonorum, & tunc præsumitur, quod bona quæsitæ fuerint ante prælaturam, & propterea onus probandi contrarium, incumbit ecclesie. Aut vero ecclesia est in possessione, & tunc præsumitur bona acquisita fuisse post susceptum beneficium & prælaturam, atque ita contrarium probare tenentur hæredes Prælati. Hanc Goffredi distinctionem probat Alb. in c. 1. de test. & in c. 3. in fine. de pecul. cler. Rom. in consil. 159. colum. pen. vers. tertio casu. Cardinalis Zaraballa in consil. 79. col. 2. Barba. in c. 1. in fin. de peculio cler. Salic. in authent. licentiam. C. de episc. & cler. Dec. in l. vlt. num. 53. C. de edito Diui Adrian. tullen. Ripa in c. sepe. colum. 1. vers. sextam ff. de rest. spol. Bertachinus in tract. de episcopo. lib. 4. parte 4. numer. 6. Alciat. in consil. 1. num. 19. & c. 4. respondeo. Cælianus Coita in memor. a. in verbo, possessionis commoditas. & Tyraquell. in tract. de iure primogen. quest. 7. opinione 11. nu. 8. Et hos quidem secutus sum in commentariis de arbitrariis iudicium. lib. 2. casu 195. in fine. & accedit Rota Romana referente Puteo in d. consil. 228. lib. 2. quæ ob id ait, sic posse definiiri illud dubium, quando ius patronatus acquisitum à clerico, dici debeat secularis, vel ecclesiasticum. Et ij quidem adducti sunt notabili text. c. 1. 12. q. 5. vbi D. Gregorius tertius censuit, bona illa non esse auferenda à legatariis illius Constatini Episcopi testatoris, nisi ecclesie actores probaverint, post ipsam dignitatem à Constantino acquisita fuisse.

Ceterum Didacus in c. 1. num. 9. de testa. scribit, d. c. 1. 12. quest. 5. fuisse deumpsum ex Diuo Gregorio lib. 10. epistolarum. 43. epistola, ad Deodatum, episcopum Mediolanensem. Quo sanè in loco non tam motus est Diuus Gregorius ex præsumptione ducta à possessione legatariz, quàm quod fama perlata fuerat ad ipsum Diuum Gregorium, illa bona fuisse acquisita à Constantino ante episcopatum.

Contra

Contrariam opinionem, quod scilicet præsumantur hoc in casu bona acquisita à ex bonis Ecclesie etiam si Prælati hæredes possideant affirmarunt Ioan. Andreæ, Butrius, Zabarella, Imola, & Abbas in cap. 3. de peculio cler. Henricus Boic. in c. vltim. eo. Anch. & Imola in c. 1. de testam. Baldus in Authent. licentiam. C. de episcopis, & cler. & ibidem Alber. Aretinus in consil. 31. colum. penult. Barba. in cap. 1. numer. 2. de testam. Corneus in consil. 314. lib. 3. qui communem esse asseruit. Soc. Senior in consil. 91. colum. 3. lib. 3. quos secutus est Didac. in d. c. 1. num. 9. de testam. idem sentit Afflicus in c. 1. numero 28. de controvers. inter masculum, & famin. Et ij quidem adducti sunt ex d. Authent. licentiam. C. de episcop. & cleric. ibi, quæcūque ante episcopatum probatus fuerit habuisse.

Verum intelligi potest, quando Episcopi hæredes non sunt in possessione ipsorum bonorum. Ita cuitari potest tex. c. sint manifeste. 12. questio 1. qui adduci solet in illis verbis: ea, quæ episcopi esse probantur. Tertio & melius assertur ratio à Baldo, Didaco & aliis; quod Prælati tenentur tempore quo dignitatem illam consequuntur, consicere inventarium carum rerum quas ipse ex suo patrimonio aliove titulo habet. c. Syracusanæ. 28. dist. c. manifeste, & c. sint manifeste. 12. q. 1. & tradit Abbas in disput. 3. in 4. lib. 10. si ergo Prælati ipse non conficere hoc inventarium, præsumptio fraudis non cessat, quin scilicet acquisierit ex bonis ecclesie.

Octavus est casus, quando bona hæc fuissent empta à fratre, vel consanguineo ipsius Prælati, & qui cum procuratorem, & administratorem bonorum suæ ecclesie constituerat. Hoc sanè casu bona illa acquisita, non præsumi quæsitæ ex bonis ecclesie scripsit Alciatus, in tract. de præsumptio. reg. 1. præsumptio. 29. in fine. à quo non dissentit Didacus in d. c. 1. nu. 10. vers. quibus illud. de testam. & idem respondit ipsemet Alciatus in respon. 18. numer. 1. Qui quidem ea ratione, & argumento motus est, quia ratio illa c. primi de peculio cler. quod scilicet Prælati non potest negotiari, cessat in procuratore, & administratore, qui potest aliunde lucrari, l. si desinētus. C. arbitrium tutela. Verum ratio hæc levis est, cum euenit eadem possit in Prælato, qui ex officiis, vel aliquo honesto exercitio, ut puta profuturum munere, lucrari iuste potest. Et verè, data terminorum paritate, nulla extat differentia inter Prælatum, & eius procuratorem.

Quocirca rectè Didacus præcitat in loco admonuit, & iudicem attendere ac discretè pendere debere, an ex hoc fraus fiat ecclesie. Nam sicuti solent per sepe Prælati ementes ex pecunia ecclesie conscribi facere instrumenta acquisitionis, sub conficto & supposito consanguineorum nomine, ut tradit Abbas in c. cum sit generale, de foro comper. Ita facile ij concedunt administrationem bonorum ecclesie suis ipsi consanguineis, ut cum graui ecclesie detrimento ditentur opulentique fiant. Et quamquam coniectura & consanguinitatis ad arguendam fraudem non sufficiat, ut in specie respondit Alciatus in d. respon. 18. num. 2. tamen coniuncta coniectura argumentato acquiritorum bonorum abundè satis sufficere videretur. Et in specie sic tenit Præpositus in c. episcopus. n. 1. 12. quest. 1.

PRÆSUMPT. LIV.

Quando fraus à Prælato commissa præsumatur in alienatione bonorum ecclesie, facta in proprios affines & sanguine coniunctos.

SVMMARIA.

- 1. Alienatio bonorum Ecclesie facta à Prælato in consanguineos suos, obseruata solemnitate requisita, & in utilitatem Ecclesie, valet & consilii.
- 2. Prælati Ecclesie ut ex bonis Ecclesie elemosynam largiri suis potest, ita & alienare in eos, cum Ecclesia non defraudetur.
- 3. Exequutor testamenti in electione pauperum potest eligere sanguine sibi coniunctos.
- 4. Alienationem bonorum Ecclesie factam à Prælato in consanguineos suos, præsumi in dubio factam in fraudem Ecclesie.
- 5. Episcopi circa nepotes & consanguineos cæci dicuntur.
- 6. Papa conferens beneficium consanguineo præsumitur motus affectione sanguinis, non reuelatione spiritus.
- 7. Papa quando peccet alienando bona Ecclesie in consanguineos suos.
- 8. Emphyteusim vel infundationem nouam, concessam à Prælato consanguineis præsumi fraudulentam.
- 9. Prælati est vsuarius, vel usufructuarius tantum bonorum ecclesie.

Quod in fine præcedentis præsumptionis diximus, efficit, ut hic differamus, quando præsumatur fraus in alienatione bonorum ecclesie à Prælato, facta in proprios affines & sanguine coniunctos. Quia quidem in re duo casus distinguendi sunt.

Primus est quando constat alienationem fuisse factam in ecclesie utilitatem, & obseruata fuisse solemnitates à lege requisitas. Hoc sanè casu cessat omnis præsumptio & suspicio fraudis, & alienatio ipsa valet, ac si cuius extraneo facta fuisset. Ita sentit Bartol. in Authent. quibuscūque. C. de sacros. eccles. Freder. de Senis in consil. 52. Quidam Prælati, Abbas in consil. 41. num. 3. lib. 1. quos secutus est Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 1. præsumptio. 29. num. 4. & alios congesti in consil. 79. num. 19. lib. 1. vbi auctoritate multorum probauit, Prælatum æquè posse suis consanguineis concedere rem in emphyteusim, vel feudum, sicuti extraneis: modo ecclesia non fraudetur. Nam si potest Prælati & suis benefacere & elemosynam ex bonis ecclesie dare, c. non satis 86. dist. c. quis 12. q. 2. ita etiam potest in eos alienare bona ecclesie, modo ecclesia non fraudetur. Imò laudandus est Prælati, qui in his elemosynis anteponeat consanguineos extraneis, ut ait Gemin. in d. c. quisquis. Et hinc dicimus, executorum & testamenti in electione pauperum, eligere posse ex sibi coniunctis sanguine. Ita Ioan. Andreæ in addit. ad Specul. in tit. de instrumentorum editione. §. nunc vero aliqua, in additione que incipit, conuincitur hic alia questio. & Anclæ. in consil. 336. In his dubiis Et si ab his dissentit Bald. in l. tuor petius. §. 1. de excus. tur.

Secundus est casus, quando sumus in dubio. Hoc in casu præsumitur facta alienatio & concessio ad fraudandam ecclesiam: sicuti colligitur ex Authent. quibuscūque. C. de sacrosan. eccles. vbi Bartol. Bald. & Alber. & apertius probat c. decemter. 89. dist. & responderunt Barb. in consil. 17. colum. 2. libro 4. Io. Iacob. de Leonardis inter consilia Brun. in consil. 114. numero 117. & Iafon in consil. 183. colum. vltim. vers. non obstat. lib. 2. Confert. gloss. c. peruenit. 1. q. 3. Cum dixit, quod Episcopi & sunt cæci circa nepotes & alios consanguineos. Hinc etiam Bald. in l. tuor petius. §. 1. ff. de excus. tur. ex illo textu colligit, quod Papa & conferens beneficium consanguineo vt nepoti, quem ad Cardinalatum promouet, præsumitur motus affectione sanguinis, non autem reuelatione spiritus. & Bald. securus est Barba. in consil. 16. colum. pen. in fin. libro 1. & in consil. 17. colum. 3. li. 4. Et scribit Archid. in c. non licet. 12. quest. 2. Papam & peccare si alienat bona ecclesie in sanguine sibi coniunctos, vt eos diuites efficiat. Et ad rem magis pertinet, quod scripsit Alciat. in d. præsum. 29. num. 2. ex sententia Guidonis Papæ nouam infundationem & vel emphyteusim concessam ab Episcopo & Prælato consanguineis propriis, præsumi factam in fraudem ecclesie. Nec obstat quod Abb. in d. consilio 41. nu. 3. lib. 1. dissentire videatur, & existimet, d. Authent. quibuscūque. loqui in œconomio, qui quidem non habet ita pingue ius sicut Prælati. c. 1. §. 9. 3. Nam responderet vni cum Alciat. in d. præsum. 29. eandem esse rationem in œconomio, quæ est in ipso Prælato, cum ita vnus ac alter lege prohibeatur alienare bona ecclesie. Nam et si Prælati maius ius habeat ipso œconomio, quo ad commodum fructuum, & artem est & solummodo vsuarius, vel usufructuarius, vt post alios responderunt Socin. Sen. in consil. 32. colum. 2. lib. 1. & Bellonus in consil. 3. & propterea de rebus ipsius ecclesie disponere ad libitum non potest.

PRÆSUMPT. LV.

Quando pecunia à Prælato mutuo suscepta ecclesie causa, præsumatur versa in ipsius ecclesie utilitatem, & ibidem de aliis his similibus.

SVMMARIA.

- 1. Bonis ecclesie precio numerato venditis, si emptor ad eorum consequutionem agit, presium in ecclesie utilitatem conuersum esse probare debet. Prælati autem ad recuperationem eorum agentis, probatio incumbit, num. 2.
- 3. Socius contractu suo socium quando obliget.
- 4. Pecuniam in utilitatem Ecclesie conuersam, præsumptionibus & coniecturis probari. Quarum prima est ab indigentia, tempore pecunie acceptæ: num. 5. Alia ab administratoris dūcta probitate, & integritate: num. 6. Tertia in summa modica, num. 7. Quarta si satisfactum sit causæ, ob quam pecunia accepta

fuit. nu. 8.
 Quinta quando codices administrationis haberet aduersarius, eosque edere recusat. nu. 9.
 10. Dolus contra eum præsumitur, qui quod facere tenetur non facit.

1. **P**ermulti sunt casus, in quibus prælati, qui ecclesie causa mutuo suscepit pecuniam, probare debet, pecuniam illam fuisse veram in ipsius ecclesie utilitatem, quemadmodum copiose distulit in libro 2. de arbitra. iudicium. casu 432. Cum vero res ecclesie pretio numerato fuit vendita, et emptor si rem adhuc non est consecutus, & agit ut eam consequatur, debet probare pretium fuisse verum in utilitate ecclesie, secus vero si convenitur à Prælato, et qui vult rem ipsam recuperare. Nam tunc ipse Prælati probat. Ita post Abbatem, Socinum & alios respondit in conf. 114. nu. 7. 8. & 9. libr. 3. Ita quoque dicimus, quod socius et obligat suo contractu socium, quando apparer, quod ab eo actum est, in communem societatis usum & utilitatem esse conversum, l. in re societatis. ff. pro socio. & ibidem scribunt Bald. Alber. & Fulgo. & responderunt Alexand. in conf. 110. in fin. libro 3. Ruinus in conf. 129. n. 4. lib. 5. & Crau. in conf. 129. numero 12. Quia quidem de re distulit in conf. 375. numero 4. & numero 31.

Ceterum dubitari solet, quomodo probari possit, pecuniam esse veram in utilitate ecclesie, vel societatis? Et dicendum posse probari et præsumptionibus & coniecturis. cum alioqui difficilis probatio sit, sicuti scribunt Bartol. in d. Auth. hoc ius porrectum. nu. 17. C. de sacrosanct. ecclesie. & ibidem Bald. in l. unica. in fi. C. de aduersus cred. Castr. in conf. 338. Primo quaeritur, posito. nu. 2. l. 1. Riminald. Sen. in l. civitas. colum. ult. versic. ex quo colligitur. ff. certum pet. & ibidem Decius. nu. 10. & Alciatus. nu. 6. Idem respondit Rom. in conf. 142. nu. 4. lib. 1. Quos quidem secutus sum lib. 2. de arbitriis iudicium. casu 432. nu. 33.

Prima est coniectura, & præsumptio quando constat quod et tempore acceptæ pecunie ecclesia, vel societas, vel civitas maxime indigebat ipsius pecuniis. Nam tunc præsumitur pecunias veras fuisse in earum utilitatem. Ita gloss. in d. Auth. hoc ius porrectum. quam alij multi probarunt, & idem respondit Ruin. in conf. 76. col. 4. in fi. lib. 4. qui communem esse a ferit.

Verum scripti in d. casu 432. nu. 34. dissentire ab hac sententia multos, & illis accedit Ripa in l. si qui bona. nu. 10. ver. contrarium. ff. de pign. qui hanc esse communem testatur. Dixi ego in d. num. 34. vna cum Alciato, hoc esse iudicis arbitrio relinquendum.

Secunda est coniectura, ducta à prudentia et probitate Prælati, socij, & administratoris qui consueverunt negotia suorum principalium summa fide pertractare. Ita scripsi in d. casu 432. numero 36. ex sententia multorum quos ibi recensui.

Tertia est coniectura, cum modica summa et fuit mutuo data. Nam tunc præsumitur versa in utilitatem ecclesie, societatis, vel civitatis. Ita scripsi in d. casu 432. nu. 37. ex sententia Alciati ibi commemorati.

Quarta est coniectura, si confestim quo mutuo data fuit pecunia reperitur, et satisfactio illi causa, ob quam pecunia fuit accepta. Ita scripsi in d. casu 432. nu. 38. ex multorum sententia. Illis accedit Bal. in con. 125. Quidam 10. vnes. colum. vlti. versic. si esset. lib. 5. cum respondit quod si socius macelli emit animalia, & constat eo tempore in macello fuisse occisa animalia, præsumitur, quod ex illis à se emptis occisa fuerint: & propterea illa empti fuisse versa in utilitatem societatis.

Quinta coniectura considerari potest, quando Prælati, ad ministrator, vel socius, qui afferit pecunias fuisse veras in utilitatem ecclesie, vel civitatis, caret illis libris, & codicibus et administrationis, qui quidem extant apud aduersarium: qui eos edere recusat. Hoc casu præsumitur pecunias veras in prædictam utilitatem: Nam præsumptio insurgit contra recusantem edere codices illos, qui alioqui edendi sunt iuxta ea quæ tradunt Alciatus in l. 1. numero 22. C. de eden. & Bero in conf. 191. numero 35. libro 1. Dolus et enim præsumitur contra eum, qui non facit, quod facere tenetur. l. si procuratorem. §. dolo. ff. manda. & responderunt Socin. Sen. in conf. 213. nu. 5. libr. 2. & Crauet. in conf. 115. numero 2. & dicimus infra. lib. 5. præsumpt. 3. ubi de præsumendo dolo agemus. Quare in eo reponio quod pro Bosis reddidi, scripsi, quod cum liber administrationis societatis esset apud eum, qui negabat socium non conuertisse lanas à se emptas in communem societatis utilitatem, & recusat libri editionem, præsumendum esse quod lanæ ita versæ fuerint. alioqui facile librum is reus edidisset, tum maxime, quia id aliunde probari non poterat.

Societas omnium bonorum, vel alicuius negotiorum, quando contracta præsumatur inter fratres, vel alios sanguine coniunctos.

SUMMARIA.

- 1 Societas duobus modis contrahitur.
- 2 Societas expresse verbis claris stipulatione adhibita, contrahitur.
- 3 Societas tacite contrahitur per actus sociales. Idque pendet à coniecturis. nu. 4.
- 5 Fratres habitantes simul, patre eorum vivo, non præsumuntur societatem inisse.
- 6 Fratres vel affines plures simul habitantes, pupillis aliquibus ex iis existentibus, nullam inisse societatem præsumuntur.
- 7 Licet etiam unus exceperit ætatem pupillarem, si tamen minor 25. annis, habeat que curatorem. nu. 9.
- 8 Item quantum de eius utilitate tractatur. nu. 11.
- 7 Societas contractus, utroque obliigatorius est, neque ex eo pupillus obligatur, aut alius carens legitimo consensu.
- 9 Vel qui tractare negotia non potest. nu. 8.
- 10 Minor curatorem habens, sine ipsius autoritate, neque expresse obligatur neque tacite.
- 12 Societas quando nomine pupilli, cum aliis fratribus, à tutore contracta præsumatur.
- 13 Tutorem verbis autoritatem suam interponere debere, in quibus actibus verum sit.
- 14 Societas à tutore nomine pupilli, cum aliis fratribus, contracta non præsumitur, si tutor ipse unus sit ex socijs.
- 15 Societas inter fratres inita præsumitur, mandante patre et negotio communi nomine exercitata. Idem si pupillus maior factus, eam societatem ratificet. nu. 17.
- 16 Prædium pupilli quod pater vendit in rebus suis mandatar, si ne Prætoris decreto alienari.
- 18 Societas inter fratres, etia cum pupillo, inita præsumitur, quæ fructus bonorum aut lucra negotiationis.
- 19 Societas cum maioribus pupillis contracta, tacite cum pupillo præsumitur et continuata, præsertim aliquibus concurrentibus coniecturis.
- 20 Fratres aut affines omnes maiores, non negotiantes, sed hereditatem inuicem possidentes, societatem contractam non præsumuntur.
- 21 Nisi contrarie extant coniecturæ. nu. 21.
- 22 Vel diu simul habitantes communicassent redditus. nu. 22.
- 23 Fratres aut affines nati maiores omnes simul habitando, si tantum negotietur, non præsumuntur inisse societatem.
- 24 Nisi tamen reliqui communicarent ea, quæ aliunde sibi duntaxat. nu. 24.
- 25 Fratres aut affines omnes maiores negotiando, lucra communicando contraxisse societatem præsumuntur, quo ad illas negotiationem non autem quo ad reliqua. nu. 28.
- 26 Nec refert quod diuersas negotiationes exercent, dummodo lucra communicent. nu. 30.
- 26 Familie crescendo iudicio ea tantum veniunt, quæ quis facit ut heres.
- 27 Communi diuidendo iudicium, ad diuidendum tantum, non etiam communicandum datur.
- 29 Actus voluntarij ultra quam geruntur, non extenduntur.
- 31 Fratres aut affines quando negotiando & lucra communicant, præsumuntur societatem inisse, quo ad omnia bona, prædicta scilicet & similia.
- 32 Idque si eorum communi consensu bona posita sint in catastro suo communi. est. nu. 32.
- 33 Vel id consistit ex aliqua confessione extrajudiciali. nu. 33.
- 34 Item si longo tempore tanquam communia possederint. numero 34.
- 35 Aut ex communi pecunia aliqua prædia empti sunt. numero 35.
- 36 Societas inita quo ad lucra negotiationis, si ex ea pecunia proprio nomine sociorum unus aliquis emat communia, non tenetur, sed restituere solum pecunie partem.
- 37 Fratres & affines omnes nati maiores, hereditatem possidentes in diuisam, simul vivendo & lucra indifferenter communicando, omnium bonorum societatem præsumuntur contraxisse.
- 38 Dissentiens tamen Castrense & alij, nisi id expresse sit dictum. nu. 38.

Prior tamen opinio ut recepta, locum habet etiam in lucris dotalibus unus ex fratribus. nu. 39.
 Item lucris Doctoris, si ea diu habitando communicasset. numero 40.
 Nec referre utrum unus altero plus lucretur, vibus tamen concurrentibus. nu. 42.
 41 Taciti & expressi par virtus est.
 43 Fratres nati maiores vel affines simul habitando, atque lucra communicando, nec ineundo rationes, quando tamen non censeantur, omnium bonorum inisse societatem.
 Idque primo si unus ex iis librum rationum conscripserit, cuius tamen effectus spectandus est. nu. 44.
 Vel si ab initio cohabitationis & communicationis, unus ex iis nomine proprio emerit, & catastro nomine proprio ceteris scientibus insinuaret. nu. 45.
 Idem est si omnes emant nomine proprio. nu. 46.
 Denique si pater mortuo vel uno ex fratribus, incipiat alter novas librorum inscriptiones suo nomine tantum facere. numero 47.

In iudiciis & foro frequentissima est hæc disputatio, quando inter fratres, vel alios sanguine coniunctos, qui alioqui bona habent indiuisa, contracta præsumatur societas vel omnium bonorum, vel alicuius negotiationis. Quo clarius hæc explicetur tractatio, prius sciendum est, societatem et contrahi duobus modis, expresse & tacite. Expresse quando et per verba clara adhibita stipulatione contrahitur. l. societatem. ff. pro socio. Tacite contrahitur per actus sociales. Ita Socin. Senior in conf. 4. numero 1. lib. 4. post à se commemoratos Crauet. in conf. 605. nu. 6. lib. 4. & Decianus in conf. 97. numero 3. libro 3. De illa parte nostra non est disputatio. De tacite itaque differendum est. Hæc societas, ut dicatur et contrahitur, pendet à coniecturis et præsumptionibus, ut respondeunt Bald. in conf. 304. Non est notum, colum. 2. l. 1. & in conf. 452. lib. 3. Anch. in conf. 303. col. 1. l. 1. in conf. 2. col. 6. lib. 3. Dec. in conf. 21. col. 2. versic. predictis tamen non obstantibus. Nota Rom. a. in dec. 169. numero 1. in secunda parte, in nu. 1. & alij plures quos statim commemorabimus. Hac in re sunt distinguendi atque constituendi permulti casus.

1. **P**rimus est quando fratres et simul habitant, patre eorum vivo. Hoc in casu non præsumitur inter eos contracta societas. Ita Bald. in l. cum oportet. in princ. numero 9. C. de bonis que liberis. Roma. in conf. 470. numero 2. vers. non tamen dicendum. Alex. in conf. 48. numero 5. libr. 1. l. 1. in l. 1. numero 12. vers. secundo intellige. C. qui testa. facere possunt. Dec. in conf. 670. numero tertio, Bologn. in conf. 7. numero 1. & Decianus in conf. 36. numero 5. libro 1. Ea est huius sententia ratio, quia lucra omnia, quæ vel ex ipsa negotiatione, vel ex bonis ipsis aliunde obveniunt filiis, eorum usus fructus acquirunt patri. d. l. cum oportet. Nil ergo affuit quod communicari poterit inter ipsos fratres.

2. **D**ecuratur hic casus, ut non habeat locum quando filij habitant seorsum à patre, & negotiantur ut patres. Hoc casu posse contrahere societatem scripsit Petrus V. Bald. in tract. de duobus fratribus. parte 3. n. 3. quem tamen in specie dicit Decian. in d. conf. 36. numero 5. quem sequor, quando filij acquirerent patri: secus si sibi.

3. **S**ecundus est casus, quando plures fratres, vel affines vna simul habitant, sed eorum aliqui pupilli adhuc sunt. Hoc in casu absolutum etiam est, cum illis contractum non præsumi, nec esse societatem, ita tradunt Bart. in l. Titium. §. altero. nu. 5. vers. ex prædictis. ff. de administr. tuto. in l. cum duobus. §. idem Papinianus. ff. pro socio. Bal. in l. si patruus. n. 15. C. communia utriusque iudi. Idem in conf. 260. Vnus videlicet Ioan. colum. 2. lib. 1. Angelus in conf. 60. V. i. i. testamento. Roman. in conf. 413. nu. 14. Castr. in conf. 350. Ex die quo iste. nu. 1. lib. 1. Alex. in conf. 49. nu. 1. lib. 1. & in conf. 37. nu. 3. lib. 4. Corneus in conf. 1. nu. 2. lib. 1. & in conf. 213. nu. 3. lib. 3. Carpolla in conf. 40. nu. 1. in consil. Lud. Bolog. in conf. 7. nu. 5. Barb. in conf. 37. colum. 13. lib. 2. & in conf. 10. col. 5. & col. 6. lib. 4. l. 1. in l. 1. nu. 6. C. qui testa. facere poss. Socin. Sen. in conf. 160. colum. 4. lib. 2. Decius in l. in eo quod pius. §. pupillus. ff. de regu. iur. & in conf. vigesimo primo. colum. prima, versic. secundo in casu, & in conf. 213. Paul. in consil. 84. nu. 8. & n. 53. lib. 1. Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 25. numero 2. Craue. in conf. 286. col. 1. versic. secundo licet. Et hos secutus sum in conf. 12. numero 11. Quibus accedunt Martinus Laudensis in conf. 34. nu. 2. Ioan. Baptist. Ferretus in conf. 166. nu. 5. & Mascardus in conclusione 31. numero 11. & 12. Hanc sententiam probat rex. claus. l. ut in conductionibus. ff. pro socio. Et ratio est manifesta, quia contractus et societas est vtroque obliigatorius, l. societas contrahitur. §. vltim. ff. pro socio. ea propter pupillos, qui obligari non possunt. l. obligari. ff. de aucto. tuto. non etiam contrahere societatem potest. Hac ratione idem dicimus in furioso, & alijs, qui

legitimo consensu carent. Alciat. in d. præsumpt. 25. nu. 2. Idem post Baldum respondit Barba. in conf. 37. col. 12. versic. & adduco quod voluit. lib. 2. Idem est in alijs, qui et negotia tractare non possunt, ut in clerico. Freder. de Sen. in conf. 207. col. 2. quem secutus sum, in conf. 12. nu. 12. lib. 1.

4. **E**xtenditur primo hic casus, ut locum etiam habeat, quando et unus horum fratrum, vel affinium exceperit pupillarem ætatem, sed tamen adhuc esset minor 25. annis, & curatorem haberet. Nam & tunc non præsumitur contracta societas inter eum, & alios fratres, vel affines tuos. Ita Alex. in conf. 49. nu. 4. libro 1. & in conf. 154. nu. 7. lib. 2. l. 1. in l. 1. nu. 6. vers. tertio limita. C. qui testa. facere poss. Ea est ratio, quia minor et habens curatorem non potest expresse obligari, 16 sine ipsius curatoris auctoritate. l. si curatorum habens. C. de in integr. rest. minor. Ergo nec tacite, persequendo in bonorum communione.

5. **E**xtenditur secundo, ut locum etiam habeat hic casus, et quando tractaretur de utilitate ipsius pupilli, vel minoris. Nam adhuc non præsumitur contracta societas. Ita Bald. in l. cum oportet. in princ. nu. 9. vers. si autem. C. de bonis que liberis. & l. 1. in l. 1. nu. 6. versic. amplia istam. C. qui testa. facere poss.

6. **D**ecuratur primo, ut non procedat hic casus, quando et pupillus habet tutorem, qui communicat bona, & negotia omnes alijs fratribus, & fratres illi ipsi tutore, nomine scilicet pupilli. Hoc in casu præsumitur nomine pupilli tam respectu negotiationis, quam omnium bonorum (si modò alia habita concurrunt) contracta societas. Ita Baldus in l. si patruus. n. 15. vers. item dico. C. commun. utriusque iudi. Idem in l. mandatum. in secunda oppo. C. mand. Martinus Laudensis in conf. 34. nu. 3. Alex. in conf. 49. nu. 2. in fi. lib. 1. Barba. in conf. 10. col. 6. vers. circa hoc est. lib. 4. Corn. in conf. 1. nu. 8. libro 1. Abbas in conf. 87. lib. 2. l. 1. in l. 1. nu. 6. vers. primò limita. Cod. qui testa. facere poss. & in conf. 3. col. 2. lib. 3. & alios plures commemorat Ty. in tract. de legib. commun. in glo. 5. nu. 20. Crauet. in conf. 286. col. 1. vers. secundo dico. & Decian. in d. conf. 36. nu. 16. lib. 1. & Mascard. in d. concl. 31. nu. 16. Et probat text. d. l. in conductionibus. ff. pro socio.

7. **N**ec obstat, quod et tutor debet verbis interponere auctoritatem suam pro pupillo. l. 1. in fi. ff. de aucto. tuto. Nam respondet Bald. præcitat in locis, & reliqui sequuntur; quod in illis actibus, qui verbis expediuntur, auctoritas debet etiam verbis interponi: secus vero in illis, qui factis explicantur. Nam tunc sufficit tacita auctoritas. arg. l. si filius. §. fundum. ff. de contrah. empt. Hæc autem declaratio locum non habet, quando tutor et vel curator esset vnus ex socijs. Ita Decius in d. conf. 21. col. 1. vers. 2. in casu nostro.

8. **D**ecuratur secundo, ut non procedat hic casus, quando pater ipsius pupilli mandasset, et negotiationem communi nomine exerceat. Nam tunc contracta dicitur societas, etiam si alter fratrum esset pupillus, vel minor. Ita Bald. in d. l. cum oportet. in princ. nu. 9. vers. si autem. C. de bonis que liberis. Alex. in conf. 49. nu. 1. lib. 1. Barba. in conf. 31. col. 3. lib. 1. & l. 1. in d. l. 1. nu. 6. vers. secundo notabiliter limita. C. qui testa. facere poss. & Mascardus in d. concl. 31. nu. 19. Et ij quidem adducti sunt ex l. qui negotiationem. in princ. ff. de adm. tuto. Et accedit simile, quod quando pater suo in testamento mandaret aliquid etiam prædium vendi à filio suo pupillo, vel minore: vendi illud potest, sine Prætoris decreto. l. 1. in princ. l. magis puto. §. si fundus. & §. si pupillus. ff. de rebu. eorum, & scripti in commentariis de arbitr. iudicium. lib. 2. casu. 171. nu. 67.

9. **D**ecuratur tertio, ut non procedat, quando pupillus et factus maior ratificaret. Alex. in conf. 49. nu. 9. lib. 1. & l. 1. in d. l. 1. numero 6. vers. vlti. limita. C. qui testa. facere possunt. ex l. si pupillus. in princ. ff. de nonat. Idem affirmant Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus. in 3. parte princ. col. 2. Corn. in conf. 213. nu. 1. lib. 3. Soc. Sen. in conf. 160. col. 4. vers. respondeo & aliter, lib. 2. Decius in conf. 21. col. 1. Crauet. in conf. 286. col. 2. vers. Non obstat secundum.

10. **D**ecuratur quarto, ut non procedat quo ad fructus et eam bonorum, quam lucrorum negotiationis, & in dies consumuntur, in iis præsumitur contracta societas, etiam cum pupillo, vel minore, Alexand. in consilio 49. numero quarto, libro primo.

11. **D**ecuratur quinto, ut non procedat quando agitur de continuanda societate iam contracta, cum maioribus ipsius pupilli. Ita Bald. in l. si patruus. nu. 16. C. communia utriusque iudi. Corneus in conf. 1. numero 3. libro 1. Nec dissentit tandem Barba. in consilio to. col. 9. vers. nec obstat quod voluit. lib. 4. et ibid. colum. 6. in princ. post Angel. in conf. 58. aliter visus sit sentire. Alex. in consilio 132. colum. 1. lib. 5. Abb. in conf. 87. lib. 2. l. 1. in conf. 3. colum. 2. lib. 3. & Craue. in conf. 286. colum. 1. vers. præmissis. & colum. 2. vers. respondeo quod. Et hæc quidem declaratio maxime procedit, quando aliqua coniecturæ concurrunt, quibus conicitur illos ætate maiores, voluisse continuare societatem.

tem cum pupillo, vel minore illo, quemadmodum conie-
cturas aliquas ex affectione & amore ac aliis consideravit
Com. in d. conf. 1. nu. 3. & nu. 4. lib. 1. qui idem sensit, quando
frater, vel affinis negotiaretur cum pecuniis pupilli. Idē apertius
respondit Crauer. in conf. 286. nu. 1. Nam alioqui præsum-
eretur delinqueret, hoc est, velle convertere pecunias illas,
in proprium vium ad detrimentum pupilli.

20 Tercius est casus, quando omnes ipsi fratres, vel affines
sunt ætate maiores, & nulla negotia gerunt: sed solummodo
paternam, vel maiorem suorum hereditatem indivisam pos-
sident, sicuti contingit in nobilibus, qui ex propriis reditu-
bus vivunt. Hoc in casu non præsumitur inter hos contracta
societas. Ita Bart. in l. Titium. §. altero. nu. 5. vers. primo casu. ff.
de adm. tut. idem in l. si patruus. nu. 9. vers. ego clarius. C. commu-
nia virisque iud. Ang. in l. ex tribus. ff. de neg. gest. & in conf.
23. Vanusius. Anch. in conf. 31. Quia questio. Castr. in l. si pa-
trius. & ibid. Salicet. & Fulgosius. C. communia virisque iud.
dic. Alex. in conf. 49. nu. 1. l. 1. lason in l. 1. nu. 7. C. qui test.
facere possunt. Alciatus in tract. de presump. reg. 1. presump. 25. vers. i-
tem fallit. & hos secutus sum in conf. 12. nu. 13. lib. 1. ubi alios
retruli, quibus accedunt Neviz. in conf. 76. nu. 8. Narca in conf.
264. & n. 1. & Mascardus in concl. 31. nu. 20. Et ij quidem addu-
cti sunt l. ex parte. §. si filius. ff. fam. cretisc. Et comprobatur ex
his, quæ dicemus infra in sexto casu.

Et hinc inferitur, quod acquisita à singulis horum fratrum,
vel affinium, propria tunc ipsius acquirentis. Rom. in conf. 291.
nu. 7. in conf. 213. Alc. in tract. de presump. reg. 3. presump. 17. nu.
2. Io. de Amicis in conf. 16. nu. 11. & Mascardus in d. concl. 31. nu-
mero 22.

Declaratur primò, vt non procedat hic casus quando extant
coniecturæ, quibus colligi potest hos fratres vel affines
voluisse contrahere societatem: Ita Bald. in l. si patruus. nume-
ro 14. vers. sed ego dico. C. communia virisque iud. quem sic in-
tellexerunt Comen. in l. Titium. §. altero. nu. 4. ff. de adm. tut.
& lason in l. 1. nu. 7. vers. tu ergo. C. qui test. facere possunt. Idem tenentur
Rom. in d. conf. 53. nu. 21. lib. 1. Soc. lun. in conf. 61. nu. 3. li.
3. & Alc. in d. presump. 17. nu. 2. cum dixerunt, quod si ij sic vna
habitantes, curant à se quæ sita reponi & describi in catastro
seu æstimo, censeri acquisita communi nomine, atque ita in-
ferre contractam fuisse societatem.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hic casus quan-
do frater diu habitasset, & reditus communicasset. Nam
tunc ob temporis diuturnitatem, & communem vium viuendi,
iuncta sanguinis coniunctione, præsumitur contracta societas.
Ita lason in d. l. 1. nu. 7. in fine. vers. limita secundo. C. commu-
nia virisque iud. post Oldradum, Baldum, & Albericum
ibi, & Salicetum in l. si patruus. col. ult. C. communia virisque
iud. Idem affirmavit Anch. in conf. 302. Materia ista. nu. 4. vers.
& Bald. etiam. Et hos etiam secutus est lason in conf. 2. colum.
6. vers. secundo principaliter. lib. 3. His accedunt Alex. d. in
conf. 49. numero 6. in fine. libro 1. Ruin. conf. 141. numero 23. in
fin. & Caphal. in conf. 483. nu. 3. libro 4. Mascard. in d. concl.
31. nu. 25.

Quartus est casus, quando fratres vel affines ij simul ha-
bitantes, ætate maiores quidem sunt, sed eorum vnus tantum
negotiat. Hoc in casu non præsumitur cum aliis con-
traxisse societatem. Ita Bartolus in d. l. Titium. §. altero. nu. 5.
vers. secundo casu. ff. de adm. tut. uo. Castr. in l. si patruus. C.
communis virisque iud. & ibidem Fulgosius. Ioan. de Anna.
in conf. 65. numero 1. Corneus in conf. 29. numero 2. libro 4. lason
in l. 1. nu. 8. C. qui test. facere possunt. & alios refert Maicet.
in concl. 31. nu. 28. Ea est ratio, quia cum non negotiantes, ni-
hil de suo ponant in negotiatione, dici non potest contracta
societas. l. 5. in ff. pro socio. Et præterea accedit, quod cum
acquisita ab hoc negotiante eius propria efficiantur. l. cum
duobus. §. si inter fratres. ff. pro socio, & l. si patruus. C. communia
virisque iud. sequitur dicendum, non fuisse contractam soci-
etatem, alioqui acquisita illa effecta essent commu-
nia.

Declaratur hic casus, vt non habeat locum, quando reli-
qui fratres, vel affines communicant ea, quæ sibi aliunde
obueniunt, vt puta dona, fructus bonorum ecclesiasticorum
& similia. Nam tunc præsumitur contracta societas
cum illo negotiante, vt lucra efficiantur communia. Ita
Bald. in l. si patruus. nu. 15. C. communia virisque iud. Ancha-
ran. in conf. 302. Materia ista. nu. 7. Alex. in conf. 49. nu. 3. lib. 1.
& lason in l. 1. nu. 8. in fi. C. de testam. facere possunt. Idem lason in conf.
2. colum. 6. vers. 3. facit libro 3. Idem respondit Cepholla in conf.
40. nu. 3. in ciuilibus.

Quintus est casus, quando fratres vel affines isti sunt æ-
tate maiores, & omnes negotiantur, & lucra ipsius nego-
tiationis simul communicant. Hoc in casu, si præsumitur
contracta societas quò ad negotiationem illam. Ita Bart. in l.
Titium. §. altero. nu. 5. vers. tertio casu. ff. de adm. tut. Rom. in
conf. 291. nu. 4. Alexand. in conf. 49. nu. 3. lib. 1. & in conf. 77.

num. 5. lib. 4. & in conf. 132. nu. 16. lib. 5. Corn. in conf. 27. nu. 12.
lib. 2. & in conf. 299. nu. 2. lib. 4. Barba. in conf. 22. lib. 2. Socin.
lib. 2. lason in l. 1. nu. 10. C. qui test. facere possunt. idem in conf. 60.
colum. 2. vers. in presenti. & colum. 9. vers. non est ab ergo. lib. 3.
Deci. in conf. 21. nu. 3. & in conf. 628. nu. 3. Paris. in conf. 84. nu.
10. lib. 1. Alciat. in tract. de presump. regul. 1. presump. 29.
nu. 2. vers. item quando. Crauer. in conf. 26. nu. 1. Cephallus
in conf. 247. nu. 26. lib. 2. & hos secutus sum in conf. 12. nu.
19. lib. 1. His accedunt Cephallus in conf. 569. nu. 14. & Decia-
nus in conf. 36. nu. 10. & in lib. 1. & in conf. 97. nu. 34. lib. 2.
Ea est vrgens ratio, quia actus isti dici non possunt celebra-
ti ius, & nomen societatis. Ergo locietas præsumitur contra-
cta. argument. l. pro hared. §. P. spinarius. ff. de acquir. hared.
Non enim dici potest donatio, cum non fiant actus isti ex
liberalitate. Nam vnus confert, quia & alij consentant. Non
etiam hoc ex natura hereditatis retentæ prouenit. Et sic non
veniunt in iudicio familie creticæ, cum eo in iudicio testat.
& l. puto. §. sed est de lo. ff. fam. cretisc. Non etiam veniunt
in iudicio communi diuidendo. Cum illud iudicium de-
betur ad diuidendum, non autem ad communicandum. Re-
stat ergo vt dicamus iure societatis hæc lucra fuisse commu-
nicata.

Hic casus intelligitur (vt attingimus supra) vt solummodo
ipsius negotiationis præsumitur contracta societas, quo scilicet
ad eius lucra. Non autem præsumitur contracta societas,
quò ad reliqua. Ita Bart. in d. §. altero. nu. 6. vers. ad quod
dico. Ea ratione vsus est Bart. quia actus nostri voluntarij, non
extenduntur ultra quam geruntur, l. tutores qui poss. §. si
de adm. tut. l. 1. §. hoc interdicitur. ff. de itinere actioque priuati. §. l.
1. & l. 2. C. de neg. gest. Et alius argumentus itatim in subse-
quenti extensor. con probabi. nus.

Verum Alciatus in d. presump. 25. nu. 2. vers. unde puto, scribit,
inmò in fratribus hæc casu præsumitur contractam societatem
omnium bonorum: quia alias coniunctio sanguinis nihil
opeiaretur. Quæ sanè ratio leuis est, cum vete-
ranguis coniunctio, non operetur contractum societatis,
leuem enim coniecturam quandam facit, vt infra dice-
mus.

Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quando fra-
tres vel affines isti varias & diuersas negotiationes exer-
cerent, vt puta, si vnus eilet mercator pannorum, alter se-
ricorum, tertius argentarius seu nummularij, singuli tamen
lucra communicarent. Nam adhuc quo ad lucra illa præsumitur
contracta societas: non autem quo ad alia bona.
Ita sensit Bartol. in d. l. Titium. §. altero. numero 6. vers. ita
ergo. Abbas in conf. 66. lib. 1. Alexand. in conf. 68. libro 2. & A-
pertius Alciat. in d. presump. 25. numero 2. vers. ita quon-
do. Eteandem opinionem verè probarunt Salice. in l. si pa-
trius. col. pe. vers. ergo autem vt prædicta. dum concludit lu-
cra & fructus comm. unecari, non autem ipsos fundos, vel ca-
pitale. & Roma. in conf. 291. nu. 5. & si hos aliter intellere-
rit lason in l. 1. nu. 12. C. qui test. facere possunt. Et prædicti non
sunt, ex l. cum dicitur §. si pro socio, & in l. ex parte. §. si
filius. ff. fam. cretisc. ubi tenentur hereditatis obuentæ fratribus
pro iudicio, non significat contractam esse societatem
quò ad aliqua bona. Ergo & nostro in casu communicatio
lucrorum negotiationum, non infert communicationem
omnium bonorum. Et apertius hanc sententiam probat
text. d. l. cum dicitur. §. cum duo erant argentarij, ubi communi-
catio lucri ex negotiatione argentarij, non infert communi-
cationem aliorum lucrorum. Ergo multo minus aliorum
bonorum. Et ratio etiam affertur, quam & supra cum
Bart. commemorauimus: quia scilicet actus voluntarij non
vltra extenduntur, quam gerantur d. l. tutores qui poss. §. si
de adm. tut. cum simit.

His intelligimus minus rectè sensisse Baldum in l. si pa-
trius. nu. 16. C. communia virisque iud. Barba. in conf. 37. nu. 13.
vers. mihi videtur. lib. 2. & lason in d. l. 1. nu. 12. vers. quid tenen-
dum. C. qui test. facere possunt. Nec ratio à Baldo considerata,
quod actuum difformitas inferat communicationem bono-
rum, iure probatur.

Et hæc quidem lucrorum communicatio solum proce-
dit, quò ad tempus vel præteritum, vel præiens, non autem
quò ad futurum. Quandoquidem possunt ij in futurum
non communicare. Ita Salicet. in d. l. si patruus. col. pe. in fin. vers.
quid plura. &c. Nisi (ait Salicet.) ea anno iam cepisset
communicare. Et Salicet. securus est Barba. in d. conf. 37. col.
13. vers. præterea inquit. lib. 2.

Declaratur nunc hic casus, quando extant aliquæ con-
iecturæ, quibus conici potest, hos fratres, vel affines ita com-
municantes lucra negotiationum voluisse etiam communi-
care bona ipsa omnia, seu capitale, prædia, & similia, sicuti
delegauit Roman. in d. conf. 291. nu. 7. & Barb. in d. conf. 27.
colum.

col. 13. & 14. lib. 2. Qui quidem considerant aliquot conie-
cturas. Quia vnus priora est, quando bona ipsa fuissent com-
muni consensu eorum posita in catastro, & æstimo, commu-
ni nomine. Ita Roman. in d. conf. 291. nu. 7. & Barba. in d. conf.
37. col. 14. lib. 2. & comprobatur ex his quæ diximus supra in
prima declaratione tertij casus.

Secunda est coniectura quando aliqua confessione ex-
tra iudiciali constaret, hos aliquando dixisse, se esse socios,
tam aliorum bonorum, quam lucrorum: vel etiam si consen-
sissent aliqui ex suis maioribus dicentibus, quod esse deberent
omnium bonorum socij. Ita Rom. in d. conf. 291. nu. 7. vers. 2. in-
fud. & nu. 8. vers. tertio nec eam. lason in conf. 2. colum. 7. vers. 7. vlti-
ma tot. lib. 3. & Soc. Sen. in conf. 160. col. 3. in fi. lib. 2.

Tertia est coniectura, quando longo tempore possedif-
sent reliqua bona tamquam communia. Ita Barb. in d. conf. 37.
col. 14. vers. item in casu nostro. lib. 2.

Quarta est coniectura, quando aliqua prædia commu-
ni nomine fuissent ex his lucris empta. Ita Butr. in conf. 71.

Ex prædictis autem inferitur, quòd quando solum quo ad
lucra dicitur contracta societas, si ex pecuniis ipsius lucri,
vnus sociorum emit proprio tamen nomine fundum, non tenet
tamen communicare fundum ipsum: sed teneat ut recti vere
tantummodo partem pecunie communis, cæteris sociis:
Cum quoad emptionem prædiorum non dicatur contracta
societas, sed solummodo quo ad lucra. Ita Bart. in d. l. Ti-
tium. §. altero. nu. 6. vers. & idem si foret. ff. de adm. tut. cuius
quidem traditionem copiose comprobauit, in conf. 12. numero
20. lib. 2.

Sextus & vltimus est casus, quando fratres, vel affines æ-
tate maiores, mortuo parte, hereditatem possident indivi-
sam, vnà simul viuunt, lucra & reditus omnes inuicem, &
indifferenter communicant, non reddentes de actis, gestis &
tractatis negotij rationem. Hoc in casu præsumitur contra-
cta societas omnium bonorum. Ita manifestè omnium pri-
mum scripsit Oldradus, quem refert Bartol. in l. Titium. §. al-
tero. numero 5. ff. de acquir. tut. & Bald. in l. si patruus. nu. 16. C.
communis virisque iud. qui ad fortiori. & idem in l. C. qui test.
facere possunt. & ibidem lason. nu. 5. vers. subiungit Bald. Idem
Bald. in conf. 19. Tres sunt fratres. l. 1. Angel. in conf. 85. col. 2. vers.
de tertio dicendum est. Anch. in conf. 302. Materia ista. numero 4.
Idem sensit Butr. in conf. 71. clarus Alex. in conf. 49. nu. 5. lib.
1. in conf. 48. nu. 1. lib. 2. Idem sensit Corne. in conf. 299. nu. 1. li.
4. dñ sequitur Angelum, & Anch. etiam in Codice Cornei cor-
ruptè legatur negatua. Socin. Sen. in conf. 160. col. 1. vers. ista
conclus. lib. 2. lason in conf. 2. col. 5. & conf. 3. col. 2. lib. 3. Decius
in conf. 21. col. 2. in conf. 66. nu. 2. & 3. in conf. 442. nu. 35. conf.
548. nu. 5. & in conf. 651. col. 1. Rubens in conf. 87. nu. 4. &
in conf. 95. nu. 1. & Crauer. in conf. 26. nu. 5. & in conf. 286. col. 1.
vers. sed præmissis non obstantibus. qui ex duobus tantum, hoc
est, communi habitatione, & patrimonij communicatione, sen-
sit societatem omnium bonorum contractam præsumi. His
accedunt Alciat. in tract. de presump. reg. 1. presump. 25. numer.
1. Neviz. in conf. 76. numer. 8. & Gratius in conf. 118. lib. 1. Ioan.
Baptist. Ferrer. in conf. 166. nu. 6. & Maicet. in conclus. 31. nu.
10. & in conclus. 328. numer. 5. Et hanc quidem vt magis rece-
peram vitanque sequor nunc, etiam alias fortè in conf. 12. numer.
10. lib. 1. aliter scripsit. Et ij quidem moti sunt rex. l. coire.
ff. pro soc. cuius verba hæc sunt: Coire societatem & simpli-
ter licet. Et si non fuerit distinctum, videtur coita esse
vniuersorum, quæ ex quæstu veniunt, hoc est, si quod lucrum
ex emptione, & venditione, locatione, conductione de-
scendit.

Cæterum ab hac opinione visus est dissentire Castr. in conf.
350. Ex die quod iste Raphael. col. ult. vers. iuxta prædicta queritur.
lib. 1. cum enim Castr. ibi col. 1. recitasset opinionem Ol-
dra. & lason. nec eam clarè affirmasset, subiunxit in d.
col. ult. Societatem omnium bonorum, si non dici inter ali-
quos contractam, nisi expressè, & specialiter conuentum ita
sit. Alex. in conf. 76. nu. 10. lib. 4. Cepholla in conf. 42. in ciuilibus.
Idem sensit Soc. Sen. in conf. 73. numer. 9. lib. 1. Barba. in conf. 22.
col. pen. lib. 1. Ruin. in conf. 101. col. 1. lib. 1. quos vnus sum sequi
in conf. 12. nu. 10. lib. 1. vbi commemorauit, & Crau. in conf. 26. nu.
5. qui tamen contrarium dixit, cum scripserit, Castrensem
malè respondisse. Et Castrensem visus est sequi Alcia. in resp.
359. nu. 5.

Et ij quidem adducti sunt text. l. 3. §. 1. ff. pro socio. qui loqui-
tur de locietate omnium bonorum expressa, non autem de
tacita: Non enim negat text. ille, quin tacite contrahi possit
Societas omnium bonorum, quæ tacite ex coniecturis, &
presumptionibus, (vt diximus) colligitur. Ita declarant
Bar. in conf. 22. col. 9. lib. 1. lason in conf. 2. col. 10. vers. 8. non obstat.
lib. 3.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat, quo-
ad lucra, quæ obueniunt vni ex fratribus, vel ex dotelucrata.
Ita gloss. in l. quod si eo tempore. ff. pro soc. Rom. in conf. 406. nu.

2. & in conf. 471. nu. 2. Anch. in conf. 392. nu. 7. Barbat. in conf.
37. col. 14. lib. 2. Deci. in conf. 66. col. 3. vers. non obstant. allega-
ta. & in conf. 68. col. 3. vers. 4. in sociis.

Extenditur secundò, vt procedat etiam in Doctore, qui
diu habitasset cum suis fratribus, & lucra à se facta commu-
nicasset. Nam & quo ad illa præsumitur contracta societas,
sicque & illa effecta sunt communia. Ita Bald. in l. Præter. §.
sed & filius. ff. de eden. & in l. si patruus. numer. 15. C. communia
virisque iud. & ibidem Salic. colum. pen. Idem Bald. in conf.
452. Duo fratres. lib. 3. Ancha. in conf. 302. numero 7. Capra in
conf. 142. tum v. iso & considerat. lason in l. 1. numero 9. & 13.
C. qui test. facere possunt. & Alciat. in tract. de presump. reg. 1.
presump. 25. nu. 2. vers. puto, quod & Crauer. in conf. 605. qui
tamen declarat, vt apud eum. Et huius septentia ea est ratio,
quod cum de hoc ipso quasi cætrensi peculio, sicuti & de cæ-
trensi contrahi possit expressa societas, vt clarum est, ita
& tacite: cum par sit virtus taciti, & expressi. l. cum quid. ff. si
cert. pet.

Contrariam tamen opinionem, & malè quidem probarunt
Lucas de Penna in l. iudicium. C. de silentia. lib. 11. Roman. sibi
parum constans in conf. 145. nu. 2. in fi. & Alciat. in resp. 359. nu.
3. 4. Et ij quidem adducti sunt ex l. iudicium. C. de silentia. lib. 11.
quæ tamen loquitur de quæstus, viuente parte: sicuti peiper-
dit Alcia. in d. presump. 25. qui & alteri argumento respondit.
Et prædicta opinio Caprae, & sequacium multo magis habe-
ret locum, quod existeret statutum, quòd ex bonorum com-
muniõne, & ex cohabitatione, præsumatur contracta societas,
sicuti extat in ciuitate Clusij, vt meminit Capra in d. conf.
142. Exiat & in ciuitate Laude, vt refert Alciat. in resp. 359.
qui quidem Alciatus tam in d. resp. 359. quam in d. presump. 25.
declarat, quomodo procedant, & intelligi debeant hæc sta-
tuta.

Extenditur tertio, vt procedat etiam si vnus plus altero
lucreretur. Nam adhuc præsumitur contracta omnium bono-
rum societas, si modo prædicta concurrunt, nempe commu-
nis habitatio, lucrorum communicatio, & de administratis
non reddita ratio. Hæc extensio nem sententiam Bald. in d.
l. si patruus. nu. 16. C. communia virisque iud. & Ancha. in conf.
302. Materia de qua. numer. 8. vers. circa dubium tertium.
Nam is qui plus altero lucratur, donare dicitur alteri illud
plus.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quan-
do vnus fratrum conscriberet librum rationum, & faceret
debitores, & creditores cæteros fratres, causa impenfarum,
& reddituum. Nam ex hoc actu non videtur contracta societas
omnium bonorum. Ita Decius in conf. 21. nu. 6. vers. vlti-
mo prædicta conclusio. qui declarando responsum Butrij in conf.
71. inquit illum loqui, quando appareret iam contractam esse
societatem, & deinde vnus sociorum aliquid agit, vt deroget
ipsi societati, id enim facere non potest in præiudicium alio-
rum: & hæc etiam pertinet quod diximus in præcedenti
extensione. Diuersum est (ait Decius) quando adhuc non
constat coniecturis prædictis contractam fuisse societatem.
Nam tunc si vnus sociorum conscribit librum rationum, red-
dituum, & lucrorum, ac etiam impenfarum, significare vi-
detur, contractam non esse societatem, cum animum non ha-
beat contrahendi.

Cæterum ab hac Decij traditione dissentit Alciat. in tract.
de presump. reg. 1. presump. 25. numero 2. vers. tertio aduertit.
qui dixit, hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, ex quo
solum mercatores, inuicem & alij diligentes patresfamil. confi-
cere libros rationum, reddituum, & impenfarum domus, se-
paratos à libris negotiationum, non vt diffusus à societate
arguatur: sed vt sciant, quas pecunias accipiunt pro impen-
fis, quæ in domo sunt: & quas pro vsu negotiationis. Credi-
derim ego spectandum esse effectum, vel conscriptionis li-
bri rationum: si confecto libro fratres, vel affines ipsi, vel
singulis annis vel certis temporibus calculos inuent, red-
dentes rationem de ase gestis. Hoc in casu existimauerim
rectè sensisse Decium prædicato in loco. Et hoc in casu etiam
rectè loquitur lason in conf. secundo, col. 4. vers. deci-
mò sicut. libro tertio. Cum dixit, quòd si vnus fratrum fa-
tetur se esse debitorem alterius, significat, non esse inter
eos societatem omnium bonorum. Hoc sanè intelligerem
quando (vt dixi) reddita esset inter eos ratio. Et ita e-
tiam sunt intelligenda quæ respondi in conf. 12. numero 17. li-
bro primo. Et accedit, quòd hoc in casu deficit vnus ex tri-
bus requisitis, quibus diximus societatem omnium bonorum
contractam præsumi, nempe communis habitatio, reddi-
tuum & lucrorum communicatio, & de gestis nulla hinc
inde reddita ratio. Deficeret enim nostro in casu hoc po-
stremum. Si verò confectis ipsis libris rationum, nunquam
consciuntur calculi, rectè sensit Alciat. ratione ab eo per-
pensa.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hic casus quan-

45 do iam ab ipso initio communis habitationis & communicationis bonorum, & lucrorum, vnus ipsorum fratrum vel affinium, emerit aliqua nomine proprio, & ea describi faceret in catastro, seu ultimo nomine etiam proprio, cæteris scientibus. Nam tunc non præsumitur societas omnium bonorum: sed solum eorum, quæ inuicem communicantur. Ita Crauet in conf. 26. numero 2. post multos ab eo congestos: & illum securus sum in conf. 12. num. 14. vers. 6. renouatam. Idem quando omnes ipsi fratres vel affines separatim nomine eorum proprio emerent, omnibus scientibus. Ita Alciar. in respon. 359. colum. ultim. atque ita declarari potest responsum Anchar. in conf. 302. num. 7. & quod tradit Iaf. in l. 1. num. 17. C. qui test. facere poss. qui loquuntur quando cæpta societate, eorum vnus tantum emittit, cæteris insciis. & prædictis accedunt Bal. in conf. 487. lib. 5. & Decian. in conf. 56. num. 38. lib. 1. qui fortiori in casu responderant.

Declaratur tertio, vt non habeat locum hic casus, quando mortuo patre, vel altero ex fratribus, inter quos erat societas omnium bonorum, vnus deinde fratrum, nouas & fecit librorum inscriptiones sub suo nomine tantum, vel suo, & alterius solummodo. Hoc in casu non præsumitur continuata illa antiqua societas omnium bonorum, sed noua negotia separatim, vel vnâ cum eo tantum à se inscripto velle tractare. Ita respondi in conf. 12. nu. 16. lib. 1. & in conf. 121. nu. 96. lib. 2. post multos ibi commemoratos, & attingam in subsequenti præsumptione.

PRÆSUMPT. LVII.

Societas dissoluta, quando renouata præsumatur.

SUMMARIA.

- 1 Societas semel dissoluta, nisi probetur, reuocata non præsumitur.
- 2 Societatis renouatio vel verbis expressis, vel tacite facta coniectura.
- 3 Societas renouata præsumitur, sorte principali in negotiatione relicta.
- 4 Idque præsumitur apud illum socium, qui communi nomine administrabat. num. 4.
- 5 Capitali dimisso apud socium antiquum, calculo primæ societatis finitæ, iam factæ, si in suo nomine solo, & ante, libros rationum, conscribat finitæ an renouata præsumatur societas, opiniones duæ sunt. nu. 6. & 7.
- 6 Societas transiens ad heredes ex pacto, si societatis forma, & modus non immutetur, capitale apud socium dimissum, præsumit societatis continuationem.
- 7 Voluntatis continuatio potius, quam mutatio præsumitur.
- 8 Societatis primæ tempore finitæ, redditusque rationibus, si post sortis & lucri receptam patrem, socij demum pecuniam pro capitali conferant, renouata præsumitur societas.
- 9 Consensus ex pacto inducitur, sicut voluntas factis declaratur.
- 10 Factum positium consensum arguere.
- 11 Societatis primæ tempore finitæ, si redditus rationibus, capitale dimittitur apud socium, qui nomine communi negotiabat, non tamen renouata præsumitur societas, cum modus & forma negotiandi permutantur.
- 12 Societatis renouatæ coniectura est, noui lucri communicatio.
- 13 Consuetudine extante vt societas continuata dicatur, si non reuocetur expresse, secundum eam contraxisse præsumuntur mercatores aut socij.
- 14 Socii bona post diuisionem communiter possidentem, renouatæ societatis est coniectura.

Explicandum nunc est quando societas dissoluta, renouata, atque ita noua inchoata præsumatur. Qua in re constituenda est regula, societatem non præsumi renouatam, sed qui renouatam fuisse asserit, probare debet. Ita responderunt Castr. in conf. 73. in causa quæ vertitur inter Gabriel. colum. 1. lib. 1. & Corne. in conf. 54. num. 2. vers. & satis, lib. 1. quos securus sum in conf. 121. num. 70. in fi. lib. 2. Ea est manifesta ratio, quia renouatio hæc dicitur esse quid facti, ob id non præsumitur, in bello. §. facti. ff. de capt. & positim. reuers. & dicemus infr. lib. 6.

Renouatio autem societatis præsumitur probatur facta vel ex manifestis verbis. iux. l. 4. cum seq. ff. pro soc. & tradit Socin. Sen. in conf. 87. numero. 11. in fin. libro 1. vel tacite, quando scilicet consensu tacito, qui coniecturæ colligitur, id fit, l. plane. ff. pro soc. & scripserunt multi à me congesti in conf. 121. numero 72. lib. 2.

vbi aliquot coniecturas renouatæ societatis commemorauit, & quæ paucis hic repetam.

Prima coniectura renouatæ societatis est, quando finita ipsa prima, illud totum capitale, quam sortem, & nostri appellant, relinquitur in ipsa negotiatione. Verum in hac coniectura distinguendi sunt aliquot casus, vt scripsi in d. conf. 121. num. 73.

Primus est, quando finita prima societate, illud totum capitale relictum fuit apud socium illum, qui consuevit communi nomine negotiari, quemadmodum antea, nempe in scribendo rationes, vt communes, nihil inmutando ex prima societatis forma. Hoc casu præsumitur renouata & quodammodo continuata societas. Cùm nulla decur difformitas inter primam & secundam. Ita multorum auctoritate respondi in dict. conf. 121. num. 73. vers. primus casus, lib. 2.

Et casus iste multo magis procedit, quando non solum antiquus negotiatio modus, antiquæque forma obseruatur, sed etiam lucrum in communi ponitur, sicuti in hac specie respondit Abb. in conf. 87. lib. 2.

Secundus est casus, quando apud socium dimissum est capitale & antiquum facti scilicet calculo primæ societatis iam finitæ: & non constat esse mutatum, vel formam, vel modum negotiationis, vtputa quia socius qui negotiatur, erat solitus negotiari expresse suo solo nomine, inscribendo suo solo nomine libros rationum, dando literas de negotiis suo solo nomine, sed tamen tacite communi nomine negotiatur, quia communis erat luctum cum altero socio. Hoc in casu, an illa sola dimissio capitalis apud socium, qui negotiationem prosequitur, arguat continuatam, seu renouatam societatem, etiam si non constat de communicatione lucri, est dubium. Nam hæc de re sunt opiniones. Vna enim fuit opinio eorum, qui præsumunt, præsumi renouatam societatem. Ita Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. part. 5. nu. 39. cum diffinit questionem de rustico, qui retinet vacca socii elapso tempore priam socii, & apertius Alex. in conf. 136. nu. 4. lib. 5. Ita enim intelligi possunt Socin. Sen. in conf. 87. nu. 12. vers. concludit ergo, lib. 1. & clarius Paul. in conf. 82. num. 36. lib. 1.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, ex ea dimissione capitalis apud antiquum socium, non præsumi renouatam societatem. Ita Castr. in conf. 415. ista societas, in 2. duob. lib. 1. qui loquitur fortiori in casu, quando scilicet finito primo societatis tempore, nec capitalis, nec lucri facta est diuisio, sed totum apud antiquum socium dimissum fuit. Idem & apertius respondit Cror. in conf. 15. nu. 15. Et posterioriorem hanc opinionem secutus sum in d. conf. 121. nu. 82. vers. altera fuit opinio, & quibus argumentis hanc defendendi: & quibus priam illam confutauerim eo in responso scripsi, capropter hic de industria non repetam.

Tertius est casus, quando societas à socio primo transit in hæredem ipsius socij, ex pacto conuento, & ipsius societatis forma & modus non immutatur, & ille hæres defuncti socij dimittit capitale apud socium, qui suo solo nomine negotiabat. Hoc in casu societas præsumitur continuata vt prius. Ita loquitur Paul. in conf. 82. num. 36. & 37. lib. 1. Nam hoc casu illa dimissio capitalis arguit voluntatem hæredis esse, velle continuare societatem à suo prædecessore contractam. Arguit etiam voluntatem esse eandem socij retinentis. Et hic casus differt à præcedenti, quia in illo extincta erat omnino societas illa prima: & ideo ibi agitur de eius renouatione. Hoc verò in casu de sola continuatione, quæ continuatio præsumitur, rebus ipsis omnibus eodem primæuo in statu permanentibus, excepta morte vnus sociorum. Et si dicatur, quæ ergo erat dubitatio in ea specie Parisij: dico dubitationem illam fuisse, quia videbatur dicendum, hæredem non consensisse continuationi societatis, ex quo, illo facto non declarauerat animum suum. Et etiam quoad socium retinentem apud se pecuniam, non videbatur adhibitis consensu continuandi. Verum tamen aliter & rectè respondit Parisius, quia quoad hæredem aliud factum non requirebatur, quam traditionis pecuniæ, quæ sanè traditio satis inducitur ex illa dimissione, & patientia, posteaquam non probatur hæredem tunc esse alterius opinionis, quam perseuerare in societate. Voluntatis enim continuatio, & non autem mutatio præsumitur. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonst. Quod etiam ad retinentem, eadem præsumitur voluntas continuandi societatem, nisi contrarium declararet. Hunc casum ita explicauit in d. conf. 121. numero 88.

Quantus est casus, quando finito tempore primæ societatis, redditusque hinc inde rationibus vnusquisque sociorum sumit partem suam capitalis, & lucri, & deinde paulo post, adhuc in communi ponunt capitale, & non constat (vt superioribus in casibus) mutatam esse formam primæ negoti-

ationis. Hoc in casu præsumitur renouata societas. Ita intelligo Castr. in conf. 73. in causa quæ vertitur inter Gabriel. colum. 1. lib. 1. vel positio capitalis in communi, lib. 2. Ea est ratio, quia hoc dicitur quoddam factum, non autem non factum, vt superiore casu. Quamobrem consensum inferit, cum consensu & ex facto voluntas ipsa declaratur, l. Paulus. ff. rem ratam habe. & in specie ita respondit Anchar. in conf. 302. Materia de qua queritur, num. 2. Et scribit Innoc. in c. olim de rest. spol. quem securus est Imol. in l. si mora, in fin. ff. solut. matr. factum positium esse fortioris effectus ipso negatio. Et factum positium arguere & hoc consensum, respondit Soc. Sen. in conf. 196. col. 2. in prin. lib. 2. Et hunc casum sic explanauit in d. conf. 121. num. 89. & 90.

Quintus & vltimus est casus, quando finito primæ societatis tempore, redditus rationibus, apud socium qui solitus est communi nomine negotiari, remanet capitale: Et is solius negotiator perseuerat in negotio, sed mutat modum & formam negotiandi, vtputa, mutat in descriptiones librorum negotiationis: quas sanè in inscriptione suo nomine proprio facit, cum tamen prius nomine communi factæ essent: vel quid simile agit, ex quo constat, modum negotiandi esse à primo difformem. Hoc in casu (admissa etiam ea opinione, quod solius capitalis dimissio apud socium arguat esse renouatam societatem) dicendum est, non præsumi atque censeri renouatam societatem. Nam hæc coniectura quæ oritur à dimissione capitalis, est debilior ea, quæ nascitur à variato modo negotiandi: sicuti multis demonstrat in d. conf. 121. num. 91. cum multis subsequenter. Et ibidem num. 101. respondi, nunquam ex sola dimissione capitalis, sicque ex ea patientia censeri renouatam societatem, quando vltimè patientiam requiritur aliqua solemnitas.

Secunda est coniectura, & præsumptio renouatæ societatis, quando denuò lucra & communicantur. Ita Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. part. 3. q. 2. numero 36. & egregie Soc. Sen. in conf. 192. col. 3. vers. confirmatur hæc, lib. 2. Et hoc securus sum in d. conf. 121. num. 105. quo loco dixi, hæc coniecturam non procedere, quando socius negotiator alteri assignasset partem debitorum, præteritæ societatis, vt illos suo nomine exigeret.

Si tamen de ipsarum partium præiudicio tantum agatur, num. 17.

Si testes affirmant se penes debitorem tantam, quæ solutioni sufficiat, vidisse, num. 18.

8 Locuples, & opulentus pecuniam præsumitur habere in promptu.

9 Mercatori vili, & pauperi affirmanti se gemmas habuisse, non habendam fidem.

14 Rem qui semel habuit, adhuc præsumitur habere. Idque tam in mobilibus, quam immobilibus, num. 15.

CV mutui tractationem auditoribus explicarem, affirmavi veram esse receptam Doctorum sententiam, nullum considerari priuilegium in mutuo, vt transferatur dominium pecuniæ, quæ solutioni parata est: quemadmodum scripserunt Bartol. in l. singularia, nu. 6. Castr. & reliqui, & nouè Bologn. num. 37. Est enim vetus etiam in reliquis contractibus, transferri dominium rei, quæ solutioni parata est: sicuti probant text. l. eius rei, cum l. seq. ff. de rei vend. l. sponsalib. §. i. ff. de iur. dot. l. 3. §. sed si debito-rem. cum l. seq. ff. de don. inter vir. & uxo. & l. falsus. §. sed est is. ff. de furt. Dubitari autem solet, quomodo dici possit, constare pecuniam fuisse solutioni paratam. Alciar. in l. singularia, num. 8. docuit constare posse præsumptionibus, & coniecturis. Rem hanc paulò diligentius explicando, dicimus esse pro regula constitutendam, præsumi pecuniam non esse paratam solutioni. Ita manifestè respondit Bal. in conf. 317. practica ciuitatis, col. 2. vers. dico quod debitor, lib. 1. Ea ratione motus est, quia hæc est metâ negatiua non coarctata, quæ non est obiectum sensus, vel visus, cum non terminetur ad aliquod subiectum visibile. Et hæc ipsa negatiua non est (inquit Bald.) substantia, nec qualitas, nec aliquod de prædicamentis. Et ideo non est ens naturale, & per consequens nec probabile, nisi per confessionem, iuxta l. actor. C. de prob. & c. 1. de conf. in 6. Receditur tamen ab hac regula, & præsumptione contrariis præsumptionibus, & coniecturis, quibus præsumitur pecuniam fuisse, & sequè solutioni paratam. Et inter coniecturas hæc connumerantur.

Prima est, quæ sumitur ex qualitate personæ, iuxta l. si verò. §. si qui falsid. cog. Cùm itaque quis est locuples, & opulentus pecuniosusque, præsumitur pecuniam habere paratam, & in promptu. Ita docuit Bart. in d. l. singularia. ff. de cer. per. in fin. quem ibi secuti sunt Castr. Alex. & Iaf. Purpur. & Alciar. numer. 8. Idem affirmarunt Salic. in l. si ex præ- & Benuent. Strach. in tract. de mercat. part. 2. numero 20. Est propè simile quod colligitur ex Abb. in c. ult. in fin. de his quæ vi mensuræ caus. Cùm dixit, non esse habendam fidem vili pauperique mercatori, affirmanti se habuisse gemmas. Ergo contra in mercatore diuite. Est quoque simile propè quod scripsit Bart. in l. cum oportet, num. 5. C. de bonis quæ liber. cùm docuit, quòd res præsumitur à filio quæ sita ex propriis pecuniis, & bonis, non autem ex pecunia patris, quando ipse filius erat vir industrius, & qui negotiando lucrabatur. Hæc autem coniectura à Bart. & sequacibus probatur argum. l. 4. §. melior. ff. de in diem addit. quo tamen loci Iurisconsul. non explicat, quæ sit persona illa, quæ dici possit paratam habuisse pecuniam, quæ meliorem offerebat venditori conditionem. Crediderim coniecturam hanc non esse ita absolute & late intelligendam, vt eam Dd. nostri considerant, sed habendam esse rationem quæ quantitas pecuniæ, & qualitas ipsius diuitis, & opulenti mercatoris. Nam tam ingens summa esse potest, vt ille mercator, qui non consuevit relinquere pecuniam in arca otiosam, in promptu, paratamque non habeat ad soluendum, sicuti quotidiana ipsa experientia docet.

Secunda est coniectura, quando quis est debitor & depositarius. Nam tunc præsumitur habere pecuniam ipsam iam depositam in promptu, & paratam restitutioni. Ita Castr. in l. singularia, num. 26. Alexan. in fin. Purpurat. in fin. & Alcia. num. 8. Est ratio, quia alioqui præsumeretur delictum, nempe contractatio ipsius rei depositæ, contra l. 1. §. si rem ff. de depositi. Ad euitandum ergo delicti præsumptionem, præsumitur pecuniam esse paratam restitutioni. simile propè tradit Bart. in l. cum oportet, num. 5. C. de bon. quæ lib. cùm dixit, quòd ad euitandum delictum præsumitur tutorem ex propriis pecuniis acquisuisse, non autem ex illis pupilli.

Hæc tamen coniectura intelligitur procedere in depositato regulari: secus verò in irregulari, hoc est, quando data fuit facultas vtendi pecunia ipsa deposita, iuxta l. Lucius. & l. de sponsaliorum, §. 1. ff. de depositi. Nam tunc cessat illa ratio præallagata, quòd pecuniæ distractio non præsumatur, ne alioqui præsumatur delictum. ita declarant Alex. Purpur. & reliqui supra commemorati.

PRÆSUMPT. LVIII.

Pecuniam solutioni paratam fuisse quando præsumatur: & in mutuo speciale non esse, quod pecuniæ solutioni paratæ dominium in mutuata-rium transeat.

SUMMARIA.

- 1 Priuilegium in mutuo nullum considerari, ad transferendum dominium pecuniæ solutioni iam destinatæ.
- 2 Dominium pecuniæ solutioni destinatæ, etiam in aliis contractibus, quam mutuo transferri.
- 3 Pecuniam solutioni paratam fuisse, coniecturis probatur, secundum Alciar.
- 4 Pecuniam solutioni destinatam esse, non præsumi, ratioque huius, num. 5.
- 5 Pecuniam solutioni paratam fuisse coniecturam præbet. Personæ qualitas, num. 7. Considerandam tamen esse debiti summam, num. 10. Si quis sit debitor depositi, num. 11. Et de quo deposito accipiendum, num. 12. Si semel pecuniam in promptu debitor habuerit, num. 13. Si creditor asserenti debitori separatam habere fidem det vel assentiatur, num. 16.

Tertia est coniectura, quando debitor habuit semel pecuniam in promptu, & pararam solutioni, ita Alciat. hic, num. 8. Ea est ratio, quia qui debitor habuit, adhuc præsumitur rem habere, l. si quis possideris. C. de prob. vbi gloss. Bald. & reliqui. Quæ sententia procedit non solum in rebus immobilibus, sed etiam in mobilibus, vt scribunt Bart. in l. si quis ex argentariis. s. an vero habedi, numer. 1. ff. de eden. Feli. in c. scribebam. colum. vlt. de præsumpt. Ripa in c. cum ecclesia, num. 23. versic. amplius, de caus. posses. & propriet. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 4. Et hæc quidem communis est sententia, etiam ab ea dissentiant nonnulli commemorari, & probati, a Ial. in l. si quis ex argentariis. s. prætor, num. 12. ff. de eden & in l. quod te, in ff. si certum petat. & Purpurat. in d. l. singularia, in fine. qui ob id coniecturam hæc non recipit.

Quarta est coniectura, quando debitor confirmat se habere pecuniam paratam: & illi assertioni consentit creditor. Nam & tunc præsumitur ita esse, sicut docuit hic Alciat. numer. 8. si modo de ipsarum partium præiudicio tantummodo agitur: statim enim tunc illi assertioni, iuxta gloss. s. alie, in Instit. de actio. & tradunt Iason. in § sed iste, num. 84. in Instit. de actio. Secus vero cum agitur de alterius præiudicio, & creditor dicit se habere pecuniam solutioni paratam. Nam tunc illi assertioni non creditur: sicut similibus in casibus scribunt Bartol. in l. inter omnes. s. recte, num. 2. ff. de furt. Deci. in c. nouit, in fin. de iudic. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 16. num. 6.

Quinta est coniectura, quando testes affirmant se vidisse in crumena debitoris pecuniam ipsam. Hoc casu præsumitur solutioni paratam fuisse, ita Purpur. in hac l. singularia, num. 10. qui tamen hoc intelligit, quando assertit tantam se vidisse pecuniam, quanta ad solutionem sufficere possit. ex traditione Bart. in l. cum seruus, in fin. ff. de cond. & demonstr. & Baldi in i. acceptam. q. 1. C. de usur. & in l. si ex cautione. q. 7. C. de non num. pecun. & sentit etiam Alciat. in d. l. singularia, num. 8. in fin.

PRÆSUMPT. LIX.

Mercator an præsumatur soluendo, vel non.

SVMMARIA.

- Mercator habens multas merces, quæ difficulter exportari possunt, soluendo esse præsumitur. Idem si intricata habeat nomina debitorum in magnis summis, adeoque fugæ cesset suspicio, num. 2. Soluendo non esse præsumitur mercator accipiens pecuniam sub usuris. Idem si easdem merces, dilata solutione emptas, præsentis pecunia minori precio vendat, num. 4. Idem si merces habeat in locis periculosis, num. 5. Vel bona illius vendantur, num. 6.

POSTERIAM DE mercatore, quem pecuniam solutioni paratam habere præsumi diximus superiores præsumptione, placet nunc subicere, mercatorem aliquando præsumi soluendo, aliquando non. Est enim prima coniectura, eum esse soluendo, qui multas merces habet, quæ difficile auferri, atque exportari possunt. ita Bartol. in l. sciendum, ff. qui satisfid. cogant. & ibidem Ial. numer. 3. qui alios recenter, affirmantes hunc mercatorem non esse suspectum, vt æquoquat. Secunda coniectura, quando habet mercator intricata debitorum nomina in magnis pecuniarum summis, adeo quæ cesset suspicio fugæ, cum non facilis sit eorum exactio, ita Alexan. in l. facere, ff. solut. matrim. in conf. 87. lib. 2. Caccia lup. in tract. de debitoribus suspectis, numer. 10. Ial. in d. l. sciendum, in princ. num. 3. & in § si fundus, num. 7. ff. qui satisfid. cogant. & Benuenut. Straccha in tract. de mercatura. parte 2. num. 25.

Econtra, quod non præsumatur soluendo, sed suspectus, coniectura primò facit, quando accipit pecuniam sub usuris. Nam tunc præsumitur pauper, & efficit non soluendo. Ita glo. in l. 2. in princ. in verb. suspectum, ff. solut. matr. vbi Rip. num. 8. Idem Rip. in l. 2. in princ. num. 52. ff. cod. & Benuenut. Strach. in d. 2. part. num. 27.

Secunda est coniectura, quando mercator verfuram facit, seu dilata solutione ad dicit, merces easdem viliori precio, quam emerit præsentis pecunia, venderet. Est sanè coniectura hunc malè rem suam agere, & ad inopiam vergere. ita Ial. in d. l. si constante, num. 138. & Strach. in d. 2. part. num. 28.

Tertia est coniectura, quando mercator habet merces in loco periculoso, vt in mari, vbi imminet periculum incurfus, aut in montibus, vbi aquarum impetu madefieri possent. Hunc enim non soluendo effici verisimile est, sicut

scripserunt gloss. in l. 2. in princ. in verb. suspecti, ff. sol. matr. vbi Bart. num. 9. Alex. num. 10. Ial. num. 26. Rip. num. 51. Idem affirmant Ial. in d. l. sciendum, in princ. col. 2. ff. qui satisfid. cog. Benuenut. Strach. in d. tract. de mercatura, par. 2. num. 26. Quarta est coniectura, quando mercatoris bona venduntur. Ita Bart. in l. tres, num. 4. ff. de administr. in.

PRÆSUMPT. LX.

Societatis diuisio quando facta præsumatur.

SVMMARIA.

- Bonorum diuisio cum quid facti sit, non præsumitur. Bonorum diuisio nem factam esse præsumitur, nisi probari. Fratres separatim habitantes longo tempore, possidendo pro singulis partibus, percipiendo commoda, & onera subeundo, diuisisse præsumuntur. Quod extenditur etiam in minore sine curatoris auctoritate, aut Prætoris decreto iudicente, si maior factus, possidendo per decennium taceat, num. 4. Fratres pro diuisio possidentes, ex taciturnitate longi temporis, præsumuntur in diuisione facta omnes rationes recte distrahisse. Fratres possidentes partes inæquales, non præsumi diuisio nem scisse, si tamen ita magna sit inæqualitas, num. 8. Æqualitas vt inter fratres seruatur, multa à lege inducitur, & præsumatur. Inimicum incorporatum fratres non præsumuntur scisse diuisionem. Societati renunciasse frater præsumitur, qui separatim negotiari cepit, si nihil acquirere. Dissidentem tamen Basso, dum aliorum fratrum consensu non adfit, num. 11. Distinguitur, vtum sciētibus, & patientibus aliis fratribus hoc faciat, vt non, num. 12. Bonis fratribus in catalogo seu estimi libro separatim conscripitis, societatis diuisio facta præsumitur.

CUM supra disputatum à nobis sit, quando inter fratres præsumatur contracta bonorum societatis, nunc explicandum erit, quomodo diuisio facta inter eos præsumatur facta ipsorum bonorum diuisio. Quia in re dicimus primò, quod diuisionem non præsumi, cum quid facti sit. Et in specie tradit Molcard. in conclus. 526. num. 1. etiam Doctores, quos commemorat, hoc non scripserunt. Cæterum coniectans, & præsumptionibus factam fuisse diuisionem probari satis potest, quemadmodum affirmant omnes, quos infra commemorabimus.

Prima coniectura, & præsumptio est, quando longo tempore fratres ipsi separatim habitauerunt, nempe decem annis inter presentes, & viginti inter absentes, & quilibet solus possedit partem suam, tubendo onera pro ea parte tantum, & emolumenta eam ex percipiendo. Ita glo. in l. penult. C. communis diuisiō. vbi Bartol. Bald. & Alber. Idem Bart. in l. cum de in rem vers. num. 5. ff. de usur. & in l. qui in aliena, in princ. ff. de acquir. hered. & ibidem Bald. Angel. Alexan. & Ial. Idem Bald. in l. 1. col. 11. C. qui admittit in l. 1. num. 12. C. de fideicommissis in conf. 437. quædam puella, in lib. 2. & in conf. 282. proponitur quod minor, lib. 2. Caltren. in si filius. C. de petit. hered. & in conf. 126. non sequendo ordinem, num. 2. lib. 2. Roman. in conf. 205. num. 3. vers. tertio principiter, & in conf. 418. num. 2. Alex. in conf. 92. num. 3. lib. 2. & in conf. 25. num. 3. lib. 5. Calcan. in conf. 23. num. 4. Ial. in l. si certis annis, num. 11. & non 37. C. de pact. & in l. 1. nu. 15. vers. 4. limita. C. qui adm. & in § quædam, in Instit. de actio. & idem in conf. 128. lib. 1. & in conf. 172. num. 5. libro 4. Socin. Sen. in conf. 164. col. 1. pen. lib. 2. Ruin. in conf. 116. col. 1. vlt. & in conf. 66. numero 5. lib. 3. Dec. in conf. 79. in fin. Balb. in tract. de præscript. in 3. parte princip. q. 10. principali numero 39. Ioan. Bapt. de S. Blasio inter consilia Bruni, conf. 66. num. 35. & numero 37. Graet. in conf. 121. col. 1. lib. 2. Ripa in c. sepe, num. 1. vers. decimum, de restitu. spoliat. Alciat. in respons. 94. numer. 7. Boer. in quæst. 58. Ruben. in conf. 154. num. 5. Alba in conf. 11. numero 15. Bero. in quæst. 4. numero 14. Crauet. in conf. 318. numero 1. in fin. Tyraquell. in tract. de præscript. in gloss. 4. versiculis, sed & multi hoc Testatus in dec. 205. & Anton. Gabriel. in lib. 1. conclus. in titu. de præsumpt. conclus. 1. numero 28. Ea ratione fulcitur sententia hæc, quam pendit Bartol. in l. cum de in rem verso, numero 5. ff. de usuris. & in disputatione 7. que incipit, mulier habens, in fin. quia agitur de modico præiudicio. Et Bart. secuti sunt Caltren. in d. l. si filiusfam. C. de petitio. heredita. & Ial. in l. 1. col. 5. versic. limita quatio. C. qui admitti.

admitti. Est sanè leue præiudicium, cum præsupponatur partes esse æquales. & hæc quidem præsumptio operatur retro respiciens principium. Nam præsumitur quod ab initio fratres illi diuiserint. Ita Bald. in d. l. 1. num. 37. C. qui admitti.

Extenditur primò hæc coniectura, vt locum habeat quando minor diuisit bona suis cum fratribus, tempore minoris ætatis sine curatore, vel iudicis decreto, quo casu diuisio non valet, præsupposito quod esset pubes, & non iurauerit, secundum dispositionem Auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & l. penultim. C. de præd. minor. & l. 1. §. si commisit. ff. de reb. eor. Attamen si post maiorem ætatem tacuit per decennium, possidendo pro diuiso, censetur indulta tacita, & solemnitas diuisio, adeo quod non potest amplius retractari. Ita extendit Baldus in d. conf. 282. proponitur quod minor, libro 2. quem probauit Fran. Balbus in d. tract. de præscript. in tertia parte principal. qu. 10. principal. numero 40. Et idem affirmant Ruin. in conf. 117. in fine. libro 3. Tyraquell. in d. tract. de præscript. in gloss. 4. versic. decimoquarto. & Mascard. in d. conclus. 326. num. 4.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam, vt tanti temporis taciturnitate, si nunquam perita fuit redditio rationis, præsumatur quod omnia in dicta diuisione fuerint retinenda, & ratio hinc inde reddita, cum non sit verisimile, quod tamdiu tacuissent. Ita respondit Caltren. in conf. 126. non sequendo ordinem, col. 1. vers. tollitur etiam, libro 2. quem secutus est Balbus in d. qu. 10. numero 41. Et ij quidem adducti sunt text. l. Procula, ff. de proba. iuncta gl. d. l. penult. C. commun. diuid. Et rursus quia à communiter accidentibus, quando fratres sunt diuisori bona communia, prius hinc inde reddunt rationes de à admittitatis & gestis, iuxta l. cum seruus. ff. de condit. & demonstr. & scripsi in lib. 2. de arbitra. iud. Quare præsumitur, quod fratres reddiderint inuicem rationes, cum tanto tempore diuisio præsumatur.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, quando partes essent inæquales. Nam tunc non præsumitur facta diuisio. Ita Bald. & Caltren. in d. l. penult. C. communis diuid. Alexand. in conf. 25. num. 16. lib. 5. Felin. in c. sicut, col. 1. vers. hanc fallentiam, de re iudi. quos sic refert & sequitur Balb. in d. qu. 10. numero 43. & 44. Et his accedunt Nicol. de Neapoli in §. quedam, qu. 4. in Instit. de act. Caltren. in l. si filiusfam. numer. 8. C. de petit. hered. Ruin. in conf. 162. numero 17. libro 3. qui ob id numero 14. respondit, non præsumi factam diuisionem, quando vnus possedit totum. Eandem sententiam secuti sunt Trigonus in sing. 123. Boer. in qu. 58. num. 8. & Mascard. in d. conclus. 527. numero 8. & 11. Ea ratione fulcitur horum traditio, quod nemo præsumitur iactare suam, l. cum de indebito, ff. de proba. Non est ergo præsumendum, quod is qui minorem partem possidet, consenserit illi diuisioni inæquali. Et præterea cessat hic illa ratio, qua dicitur Doctores præsumi factam diuisionem, nempe quia agitur de modico præiudicio. Nostro enim in casu agitur de magno, ex quo partes sunt inæquales. Et rursus accedit, multa à lege induci atque præsumi, vt æqualitas seruatur inter fratres, sicut diximus supra. Cum ergo de inæqualitate apparet, dicendum est, non præsumi diuisionem. His intelligimus minus rectè sentisse Salicet. in d. l. penult. C. communis diuid. quem secuti sunt Alexan. in conf. 92. num. 5. lib. 2. Angel. Aretin. in §. vlt. instit. de societate, Ial. in conf. 2. col. 10. vers. quatio non obstat, lib. 3. & Ruin. in conf. 117. in fine. libro 3. & Thessaurus in d. dec. 205. num. 3. Qui quidem ea ratione moti sunt, quia licet partes inæquales sint, attamen alter frater, vel socius potuit recipere compensationem in pecunia. Quæ sanè ratio vera non est. Non enim sequitur, potuit recipere compensationem, ergo eam recepit. Ita rationem hanc confutauit Fran. Ba. b. in d. qu. 10. num. 44. Et accedit secundum Ruin. in d. conf. 162. num. 17. hanc esse solemniter materialem, quod scilicet interuenerit recompenatio facta pecunia, & pretio: quæ quidem solemnitas materialis non præsumitur, s. pretium, in Instit. de emp. & vend. Et præterea (inquit Ruin.) inducerentur duo specialia ex eodem casu temporis, hoc est, diuisio facta, & datum pretium loci rei. Quæ duo specialia concurrere non possunt circa eundem actum, l. 1. C. de dot. promiss. Hæc autem declaratio eum habet, quado magna fuit inæqualitas: secus si tenuis, & modica. Ita Alex. in d. conf. 92. num. 4. & manifestius Alba in conf. 11. num. 24.

Declaratur secundo, non habere locum in iuribus incorporalibus. Ita Io. Bapt. de S. Blasio inter consilia Bruni, in conf. 66. num. 58. Verum aliter scripsit Crauet. in conf. 318. col. 1. & 2.

Declaratur tertio habere locum, quando alter frater nihil re illa usus est: secus si aliquando ea est usus: Ita Io. Bapt. in d. conf. 66. num. 36. sicuti quando fratres causa melioris ad ministracionis feudi, alternatiuè præponunt magistratus, sed aliter prædicta declarat, & egregie quidem Crauet. in d. conf. 318. num. 2. vers. sed dices aliquis, vbi plura scribit.

Secunda est coniectura, quando vnus fratrum, qui vnà simul cum aliis fratribus negociari conueuit, separatim negotiari cepit, & sibi acquirere, Ex hoc enim actu coniecturatur diuisisse societatem, eique renunciasse. Ita Barro. in l. Titium & Meuium, §. altero, ff. de admin. tur. Bald. in l. cum oportet, col. 2. C. de bon. quæ liber. Roman. in conf. 418. in fin. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. parte. 11. princ. num. 9. Alex. in conf. 78. num. 1. libro 1. & in conf. 92. num. 3. libro 2. Socin. Sen. in conf. 192. col. 3. vers. non enim per vnicum actum, libro 2. Et hæc opinionem secutus sum in conf. 12. in fin. lib. 1.

Cæterum dissentit Bald. in conf. 425. duo fratres simul seuerunt, libro 3. repetitum in conf. 478. eodem libro 3. qui respondit, immò non dici dissolutam societatem, cum non adit consensus aliorum fratrum, sicuti omnium consensus requiritur in dissolueda ipsa societate, vt & in ea contrahenda, l. actione, §. diximus, ff. pro socio. Et Bald. secutus est Natta in conf. 100. num. 5. libro 1.

Distinguendum est, quod aut is, qui cepit separatim negociari, id facit scientibus & patientibus aliis fratribus, & hoc in casu locum habet illa Bart. Bald. Petr. Vbald. & sequacium opinio, si vero alii ignorant, dissoluta dici non potest societas: & ideo quaerit a fratre ipso communi cari debent. Ita procedit opinio Bald. in d. conf. 452. & Nar. ubi supr. Et rursus coniectura hæc locum non habet in societate expressè iuncta vtque ad certum tempus. Nam ante finitum illud tempus, si renunciari ei non potest expressè. d. l. actione, §. qui societatem, inulto minus potest tacite, negotiando, & sibi acquirendo separatim. Ita late respondit Cæpol. in conf. 41. num. 4. in ciuilib.

Tertia est coniectura, quando in libro estimi, carast. i. ciuitatis, & descripta essent separatim bona ipsorum fratrum, Hæc sanè descriptio argueret dissolutam fuisse societatem. Ita Alex. in conf. 92. numero 6. libro 2. quem secutus Mascard. in d. conclus. 526. num. 13.

PRÆSUMPT. LXI.

Diuisionem factam inter fratrem ætate minorem, & maiorem, præsumi factam prouocante ipso maiore, quando verum sit.

SVMMARIA.

- Diuidere bona communia, est species alienationis, & que sine decreto Prætoris minor non potest. Diuisio bonorum inter minorem, & maiorem fratres, Prætoris decreto adhibito, maiore prouocante facta præsumitur: sed si fiat extraiudicialiter, num. 3. Prætoris auctoritate gesta, præsumitur gesta solemniter.

CUM diuidere bona communia alienationis species sit, l. 1. C. communia vtriusque iud. & tradunt Ruin. in conf. 105. num. 9. lib. 5. & Simoncel. in tract. de decre. lib. 2. tit. 4. num. 1. ea propter minor non potest sine Prætoris decreto, etiam prouocante maiore diuidere: sicuti post alios scripsi in lib. 2. de arbitra. iudic. casu 171. num. 36. & idem scripsit Simoncel. in d. tract. de decretis, tit. 4. num. 6. & num. 23.

Dubitari autem contingit, an diuisio, quæ facta apparet inter fratrem minorem, & maiorem, præsumatur facta prouocante ipso maiore? Distinguendi sunt duo casus, quorum primus est, quando diuisio facta fuit iudicialiter, adhibito Prætoris decreto. Hoc casu præsumitur facta prouocante fratre maiore. Ita in specie respondit Calcan. in conf. 80. num. 2. quem secutus est Hyero. Gabr. in conf. 36. num. 42. libro 1. Ea est ratio, quia gesta Prætoris auctore, eique adhibito decreto, præsumuntur solemniter gesta: sicuti scriptum superiore libro, in præsumpt. 75. vbi in 5. casu scripsi, solemnitates modice cognitionis præsumi, si enunciata fuerunt.

Secundus est casus, quando diuisio facta fuit extraiudicialiter. Hoc in casu respondit Gabr. in d. conf. 36. num. 42. non præsumitur facta prouocante maiore. Ita intelligit Angelum in conf. 66. num. 2.

PRÆSUMPT. LXII.

Librum societatis, & mercatorum præsumi scriptum consensu sociorum, & ob id probationem inter eos facere.

SVMMARIA.

- Libri scriptus ab vno sociorum, qui scribere consueuerat, aliorum consensu scriptus præsumitur: & probat contra socios, num. 3.

- 1 Mandatum ex scientia & patientia præsumi.
- 2 Liber ab omnibus sociis differenter scriptus, omnium voluntate præsumitur, & facit fidem inter eos.
- 3 Liber ab infititore sociorum scriptus, mandato omnium præsumitur.
- 4 Libro mercatoris scriptum ad favorem tertij, præsumitur scriptum mercatoris consensu.

SOLET dubitari, an liber societatis mercatorum fratrum, & similibus, qui res, bona, & negotiationes communes habent, conscriptus præsumatur volentibus & contententibus aliis sociis & fratribus? Qua in disputatione constituo aliquot casus.

Primus est, quando liber scriptus est ab vno sociorum, qui scribere consuevit. Hoc casu scriptus præsumitur consensu aliorum. Ita respondit Alex. in consi. 186. nu. 1. lib. 2. quem secutus est Crauet. in tract. de antiq. temp. in 6. part. princip. num. 57. Ea ratio, quia præsumitur sic mandatum ab aliis sociis, qui scienter passi sunt illum scribere. Mandatum enim præsumitur ex scientia & patientia, vt scribit Innoc. in c. ex parte de ant. de re ind. & alii, quos retuli superiore libro præsumpt. 15. in 2. declar. vbi explicavi, quando mandatum præsumitur. Ex quo sequitur, quod hic liber præsumitur pro scribente contra socios, sicut e contra.

Secundus est casus, quando liber ille communis fuit indifferenter scriptus ab ipsis omnibus sociis. Hoc etiam casu à fortiori præsumitur scriptus voluntate & consensu omnium, & propterea inter eos finem facit. Ita Bald. in Rubr. C. de fide instrum. numero 35. versic. sequitur de scriptura sociorum. Alexand. in d. consi. 186. numero 1. lib. 2. Corn. in consi. 319. numero 14. libro 3. Socin. Sen. in consi. 162. numero 15. in consi. 240. colum. penult. versic. quartus & ultimus. & in consi. 291. numero 14. libro 2. Deci. in consi. 68. numero 2. in fine. & Crauet. in d. 6. part. princip. num. 59.

Tertius est casus, quando liber fuit scriptus non ab ipsis sociis, sed ab infititore ipsorum sociorum. Hoc etiam casus dicimus, librum præsumi scriptum mandato omnium sociorum, cum eorum consensu fuerit in præpositis negotiationi. Ita respondit Castrensis in consi. 314. omisso primo, colum. 2. versic. & quod pater, libro 2. quem secutus est Crauet. in d. 6. part. num. 36. & num. 55.

Quartus est casus, quando mercator habet aliquid scriptum contra se in suo libro negotiationis, & disputatione est non cum socio, sed cum tertio, ad cuius fauorem scriptum legitur. Hoc etiam casu quidquid legitur scriptum in ipso libro, præsumitur voluntate & consensu ipsius mercatoris scriptum. Sic docuit Bald. in Rubr. C. de fide instrum. numero 33. versic. sed hic quæro. quem secuti sunt Alex. in d. consi. 147. num. 9. libro 2. & in consi. 245. colum. 1. lib. 6. Deci. in l. ultim. numero 36. C. de edict. D. Adria. toll. in cap. 2. numero 24. de f. d. instrum. & in consi. 105. numero 7. versic. quid non obstat, qui simile respondit, de literis sigillo alicuius sigillatis, vt præsumantur voluntate & consensu donum sigilli sigillate. Baldus quoque secutus est Crauet. in tract. de antiq. temp. in 3. part. 1. part. princip. num. 28.

PRÆSUMPT. LXIII.

Librum mercatoris præsumi continere veram in reliquis parcellis, cum earum aliqua fuerint probatæ & iustificatæ.

SUMMARIA.

- 1 Liber mercatoris in aliquibus particulis probatus & iustificatus, præsumitur verus etiam in non iustificatis. Dissentiente Decio cum aliis, num. 5.
- 2 Scriptura continens falsum in vna parte, præsumitur etiam in reliquis.
- 3 Confessione mariti de dote recepta matrimonio constante, in aliqua parte probata, præsumitur vera in totum.
- 4 Executor testamenti, qui secundum testatoris voluntatem repperit fuisse recte aliquid rogasse, similiter præsumitur reliquis.
- 6 Libro scribentis statim pro ipso scribente in connexis.
- 7 L. conuenire ff. de pactis dotal. quando procedat.
- 8 Falsitas commissa à Notario ab vna parte instrumenti, quomodo reddat suspectum in aliis. Quid autem sit in instrumentis diuersis, num. 9.
- 10 Librum mercatoris in multis particulis approbatum, etiam in alia verum præsumi, quantum magni momenti sit. Adhibito tamen prudentis iudicis arbitrio, num. 11.
- 12 Libri mercatoris particulam aliquam aduersario negante, si vera illa esse probatur, reliqua verè præsumuntur.

13 Debitor negans debitum, de mendacio commissus, perdit officio beneficium.

ET AD hanc tractationem pertinet hæc præsumptio, mercatoris, vel alterius priuati probatæ & verificatæ fuerint, liber præsumitur verus in reliquis omnibus parcellis, etiam non verificatis. Ita responderunt Castrensis, in consi. 301. ad bene examinandum, colum. 1. libro 1. Comen. in consi. 136. colum. ultim. versic. quoniam datur. Corne. in consi. 81. colum. ultim. versic. & saltem videtur, libro 4. Angel. Atretin. in §. ultim. versic. quæro an credatur, in Insti. de Attilia. tu. & in §. actionum. qu. 13. in Insti. de act. lalon in repet. l. admittendi, num. 138. versic. quinto principaliter limitat. ff. de iur. iurand. Ruin. in consi. 18. eorum 2. versic. fuit, libro 1. Part. in consi. 90. numero 5. & num. 26. libro 1. Alciat. in tract. de præsumpt. regu. l. præsumpt. 16. in Insti. Grammat. in consi. 158. col. 1. in insti. Anton. Gabr. in libr. 1. conclus. tit. de præsumpt. conclus. 5. num. 1. & Craue. in consi. 158. num. 6. Et huius sententia ea est ratio, quia quando plures parcellæ sunt verificatæ, non est verisimile, quod liber in cæteris falsus continetur, sicut e contra dicimus, quando liber aliæ falsus scriptus continetur in vna parte, præsumitur etiam in reliquis falsum continere, si ex falsis, C. de transact. & explicauimus infra lib. 1. tract. p. 38.

Et prædictis accedit finale, quod respondit Socinus Senior in consi. 82. eorum 2. libro 3. quod vbi conf. sio mariti de dote recepta constat te matrimonio aliqua in parte probatur vera, in totum verè præsumitur. Est etiam simile quod respondit Anch. in consi. 436. in his verbis, eorum 2. versic. præterea præsumendum, um d. x. præsumi executorum testamenti verè et ogasse quardam summam centum librarum, secundum testatoris et postea quædam apparet, residuum verè rectè ab eo erogatum fuisse.

Cæterum ab ea Castrensis, Comen. & sequacium opinione dissentit & Deci. in d. l. 1. num. 4. versic. & ista conclusio, C. de eden. in c. 2. colum. 5. ver. secundum est, de fide instrum. & in consi. 317. num. 7. Ripa in l. admodum, num. 125. ff. de iur. iur. & ibidem Purpur. num. 200. Athet. in comment. ad Constitutio. nes Neapolit. in tit. de iure Basi. num. 23. Crauet. in tract. de antiq. temp. in 7. part. prima. & in consi. 257. num. 1. & Capoll. in consi. 85. num. 35. lib. 1.

Primo ea ratione innotuit Ripa, quia si in connexis statim libro pro scribente, sequitur dicendum, quod in separatis fidem non faciat, & contra se scripta vera esse præsumitur.

Verum facile responderetur, quod in connexis statim libro rationibus, etiam pro se ipso scribente, nulla ab eadem probatione. Sed separatis non statim, nisi multæ parcellæ iustificentur, quia tunc insurgit præsumptio, quod in reliquis vera scripta sunt.

Secundo ea ratione vult Ripa, quod si crederetur in separatis, esset dare materiam delinquendi, eorum 1. comen. ff. de pact. dotal. Nā possit quis facile suo in libro scribere multa vera, & deinde interire vnum quod esset falsum, quod non est ad attendendum, vt inquit Imperator in l. comparationes, C. de fide instrum.

Cæterum responderi potest, non esse hoc verisimile, ex quo iam multa parcellæ sunt verificatæ, vt dixi supra.

Nec repugnat regula l. conuenire, quia illa præcedit, quando directio quæ mutatur ad delinquendum: sicut post Angel. & Alex. declarata lalon in l. nemo potest, in l. lect. numero 27. ff. de leg. 1. & ibidem Ripa numero 56. Præterea d. l. conuenire, procedit, quando intentio legis est ad hoc ordinata, vt explicat idem Rip. in l. ex factis, §. si quis rogatus, numero 50. ff. ad Treb. Hoc autem nostro in casu lex non concedit præsumptionem hanc, vt directio inuitat ad delinquendum. Et præterea quod credatur huic libro, non excludit contraria probatio. Et ideo ille, qui asserit parcellam, de qua est contentio, falsam esse, probare id potest.

Tertio retorquebat Ripa argumentum illud, quod pro recepta sententia adducebatur, cum diximus, quod sicut instrumentum in vna parte falsum, præsumitur etiam falsum in alia parte, d. l. si ex falsis, C. de transactio. Ita e contra liber in vna parte verus, sic præsumitur verus in altera. Inquit Ripa id non procedere in separatis, & propterea sicut in separatis falsum in vna parte, non arguit falsum in altera parte separata: sic e contra verum in vno, non præsumitur verum in altero. Respondetur, quod aut agitur de vno eodemque instrumento: & tunc falsitas à persona Notarij proueniens, commissa in vna parte eius, reddit suspectum totum ipsum instrumentum, & in aliis suis partibus etiam separatis. Est ratio, quia et si instrumentum continet plures actus, attamen instrumentum ipsum dicitur quid individuum, ex quo vno eodemque tempore confectum fuit ab eo Notario, cuius persona fuit approbata, quoad actum illi totum simul conficiendum.

sciendum, vt scribit Barto. in d. l. si ex falsis, in 1. lect. colum. ultim. versic. breuiter, & ibid. Alexand. colum. ultim. & Curt. Senior numero 48. & dicemus infra lib. 5. præsumpt. 20. in 1. casu. Et casus iste conuenit huic nostro, cum & nos disputemus de pluribus parcellis libri rationum scriptis ab eodem mercatore, pro eadem persona, cum qua negociatus est, & vnicui quodammodo negotium confectum videtur, & eadem fides vnius mercatoris approbata ab ea persona, quæ cum eo negotia pertractauit. Aut verò agitur de diuersis instrumentis, & tunc falsitas à persona Notarij perueniens commissa in vna parte, non esse falsitatem in altera, quemadmodum præcitati Doct. scribunt.

Hic casus nostro non conuenit: qui (vt diximus supra) hic agitur de vnicui actu, seu scriptura diuersarum parcellarum, ab eodem mercatore pro eadem persona debitoris scriptarum.

Extenditur hæc sententia & traditio, vt procedat etiam si parcella est magni momenti. Ita Angel. Atretin. in §. actionum, num. 88. in Insti. de act. Corne. in consi. 81. numero 8. versic. & est aduertendum, libro 4. Ruin. in consi. 18. numero 2. libro 4. & Crauet. in d. consi. 158. numero 6. qui eiusdem sententia re- sent Paulum Castrensis. Quam quidem declarationem intelligo, quando verisimile est, quod mercator ille vel dedit, vel numerauerit summam illam: atque ita in hoc tribuerem multum iudicis arbitrio. Ex his sequitur minus rectè sensisse Ripam in d. l. admonendi, dum intelligit Castrensis in d. consi. 301. loqui solum de parcellis minutis. Et communis illa sententia procedit multo magis, quando concurrerent alia coniectura, vt concurrebant in casu Crauet. in d. consi. 158. vt ipsemet declarat in d. tract. de antiq. temp. in 7. part. numero 13. & 14. Et ibidem numero 24. intelligit communem opinionem posse procedere verificatis pluribus parcellis. Et præterea multo magis procedit relata communis opinio, quando præuersarius mercatoris negasset vnam ex parcellis contentiosis, & illa deinde fuisset ab illo mercatore verificata. Nam tunc reliquæ sine controuersia verè præsumuntur, sicuti simili in casu scribit Angel. Atretin. in §. ult. colum. ultim. in Insti. de actio. lalon in §. actionum, num. 88. eodem tit. & Deci. in l. nemo ex his, num. 7. ff. de regu. iur. quod si debitor negauit

debitum, & postea conuictus fateatur, perdit beneficium cessionis, propter mendacium. Ita & nostro in casu, si de mendacio conuictus debitor in vna parcella magna, contra eum insurgit præsumptio quoad alias.

PRÆSUMPT. LXIII.

Signa & nomina præsumptionem & coniecturam facere, res illorum esse, quorum inscripta, vel imposita sunt ipsa nomina & signa.

SUMMARIA.

- 1 Nomina ad res demonstrandas inuenta.
- 2 Res illius cuius nomen obtinet, præsumitur.
- 3 Stigma militem, habitus clericum, sola sacerdotem notat.
- 4 Vestimentorum signa persone qualitate significare.
- 5 Cadaver occisi cuius sit, si facies non indicet, signa & stigmata corporis perquirenda.
- 6 Merces ex signis in scriptis agnoscuntur.
- 7 Vexilla seu insignia nauibus imposita, dominum demonstrant.

QUEMADMODUM nomina inuenta sunt, vt res ipsæ demonstrantur. l. Labeo. ff. de supellect. legata. & l. ad recognoscendos. Cod. de ingenuis & manumiss. & ideo dicimus, rem præsumi illius, cuius nomen obtinet. Bald. in l. Galus. §. nunc. ff. de liber. & posthum. & Capolla in consi. 3. colum. ultim. Ita & signa. l. stigmata. C. de Fabricens. libro 11. Hinc apud Romanos, serui, qui venum exponebantur, pileo capiti imposito, ostendi consueuerant, vt scribit Gellius libro 7. noct. Attic. capite 4. Ita dicimus, & stigmata militem, habitum clericum, stolum sacerdotem, quæ propria eorum sunt signa, significare. Baldus in l. directis. C. de testam. manu. & Dec. in c. causam matrimonij, numero 3. de probatio. Sic pariter signa vestimentorum, persone qualitate significare responsum est, in l. item apud Labeonem. §. si quis virginis. ff. de iniuriis. & l. speciosas ff. de verb. signi. vbi Capoll. Alciat. & l. Bracheus. & scripserunt Deci. in consi. 125. numero 6. Marfil. in consi. 97. num. 9.

Ita pariter dicimus, signum demonstrare, cuius sit equus. Bartol. in d. l. stigmata. & ibidem Lucas de Penna. & Ioan. à Platea. Restaurus in tract. de Imperatore. quæst. 89. Benuenut. Straccha in tract. de mercatura. par. 2. numer. 73. & praxim egregiam recognoscendi, cuius sit cadaver & occisi, cuius facies

discerni non potest, vt corporis signa & stigmata inspiciantur, docuit Bart. d. in l. stigmata. & Anton. Corf. in sing. in verbo, testis, incipit, Dicitur testis.

Sic etiam dicimus, merces seu farcinulas, quæ vulgò, le balie, appellamus, cognosci ex signis & eis inscriptis. Bal. in authent. nos data. C. de donat. ante nupt. Petr. Vbal. in tract. de duobus fratribus, parte 11. num. 72. Franc. in c. si iudex. §. idem. extr. de senten. excomm. in 6. Dec. in d. c. causam matrimonij, numero 3. de probat. Afflict. in decis. 23. numero 4. & Straccha in d. 2. part. numero 71. Roca Genuensis in decis. 201. Mascard. in conclus. 160. & in conclus. 551. Cæterum Straccha præcitato in loco dixit præsumptionem hanc esse fallacem.

Sic quoque respondit lal. in consi. 170. col. 4. libro 2. ex vexillis & se insignibus familiæ Medicæ, seu Reipub. Florentinæ impositis nauis, illam præsumi esse prædictæ Reipub.

PRÆSUMPT. LXV.

Socius, mercator, & debitor, qui nulla contradictione facta, literas ad se datas accipiunt, an in eis scriptam obligationem, contractum & debitum approbasse præsumantur, diligens explanatione.

SUMMARIA.

- 1 Literas recipientes, eas approbare præsumitur, & vera esse in eis scripta. Et secundum aliquos idem esse in recipiente mandatum, nu. 2. Idque tam in persona extranea quam coniuicta obtemperare, n. 7. Procedere etiam si verba in literis scripta, non principaliter, sed ob aliud emissa sint, n. 9.
- 3 Arbitrium recipientem compromissi instrumentum, nulla facta contradictione, præsumi onus cognoscendi & laudum profertendi, acceptasse.
- 4 Laudi prolatis scripturam litigantes recipiendo, nulla cum contradictione præsumuntur laudum acceptasse.
- 5 Laudi reductionem ad viri boni arbitrium, usque ad 30. anni, peri posse.
- 6 Protestationis instrumentum sine contradictione recipientes, præsumitur ei consensisse.
- 8 Nuncium etiam sine liberis recipientes, si non contradicat, præsumitur nunciata approbasse.
- 10 Literas recipientem præsumi consentire, verum esse in obligatione sponte & voluntarie facta, non in ea quæ iniuito accideret.
- 11 Actui qui se iniuito geri potest, subscribens, non dicitur approbare in sui præiudicium.
- 12 Literas recipientem præsumi approbare actum in eis contentum, non tamen fateri, quod ita gestus fuerit. Idque si literas etiam sciens reciperet, nu. 13. Et si aperuerit & legerit, n. 14.
- 15 Literas recipientes non præsumuntur in eis descripta approbare, si dati & accepti in istdem calculo continerentur.
- 16 Literas recipientem contenta approbasse præsumi, verum est, si testes qui de retentione absque ulla contradictione deponunt, sciebant quæ in literis descripta, continerentur. Idque etiam si literæ viuo mittente ad manus recipientis peruenirent, aliud enim eo mortuo, n. 17.

CONTINGIT sapienter inter socios & mercatores mitti literas absentibus sociis & debitoribus, quibus significatur eos aliquid debere, quare dubitatur, an literas ipsas recipientes, præsumatur fateri & approbare contractum, obligationem, & debitum in eis scriptum? Hanc disputationem explicavi aliquando in libro 1. de arbitrariis iudicium, & c. casu 21. Verum hic paulò copiosius & diligentius pertractabo, cum hic maximè pertineat. Est sanè constitutum hæc iuris sententia, recipientem literas & præsumi illas approbare, & fateri vera esse, quæ in eis sunt scripta. Ita scripserunt Bartol. in l. filiusfamil. ff. ad Macedon. in l. cum tabernam. §. 1. in fine. ff. de pignori. in l. Titius in fine. ff. de consil. pecu. & in l. quo enim. §. 1. in fine. ff. rem ratam hab. Bald. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. in l. si procurat. in princip. ff. de procur. in d. l. Titius. de consil. pecu. in l. si absentis. colum. 2. versic. in die, quod quandoque. C. si cert. pet. in l. ultim. colum. 1. versic. quæro, si non contrahiur. C. ad Macedon. & in rubric. C. de fide instrum. colum. penult. versic. quæro quid de literis. & in c. ultim. colum. penult. versic. quid de pagina, de iur. iurand. Angel. in d. l. si filius. Fulgos. in d. l. emptor. §. Lucius. Salicet. in d. l. ultim. colum. 2. versic. quæro quid si filius. C. ad Macedon. Roman. in consi. 295. numero 5. Abb. in c. cum iniuste. numero 7. de procurat. & in consi. 88. colum. penult. versic. si autem interuenit scientia. libro 1. & in consi. 16. numero 5. libro 2. Machell.

PRÆSUMPT. LXVI.

Quando ac quomodo subscribens alterius scripturam, vel eam sua manu scribens, vel inscribens, eam approbare præsumatur, accurata & diligens explicatio.

SUMMARI.

- 1 Scripturam alienam manu sua totam scribens, approbare præsumitur in ea contenta.
2 Scripturam manu propria scriptam, scribentis subscriptione non indigere.
6 Notarius scripturam conficiens ratione officij non præsumitur in ea contenta approbare.
7 Scripturæ ab alio confectæ subscribens, præsumitur eam approbare.
9 Dispositio puniens negantem scripturam propriam, locum habet etiam in subscribente.
12 Statuto fiant ut exequutio detur contra scribentem, de subscribente quoque intelligi.
13 Scriptura ab aliquo subscripta, ipsius mandato & causa confecta præsumitur.
15 Scripturæ alienæ nomine alieno subscribens, eam non præsumitur approbasse.
17 Subscribens scripturæ alienæ, officij ratione, eam non præsumitur approbasse.
18 Notarius subscribens actui ratione officij, eum non præsumitur ad sui præiudicium approbare.
21 Scripturæ non lectæ subscribens, non præsumitur eam approbasse.
22 Ratificatio non nisi de his facta præsumitur, quæ à ratificante lecta cognita, & recte intellecta fuerint.
23 Subscribens scripturam legisse præsumitur, si testis, & lectis subscriptis se scripsisse asservat.
32 Scripturam alienam non scribens, aut ei subscribens, sed superscribens tantum præsumitur eam approbasse.
Id autem locum non habet in testamentis, & aliis quæ requirunt subscriptionem, nu. 33.

Efficit præcedens disputatio, ut hoc loco explicem, quod alibi etiam explicaturus, quando subscribens alterius scripturam, vel eam sua manu scribens, vel inscribens, eam approbare præsumatur. Quæ sanè disputatio ut summè utilis est, ita non indiligenter à nobis pertractanda est. Hac itaque in re, tres præcipuos casus distinguimus atque constituimus. Primus est, quando quis nomine alterius totam ipsam scripturam sua ipsa manu scripsit, præsumitur eam, seu id, quod in ea continetur, approbare. Ita Bartol. in l. cum tabernam. §. idem quæsit. nu. 1. vers. item forte. ff. de pigno. & ibidem Angel. in 2. notab. & Salicet. in vers. idem notat Bald. in proam. Digestorum. nu. 19. vers. sed si esset nomen. Cum dixerit, scripturam manu propria scriptam, non egere quod eiusdem scriptoris manu subscribatur. Idem in l. cum antiquitas. in ultim. notab. C. de testam. & ibidem Castren. in si. Roman. in cons. 303. nu. 1. Burdus in cap. 2. colum. 2. vers. verum autem in ipsa, de fide instrum. & ibidem Cardinal. colum. penult. vers. nam quando oblit. & Imola col. 5. vers. intelligo quando. Idem Imola in Cle-

men. 1. num. 20. vers. idem si non essent. de procurat. Aretin. in cons. 64. colum. 5. vers. nec potest dicere. Alexand. in l. admonendi. nu. 31. vers. item adducit. & in si. ff. de iureiur. idem Alexand. in l. cum antiquitas. colum. 2. in ultimo nota. C. de testam. & ibidem Iason num. 12. Socin. Sen. in cons. 15. num. 48. in fine. libr. 1. Decius in l. hac consultiissima. num. 27. C. qui testa. facere poss. Purpur. in l. admonendi. nu. 166. ff. de iureiur. Crauet. in tract. de antiquit. tempo. in quinta particula prime partis principalis. nu. 42. Anton. Gabri. in suis conclusionibus. lib. 1. titu. de præsum. conclu. 3. nu. 11. Benuenut. Straccha in tracta. de mercatura. titu. quomodo in causis mercatorum procedendum sit. nu. 30. Quam quidem sententiam probat rex. l. fideiussor. §. pater. ff. de pigno. & text. in §. 1. Inst. de emp. & vend. i. bi si instrumenta fuerint conscripta vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, & contrahente autem subscripta.

Extenditur primò, ut procedat etiam si nullum ipsius scribentis signum appositum fuit. Nam necessarium illud minime esse tradiderunt Bartol. in dicta l. cum tabernam. §. idem quæsit. ff. de pign. & Butri. in d. c. 2. colum. 1. ver. an ipsa exigatur, de fide instrum.

Extenditur secundo, ut procedat etiam si quando is, qui scripsit, non asseruit, se sua manu scripsisse. Ita Bar. in d. §. idem quæsit. nu. 2. & apertius Crauet. de antiquit. temporum. in d. quinta particula prime partis principalis. nu. 43. Iam enim superi que est, quod contet scripturam esse manu illius scriptoris scriptam. Nec obstant auctoritates Felini in d. colum. 2. vers. octava conclusio. de fide instrum. & Purpur. in d. l. admonendi. numero 187. de iureiur. qui dissentiunt. Nam respondetur eos moveri ex l. cum antiquitas. §. vitim. C. de testam. quæ tamen loquitur, quando subscriptio requiritur pro fama. Sicuti ad rem nostram declarat Aretin. in cons. 64. colum. 4. & Crau. ubi supra.

Declaratur primò, ut procedat hic casus, quando scriptura continet causam aptam & idoneam, alias scribens sibi non adferret aliquod præiudicium. Ita Imol. in d. c. 2. num. 3. vers. in ead. gloss. de fide instrum. & ibidem Deci. numer. 12. Anton. Gabri. in d. conclu. 3. nu. 14. quæ declaratio comprobati pollet ex copiose traditis à Felin. & ceteris, in cap. §. cautio. de fide instrum.

Declaratur secundo ut non procedat hæc præsumptio, in notario, qui subscribere etiam tenetur. Ita Felin. in d. cap. 2. num. 7. de fide instrum. & Anton. Gabr. in d. conclu. 3. nu. 15. Quibus addit Alex. in cons. 41. nu. 3. lib. 1. Iaf. in d. l. cum antiquitas. nu. 12. C. de testam. post Castr. & Alex. ibid. & Parisium, in cons. 27. nu. 5. lib. 2.

Cæterum declaratio hæc à Gabriele propoita, non satis videtur congruere huic disputationi, quæ quidem est, an scribens præsumatur ad sui præiudicium approbasse ea, quæ in ipsa scripta fuerint, non autem est disputatio de scripturæ subscripta, vel non subscripta. Quocirca rectius dicere possumus, non procedere hunc casum in notario, ob id, quod ipse ratione sui officij eam scripturam conficit, & dicemus subsequenti in casu, in secunda declaratione.

Secundus est casus, quando quis subscripsit scripturam ab altero scriptam. Hoc in casu pro regula traditum est, subscribentem hunc præsumi approbasse scripturam illam. Ita Bar. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. & ibidem Angel. Fulg. Cast. Iaf. col. 1. vers. sed notat. Idem Bart. in l. si. §. non creditur. ff. quib. modis pignus vel hypothec. soluitur. Idem in l. que dotis. ad finem. ff. soluto matrim. & ibidem Alex. col. pen. vers. fœcesine in quantum. Bal. in rub. C. de fid. instrum. nu. 7. & in c. cum ecclesia. col. 1. vers. & si Canonici. de electio. Angel. in l. si ita stipulatus. §. Chrysoyenus. vers. & sic nota. ff. de verb. obligat. & ibidem Imola colum. 2. vers. item nota. Castr. colum. 1. vers. in prima parte. Aretin. in colum. 2. vers. nota primò. Alexand. colum. 1. Iaf. in primo notab. & Alciat. nu. 3. Idem Angel. in l. pluribus. in prime. ff. de verb. obligat. Imol. in c. 2. colum. 2. vers. nona declaratio. de fide instrum. Castren. in l. si procuratorem absentem. c. om. 1. de procurat. & in l. cum antiquitas. in fi. C. de testam. & ibidem Iaf. colum. 2. vers. Ancharan. in cons. 147. colum. 1. Roman. in l. que dotis. nu. 49. ff. solut. matrim. & in cons. 204. colum. 1. Aretin. in cons. 64. colum. 1. vers. nec dicat aliquis. Abbas in c. quoniam contra. nu. 32. vers. sed quero. de probat. & ibidem Felin. num. 35. & Decius numer. 40. Alexand. in cons. 147. c. om. 1. & in cons. 181. colum. penult. vers. & dicit Ludou. lib. 2. & idem in cons. 118. colum. 2. vers. & dicit lib. 4. Angel. Aretin. in proam. Inst. colum. 5. vers. sexto nota. Barba. in cons. 86. colum. 5. vers. si vero loquimur. libro 3. Iaf. in repet. l. admonendi. colum. 1. vers. item adde de iureiur. & in l. que dotis. num. 63. ff. solut. matrim. & in authen. si quis in aliquo. colum. 2. vers. confirmo, quia subscribens. C. de eden. Socin. in tract. fallen. regul. 385. Felin. in cap. 2. numer. 7. & 8. de fide instrum. Ruin. in cons. 215. numer. 1. lib. 1. in cons. 22. num. 5. & cons. 76. in fin. lib. 4. Deci. in cons. 11. numer. 16. colum. penult. vers. comprobatur hoc. & in cons. 463. num. 2. Marfil. in rubr. C. de probat. nu. 75. Purpur. in l. admonendi. numer. 166. de iureiurand.

notab. 23. Imola in l. non solum. §. morte. colum. 3. ff. de operis novi nunciat. & in c. cum M. Ferrariensis. col. 18. vers. quarto casa. de consuet. Alexand. in cons. 78. col. 1. li. 1. & in cons. 147. col. 2. vers. fortificator. prædicta. libro 2. Capolla cautela 9. Pone quod Barba. in cons. 15. col. 3. in fi. lib. 2. Felin. in d. c. cum M. nu. 36. de consuet. & in c. 2. numero 20. de fide instrum. Iaf. in l. admonendi. in repet. nu. 138. de iureiurand. in l. que dotis. numero 92. ff. soluto matrimo. & in cons. 47. num. 2. libro 1. Decius in cons. 438. in fine. & in cons. 632. numero 16. Ripa in l. admonendi. numero 138. de iureiurand. & in d. c. cum M. Ferrariensis. numero 132. de consuet. Gozadin. in cons. 23. numero 6. Marfil. in rubric. C. de probat. numero 140. & in practica criminali. §. diligenter. numero 138. Francisc. Conna. lib. 5. commentar. iuris civilis. cap. 4. numero 1. Paris. in cons. 47. numero 15. in cons. 91. numero 3. in cons. 112. numero 45. & in cons. 127. numero 32. lib. 1. & in consilio 5. numero 206. libro 4. Anton. Gabri. in suis conclusionibus. libro 1. titu. de præsumpt. conclusio. 2. numero 1. & nouissimè Rota Genuesis in decis. 91. numero 1. Et hæc quidem sententiam probari omnes exillimant ex d. l. si filius. ff. ad Macedo. & ex Clemen. 1. de procurat. quod tamen dubitationem habet non mediocrem, ut scripsi in dicto casu 21. numero 3. Et ex præcitat. multi idem scripserunt, in recipientem mandatum, ut censeatur illud accepisse: ut verè hoc probat d. Clem. 1. de procurat. Et præter iam commemoratos, ita in specie affirmantur Bald. in l. si defunctus. in princip. ff. de procurator. & in l. si literas. in fine. C. manda. Roman. in d. l. que dotis. colum. 10. vers. ego autem. Deci. in c. cum M. numero 23. de consuet. Est simile quod scribit Roman. ubi supra. arbitrum recipientem instrumentum compromissi nulla contradictione facta, præsumi accepisse onus cognoscendi & profertendi laudum. Ita quoque è contra dicimus, litigantes qui compromiserunt, recipiendo scripturam laudi polati, nulla contradictione facta, præsumi accepisse ipsum laudum. Ita Abbas in cons. 18. numero 5. libro 2.

Cæterum dissentit Ripa in c. cum M. numero 132. vers. ex prædictis. de consuet. post Bartol. in l. 1. numero 6. C. de relas. & Felin. in c. cum in iure peritus. colum. 3. de offi. deleg. Ea ratio adducti, quod data est facultas petendi reductionem ad arbitrium boni viri, vsque ad 30. annos, ut scribit Bartol. & post eum cæteri. in l. si societas. §. arbitrorum. ff. pro socio. Et ideo iste tacens cum licet hæc sibi concessam facultatem non præsumitur accepisse laudum. Hæc autem præsumptio eo meliori simili comparari potest, quo dicimus, recipientem qui instrum. enum profectionis, nulla facta contradictione, præsumi illam approbasse, etiam consensisse. Ita Alexand. in l. non solum. §. morte. numero 27. de operis novi nunciat. Capolla in caut. 24. Felin. in d. c. cum M. numero 37. de consuet. & ibidem Decius numero 23. qui intelligit, quando præsentis sit protestatio. & Rubens in d. §. morte. numero 262. & Alexan. præcitate in loco intelligit, nisi agatur de magno præiudicio & damno.

Et prædicta præsumptio procedit tam in persona extranea recipiente has literas, quam in persona coniuncta, ut patet patre, & similibus. cum iuxta magis receptam interpretationem d. l. si filius. ad Maced. seu eius ratio, locum habeat tam in extraneo, quam in patre, etsi dissentiant à communi hac opinione Castren. in d. l. si filius. & in l. interdum. ff. rem ratam hab. ubi & Comens. in §. rem haberi. in fine. Dec. in d. c. cum M. numero 23.

Extenditur hæc præsumptio, ut locum etiam habeat in recipiente qui nuntium sine literis: cui quidem nuntio referenti si non contradicit, præsumitur approbare ab eo renuntiata. Ita scribit Imol. in d. l. mas. §. morie. colum. 3. vers. nam quando iniungitur. de operis novi nunt. Castren. in d. l. interdum. ff. rem ratam haberi. & ibidem Comens. & Alexan. in annotat. ad Bart. in d. l. si iustus. & Anto. Gabri. in d. conclus. 2. numero 2.

Cæterum dissentire videntur Barro. in d. l. si filius. & in d. l. quo enim. Alexand. in d. §. morte. num. 27. & Felin. in d. c. cum M. numero 32. dum scripserunt præsumptionem hanc procedere, ratione retentionis literarum: ex quo sequitur, quod ubi non adest literarum retentio, non præsumitur ille consensus, & approbatio. Sed respondei potest adesse hic retentionem rationis factæ à nuntio: cui quidem ita potuit contradicere sicuti literis. Nec, mea sententia, illa nuda characteris retentio, quid plus significat, quam responsio vel contradictio non facta huic nuntio.

Extenditur secundo hæc præsumptio, ut procedat, et etiam si verè in literis illis scripta, essent emissa non principaliter, sed propter aliud. Ita Anch. in clem. 1. in quinto notab. de iureiurand. quem ita recenset, & probat Ant. Gabr. in d. concl. 2. numero 7.

Declaratur primò, ut procedat prædicta præsumptio quoad ea, ad quæ recipiens sua ipsa voluntate, & sponte se obligasse dicitur, vsputa, si recipio literas, in quibus sit scriptum, me à te scribente, mutuo suscepisse e-

bus sit scriptum, me à te scribente, mutuo suscepisse eorum Coronatos. Secus verò quoad ea, ad quæ recipiens inuitus obligaretur: exempli gratia, recepi literas, in quibus scribis pecuniam quam mihi debes, fuisse sequestratam iudicis mandato, mea aliqua de causa: Hoc sane casu illa receptio literarum à me facta non inferit, quod ego consensim illi sequestro: cum illud me inuito factum sit. Ita egregie declarat Comens. in consilio 177. Suppletis statim. colum. 2. vers. Nec obstat literarum, & colum. penultima. vers. Non obstat igitur. Etsi eo loci dicat, sequestratio nem non omnino fieri inuito debitore. Attamen visum hoc exemplo, quo apertius declaratio explicetur. Et suam hanc declarationem probat Comens. ex l. Caius. ubi gloss. ultim. vers. tu autem dicas. ff. de pigno. actio. ubi subscribens qui eo inuito geui potest, non dicitur consentire, & illum quoad sui præiudicium approbare. Ita ergo hic recipiens literas, quæ continent actum, qui geri potuit inuito iplo recipiente, et consentire non dicitur, sed opus est, quod contineat actum, qui gestus dicitur voluntate ipsius recipientis. Quibus intelligimus errasse Antonium Gabrielem in suis conclusionibus. lib. 1. titu. de præsumptio. conclus. 2. numero 8. qui dum male intellexit Comens. traditionem, ab eo disseisit.

Declaratur secundo, ut procedat hæc præsumptio, quod hic recipientes literas, vel instrum. enum, præsumitur quidem approbasse actum ipsum: non autem facti, quod re vera fuerit gestus. Ita declarat Comens. in d. cons. 177. colum. penultima. vers. Non obstat quod receptio. Ripa in c. cum M. Ferrariensis. numero 132. vers. item de declarata. de consuet. & in l. admonendi. numero 137. ff. de iureiurand. Alciat. in l. de testam. numero 51. de re. bur. gloss. Anton. Gabri. in c. c. l. conclus. 2. numero 9. Quæ eccus sum. in d. libro 2. de arbitrar. iudicium. casu 21. num. 4. Exemplum adferre solet, si procurator Tirijs et d. l. uetas. de mutuo recepisse suo nomine centum à Caio. Titus iste recipiendo literas, approbasse quidem illas dicitur, si mutuo receptæ fuerunt pecuniz: sed tamen non dicitur, si mutuo receptæ fuerint receptæ. Et propterea qui nunc assere, aliter quam ex literis eam numerationem probare debet.

Declaratur tertio, ut habeat locum hæc præsumptio in eo, qui scienter recipit literas: necas si ignoranter. Ita gloss. in Clemen. 1. in verbo, scienter. de pignat. Matthes. notab. 21. Capolla cautela 9. Pone quod, numero 2. Ripa in d. c. M. numero 132. vers. primò requisitum. Berous inter consilia Zafsi. in consilio 4. colum. penultima. vers. aduero, qui quidem scribunt, quod ad hoc ut præsumptio illa locum habeat, debet is recipiens qui aperuisse, & legisse literas: nec quidem sufficere pertinetoriam lectionem, sed tantum temporis tribuendum esse, ut eas considerare poterit, ut post alios declarat libro secundo, de arbitrar. iudic. casu 21. numero 5. Quæ sanè traditio pro edit, nisi post retentionem scripturæ tantum tempus effluxerit, ut venisimile sit, illum recipientem, visisse, & legisse scripturam illam. Ita Imola in clem. 1. in p. de procurat. & Anton. Gabri. in d. conclus. 2. numero 12. Anque ut potest intelligi, & declarari Ancharan. in d. Clemen. 1. c. cum 2. de procurat. eum dixit, ex præsentatione literarum, præsumi scienciam, etiam si non apparet de ipsis scripturæ lectione, loquitur sane Ancharanus, quando post retentionem literarum aliquod tempus elapsum est, quo venisimile sit eas legisse.

Declaratur quarto ut non procedat, quando in scriptura contineretur calculus dati & accepti. Nam tunc recipientes non præsumitur eam approbare. Ita Capolla in d. cautela 9. Iaf. in repet. l. admonendi. nu. 138. de iureiurand. Dec. in c. 2. numero 15. de fide instrum. Ripa in d. c. cum M. numero 132. vers. secundò intellige. de consuet. & Anton. Gabri. in d. conclus. 2. numero 13. Ea est ratio, quia non præsumitur retinere, ut debitum agnoscat, sed ut videat, an rectè calculus ille fuerit confectus, ut dicitur l. cum feruus. ff. de cond. & demonst.

Declaratur quinto, ut procedat hæc præsumptio, quando qui testes illi, qui attestantur de retentione ipsius scripturæ, & de contradictione non facta, sciebant quæ scripta erant in ea scriptura, aliis secus. Ita Matthes. in d. notab. 21. Capolla in d. cautela 9. Alexand. in annotat. ad Bartol. in d. l. quo enim. §. 1. ff. rem ratam hab. Decius in d. c. 2. numero 15. de fide instrum. Iaf. in repet. d. l. admonendi. numero 138. vers. & ex hoc. & Berous inter consilia Zafsi in d. consilio 4. colum. 1. vers. aduerso. & Anton. Gabri. in d. conclus. 2. numero 14.

Declaratur sexto, ut procedat hæc præsumptio quando hæc scriptura, vivo mittente, petuenit ad recipientem: scilicet si eo mortuo. Nam tunc locus non est huic præsumptioni. Ita Roma. in d. l. nuda ratio. ff. de donat. Deci. in c. 2. numero 15. de fide instrum. Iaf. in d. repet. l. admonendi. numero 138. vers. secundò limita. de iureiurand. & Anton. Gabri. in d. conclus. 2. numero 26.

Paris. in consil. 83. num. 3. & in consil. 94. num. 5. & in consil. 101. num. 7. libro 1. in consilio 12. num. 107. libro 2. & in consilio 77. num. 23. libro 3. Socin. Jun. in consilio 92. num. 15. libro 2. & in consilio 106. numero 4. & 5. libro 3. Crauer. in consilio 73. numero 1. Anton. Gabriel. in suis conclusionibus libro 1. tit. de præsump. conclu. 3. numero 1. Rolan. in consilio 44. numero 30. libro 1. Quæ sanè sententiæ multiplices iure probatur, nempe in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. in l. 1. §. ff. de constit. pecun. in l. scilicet. §. non creditur. ff. quibus modis pignus vel hypothec. soluitur. in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. de verborum obligatio. in l. 1. §. inter filium. ff. ad legem Cornel. de falsis. §. 1. in Instit. de empt. & vendit. authent. si modò. Cod. familie eriscund. & in cap. si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienand.

8 Extenditur primò, vt procedat etiam ¶ in pœnalibus, si cuti videmus, quòd ¶ dispositio puniens negantem scripturam propriam, locum etiam habet contra eum, qui negauit scripturam, cui ipse subscripsit. Ita Bald. in authent. contra qui propriam. colum. 2. ver. item quæro quod. C. de non num. pecun. Cast. in consil. 87. Quantis ad contenta. col. ult. vers. super alio quæstio. lib. 2. Dec. in authent. si quis in aliquo. num. 17. C. de edend. & in c. quoniam contra. col. antepen. vers. circa secundum. de probat. Pupura. in l. admodum. numero 166. de iur. Alciat. in d. §. Chryfogonus. num. 3. Anton. Gabriel. in d. conclus. 3. num. 2. Et ratio est manifesta, quia ita consentit in pœnalibus ex subscriptione quam in ceteris: cum differentia ratio assignati non possit inter pœnalia & pœnalia, cum subscriptione efficiat, vt scriptura illa propria esse dicatur, cum sit non solum mandato subscribentis scripta, vt ait Gemina. in c. si pro te. de rescript. in §. sed etiam propria manu subscripta. Quocirca malè dissentiant ab hac opinione Salic. in d. authent. contra qui propriam, col. 2. vers. quæro, quid si est chirographum. C. de non num. pecun. Iason in d. l. emptor. §. Lucius. col. 1. vers. tertio adde. ff. de pact. in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. num. 3. de verborum obligatio. & in authent. si quis in aliquo. col. 3. vers. puto, quid si falsum. C. de edend. ij sanè ea adducti sunt ratione, quòd aliud est scribere, & aliud subscribere, & subscribens dicitur sic è scribere. l. diuus. §. item Senatus. & l. si ego. §. dois. ff. sol. matr.

Verum responderet, quòd cum tota vis approbationis in subscriptione sit, satis est illud in quo scripturæ efficacia vertitur, manu debitoris esse factum.

10 Extenditur secundò, vt procedat etiam si subscriptio ¶ generalis sit. Non enim requiritur specialis. Ita Bald. in authent. si quis in aliquo. col. 2. vers. vterius quæramus. C. de edend. Angel. in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. col. 1. vers. astè de etiam. de verborum oblig. & ibidem Imola colum. 2. vers. aduerte tamè. Cast. col. 1. vers. item adde tertio. Alexand. colum. 2. vers. secundum amplia. & Alciat. num. 4. Idem scripserunt Anchara. in consilio 242. col. 2. vers. non obstat dictum. Alexan. in l. quæ doris. col. 2. vers. & subdit ff. soluto matrimonio. & in consilio 147. col. 2. vers. & secundum magis communè. libro 2. Iaf. in l. cum antiquitas. col. ultim. vers. limitat mirabiliter. C. de testam. Felin. in c. quoniam contra. vers. limita sexto. de probat. & idem Deci. numero 48. vers. circa primum. qui communem hanc esse opinionem asseruit. Idem Deci. in consil. 147. in fin. Roland. à Valle in consil. 44. numero 38. libro 1. & Alciat. in d. §. Chryfogonus. num. 9. Natta in authent. quod sine. numero 48. vers. reserua igitur. Hæc sanè generalis subscriptio approbationem & consensum arguit.

11 Nec obstat auctoritas ¶ Bartol. in l. diuus. §. item Senatus. ff. ad legem Corneliam. de falsis, qui specialem esse oportere subscriptionem dixit. Et Bartolus visus est sequi Socin. in tract. fallen. regula 385. fallen. 3. Nam responderet primò aduersus Bartolom esse communem opinionem, vt ex relictis multi testantur, præsertim Decius & Roland. præcitis in locis. Præterea & secundò responderet declarando Bartoli traditionem, illum loqui, quando lex expressè requirit specialem subscriptionem, vt est quando scriptura est à lege prohibita, sicuti in casu dictæ l. diuus. §. item Senatus. vbi actus ipse scribendi punitur, non autem consensus: & ideo vt pœnæ locus sit, specialis subscriptio esse debet. Ita declarant Bald. in dicta authent. si quis in aliquo. Angel. Imola & Aretin. in dicto §. Chryfogonus. Alexand. in dicto consilio 147. Felin. in dicto cap. quoniam contra. numero vigesimo secundo. vers. limita sexto. & ibidem Decius numero quadragesimo octauo. vers. dictum Bartoli. scripsit Bartol. traditionem procedere, quando nominatim requiritur exprimi. Et exemplum etiam adferri potest in casu Castren. in consilio 209. V. iso quodam instrumento continente. colum. ultim. vers. præterea etiam. libro primo. quando notarius committit alteri notario, vt suo nomine conferbat instrumentum: Nam tunc notarius mandans debet speciali subscriptione eam scripturam comprobare. Rufus Castren. in consilio 216. confirmando qua superius. ad finem. libro 1. intelligit Bartolom loqui, quando scriptura continet aliqua pro scribente, & aliqua contra. Nam tunc requiritur specialis subscriptio, cum alioqui generalis subscriptio referatur ad

ea solum quæ pro se faciunt, non autem ad ea quæ contra: sicuti multis probat ipse Castren. Et idem sentit Gofred. in consil. 14. nu. 57.

Extenditur tertio, vt procedat etiam stante statuto, ¶ quòd contra scribentem datur executio ad instantiam creditoris. Nam & tunc executio datur contra debitorem subscribentem. Ita Angel. in d. l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. colum. 1. vers. ff. statutum. de verb. oblig. & ibidem Imola colum. 2. vers. & per hoc infer. Cast. colum. 1. vers. item adde quod ille. Aret. colum. 2. ver. nota 1. Alexan. colum. 1. vers. & per hoc infer. & colum. 3. vers. & an statutum. Barb. in consil. 86. colum. 5. libro 3. Dec. in authent. si quis in aliquo. numero 18. vers. sed tamen dictis. C. de edend. & in d. c. quoniam contra. numero 48. vers. circa secundum. de probat. Gratus in consil. 138. colum. ultim. vers. nec obicit potest. libro 2. Bertrand. in consil. 59. colum. 2. vers. & quamuis libro 1. Natta in authent. quod sine. numero 46. C. de testam. & hanc visus est sequi Anto. Gabriel. in d. conclus. 3. numero 7. Ea est manifesta ratio, quia suo mandato ¶ & causa, præsumitur cõfecta illa scriptura, & ob id perinde est, ac si ipse sua ipsa manu scripsisset. statutum ergo quòd respicit consensum, quò obligatio fuit causata, locum habet & hoc in calu. Quibus constat malè sensisse Angelum in l. cum antiquitas. in l.ectura Florentina. C. de testam. & ibidem Iasonem, colum. ultim. vers. fortius per predicta. & eundem Iasonem in l. emptor. §. Lucius. colum. 1. vers. quinto adde. ff. de pact. & in d. §. Chryfogonus. colum. 2. vers. istud notabile. & in d. authent. si quis in aliquo. colum. 2. vers. unde per illum text. cum aduersus cæteros senserunt.

Extenditur quarto, vt procedat hæc sententia, etiam ¶ quando scriptura requiritur pro forma. Nam etsi subscribens non satisfacit dispositioni legis: attamen ipse approbasse censetur scripturam illam à se subscriptam. Ita senserunt Iaf. in l. cum antiquitas. numer. 12. vers. & eodem modo. C. de testam. post Cast. & Alex. ibidem. & Dec. in l. hac consiliosissima. n. 26. C. qui test. facere possunt. Ea est ratio, quia ita consensus elicitur ex sola ipsa subscriptione: sicuti ex tota scriptura, vt & supra in prima extensione declarauit.

Declaratur primò, vt lo: cum non habeat hæc præsumptio, quando quis alieno nomine ¶ scripturæ se subscribet. Nam tunc eam approbasse non præsumitur. Ita Imol. in c. si quis presbyterorum. num. 14. de reb. ecclie. non alic. Felin. in c. quoniam contra. vers. limita secundo. de probat. Paris. in consil. 101. num. 6. li. 1. Anton. Gabr. in d. conclus. 3. num. 18. Ea est ratio, quia non sua causa id facit, sed aliena, & ob id omnis consensus se obligandi abest. Et actus agentium non operantur vltra suam intentionem. l. non omnis. ff. si cer. peta.

Hanc tamen declarationem intellexerunt gl. & Imo. in d. si quis presbyterorum. non habere locum, quando subscribens ¶ subscribet se actui, quo iuri proprio debitum adferret. Nam tunc si illum impedire possit, & non impediret, sibi præiudicaret.

Declaratur secundò, vt non procedat, quando quis ratione ¶ officij sui subscriberet se scripturæ alterius, vt puta, quando testis subscribit scripturæ, vt significet se adfuisse, cum illa scriberetur. Nam tunc subscribens iste non dicitur approbasse actum illum. Ita tradunt glo. 5. in d. c. si quis presbyterorum. de reb. ecclie. non alienan. & glo. in l. scilicet. §. non videtur. ff. quibus modis pignus vel hypothec. sol. Bart. in l. que dois. colum. 2. vers. ver. quæro qui. ff. solut. matrimo. Bal. in l. Titius. §. Lucia. in fi. de legat. 2. & in l. si pater. C. de fideiuss. Castren. in l. emptor. §. Lucius. colum. 2. vers. & hoc quando. ff. de pact. & ibidem Iason numero 4. Idem Castren. in d. §. Chryfogonus. colum. 2. vers. quod est verum. & ibidem Alexan. colum. 2. vers. & dicit ipse. Iaf. colum. 3. vers. supra scriptum notabile. & Alciat. num. 7. Socin. in tract. fallen. reg. 385. fallen. 1. Ruin. in consil. 193. numero 6. lib. 2.

Adferri etiam potest exemplum in notario, qui tanquam notarius ratione sui officij ¶ subscripsit instrumento, de quo fuit rogatus. Nam tunc illa subscriptione non ¶ præsumitur censeturve approbasse ad sui præiudicium actum illum eo in instrumento descriptum. Ita Bartol. in d. l. scilicet. §. non videtur. in 1. notab. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Bald. in d. l. si pater. C. de fideiuss. Corn. in consil. 208. colum. ult. vers. nec obstat. lib. 4. Iaf. in d. §. Lucius. num. 4. & in d. §. Chryfogonus. num. 11. & idem Alc. n. 8.

Potest etiam adferri exemplum in agnato, ¶ qui ex dispositione debet auctoritatem suam interponere contractui celebrato ab agnata. Nam subscribendo ipsi contractui, non præsumitur illum approbare voluisse, ad sui præiudicium. Ita ad rem nostram, hoc exemplo visus est Alc. in d. §. Chryfogonus. num. 8. & conferunt quæ scribit Crau. in illa quæ de indemnitate mulieris. & c. impressa post tract. de antiquita. tempo. & post eum scripsi in consil.

Cæterum hæc declaratio intelligitur, quando iste qui ratione & causa officij ¶ subscripsit, ¶ causa probationis subsc-

subscripsit: secus si respectu substantiæ, & idem voluntariè subscripsit. Nam tunc ad sui præiudicium consensisse præsumitur atque censetur. Ita Socin. Sen. in consil. 43. colum. ultim. vers. sed postremò. lib. 4. quem secutus est Crauer. in d. quæstio. de indemnitate mulieris. nu. 38. & idem scripsit Anton. Gabr. in d. conclus. 3. num. 22. qui alias declarationes, quæ tamen hac sub vna continentur, commemorat.

21 Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio, ¶ quando subscribens non legisset scripturam cui subscripsit. Nam tunc non præsumitur eam approbasse. Ita glo. 2. in d. c. si quis presbyterorum. de reb. ecclie. non alien. Bart. in l. que dois. col. ult. vers. quæro, quid in subscribente. ff. soluto matrimo. Bald. in l. ult. vers. nota, quòd scribens. C. plus valere quòd agitur, quàm quòd simul concip. Angel. in d. l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. colum. 1. vers. & sic nota. de verbo. obligat. & ibidem Imol. col. 3. vers. item adde secundo. Castren. & Alexan. colum. 1. Iason colum. 3. vers. secundo limita. & Alciat. numero 9. Idem affirmarunt Abb. in c. ex literis. colum. ult. ver. Goffredus. de transact. Angel. Aret. in præv. Instit. colum. 5. vers. sexto nota. Caccialup. in tract. de transact. quæst. 12. num. 14. Alexan. in l. que dois. col. p. vers. successuè in quantum. ff. solut. matrimo. Iason in l. emptor. §. Lucius. numer. 4. vers. item limita. ff. de pactis. Socin. in tract. fallen. regul. 385. Felinus in cap. quoniam contra. numer. 48. de probat. Alciat. in d. §. Chryfogonus. numero 9. vers. hinc etiam. Grammat. in consil. 66. numero 7. in vniuersis. Anton. Gabriel. in dicta conclusio 3. numero 28. Et hoc pertinet, quòd dicitur ratificationem ¶ non præsumi factam, nisi de his, quæ l. et, cognita, & rectè intellecta fuerint à ratificante, vt scribitur Oldrad. in consil. 329. ff. allegationes. colum. ultim. Bald. in consil. 176. Præmittendum est ad videntiam. libro 2. & Crau. in consil. 197. num. decimo quarto. & alios commemorabimus infra.

In dubio autem an præsumatur hic subscribens legisse & cognouisse quæ ea in scriptura continebantur, ita distinguendi sunt multi casus.

23 Primus est, ¶ quando in ea subscriptione dictum fuit, visis & lectis supra scriptis, & c. Hoc casu ita factum præsumitur vt argumento ducto à sensu contrario probat. l. vltim. C. plus valere quòd agitur, quàm quòd simul concip. Et in specie tradit Imola in d. §. Chryfogonus. colum. 3. vers. in dubio autem dic. qui subiungit, idem esse quando testes affirmarent eum audiuisse & legisse. Et Imol. secutus est Iason in d. §. Chryfogonus. numero 14. Qui sanè casus caret probabili dubitatione.

Secundus est casus, quando in subscriptione nil fuit dictum, ¶ & testes ¶ attestantur solum, quòd subscribens coram te non legit, sed quòd secum detulit in domum, vel cubiculum, vel suam bibliothecam, & quòd statim reuertus est, ea scriptura subscripta. Hoc casu existimauit Imola in d. §. Chryfogonus. col. 3. vers. vbi dicitur. non præsumi lectam vel cognitam. Et hoc in re multum tribuit iudicis arbitrio, vt considerat scripturæ qualitate loci distantia, temporis breuitate, & his similibus arbitrari possit, an is subscribens legere eam scripturam potuerit, vel non.

Tertius est casus, quando non apparet, quòd statim subscriptus ¶ scripsit, sed quòd per aliquod temporis ¶ intervalum apud se retinuerit. Hoc sanè in casu præsumitur quòd eam scripturam legerit. Ita Imol. in d. §. Chryfogonus. col. 3. vers. vbi non apparet. & ibidem Alciat. n. 11. arg. c. constitutus. de testib. vbi ibi nota. & conferunt l. non est ferendus. ff. de transact. & in similibus tradunt Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi Barto. num. 13.

27 & Ripa num. 56. ff. de verb. obligat. dum disputant, an hæres ¶ transgens super testamento præsumatur scire in eo contentis: & dicitur præsumi, quando constat testamentum fuisse per aliquod tempus apud eum. Ita etiam in specie tradunt Bart. in l. eius qui. in 5. notab. ff. si certum petat. & alios refert Deci. in consil. 607. num. 4. Grammat. Decil. 3. num. 32. Alba in consil. 18. col. 1. Ita etiam declarari & intelligi debet Natta in authent. quòd sine. num. 50. C. de testa.

Quartus est casus, quando non constat hunc subscribentem ¶ vidisse & legisse scripturam illam: nec etiam constat, quòd penes se habuerit, sed hic subscribens ¶ est vir diligens, solens & cautus in re domestica. Hoc casu præsumitur vidisse legisse, ac considerasse scripturam illam. Ita tradunt Imol. in d. §. Chryfogonus. colum. 3. vers. si vero non constat. & Alciat. numero decimotertio. qui communem esse sententiam asseruit.

Ea est ratio, quia non præsumitur, quòd suum iactare voluerit, iuxta l. cum de indebito. in prin. ff. de proba.

28 Quintus & vltimus est casus, quando non constat hunc subscribentem ¶ vidisse & legisse scripturam, nec etiam constat, quòd penes se habuerit: Et hic subscribens est notæ neppigentis, & in re sua familiaris ¶ parum cautus. Hoc in casu sunt opiniones. Vna fuit Imolæ in d. §. Chryfogonus. colum. 3. vers. si vero non constat. qui dixit, præsumi in hoc ignorantiam.

Alter fuit opinio Alexan. in consil. 147. num. 3. lib. 2. quòd ¶ imò præsumitur legisse & sciuisse in ea descripta. & Alex. secutus est Iaf. in d. §. Chryfogonus. num. 14. qui eiusdem sententiæ recentet Caltr. in consil. 350. lib. 2. est hodie in consil. 12. De casu presentis. numer. 7. libro 3. Eandem opinionem probarunt Felin. in d. c. quoniam contra. num. 48. vers. limita sexto. ad finem. de probat. Marfi. in rubr. C. de proba. n. 315. Ruin. in consil. 193. n. 1. & vniuers. lib. 2. Purpur. in l. admonendi. nu. 179. de iureiur. Ioan. de Amicis in consil. 137. nu. 28. Paul. in consil. 77. nu. 26. & consil. 88. nu. 34. lib. 3.

Tertia fuit opinio eorum, qui scripserunt, Imolæ opinio- ¶ nem procedere, quando ¶ aliqua alia coniectura concurrat. Ita Aretin. in d. §. Chryfogonus. & ibidem Claudius Seyfell. num. 7. Alciat. num. 11. vers. ego Imolæ. Et vna est coniectura (inquit Alciat.) vt si probaretur ante subscriptionem dixisse creditorè debitori, vt syngraphæ subscriberet, in qua locatio contineretur, deinde appareret subscriptum veuditioni. Nam tunc coniectura fit, illum subscribentem non legisse syngrapham illam, iuxta l. vlt. C. plus valere, quòd agitur. & c.

Alteria est coniectura (inquit Alciat.) vt si magna est inter eos coniectio, & vnus de altero maxime confidit, sicuti contingit inter socios, aut inter patrem & filium, iuxta l. data. C. de donat. Est tanè coniectura, quòd hic subscribens non viderit, nec legerit scripturam illam.

Tertiam coniecturam considerauit Alciat. in d. §. Chryfogonus. num. 12. vers. & putarim hoc. vt si dies vel alia manu adscripta appareat, vel ex aramentis diuersitate videatur, non eodem tempore adiecta, vel signum aliquod iacturæ adfit. Et hac in re multum tribuit Alciat. iudicis arbitrio.

Tertius est casus principalis huius disputationis, quando ¶ Hoc etiam in casu hic supra scribens præsumitur approbasse scripturam illam. Ita Bar. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. n. 35. vers. si vero verba dixerint. ff. de edend. Alex. in consil. 147. n. 10. libro secundo. Anton. Gabriel. in suis conclusionibus libro primo. tit. de præsumpt. conclus. 3. numero decimo sexto. & Natta in authent. quòd sine. num. 52. C. de testam. Et hic casus recipit omnes declarationes, quas recentimus superiore casu. In testamentis ¶ tanen & aliis quæ requirunt subscriptionem, nõ sufficit su- ¶ præscriptio, vt tradit Natta in d. authent. quòd sine. numero 52. in fine.

PRÆSUMPT. LXVII.

Mutuum præsumi ita contractum, vt tantundem ¶ eiusdem bonitatis restituatur, & an hæc fictio legis vel præsumptio.

SVMARIA.

- 1 Mutuum pro cauto habet, vt tantundem eiusdem bonitatis restituatur.
- Et hanc esse fictionem legis ex sententia Decij num. 2.
- Præsumptionem legis secundum alios num. 4.
- Fictionem autem in præsumptione fundatam secundum Socin. inuo. n. 6.
- 3 Intelligitur, & habetur, verba præsumptionem significare.
- 5 Probatio contraria contra præsumptionem non fictionem admittitur.

Cum res mutuo datur, etsi nil agitur de illius restitu- ¶ tione, attamen pro cauto ¶ habetur, vt tantundem eiusdem bonitatis restituatur. l. cum quid. ff. si certum petat.

Cæterum dubitari contingit, an hæc sit legis fictio, vel ¶ præsumptio? Hac in re sunt opiniones. Prima fuit eorum, qui dixerunt, hanc esse fictionem. Ita Dec. in d. l. cum quid. in l. lect. num. 4. post Aretin. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obli. opinatus est, ¶ fictionem legis esse, cum Iuricons. in d. l. cum quid. dixerit, agi intelligitur, quòd sanè verbum significat fictionem. l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. Et rursus dixit Iuricons. pro cauto habetur, quòd verbum habetur, significat pariter fictionem. Bald. in l. 1. de ius & legit.

Verum facile responderet, quòd verbum ¶ intelligitur, & verbum habetur, significant præsumptionem, sicuti diximus supra lib. 1. q. 10.

Secunda fuit opinio, quòd hæc sit præsumptio ¶ legis. Ita Socin. Sen. in d. l. 4. §. Cato. de verb. oblig. Purpur. in d. l. cum quid. numero 23. & ibidem apertius Alciat. num. 13. & idem in d. l. 4. §. Cato. nu. 105. & in lib. 1. paradox. cap. 20. Ea ratione motus est Alciat. quia recepta est Doct. sententia, agi posse inter mutuantes, vt res minoris bonitatis restituatur. Et ideo quòd habeatur pro cauto tantundem debere restitui, recipit probationem in contrarium. Non ergo est fictio, sed præsumptio.

cum contra præsumptionem admittatur t̄ contraria probatio, non autem contra fictionem: sicuti declarauimus supra...

Tertia fuit opinio Socin. Iun. in d. l. 4. §. C. de n. s. ff. de verb. oblig. qui docuit, hanc esse t̄ fictionem, fundatam tamen in præsumptione.

PRÆSUMPT. LXVIII.

Mutuam pecuniam à scholari, à legato, & à milite susceptam, præsumi in causas scholasticas, legationis, & militiæ impensam, vt eam pater restituere teneatur, & cesset Senatusconsultum Macedonianum.

SVMMARIA.

- 1. Filio pecuniam mutuo susceptam in causam patris conuertente, cessat S. C. Maced. Quamuis ab initio suo nomine mutuo suscepit. nu. 2. 2. Studiorum causa absens illius mutuum suscipiens pro quantitate, quam pater præstare solebat, non facit locum S. C. Maced. Idem in eo qui legationis causa absit. nu. 4. 3. Filius studiorum, causa vel legationis absens, mutuum susceptum in causam studiorum, vel legationis præsumitur conuertisse. Hanc autem non esse præsumptionem iuris & de iure. n. 11. 4. Mutuum suscipiens pater tempore penuriae, præsumitur in alimenta familie conuertisse. 5. Matrimonij onera maritus suscipiens, præsumitur id ob dotem fecisse. 6. Mutuo dans filio studiorum vel legationis causa absenti, reputat à patre illius. Idque etiam si patre invito mutuo datum sit. nu. 9. 7. Filius fam. miles mutuum susceptum præsumitur in causam Castren. vertisse, & de ea tanquam patris fam. teneatur. 8. Filius fam. mercator de patris consensu, si pecuniam mutuo suscipit, negotiationis id causa præsumitur facere.

Cum filius acceptam mutuo pecuniam in causam patris t̄ vertit, cessat S. C. Macedo. respondit Celsus in l. sed Iulianus. §. deinde. ff. ad S. C. Maced. Nam (vt ille dixit) patri, nõ autem sibi mutuo accepit. Imò idem est, quando ab initio suo t̄ nomine accepit, deinde in rem patris vertit, sicuti idem Celsus subiunxit. Cessat etiam S. C. Macedo, quando filius ipse studiorum t̄ causa absens mutuam pecuniam accepit, pro ea tamen quantitate, quam pater solebat subministrare, vt idem Celsus adiunxit ibi. in §. quod dicitur. Idem statuit Alexand. Seuerus in l. Macedonianum. C. eod. ad S. C. Macedo. qui idem esse voluit, quando filius absens t̄ causa legationis mutuam suscepit pecuniam. Est enim præsumptio, quod patris non recusasset illi mutuo dari pecuniam ob prædictas causas: sicuti Alexander ipse coniecturam hanc facit. Est etiam præsumptio, quod t̄ filius ipse in causam studiorum & legationis pecuniam ipsam verterit, quem admodum scripserunt Bartol. in l. vltim. ff. ad S. C. Maced. & Socin. sen. in conf. 16. num. 10. lib. 3. qui quidem Soc. respondit, quod quando pater mutuo t̄ accepit pecuniam tempore penuriae, præsumitur illam impendisse pro alimentis familie. Ita & Crauet. in conf. 91. num. 5. secutus Bartol. & Socin. respondit, maritum qui diu sustinuit onera t̄ matrimonij præsumi id fecisse ob dotem, sine qua tot onera non sustinisset. 2. Quocirca is qui mutuo dedit t̄ pecuniam filio causa studiorum, vel legationis, ab ipso patre repetere poterit. Id quod intellexit glo. d. sed & Iulianus, §. quod dicitur, etiam si patre ipso t̄ inuito, pecunia mutuo data fuit, & gloss. illam secuti sunt Bartol. ibi. & Bald. Nouel. in tractatu. de dote, part. 6. in prinil. 46. num. 1. Cessat etiam S. C. Macedonianum, quan-

do t̄ filius familias miles mutuo accepit pecuniam. Nam, præsumitur in causam castrensem vertisse & ob id tanquam pater familias teneatur. vltim. in ff. C. ad S. C. Macedonia. Et hanc esse præsumptionem iuris & de iure, scripserunt Specul. in tit. de præsumptio. §. species. nu. 5. & ibidem Ioan. Andr. in additio. in verbo, in prædictis concord. vers. dicimus contra, & attingi supra in lib. 1. quæst. 60. in fin. Sed verius existimo, non esse t̄ præsumptionem iuris & de iure, cum lex non reiciat contrariam probationem, quæ facile fieri posset, probando pecuniam fuisse in aliam causam verſam. Prædictis accedit simile, quod si filius t̄ est mercator consensu patris, & mutuo suscipit pecuniam, præsumitur mutuo accepisse causa negotiationis & mercaturæ. Ita Bartol. in d. l. Macedonianum, vbi Bald. & idem Bald. in d. l. vltim. num. 6. C. ad S. C. Macedo.

PRÆSUMPT. LXIX.

Mutuam vel depositum, an præsumatur, quando pecunia in sacculo alicui traditur.

SVMMARIA.

1. Pecunia in sacculo alicui tradita, præsumitur deposita. Idque tum maxime, si vt recipiens custodiret, dictum sit, num. 2. alind esse si concessus fuerit illius usus, num. 3. 2. Vbitari aliquando contingit, an mutuum, vel depositum præsumatur, quando alicui traditur pecunia in sacculo? Recepta est Doct. opinio, t̄ depositum præsumi. Ita Petrus & Cynus in l. incendium. C. si certum per. & ibidem idem respondit Ruin. in conf. 108. num. 2. lib. 1. Et hæc quidem præsumptio locum habet multò magis, quando t̄ tradens pecuniam dixit recipienti, quod eam custodiret. Cum propriè custodia conueniat ipsi deposito, l. 1. in prin. ff. de positi. Ita in specie Ruin. in d. conf. 108. num. 1. qui declarat, non habere locum, quando recipienti t̄ data fuit facultas vtendi. Nunc tunc mutuum præsumitur, iuxta l. Lucius, l. 1. & l. die sponsatorum. §. ff. de positi. Mutuum etiam præsumitur, quando fuit actum, quod alia eiusdem generis posset restitui: vel esset apud mercatorem sub Cambiis. Ita respondit Bart. in conf. 144. n. 36. & 37. lib. 1.

PRÆSUMPT. LXX.

Mutuam sub vsuris cuius gratia celebratum præsumatur.

SVMMARIA.

- 1. Mutuum datum sub vsuris gratia recipiens præsumi. 2. L. si quis nec causam, ff. si cert. per. declaratur. 3. Contractum præsumi factum gratia & causa eius, qui rogauit fieri. 4. Actum præsumi factum causa & gratia eius, qui ex eo sentit commodum. 5. L. 2. §. tua & mea, ff. mandati, declaratur. 6. Gabellam pro mutuo soluere debet mutuatarius, non autem mutuant.

Cum mutuum sub vsuris celebratur, dubitari solet, cuius causa id factum præsumatur? Et recepta est sententia præsumi t̄ factum mutuum causa & gratia recipientis. Ita glo. in l. si quis nec causam, ff. si certum peratur. quam secuti sunt ibi Bar. & reliqui, & communem tenent Decabri. colum. 1. vers. in glo. prima. & Purpurat. num. 20. Et ij quidem moti text. d. l. si quis t̄ nec causam, qui tamen non probat. Cum ibi factis constaret animum mutuantis non fuisse dare mutuo. Est ergo credendum, quod mutuum fuerit factum rogante mutuario atque ita eius causa. Nec repugnat quod imò in eo casu videatur factum mutuum gratia vtriusque, ex quo recipiens indigebat illa pecunia, vt emeret prædia, ille vero mutuantis habebat necesse proficisci, & deponere pecuniam. Nam responderetur ex sententia Decij, quod etsi ille mutuantis habeat necesse proficisci & deponere pecuniam: non tamen necesse habebat deponere apud mutuatarium. Et propterea sua causa non mutuaui. Secundò melius probatur sententia hæc eo argumento, t̄ quod contractus præsumitur factus gratia, & causa eius qui rogauit, l. si gratuitam, §. 1. ff. de prescri. verbis. Porro dubium non est, quin à communiter contingentibus argumento ducto, is qui mutuo suscipit, roget mutuantem. Ergo causa & gratia mutuatarij factum præsumitur mutuum. Tertio accedit quod t̄ actus præsumitur factus gratia, & instantia eius, qui sentit maiorem utilitatem & commodum

PRÆSUMPT. LXXII.

Satisfactio quam arrogator præstat de restituentibus rebus arrogatis, an præsumatur vel fingatur.

SVMMARIA.

- 1. Arrogator de bonis arrogatis restituendis satisfare debet. Quæ satisfactio omiſſa, lex ea pro interposita habet. n. 2. 2. Satisfactio arrogatoris omiſſa, præsumptam censeri, iuris & de iure præsumptione opinio 10. And. Fictam autem esse Bart. auiumatur. nu. 4. Alij & verius, nec fictam esse, nec præsumptam, sed legem æquitate suadente, actionem hanc reddere, nu. 5.

Cum aliquis in filium arrogat, satisfare t̄ debet se arrogatione dissoluta, restitutum accepta ab arrogato, eis ad quos illa pertinebunt. l. non aliter. ff. de adopt. Ceterum si omiſſa est promissio atque satisfactio, lex t̄ habet ac si fuisset interposita, l. his verbis. ff. eod. rit. dum inuenit, omiſſa satisfactio dari actionem vilem. Quæ sanè actio non redderetur, nisi promissio, & satisfactio proposita haberetur. Ceterum dubitari solet an lex præsumat, vel fingat stipulationem & satisfactioem hanc. Vna fuit opinio Ioan. Andree in addit. ad Spec. in tit. de præsumpt. §. species, nu. 5. in verb. prædictis concord. qui scripsit hanc t̄ esse præsumptionem iuris & de iure. Secunda fuit opinio, quod hæc t̄ sit fictio. Ita Bart. in l. 1. in prin. num. 3. ff. de verb. oblig. & alij multi, quos recenset ibid. Socin. iunior nu. 19. Tertia fuit opinio eorum, qui scripserunt, nec fingi nec t̄ præsumi satisfactioem, sed legem ipsam suadente æquitate quadam, actionem hanc reddere. Ita Alc. & Alba. quos commendat & probat Albert. Bolognet. in commentariis de verb. oblig. c. 29. nu. 14. & vbi idem sentit Soc. iun. in d. l. 1. nu. 21. & mihi magis probatur.

PRÆSUMPT. LXXIII.

Pretij quantitatem coniecturam facere, an res comprehendatur in emptione, & in diuisione: significare etiam an contractus sit emptio-nis, vel locationis, vel emphyteusis, vel feudi.

SVMMARIA.

- 1. Pretij quantitas rem vel comprehensam, vel non comprehensam ostendit. 2. Valor rei coniecturam facit, an res in portione vnius ex fratribus vel sociis diuidendis contineatur. 3. Pretij quantitas locationem ab emphyteusi distinguit. Item feudum à locatione, num. 4. Et locationem ab emptione, num. 5. 4. Prædia quæ & quot in locatione emphyteutica censentur pretij indicat quantitas. 5. Prædia rustica an in emptione castri feudalis contineantur iudicio est pretij quantitas. Idem an contineatur iurisdictio, nu. 8. 6. Vanitas pretij coniecturam facit non mediocre, ad cognoscendum, an in emptione & venditione certa res contineatur. Cum enim quantitas ipsa conuenit, t̄ præsumitur res illa comprehensa: sicuti e contra, quando non adaptatur. Ita Bart. in l. cum tabernam, col. 1. vers. quod autem dixi, ff. de pig. & in l. semper in stipulationibus. & ibidem Dec. num. 6. ff. de reg. iur. Bald. in rub. C. de contrahend. empr. nu. 15. & idem in c. litera. nu. 7. de dilat. Alex. in conf. 26. num. 5. lib. 4. in conf. 68. in fi. lib. 5. in con. 222. in fi. lib. 6. & in conf. 14. in fin. lib. 7. Calcan. in conf. 43. col. 1. vers. tertio, lat. in l. quominus, qu. 20. ff. de sum. in l. 1. num. 4. C. de sum. trin. & fide cath. Antonius Burgos in c. ad nostram, num. 51. de empr. & vendi. Dec. in conf. 43. in fin. & in conf. 347. colum. ult. vers. & hoc confirmatur. Neui. 2. in conf. 7. num. 3. & in conf. 38. num. 4. Afflic. in decis. 68. num. 2. Curt. iun. in conf. 80. num. 2. Socin. iun. in conf. 36. nu. 11. lib. 3. & Crau. in conf. 234. col. 3. vers. quarto an aliquid. Dida. lib. Pract. quæst. c. 3. nu. 3. vers. hæc vero.

Ita pariter dicimus valorem rei significare t̄ coniecturam, quæ facere, an res contineatur in portione vnius ex fratribus, vel sociis, qui bona communia diuiserunt. Sic respondit Alex. in conf. 26. num. 4. lib. 4. & apertius docuit Soc. in l. 1. in 4. notab. ff. de reb. dubijs. idem conf. 98. col. ult. lib. 1. quem secuti sunt Cur. iun. in conf. 80. num. 1. Craue. in conf. 310. num. 3. & Ro. lan. à Valle in conf. 82. nu. 54. lib. 2.

PRÆSUMPT. LXXI.

Mutuantis absentis nomine, an ipsi absentis donasse præsumatur.

SVMMARIA.

- 1. Mutuantis absentis non præsumitur donare. Nisi forte quid modicum sit, num. 4. 2. Donatio vbi alia coniectura sumi potest, nunquam præsumitur. 3. Negotium alterius nomine gerens, non præsumitur donare.

Quæ absentis nomine alicui mutuo pecuniam dat, ipsi t̄ absentis donare non præsumitur. Ita Gul. Cun. & Butrig. Castr. & Alexand. in l. certi condit. §. si nummos, ff. si cer. per. Sal. in l. absentis. C. eod. Socin. in d. §. si nummos, num. 6. & Dec. num. 8. & Purpu. num. 51. Et hæc quidem sententia probatur eo text. d. §. si nummos, ibi, vt nostro nomine creditor non præsumitur, quando alia coniectura sumi potest, l. cum de indebito, in prin. ff. de don. & copiosè disserit in commentariis de Arbit. iud. lib. 2. casu 88. col. 1. Porro coniectura sumi hic potest, quod mutuantis voluerit conficere absentis negotium, sicque eius nomine & causa mutuo dare. Et confert, quod t̄ gerens negotium nomine alterius illi donare non præsumitur. Bart. & reliqui in l. que dotis, ff. solut. matr. Nec repugnat tex. l. vlt. ff. de don. quia præter Dec. interpretationem dicere possumus, quod ibi non erat dubitatio, an illa esset donatio, cum pro constanti præsupponeretur, donationem fuisse, sed dubitabatur, an esset perfecta, & irrevocabilis? Et respondit Sczuola, perfectam fuisse donationem, cum debitor esset obligatus Labeoni, cuius nomine quia mutuam pecuniam ipsi debitori dederat.

Declaratur recepta hæc sententia, vel locum non habere, quando pecunia mutuo data t̄ erat modica. Nam tunc donatio præsumitur. Ita declarat Alex. in d. §. si nummos, & ibi sequuntur Dec. nu. 8. Purpur. nu. 51. & conferunt quæ diximus supra hoc lib. in præsumpt. 34. cum explicauimus, qui contractus præsumatur celebratus, quando quis alicui dixit, sume tolle hanc pecuniam.

3 Ita quoque ex quantitate pretij coniectura sumitur, ꝛan contractus sit locationis, vel emphyteusis: quia si magna est pensio, præsumitur locatio, si modica, præsumitur emphyteusis, glo. in l. 1. §. 1. ff. de superficie. quam singularem ad rem hanc dixit Corset. in suo sing. in verbo, contractus, incipit, contractus. Alexand. in conf. 38. libro 2. in conf. 89. numero 5. lib. 4. & in conf. 189. num. 3. lib. 5. & Afflict. in decis. 62. nu. 9. & dec. 80. in fi.

4 Ira etiam dicimus, pretij quantitatem declarare coniecturamque facere an sit contractus feudi, ꝛ vel locationis. Ruin. in conf. 50. numero 18. libro 3. Nat. in conf. 460. numero 13. Crau. in conf. 627. Rol. in conf. 82. num. 52. lib. 2. & Surd. in conf. 151. nu. 7. lib. 2.

5 Ita quoque dicimus pretij quantitatem declarare & præsumptionem facere, an ꝛ contractus sit emptionis & venditionis, vel conductionis & locationis, vt tradunt Barr. & alij in l. ex conventione, C. de pactis. Iason in conf. 84. col. 2. vers. secundum, ex quantitate, lib. 3. Socinus iun. in conf. 141. nu. 21. lib. 1. & in conf. 43. nu. 2. & nu. 8. lib. 2. & Tiraq. in l. bones. §. hoc sermone, limit. 12. nu. 2. de verb. signif.

6 Sic etiam dicimus, quod ex pretij quantitate coniecturam sumimus, quæ & quot ꝛ præda censentur in locatione comprehensa. Ita Bald. in l. emptorem, nu. 9. C. locati & conductionis, & Nat. in conf. 460. numero 14. respondit, ex quantitate pretij cognosci, an præda rustica sint comprehensa ꝛ in emptione castri feudalis, idem censuit Roland. in conf. 82. nu. 55. lib. 3.

7 Confert quod scripsit Barbat. in c. Rudolph. n. 83. de rescript. cum dixit, ex pretij quantitate duci coniecturam, an in venditione ꝛ castri contineatur etiam iurisdicctio, & repetam infra in præsumpt. 97. nu. 47.

PRÆSUMPT. LXXXIV.

Pretij & æstimationis mentionem arguere contractum esse emptionis & venditionis.

SVMARIA.

- 1 Pretij mentione facta, emptio & venditio præsumitur, idque etiam procedit, si post mentionem pretij dicatur, indulgentius num. 2.
- 2 Æstimatio contractum emptionis & venditionis facit præsumptum.
- 3 Rebus in dote datis æstimatione facta, non res, sed æstimatio venit in restitutione.
- 4 Æstimatio rei in dote date in arbitros collata, si ipsi non æstiment, ea censetur facta quæ emptionem faceret ad pretium quod tempore traditionis res illa iuste valebat.
- 5 Dote in certa quantitate constituta & promissa, si aliquæ res marito tradantur, præsumuntur æstimate illa æstimatione quæ faceret emptionem. Idque procedit si secundo marito res aliquæ simpliciter date fuerint pro dote certæ quantitatis primo viro constituta. nu. 7.
- 6 Ac etiam si res illæ præsentis non sint, num. 9. Idem in rebus quæ usum consumuntur, quamvis non consent numero, pondere vel mensura, quia non remanent dotales, num. 10. Sic in rebus constitutis in pondere, numero vel mensura, etiam si nullum sit factum verbum æstimationis, nu. 11.
- 7 Dote data priori viro, videtur etiam promissa secundo.
- 8 Res mobiles mulieris ætate minoris traditæ in dote, æstimate sine tutoris auctoritate, non efficiuntur dotales, sed à marito debetur æstimatio. Et quid in immobilibus æstimate à tutore sine iudicis decreto. nu. 13.
- 9 Æstimatio rei in dote date non operatur omnes effectus venditionis.
- 10 Æstimatio rei in dote date facta ad alium finem quam vt faciat emptionem non operatur quin res ipsa dotales remaneat. Idem si conuentum fuerit, quod soluto matrimonio res illæ date in dote restituantur pro eodem pretio quo æstimate fuerunt, nu. 16.
- 11 Idem si dictum, quod restituantur uxori si tunc extabunt, habita tamen ratione augmenti & diminutionis, viri boni arbitrata, nu. 18.
- 12 Quod procedit etiam si nulla sit facta mentio augmenti vel diminutionis, nu. 19.
- 13 Et quid si factum fuerit quod electione mariti res vel æstimatio restituantur, nu. 20.
- 14 Æstimationis rerum in dote datarum effectus.

- 21 Æstimationis rei in dote date quantitate non expressa, remanet res dotalis, nec præsumitur facta venditio. Idem si tempore æstimationis maritus dote recipientis, non habet in bonis valorem illius, num. 22.
- 22 Idem quando æstimatio non æquivaleret ipsi rei, sed est longè minor, num. 23.
- 23 Æstimatio rerum in dote traditarum facta postea ex intervallo, constante matrimonio, non facit præsumptio emptionem, sed remanent dotales.
- 24 Fundus datus in dote cum pecunia quam maritus promissit restituere, remanet dotalis fundus. Idem si maritus obligauit bona sua pro restitutione pecunie, pro restitutione vero fundi nil dicit, num. 26.
- 25 Maritus impendens ex sanctibus perceptis ex bonis mulieris in meliorando fundo nomine dotis accepto, præsumitur declarare fundum illum esse dotalem.

Cum pretij mentio sit, contractus emptionis & venditionis ꝛ præsumitur. Ita scribunt glo. in l. apud Celsum, §. sed cum legitima, ff. de d. li. ma. & mer. except. & in l. vol. C. de præd. decur. lib. 10. Bald. in l. ex conventione, C. de pact. & in l. cum dote, nu. 2. C. de iur. dot. Soc. in tract. fallen. reg. 116. & 141. Iaf. in l. 1. nu. 23. C. de iur. emphy. & in conf. 45. num. 3. lib. 1. Fabii in tract. de emp. & vend. quest. 1. ad fin. Dec. in l. imaginaria, nu. 1. ff. de reg. iur. & ibidem Cagnol. Afflict. in decis. 72. in fi. Paris. in conf. 82. numero 7. & in conf. 73. num. 10. lib. 3. Soc. iun. in conf. 61. numero 3. & num. 7. lib. 1. Alba in conf. 81. num. 47. Emil. Ferri. in l. iuris est, in prin. num. 46. ff. de pact. Aicia. in l. 2. in prin. num. 26. ff. si cert. pet. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 2. num. 1. Marli. sing. 105.

Et hæc quidem recepta sententiæ locum habet etiam quando facta pretij mentione concedens ipse dixit, ꝛ indulgentius. Nam adhuc præsumitur contractus emptionis, non autem feudum. Ita Iaf. in decis. 1. num. 23. C. de iur. emphy. & in conf. 45. lib. 1. post Bald. in l. qui se patri, num. 10. vers. hoc scias, C. unde liberi.

Quod diximus de pretij promissione, vel numeratione, idem est dicendum de æstimatione, ꝛ que præsumi facit contractum esse emptionis & venditionis. Hoc probat l. quoties, ff. de iur. dot. & l. æstimate, ff. sol. matr. & mantellus, l. quoties, C. de iur. d. vbi res data in dote, æstimatione facta, non dicitur dotalis, sed tanquam à marito emptam eius dominium ita transit, vt ab eo vendi possit, & sol. matr. ꝛ non 1. pta res, sed eius æstimatio, & valor restitui debet. Id quod & passim admittunt Dd. in d. l. æstimate, ff. sol. matr. & in d. l. quoties, gl. in l. si inter, C. de iur. dot. Barr. in l. si cert. §. nunc videndum, ff. commo. Alex. in conf. 156. numero 1. lib. 6. Barb. in conf. 12. col. pe. libro 4. Ruin. in conf. 134. nu. 2. & nu. 4. & ceter. dicitur autem Soc. Sen. in conf. 9. c. 1. pe. & in conf. 57. num. 6. ceter. septimus casus, lib. 1. Dec. in l. 1. in l. lect. num. 23. & in 2. n. 53. ff. si cert. pet. Soc. iun. in conf. 141. num. 11. lib. 1. & in conf. 118. num. 10. libro 3. Paris. in conf. 64. num. 20. lib. 4. Rube. in conf. 5. n. 3. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 14. nu. 20. & Didac. in lib. pract. quest. c. 28. num. 1.

Extenditur primo hæc traditio, vt locum habeat etiam quando dantur res in dote sine certa æstimatione, pacto tamen expresso, quod res ita æstimentur per arbitros ad ꝛ id electos, atque ita dantur res in dote æstimate illa æstimatione, quæ per arbitros definitur, quod si illi arbitri eam æstimationem non distinxerint, tunc censentur date res illæ æstimate, ea æstimatione quæ facit emptionem ad illud pretium, quod tempore traditionis res illæ iuste valebant. Et dicitur ita fieri æstimatio ab ipsa lege, vt fauore dotis arbitris non arbitraribus locus sit arbitrio boni viri. Ita Soc. Ben. in conf. 57. col. pe. num. 7. lib. 1. & in conf. 60. lib. 3. Bal. Nouel. in l. æstimate, ff. sol. matr. quos sic refert & sequitur Didac. in d. c. 28. col. 2. ver. primum etenim.

Extenditur secundo, vt non procedat etiam quando præcessit promissio dotis ꝛ in certa quantitate, & secuta est aliquid rerum traditio pro dote ipsa promissa. Nam adhuc illæ res præsumuntur æstimate illa æstimatione, quæ facit emptionem. Ita Soc. Soc. in conf. 69. num. 15. lib. 4. Neuiz. in l. 2. sylvæ nupt. numero 70. & Didac. in dicto cap. 28. colum. 3. vers. 2. ap. paret.

Extenditur tertio, vt locum habeat etiam si priori marito fuit promissa dos certæ quantitatis, & deinde secundo ac posteriori marito promissa sit dos absque certæ quantitatis mentione: & aliquæ res pro dote simpliciter huic secundo marito date fuerunt. Hoc etiam casu censentur date pro quantitate primo viro promissa, & æstimate, illa æstimatione, ꝛ que emptionem facit. Ita respondit Soc. Sen. in d. conf. 69. colum. pe. libro 4. quem secutus est Didac. in d. lib. pract. qu. cap. 28. colum. 3. vers. tertio, quod mihi. Ea ratione vsus est Socin. quia dos data priori viro, videtur etiam promissa ꝛ secundo, dicitur, & l. dote, ff. de iur. dot. & diximus supra hoc lib. præsumpt.

præsumpt. 6. numer. 25. vbi. num. 31. hanc extensionem probauimus.

Extenditur quarto, vt procedat etiam si res in dote date & æstimate præsentis non sint. Nihil enim refert quod præsentis sint, vel non. Ita Didac. in d. c. 28. in fine, reiecta contraria opinione. Neuiz. in lib. 2. sylvæ nupt. num. 72. vers. limita sexto.

Extenditur quinto, vt locum habeat etiam in æstimatione de rebus illis, quæ etsi non constant numero, pondere, vel mensura, consumentur ꝛ tamen vsu. Hoc etiam casu præsumitur facta venditio, atque res non manet dotalis. Ita Didac. in d. c. 28. num. 5. vers. quinto si mentem; ex sententia Bar. & aliorum in l. æstimate, ff. sol. matr. cum dixerunt maritum teneri ad æstimationem rerum vsu consumptarum, & accedit Soci. sen. in conf. 289. colum. 2. lib. 2. qui late differit, declarando statutum Pitauum.

Extenditur sexto, vt procedat etiam, quando date sunt in dote res consistentes ꝛ in pondere, numero, & mensura, & nullum factum est verbum æstimationis. Hoc sanè casu res non sunt effectæ dotales, sed æstimatio debetur, & ob id periculum consumptionis ad ipsam maritum etiam culpa carentem pertinet. Ita probat text. l. res in dote, ff. de iur. dot. quem explicat Didac. in d. c. 28. num. 6. qui rectè post Castr. & Ioan. Lup. aduersus glo. ibi scribit, maritum solut. matr. non teneri ad restitutionem illarum rerum, sed tantumdem eiusdem generis, & qualitatis, quando quidem tantumdem æstimatio ad ipsarum rerum in dote datarum, iuxta rationem l. 2. sylvæ nupt. ff. cert. pet. quam Didac. ipse explicauit.

Extenditur septimo, vt habeat locum etiam quando res mobiles mulieris ætate minoris traduntur marito æstimate sine auctoritate tutoris, & decreto iudicis. Hoc etiam casu res non ꝛ manent dotales, sed æstimatio debetur eueniente casu restitutionis ipsius dote. Ita Didac. in d. c. 28. numero 10. qui in vers. quod si rerum immobilium, & ceter. dixit idem esse dicendum, si rerum immobilium facta sit æstimatio à tutore absque decreto ꝛ iudicis, & ita date fuerint res in dote, poterit vxor soluto matrimonio ratam habere hanc æstimationem, & illius pretium eligere, si electio illa visa ei erit utilis. Est autem in disputatione obseruandum, quod etsi æstimatio hæc operatur, vt hæc dicatur venditio quædam: tamen non ꝛ obtinet omnes effectus venditionis: Non enim in casu euictionis tenetur mulier ad duplam. Ita Bald. Nouel. in tract. de dote, in 7. part. prin. 23. & Neuiz. in lib. 2. sylvæ nupt. num. 72. vers. limita septimo.

Declaratur primo, vt locum non habeat prædicta traditio, quando ꝛ æstimatio facta fuit ad lium finem, quam vt faceret emptionem, vt si æstimatur res, ad cognoscendum valorem rei, vt probari possit, si postea maritus fundum damnificaret. Hoc sanè casu æstimatio non facit emptionem & venditionem, sed fundus ipse dotalis manet. Ita Iaf. in l. ex conventione, num. 3. C. de pact. post Bald. & alios quos secuti sunt Soci. sen. in conf. 57. num. 3. vers. quartus casus, & in conf. 93. num. 7. vers. tertio dicit, lib. 1. Ruin. in conf. 134. nu. 4. lib. 4. Neuiz. in lib. 2. sylvæ nupt. num. 72. vers. limita primo. Paris. in conf. 81. num. 12. lib. 3. Soc. iun. in conf. 141. numero 14. lib. 1. Dida. in lib. pract. quest. c. 28. num. 3. Rol. in conf. 92. num. 6. & Rota Rom. in decis. 157. num. 1. in 2. part. in nouissimo editis.

Declaratur secundo, vt locum habeat, quando conuentum fuit, ꝛ quod soluto matr. res date in dote restituantur pro eodem pretio, quo æstimate fuerunt. Hoc etiam casu res hæc dotales manent, non autem debetur æstimatio. Ita probat l. si inter virum, C. de iur. dot. vbi Barr. Bald. Salic. & reliqui, confert etiam text. §. vlt. ff. de pact. dotal. & scribit Soc. sen. in conf. 57. num. 2. vers. tertio dicit, lib. 1. Barb. in conf. 12. col. pen. & in conf. 19. colum. vlt. lib. 4. Bal. Nouel. in tract. de dot. in 7. part. prin. 40. Neuiz. in lib. 2. sylvæ nupt. numero 72. vers. limita tertio. Didac. in d. lib. pract. quest. c. 28. num. 3. vers. primo ex hoc, vbi num. 2. recellit Rube. in conf. 5. qui aliter respondit, & huius quidem æstimationis effectus est, ꝛ quod soluto matrimonio res ipse æstimate, si extant non diminuat, nec aliqua ex parte deteriores factæ, restituantur: si vero culpa mariti factæ sint deteriores, præstabitur æstimatio. Ita sanè affirmant omnes præcæcitatis in locis, præsertim Didac. Porro maritus hoc in casu tenetur etiam de culpa leuissima, vt scribit Castr. in l. si æstimate, num. 3. & in l. penult. §. mancipia, ff. sol. matr. Sal. in d. l. si inter virum, C. de iur. dot. Soc. in d. conf. 56. col. 2. lib. 1. & Didac. in loco præalleg. Quocirca, quando maritus caret omni culpa, si res hæc dotales perierunt, peculo mulieris dicuntur perisse, vt rectè Didac. ipse post alios scriptum reliquit.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando adiicitur pactum, quod res æstimate solut. matr. restituantur vxori, si tunc extabunt, habita tamen ratione augmenti, & di-

minutionis, viri boni arbitrato. Ita Castr. & reliqui in d. l. si æstimate, ff. sol. matr. eo rex. adducti, Sal. in d. l. si inter virum, C. de iur. dot. Soci. sen. in conf. 57. num. 3. vers. tertius casus, lib. 1. & Didac. in d. c. 28. n. 4. qui eodem Castr. scripsit, res ipsas dotales etiam apud tertium existentes, à muliere ipsa recuperari possent: cum verè dominium translatum inimicè fuerit in maritum, & ob id alienare is non potuit.

Declaratur quarto, vt locum non habeat etiam, quando factum est, quod res ipse in dote date restituantur solut. matr. Etsi enim nulla est facta mentio augmenti vel ꝛ diminutionis, vt in præcedenti declaratione: tamen adhuc dotales manent. Ita Castr. in d. l. si æstimate, n. 5. Soc. sen. in d. conf. 57. n. 3. vers. quartus casus, lib. 1. & Didac. in lib. pract. quest. c. 28. num. 4. vers. tertio colligitur.

Declaratur quinto, vt non procedat, quando pactum fuit, quod solut. matr. res ipse, vel earum æstimatio arbitrio & electione ꝛ mariti restituantur. Hoc etiam casu res manent dotales: non tamen illæ sunt restitue, non autem æstimatio. Ita Bart. in l. si ut certo, §. nunc videndum, numero 5. ff. commod. Curt. iun. in l. ex conventione, numero septimo, C. de pact. & Dida. in d. c. 28. numero 7.

Declaratur sexto, vt non procedat, quando eo tempore, quo sit æstimatio, maritus dote recipientis non est soluendo, nec habet bona ꝛ ex quibus æstimationem rerum dotalium soluere possit. Ita scribunt Fran. Ciom. in sing. 19. Iaf. in l. ex conventione, numero 2. vers. quarto singulariter, C. de pact. & in §. actionum, numero 84. Iustit. de actio. Ioan. Lupus in rubr. extr. de donat. inter virum & vxor, §. 17. numero 8. Soc. iun. in conf. 141. numero 12. libro 1. Bald. Nouel. in tract. de dote, in 7. part. prin. 23. & Neuiz. in libro 2. sylvæ nupt. numero 72. vers. limita quarto. & Marli. sing. 69. fundus. ea ratione ij vsi iunt, quod lex nõ potuerit fingere pretium æstimationis rerum datum fuisse à marito ipsi vxori: & rursus illud pretium receptum in dote. Quam quidem rationem leuem, & Iureconsultis indignam existimauit Didac. in d. c. 28. numero 8. Nam etsi (inquit Didac.) verum est, lege non fingere impossibilia: tamen nihil in hac specie fingitur impossibile: si quidem maritus ille pauper potuisset habere natura & iure pretium illud, quod fuit res illæ dotales æstimate. Crediderim apertius sic dici posse: nullum hic extare impossibilitatem. Cum res date sint pro æstimate, vt scilicet tempore restitutionis restitui debeat æstimatio, quam facile maritus habere eo tempore poterit, saltem distrahendo res illas in dote datas. Quocirca vna cum ipso Didaco arbitror dubiam esse admodum receptam hanc traditionem.

Declaratur octauo, vt non habeat locum, quando æstimatio non æquivaleret ipsi rei, sed est ꝛ longè minor. Nam & tunc non præsumitur facta venditio: res manent dotales. Ita Bald. Salic. Iaf. & Dec. in l. ex conventione, C. de pact. idem Bald. in l. 9. 3. C. commod. Aret. in conf. 84. numero 4. Barb. in conf. 19. col. 4. lib. 4. Iaf. in l. 1. numero 23. in fin. C. de iur. emphy. & in conf. 45. nu. 3. lib. 1. Soc. iun. in conf. 141. numero 21. lib. 1. Ioan. Lup. in c. per vestras super rex, §. 21. numero 4. de donat. inter vir. & vxor. & Didac. in d. c. 28. numero 9. qui quidem rectè intellexit procedere, quando æstimatio facta fuit pretio minus iusto ex deceptioe vltra dimidiam. Etenim hoc in casu ob maximam iusti pretij diminutionem, vel augmentum præsumitur ad alium effectum factam fuisse æstimationem, non autem ad cõficiendum emptionem.

Declaratur nono vt non procedat, quando æstimatio facta est tempore traditionis, vel constitutionis doris, aut paulo post: secus verò est, quando dote ipsa tradita, ex intervallo postea, ꝛ constante ipso matrimonio facta est æstimatio. Hæc enim non facit emptionem: cum verisimile non sit contrahentes nouatione voluisse à primo contractu recedere. Et præterea nec donatio fieri, potest inter vir. & vxor. quæ ex hac æstimatione sequi posset. Ita Bald. Salic. Iaf. & alij in l. ex conventione, C. de pact. Aret. in conf. 84. col. 2. Barbat. in conf. 19. col. 4. lib. 4. Ioan. Lupus in c. per vestras, §. 21. nu. 4. de donat. inter vir. & vxor. Neuiz. in lib. 2. sylvæ nupt. numero 72. vers. limita secundo. Soc. iun. in conf. 141. numero 24. lib. 1. & Didac. in d. cap. 28. col. pen. vers. undecimo illud.

Declaratur decimo, vt non procedat, quando maritus nomine dotis accepit pecuniam, ꝛ & prædium, & promissit restituere pecuniam, & de pretio fundi nullam mentionem fecit, præsumitur conuentum quod fundus esset dotalis. Ita Hier. Gabr. in conf. 60. num. 2. lib. 2.

Declaratur vndecimò, quando maritus, accepta pecunia & fundo dotis causa, obligavit bona sua pro restitutione...

PRÆSUMPT. LXXV.

Pretium rei venditæ recipientem, venditionem ipsam approbasse atque ratificasse præsumi.

SUMMARIÆ.

- 1 Pretium rei suæ venditæ recipientis, præsumitur venditionem approbare.
2 Contractum confirmatum & ratum habere minor præsumitur, solutionem recipiendo, aut pretium numerando.

Qui rei propriæ venditæ pretium recepit, venditionem ipsam approbasse atque ratificasse præsumitur. Ita respondit Scævola in l. quidam, ff. de euct.

PRÆSUMPT. LXXVI.

Pretio simpliciter promisso, quæ moneta promissa præsumatur.

SUMMARIÆ.

- 1 Pretium in contractu promissum, de pecunia in loco frequentatæ præsumitur.
2 Pecuniam legans testator, præsumitur de usuali & currenti intellexisse.
3 Moneta mentio facta in statutis, intelligitur de currenti.

Non semel ex facto evenit, ut contrahentes non declarent, cuius monetæ esse debeat pretium promissum, putâ ab emptore, conductore, & similibus, quare ambigi solet, quæ moneta præsumatur promissa?

Recepta est omnium sententia, præsumi promissam monetam vsualem, & in loco frequentatam. Ita Fabianus in tractatu de emptione & venditione, in 5. questione principalis, num. 14. & 15.

PRÆSUMPT. LXXVII.

Vinum in dolio vendens, an dolium vendidisse præsumatur.

SUMMARIÆ.

- 1 Vinum in dolio vendens, non præsumitur vendere dolium, attendendam tamen loci consuetudinem, num. 4.

- 2 Vino legato, dolia legata non præsumi, sed de vasis & cuppis.
3 Dolia apud antiquos quæ vasa fuerint.

Qui vinum in dolio existens vendit, dolium ipsum non vendidisse præsumitur. Ita Lucas de Penna in l. 3. in præsumptione, 118. C. de apoch. public. libro 10. & idem sensit Bartol. in l. 3. §. 1. ff. de tritico, vino, oleoque legat.

PRÆSUMPT. LXXVIII.

Vendere nolle præsumitur is qui immodicum pretium petit.

SUMMARIÆ.

- 1 Vendere nolle & pretium immodicum petere, paria sunt.
2 Contrahentes nil præsumitur agere voluisse, conditionem impossibilem si contractui adiecerint.

Paria quidem esse intelligimus, nolle omninò vendere, vel dicere, velle vendere, præterdò pretium immodicum, cum nil aliud sit hoc potestremum, quam tacitè emere volentem repellere.

Est simile quod dicimus, præsumi contrahentes si nil agere voluisse, quando conditionem impossibilem contractui adiecerint. Sic scripsit idem Lucas de Penna in d. l. 3. in præsumptione 174. adductus auctoritate gl. in l. non solum, ff. de act. & oblig.

PRÆSUMPT. LXXIX.

Emptorem tradentem rem, præsumi habere fidem de pretio.

SUMMARIÆ.

- 1 Emptionis contractus substantiam recipit à pretio.
2 Emptio pretio non intercedente non consistit.
3 Pretium statim numerari, vel fidem de eo haberi, ad contractus perfectionem sufficit.
4 Venditore rem tradente, fidem de pretio habere, præsumi.

Emptionis venditionisque contractus substantiam recipit à pretio, §. pretium, in Instit. de emptio. & venditio. & scripti copiosè in cons. 31. numero 5. vbi explici-

explicavi quæ dicantur substantialia, quæ naturalia, quæ solemnia, & quæ accidentalia contractus. Nisi ergo intercedat pretium, & emptio ipsa non consistit, d. §. pretium.

PRÆSUMPT. LXXX.

Emerere & alios contractus celebrare quando palam de bona fide præsumatur tutor cum pupillo, cuius tutelam gerit.

SUMMARIÆ.

- 1 Tutori cum pupillo palam contrahere permittitur, clam vero prohibetur.
2 Tutoris contractus cum pupillo bona fide factus, valet suspicionem fraudis cessante.
3 Auctoritas tutoris adhibenda in contractu à pupillo inempto, non est de ipsius contractus substantia.
4 Auctoritas tutoris cur in contracta adhibeatur.
5 Auctoritas tutoris potest, ubi de pupilli commodo agitur.
6 Tutor palam & bona fide contrahit, coram iudice bene informato.
7 Item coram amicis & consanguineis, num. 9.
8 Adhibita auctoritate communitatis, num. 10.
9 Tutor dicitur clam contrahere, si tamen occulte fiat ut de cuius interesse agatur, non appareat.
10 Aut non adhibeatur eorum presentia aut auctoritas, quæ necessaria erat, num. 12.
11 Vbi confecta quidem scriptura & testibus adhibitis, illis tamen ut taceant si dictum sit, num. 14.
12 Aut contrahat tutor per personam interpositam, num. 15.
13 Commune dato vnus sine altero rectè non contrahit.

Recepta & vera est interpretum sententia, tutori permittitur quidem esse palam suo cum pupillo contrahere, clam vero non esse, ut fraudes quæ ab illis administratoribus committi solent, quantum fieri poterint, evitentur.

Secundò afferri solet argumentum, quod substantia obligationis contrahendæ per pupillum, est ipsa tutoris auctoritas, ubi gloss. & Bart. ff. de auctor. tutor. At qui non potest tutor sustinere vices duorum, nempe tutoris, & contrahentis, pupillus, §. item ipse tutoris ff. de auctor. tutor. & præsertim in obligatione de nouo contrahenda, l. 1. §. si quis questionem, ff. ad Trebellianum. Ergo, &c.

alia de causa adhibetur, quam ne pupillus iudicio carens decipiatur. Quæ sanè deceptionis suspicio omninò cessat in contractu palam, & bona fide gesto. Et cum non agatur de damno, sed potius de lucro pupilli, potest tutor sibi auctorari, quod dicimus, ff. de auctor. tutor. & in specie tradunt Ioan. Andræ in c. quæ tacet, in fine, de regul. iuris, in 6. Socin. sen. in cons. 87. numero 5. lib. 1. & Corafius in lib. 6. Miscellan. iuris, cap. 15. in fine, quod esse non potest, si hæc auctoritas effect de substantia.

Tertiò virgine videtur l. non licet, ff. de contrahend. empt. iuncta interpretatione glossæ, ibi. cum enim dixisset Martianus, non licere illis, quæ officia gerunt, emere per se, vel alium, Accusatus interpretatus est, siue publica existunt, siue priuata, quemadmodum sunt iura tutorum & curatorum.

Cæterum respondetur, Martianum loqui de his tantum qui publica gerunt officia, quales sunt magistratus, & reliqui qui iurisdictioni præsumunt, iuxta l. principibus, ff. si cert. petat. Præterea & secundò respondetur, responsum Martiani esse intelligendum, quando est dubium quod ex eo contractu aliquid detrimenti sentite potest subditus, cum quo magistratus ille contrahit, & argue ita quando non palam & non bona fide contrahitur. Ita post alios declarat Iaf. in d. l. principibus, col. 3. vers. prædictam. Et simili declarat ratione explicauimus supra l. si emptio, §. ut ff. de contrah. empt. Est itaque vera recepta illa sententia, tutorem posse palam, non autem clam cum suo pupillo contrahere.

Cæterum apud nostros dubitari contingit, quando præsumatur tutor palam, & bona fide contrahere cum pupillo? Hic ergo dicam primum quando palam, deinde subnectam quando clam præsumatur contrahere. Et primò quidem palam, & bona fide contrahit, quando & contractus coram iudice bene informato celebratur. Ita Bartol. in l. frater à fratre, num. 50. vers. tertio, quæro, ff. de condit. indeb. Alex. in l. transactio, in fin. C. de transact. Curt. iun. in cons. 67. numero 3. in fin. & Alex. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 21. adducti sunt omnes textus, vbi gl. ff. quod met. caus. Dissentire tamen videtur Curt. iun. in cons. 29. num. 11.

Secundò palam celebrari dicitur contractus, quando coram amicis & consanguineis conficitur. Ita gloss. in l. Polæ, in glo. magna, C. de iis, quibus ut indign. & ibi Bald. Iaf. in l. bonorum, num. 4. C. qui admittit. Deci. in l. singularia, num. 10. ff. de certum pet. Petrasanta in sing. 57. & Curt. iun. in cons. 29. num. 12. Et si ab his dissentiant. Alc. in d. præsumpt. 21. & Coraf. lib. 6. Miscell. c. 14. in fin.

Tertiò palam dicitur geri contractus, quando adhibetur & contortis auctoritas, non existimo, ff. de admin. tut. & in specie annotauit Corafius in d. c. 14. num. 5. sicuti e contra dicitur clam fieri, quando adesse contutor, & sine eius auctoritate celebraretur contractus, ut statim dicemus.

Clam vero contractus gerit atque celebrari præsumitur, dicitur, quæ multis modis. Primo, quando & ita occulte conficitur ut sciri & cognosci non possit ab eo, de cuius interesse agitur. Ita Bar. in l. 2. num. 1. C. de iis qui ex publi. ratio. lib. 10. Dec. in l. quo tutela, num. 1. de reg. iur. & in cons. 399. col. ult. & Pacif. in cons. 57. numero 12. lib. 4. adducti text. l. 3. §. ult. ff. quod vi aut clam. Et scribunt omnes in l. clam possidere, in prin. ff. de acq. poss.

Secundò clam geritur contractus, quando non adhibetur presentia & auctoritas eorum qui adesse & auctoritate suam impertiri debent, sicuti si requireretur iudicis presentia, & illa non adhiberetur. Ita Bart. & Deci. præcitat in locis. Et confert gl. in e. vit. in verbo, clandestina, de clandest. desponsat. dum explicat, tribus modis matrimonium clandestinum celebrari. Et ex prædictis sequitur, quod quando adesse contutor, non potest vnus eorum sine & altero agere & contrahere, alioqui clam contrahere dicitur. Bald. & Castren. in d. cum ipse, C. de contrahend. emp. Imola & Socin. in l. 1. §. si quis questionem, num. 6. ff. ad Trebell. & Ripa num. 7. in fin. Cagno. in l. singularia, num. 82. & ibidem Bologne, num. 57. in fin. ff. si cert. petatur.

Tertiò dicitur clam contrahi, quando conficitur quidem scilicet, & adhibentur testes & notarius, sed tamen illis & mandatur ut taceant. Ita scripserunt multi quos congeffi in commentariis de arbit. iudicium, lib. 2. casu 194. num. 19. & in cons. 99. num. 40. vers. tertio, respondens. Et illis accedunt Dec. in l. quo tutela, §. clam in fine, de reg. iur. & idem in l. singularia, num. 17. ff. si cert. pet. & ibidem Bologne, n. 57.

Quartò clam dicitur tutor contrahere, & quando per interpositam personam contrahit, l. pupillus, §. item si ipse tutor, vers. sed per interpositam, ff. de auctor. tut. Nam tunc fraudus & mala fides præsumitur. Ita in specie respondit Bald. in cons. 347. Tritius lib. 4. & in cons. 31. in questione, in fin. libro 5. Idem scripserunt Iaf. in §. item si quis in fraudem, numero 47. Instit. de actio. Deci. in d. l. quo tutela, §. clam, num. 2. & ibid.

traditionem existimavit probari l. prædiorum, & l. si in prædium. C. de præd. minor. Et hæc quidem fuit opinio Accursij in d. l. prædiorum, qui sic distinguit, aut contractus est validus, quippe quod observata fuerunt debite solemnitates. Hoc casu minor petens rescindi contractum & probare debet, pretium à se perditum, & malè consumptum. Aut vero contractus est nullus, ob id, quod requisitæ solemnitates non fuerunt observatæ. Et hoc casu non ipse minor, sed qui cum eo contraxit, probare debet, pretium fuisse verum in utilitate, & commodum ipsius minoris. Et distinctionem hanc probant etiam Bart. Bald. & Salic. in d. l. prædiorum, & in d. l. si prædium. Corneus in cons. 71. num. 6. & cons. 72. num. 9. lib. 3. Marian. Socin. sen. in cons. 15. num. 22. lib. 1. Ial. in l. nam postea, §. si minor. num. 21. ff. de iureiur. Nat. in cons. 631. num. 5. lib. 3. Rinin. iun. in cons. 5. num. 76. lib. 1. & in cons. quibus alienare licet vel non. §. ut. num. 61. & Eruditissimus, Amplissimisque Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Barr. in d. l. prædiorum. Et hos secutus est Octavius Simoncellus in d. tit. 7. num. 20. Prædictis addo Alex. in cons. 46. num. 1. lib. 4. Soc. sen. in cons. 116. num. 13. lib. 1. & Alphonsus Alvarez in Specul. Sum. Pontif. Imper. & Regum, cap. 80. vers. dixi. Et hæc quidem distinctio communis retinenda est, etsi ab ea dissentiant commemorati à Simoncello in d. tit. 7. num. 20. vers. Pileus tamen. Huius distinctionis & differentie ratio est. Nam quando alienatio est facta, & observata à iure requisitis solemnitatibus præsumptio stat pro eo qui contraxit cum minore: sicuti explicavimus superiore libro in præsumptio. 75. & ideo omnis doli præsumptio est sublata, & consequenter præsumitur pretium fuisse verum in utilitate & commodum ipsius minoris. Diversum vero est, quando solemnitates observatæ non fuerunt, quæ tunc præsumitur mala fides, & dolus in eo, qui contraxit cum ipso minore, iuxta c. qui contra, de regul. iuris in 6. & dicemus infra in præsumpt. in septimo casu, ubi explicabimus, quando mala fides præsumatur ob non observatas iuris solemnitates.

PRÆSUMPT. LXXXV.

Conductor quando reconduxisse præsumatur rem conductam.

SVMARIA

- 1 Conductor in re sibi locata persistens, præsumitur reconduxisse. Idque præsumptione iuris, num. 2. Et in quo fundetur hæc præsumptio, num. 3. & 4.
2 Precarium à locatore non dissimile esse.
3 Conductorem in re conductâ persistentem, præsumi conduxisse, tam in urbano quàm rustico prædio locum habet.
4 Conductio prædij rustici, & urbani qua in re differant.
5 Prædij rustici fructus, certa tantum anni parte percipiuntur, urbani vero qualibet anni parte uniformiter.
6 Prædij rustici reconductio, pro ratione fructuum percipiendorum facta præsumitur, num. 10. & 12. Idem in urbano prædio, num. 11.
7 Prædium si vno anno frumentum, alio milium tribuat, vna dicitur prædij cultura, fructusque confunduntur.
8 Conductores vectigalium persistendo, censentur reconduxisse, vide tamen num. 34.
9 Domus partem conducens socius, persistendo præsumitur reconducere.
10 Operarum locatio & conductio, tacendo ultra tempus præsumitur repetita.
11 Medici operas comparari prædio rustico.
12 Medicus censetur reconductus cum eisdem qualitatibus & conditionibus, quibus prima vice conductus fuerat.
13 Reconductio cum eisdem qualitatibus & conditionibus quibus prima conductio facta præsumitur.
14 Conductori de non expellendo, pactum in prima conductioe factum censetur in secunda repetitum.
15 Reconductione non censetur repetita, pœna, primæ locacioni adiecta.
16 Pactum de redimendo & affrancando, an dicatur in reconductione repetitum.
17 Reconductio præsumitur facta, si disponente hoc statuto, conductor ultra tres menses in re conductâ commoratus sit. Quid autem sit si pacificenter dixerim, ne censetur repetita numero 25.
18 Iuri communi pacto & protestatione non derogatur.
19 Conductorum aut locatorum heredes, in contractu facto, perseverare voluisse præsumuntur, & num. 27.
20 Conductio aut locatio, aliam requirens solemnitatem ultra

- patientiam repetita non præsumitur.
29 Fendi vel emphyteusis concessio, cum scripturam requirit, renouata non præsumitur. Vide tamen nu. 36.
30 Locatio bonorum Ecclesie renouata non præsumitur.
31 Societatem sola dimissione capitalis apud socium, non præsumi renouatam, dum instrumentum intervenire debet.
32 Societatem inveniunt civitates duæ ad quinquennium, solemnitate stipulatione & scriptura eo lapsu non censentur renouasse, licet mutuo auxilio se adiuvant.
33 Reconductio ubi solennis requiritur stipulatio, facta non præsumitur, reiecta contraria Signoroli opin. num. 34.
34 Conductiois & concessiois renouatio, concurrente temporis antiquitate præsumitur, si conductio & locatio ad longum tempus facta sit, vel in emphyteusim, nu. 36.
35 Renouatio contractus, præterquam in locacione, conductioe, aut precario, non præsumitur. Itaque non in contractu venditionis fructuum, num. 38.
36 Vectigalium locatio, est fructuum venditio.
37 Crystodæ causa re concessa ad certum tempus, non præsumitur facta renouatio, custode ultra tempus præsumitur permanente.
38 Concessionis officiorum que necessitate geruntur, finita prima concessione, non præsumuntur renouate.
39 Reconductio facta non præsumitur, quando coniecturis appareat aliam fuisse locacionis voluntatem.
40 Conductore non impiente ex parte sua, locacionis non præsumitur facta renouatio.
41 Relocatio facta non præsumitur, impedimento in locatore interveniente.
42 Conductore perseverante in re conductâ modicum temporis, non præsumitur facta contractus renouatio.
43 Instrumentum in prima locatore factum, in tacita relocatione non præsumitur repetitum.
44 Relocacione ex secunda tacite facta, non inferitur ad aliam tacitam priorem.
45 Reconductio aut relocatio in rebus mobilibus facta non præsumitur. Adhibita tamen distinctione, num. 49.
46 Conductiois in contractu pignora data tertio non censentur in tacita reconductione in eius præiudicium repetita.
47 Locans operas suas in meo prædio sit custodie causa finito tempore ibi persistendo, non præsumitur facta reconductio.

PRÆCLARA est tractatio hæc, quando conductor, ob id quod finito primo conductiois tempore, persistit in re conductâ, eam reconduxisse præsumatur. Quam in re pro regula traditum est, reconduxisse præsumi, l. item queritur, §. ult. ff. locati. Qui impleto (ait Vlpianus) tempore conductiois, renouat in conductioe, non solum reconduxisse videbitur: sed etiam pignora videntur durare obligata, &c. Et in l. seq. subiungit idem Vlpianus. Qui ad certum tempus conducit, finito quoque tempore, colonus est. Intelligitur enim dominus, cum patitur colonum in fundo esse, ex in: gro locare, &c. Et in l. legem, §. 1. C. cod. ita est scriptum. Sin autem tempus, in quo locatus fuerat fundus, sit exactum, & in eadem locacione conductor permanferit, tacito consensu eandem locacionem vna cum vinculo pignoris renouare videtur, &c. Hanc esse finem præsumptionem scripsit Ioan. Andrea in addit. ad Spec. in tit. de præsumpt. §. species, num. 5. in verbis in prædictis. Est autem præsumptio hæc in fundata in ea ratione, quod conductor iste non possit aliter licite retinere fundum illum: atque ita occupando delinqueret, quod præsumendum non est, l. merito, ff. pro socio. Hanc rationem probavit Bart. in d. §. ultim. Verum Castren. in d. §. vit. & Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 17. num. 2. vers. sed prior, existimant, & rectius, eam esse rationem, quia ex tacito hoc contractu, tam locator quàm conductor præsumuntur approbasse eam voluntatem, quam iam in prima locacione habuerunt. Est simile in præcario quod à locacione non est dissimile, l. in rebus, §. ult. ff. de precario. Ita in specie tradit Alciat. in d. præsumpt. 17. num. 2. qui subiungit ex sententia Comens. in cons. 8. in fin. idem esse in deposito. Hæc præsumptio locum habet, tam in prædio rustico quàm in urbano, vt probant præallegata iura. Differunt enim solummodo in hac materia, prædium rusticum, & urbanum, ratione temporis ipsius reconductionis, & relocationis. Nam prædium urbanum censetur reconductum solum prout habitavit, hoc est, si annum, vel mensem habitavit, solum pro eo tempore dicitur reconduxisse. Prædium verò rusticum præsumitur reconduxisse per annum tantum, etsi prima conductio fuerit maioris temporis. Ita probat text. in d. l. item queritur, §. ultim. vers. quod autem diximus, vsque

vsque ad finem. Alexand. in cons. 28. in fin. lib. 5. Ruin. in cons. 61. nu. 11. circa medium, lib. 1. Rationem differentie assignant i-bigo. & Bart. nu. 10. quod ex prædio rustico non percipiuntur fructus, nisi in certa parte anni: atque ita certo tempore. Sed ex prædio urbano, uniformiter qualibet parte anni fructus consequuntur. Quam rationem probavit Bald. in d. l. legem, C. locati. Hinc infert Bart. in d. §. ultim. nu. 10. vers. ex hac, quod si esset prædium rusticum, ex quo non perciperentur fructus nisi de quinquennio, in quinquennium censeretur facta reconductio. Idem si esset prædium rusticum, ex quo bis in anno perciperentur fructus: sicuti contingit in prædiis Ægypti, auctore Plinio lib. 3. natural. histor. c. 20. Nam tunc solum in sex menses præsumeretur facta reconductio. Rufus (inquit Bart.) si esset prædium rusticum ex quo perciperentur fructus uniformiter, qualibet parte anni, sicuti ex hortis & viridariis. Nam tunc pro rata temporis præsumeretur facta reconductio, cum eadem sit ratio quæ in prædio urbano. Et præterea (subiungit Bart.) si esset prædium urbanum, ex quo non perciperentur fructus uniformiter qualibet parte anni, sed vno certo mense vel hebdomada, vel si haberem domum, in loco ubi sunt nudatæ, & illam locarem, licet conductor toto anno eam inhabitet, etiam quia plus nudatarum tempore perciperentur, & quia eam ob causam domus conducitur, atque locatur, idem est de ea domo dicendum, quod de prædio rustico, cum eadem sit ratio. Verum Fulgosius in d. §. ult. colum. ult. existimavit hoc potius esse relinquendum arbitrio viri boni, qui iudicabit, quid verisimile sit. Et rursus (ait Bart. in d. §. ultim. nu. 10. vers. adverte.) quod si ex prædio rustico quodlibet anno fructus perciperentur, & sed difformiter, vt quia vno anno percipitur frumentum, alio vero anno fama vel milium & conductor non conduceret pro eo solo anno in quo faba percipitur, intelligeretur facta reconductio pro duobus annis: atque ita in biennium præsumitur reconduxisse: cum eadem sit ratio, vt in prædio, in quo solum singulo biennio fructus percipiuntur. Et confert quod docuit Bart. in l. diuortio, §. quod in anno, ff. solut. matrim. quod si ex prædio vno anno percipitur frumentum, & alio anno milium, dicitur esse vna sola cultura prædij, & fructus confunduntur. Huc pertinet quod dicitur Afflic. in decis. 365. numero 12, quod cum è feudo percipiuntur fructus solum in vna parte anni, & ita certo tempore, renouatur atque reconductio eius præsumitur atque censetur facta eo modo quo & prædij rustici. Extenditur primò hæc præsumptio, vt locum etiam habeat in locacione & conductioe vectigalium, quando scilicet locatores habent liberam potestatem locandi absque aliqua solemnitate obtinutione. Ita Bart. in d. l. item queritur, §. ultim. nu. 6. ff. locati. Eandem sententiam probavit iuris, & argumentis Signorolus in cons. 22. num. 6. & 7. qui dixit, quod etsi in locacione gabellarum requiratur licitatio, nihilominus illa licitatio facta primo anno censetur repetita in secundo. Idem de prædiis Reip. vt censentur & illa reconducta, probat text. d. §. ultim. vers. eadem causa, & scripsit Salic. in l. legem, C. locati. & Barba. in cons. 14. col. pe. nu. 16. lib. 2. Qui & idem dicit de prædiis ecclesiæ quod intelligo semper, præsupposita facultate Prælati locantis. Extenditur secundo, vt procedat etiam in socio conducto: partem prædij socij. Ita Pet. de Vbal. in tract. de duobus fratribus, part. 1. q. 10. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. nu. 2. vers. procedit & dicta. Nam & hoc casu militat ratio huius præsumptionis, nempe tacitus consensus sociorum, atque quod primam illam voluntatem in prima locacione conductioe factam approbauerint. Nec repugnat argumentum, quo adducti contrariam opinionem probant Soc. in l. serui electione, §. 1. n. 3. ff. de leg. 1. & Patil. in addit. ad Bart. in d. §. ult. n. 3. in verbo delinquerat. Illa enim consideratio quæ vltus est Soc. vera non est, cum dixit, quod hoc casu cessat illa ratio, ob quam in aliis præsumitur facta relocatio, & reconductio, nempe ne delictum præsumatur. Non enim vera est ratio hæc, vt diximus cum Castren. & Alciat. esse rationem præsumpti consensus & approbationis. Extenditur tertio hæc præsumptio, vt locum habeat etiam in conductioe, & locacione operarum, vt putâ aduocati, medici & similes. Ita respondit egregie Corneus in cons. 348. lib. 1. quo loci in fine affirmavit, quod opera prædij comparatur prædio rustico: cum magis indigeamus opera ipsius medici, æstiuo tempore, quam hyemali, ob morborum pluralitatem. Et præsertim si conductus fuisset medicus etiam pro tempore peltis, quæ magis graffatur tempore æstus, & caloris quàm frigoris. Et illo in loco respondit Corneus, prædicum censeri reconductum cum eisdem qua-

litaribus, & conditionibus, quibus iam prima vice conductus fuit, quæ de restatim dicemus. Hanc quoque extensionem probant Socinus Sen. in consilio 196. libro 2. & Mascardus in cons. 990. num. 12. Extenditur quartò, vt hæc præsumptio locum habeat etiam respectu qualitatium. Præsumitur enim facta reconductio cum eisdem qualitatibus & conditionibus, quibus prima conductio extitit, sicuti quando conductor dedit propria pignora. Nam illa repetita censentur in relocatione. Ita probat text. dict. l. item queritur, §. ultim. ubi, non solum reconduxisse videtur, sed etiam pignora, videntur durare obligata. Et de pignoribus scripserunt Bart. lib. 1. num. 1. C. alit. Bal. in l. legem, C. locati. Barba. in consilio 14. colum. 7. vers. cum ergo, libro 2. Bertrachinus in tract. de gabellis, par. 2. num. 15. Corneus in consilio 348. colum. 2. vers. nam in omnibus, lib. 1. Boer. quest. 234. nu. 14. Ruin. in consilio 78. num. 4. libro primo. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. numero 3. & plures congerit Mascard. in dict. cons. 990. numero 3. & accedi Rota Roma. in decis. 495. par. 1. in nouissimè editis. Ita quoque pactum ac conductor expelli possit, factum in prima conductioe, censetur repetitum in secunda hac renouata, respondit Socin. Sen. in cons. 17. num. 2. lib. 3. quem secutus est Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. particula quarta partis princ. num. 106. Non habet locum hæc præsumptio in pœna, quæ reperita in reconductione nos censetur. Ial. in cons. 49. col. 2. lib. 3. post Baldum in d. §. ult. & in l. legem, C. locati. Idem dicitur Afflic. in decis. 365. numero 14. & Boer. in q. 284. numero 14. Non patitur locum habere hæc præsumptio in ea qualitate & conductioe facti de redimendo, seu (vt vulgus appellat) de affrancando, adiecti in instrumento locacionis & conductiois. Non enim per tacitam ipsam relocationem & reconductionem factam præsumitur prorogatum tempus illud affrancandi. Ita in specie responderunt Alex. in cons. 17. num. 12. libro 4. & in consilio 76. numero 5. libro 5. & Ruin. in cons. 86. in fin. & manifestus in cons. 114. numero 4. libro 1. & secutus est Gozad. in l. 2. nu. 17. in fine, C. de pactis inter emp. & vend. qui eisdem sententiæ cenet Ioan. in consilio 36. in fine, qui vix est, vt hoc sentiat, refert etiam sic respondisse Socinum, Campegium, Petrum de Canonis, Florianum M. Antonium Baucium, Franciscum Cremensem, Ioan. de Anania, Gasparem Ardengerium, & Bartholomæum Herculatum. Et restatur ipse Gozadinus, se ita aliquando obtinuisse. Eandem quoque traditionem probavit Cagnolus in dict. leg. 2. numero 188. Quibus constat, hanc esse receptam opinionem, & si ab ea dissentiat Alex. sibi parum constans in cons. 28. in fine libro 4. Crocius & alius quidam modernus, quos sic allegat Gozad. in d. l. 2. numero 165. hos etiam visus est sequi noue Vincentus Carrocus in tract. de loco & conducto, in tit. de renouatione locacionis, numero 4. qui alios nonnullos recenset, qui nihil ad rem hanc scribant. Ruinus etiam in consilio 78. num. 10. 3. vers. secundus casus est, lib. 1. dixit, se consulendo dubitasse de ea opinione. Alex. in dict. consilio 76. libro 5. sed verè constat ex duobus aliis responsis ipsius Ruini, eum probasse primam illam sententiam. Quam quidem multis rationibus & argumentis comprobatur Gozad. præcitato in loco. Non est hic locus, vt eam repetam & explicem. Et hæc quidem communis sententia locum habet multò magis, quando ipse conductor promittit seipsum affrancare intra certum tempus. Nam nunc lapsu illo tempore, si non affrancauit, non potest asserere, per continuatam locacionem prorogatum etiam esse tempus affrancandi. Ita Ruin. in d. cons. 114. num. 6. vers. & istud etiam lib. & idem affirmavit Gozadi. in d. leg. 2. numero 165. de pactis inter emp. & vendit. Sed cogitandum est, quia non videtur satis vera hæc traditio, cum Alexander relatus ab eis loquatur in conductore, qui non satisfacit ex parte sua, soluendo scilicet mercedem conductiois. Qui quidem defectus non videtur posse considerari in conductore, qui promittit se affrancare: quia dum locator non requirit conductorem, vt obieruet promissa, non dicitur ipse conductor deficere: cum pactum sit pro sui commodo & utilitate factum. & rursus recepta hæc sententia locum habet multo magis, quando pactum de affrancando non fuit factum causa & contemplatione ipsius locacionis, vt si separatim & distinctè ab ipso contractu locacionis & ita dictum est, Et præfatus locator sponte & vera liberalitate promittit dicto conductori reuende & dicta bona intra quinquennium, &c. Hoc sanè casu facta relocatione non dicitur prorogatum illud tempus reuendendi, atque ita affrancandi: cum pactum non censetur factum causa & contemplatione ipsius locacionis. Ita in specie docuit Gozadinus in dict. leg. 2. numero 171. C. de pact. inter emp. & vend. & ibidem in additionibus. Petrus Moncada comprobavit, Quocirca inferitur, quod si constaret aliquibus verbis, pactum affrancandi fuisse adiectum causa, respectu, seu contemplatione

PRÆSUMPT. LXXXVIII.

Contrahens cum aliquo præsumitur habere cognitam illius conditionem.

SUMMARIÆ.

- 1. Contrahens conditionem eius, cum quo contrahit, scire præsumitur.
- 2. Mutuum tradens filiosam, non repetit, cum conditionem eius sciuisse præsumatur.
- 3. Idem in mutante minori, n. 3.
- 4. Contrahens cum socio mercatoris societate finita, damnum quod sensit sibi imputat.
- 5. Debitorem accipiens, qui soluendo non fit, sibi imputabit.
- 6. Idem est in fideiussore minus illoneo, n. 6.
- 7. Eligens electi conditionem præsumitur scire.
- 8. Beneficium, permittens cum aliquo, sibi adscribit, si quomodo id obtinere, non perquisierit.
- 9. Bannitum offendens cuius bannum inuadit non est, ob ignorantiam non excusatur.
- 10. Contrahens cum aliquo famina, eius conditionem non præsumitur ignorare.
- 11. Nisi tamen mulieris falso sit persuasum, n. 11.
- 12. Forensis contrahens, eius cum quo contrahit præsumitur conditionem cognouisse.
- 13. Mulierem ob ignorantiam statui in domicilio mariti de lucra da dose, se excusare non possit.
- 14. Forensis et cinem prætextu ignorantie à delicto, non autem in contrahendo excusari.
- 15. Ignorantia multum probabilis, de conditione eius, cum quo quis contrahit, excusatur.
- 16. Emens à minore, qui communiter reputatur maior ob ignorantiam excusatur.
- 17. Idem est in contrahente cum filio, qui esset in quasi possessione sui iuris, et pro tali se gereret, n. 17.
- 18. Hæres succedens debitori, excusatur ob ignorantiam conditioni, per se, cum qua contractum sit.

Qui contrahit cum aliquo præsumitur scire et cognoscere eius conditionem, & qualitatem, an scilicet sit eius, vel liber, minor, vel maior, sapiens, vel stultus, & prodigus, si patronus, ubi Bart. ff. de confirmatio. & Linciuile. C. de furtis ubi Bal. & scribunt Dec. in l. qui cum a. i. numero 1. ff. de reg. iur. & ibid. Cagno. numero 5. Est ratio, quia is qui contrahit, diligens, & cautus esse debet in perferenda conditione, & qualitate eius, cum quo vult contrahere. d. l. qui cum a. i. de reg. iur. quod responsum egregie explicat Cotacius in lib. 7. observa. cap. 36. Ea propter suæ negligentie adscribitur, si malè contraxit, ignorans illius conditionem. Hinc dicimus, quod is, qui mutuo dedit pecuniam filiosam, repetere non potest, nisi dicat, se ignorasse illum fuisse sub patris potestate: cum id sciuisse præsumatur. l. pen. ff. ad S. C. Macedo. Idem dicimus de eo, qui minori mutuo mutauit, vt eadem ratione repetere non possit. Ita gl. in l. f. Tyraquel. in tract. consang. ad p. nem. tituli. num. 43. qui alia similia congerit. Idem dicimus de eo, qui contrahit cum socio mercatoris, quorum societas iam erat finita. Nam sibi imputare debet, si non perquisiuit eius conditionem, & qualitatem. Ita Caltren. in l. 1. §. non autem, versic. item al. as. conul. ff. de exercito. actio. Decius in d. l. qui cum a. i. numero 2. & ibidem Cagno. num. 3. Est simile quod subiungit idem Decius in d. l. qui cum a. i. num. 3. & ibidem Cagnol. num. 5. post Aretin. in l. 2. in prin. colum. pen. ff. soluto matrimonio. Alexan. in l. si cum a. i. §. si mulier ff. soluto matrimonio. esse adscribendum negligentie eius, qui acceptauit debitorum, qui soluendo non est. Eius enim inopiam sciuisse præsumitur. Idem de recipiente fideiussorem et minus idoneum facultatibus. Alexan. in consil. 60. lib. 5. & Cagnol. in d. l. qui cum a. i. numero 7. Idem dicimus de eligente, et qui præsumitur scire conditionem electi. Barto. in l. si patronus, ff. de consim. tutio. Decius in d. l. qui cum a. i. numero 3. versic. & quod hic dicitur, sic & permittens beneficium et cum aliquo, sibi imputat, si non perquisiuit, quomodo is illud obtineret: Crauet. in consil. 132. numero 13. Idem est in offendente et bannitum, cuius bannum est inualidum, Nam præsumitur id sciuisse, & propterea non excusatur Decius in d. l. qui cum a. i. num. 4. & ibidem Cagnol. numero 9. late declarat. Et alia his similia adiungit Alcia, in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 29. versic. sed possit debitori. Inferitur debitorem præsumi tanquam idoneum comprobatum à creditore, qui illius fidem secutus est. Alex. in l. si ab arbir. n. 4. ff. qui satisd. cogan. & Mascari. in c. l. 478. qui declarat.

Extenditur primò, vt procedat hæc præsumptio etiam in femina, quæ cum alio contrahens præsumitur æque scire eius conditionem, sicuti vir. Ita tradunt Comens. in consil. 26. col. 1. & in consil. 72. col. 3. Decius in consil. 19. colum. 1. versic. specul. l. i. Purpur. in l. cum sitis populos, n. 149. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Curt. lun. in l. exigere dotem, col. 3. ff. de iudi. & ibidem Cagnol. col. 1. & idem Cagnol. in d. l. qui cum a. i. num. 17. & Roland. à Valle in tract. de iure dote, q. 14. num. 18. Quam extensionem intelligo, nisi mulier scilicet sciat, & perualam, cuius esset conditionis, is cum quo contraheret, Parpur. præcitato in loco.

Extenditur secundo, vt procedat etiam in forensi, et qui præsumitur scire statum, conditionem, & qualitatem eius, cum quo contrahit. Ita sentit Decius in consil. 19. col. 1. versic. nec obstat. cum dixit, mulierem et non posse excusare quod ignorauerit statum de scilicet mariti, de lucra da dose, eo sub prætextu, quod esset forensis, quia etiam ipsa perquirere atque periclitari debuit statum, & conat. o. em. mariti. Et Decium secutus est Roland. in tract. de iure dote, q. 14. num. 16. qui dicunt, forensis et etiam non scilicet, excusari quidem à delicto prætextu ignorantie, non tamen in contrahendo. Cæterum dissentit Alcia, in respons. 106. num. 1. secundum antiquam impressionem Lugdunensium, qui dicit, quod forensis volens acquirere bonam in loco, vbi lex municipalis prohibet, debet se informare, quid lex ipsa disponit: alioquin non excusatur. Retinenda est opinio Decij & Rolandi. Nam Ater. in consil. num. 5. ab Alciato allegatus aliter sentit, quando agitur de pœna curandæ, & Decius & Roland. opinionem probauit etiam Plotus in consil. 79. num. 79.

Declaratur primò, vt locum non habet hæc præsumptio, quando et adest ignorantia multum probabilis & iusta. Nam hæc excusatur, l. si quis patrem ff. ad Macedon. & l. Titius ff. de fideiuss. & scribit Decius in d. l. qui cum a. i. num. 3. versic. & ista regula, ff. de reg. iur. & per consequens hæc præsumitur ignorare conditionem eius, cum quo contrahit. Huius probabilis ignorantie exemplum est in potest, quando is cum quo contrahitur communiter potest habebatur. Ita Guido Pappe in quest. 163. col. 1. & in q. 301. Alexan. in consil. 60. lib. 5. & tradit Arius Pincl. in l. 2. in 2. parte. num. 38. C. de re iud. vend. quod emens à minore, et qui maior commo uter exitum abatu, & x-16 cauetur. Est etiam exemplum in eo qui contrahit cum filio familiaris, qui erat in quasi possessione iuratis, & pro tali se gerebat. Hoc sane casu excusatur hic contrahens, si non est perferutus illius statum, & conditionem. Ita declarando d. l. qui cum a. i. tradit Alcia, in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 2. num. 5. versic. nec obstat. quod & hæc ignorantia potest etiam probari iuramento, vt tradit Mascari. in d. l. c. conclus. 478. num. 3.

Declaratur secundo, vt non procedat quoad heredem, et qui successit debitori, qui iam contraxit. Ita Decius in d. l. qui cum a. i. num. 7. Cagno. num. 17. qui copiose declarat.

PRÆSUMPT. LXXXIX.

Seruitutem non præsumi, sed libertatem.

SUMMARIÆ.

- 1. Res quælibet libera, non seruituti obnoxia præsumitur.
- 2. Seruitus causam naturalem regulariter non habet, sed aut imperceptam aut prescriptam.
- 3. Aedes ius ad caelum usque tollere iubet liberum esse.
- 4. Fundatis res ipsæ non sunt inuicem.
- 5. Civitas una alteri non præsumitur subdita.
- 6. Rem liberam præsumi, etiam extante quasi possessione seruitutis.
- 7. Quasi possessio repugnans statui primæ, atque rei originis, non transfert onus probandi in aduersarium.
- 8. Distinguit tamen Alcia, num. 8.
- 9. Idque si cum quasi possessio concurrat contumacia rem liberam esse asseruit, num. 9.
- 10. Liberam non præsumi, si communis sit vox & fama, eam seruituti obnoxiam.
- 11. Idem si maior illius rei pars seruituti subiaceat, seruire præsumitur & reliquum, num. 11.

Cum de præsumptionibus, & coniecturis, quæ circa feuda & emphyteutes versantur, multa dicturi sumus, visum est prius, præfationis cuiusdam loco disserere: Quod quælibet res libera, non autem seruituti obnoxia præsumitur. d. l. ius. & l. si in edibus. C. de seruit. & aqua. & illis in locis annotatur gloss. Bald. & reliqui, sic etiam scribit Barto. in l. si prius, num. 14. ff. de operis novi nuntiationi. & in l. 1. §. hoc in iuramento. numero 12. ff. de iure actio. que prima. Fioria.

PRÆSUMPT. XC.

Ius patronatus in Ecclesia acquisitum, quando, & quibus præsumatur.

SUMMARIÆ.

- 1. Ius patronatus in Ecclesia non præsumitur.
- 2. Præsumitur si vniuersitas illud, aut potens aliquis prætendat, n. 2.
- 3. Id enim usurpatum potius, quam rectè questum præsumitur, num. 3.
- 4. Ius patronatus quomodo probari velit Concilium Tridentinum.
- 5. Alternatiua dictio, vel, inter diuersa ponitur, & alteram partem veram esse sufficit.
- 6. Ius patronatus, constructione, reedificatione, & dotatione Ecclesie quoque acquiritur.
- 7. Inclusio vnius non est exclusio alterius, vbi eadem vtriusque ratio.
- 8. Item eius, quod alio iure inclusum legitur, n. 8.
- 9. Dictionem, & interdum alternatiue loco capi.
- 10. Ius patronatus antiquissimum, probatur etiam lapidibus in foribus, & ianuis Ecclesiarum repositis.
- 11. Item & fama sufficit, num. 11.
- 12. Fama in antiquissimis, in quibus difficilis est probatio, obtinet locum authenticorum documentorum.
- 13. Ius patronatus antiquum per testes de fama antiqua non probari, si pro sua ipsi communitate deponant.
- 14. Tres aut duo multi dicuntur.
- 15. Præsentationes factas à patronis in Ecclesia probari debere certis probationibus & non coniecturalibus.
- 16. Concilium Tridentinum de iure patronatus declarat.
- 17. Ius patronatus vt acquiratur, consensum ordinarij, ratiuum etiam sufficere seu præsumptum.
- 18. Isque ex cursu antiqui temporis censetur adhibitus, num. 18.
- 19. Patronatum præsumi Ecclesiam illius loci, vbi edificata est, Ecclesia collegiata quæ dicatur, & quæ non collegiata, numeri 20. 21. & 22.
- 23. Ecclesia cathedralis vel conuenientialis, ipso iure collegiata censetur.
- 24. Ecclesia si qualis sit non constat, attenditur eius quasi possessio.
- 25. Ius patronatus multis casibus alienari posse.

Ex supra commemorata præsumptione, qua diximus, seruitutem non præsumi, hinc & hæc ipsa præsumptio, ius patronatus in Ecclesia non præsumi: cum sit ius, patronatus seruitus quædam. Ita manifestè scripserunt Archidiaconi. in c. nullus. 16. q. 2. §. 6. Innocen. in c. cum venerabilis, de exceptio. Abbas in consil. 54. colum. 2. libro 1. & in consil. 106. libro 2. Paulus Cirtadin. in tract. de iure patronatus, in tertia parte, in secunda causa, n. 7. Decius in consil. 117. col. 1. & ult. & Lambertin. de iure patrona. parte 2. in 7. art. 11. q. prin.

Et præsertim hoc locum habet in iure patronatus, quod vniuersitas, vel potens aliquis prætendit. Nam illud magis præsumitur usurpatum, quam rectè questum, vt tradunt Barto. in c. cum dilectus, de officio ordin. Rochus Curt. in tract. de iure patronatus, in verbo, contraxit, quest. 29. & alios refert Pureus in decis. 57. 59. & 209. lib. 1. & idem credo scripsisse Verallum in decis. 128. parte secunda. quæ mihi videtur corruptè scripta. Cum legendum fortè sit, ius patronatus in magnis dominijs, præsumitur magis ex usurpatione, quam ex dotatione, & fundatione acquisitum. Idem respondit Hiero. Gabriel in consil. 192. num. 1. lib. 2. Quam sententiam comprobauit sacrum Concilium Tridentinum, in sessione 25. De reformatione, cap. 9. cuius sanè verba hæc sunt. Decernit sancta Synodus, vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis iure requisitis ostendatur: siue etiam ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimū temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliisque secundum iuris dispositionem: In iis verbis personis, seu communitatibus, vel vniuersitatibus, in quibus id ius plerumque ex usurpatione potius questum præsumi solet, plenior & exactior probatio, ad docendum verū titulum requiratur. Nec immemoralis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter reliqua ad eam rem necessaria, præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum forent, sint, authenticis scriptis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis tam secularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque aliis beneficiis in cathedrali, vel collegiata Ecclesia, seu facultates, & privilegia concessa, tam in vim patronatus quam alio quocumque iure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesijs cõpetentibus.

Floria. in l. scilicet, §. sed est queratur, ff. si seruitus, ven. l. as. in d. l. si prius, num. 38. Decius in consil. 360. numero 4. Alcia, in tract. de præsumptio, regul. 2. præsumpt. 1. num. 2. & præsumpt. 3. numero 1. Didac. lib. 1. variarium resolut. cap. 17. num. 7. versic. sed & fortior. Crauet. in consil. 111. num. 9. qui alios commemorat, sic & Andreas Gail. lib. 2. præf. obseruat. ca. 69. numero 2. & alios referunt Mascari. in conclus. 79. numero 6. & in conclus. 209. numero 2. & Aluarus in tracta. de iure emphyteutico, q. 2. num. 1.

Et huius præsumptionis ratio est, quia seruitus et regulariter non habet causam naturalem, sed aut impostam aut prescriptam. §. ultim. in Inst. de seruit. & scribunt Bald. in c. cum omnes, de constit. l. as. in d. l. si prius, numero 40. Hæc ex præsumptione sumptum est illud, quod diffinit Iuriconsult. in d. l. alius, liberum esse et vnicuique aedes suas ad caelum usque tollere, qua de plura scribunt l. as. in consil. 98. lib. 1. Marf. sing. 154. Paris. in consil. 16. numero 14. libro 4. Coral. libro 3. Miscella, cap. 42. Veggius in consil. 53. & Andr. Gail. d. libro 2. præf. obser. cap. 69. Est etiam sumpta illa recepta omnium traditio, rem non præsumi et feudalem: cum feudum sit seruitus, vt differemus infra suo loco. Hinc etiam respondit Decius in consil. 360. numero 4. quod vna et ciuitas non præsumitur alteri subdita ex quo libera præsumitur, & eo in loco respondit pro ciuitate Saoune, quod non præsumebatur subdita ciuitati Genæ, & de ea facti specie idem respondit Curt. Junior in consil. 124. Ita etiam dicimus, homines præsumi liberos. Bero. in consil. 15. num. 30. & in consil. 150. n. 3. li. 1. & Gram. voto 12. num. 16.

Extenditur hæc præsumptio, vt locum etiam habeat, quando extat quasi possessio et seruitutis. Ita Barto. in d. l. prius, numero 17. versic. 3. contra. & ibidem l. as. numero 38. quos secutus sum in consil. 75. numero 4. Affertur solet ratio, quia quando quasi et possessio repugnat statui primæ, atque ita originis rei, nil illa operatur, sicque non transfert onus probandi in aduersarium.

Cæterum à prædicta opinione dissentit Alcia, in d. præf. 1. numero 3. ver. quærum autem, distinguit, et aut loquitur (inquit Alcia.) de quasi possessione seruitutis, quæ acquiritur ex interpellatione, puta, interpellato aliquem, ne alius tollat edes suas: Cum aedes illæ mihi debeant seruitutem altius non tollendi, hæc interpellatio, nisi is contradicat, constituit me, in quasi possessione illius seruitutis. Cum incipiam præscribere vt docuit Barto. in d. l. si prius, numero 9. Non tamen hæc quasi possessio aliquod operatur, atque ita non transfert onus probandi in aduersarium. Quandoquidem probare debeo causam meæ interpellationis, nempe seruitutem, quæ est meæ intentionis fundamentum. Aut (inquit Alcia.) loquimur de quasi possessione ipsius rei, et seruitutis, puta, si in muro mihi contiguo habeo fenestram, seruitutem luminis mihi præstantem. Hæc quasi possessio releuat me ab onere probandi, illudque transfert in aduersarium, sicuti operatur aliæ quasi possessiones. l. vti frui, versic. quod si forte, ff. si usus fructus petat. l. si cui, §. si queratur, ff. si seruitus, vend. & confert l. prima, in princip. ff. de iure actio. que prima.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio, quando et cum quasi possessione seruitutis concurrat etiam contumacia eius, qui rem liberam esse assererat. Ita declarat l. as. in d. l. si prius, numero 38. ff. de oper. nou. nuntia. qui rationem affert.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando et communis vox, & fama extat quod res sit seruituti supposita. Ita declarat Gozad. in consil. 50. num. 24. qui ob id ait, rem præsumi feudalem, quando ita se habet communis fama, quæ de re suo loco differemus.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando maior et pars illius rei esset seruituti obnoxia.

Nam tunc residuum præsumitur seruire. Ita dicimus rem præsumi feudalem, quando maior illius rei pars est feudalis, vt dicemus infra in præsumpt. 91. dum explicabimus, quando res præsumatur feudalis, in 3. coniectura, & ea in præsumptione plura asseremus, quæ huc pertinent.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando factum aliquid est, quod seruitutem à communiter contingentibus arguit, sicuti quando quis vltus est itinere aliquo per fundum alterius. Nam in dubio præsumitur vsus iure seruitutis. Ita sentit Barto. in l. 1. §. 2. ff. de itinere actio. que priu. & manifestus Io. Fabr. in §. æque, Inst. de actio. Alexan. in consil. 69. num. 6. libro 5. Freder. Scotus in consil. 12. lib. 6. tomo 2. idem e-go ipse scripsi in commentariis de retinenda possessione, remedio §. nu. 19.

179. In causa quam magnificus. num. 3. libro 1. Præpos. in pro-
 mio feudorum, vers. 15. Abb. in c. significavit. colum. 3. de rescript.
 Alexand. in conf. 129. num. 1. libro 1. in conf. 55. num. 4. libro 4. & in
 conf. 15. num. 7. lib. 5. Curt. Sen. in conf. 76. Dominus Ludovicus.
 col. 2. vers. s. amon hoc non obstante. Ruin. in conf. 155. numer. 1. &
 in conf. 156. num. 1. libro 1. Dec. in conf. 269. nu. 1. & in conf. 468.
 num. 6. & in conf. 488. num. 8. Curt. Lun. in conf. 41. nu. 7. Gozad.
 in conf. 47. num. 14. Paris. in conf. 16. num. 14. lib. 4. Brun. in conf.
 127. colum. 2. vers. se assumamus. Andre. Gall. lib. 2. præf. Obler.
 cap. 69. num. 4. Aluar. in tract. de iure emphy. quest. vlti. & alios
 congesi in conf. 1. numer. 10. lib. 1. & in conf. 191. nu. 21. lib. 2. & in
 conf. 395. num. 2. li. 4. & de eadem facti specte idem mecum re-
 spondit Surdus in conf. 151. nu. 23. lib. 2. sic & Aluarus in tract.
 de iure emphy. qu. vltim. nume. 2. quia feudum ¶ dicitur serui-
 tus quedam, vt inquit glo. in l. se cuius. s. si usufructus, in verb.
 oportet. ff. de usufructu. At omnis res præsumitur libera ob ¶
 suam primæuum statum. l. altius. C. de seruis. & aqua. Accedit
 & ratio, quam in d. conf. 19. num. 22. recen sui ex Roland. in conf.
 46. num. 44. lib. 3. quod vniuersique magis præsumitur possi-
 dere ¶ iure proprio, quam alieno. l. filiusfamil. s. Dni, vers.
 ijdem Principes, de legat. 1. & ibi Angel. Non ergo quis possi-
 dere vt vasallus, atque ita iure directi domini, sed nomine
 proprio præsumitur. Quæ tamen ratio solum concludit, quã-
 do is, qui asserit rem esse liberam, eam possidet. Et præsum-
 ptio hæc maxime procedit in concessione facta ¶ a Principe,
 qui in dubio liberè donare, non autem infundare præsumi-
 tur. sicuti respondi in conf. 191. numer. 24. lib. 1. post Oldrad. in
 conf. 159. numer. 5. & alios plures, quibus addo Roland. in conf.
 85. num. 18. libro 4. Hæc præsumptio multo magis procedit
 ¶ in ¶ prædiis rusticis, quæ sui natura & à communiter contin-
 gentibus sunt libera, vt in specie respondit Crauet. in conf. 662.
 num. 14. quem secutus sum in d. conf. 395. num. 5.
 Extenditur primò hæc præsumptio vt locum habeat
 etiam si de Castro aliquot sit disputatio: etsi enim Castrum
 dicatur continere etiam iurisdictionem, at tamen in dubio
 7 præsumitur ¶ liberum & allodialia. Ita Curt. Sen. in d. conf.
 76. D. Ludovic. colum. 2. vers. tamen hoc non obstante. Iacobin. in
 inuestitura feudali, in verb. de Castro, num. 16. & Paris. in conf. 16.
 num. 18. libro 4. qui dixit, idem esse, quando Castrum est in-
 tra Regnum, vel Provinciam. Idem de Castro responderunt
 Bellon. in conf. 10. num. 9. & Alba in conf. 16. num. 1. & idem scrip-
 sit Mascard. in conclus. 79. num. 9. & secutus sum in d. conf. 395.
 num. 4. Bossius tit. de Principibus, num. 238.
 8 Extenditur secundò, vt procedat etiam in Comitatu, ¶
 qui præsumitur liber & allodialis, non autem feudalis. Ita
 Iacobinus in d. verb. de Castro, numero 16. post Baldum, quem
 refert. Idem respondit Bellonus in conf. 10. numero 9. quos
 secutus sum in d. conf. 191. numero 21. Idem scripsit Alciat. in
 tractatu de præsumptionibus, regul. 2. præsumptio 3. num. 2. qui a-
 lios commemorat. idem tradit Mascard. in dicta conclus. 79.
 numero 10. & latius in conclus. 323. numero 1. vbi declarat. Idem
 9 de Marchionatu ¶ respondi in conf. 1. numer. 25. Et intelligit
 Alciat. præcitato in loco, etiam si hic, qui Comitatum, vel
 Marchionatum obtinuit, aliqua seruitia domino præstitit-
 set, quia ea tanquam feudataria præstitisse non præsumitur,
 sed vt domino & superiori suo.
 Extenditur tertio, vt procedat etiam in rem empta conti-
 10 gua ¶ & confini feudali. Nam adhuc libera & allodialis
 præsumitur. Bald. in c. 1. s. e contrario, numero 2. de inuestit. de
 re aliena facta. quem secutus est Hieron. Montanus in tracta.
 de finibus regum, cap. 98. ad fin. Et hæc quidem extensio tanto
 magis procedit, quando prædicia alia vicina seu confinia sunt
 libera & allodialia. Nam tunc & hæc, de quibus est dispu-
 tatio, allodialia præsumuntur. Ita Ilern. in c. 1. numer. 3. de
 controvers. inter mascul. & feminam. & ibidem Afflic. numer.
 10. vers. secunda nisi. Brun. in conf. 127. colum. 7. vers. quod si a-
 liam. & Nat. in conf. 544. nume 34. quos secutus sum in d. conf.
 395. nu. 9. libro 4. & ibidem nume. 10. subiunxi post prædictos,
 multò magis procedere, quando in illis finibus maior pars
 prædiorum est libera & allodialis.
 Extenditur quarto, vt locum habeat hæc præsumptio etiam
 si in concessione rei feudalis, dixit dominus & Princeps
 11 concedens, quod donabat ¶ & concedebat feudum. Etsi enim
 dixit, se concedere feudum, nõ tamen dixit, iure feudi, & idè
 præsumitur feudum, liberè, & vt quid allodialia concessum, cum
 12 ¶ feuda & iurisdictiones liberè donari possint. Ita responde-
 runt Paris. in conf. 23. numero 15. libro 1. & in conf. 16. numero 14.
 libro 4. & Alba in conf. 16. numero 2. Idem scripsit Marin. Freccia
 in tracta. de subfeud. libro 2. titu. quis dicatur subfeudatarius,
 num. 4. quos secutus sum in conf. 191. num. 29.
 Extenditur quinto, vt procedat etiam, quando in ea
 concessione rei adiecta fuissent hæc verba: ¶ Nostri prin-
 13 cipatus & domini, & aliorum quorumlibet iuribus semper
 saluis. Hoc etiam casu non præsumitur concessio feudalis,
 sed libera, vt respondi in d. conf. 191. num. 41. libro 1. ex senten-

tia Ruini & Iacobini, reiecta opinione Decij & Alciati.
 Extenditur sexto, vt locum habeat etiam si pro re ipsa ha-
 bita à domino & Principe, aliquid ¶ annuum Principi præ-
 14 staretur. Nam adhuc præsumeretur libera, & non feudalis. Ita
 Bald. in l. 1. q. 31. ff. de rerum diui. & in l. liberti liberteque, colum.
 vlt. C. de bonis liber. Alexand. in conf. 136. colum. 4. libro 1. quem
 secutus est Afflic. in decis. 129. nu. 3. in si. qui testatur sic fuisse
 decilum. & Gramma. in decis. 77. n. 8.
 Extenditur septimo, vt locum habeat hæc præsumptio etiam
 quando ¶ aliqua extant verba significatiua feudi, & ali-
 qua significatiua allodii. Nam adhuc allodium præsumitur. Ita
 latè respondi in d. conf. 191. n. 27.
 Extenditur octauo, vt procedat etiam si in concessione a-
 liqua bona exprimuntur, vt feudalia. Nam alia ¶ non expres-
 16 sa, feudalia non præsumuntur, sed allodialia. Ita Alexan. in
 conf. 29. colum. vlt. vers. dum autem, lib. 5. & Brun. in conf. 126.
 col. 4. vers. & merid.
 Extenditur nonò, vt locum habeat etiam quando res ipsa
 recognoscitur ¶ a Principe. Nam adhuc non præsumere-
 17 tur feudalis. Ita Alciat. in resp. ns. 120. numer. 4. & in resp. 178.
 numero 2. vers. et solent moties. Ea est ratio ratione,
 quod sic recognoscetes, id ad abundantiores cautelam
 faciunt, vt vultore titulo cum opus erit, se tacti possint.
 Quod probatur eundem Alciat. in c. post. eadem, de
 concess. præben. & ibi Abb. in c. 4. cum dixit, aliquem posse
 obuncere rem vniu. titulis, & eis se tueri. Ceterum dubia
 apud me est Alciati traditio. Nam aut recognoscetes simpli-
 18 citer, ¶ recognoscit se rem illam habuisse ab ipso Principe, &
 tunc est certum, rem non ¶ præsumi feudalem, cum perinde
 est, ac si dixisset, libi à Principe donata, vt dixi supra: aut dixit
 se recognoscere in feudo, & tunc feudalis præsumitur,
 vt dixi in conf. 190. Quo tamen ad tertium, certum est, hanc
 recognitionem non efficiet rem esse feudalem: vt respondi
 post alios Alciat. in d. resp. 178. num. 2. & secutus est Mascard.
 in conclus. 79. num. 12.
 Extenditur decimò, vt locum habeat, etiam si possessor præ-
 stitit, & præstare debet, ac solet ¶ iuramentum fidelitatis. 19
 Nam adhuc res præsumitur libera, non autem feudalis: cum
 fidelitatis iuramentum non arguat rem feudalem esse: sicuti
 tradunt Castrum & alij quos congesi in conf. 191. numer. 31. lib.
 2. reiecta contraria opinione Abba. Aretin. & aliorum, quos
 retuli in d. conf. 91. num. 30.
 Extenditur undecimo, vt procedat etiam quando quis
 cum ipso fidelitatis iuramento promittit homagium. ¶ Nam
 20 adhuc bona ab hoc possessa non præsumuntur feudalia, sed
 libera. Cum & homagium præstari solet à subditis, qui ni-
 hil habent à domino, cuius iurisdictioni substant: vt tradit
 Iacob. à S. Georg. in tract. de homag. numero 22. qui post Bald.
 dixit, homagium esse speciem quandam seruitutis. & ¶ ac-
 21 cedit Specula. in tit. de feud. s. quoniam, numero 12. dum scripsit
 homagium præstari vel ratione habitationis, vel in recom-
 pensationem illarum iniuriarum. atque ita homagium ¶ non ar-
 22 guit concludere feudum. Nec aliter sentit Aluarus. in proem.
 feud. qu. 7. vers. insuper feudum, etsi Dec. in conf. 413. numer. 3. &
 Bero. in conf. 66. colum. 2. libro 1. opinati sunt, A. uocatum alit-
 masse homagium a guerra rem esse feudalem.
 Extenditur duodecimo, vt locum habeat etiam si quis
 confessus est, se esse vasallum, & tanquam vasallus ¶ iuravit
 23 fidelitatem domino. Nam adhuc bona ab eo possessa non
 præsumuntur feudalia. Cum vobis vasalli sic æquiuocum,
 ¶ ex quo conuenit & inuicem, qui etsi nihil à domino, cui
 subunt, consecuti sunt, appellantur tamen vasalli. Ita sentit
 Aluarus. in d. proem. feudorum, quest. 7. & apertius Iul. Clar.
 in s. feudum, qu. 19. post Francisc. Balb. quem recenset. & licet
 Specul. in tit. de feudis. s. quoniam, numero 5. dixit, vasalli no-
 men idem significare quod non en feudatarij. Non tamen
 hinc fit, vt arguatur bona esse feudalia: Cum ¶ feudatarius
 24 dicatur & ille, qui fidelitatis iuramentum præstat, etsi fe-
 dum non obtinet, vt sentit Aluarus. in d. quest. 7. & quod con-
 fessus ¶ rem esse feudalem, non efficiat eam esse feudalem, 26
 latè respondi in conf. 191. num. 52. lib. 2.
 Extenditur decimotertio, vt locum habeat etiam, quando
 quis per triginta annos ¶ seruitium aliquod personale præ-
 27 stitit Principi & domino, à quo tamen rem aliquã consecutus
 fuisse non constat. Hoc etiam casu bona ab hoc possessa non
 præsumuntur feudalia, sed præsumuntur præstitum homagium:
 atque ita hunc effectum esse vasallum, seu hominem obliga-
 tum ipsi Principi & domino. Ita Bart. in l. soler. s. vlt. n. 9. ff. de
 offic. Proconsul. & leg. Balb. in tracta. de præsumpt. in 3. part. prin-
 cipal. quest. 10. prima part. numero 34. & in 2. part. quartæ
 part. principal. qu. 6. numer. 1. in fine. & Iul. Clar. in s. feudum, qu.
 19. in princ. Et idem est, quando re ipsa constat, ¶ subditum
 28 nil à principe domini que suo habuisse: sed ei se sua sponte
 adstrinxit præstare seruitium aliquod personale. Nam adhuc
 bona ab hoc subdito possessa non præsumuntur feudalia:
 sed li-

sed libera, & allodialia. Cum ea à Principe domino non
 accepit, sed solum præsumitur, quod seipsum obligauerit
 tanquam homo subditus, vt tradit Iacobin. in tract. de homag.
 num. 30. dum scripsit, subditos teneri iuare dominum contra
 eius inimicos.
 Secunda præsumptio & coniectura, quod res concessa sit
 29 libera, & allodialis, est illa, quæ ¶ sumitur ex verbis concessio-
 nis.
 Exemplum primum affertur, quando Princeps dixisset,
 30 donamus ¶ & largimur. Hæc sanè verba significant concessio-
 nem, fuisse liberam donationem, non autem feudalem.
 Ita in specie respondit Oldrad. in conf. 159. quem secutus
 sum in conf. 1. num. 1. & in conf. 2. num. 253. lib. 1. & in conf. 191.
 num. 9. libro 2. quibus in locis quamplurimè eiusdem sententiæ
 commemorauit.
 Est & secundum exemplum, quando Princeps dixisset,
 31 ¶ conferimus. Sicuti respondi in d. conf. 191. num. 6. & 7. vbi
 multis comprobauit.
 Potest etiam afferri tertium exemplum, quando Prin-
 32 cept vsus esset his verbis. Committimus tibi totaliter vices
 nostras. Nam & tunc res non dicitur concessa in feudum,
 sed vt libera & allodialis. Ita respondi in d. conf. 191. numero
 12. post Iacobin. & Alciat. quos ibi commemorauit. Idem
 responderunt Ruin. in conf. 18. num. 6. lib. 1. & Roland. in conf.
 85. num. 30. lib. 4.
 33 Quartum est exemplum, quando ¶ limitatè concessum
 fuit prædium in feudum vsque ad talem locum. Nam tunc
 residuum allodialia & liberum præsumitur. Ita Brun. in conf.
 127. colum. 9. vers. quod se septimum. & accedit Crauet. in conf.
 293. num. 5.
 34 Quintum exemplum est quando concessio facta fuit ¶
 liberè, vel de omni eo quod habet, vel aliis similibus verbis
 significantibus translationem cuiuscunque iuris. Ita post
 multos respondit Roland. in d. conf. 85. numero 30. lib. 4. cum
 multis sequentibus.
 Tertia præsumptio & coniectura, quod res concessa sit li-
 35 bera & allodialis ¶ est quæ colligitur ex signis.
 Quorum primum est, quando in tota illa scriptura con-
 cessionis, nullum adest verbum, quod res illa sit feudalis, seu
 in feudum concessa. Ita respondit auctoritate multorum in d.
 conf. 191. nu. 17. & accedit Roland. in conf. 85. num. 19. lib. 4.
 Secundum est signum, quando in ipsa concessione nulla
 36 facta est reseruatio seruitij, vel ¶ homagij, vel fidelitatis: si-
 cui respondi in conf. 1. num. 30. lib. 1. & in conf. 191. nu. 18. lib. 2.
 vbi eiusdem sententiæ recenit Calderi. Alexan. & Decium.
 & idem respondit Roland. in d. conf. 85. num. 23.
 37 Tertium est signum, quando nulla solemnitas ¶ inuestitura
 fuit concessa. Nam & tunc res præsumitur libera, non autem
 feudalis. Ita consului in d. conf. 191. num. 17. vbi retuli alios, qui
 idem affirmarunt.
 38 Quartum est signum, quando ¶ concessio ipsa fuit obserua-
 ta pro libera & allodiali. Hæc enim obseruantia significat
 rem esse liberam, non autem feudalem, quemadmodum re-
 spondi in conf. 2. num. 264. & in conf. 32. num. 45. & num. 64.
 lib. 1. & in d. conf. 191. num. 19. lib. 2. vbi eiusdem opinionis fuisse
 Alciatum scripsi.
 Nunc differamus de præsumptionibus & coniecturis,
 39 quæ significant rem esse feudalem. Præsumptiones ¶ enim
 & coniecturas ad demonstrandum rem esse feudalem suffi-
 cere scripserunt Alexand. in conf. 129. in princ. libro 1. Afflic.
 in c. 1. numer. 68. ex quibus caus. feud. amit. Nat. in conf. 460. num.
 4. lib. 2. & Roland. in conf. 32. num. 37. & num. 58. libro 2. & scripsi
 in conf. 195. nu. 2. lib. 4.
 40 Prima est præsumptio & coniectura, quæ sumitur ¶ a ver-
 bis, vt si Princeps dixit, quod concedebat rem illam in feudum.
 Ita Oldrad. in conf. 159. num. 5. & Afflic. in c. 1. num. 71. ex quibus
 caus. feud. amit. qui idem esse scripsit, quando est dictum: Do
 tibi pro te, & liberis tuis, ex tuo corpore descendentes. Idem
 quando dixit: Inuestio te. Hoc enim verbum significat
 concessionem in feudum. Ita Afflic. in d. c. 1. num. 71.
 Verum hæc de re dubitauit in conf. 191. num. 2. lib. 2. Idem
 quando dixit: Teneas à nostra curia immediate. Afflic. vbi su-
 præ, similia verba refert.
 Secunda est præsumptio & coniectura, quæ sumitur ab
 41 eo ¶ signo, quando facti sunt plures actus naturæ feudi con-
 uenientes, sicuti petitio inuestiture. Nam tunc præsumitur
 feudum. Ita Præpos. in prælud. feud. vers. 15. & Alciat. in
 tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. numero 3. Quam sanè con-
 42 iecturam intelligo, quando actus isti ¶ consecuti fuerunt ex
 certa sententia, non autem probabili errore. Sicuti scripserunt
 à me congesi. in d. conf. 191. numer. 72. & conferunt quæ mox
 subiiciam.
 Tertia præsumptio & coniectura, quod res sit feudalis,
 43 est, quæ sumitur a confessione extrajudiciali ipsius possiden-
 tis, qui confessus est, eam esse feudalem. Ita respondi in

d. conf. 191. num. 57. post Gozadi. Soc. Jun. & Roland. Et illo in
 loco dixi, hoc multò magis procedere, quando confessio fuit
 geminata. Et huc facit, quod latè scripsi in eodem conf. 191. nu.
 50. 52. num. 72. quod recognoscens ¶ rem propriam in feu-
 44 dum, facit illam esse feudalem modo recognitio sit ex certa
 scientia. Surdus in conf. 151. num. 14. & num. 38. lib. 2.
 Quarta præsumptio & coniectura est, quæ sumitur ab
 asseruone ¶ antiqua Principis, qui asseruit, rem illam esse
 feudalem. Ita Alexand. in conf. 15. nu. 9. libro 5. Iason. in l. si
 prius. numero 42. vers. secundo limita. ff. de oper. noni. nuntia. & in
 conf. 235. colum. 2. libro 2. Goz. d. in conf. 50. colum. vltim. Afflic.
 in c. 1. num. 75. ex quibus caus. feud. amit. Alciat. in d. præsumpt. 3.
 num. 3. Nat. in conf. 460. numer. 7. & Anton. Gabr. in libro 3. con-
 clus. in titu. de feud. conclus. 3. numero 3. Crauet. in conf. 276. col.
 1. vers. secundo probari. & Mascard. in d. conclus. 209. num. 9. qui
 declarat procedere, quando Princeps in verbis illis narraui-
 tus fundat intentionem suam.
 Quinta coniectura & præsumptio est, quæ sumitur à
 præstatione iuramenti fidelitatis à possessore illius rei. Ita
 Nam iuramentum ¶ fidelitatis arguit rem esse feudalem. Ita
 45 responderunt Abb. in conf. 82. col. 3. vers. insuper, libro 2. Aret.
 in conf. 14. col. 2. Ruin. in conf. 34. num. 7. & in conf. 42. in princ.
 lib. 1. Gozad. in conf. 9. in princ. & in conf. 65. n. 10. Paris. in conf.
 21. num. 22. & in conf. 23. num. 34. lib. 1. Beros in conf. 115. num. 8.
 lib. 1. & idem scripserunt Iaf. in prælud. feudor. nu. 28. Curt. Lun.
 in tracta. feud. part. 1. quest. 6. principali.
 Ceterum à prædicta opinione dissentient Oldrad. in
 conf. 159. numero 5. Castren. in conf. 164. in præsent. causa, quæ
 vocatur, colum. vltim. vers. nec obstat, quod appellat. libro 2. Soci.
 Sen. in conf. 257. num. 2. vers. præterea aduersandum. Ruinus in
 conf. 36. num. 8. & in conf. 42. num. 7. vers. nec obstat præstatio, lib.
 1. Curt. Iunior in tracta. feud. in 1. part. quest. 7. num. 1. Socin. in
 conf. 76. num. 47. libro 1. Alciat. in respon. 199. num. 35. Ber. in conf.
 65. nu. 81. libro 1. & in conf. 152. num. 13. lib. 2. Crauet. in conf. 293.
 colum. 7. vers. 5. considero. & Roland. in conf. 2. num. 6. lib. 1. Et ho-
 rum opinionem sum & ego secutus in c. 1. num. 34. in conf. 2.
 num. 125. lib. 1. & in conf. 191. num. 31. lib. 2.
 Conciliari fortè sic possunt hæc ¶ opiniones, vt illa pri-
 47 ma procedat, quando nulla extat coniectura & præsumptio
 contraria. Nam tunc reseruatio fidelitatis ¶ & homagij ar-
 48 guit esse feudum. Illa vero secunda opinio locum habet,
 quando alia extat præsumptio & coniectura in contrarium.
 Ita respondit & declarauit Decius in conf. 413. numer. 7. vers.
 non obstant allegata. quem secutus est Roland. in conf. 85. num. 55.
 & num. 59. lib. 4.
 Sexta præsumptio & coniectura, quod res feudalis præ-
 sumatur, ex eo sumitur, quando ¶ ipsius rei possessor, præsti-
 49 tit aliquod seruitium in signum subiectionis & feudi. Ita tra-
 dunt Ilernia in Commentariis ad Constitutiones Regni Neapolita.
 sub Rub. de offi. Iustitiarj, & ibid. Afflic. quos secutus est An-
 tonius Gabriel. lib. 3. conclus. in tit. de feudis, conclus. 3. in
 si. vbi idem esse ait, quando fuit præstitum seruitium persona-
 le, ex sententia Grammat. in decis. 68. numero 1. rectius allegas-
 set in decis. 77. nu. 1. quo loci dixit, prædium feudum, si posses-
 sor teneat deferre domino quocunq; accipites, vel quid
 simile. Ita & Natta in conf. 460. n. 5. & Mascard. in conclus. 79. n.
 28. & in conclus. 209. n. 16. & 17.
 His accedit Afflic. in c. 1. numero 79. ex quibus caus. feud. a-
 mit. qui affirmat, se ita obrinisse. & idem in decisione 129.
 num. 3.
 Ceterum Iul. Clar. in ¶ s. feudum, quæ 19. testatur commu-
 50 nem esse opinionem, quod requiratur cursus & præstatio tri-
 ginta annorum.
 Septima præsumptio & coniectura est, quando res il-
 la non reperitur registrata in catastro ¶ Ciuitatis, in quo a-
 51 lia bona libera & allodialia descripta reperuntur. Nam
 tunc bona quæ non apparent registrata, non præsumuntur
 libera. Ita Roland. in conf. 82. numer. 40. libro 2. Natta in conf.
 460. libro 2. quos secutus sum in conf. 191. numero 82. libro 2. Ita
 contra allodialia præsumuntur, quando reperuntur regi-
 strata tanquam allodialia: sicuti respondi in conf. 395. num.
 13. libro 4. & ibid. numero 33. declarauit. Et de eadem facti spe-
 cie interrogatus vnà mecum respondit Surd. in conf. 151. num.
 10. & nu. 35. lib. 2.
 Octaua præsumptio est, quando res ista reperitur ¶ regi-
 52 strata in catastro, & registro aliorum bonorum feudali-
 um. Nam & hæc feudalis præsumitur, ita in specie responderunt
 Barba. in conf. 18. numero 38. vers. modo in proposito, libro 2. &
 Brun. in conf. 127. colum. 24. vers. quod si vnde dicam. idem do-
 cuit Afflic. in c. 1. num. 77. ex quibus caus. feud. amit. Et hos qui-
 dem secutus sum in d. conf. 390. colum. 3. vers. 4. conf. idem re-
 spondit Crauet. in d. conf. 126. in princ. & Surd. vbi supr. & Alua-
 rus de iure emphyteutico, questio. vltim. in fin.
 Nona præsumptio & coniectura est, quando diu ¶ res
 53 ipsa possessa est vt feudalis. Nam & nunc feudalis præsti-

sum. Et hoc casu (qui nostro conuenit) ex quo constat de ipsa substantia, nempe feudum esse : facile præsumitur qualitas hæc, quod sit antiquum, tanquam qualitas benignior, vt supra diximus.

Tertio fuit opinio eorum, qui dixerunt, quod afferenti feudum esse vel antiquum, vel nouum, incumbit onus probandi, atque ita in dubio non præsumi, nec nouum, nec antiquum. Ita Alciat. in d. præsumpt. 28. numero 2. & apertius Crauet. in d. tracta. de antiqua. tempor. in vltim. par. numero 6. Quorum opinio quibus iuribus probatur, non vidi hæc memoremur, loquuntur quando aduersarius asserentis est in possessione ipsius feudi. At quando nec actor, nec Reus possidet, & sic quando verè iustus in dubio nullum ab illis sit verbum. Quamobrem retinenda est illa prima opinio, quod quando non constat quò tempore concessum fuerit feudum, præsumatur antiquum.

Declaratur nunc hæc sententia, vt locum non habeat, quando extant indicia, & præsumptiones, quæ indicant, cuius qualitatis sit ipsum feudum. Nam illis præsumptionibus standum erit, donec contrarium probetur. Ita in specie tradunt Afflicti. in c. 1. num. 7. de grad. succed. in feudo. & in commentariis ad constitutiones Neapolitanas in Rubric. 24. de success. nobilitat. num. 50. Curt. Iun. in c. 1. de feud. in 1. par. quaest. 8. Alba. in consil. 60. num. 3. Ioseph. Cuanan. in d. c. si aliquem, in verbo, antiquus, nu. 99. qui alios recensent. Præsumptiones autem & indicia considerari solent multa.

Prima est præsumptio & coniectura, quæ sumitur à possessione, in qua reperitur obtinens feudum. Nam illa arguit feudum esse vel antiquum, vel nouum, vt erit vtilius ipsi possessori, cuius possessio transfert onus probandi in aduersarium, sic in specie scripserunt Belouf. in c. 1. de success. fratrum. Caltrant. in consil. 44. circa præsentem casum. colum. 2. versic. si verò non constaret, & in consil. 297. vlt. petitione. colum. 2. versic. sed in contrarium. libro 2. Alexan. in consil. 10. colum. 2. libro 3. Iason in præd. feud. numero 97. in fine. Curtius Sen. in l. re conuicti, colum. vltim. de leg. 3. Afflicti. in c. 1. numero 6. de grad. succed. in feud. Curt. Iun. in tracta. feud. in 1. par. quaest. numero 16. versic. illud tamen. Crauet. in tracta. de antiqua. tempor. in vltim. par. numero 2. Ioseph. Cuanan. in d. c. si aliquem, in verbo, antiquus, num. 99. & in tracta. feud. lib. 1. tit. de feudo. ex parte & præsentia numero 53. & 55. Qui quidem Cumias & Marinus auctoritate aliorum affirmant, idem esse, quando constat de functione antecessorem possedisse, cum illius præsentis etiam successor proficit. Nisi (aut illi) medio tempore, alter possidere cepisset. Et præterea, poss. suo hæc nil prodesset, quando esset vitiosa, sicuti declarat Curt. Sen. in d. consil. 50. num. 57. Et rursus subiungit Cumias præcitato in loco, num. 103. coniecturam hanc cessare, quando actor asserens feudum esse vel nouum, vel antiquum, alius coniecturis & præsumptionibus vrgentioribus suam fundauit intentionem.

Secunda est coniectura, quando constat partem ipsius feudum esse antiquam vel nouam. Nam tunc idem de re suo præsumitur, ne eadem res diuerso iure consecatur. Ita tradunt Afflicti. in d. Rubric. 24. de success. nobilitat. num. 51. & Ioan. Cumias in d. verbo, antiquus, num. 107. & num. 108.

Tertia est coniectura, quando probatur feudum longo tempore fuisse à possessore. Nam tempore antiquo arguit feudum esse antiquum: sicuti e contra, quando constat modico tempore fuisse possessorem, præsumitur debet nouum, ita declarant Afflicti. in d. Rubric. 24. de success. nobilitat. numero 50. & Cumias præcitato in loco, numero 104. qui scribit, hoc procedere sine dubio, cum sit communis opinio, feudum ob temporis antiquitatem conferri antiquum. Et in specie prædictis accedunt Alexan. in consil. 15. num. 7. libro 5. Socin. Sen. consil. 66. colum. 5. libro 3. Ioan. Iacob. Leonardi. inter consil. Bruui. in consil. 114. numero 437. & num. 446. & Crauet. in tracta. de antiqua. tempor. in vlt. par. num. 1. versic. feudum etiam. cum dixerunt feudum præsumi antiquum, ob antiquitatem possessionis, quando antiquus fuit possessum per prædecessores vasalli: nisi agatur de præiudicio tertij. Ita Pute. in decis. 66. num. 8. part. 1.

Quarta est coniectura & præsumptio, quæ à communi voce & fama antiqua sumitur. Nam hæc arguit feudum esse antiquum, quemadmodum in specie respondit Socin. Sen. in consil. 166. col. 5. lib. 2. quem secutus est Crauet. in d. vlt. par. nu. 159. In antiquis enim fama præprobationem facit, vel saltem efficacem præsumptionem, Ita e contra præsumerem esse nouum, quando extat communis vox & fama, quod nouum sit.

Quinta est coniectura & præsumptio, quæ sumitur ex verbis enunciativis inuestitura. Nam si inuestitura est antiqua, arguunt verba illa esse feudum antiquum. ita respondit Alexan. in consil. 15. col. 2. lib. 2. quem secutus est Crauet. in d. tracta. de antiqua. tempor. in vlt. par. nu. 10. sic e contra, quando

verba enunciativa sunt, feudum esse nouum, præsumi debet nouum. Quocirca si legitur in inuestitura, concessum esse feudum iure antiqui feudi, significat illa verba, iure antiqui feudi, feudum antea fuisse nouum, quod tamen hodie assumitur auctoritate antiqui, vt ad rem scripsit Alciat. in d. præsumpt. 28. num. 2. versic. quod intelligit. & copiose scripsit in consil. 160. nu. 24. & nu. 27. lib. 2.

Prædicta explicatio atque cognitio feudi noui, & antiqui valde vtilis est: cum magis referat, an feudum sit antiquum, vel nouum, & inter alia illa est differentia & vtilitas respectu iuris accrescendi, cum non ita in feudo nouo, vt in antiquo locus est sit. Quæ tota disputatio est pariter coniecturalis, vt respondit Iaf. in consil. 117. col. vlt. e. 2. consil. in libro 4. hietu & de emphyteusi tenentur Hieron. Gabriel. in consil. 66. num. 6. lib. 2. cuius quidem tenentur declarandi gratia duos hic casus distinguo atque continuo.

Primus est quando constat feudum esse antiquum, nempe ita concessum vel a uo vel patri. Hoc in casu locus est iuri accrescendi: vno enim ex fratribus decedente sine filiis, ad eius portionem admittitur superstes ita glo. in c. 1. in verb. fratris. de feudo. Martia. Alex. in consil. 50. num. 7. lib. 1. & in consil. 21. num. 5. lib. 1. Ruin. in consil. 108. num. 21. in fine. lib. 2. Afflicti. in decis. 293. Curt. Iun. in tracta. de feud. in 2. par. prin. nu. 74. Part. in consil. 6. nu. 12. & in consil. 13. num. 7. lib. 2. Zafius in Epit. feud. in 8. par. num. 32. Ripa in l. re conuicti. num. 161. de leg. 3. Alciat. in l. si mihi & Titio, num. 19. de verb. obli. Iul. Clar. in §. feudum. q. 77. versic. sed quando feudum est antiquum. Io. Bologn. in d. l. re conuicti, num. 353. & Thom. Martin. in tracta. feud. in 12. de feud. fratrum. num. 8. idem de emphyteusi à feudo emta ad emphyteusim, & tunc contra arguuntur passim in specie nostra Doctores) concessa a uo vel patri qui non oriens duos reliquit filios, vt eorum vno decedente sine filiis superstes, ad prædefuncti portionem admittatur, scripserunt Bar. in l. si mihi & Titio, num. 4. de verb. obli. & ibid. Alexan. num. 7. qui idem respondit in consil. 21. nu. 5. lib. 1. Curt. in l. re conuicti, nu. 143. de leg. 3. Corne. in consil. 131. lib. 2. & in consil. 122. lib. 3. Ruin. in consil. 169. num. 7. lib. 1. Iaf. in d. l. si mihi & Titio, num. 12. qui diligenter disputat Alciat. in l. si mihi & Titio, num. 22. de verb. obli. Bero. in §. 70. num. 2. C.agnol. in l. 2. nica. in p. C. quam non tenent. part. latè Io. Ronchegall. in l. eandem. in princ. num. 137. de verb. obli. & Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 39. versic. quatuor.

Secundus est casus, quando feudum est nouum, nempe concessum duobus fratribus. Hoc tamen in casu pro regula traditum est, locum non esse tunc iuri accrescendi, & ob id decedente vno ex ipsis fratribus sine filiis, eius portio non accrescit superstitibus portionem, sed ad feudi dominum reuertitur. Ita Bald. Aluar. Salicet. Curt. Iun. Iul. Clar. Zaf. Zonbeckius, Alciat. & Crau. quos commemorauit & secutus sum in consil. 464. numero 10. & his accedit Thom. Martin. in tracta. feud. in 12. de feud. fraterno. num. 1. & num. 9. Et quidem recepta hæc sententia probatur textu. 1. §. si autem de his qui feudum possident. in princ. de fratribus de nouo beneficio. in c. 1. de success. feud. quæ quidem iura perpendi in d. consil. 464. num. 4. & 5. 6. & 7. & ibid. num. 8. rationem quoque retuli. Et quod de feudo dictum est, idem est dicendum de emphyteusi, quæ concessa duobus fratribus. Nam & in hac decedente vno eorum, alteri non accrescit mortui portio: sicuti tradunt Bar. in l. si mihi & Titio, num. 4. de verb. obli. Anchar. in consil. 245. Alex. in d. l. si mihi & Titio, num. 4. & ibidem Iaf. num. 10. Curt. in l. re conuicti, num. 140. de leg. 3. qui dixit, Alciat. opinionem ab omnibus receptam. Ruin. in consil. 69. col. 1. lib. 1. Dec. in consil. 263. numero 2. & in consil. 316. nu. 1. Alciat. in l. si mihi & Titio, num. 31. de verb. obli. Io. Ronchegall. in l. eandem. in princ. num. 137. de verb. obli. & Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 39.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat in feudo concessio à summo Pontifice, vel Imperatore, vel alio Principe non cognoscente tunc superiorem: Nam tunc locus est iuri accrescendi, vt affirmant Bald. Comens. Cast. Rom. Atet. Alex. Barbar. Gratus, Soc. Iun. Iul. Clar. qui testatur hanc esse vtiorem, & magis receptam opinionem, & Crau. quos congeçsi in consil. 464. num. 1. lib. 5. & his accedunt Iaf. in consil. 117. col. 6. versic. & tenentur quod libro 4. l. 3. cobinus in inuestitura feudali. in verbo, Princeps, num. 16. Ruin. in consil. 108. nu. 22. lib. 2. Triaque in tracta. de nobilitate. e. vlt. numero 54. & Alciat. in l. si mihi & Titio, num. 20. de verb. obli. & in fi. Et 17 quidem omnes mortui sunt text. l. vnic. C. si soc. imperia. lib. 10.

Cæterum à prædictis dissentiunt Cyn. Salic. Ifernina, Aluarot. Laudens. Curt. Iun. Modernus Paris. & Alciat. quos commemorauit & visus sum sequi in consil. 400. nu. 70. lib. 4. & in consil. 464. nu. 14. lib. 5. & prædictis accedunt Iaf. sibi parum constans in l. si mihi & Titio, num. 7. de verb. obli. Ripa in l. re conuicti, num. 158. versic. contraria opinio, & num. 159. de leg. 3. Hæc tamen declaratio intelligitur, (vt vno verbo iam argui) quando concessio feudi facta fuit à principe non recognoscente superiorem: secus si à principe inferiore. Ita Curtius Iun. Socin.

Socin. Iun. & Iul. Clarus quos retuli in d. consil. 464. num. 15. & idem docuit Ripa præcitato in loco. Et præterea intelligitur hæc declaratio habere locum, quando Princeps ipse mortuus tunc propriis concessit feudum: secus si parentibus ipsis vasallis inuestitis, vt scribunt Accurs. Bald. & Curt. Iun. quos retuli in d. consil. 464. num. 16. & his accedit Ripa in d. l. re conuicti, num. 160.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hic casus, quando feudum fuit concessum duobus fratribus in solidum, tunc si dictum est Caro, & Sæio, & c. culter eorum, vel si alius similibus verbis facta fuit concessio. Nam tunc locus est iuri accrescendi. Ita Baldus Aluarotus, Alex. Loffredus, Bellonus, & Parisius, quos commemorauit in d. consil. 464. num. 2. versic. tertio vrgere lib. 5. vbi n. 17. versic. non obstat tertium, declarauit. Et prædictis accedunt Iaf. in l. si mihi & Titio n. 10. versic. amplia istam fallentiam de verb. obli. Zafius in Epit. Feudorum, parte 8. num. 17. Ripa in l. re conuicti. num. 164. de leg. 3. Socin. Iun. in consil. 70. num. 1. lib. 1. Thomas Martinus in tracta. feudorum. in iur. 12. de feudo fraterno. num. 16. & Iulius Clar. in §. feudum. quæ. 77. versic. quia tamen questio. & idem est in emphyteusi tunc concessa duobus fratribus in solidum, vt in ea sit locus iuri accrescendi. Ita sanè affirmantur Bal. in l. vnic. C. quando non peten. partes. & in c. 1. §. filia. de success. feudi. Ancha. in consil. 246. Duo uania. Curt. in l. re conuicti. num. 143. de leg. 3. Alex. in l. si mihi & Titio. col. pen. versic. & quid si dicatur de verb. obli. & in consil. 30. n. 5. lib. 2. Corneus in consil. 163. lib. 2. Socin. Sen. in consil. 50. lib. 1. Curtius Sen. in consil. 49. Decius in consil. 108. col. pen. Cætilianus Cott. in memorabilibus. in verbo, emphyteusis concessa, & Ronchegallus in l. eandem. in princ. num. 131. versic. vbi vero sit facta ff. de duobus reis. qui post Ripam in l. re conuicti. nu. 164. de leg. 3. declarat procedere, quando ipsa distributa est posita quo ad ipsos inuestitos: secus si quo ad eorum tunc filios, vt si ita dictum sit, in feudum Titium & Sæionium, & cuiuslibet eorum filios. Nam tunc non erit locus iuri accrescendi, vel decedendi, quia dist. ibi iura recipit filios, non autem parentes. Ita respondit Ancha. in d. consilio 245. Duo dubia. quem secuti sunt Alex. in consil. 13. lib. 5. Socin. Sen. in consil. 66. num. 23. lib. 3. Curt. Iun. in tracta. feudorum. in 3. part. secunde part. princ. num. 79. & in consil. 55. col. vlt. & ego ipse in consil. 464. nu. 17. versic. non obstat tertium. Et his accedit Ruin. in consil. 12. n. 4. lib. 1. & ibidem num. 5. declarat Ripa in d. l. re conuicti, num. 165. de leg. 3. & Ronchegallus in d. l. eandem. in princ. numero 131. versic. vbi verò sit ff. de duobus reis. Et hæc quidem recepta est opinio, & si Alciat. in respon. 187. Adde substituter. num. 1. versic. præterea mihi videtur, & c. dixit traditionem hanc periculotam esse, & ratione carere. & Iurif. censur. Alciat. prædicto in loco num. 1. Anchar. loquitur quando concessio facta ita fuit, vobis & cuiuslibet filijs: duetum verò est, quando sic dictum fuit, vobis & cuiuslibet vestrum heredibus. Nam cum hoc casu frater superstes possit esse hæres fratris præmortui, locus est iuri accrescendi, imò superstes etiam dicitur clare vocatus ex ipsa inuestitura Quo autem modo siater ipse superstes debeat esse hæres fratris vel actus vel potentia, sic in d. consil. 464. colum. penul. versic. nec obstat, quod in mortuis, & manifestus declarat Ruin. in consil. 144. nu. 8. lib. 1. Alciat. in l. si mihi & Titio, num. 19. de verb. obli. Olfac. in decis. 26. num. 10. & Zanchus in l. heredes mei. §. cum ita. in quarta parte. num. 452. & nu. 455. ff. ad Trebellianum.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando feudum fuit à fratribus tunc ipsi pecunia communi, vel communi seruitio præstito domino acquisitum. Nam tunc locus esse iuri accrescendi, probat text. cap. 1. de beneficio fratris. & tradunt Baldus, Ifernina, Aluarotus, Socin. Iun. Martin. & Boer. quos recensui in d. consil. 464. num. 3. & ibidem num. 17. versic. non obstat quartum, dixi ex sententia Baldi, P. epositi, Zafij, Zonbeckij, & Marini, intelligi quando fratres, qui communi pecunia, vel communi seruitio præstito domino, vna simul in comunione omnium bonorum viuebant. Et subiungit Martinus n. 14. idem esse, quando frater sciente domino, emit feudum etiam sine pecunia, tamen & fratris nomine, & idem respondit Ruin. in consil. 12. num. 8. lib. 1.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando feudum esset indiuisibile. Nam tunc locus est iuri accrescendi, vt scribet frater admittatur ad portionem fratris præmortui. Ita gloss. in c. 1. de fratribus. de nouo beneficio. inuestit. & ibidem Ifernina, Laudens. Aluarotus, & Præpositus. Idem scripserunt Curt. in dict. l. re conuicti, numero 145. de leg. 3. & ibidem Rip. numero 169. Ruin. in consilio 108. numero 22. libro 2. Zafius in Epitome feudorum. in octava part. numero 12. Parisius in consilio 6. numero 7. libro 1. Thomas Martinus in tractatu feudorum. iur. 12. de feudo fraterno. numero decimoquinto. qui post alios declarat, nisi dominus concessisset feudum magis cõtemplatione vnus quam alterius: quia tunc mortuo eo, cuius cõtemplatione facta esset concessio, feudum reuertetur ad dominum, qui

tamen tenebitur præstare fratri superstiti estimationem illius suæ portionis. Et idem quod Marinus, docuit Ripa in dicta l. re conuicta. num. 168.

Declaratur quinto vt locum non habeat, quando feudum fuisse concessum duobus fratribus, ita quod post eorum mortem tunc reuertetur ad dominum. Hoc sanè casu locum esse iuri accrescendi in specie responderunt Abbas in consil. 103. lib. 2. Alex. in consil. 30. n. 7. lib. 1. & Iason in consil. 117. col. 1. versic. quarto principaliter. lib. 4. & idem in l. si mihi & Titio. nu. 11. versic. similiter si emphyteusis. de verb. obli. Ripa in l. re conuicti. nu. 163. de leg. 3.

Idem dicimus de emphyteusi tunc concessa duobus fratribus adiectis his verbis, quod post eorum mortem reuertatur ad dominum, sicuti tradunt Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, versic. 59. & seq. Cast. in consil. 158. ff. de p. ucto. col. 2. lib. 1. Salicetus in l. 2. questio. 2. C. de iure emphyteu. Romanus in consil. 19. Alex. in l. si mihi & Titio. nu. 9. de verb. obli. Curtius in l. re conuicti. numero 141. versic. secundo fallit. de lega. tertio. Ruinus in consil. 169. in secundo casu. lib. 1. Alciat. in l. si mihi & Titio. num. 20. & 23. versic. illud quoque de verb. obli. Ronchegallus in l. eandem. in princ. num. 133. ff. de duobus reis. & Hieronymus Gabriel in consil. 88. num. 6. lib. 1. & copiosius in consil. 66. nu. 3. g. & 11. lib. 2.

Sic etiam quando fuit dictum, Quamdiu aliquis ex dicta generatione. & c. vel ita simpliciter, liberis & generationi. sicuti tradit Alciat. in l. si mihi & Titio, num. 23. de verborum obligatio. Prædictis enim verbis significauit concedens velle rem prius peruenire debere ad eos omnes, quibus facta fuit concessio, & postremo ad ipsum concedentem, argumen. l. pe. C. de impuber. & alijs substituit. & l. qui duos, & l. si pater impubes. ff. de vni. & pupilla. substitutio. Et hoc præterea locum habet, quando dictam fuit, quod eo tempore tota res ad dominum reuertetur, vt respondit Hieronymus. Gabriel in d. consil. 66. num. 7. lib. 2.

Declaratur sexto, vt non habeat locum casus iste, quando in inuestitura fuisse dictum, quod feudum perueniret de vno tunc in alterum. Nam tunc locus est iuri accrescendi: vel verius iure successiois, frater superstes admittatur ad portionem vacante. Ita post Baldum & Iasonem declarat Ripa in l. re conuicti. nu. 166. de leg. 3. sic & Alciat. in l. si mihi & Titio, nu. 20. illud quoque de verb. obligat.

Declaratur septimo, vt non procedat quando concessio facta fuit tunc duobus iam finita linea vt quædam fuerat facta prima concessio. Hoc sanè casu locus est iuri accrescendi, siue de feudo, siue de emphyteusi loquamur. De feudo Ruinus in consil. 5. num. 3. & 4. lib. 1. & Alciat. in l. si mihi & Titio. nu. 20. in fine. de verborum obligatio. de emphyteusi sic tradunt Bar. in l. si mihi & Titio, num. 4. de verbor. oblig. & in consil. 215. In casu proposito questio. lib. 1. Curtius in l. re conuicti. nu. 143. versic. quinto fallit. de leg. tertio. & ea ratione 17 vsi sunt, quod hæc emphyteusis & si nouè concessa est, tamen retinet naturam illam antiquam, quæ ius accrescendi admittit, argumen. l. penult. §. vxor. ff. solut. matrim. sic & in feudo dicimus illud retinere tunc naturam antiquam, si post commissam feloniam nouè concedatur, ita quod in eo succedere possunt transfusionales, qui alioqui in feudo nouo (vt diximus supra) non succedunt, sicuti scribunt Bar. in l. quod dicitur. de verbor. obligationibus. & Baldus in l. 1. questio. 15. ff. de rerum diuis.

Cæterum declaratio hæc cessat, quando emphyteusis post caducitatem fuit denuo concessa, adiecta noua qualitate. Nam tunc dicitur emphyteusis noua, tunc in qua transfusionales non admittuntur, vt tradunt Baldus in l. 1. col. 4. ff. de rerum diuiso. in c. 1. an agnatus vel filius. & c. imperialem. §. insuper. de probata feudi alienatio. Ang. in l. ius civile. ff. de insti. & Curt. in l. re conuicti. num. 144. versic. sequendo tamen. de leg. 3. Ita etiam de feudo respondit Oldrad. in consil. 178. factum tale est. Quidam miles. cum dixit, feudum censei nouum tunc ob nouas qualitates in noua inuestitura adiectas.

PRÆSUMPT. XCIV.

Feudum an præsumatur hereditarium, vel potius ex pacto & prouidentia.

SVMMARIA.

1 Feudum hereditarium præsumi, vna est Doct. opinio. Alia opinio refertur. nu. 7. Idque procedere est inuestitura dictum sit pro se, heredibus & successoribus masculis.

- 1 Prospicere sibi hereditatis que presumitur quilibet.
- 2 Feudum hereditarium dici, nomine heredis in investitura expresso.
- 3 Feudi natura est, ut ad suos tantum, non autem extraneos transeat.
- 4 Feudum venire in possessione hereditatis, quando verum sit, num. 6.
- 5 Feudum in dubio presumitur ex pacto & providentia. Et ex quibus verbis investitura posita esse appareat à num. 8. usque ad num. 16.

Differamus nunc, an in dubio feudum presumatur hereditarium, vel potius ex pacto & providentia? Hac de re Doctorum contrariæ opiniones. quarum prima est, quod hereditarium presumatur. Hanc probant Hemia in cap. 1. numero 1. versum. & quando conceditur. in tit. an agnatus, vel filius. & in cap. 1. numero 9. & num. 10. de aliena. feudi patris. & aliis multis in loci. Baldus in l. liberi libertique. vers. quæro de eo. C. de oper. libr. & in d. c. 1. an agnatus vel filius. & ibidem Aluar. Castren. in cons. 2. num. 18. & in cons. 3. num. 9. lib. 1. Commens. cons. 366. Alex. in cons. 18. col. 3. & in cons. 26. num. 3. lib. 5. Soci. Sen. in cons. 257. colum. pe. vers. tamcn ostendo. lib. 2. Afflictus in preliud. feudo. numero 99 qui hinc inde argumenta deducit: tandem ait, nil in consilio Neapolitano fuisse decisum. Idem in c. 1. num. 24. de aliena. feudi patris. Curt. Iun. in cons. 3. num. 4. Rubeus in cons. 18. in cons. 84. num. 3. & in cons. 85. num. 4. Brun. in cons. 8. num. 14. Zafius in epitome feudorum. parte 4. num. 6. Petrus in cons. 6. col. 9. & in cons. 8. col. 3. Euerardus in centuria legalis, in loco de feudo ad emphyteusim. col. 3. vers. & inter alia.

Et ij quidem ea prima ratione moti sunt, quod quis in dubio censetur prospicere sibi & hæredibus suis. si pactum. ff. de probatio. & cap. 1. de duob. fratribus. Est ergo perinde, ac si in cessione feudi expressum fuisset nomen hæredis. Atqui quando hæres dicitur nomen expressum est in investitura, feudum dicitur hereditarium, ut tradunt per multi à me congesti in cons. 104. num. 6. lib. 1.

Ergo etiam in dubio hereditarium presumitur. Verum huic argumento respondet Thomas Marinus in tracta. feudorum. in tit. de feudo ex pacto & providentia. numero 55. argumentum procedere respectu animi acquirentis, qui dicitur voluisse prospicere sibi & hæredibus, & ita procedit d. l. si pact. Secus vero est respectu animi concedentis, qui presumitur voluisse concedere solum pro se, & eius descendentes, secundum naturam feudi, quæ est, ut solum transeat ad suos, non autem ad extraneos.

Et hoc in casu declaratur d. l. si pactum. quæ locum non habet in his quæ sui natura non transeunt ad extraneos hæredes, sicuti declarat glof. ibi, quam in specie nostra secuti sunt Osaicus in decisio. 161. num. 12. in fine. & diximus supra in presumpcio. 47. dum declarauimus, quando acquirens presumatur acquisisse etiam pro hæredibus.

Nec repugnat d. cap. 1. de duobus fratribus. quia ibi expresse actum fuerat, ut feudum perueniret etiam ad hæredes recipientis. sicuti declarat Osaicus in d. decisio. 161. numero 14.

Secundo, ea ratione alij vsi sunt, nempe, quod si feudum venit in possessione hereditatis, ut inquit glo. in l. item veniunt. ff. de peti. heredi. Ergo hæreditarium presumitur. Ita argumentatur Afflictus in preliud. feudo. num. 99.

Cæterum facile respondetur, quod tunc demum feudum venit in possessione hereditatis, quando apparet esse hereditarium, non autem hoc demonstrat, quod regulariter feudum presumatur hereditarium.

Secunda fuit opinio eorum, qui scripserunt, quod in dubio feudum presumatur ex pacto & providentia. Hanc probarunt sibi parum constantes, Bald. Hemia, Castren. & Alexand. quos recenset Osaic. in d. decisio. 161. numero 12. qui pariter commemorat Iasonem, Decium, Berrachinum, Chaffançum, Afflictum, Brunum, Maritium, Curtium Iunioiorem, Ripam, Socinum Iun. Pernam, Sigismundum, Lofredum, Didacum, Parisium, Neuzanum, Gozadinum, Iulium Clarum, Modennum, Parisi. & Beroum. Et his accedunt Ioseph. Cunita in commentariis ad c. si aliquem. in verb. antiquis. numer. 119. & num. 134. Thomas Marinus in tractatu feudorum. lib. 1. in tit. de feudo ex pacto & providentia, numer. 53. & num. 55. & Mynsingerus in Commentariis observatio. centuria quarta. observatio secunda. qui testatur, Cameram Imperialem ita iudicasse. Et prædicti quidem adducti sunt multis rationibus & argumentis, quæ diligenter & accuratè commemorantur ab Afflictus in præliudis feudorum, numero 97. ab Osaico in decisio. 161. numero 5. & à Thoma Marino præcitato loco.

Cæterum multa perpasse adiecta sunt in investituræ verba, quæ dubitationem tollunt atque ita significant fe-

udum esse ex pacto & providentia. Et primo quidem quando concessa est investitura pro se & filio ac descendentes, & feudum censetur ex pacto & providentia. Ita Hemia in c. 1. num. 10. de alienatio. feudi patris. in c. 1. num. 18. Qui successores. tene. & in c. 1. num. 11. Quibus ex causis feudum amittit. & hæc est communis sententia, teste Deci in cons. 445. num. 8. & secuti ex recentioribus Thomas Marinus in tractatu feudorum. in tit. 2. de feudo ex pacto & providentia. antiquo. numero 75. vers. contrariam opinionem. Iulius Clarus in §. feudum. quest. 9. vers. quandoque vero & secundo. Est ratio, quia nulla hic facta est mentio qualitatis hereditariæ.

Secundo fortius idem est, quando dictum fuit, pro te & hæredibus tuis masculis, & adhuc dicitur feudum ex pacto & providentia: sicuti scripserunt per multi à me congesti in cons. 160. num. 40. Non hic repeto à me ibi scripta, sed addo tantum Mynsingerus in d. obseru. 2.

Tertio idem est, quando fuit dictum, pro te & posteris tuis. Hoc enim casu dicitur esse feudum ex pacto & providentia. Ita Thomas Marinus in tractatu feudorum. in tit. 2. de feudo ex pacto & providentia. antiquo. num. 68. post Baldum, Hemianniam, Paridem, Puteum, Alexandrum, Aflictum, Curt. Iun. & Pinellum.

Quarto dicitur etiam ex pacto & providentia, quando dictum fuit, pro te & genere tuo, ut sentit Thomas Marinus præcitato in loco. num. 68. & ibid. num. 71. quando fuit dictum, pro te & cuncta generatione.

Quinto idem est, quando dictum fuit, concedimus feudum gentile. & hæc enim verb. significant feudum esse ex pacto & providentia. Cum perinde sit ac si dixisset investitus ille, concedimus feudum gentis, generis, vel generationis, hoc est agnationis. Hoc enim nomen, genus, gnationem significat, sicuti dicitur, gens Cornelia, gens Claudia: ut tradunt Alciatus & Rebuffus in l. sepe. de verborum significatione. & Tyrquellus in tractatu de nobilitate. cap. 2. num. 54. & in tractatu de retractu cons. 3. §. primo. §. ff. 9. num. 17. Ex quo colligitur, masculos tantum ad hanc feudum successione admitti, non autem feminas, quæ gnationem esse non possunt. Ita in specie scripserunt Hemia in cap. 1. numero 5. de successione feudi. Curt. Iun. in tractatu feudorum. in 3. parte. quest. 26. & Thomas Marinus in tractatu feudorum. in tit. 11. de feudo feminæ, numero 44.

Sexto idem est, quando fuit concessum feudum rectum. Hoc etiam casu censetur ex pacto & providentia: Cum feudum rectum dicitur ad differentiam feudi hereditarii, quod non dicitur rectum & proprium, sed improprium. Ita Thomas Marinus in tractatu feudorum. in tit. 1. de feudo ex pacto & providentia. antiquo. num. 44. & 45. post Beluinium, Curtium, & Camerarium ab eo commemoratos. Et comprobatur, quia natura feudi recti est illius feudi ex pacto & providentia, quæ sanè est, ut transeat ad descendentes in infinitum, nec alienari possit sine agnatorum consensu, sicuti tradunt Iason in præliudis feudorum, num. 82. Curt. Iun. in tractatu feudorum. in prima parte. quest. 8. num. 18. & Zafius in Epitome de feudis. in ult. parte. num. 1.

Septimo idem est, quando fuit dictum, pro te & prole tua. Hoc etiam casu dicitur feudum ex pacto & providentia. Ita Thomas Marinus in tractatu feudorum. in tit. 2. de feudo ex pacto & providentia. antiquo. num. 70. post Hemianniam, Aluarotum, & alios.

Octavo idem est, quando dictum fuit, pro te & tuis. Hoc etiam casu dicitur feudum ex pacto & providentia, scripserunt Thomas Marinus præcitato in loco, reiecta contraria opinione Alex. in cons. 26. lib. 5. Rubei in cons. 84. num. 3. & Pinelli in l. in prin. num. 90. C. de bonis maternis.

Nono idem est, quando dictum fuit, pro te & descendentes tuis. Hoc etiam casu dicitur feudum ex pacto & providentia: sicuti tradit Thomas Marinus præcitato in loco num. 74. qui vna cum Alexand. in cons. 18. num. 12. lib. 5. Curt. Iun. in cons. 3. num. 4. Afflictus in præliudis feudorum, num. 98. & Pinelli in d. l. 1. num. 90. existimavit hoc carcere probabili dubitatione.

PRÆSUMPT. XCV.

Feudum rectum & proprium in dubio presumi.

SUMMARIA.

- 1 Feudum rectum & proprium presumi in dubio. Idque procedere etiam propria & recta feudi natura alterata aut immutata. num. 2.
- 2 Feudum pro quo annuus census præstatur feudum non esse proprium.
- 3 Feudum.

- 4 Feudum emptium, feudum improprie dici.
- 5 Feudo concessio, pacto adiecto, ut nullum præstetur servitium: ab eius natura recessum dicitur.
- 6 Feudum concessum pro masculis & feminis, improprie dicitur in eo quod ad feminas transeat.
- 7 Feudorum natura considerari potest dupliciter.
- 8 Feudi naturam, secundum regionis morem attendi potius, quæ que secundum ius scriptum est.
- 9 Feuda propria in foro Islij & ea dici, pro quibus annuus census soluitur.
- 10 Feudum improprie censetur, si ex investitura verbis id appareat.
- 11 Feudi proprii naturæ repugnat alienandi facultas.

EST vera hæc iuris & interpretum sententia, feudum in dubio presumi rectum & proprium. Ita gloss. Baldus & Aluarotus in c. 1. §. præterea. Quid sit investitura. & Thomas Marinus in tractatu feudorum in tit. de feudo simplici & recto. num. 3. & scripsi in cons. 1. numero 312. & in cons. 181. num. 71. vbi alios plures huius opinionis Doctores commemoravi. Quibus accedunt Perna in cons. 8. numero 10. Crauet. in cons. 624. & Doctissimus Antonius Sola in commentariis ad decreta Pedemontium. in tit. de feudis. gloss. Rubrica. num. 1. Et quæ dicantur de natura feudi recti & proprii, copiosè scribit Thomas Marinus in tit. de feudo hab. propriam naturam feudi.

Extenditur primo, ut locum habeat etiam si propria & recta ipsa feudi natura, alterata atque immutata fuit. Nam & tunc quo ad reliqua retinet rectam & propriam feudi naturam. c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi. ibidem licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi censetur. Et manifestè respondit Romanus in cons. 70. numero 2. quod licet feudum, & pro quo præstatur census annuus non sit propriè feudum: tamen si in aliqua dispositione feudi mentio facta est, intelligitur etiam comprehensum hoc feudum. Et Romanum secuti sunt Præpositus in proemio Feudorum. colum. 7. versum. & proinde. Decius in cons. 193. numero 5. Curtius Iun. in tractatu feudorum. in 1. parte. quest. 6. Crauet. in cons. 373. numero 28. & in cons. 472. num. 18. Natta in cons. 467. num. 12. libro secundo. Thomas Marinus in tractatu feudorum. libro primo. tit. 21. de feudis degenerantibus. Et in specie magis scripsit idem Thomas Marinus in tit. de feudo non habente propriam naturam feudi. numer. 7. hæc feuda dici, & non improprie nisi in his tantum à quibus pacto est recessum, à feudi natura. Ita quoque Moderus Parisiensis. in commentariis ad consuetudines Parisiensis. in tit. 1. §. 30. num. centesimo, in fin. dixit quod est feudum emptium & est feudum improprium, ob id quod est contra naturam feudorum, quæ gratuito solent concedi: tamen in reliquis retinet naturam feudi, & feudi nomen, & dicitur (ait ille) verum feudum, & regulatur in omnibus tanquam feudum.

Idem est, quando feudum concessum est, & adiecto pacto, quod nullum servitium præstetur. Nam & tunc remanet feudum: est à feudi natura in eo recessum est, ut servitium non præstetur. Ita affirmarunt Baldus in l. 1. quest. 6. ff. de verum divisio. Præpositus in proemio feudorum. colum. 6. versum. & proinde. Sigismundus Lofredus in cons. 1. num. 177. Rolandus in cons. 2. numero 135. lib. 1. Silvanus in cons. 42. numero 5. Franciscus Decius in cons. 101. numer. 74. & eruditissimus Molina Hispanus in lib. 1. de Hispano. primogen. cap. 13. numero 15. Sic etiam quando feudum est concessum pro masculis & feminis, & dicitur quidem improprium, quo ad id, quod transeat ad feminas, in reliquis vero est proprium. Ita respondi in cons. 400. num. 6. lib. 4. & idem consuluit Io. Baptista Ferrerus in cons. 178. qui sic respondit de feudis Castri sancti Danielis patriæ Fori Iulij, concessis à Serenissimo Dominio Venetiarum, Gabrieli de Pithianis. De quibus quidem feudis cum esset controversia inter ipsum Serenissimum Dominium, & Illustrissimum Patriarcham Aquileiensem, sic respondi pro ipsa Serenissima Republica. Et præter iam dicta considerabam illa dici verè & propriè feuda, cum non repugnent naturæ feudorum, secundum morem, & consuetudinem ipsius patriæ Fori Iulienis. Natura enim feudorum & considerari potest dupliciter, nempe secundum ius scriptum feudorum, & secundum mores & consuetudines regionum. Ita declarat Thomas Marinus in tractatu de feudis. in tit. de feudo non habente propriam naturam feudi. numer. 6. Et hæc quidem natura feudi & secundum morem regionis attendi magis debet, quam illa, quæ est secundum ius scriptum ut decidit Guido Papæ. in quest. 59. post Hostiensem, quem commemorat. Porro secundum morem ipsius regionis Fori Iulienis, feuda etiam illa propria dicitur, pro quibus annuus census præstatur.

Declaratur hæc præsumptio, ut locum non habeat, quan-

do colligitur ex verbis investituræ esse feudum improprium & non rectum. Ita tradit post alios Thomas Marinus in decisio. de feudo non habente propriam naturam feudi. numero 4. Et ibid. num. 5. subiungit exemplum, quando feudum est concessum pro se, & quibus dederit. Nam cum his verbis censetur data alienandi facultas, id quod repugnat naturæ feudi proprii, dicitur alterare ipsum feudum, & efficere illud feudum non rectum & improprium. Id quod in specie responderunt etiam Curt. Iun. in cons. 130. num. 7. Campegius inter consilia Brun. in cons. 11. col. 2. & Crauet. in cons. 472. numero 10. qui tamen aliud esse dixerunt, quando concessio facta est pro se & his, quibus legitime dederit. Reliqua exempla feudi improprie sunt apud Thomam Marinum præcitato in loco, & in duobus, sit. subsequenitib.

PRÆSUMPT. XCVI.

Castrum an presumatur à Principe in feudum datum, vel donatum, aut custodia traditum.

SUMMARIA.

- 1 Castrum causa custodiæ concessum presumi. Nisi titulus habilis ad transferendum dominium præcesserit. numero 4.
- 2 Aut traditionis verba id significarent. num. 5.
- 3 Domini translatio non presumitur in dubio.
- 4 Clavi. in traditionem causa custodiæ factam presumi.

Contingit aliquando Principem concedere seu tradere alicui castrum, non expresso titulo quo tradit, quare dubitari solet, quo titulo & modo tradidisse dicatur? Et presumi traditum causa custodiæ respondit Brun. in cons. 87. num. 1. & 2.

Ea ratione moti sunt, quia vbi ignoratur causa traditionis, presumitur causa custodiæ, cum dominij translatio in dubio non presumatur. l. cum pater. §. pluribus. de legat. 3. vbi Bartol. idem Bartol. in l. 1. num. 4. ff. pro dose. & in l. sub conditione. in fin. ff. de solutio. Aretin. in examinata. nu. 18. de iudiciis. Deci. in l. semper in obscuris. num. 7. ff. de reg. iur. & in l. si pasceda. num. 15. C. de pactis.

Huc facit quod scriptum reliquit Luc. de Ponna in l. 3. præsumptione 29. Cod. de apochis publ. libro 10. Claviui traditio, nempe presumi factam causa custodiæ loci qui clavius illis clauditur & referatur. l. dominus horreorum. ff. locati. & dict. l. cum pater. §. pluribus. Idem sentit Iason in consilio 208. in fine, libro 2.

Declaratur primò, hæc doctrina, ut locum non habeat, & quando præcessit titulus habilis ad transferendum dominium: ut si esset titulus venditionis: vel alius similis. Nam tunc presumitur traditio facta causa transferendi ipsum dominium. Ita declarat Bartol. in d. l. 1. num. 4. ff. pro dose. & in d. l. sub conditione. in fin. ff. de solutio. Brun. in d. consilio 87. numero 1. & Curtius Iun. in l. cum quid. num. 17. ff. si cert. per.

Declaratur secundo non habere locum quando verba traditionis significarent translationem dominij, ut si princeps dixisset, do, assigno, vel alio simili verbo uteretur: sicuti diximus supra hoc libro in presumpcio. 30. vbi de re data à patre filio, an presumatur donata, vel in peculium concessa.

PRÆSUMPT. XCVII.

Castro in feudum dato, vel donato, vel vendito, quando iurisdicctio, & merum ac mixtum imperium, concessum presumatur.

SUMMARIA.

- 1 Castro simpliciter à principe concessio, in quo aliqua iurisdicctio exerceri non consuevit, non presumitur concessa iurisdicctio.
- 2 Castrum quod muro cingitur, dici.
- 3 Territorium dicitur, id quod extra muros Castri continetur.
- 4 Separationum aut diuersorum concessio uno, non presumitur concessum aliud.
- 5 Castrum à iurisdicctioe quid separatim esse.

- 6 Territorium sine iurisdictione, & iurisdictionem sine territorio consistere.
- 7 Accessorium in translatione principalis, quando non contineatur.
- 8 Iurisdictionem non esse accessorium castro omnino coherentens.
- 9 Rescripta quibus iurisdictione ordinarij alteri demandatur stricte interpretari.
- 10 Toto translato, consentur omnes ipsius partes translatae.
- 11 Principali concessio consentur tributa illi coherentia.
- 12 Castrum seu territorium, significare universitatem quandam respectu nominis sui.
- 13 Beneficia principum stricte interpretanda quando tertius laeditur.
- 14 Castro simpliciter concessio in quo iurisdictione & imperium exerceri consuevit, illa quoque concessio praesumitur.
- 15 Castro cum iurisdictione concessio, merum imperium concessum praesumi, Dyni fuit opinio.
- 16 Castrum in limitibus imperij, sine principis licentia edificari vetitum esse.
- 17 Concessiones a principe factae verba latissime interpretanda sunt.
- 18 Iurisdictionis nomine merum imperium demonstrari significatione larga.
- 19 Beneficia principum late interpretantur, nisi stricta interpretatio a lege approbetur.
- 20 Beneficia principum non comprehendunt ea quae requirunt specificam mentionem.
- 21 Imperium mistum sui natura concessibile est & delegabile.
- 22 Genus idem quod species operatur.
- 23 Iurisdictionis concessione generali, non concessum dici merum imperium, est opinio Baldi, Angeii & aliorum. Distinguit Felin. num. 32.
- 24 Legem condere meri imperij est.
- 25 Verba etiam in materia favorabili, si possunt, in specie assumenda sunt. num. 26.
- 26 Imperium merum ex regalibus esse.
- 27 Regalia specialiter requirunt concessione.
- 28 Regalium facta mentione in concessione aliqua, sermone etiam generali illa contineri.
- 29 Magistratum creatorem potestas iurisdictionis est.
- 30 Imperium merum, venit appellatione iurisdictionis in genere.
- 31 Castrum quod civitati subest cum iurisdictione princeps concedendo non praesumitur concedere merum imperium. Nisi tamen cum omni vel tota iurisdictione concesserit. numero 34.
- 32 Castro cum iurisdictione concessio, si aliqua meri imperij princeps sibi reservavit, reliqua praesumuntur concessa.
- 33 Mandato procuratoris generali, quando comprehendatur etiam quae speciale mandatum requirunt.
- 34 Regalia iurisdictionis concessione contineri, casu quo aliqua reservata sint.
- 35 Castro concessio cum iurisdictione & omnibus suis pertinentiis, dicitur concessum merum imperium.
- 36 Castrum concedens cum iurisdictione, quod civitati non subest, princeps etiam cum merito imperio praesumitur concessisse.
- 37 Iurisdictionis solum exercitium in castro sine in civitate princeps concedendo praesumitur etiam merum imperium concedere voluisse.
- 38 Regalia concessio castro cum iurisdictione, non comprehenduntur.
- 39 Regalia personae principis adeo coherent, ut auelli vix ab ea possint.
- 40 Castrum vendens privatus aliquis, iurisdictionem personae coherentem non praesumitur vendidisse. Nisi tamen pretij quantitas id suadeat. num. 45.
- 41 Iura personalia, offibus personae coherent.
- 42 Iurisdictione coherens loco, eo vendito & ipsa praesumitur vendita. Nisi pretij quantitas aliud arguat. num. 47.
- 43 Iurisdictione in dubio castro coheret, & in eius venditione comprehenditur.

Primus itaque est casus, quando princeps concessit simpliciter Castrum, in quo non consuevit exerceri aliqua iurisdictione & imperium. Sed ab ipso principe seu eius magistratibus iurisdictione ipsa & imperium Castrum exercerantur in rebe cui Castrum subiectum & suppositum erat. Hoc casu princeps non dicitur cum ipso castro translatum aliquam iurisdictionem, & imperium. Ita scripserunt Baldus in cap. 1. num. 7. de alodis in vrbibus feudorum. Covens in cons. 189. col. 1. lib. 4. Gaspar Vallascus in l. imperium, num. 54. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & ibidem Ioannes Longouallius, numer. 104. Parisius in cons. 8. num. 4. & in cons. 9. num. 14. & 18. lib. 1. Modern. Parisiensis in commentarijs ad consuetud. Parisiensis. §. 1. gloss. §. num. 44. & numero 47. vers. secus de his. & apertius Didac. Couarru. lib. pract. quae est. c. 1. num. 10. vers. 10. conclus. & in vers. primum etiam. & c. Idem manifeste docuit Alciatus in d. l. imperium, num. 103. vers. breuiter.

Ea ratione & argumento adducti sunt, quia Castrum dicitur quod muro cingitur: sicuti communis extat loquendi usus. ut testantur Olaradus in cons. 121. num. 7. & clare ad rem Pontan. in commentarijs ad consuetudines Blesenses. artic. 65. §. 20. col. 3. & c. et in secundo in vocabulario. sic & territorij dicitur quod extra muros Castrum continetur. l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum sign. Et ideo iurisdictione ac imperium sunt quid separata ab ipso castro. Ergo concessio castro, non dicitur concessio iurisdictione. Cum concessio vno ex se separatis & diuersis, non potest unum atque concessum aliud. Ita arguit gloss. in cap. 1. de castro, qui civitatem vendidit. Et hoc quidem confirmatur secundo auctoritate eorum, qui scripserunt, Castrum esse quod separatum a iurisdictione. Cum iurisdictione possit esse vna, & Castrum alterius. Ita Baldus in cap. 1. §. de contrah. de inuestitura de re aliena facta. Oldrad. in d. cons. 121. numero 9. Castreus. in cons. 56. Videtur dicendum. libro secundo. Alexand. in cons. 76. col. 2. libro 2.

Imò territorium potest esse sine iurisdictione, & e contra iurisdictione sine territorio. Bartol. in l. iudicium. ult. ff. de iurisdictione omnium iud. Decius cons. 483. col. 1. Et inquit Bald. in l. data opera. num. 29. C. de acquirat. iurisdictionem esse qualitatem quandam a castro & feudo aspiratam, & quid extrinsecum. Et Castrum nil eo tamen habere cum iurisdictione scripsit Soc. n. Sen. in l. in prin. num. 27. ff. de acquirat. poss. & in cons. 15. num. 2. & in cons. 95. num. 9. lib. 3. Et tunc & tertio praedicta comprobantur, quod in actibus significantibus translationem iuris de vno in aliud, accessorium suo principali non omnino coherent, & quod ab eo diuidi potest, non continetur in translatione principalis, l. quoties. ff. de contrahen. emptio. l. ultim. de suppellect. leg. & l. 2. ff. de fundo instructo. Et si ergo concessio us, iurisdictione esse quid accessorium ad Castrum, atque non est iurisdictione omnino coherent. Non ergo concessio castro, dicitur concessio iurisdictione. Praeterea & quanto accedit, quod cum Castrum quo ad iurisdictionis administrationem subit civitati, agit de praedictio ipsius civitatis, cuius potestas immo inuatur, & propterea sumenda est stricta interpretatio, sicuti dicitur in rescriptis quibus iurisdictione ordinarij alteri mandatur, quae stricte interpretantur, ob id quod laedunt ordinarij potestatem & iurisdictionem. Ita glo. & Dd. in c. 1. de rescript. 6. & ad rem nostram tradit Cur. Iun. in l. imperium. num. 42. ff. de iurisd. om. iud.

Non obstant nunc rationes & argumenta, quibus contrariam opinionem probant Rom. in l. 3. in prin. num. 9. ff. de acqu. poss. & in cons. 444. num. 7. Et primo motus est Rom. l. 1. §. cum vrbem ff. de offi. Praefecti vrbis. Verum facile responderetur, ibi concessam fuisse administrationem vrbis cui iurisdictione ipsa cohaerebat. Non ergo mirum si translata dicitur iurisdictione: cum translato vno toto, censeantur translatae omnes eius partes, arg. l. qui vrbem fructum. de verb. oblig.

Secundo adductus est Romanus eo argumento, quod iurisdictione coheret administrationi, quam quis habet causa & ratione territorij. l. ult. C. vbi & apud quem in integ. rescripta. peten. & l. ult. C. de fundis limitrophis. libro 11. Atqui concessio principali consentur tributa etiam ea quae illi coherent. l. 1. creditor. §. ult. ff. de actio. empt. l. uxorem. §. legauerat. de leg. 3. & l. praedij. ff. de fundo instrum. Ergo concessio castro dicitur etiam concessio iurisdictione.

Ceterum responderetur ex iam dictis supra, vbi demonstrauimus, Castrum sui natura annexam non habere iurisdictionem, atque ita ei non cohaerere. Nec iura illa allegata a Romano probant: cum loquantur illis in casibus in quibus lex clare voluit Castrum cohaerere iurisdictionem. Et in casu nostro praesupponimus iurisdictionem non cohaerere huic castro, cum subit civitati, & ab eius magistratibus moderetur.

Tertio sic est argumentatus Romanus, hoc verbum Ca-

strum, seu territorium significat vniuersitatem quandam. l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum significatione. Atque cum vniuersitate transeunt ea, quae alioqui in actu singulari non transirent. l. in medicis. ff. de contrahen. emptio. & l. quaedam. ff. de acquirat. rerum domin. Ergo in concessione Castrum & territorij dicitur contineri etiam iurisdictione.

Verum responderetur, territorij nomen significare, vniuersitatem respectu sui nominis, hoc est quoad praedia, quae & ipsa terrae dicuntur. d. §. territorium. sed non significat iurisdictionem, quae non est ex eadem materia, sed diuersa.

 dem esse, sed feudum vassalli primi sumptisse originem, & fun-
 damentum à persona domini directi: sed hoc non contingit
 in subfeudo, quod originem habet ab ipso vassallo atque ita
 à domino immediato, cuius quidem persona spectanda est.
 Nam ei iurare debet (vt diximus) fidelitatem: ei etiam, & non
 domino mediario seruire debet.

Præterea admissio citra veri præiudicium, quod verior
 sit illa glossæ opinio, nempe requirendum esse etiam con-
 sensum primi domini, in alienatione feudi: at tamen hoc non
 efficit, quoniam hic subvassallus dici debeat verè & propriè sub-
 vassallus domini immediati. Nam consensus ille mediati, qui
 requiritur in alienatione, quam facit subvassallus ipse, ob id
 requiritur, ne illi domino mediario præiudicium aliquod asse-
 retur, respectu directi sui domini, sicuti glo. & præcitat
 Doctores scribunt. His intelligimus verissimam esse senten-
 tiam hanc, sed subvassallum non esse vassallum primi domini
 mediati directi, sed immediati. Ex quo sequitur, hunc sub-
 vassallum non teneri suscipere et investituram à domino illo
 mediato, sed ab immediato tantum, sicuti respondi supe-
 rioris anno in subvassallo ecclesiæ Mantuanæ. Infertur etiam
 dominum illum primum mediatum non posse ius dicere
 in subvassallos, sicuti nec in subditos sui vassalli. Bald. in c. cæ-
 terum, de iudic. Iason inter consilia Bruni, in consilio 8. numero
 59. Curtius Iunior in consilio 2. numero 1. Socin. Iun. in consilio
 127. numero 4. libro 3. & Neuz. in cons. 61. numero 12. Ita pariter
 non potest dominus mediatum, & directus in ponere onera
 17 subvassallis. Ruin. in cons. 219. numero 5. libro 1. Cæterum hæc
 18 illationes locum non habent in Imperatore, qui subvassal-
 lis in perare, & inter eos ius dicere potest. Cur. Iun. in consi-
 19 lio 137. numero 10. Non etiam locum habent in Gallia. Chas-
 san. in cons. 66. numero 11. Non pariter procedit, quando vas-
 20 fallus obtinet partem feudi et alio iure. Guid. Pap. q. 551. co-
 lunt. pen. vers. nec obstat. Moderni Parisi. in commentariis ad Con-
 21 fuesud. Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 6. & Marin. Freccia de subfeudis, lib.
 1. in cap. quod incipit fuit dubitatum. num. 5. & num. 4.

Secundum est huius disputationis caput, quando extat re-
 gionis, regni, & loci constitutio, vel consuetudo, quod vas-
 fallus non possit sed subinfeudare sine domini directi licen-
 tia, & ipse dominus directus deinde requisitus concederet
 licentiam, & consensum subinfeudandi, an is subvassallus sit ip-
 sus immediati, vel mediati domini? Marin. Freccia in tra-
 cta. de subfeud. libro 1. de orig. Baronum, c. vidimus quemam fue-
 rim, & c. numero 46. opinatus est, hunc efficit subvassallum
 primum domini. Ego verò in commentariis de arbitrar. iudic.
 libro 2. casu 200. contrariam sententiam aduersus Marin. de-
 fendit, & illius rationibus, & argumentis, quantum per me
 licuit, satisfeci.

Cæterum, postquam illa scripsi, occurrit mihi egregia
 traditio Baldi in c. cæterum, numero 13. de iudicis. qui scriptum
 reliquit, quod si vassallus suo nomine subfeudum concedit,
 atque ita suo nomine acquirit subvassallum, quod ipse con-
 cedens retinet vile dominium, atque ita datur vile domi-
 nium inferius, & superius retinetur, sicuti etiam diximus
 supra: si verò (inquit Bald.) voluntate domini vassallus alienat,
 penes alienantem nullum ius remanet, sed tota reco-
 gnitio est directi domini. Et Baldum secuti sunt Socin. Sen.
 in consilio 66. colum. 2. vers. secundò præmittendum est, libro 3.
 Curt. Iun. in tract. feudorum, in quarta parte, numero 83. & Mo-
 dern. Parisien. in Consuetudi. Parisiensibus. §. 1. glo. 6. numero 4.
 Iensit ergo Bald quod facta alienatione voluntate directi do-
 mini, non solum vassallus non habet subvassallum, verum nec
 ius aliquod in ipso feudo.

Cæterum facile responderetur, hæc duo inter se maxime
 differre, sed licentia alienandi, & licentia infeudandi. Nam fa-
 cultas alienandi efficit, vt in totum rei dominium in alium
 transeat, atque ita vassallus alienans, perdit vile dominium.
 Licentia verò subinfeudandi, quæ secundum feudi naturam
 concessa dicitur, operatur vt vassallus subinfeudans retineat
 vile quoddam dominium, quod superius (vt diximus) appel-
 latur, & subvassallus dominium inferius. Nec aliud aliquid
 præter directum dominium, manet apud ipsum primum do-
 minum. Quocirca rectè scribitur Doct. nostri subinfeudationem
 non esse proprie alienationem. ita sanè Abb. in c. cum
 22 apostolica. de his que fiunt à prelat. sine consen. capit. & Curt. Iun.
 in tract. feud. in 4. part. princ. numero 84.

Probata tamen opinione illa Marini Freccia, quod scilicet
 cōcessa à domino directo licentia subinfeudandi, is subvassallus
 infeudatus efficitur vassallus ipsius directi primique domini.
 Hæc sanè opinio locum non habet, quando coniecturis &
 præsumptionibus constat ita fuisse concessam alienandi fa-
 cultatem, vt sit subvassallus sit subinfeudans, & non primi
 domini: sic declarat Marin. Freccia in d. c. vidimus quemam nu-
 23 mero 54. vers. hæc autem persingere. qui septem coniecturas
 recenset, quas etiam enumeravi in præcitat. commentariis de ar-
 bitrar. iudic. libro 2. casu 200. ad finem. non tamen graabor &
 hic repetere.

Prima itaque est coniectura, quæ (inquit Marin.) desu-
 mitur à vicinitate scripturæ, argum. l. si seruus plurium. §. vltim.
 ff. de leg. 1. & scripti supr. libro 1. q. 28. numero 1. & 2. vbi mul-
 tis comprobauit.

Secunda est coniectura quæ desumpta à consuetudine ipsius
 Principis & domini directi, arg. l. vel vniuersorum. ff. de pignora.
 actio. quo loci Causa respondit, procuratorem posse pignori
 dare rem domini, si is dominus consuevit sic accipere mu-
 tuos, pignote dato. Et late comprobauit supra libro 1. p. 18. nu-
 mero 1.

Tertia est coniectura ducta à loci & regionis quæ consuetu-
 dine, argumento eorum quæ scriptis Ilein. in c. 1. §. præter.
 24 ed. numero 8. de capitu. Corrad. cum dixit, aliquando non esse
 permissam subinfeudationem ob regionis consuetudinem, sic
 voluntatis interpretatione à consuetudine patris colligit Lu-
 lianus in d. l. si seruus plurium. §. vltim. de legat. 1. & illis compro-
 bauit in d. libro 1. quæstio. 28. num. 7.

Quarta est coniectura, quæ colligitur ex immenso et col-
 lato beneficio à vassallo ipsi Principi, & directo domino,
 argum. l. si pater §. 1. ff. de d. nat. cuius egregia verba hæc sunt:
 Si quis aliquem à latrone vel hostibus eripuit, & aliquid
 pro eo ab ipso accipiat, hæc donatio irrevocabilis est. Nam
 merces eximij laboris appellanca est, quod contemplatione
 salutis certo modo æstiquari non placuit.

Quinta est coniectura sumpta ex grauitate et personæ, cui
 concessum fuit feudum, argum. l. pignum. §. equiij. ff. de vjij. 29
 & habit. quem textum multis illustrabimus inf. a lib. 6. præ-
 sumpt. 24.

Sexta est coniectura ducta ex eo, quod feudum fuerit et
 concessum ob benemerita vassalli, quem ipse dominus ple-
 30 niore gratia & fauore cohonestare verissimè voluisset.
 Nam (inquit Marin.) iudicia ad augmentum, non debent o-
 perari diminutionem, legata inuisit. ff. de adim. lega.

Cæterum hæc coniectura non multum differt à quarta su-
 pra commemorata.

Septima est coniectura sumpta ex eo, quod resita et in-
 feudum concedi consuevit, argum. ex c. de locat. & con. 131
 duct. vbi consuetudo locandi attenditur in remittenda pen-
 sione ob sterilitatis & pecuniæ casum. Et illo in loco dissentit
 Bald. Salic. & reliqui.

PRÆSUMPT. CIII.

Priuegium, seu concessio, an & quando præ-
 sumatur vel realis, vel personalis, & qui
 sit huius tractationis uti-
 lis effectus.

SUMMARI A.

- 1 Priuegium aut concessio personæ facta, personalis est, cum ea
 extinguatur, nec ad heredes transit.
- 2 Priuegij causam proximam & immediatam fuisse personam,
 signis probari.
 Si ratio & causa concessionis ipsi sibi soli personæ conueniat,
 num. 3.
 Si speciali personæ factum probetur, num. 6.
 Si sub nomine proprio aut pronomine fiat concessio, num. 9.
 Si personæ industria videatur electa, idque ex qualitate ne-
 gij commissi appareat, num. 10.
 Si id appareat ex aliqua priuegij parte, num. 11.
- 4 Marius ad restitutionem dotis, ultra quam potest, non con-
 demnatur.
 Idem in patre, patrono, & militi, numero 5.
- 7 Fisco ne gabellas soluat, concessam priuegium, non transit ad
 gabellæ conductores.
- 8 Pallij usus Archiepiscopo concessus, priuegium personale est, &
 cum eo pallium sepelitur.
- 12 Priuegium concessum ob benemeritorum remunerationem, v-
 trum personale sit, vel reale, nu. 13.
- 14 Contractus sui natura ad heredes transit.
- 15 Beneficium inferioris à Principe, non ita late interpretari.
 16 Priui-

- 16 Priuegium reale dicitur, si persona cui concessum sit, remota
 causa fuerit, proxima vero quævis alia.
- 17 Restitutio priuegij an transeat ad heredes minoris.
- 18 Restitutio minoris quando comperat.
- 19 Immunitas ob duodecim liberos, fauor publicus est causa pro-
 xima.
- 20 Concessio facta personæ per modum beneficij, non priuegij rea-
 lis est.
- 21 Beneficia Principum late interpretari.
- 22 Concessio facta personæ in modum pacti, & conuentionis, realis
 est, & ad heredes transitoria.
- 23 Concessio facta familiæ realis est, & ad omnes transit poste-
 ros.
- 24 Concessio facta ciuitati, loco, vniuersitati, realis est.
- 25 Ciuitas, populus, vniuersitas tempore eadem est.
- 26 Concessio facta rebus ipsis, realis est, non personalis.
- 27 Concessio facta causæ, realis præsumitur.
- 28 Nobilitatis & memoriæ concessum priuegium reale est.
- 29 Concessio verum causæ, an personæ facta sit, in dubio præsu-
 mitur realis.
 Effer tamen recurrendum ad coniecturas, nu. 30.
- 31 Priuegium concessum à Principe, reale est.
 Personale autem inferioris à Principe, nu. 32.
- 33 Priuegium Principis de facto aliquo, personale esse.
- 34 Priuegium de iure indeterminato personale, de determinato
 reale præsumi.
- 35 Priuegium seu concessio rei ad heredes non transitorie, perso-
 nam non egreditur.
- 36 Observantia coniecturam præbet, utrum priuegium personale
 sit vel reale.
- 37 Aquam ducendi concessio, cur realis præsumatur.
- 38 Observantia cur nil operetur in vniuersitate.
- 39 Verbum, in perpetuum, secundum subiectam materiam intel-
 ligi.
 Et in materia priuegiorum quomodo accipiatur, numero
 40.
- 41 Concessio realis sit, vel personalis, præsumptio interdum ex ali-
 quo externo accidenti sumitur.
- 42 Concessio realis præsumitur, si alias ob qualitatem personæ cui
 facta est, pene redderetur inutilis.
- 43 Concessio realis præsumitur interdum ex promissione recipro-
 ca.
- 44 Communitas nunquam moritur.
- 45 Concessio realis ad omnes transit heredes, & successores.
 Et de persona ad personam extenditur, nu. 46.
 Aliud in concessione vel priuegij personali, ibid.

Cum hæcenus de feudorum concessionibus, & Prin-
 cipum liberalitate multa exposuerimus, visum est
 non abs re, hoc in loco disserere, an & quando ipse
 Principum concessionibus & priuegia præsumantur realia, vel
 personalia? Disputatio est valde frequens & utilis, in
 qua quidem distinguendi atque constituendi sunt aliquot ca-
 sus.

Primus est casus, quando concessio facta fuit personæ, quæ
 extitit causa proxima, & immediata ipsius concessionis. Hoc
 in casu præsumitur et personalis, non autem realis: & propterea
 cum ipsa persona extinguitur, atque non transit ad hære-
 des, sicuti inf. a demonstrabimus.

Cæterum ad cognoscendum, quod et persona ipsa fuerit
 causa proxima & immediata concessionis, aliquot signa cõ-
 siderari possunt. Et primum est, quando et ratio & causa ob
 quæ facta est concessio, conuenit solum illi personæ. Exemplum
 est in casu l. marium, cum l. seq. ff. solut. matr. & in l. csi fideius-
 sor. §. si maritus. ff. de re iud. vbi priuegium concessum mari-
 to, vt ad dotis restitutionem solum condemnatur, in quan-
 tum facere potest, personale præsumitur, cum concessum sit
 ob honorem marito debitum, ne aliquando indigeat, fan-
 5 que quodammodo nocetur. Idem dicimus in priuegio con-
 cesso patri, et patrono, & militi, vt condemnentur tantummodo,
 in quantum facere possunt, l. sunt qui. l. patronus. l. item mi-
 les. ff. de re iudic.

Secundum est signum, quod sumitur à speciali fauore et
 ipsius personæ, cui concessum fuit priuegium. Exemplum
 in fisco, cui concessum est, ne soluat gabellam, l. licitatio. §. Im-
 peratores. ff. de publica. & veftigial. Quod quidem priuegium
 non transit et ad conductores ipsius gabellæ, vt scribunt Barr.
 in d. §. Imperatores. Dec. in l. in omnibus causis, nu. 2. ff. de reg. iur.
 & in cons. 48. nu. 5. & Tyrac. in tract. de retract. consang. §. 1. glof.
 13. num. 12. Est etiam exemplum in Archiepiscopo, cui fauore
 speciali suæ personæ concessus est vltus et pallij, & ideo priue-
 legium dicitur personale, quod nec quidem vltus ipse com-
 7 modari alteri potest, immo cum ipso pallio sepeliri debet,
 c. 2. de assis. & vltus pallij, vbi Docto. & notat Deci. in d. l. in om-
 nibus causis, nu. 1. in fi. de reg. iur.

Tertium est signum, quod et sumitur à nominatione pro-
 prii nominis, vt pura, si dictum est: Concedimus Caio: præ-
 sumitur enim ex hoc priuegium esse personale. Ita Anch.
 in cons. 327. num. 2. Alexan. in cons. 86. num. 7. lib. 1. Socin. Sen. in
 cons. 59. numero 2. lib. 1. Felin. in c. mandata, num. 2. de præsumpt.
 Deci. in d. l. in omnibus causis, num. 2. de regu. iuris. & in cons. 262.
 nu. 1. Bellonus in cons. 20. num. 7. Aleiat. in respons. 203. nu. 12. &
 Natta in cons. 163. num. 7. & in cons. 164. num. 21. Crauet. in consi-
 lio 929. nu. 6.

Et hoc signum multò magis locum habet, quando adie-
 ctum fuisse pronomen, ipse, vt si dictum fuit: Concedimus
 ipsi Caio. ita in specie Natta in d. consilio 163. num. 8. lib. 1. post
 Baldum in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. Imolan.
 & Ancharan. in c. priuegium, de reg. iur. in 6. Cum dixerunt,
 concessionem præsumi personalem, si concedens dixit: Per
 te exerceas. Ita etiam Alciatus in respons. 203. num. 26. Crauet.
 in cons. 929. num. 11. Idem Natta in cons. 164. nu. 21. lib. 1. qui de-
 clarat, sicuti infra suo loco dicemus. Et idem multò magis
 procedit, quando proprium nomen restitit fuit expressum.
 Crauet. in cons. 929. num. 8. Cæterum Ruin. in consilio 25. in fin.
 lib. 2. respondit legatum præsumi personale, quando factum
 est personæ expressio proprio eius nomine, adiecta tamen
 taxatiua, aliàs non. Qua de re differemus in subsequenti li-
 bro.

Et præterea, quando dictum fuit, concedi Caio ob amo-
 rem & beneuolentiam, qua eum concedens ipse prosequitur,
 præsumitur personale. Ita Crauet. in consilio 929. numero 10.
 idem quando concessio pro se, & descendendibus. Crauet.
 d. consilio 929. numero 10. post Ioan. de Ana. in consilio 20. I-
 dem quando concessio est facta rei & causæ, sed tamen res-
 pectu & intuitu personæ. Nam tunc dicitur personalis
 quia persona ipsa præualet. Crauet. d. consilio 929. numero
 29.

Quantum est signum, quod sumitur ex qualitate negotij
 et commissi ipsi personæ, sicuti quando negotium aliquod
 non determinatum commissum mandatumque fuit. Nam
 tunc concessio præsumitur personalis, ex quo præsumitur
 electa industria personæ, vt dicemus inf. a lib. 6. in præsumpt.
 40. vbi quando dicitur electa industria in quarto casu. Et in
 specie nostra signum hoc probarunt Bartol. in l. apud Iulia-
 num. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. & ibid. Alex. numero 2. & Ias.
 in l. 7. idem Ias. in cons. 89. col. 3. vers. septimò facit. lib. 3. & idem
 in l. si stipulatus, la. 1. numero 11. de verborum obligat. Dec. in
 consilio 262. colum. 2. vers. tertio. & numero 7. vers. sexto non ob-
 stat. Deci. in cons. 51. colum. 2. dum loquitur de saluo conductu.
 Natta in consil. 163. nu. 15. & nu. 11. & in cons. 164. nu. 10. vers. præ-
 terea, & num. 13. lib. 1.

Quintum est signum, quod sumitur ex aliqua parte et i-
 ipsius priuegij, & concessionis, vt pura si vna parte priuele-
 gij, in qua aliquid fuit concessum dictum fuit pro se, & hæ-
 redibus, deinde in alia parte, in qua aliud diuersum concess-
 sum fuit, solummodo fuit dictum, pro se, colligitur ex se-
 cunda parte, concessionem hanc esse personalem. Ita Bald.
 in cons. 363. quod permutatio facta, col. 1. vers. secunda ratio, libro
 6. qui respondit, quod quædam verba antiquorum pactorum,
 in quibus dicebat, quod nemo ipsorum possit aliud acqui-
 rere in territorio alterius, censetur personalia, atque ita
 non referri ad heredes, sed solummodo ad ipsos principales
 contrahentes quia in dicta clausula nihil erat repetitum de
 hæredibus, de quibus facta fuerat mentio supra in alia parte.
 Et Baldum secutus est Natta in cons. 164. num. 1. & nu. 22. li-
 bro 1. vbi in contrarium recenset Cornef. à Baldo rece-
 dendum non esse scripsit.

Secundus est casus, quando concessio facta fuit personæ,
 quæ fuit causa proxima & immediata ipsius concessionis,
 sed concessio ipsa facta fuit ad et remunerationem beneme-
 13 ritorum. Hoc in casu sunt opiniones. Aliqui existimant,
 hanc concessionem adhuc præsumi personalem & ob id nõ
 esse ad heredes transitoriam. Ita Ioan. Andr. in c. priuegium,
 de regul. iur. in 6. in mercurialibus. vbi in solutione quæstionis
 per eum disputatæ, concludit, quod si apparet, quod pro-
 pter labores, quos aliquis pro Ecclesia Romana sustinuit, vel
 propter eminentem ipsius scientiam, vel sanguinis nobilita-
 tem, priuegium fuerit concessum, istis casibus priuele-
 gium non præsumitur reale, etiam si suppressum fuisse no-
 men proprium: quia persona videtur fuisse causa imme-
 diata priuegij. Et Ioann. Andr. secutus est illo in loco An-
 charan. Crocius in l. omnes populi, numer. 228. idem respon-
 runt Ias. in consilio 89. colum. 3. vers. secundo facit, libro 3. Alciat.
 in respon. 203. numero 22. & Natta in consilio 164. numero 20. ver.
 ad ista omnia, libro 1. Crauet. in cons. 929. in fin. ex l. 1. ff. de consi-
 tut. prin.

Secunda fuit opinio, & verior quidem eorum qui scri-
 pserunt, imò concessionem hanc et realem esse, Ita respon-
 derunt Bal. in cons. 355. præmittendum est. l. 1. & in cons. 98. quæ-

Quod procedit, est postea solutionis facta sic distributio in singulos annos. nu. 41. Item in emptione datij, cuius emptor commoditatem percipiendi dicitur emisse. nu. 45. Vt etiam si unica sit prestatio pro toto tempore, numero 44.

Primo admodum est, et si valde egregia, illa interpretum nostrorum disputatio, an præsumatur initus contractus emptionis, & venditionis, vel locationis & conductionis, quando Princeps, vel Civitas, seu populus aliquis, vectigalium exactationem alicui, certo constituto pretio concessit? Hanc disputationem pertractarunt Bar. in sua disp. 4. incip. publicanus. Ripa in tract. de peste, in tit. de privileg. contractuum. nu. 46. & Boer. in q. 249. nu. 10. & nu. 11. & alij plures, quos statim commemorabo. Placet mihi ita distinguere, in multis locis Ripæ traditionem.

1 Primus est casus, quando contrahentes non sunt nisi verbo emptionis, & venditionis: nec verbo, locationis, & conductionis, ut puta, si fuit dictum, quod Princeps seu Princeps concessit Caio gabellas usque ad decem annos, pretio decem millium coronatorum singulo anno. Hoc in casu recepta est Doctorum opinio, hanc præsumi locationem, & conductionem. Ita communem esse asseruit Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. numero 54. & cum eo Boer. in d. quest. 249. numero 11. vers. primus casus, qui testatur esse communem opinionem.

2 Secundus est casus, quando contrahentes vti sunt nisi verbo locationis, & conductionis, ut puta, si dictum fuit, quod Princeps locavit Caio gabellas ad decem annos pretio decem millium coronatorum singulo anno. Hoc etiam in casu a fortiori præsumitur atque censetur locatio, & conductionem. Ita communem hanc esse opinionem asseruit Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. numero 55. & cum eo Boer. in d. quest. 249. numero 11. vers. secundus casus est. Ea est manifesta ratio, quia si in dubio præsumitur locatio, cum scilicet locationis mentio non est facta, ut superiore casu diximus: multo magis, quando fuit adiectum, verbum locationis. Et præterea à sermone nisi proprietate non est recedendum, l. non aliter, de leg. 3. & multis infra comprobabimus. Dum ergo locationis verbo vti sunt contrahentes, hanc locationem esse significarunt.

3 Extenditur hic casus, ut locum etiam habeat, quando constitutum fuit vnicum certum pretium, præstandum pro omnibus annis, vel etiam si facta sit concessio pro vno anno. Nam & tunc ob verbum, locationis, contrahentes vti sunt, præsumitur adhuc contractus locationis. Ita censuit Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. numer. 55. vers. hoc intellego. Quo in loco censuit ita sensisse Calstr. in l. cotem ferro. §. qui maximos. nu. 4. ff. de publ. & vectig. & in l. 2. §. adeo. ff. locati. et si ipse Calstr. in d. §. adeo. nil hac de re dixerit.

4 Nec repugnat auctoritas Baldi in l. si ea lege. numero 4. C. de usufructu. quia ut rectè etiam animadvertit Ripa præcitato in loco, concedit Baldus hunc esse contractum locationis: sed ait, quod hoc in casu non sit remissio mercedis huic locatori, si fructus aliquos non percepit: cum hic conductor non censetur condusse nisi fructus percipiendos, sed spem fructuum percipiendorum, atque ita calum, aduersusque fortunam condusse videtur. l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. Et hac ratione vti etiam est Bald. in l. licet. questio. 3. C. locati.

5 Tertius est casus, quando contrahentes vti quidem sunt verbo emptionis, & venditionis, sed tamen nisi in singulos annos pretium constituerunt, ut puta si dictum fuit, quod Princeps vendidit Caio gabellas ad decem annos, pretio decem millium coronatorum in singulos annos solvendas. Hoc sane in casu recepta magis Doctorum opinio est, hunc esse locationis & conductionis contractum. Hac in opinione fuerunt Bar. in d. l. cotem ferro. §. qui maximos. n. 2. ff. de pub. & vectig. & copiosius in d. disp. 4. Publicanus. Calstr. in d. §. qui maximos. Anch. in conf. 401. pluribus, & in c. propter sterilitatem de loco. Signorol. in conf. 22. numero 12. Imola in conf. 7. in princip. qui admittit veram esse Bartoli opinionem. Idem sensu Aretin. in conf. 55. numero 3. & numero 5. Hanc quoque probarunt Bertachin. in tract. de gabellis. in prima quest. secundæ partis principalis, col. 1. Salicet. in l. 1. col. 3. vers. vnum tamen. C. de iure emphyt. Alex. in conf. 3. col. 2. lib. 3. & apertius in conf. 108. libro 3. Coru. in conf. 23. nu. 7. in conf. 33. nu. 9. & in conf. 128. nu. 3. lib. 2. idem in conf. 12. nu. 2. lib. 4. Lud. Bologn. in conf. 54. col. pe. vers. aliud etiam in sup. Socin. Sen. in conf. 88. col. 2. vers. pretium autem. libro 1. & in conf. 156. col. 1. libro 2. Idem sensu Fabian. de Monte in tract. de emp. & vend. quest. 2. princip.

6 Respondet Ripa vbi supra num. 52. vers. sed in. Ego quantum attinet ad rem hanc respondeo, ut dixi supra. Eadem ratione diluitur aliud argumentum, quod recenset Ripa vbi supra num. 53. Quarto ad rem magis conferre videtur, quod in dubio recipienda est illa interpretatio, quæ benignior est. l. vltim. C. qui bonis ced. poss. qua adductus ita respondit Socin. Sen. in conf. 25. col. 8. vers. non probatur. lib. 1. & ego scripsi, lib. 2. de arbitr. iudicium, & c. Casu 199. num. 6. Atqui benignior videtur esse hæc interpretatio, quod sit contractus locationis, ob id scilicet quod remissio mercedis facile conceditur, fructibus non perceptis, ut in specie considerat Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. n. 63. vers. in sup. Ergo hic contractus dici debet contractus locationis & conductionis.

num. 24. & hanc esse communem sententiam, attestatus est Ripa. in d. tract. de peste. in d. tit. de privileg. contractuum. nu. 56. Eandem secuti sunt Socin. Jun. in conf. 68. num. 1. lib. 1. Traquet. de retractu consang. §. 32. in gl. n. 36. Boer. q. 249. col. vlt. Bofsius in tract. causarum criminalium. in tit. de remissione mercedis publicanorum. numero 5. Et quoniam in foro & iudiciis ab opinione hac remerè recedere non licet: attamen patum solida esse videntur argumenta penè omnia, quibus ij interpretes vti sunt.

Primo ea ratione moti sunt, quod hic constitutum est pretium annuum, sicque in singulos annos. Atqui vbi pretium in singulos annos, vel menses constituitur, contractus locationis dicitur initus, non autem emptionis & venditionis. Ergo hic contractus noster dicitur locationis, non autem venditionis. Illa minor probatur auctoritate glossæ in l. 1. in verbo, alienationis. C. de iure emphyt. quam glossæ traditionem secuti sunt Barto. & Iaf. nu. 23. qui alios plures commemorat.

Respondetur primò ex sententia Imolæ in d. §. qui maximos. & Ripæ in d. tract. de peste. tit. de privileg. contractuum. nu. 49. verum non esse, quod dicatur nisi locatio, vbi constituitur pretium annuum, vel mensuratum: quia nil est, quod impediat, quin emi possit perceptio fructuum pro pluribus annis: licet solutio sit distributa in singulos annos. Cum ergo vendi possit, & constet de mente contrahentium, ex verbis ab eis prolatis, debet iudicari emptio, non autem locatio. Nec obstat gloss. d. l. 1. C. de iure emphyt. quia illa procedit in dubio, & vbi contrahentes vti non sunt verbo emptionis & venditionis. Et in claris non est opus coniecturis. l. continuis. §. cum ita. de verborum obligat. Et hanc interpretationem sensu gloss. l. Pomponius. in verbo, amitti. il. secundo. ff. quibus modis usufructus amitta. cum appellat venditionem fructuum factam pro decem annis in singulos annos. Præterea & secundo respondetur gloss. d. l. 1. C. de iure emphyt. non probare vel lege, vel ratione id quod asserit. Nam adducit text. §. pretium. in Insit. de empr. & vend. & §. adeo. in Insit. de locato. quæ quidem iura nil penitus probant. Quocirca, etsi probabilis sit glossæ & auctoritas, non tamen est necessaria, ut scribunt omnes in l. 1. §. si certum petat. Et rursus ipsamet gloss. aliter sentit in d. l. Pomponius. ff. quib. mod. usufruct. amitta.

Secundò adfert Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. num. 50. hoc argumentum, quod ait à Bart. in d. disp. perpensum. Hic contractus assimilatur contractui locationis, & secundum eius naturam debet regulari. A qui in contractu locationis nisi remissio mercedis. Ergo idem est dicendum hoc in casu.

Repondeo ego huic argumento, omiſſa responsione Ripæ. Dico itaque hoc argumentum nil ad rem nostram facere. Nam nos non disputamus nunc, an fieri debeat hoc in casu remissio mercedis, vel non, tanquam sit contractus locationis, vel venditionis: sed disputamus, an sit contractus ipse emptionis, vel locationis: atque ita disputamus de cognoscenda ipsa qualitate ipsius contractus, qualis scilicet contractus sit. Et ex hoc respondetur illi considerationi, quam ex eodem Bar. subiungit Ripa, quod scilicet emptio & locatio eisdem regulis regulantur l. 2. in princip. ff. locati. Nam cum adhuc non sit certum, quæ species contractus hæc sit, sequitur dicendum, ad rem non facere considerationem hanc.

Tertiò mouetur Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. nu. 52. post Bart. in d. disp. 4. ex l. inter quos. §. damno. ff. de damno infecto. vbi superficiario est propter ruinam superficiæ sit remissio pensionis. Et tamen esse potest, quod titulus emptionis esset superficiarius: Cum superficies ita emi, sicut locari possit. l. 1. §. 1. ff. de superficiebus.

Respondet Ripa vbi supra num. 52. vers. sed in. Ego quantum attinet ad rem hanc respondeo, ut dixi supra. Eadem ratione diluitur aliud argumentum, quod recenset Ripa vbi supra num. 53.

Quarto ad rem magis conferre videtur, quod in dubio recipienda est illa interpretatio, quæ benignior est. l. vltim. C. qui bonis ced. poss. qua adductus ita respondit Socin. Sen. in conf. 25. col. 8. vers. non probatur. lib. 1. & ego scripsi, lib. 2. de arbitr. iudicium, & c. Casu 199. num. 6. Atqui benignior videtur esse hæc interpretatio, quod sit contractus locationis, ob id scilicet quod remissio mercedis facile conceditur, fructibus non perceptis, ut in specie considerat Ripa in d. tit. de privileg. contractuum. n. 63. vers. in sup. Ergo hic contractus dici debet contractus locationis & conductionis.

Respondetur retorquendo argumentum quod benignior censi debet interpretatio, quod ob id, quod remissio fieri non debet: cum hic nulla adsit culpa communitatis & Reipub. ob quam concedi debet remissio: Et ipsi Reipub. magis fauendum est quam illi emproi, cum Reipub. equiparetur mitori l. penul. C. de iure Reipub. lib. 10. Et quemadmodum is qui

14 qui emit iactum reus nisi conqueri non potest, si nihil explicatum erit. l. si iactum. ff. de act. emptio. ita nec iste emptor reatum vectigalis. Et quemadmodum emptor iste pretium auxilii ipsi Reipub. si multum plus soluto percepisset, ita e contra non mereat refici, si minus percepit, cum sit regula iuris naturæ, ad eum pertinere damnum, ad quem pertinet lucrum. l. secundum naturam. de reg. iur. Nec obstat quod in contractu locationis fiat remissio mercedis ob sterilitatem, cum tamen merces illa non augetur ob magnam vbertatem: Nam facile responderetur id contingere in locatione, quam certam esse præsupponimus quia in locatione id statuit lex, & contrahentes consentent contrahere secundum naturam contractus: Et propter eadem diuersum est in casu nostro, in quo dicimus esse contractum emptionis, quod cuius natura non admittit mercedis remissionem.

Quintò vrgere non mediocriter videtur, quod emptionis, & venditionis natura, & substantia est, quod dominium rei venditæ transferatur. l. cum manu facta. §. vltim. ff. de contrahen. empt. & §. item queritur. Insit. de locat. Atqui nostro in casu nullum est translatum dominium vectigalis. Ergo non dicitur contractus venditionis, sed potius locationis.

Respondetur primò, quod immò in hunc contrahentem cum Republica, etiam si conductor sit, semper transit & vtile dominium. l. 1. §. 1. ff. de loco pub. fru. Bart. in l. 1. §. 1. de superficiebus. & Aret. in conf. 55. num. 3. in ji.

20 Respondetur secundo, quod in vectigali & duo consideranda sunt, nempe corpus ipsum vectigalis, & ipsius vectigalis fructus seu redditus. Quoad dominium ipsius corporis vectigalis, est certum illud non esse translatum cum dictum sit redditus venditos esse, non autem ipsum vectigal. Et hoc casu procedit argumentum. Quo verò ad dominium ipsorum reddituum, & fructuum, illud dici potest venditum & translatum.

21 Cum & fructus vendi possint. Clem. 1. de reb. alien. non alien. & tradunt Bal. in l. C. eod. & Fabian. de monte. in tract. de emptione. quest. 2. num. 28.

22 Sextò ad rem maximè facere videtur hæc ratio quod quando pretium soluitur singulis annis, non videtur dominium velle transferre aliquod us, ad hoc, ut si ille cessabit in solutione mercedis, vel pretij possit expelli l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. vectigalia. §. vlt. ff. de publica. & vectig. sed diuersum est, quando vnicum pretium soluitur. Et idem videtur probari. l. item queritur. §. qui impleto. ff. locati. vbi in locatione prædiorum semper habetur respectus ad annuam præstationem. Ergo hic contractus non est emptionis, cuius natura est, ut dominium transferatur, ut diximus supra.

Respondetur argumentum quidem demonstrare in contractu locationis esse rationem hanc cur dominium, seu aliquod us non transferatur, ut scilicet conductor deficiens in solutione expelli possit: sed tamen ex hoc ipso argumento nõ colligitur, quin idem sit remedium in casu fructuum singulorum annorum: qui dum in singulos annos venduntur, & singulis annis solui debet pretium, si deficiat in solutione possit repelli à perceptione aliorum fructuum subsequenrium annorum. Et ille respectus, qui ratione quantitatis fructuum habetur in locatione ex præstatione pensionis. d. §. qui impleto. haberi etiam potest in contractu venditionis.

Septimò ad rem maximè videtur pertinere, quod regulariter leges loquentes de locatione prædiorum loquuntur, cum merces constituitur in singulos annos. Ita l. item queritur. §. qui impleto. & l. si in lege. §. si domus. & §. seq. ff. locati. l. vectigalia. §. vltim. ff. de publica. & vectig. l. si a colono. & l. si de iudicibus. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. & l. licet. C. locat. Cum ergo nostro in casu solutio fieri debeat singulis annis ratione fructuum & reddituum percipiendorum, dici debet hic contractus locationis, non autem venditionis.

Respondetur, quod licet hæc distributio solutionis in singulos annos coniecturata, faciat hunc contractum esse locationis, ut loquuntur iura supra allegata: Attamen ab hac coniectura receditur ob clara verba apposita in contractu, dum appellatur vendit: Et in claris non est opus coniecturis. l. continuis. §. cum ita. de verborum obligat. Et præterea vna & com. etia a altera tollit, & diluit. l. diuis. ff. de integrum restitut. & egregie scribunt Bald. in rubric. extra de præsumpt. numero 1. Marfi. in l. 1. §. diuis. numero 28. ff. ad leg. Cornet. de fideiuss. Socin. Jun. in confilio 76. numer. 66. lib. 1. & Gramm. in confilio 13. numero 7. Hic autem præter clarum verbum venditionis, adest verbum pretij, quod sui natura (ut diximus supra) facit validam coniecturam, contractum esse emptionis & venditionis. Ergo diluitur huius argumenti coniectura ducta à distributione solutionis in singulos annos.

24 Com. etia a altera tollit, & diluit. l. diuis. ff. de integrum restitut. & egregie scribunt Bald. in rubric. extra de præsumpt. numero 1. Marfi. in l. 1. §. diuis. numero 28. ff. ad leg. Cornet. de fideiuss. Socin. Jun. in confilio 76. numer. 66. lib. 1. & Gramm. in confilio 13. numero 7. Hic autem præter clarum verbum venditionis, adest verbum pretij, quod sui natura (ut diximus supra) facit validam coniecturam, contractum esse emptionis & venditionis. Ergo diluitur huius argumenti coniectura ducta à distributione solutionis in singulos annos.

25 Contrariam itaque opinionem quod aduersus communem

probarunt aliqui magnæ quidem auctoritatis interpretes, nempe Roma. & Imola in d. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & vectig. Idem Imol. in c. propter sterilitatem. col. pen. de loco. Lud. Bologn. in additio. ad Ioan. de Anna. in conf. 74. col. vlt.

Primò itaque hæc opinio probatur, contrahentes vti hic sunt verbo emptionis & venditionis, quod verbum propriè significat ipsam contractum emptionis & venditionis, ut clarum est. Atqui talis creditur esse & contractus qualem eum verborum proprietates significat. Ergo hic contractus dici debet emptionis & venditionis. Illa minor probatur ex l. interest. ff. de solutio. ibi, quantum lectio probat. Huc facit quod egregie scripsit Dec. in auct. ex testamento. col. 3. vers. sed certe. C. de colla. post Oldr. in conf. 159. quod si dubitatur an aliqua concessio sit feudum, vel donatio, verba concessionis inspicienda sunt. Nam si in ea dicitur, donamus, donatio est, quia verba id sonant. Et aliud simile tradit ibi Decius, & idem alia plura attulit in conf. 208. col. 2. vers. postremò. & in conf. 468. col. 2. vers. ex his patet. Et hoc illud est, quod dicere soleamus tunc rem dispositionis & ostendere qualis sit contractus, ut post alios demonstrat Curt. Senior in conf. 53. super articulo. col. 1. & latissime Tyraquel. in l. si unquam. in verbo, libertis, numero 8. & 9. C. de reuoc. dona.

Nec obstat consideratio neque responsio Doctorum, qui communem opinionem defendunt, quod licet verba sonant in contractum emptionis & venditionis attamen magis attendi debet natura & contractus, sicque subiecta materia, quam verborum sonus, ut probant in specie l. si vno. ff. locati. & l. si soli. Cod. eod. & confert l. insulam. ff. de prescript. verbis. Et hoc pertinent multa similia, quæ conuenit Decius in l. non vult heres esse. n. 8. de reg. iuris. in l. qui accusare. in fi. C. de edendo. & in l. 3. numero 8. C. de milit. testa. Alcia. lib. 2. de verbor. signif. num. 4. & clari Crau. in conf. 245. num. 6. Et ad rem maxime pertinet, quod docuit Aret. in l. 1. §. si quis ita de verb. obligat. dum dicit, quod ad cognoscendum actum potissimum iudicium refertur & ex subiecta materia. Et ex Aretini sententia scripsit Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 36. in fine. subiectam materiam ostendere, quod quis vti voluerit actum priuilegiato, vel ordinario. His valde similia, & egregia recenset Tyraq. de retractu consang. §. 32. glo. 1. num. 34. Et ad rem nostram etiam valde simile quod decidit Afflic. in decis. 73. in fi. quod licet contrahentes appellentur contractum emphyteusis attamen si adest pretium, & natura emptionis, emptio à subiecta ipsa materia iudicari debet. Idem de emphyteusi facta sub nomine locationis responderunt Neuz. in conf. 92. num. 12. & Ballon. in conf. 21. nu. 4. & 5. Nata in conf. 49. num. 14. & simile de feudo tradit Socin. Sen. in l. Gallus. §. etiam. nu. 6. ff. de libe. & posthu. & dicens infra in præsumpt. sequenti. vbi agens de præsumptione an præsumatur contractus locationis, vel emphyteusis. Ita ergo nostro in casu ob subiectam ipsam materiam illud verbum, emit, potest expeni, id est, locari, ut in l. ea lege. §. locati. ff. locati. & l. ij qui. C. eo.

Huic considerationi facile responderetur, quod tunc nisi dum magis attenditur natura actus, quam significatio verborum, quando ipse actus est clausus, atque ita quando omnino constat de ipsa natura actus. Ita loquuntur prædicta iura, nempe l. si vno. l. si soli & dicta l. si insulam. & Doctores supra allegati. Nam tunc verba improprantur: sed diuersum est quando ipsa subiecta materia est dubia & ambigua sicuti in casu nostro, vbi redditus vel fructus ad tempus percipiendi ita possunt vendi, quemadmodum & locari, ut infra dicemus: nam tunc à sermone proprietate non est recedendum l. non aliter de leg. 3. cum similib. Et valde simile est quod scripsit Soc. in l. ambigua. n. 5. ff. de reb. dubis. cum dicit, quod tunc potius attenditur mens & disponens quam verborum proprietates, quando scilicet ipsa mens est certa. Ergo sensu Socin. quod vbi mens est dubia, à sermone proprietate non est recedendum.

Præterea & secundo respondetur, quod quantum ad tertium inspicitur quidem subiecta ipsa materia: sed quoad ipsos contrahentes magis inspicitur proprietates verborum. Ita egregie declarat Ripa in l. 2. in princip. numero 37. ff. si certum petat.

Secundò mouet me plurimum, quod hic facta est mentio pretij. Atqui vbi in aliquo contractu sit mentio pretij, & contractus emptionis & venditionis censetur. Ergo & hic contractus noster iudicandus est emptionis & venditionis, Illa non probatur ex l. vlt. vbi glo. & Bar. C. de prædiis decur. l. 10. & l. cum dotem. C. de iure dotium. quod loci Baldus annotauit, quod si statum disponit, ut de pretio cuiusque rei solvatur gabella, statum illud intelligitur de contractu emptionis & venditionis. & Baldum secutus est Iaf. in l. 1. num. 23. C. de iure emphyt. Et his accedit glo. in l. apud. Celsum.

Si cum legitima ff. de doli mali & motus except. ibi. pretio accepto. ubi emptio iudicatur, ob pretij constitutionem, et si appellata fuerit cessi. Alia tradunt egregia Deci. in l. imaginaria, num. 1. & ibi ceteri Doctores de regni iuris. qui dicunt pretium esse substantiam emptionis & venditionis, & propterea arguere contractum esse talem. Idem scripserunt Fabianus de Monte in tract. de emptione, & venditione. q. 1. ad finem. Marfil. singul. 105. Socin. Iun. in consil. 61. num. 3. & nu. 7. lib. 1. Paris. in consil. 83. num. 7. lib. 3. & Alba in consil. 81. num. 47. Et huc accedit Alcia. in l. 2. in princ. nu. 26. ff. si cert. per. qui scriptum reliquit, quod mentio pretij rem clarum omnino facit, ut venditio celebrata videatur. Et quod verbum, dari, quod aliqui actum permutationis significabat, impropriatur, & exponitur pro tradi. Et ad rem propè nostram censuit Afflict. in decis. 72. num. 9. contractum emptionis ceteri, ob pretij mentionem, et si alia verba significant esse contractum emphyteusis.

Nec hic obstat si dicatur, quod hoc verbum, pretium, exponi potest, pro mercede, ut in l. ea lege. §. locati. & in l. insulam. §. qui edem ff. locati.

Nam respondetur, quod illud contingit ibi, quia ipsa subiecta materia erat omnino clara, quia erat contractus locationis, & conductionis: id quod non contingit in casu nostro. Præterea in casibus d. §. locati. & d. §. qui edem. pretium conueniebatur solum contractui locationis, cum tenue pretium esset, iuxta declarationem Iason. in d. l. 2. in fin. princ. ff. si cert. per. & in consil. 45. col. 3. lib. 1. At nostro in casu pretium conueniente emptioni fructuum, ut conductioni ipsius fundi, vel iuri exigendi. Et propterea à emptionis proprietate non est recedendum. Et accedit præterea, quod hic adesset duplex impropriatio, nempe, verbi, venditionis, & verbi, pretium, quæ quidem duplicata impropriatio iure non recipitur.

Tertio adducor ad hanc sententiam ea ratione, quod ex natura emptionis & venditionis est, quod dominium rei transferatur. l. cum manus. §. ult. ff. de contrahen. emp. & l. necessarius. §. 1. ff. de periculo & commod. rei vend.

Atqui hoc nostro in casu dominium fructuum transferri posse dicitur, iuxta l. 3. ff. de usufructu. Ergo ceteri debet contractus emptionis & venditionis, cum & nomen, & substantia, nempe pretium concurrat.

Quarto videtur non parum, quod quando fit contractus, in quo quis pretium aliquid dare principaliter, & aliquid facere in consequentiam, tunc iudicatur contractus emptionis & venditionis. l. 2. §. 1. ff. locati. & §. item queritur. Insti. eodem. Atqui nostro in casu, qui vendidit fructus ad decem annos, aliquid dare promisit principaliter, nempe ipsum dominium fructuum, & aliquid facere in consequentiam, nempe, pati quod fructus colligantur. l. si usufructus. ff. de iure dotum. Ergo hic contractus iudicatur emptionis & venditionis.

Extenditur communis conclusio, ut procedat etiam, quando solutio fuit constitutum vnicum pretium, & deinde solutio distributa per singulos annos. Ita Ripa in d. tit. de privilegiis contractuum. num. 64. ubi declarat in prima extensione.

Quartus est casus, quando pretium contractus sit præsumitur contractus emptionis & venditionis. Ita scripserunt Bartol. in d. disp. 4. Publicanus, in solutione. col. 3. vers. & prædicta verba Ripa in d. tit. de privilegiis contractuum. nu. 60. vers. secundo casu. & Tyraq. in tract. de retractu consang. §. 1. glo. 14. num. 86. & 87. Et admittunt ceteri omnes superiore casu commemorati, dum solum ob id eo in casu dicunt esse contractum locationis, quod pretium est in singulos annos distributum. Ergo à sensu contrario omnes concedunt esse venditionem, si vnicum tantum sit pretium semel præstandum. Et hic cessant illa argumenta, quæ pro communi illa opinione superioris casus adferuntur. Et hoc in casu non conceditur remissio mercedis, si nihil, vel parum fuit perceptum, ut scribunt Ripa, & ceteri omnes, cum ad emptorem ipsum totum damnū pertineat. Quod tamen ad pretij computationem duos casus distinguit præcitaro in loco Ripa.

Quorum primus est, quando ipse emptor percipit reditus. Hoc casu non fit excomputatione pretij, quia ius usufructus videtur emptum. l. si quis ita. ff. de usufructu. & l. cum ita. ff. de usufructu. leg.

Secundus est casus, quando venditor percipit reditus Nam tunc fit excomputatione pretij pro rata temporis, quo reditus non fuerunt præstiti per ipsum venditorem, ipsi emptori. Ita Bart. in disp. 4. arg. l. si venditor. §. verisimile. ff. de contrah. emp.

Extenditur primo quartus ille casus ut locum etiam sibi vendicet, cum ab initio vnicum constitutum est pretium pro omnibus annis, & deinde distributa est ipsa solutio distributa in singulos annos, ut puta si dictum sit, Princeps vendidit Caio reditus suorum veftigalium per decem annos pretio centum nullum coronatorum: ita tamen quod primo anno numeret viginti mille, secundo anno quinquaginta milia coronatos, &c. Hoc etiam casu præsumitur contractus emptionis & venditionis. Ita censuit Ripa in d. tract. de peste. in d. tit. de priuilegiis contractuum. num. 46. qui declarat Bart. in d. q. 4. Alex. in consil. 108. lib. 3. & Corn. in consil. 12. lib. 4.

Extenditur secundo, ut procedat etiam quando vnicum pretio venditum fuit pretium: nam tunc præsumitur venditio reditus datij, & ob id præsumitur contractus venditionis. Ita tensit Bart. in d. disp. 4. in solutione. col. 3. vers. & primo videamus. & apertius Bal. in l. licet. q. 4. locati, qui dixit, ita scripsit Bart. in d. §. qui maximos. tametsi meo in codice, nullum verbum hac de re scripserit Bartol. ea ratione ij moti sunt, quod censetur hic emptor commoditas perceptionis fructuum. l. si usufructus. ff. de iure dotum. Emptor autem perceptionis censetur emitte ipsum actum percipiendi, atque ita spem. l. si actum. ff. de actio. emp. & d. l. si usufructus. in ff. de iure dotum. Ergo dicendum est, quod sola spe contentus esse debeat.

Dissentiunt tamen à Bart. & Baldo. Alex. & Igneus, quos recenset & probat Ripa in d. tract. de peste. in tit. de privilegiis contractuum. nu. 63.

Quintus est casus, quando contrahentes vbi sunt simul verbo venditionis, & verbo locationis: & pretium est diuisum in singulos annos, vel menses. Hoc casu verè præsumitur locatio. Ita Ripa in d. tit. de priuilegiis contractuum. num. 66. post Imolam in d. §. qui maximos. & Alexan. in consil. 108. lib. 3. Alc. in resp. 513. num. 1. & Boer. in d. q. 249. col. ult. ver. quarus casus.

Sextus & vltimus est casus, quando contrahentes vbi sunt simul verbo venditionis & locationis, & pretium est vnicum pro toto tempore. Hoc casu præsumitur contractum locationis scripserunt Ripa in d. tit. de priuilegiis contractuum. num. 66. vers. si vero constitutum. quem secutus est Boer. in d. q. 249. col. ult. vers. quartus casus est.

PRÆSUMPT. CV.

Contractus emphyteuticus vel locationis quibus coniecturis & præsumptionibus iudicari possit.

SYMMARIA.

- 1 Emphyteusum vel locationem contrahentes nominantes, illorum verbis standum est.
2 Contractus talis præsumitur, qualis ex verborum facie apparet. Nisi repugnet illius effectus.
3 Emphyteusis iudicatur ubi concessio perpetua est.
4 Locatio ad certum tempus fieri solet.
5 Locatio dicitur, quando pensio quæ præstatur fructibus repperdet.
6 Emphyteusis dicitur quando modica soluitur pensio.
7 Emphyteusim concessam esse in iudicio est reseruatio præstandi laudemij.
8 Laudemium pro locatione non soluitur.
9 Laudemium lex appellat quinquagesimam.
10 Emphyteusis vel locatio an sit, effectus magis quam verba indicant.
11 Contractus in qualitate cognoscenda, non nomen, sed quod contractus conuenit, attenditur.
12 Rei veritas falsa demonstratione & denominatione nequit immutari.

Cum contrahentes claris verbis appellant contractum vel locationis, vel emphyteusis, ab ea nominatione recedendum non est. iuxta l. alij. ff. de usufructu leg. Quæcumque enim fuerit relata intentio: attamen verbis standum est, nec sunt verba cauillanda. l. 2. §. vlti. ad Senatusconsult. Tertul. Et verè contractus talis præsumitur & iudicatur, qualis ex verborum facie apparet. l. fideiussores magistratum. §. 1. ff. de fideiuss. Et contractum ipsum secundum verba iudicamus. l. qui saxum. ff. de donat. vbi Imola. Et in specie contractus locationis & emphyteusis respondetur Neuzia. in consil. 92. n. 1. & 2. & Natta in consil. 49. n. 14. li. 1. & Rota Rom. in decis. 564. n. 5. in prima parte in nouissimis. Cum vero verba non sunt clara, ad præsumptiones, & coniecturas recurrimus.

Prima

Prima coniectura est, quando concessio est perpetua. Nam tunc iudicatur emphyteusis, non autem locatio, quæ fieri solet ad certum tempus. Ita Bald. in c. literæ. colum. 2. vers. modò ego quæro. de dilatio. Angel. Aretin. in §. addè in Insti. de locat. Iason in l. 1. numero 6. C. de iure emphyt. Cagnol. in authent. qui rem. num. 6. 7. C. de sacrosanct. eccles. Bellon. in consil. 21. num. 2. & Natta in consil. 49. num. 23. libro 1.

Secunda est coniectura, quod quando pretio pensio, quæ præstatur, correspondet fructibus, locatio dicitur. Emphyteusis verò, quando soluitur tenuis & modica pretio pensio. Ita Bald. in l. 1. numero 9. ver. quæro, dicitur hic. C. de iure emphyt. & ibidem Iason numero 6. Et his accedit Specul. in tit. de emphyteus. §. nunc aliqua. vers. secundo queritur, & c. qui manifestè scripsit, emphyteusam plus percipere de fructibus quam soluat nomine pensionis. Idem respondit Alexand. in consilio 112. numero 2. & numero 3. vers. sexto. libro 1. Capolla in tracta. de simulat. contractuum, in tertia præsumptione. vers. sic pensio, qui in specie horum contractuum, qui Verone celebrari solent, sic affirmat Soc. Sen. in consil. 257. numero 8. libro 1. Cagnol. in l. 2. num. 202. C. de rescind. vend. Neuzian. in consil. 92. numero 12. & numero 45. qui huius sententiæ alios commemorat. Sylluan. in consil. 9. num. 3. Natta in consil. 59. num. 7. 16. & 17. lib. 1. & Iulius Clarus in §. emphyteusis. quest. 1. vers. & aduerte. Rota vbi supra.

Tertia est coniectura, quando fuit inter partes conuentum, quod si ille, cui facta est concessio, alienaret, in aliumve transferret rem ipsam sibi concessam, laudemium fuit ex præstatur. Hæc coniectura significat, emphyteusim fuisse concessam. Cum laudemium pro ea, non autem pro locatione pretiari solet, l. vltim. C. de iure emphyt. vbi omnes. & respondit Alexand. in consil. 23. numero 7. libro quinto, hoc laudemium, quod lex appellat quinquagesimam, pretiari ex natura contractus emphyteutici pro consensu, quem dominus præstat in ipsius emphyteusis alienatione, & nouè alia scribit Amedeus de Ponte in tracta. de laudemij. q. 1. Pro alienatione etiam rei locatæ ad decennium solui debere laudemium respondit Decius in consil. 204. num. 3. Dissentiunt tamen Modernus Parisiensis ibi in additionibus.

Quarta est coniectura, quando factum est pactum, quod eueniente aliquo infortunio res possit restitui domino qui eam concessit. Hoc casu præsumitur locatio, non autem emphyteusis. Ita Coineus in consil. 285. numero 22. libro 1. Berous in consil. 130. libro 1. Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè, numero 202. de liber. & posthum. Beilon. in consilio 21. numero 8. & Rota in d. decis. 564. numero 3. Illud verbum obseruandum est hac in re, quod et si contractus ipse manifestis verbis appellaretur locatio, vel emphyteusis: nihilominus si effectus repugnat, ut quia concessio ad vitam, vel perpetuo, vel ad tertiam quartamve (ut fieri solet) generationem, ipse effectus est magis quam verba spectandus erit: atque ita emphyteusis, vel locatio, sicut effectus demonstrabit: iudicabitur, ita in specie respondit Neuzian. in consilio 92. numero 12. Et ibidem numero 22. post Purpur. in l. 2. in princip. numero 51. ff. si certum perat. scribit, quod ad cognoscendum qualitatem rei contractus non attenditur nomen, sed id, quod conuenit contractui, sic & Natta in consilio 49. numero 13. libro 1. Ita quoque Bellon. in consil. 21. num. 7. post Baldum in rubric. C. de iure emphyt. & Barba. in rubric. extra de locato & conducto. col. vlt. respondit, ab ipso effectus contractum iudicari emphyteuticum, non autem locationis à nomine. Et Bello-num secutus est Iulius Clarus in §. emphyteusis. quest. 1. in fine. His accedit Afflict. in decis. 72. in fine. Cum dixit, quod licet contrahentes appellent contractum emphyteusis: attamen si adesset pretium, ex natura emptionis, dicitur emptio, non autem emphyteusis. & idem ego ipse respondi in consil. 372. num. 20. libro 3. & idem de contractu cenuario tradit Aluarus in tracta. de iure emphyteutico. q. 22. num. 28. & dicemus in sequenti præsumptione. num. 7.

Et huius quidem sententiæ ea est ratio, quod falsa demonstratione, & denominatione rei veritas non potest immutari. l. cum falsa. C. de iuris & facti igno.

PRÆSUMPT. CVI.

Contractus emphyteuticus, vel censualis, quibus coniecturis, & præsumptionibus demonstratur.

SYMMARIA.

- 1 Emphyteusis, & censualis contractus in quo differant.
2 Censum de re nostra pensionem emphyteuticam pro re aliena solimus.
3 Censualis potius quam emphyteuticus contractus in dubiis præsumitur.

Et quibus in casibus id etiam procedat vel non, à numero 7. usque ad num. 14.

Dissentientibus relatis. num. 6.

Minimum quod est in dubio sequimur.

Emphyteusis seruientis quandam speciem præ se ferit.

Censualis contractus, domini tam directi quam vtilis translationem requirit.

Censualis præsumitur contractus, est dictum sit, concedo tibi in emphyteusim pro censu annuo.

Idem si dictum sit, concedo in emphyteusim vel censum. nu. 11.

Census & emphyteusis non se compatiuntur.

Emphyteuta per biennium aut triennium à solutione cessans, ab emphyteusi cadit.

Censuaris etiam per mille annos à solutione cessando, non cadit à contractu.

Nisi tamen is specificè sit iuratus. num. 17.

Emphyteuta domino inconsulto rem emphyteuticam alienando, cadit ab ea.

Censuaris domino inconsulto alienans, non cadit iure suo.

Et de quo id censuario accipiendum. num. 20.

Non est præcedenti dissimilis hæc disputatio, in qua queritur, quibus coniecturis & præsumptionibus demonstrari possit contractum esse vel censualem, vel emphyteuticum? Differunt equidem inter se duo ij contractus. Nam, in emphyteusi transferretur solummodo dominium vtile cum possessione naturali: in censu verò transferretur dominium vtile & directum: ac etiam ciuile, naturalisque possessio: & solum reseruat pensio annua. Quocirca dicere solemus, quod censum pretium soluius de re nostra, pensionem verò emphyteuticam pro re aliena. glo. in c. constitutus. de religio. dom. Bartol. in l. 1. §. hic titulus ff. de publica. Roin. in consil. 42. numero 4. & in consil. 160. num. 7. libro 1. qui & Baldum refert. Imola in c. ad audientiam. numero 4. de reb. eccles. non alien. Capic. in decis. 103. num. 2. Crauet. in consil. 20. numero 11. & consil. 112. numero 8. & Didac. libro 3. variarum resolutio. cap. 7. num. 1. & Natta in consil. 3. colum. 1. Euerard. in centuria legali in loco ab emphyteusi ad censum. numero 3. In dubio autem quando non apparet, an contractus sit emphyteuticus, vel censualis, præsumitur pretium censualis. Ita tradunt Ioan. Fabri. in l. 1. C. de iure emphyt. Alber. in l. 2. numero 13. vers. quia de questione. C. eod. Socin. Sen. in consil. 167. numero 6. vers. quinimo. & in consil. 266. numero 6. libro 2. Imola in c. ad audientiam. numero 4. de reb. eccles. non alien. Ruinus in consil. 42. numero 7. & in consil. 160. numero 7. libro 1. Iason in d. l. 1. numero 48. & in d. l. 2. numero 164. de iure emphyt. Decius in authent. qui rem. numero 7. C. de sacrosanct. eccles. in consil. 138. numero 5. Neuzian. libro 6. Sylua nuptia. numero 47. vers. item in dubio. Marfil. singul. 95. Capic. in decis. 103. Brunus in consilio 41. numero 2. Paris. in consil. 23. numero 9. & in consil. 85. numero 2. libro 4. Berous in quest. 4. numero 1. Crauet. in consil. 204. numero 20. Gramma. in decis. 77. num. 10. Didac. Couat. libro 3. disputa. anniu. cap. 7. n. 1. Natta consil. 3. n. 2. & Iulius Clarus in §. feudum. quest. 51. & Corbulus quem infra referam. & hæc est magis recepta opinio. Et ij quidem adducti sunt per c. constitutus. de religio. dom. quod minimè probare ostendit Euerard. quem mox referam. Affertur etiam ratio, quia in dubio quod minimum pretium est ferimus. l. semper in stipulationib. ff. de regul. iuris. Est enim quoad recipientem minoris præiudicij, quod sit census, cum ita facile perdat, ut emphyteusis, quæ pretium præ se ferre speciem quandam seruitutis.

Verum à prædicta opinione dissentient Ioan. Fabri in l. 1. numero 7. C. de iure emphyt. Iason in l. 2. num. 156. C. de iure emphyt. Euerard. in centuria legali, in loco ab emphyteusi ad censum. num. 5. Aluarus Vallascus in tracta. de iure emphyteutico. questio. 32. numero 35. Ea ratione moti sunt, quod contractus pretium censualis requirit dominij tam directi quam vtilis translationem, ut dixi supra. Quæ quidem translatio non præsumitur. Dec. in l. si pascenda. num. 14. C. de pascis. Effert enim præsumere donationem, contra l. cum de indebito. ff. de probat. & l. si cum aurum. ff. de solutio.

Extenditur primò, ut locum habeat etiam si ageretur de re ecclesiæ, pretium cuius fauore non pariter præsumitur emphyteusis, sed census, Ita Corbulus de iure emphyteutico, in tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 341. in fine.

Extenditur secundo prædicta recepta opinio, ut locum habeat, etiam si diceretur, concedo tibi prædium, ut de eo possis facere ad tui pretium tanquam res tua propria. Nam tunc præsumitur in censum concessa, ut post Socinum & Decium respondit Crauet. in consil. 20. num. 15. qui declarat.

Extenditur tertio, ut procedat etiam, quando possessor impetravit licentiam pretium alienandi. Ita Socin. Sen. in consil. 266. num. 5. lib. 2.

Extenditur quarto procedere, etiam quando fuit dictum, h h

in conf. 9. col. 2. Soc. sen. in conf. 18. col. 2. lib. 1. & alij plures, quos...

Contra iam itaque sententiam, quod scilicet dominus recipiendo...

Primo adducitur text. in l. colonus, ff. locati, vbi & dominus expellit...

Secundo itaque loco, & melius fulcitur opinio hæc textu l. si pro fure...

Atqui hæc caducitatis pœna est à lege indicta, d. l. 2. c. de iure emphyt. Ergo dominus recipiendo pensionem præteritam...

Præterea in casu nostro præsupponitur, quod non sit locus purgationi moræ, alioquin frustra disputaretur de caducitate...

Extenditur prædicta communis opinio primo, vt locum etiam habeat in feudo, nempe quod si feudi dominus directus recipit pensionem præteritam, præsumitur remississe...

Extenditur secundo, vt locum habeat hæc opinio etiam eo casu, quo causata est fut caducitas alia de causa quam ob non solum pensionem...

Extenditur tertio vt procedat etiam, quando dominus petiit pensionem, licet adhuc non receperit. Nam sola ipsa petitione...

Declaratur primo non habere locum, quando dominus ita recipit pensionem pro aliquo tempore præterito, vt adhuc remaneat...

relius Corbulus in tracta. de iure emphyt. in tit. de causa priuationis ob non solum canonem, limit. 23. numer. 3. vers. vel nisi dominus recipiat.

Declaratur secundo, vt non habeat locum, quando emphyteuta consentit protestationi domini directi. Nam tunc non diceretur remissa caducitas. Ita Imol. in d. l. 2. c. de iure emphyt. post Iacob. Burrig. ibidem: sic & Albericus, & alij nonnulli congeffi à las. in d. l. 2. c. de iure emphyt. 124.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando dominus ipse ignoravit causam fuisse caducitatem. Nam tunc recipiendo præteritas pensiones, non dicitur remississe ipsam caducitatem. Ita post Speculatorem, Butrium, Imolam, & alios scripserunt Alexand. in consil. 105. numer. 14. lib. 3. in consil. 113. numer. 2. lib. 4. in consil. 13. numer. 22. libro 5. Iason in d. l. 2. c. de iure emphyt. post Iacob. Burrig. ibidem: sic & Albericus, & alij nonnulli congeffi à las. in d. l. 2. c. de iure emphyt. 124.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando non ipse dominus, sed generalis eius procurator recipit pensionem ab ipso emphyteuta post causam caducitatem. Nam tunc remissa illa non procedit. Ita Ruin. in consil. 100. numer. 10. lib. 5. Afflictus in decis. 129. numer. 10. & Bero. in consil. 116. numer. 10. libro 1. Part. in consil. 86. numer. 17. libro 4. & Aurelius Corbulus in d. limit. 23. numer. 19. & quidem ea est solida ratio, quod dominus ipse constituendo generalem procuratorem etiam ad recipiendum pensiones, non præsumitur ei dedisse facultatem remittendi ius caducitatis, iuxta l. quicumque. §. item si institutor. ff. de institut. act. quem dixit singularem Rom. in sing. 629. Consilium. & confert l. §. igitur præpositi. ff. de exercit. act. vbi præpositus ad recipiendum pensiones, & pecunias domini, non censetur admissus ad contentiendum alienationi rei domini. Nec ad præiudicandum domino, l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Et procurator generalis non potest donare res domini, contra iuris, §. ut si de pactis, & scribit Barto. in l. si procurator. ff. de condit. instituti. Bald. in l. nec ambigi. C. de donationib. & Iason in dicta l. contra iuris, §. ult. numero 7. Imo (quod fortius est) procurator constitutus ad recipiendum solutionem, non potest prorogare terminum, l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. obi. & scripsi Bald. in l. non abstulit. C. de nouat.

Nec repugnat quod ab hac opinione & declaratione dissentiant Dec. in consil. 138. column. penult. vers. 3. etiam, & c. quem in prima horum Commentariorum editione secutus sum. Corn. in consil. 187. column. 2. vers. circa secundum, libro 1. & manifestus Modernus Parisiensis, in consuetud. Parisien. in 2. part. §. 62. numero 12. Nam horum rationes & argumenta nulli non satis probantur. Ea enim præcipua ratione motus est Modernus ille Parisiensis, quod dominus constituendo procuratorem generalem, dicitur ei concessisse solita & consuetam concedi, l. vel universorum. ff. de pign. actio. l. Titianus, ff. quod cum eo, & l. qui semisses, in fine. ff. de iuris. & tradunt post alios Deci. in l. certi conditio. §. si numerus, ff. cert. pet. Cum ergo (inquit is Modernus) consueverint domini directi facile remittere caducitates emphyteutis, celeriter & voluntarie sine lite soluentibus, dicendum est, dominum directum procuratori generali dedisse hanc facultatem remittendi ipsam caducitatem. Quæ sanè ratio vera non est. Non enim spectanda est consuetudo aliorum dominorum, sed illius particularis, qui procuratorem constituit, vt loquuntur dictæ l. vel universorum, & l. Titianus, & ita in specie declarant, sic dicimus declarationem dubie voluntatis testatoris esse petendam à consuetudine ipsius testatoris, primum, si qua extat, l. seruus piurium, §. ult. de leg. 1. & diximus supra lib. 1. q. 1. & accedit præterea, quod consuetudo illa remittendi caducitates iure non præsumitur: tum quia facti est, vt scripsi in libro præcedenti, præsumpt. 8. tum quia non præsumitur iuris proprii remissio & donatio, l. cum de indelicto, in princ. ff. de prob. & dixi supra in præsumpt. 33. numero 1. Non etiam vrget illa consideratio, seu simile relatum à Decio in d. consil. 138. column. penult. vers. 3. etiam, cum dixit, prælatum ecclesie non collegiatæ, qui dicitur generalis procurator & administrator bonorum ecclesie, recipiendo pensiones, non adhibita protestatione censeri remississe caducitatem sicuti scripserunt gl. Cardinal. & Anchar. in d. c. potuit de locato, Signor. in consil. 151. Petrus inuestit. in fi. Alex. in consil. 14. n. 11. l. 2. Iason in l. 2. n. 136. C. de iure emphyt. & alios quæ plures recenit Aurelius Corbulus in d. limit. 23. numer. 5. nam respon-

respondet, Prælatum ecclesie non collegiatæ esse legitimum procuratorem ipsius ecclesie, & ob id posse remittere caducitatem, sicuti potest pater legitimus procurator filij: vt in specie respondit Socin. sen. in consil. 66. numer. 20. lib. 3. & cum remittere caducitatem, non sit proprie remittere ius quæsitum, sed quærendum, ex quo requiritur domini declaratio, prælati ipse præiudicare potest ecclesie: sicuti multis probauit in consil. 73. numer. 5. q. 10. lib. 1. Hæc vero permissa non sunt procuratori generali: & propterea argumentum ab vno ad aliud sumi non potest. Et hæc quidem declaratio locum habet multo magis, quando dominus iam protestatus est, ignorante etiam procuratore, velle rem ipsam incidisse in commissum. Ita Afflict. in d. decis. 129. numero 11. vers. & tanto magis. Et idem sensit Modern. Part. in d. §. 62. nu. 13. qui idem esse dixit, quando iam procurator mouit litem contra emphyteutam, qui recusat eas præstare pensionem. Cæterum declaratio hæc cessat, quando dominus scienter receptionem pensionis à procuratore factam ratificauit, sicuti respondit Ruin. in consil. 151. numer. 12. vers. & insuper, l. 1. Dec. in consil. 329. nu. 3. & Rim. iun. in consil. 22. numer. 11. lib. 1. & hos secutus est Corbulus in d. limit. 23. numer. 17. in fin.

Secundus est casus principalis, quando dominus recepit pensionem præteriti temporis, adhibita protestatione, saluum sibi ius esse declarandi caducitatem. Hoc in casu recepta est penè omnium sententia, non est remissa caducitatem. Ita Bald. in l. 2. ff. si quis cau. vbi Iason numer. 3. & 4. & idem Iason in l. ult. nu. 4. ff. de eo quod certe loco. Curt. sen. in consil. 82. ad fi. Ripa in c. cum M. Ferrar. n. 129. de consil. Boer. in q. 309. nu. 5. in fi. & communem ac indubitam dixit Iul. Clar. in §. emphyteu. quest. 10. in princ. Et hæc quidem sententia retinenda est, tametsi Guid. Pap. in quest. 172. securus Petr. Papæ, affirmet eundem contrarium opin. fuisse iudicatum, quod scilicet pœna caducitatis adhuc censetur remissa, non obstante protestatione, qui nil prodesse scriptum reliquerunt. Et hic quidem casus locum habet e contra, quando scilicet dominus expulit emphyteutam, adhibita protestatione, saluum sibi iure consequendi pensiones præteritas. Ita Boer. in d. quest. 309. & Clarus in d. §. emphyteusis quest. 10. vers. quero nunc.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat quando illi protestationi facte à domino non consentit, sed expresse contradixit emphyteuta. Nam tunc censetur remissa caducitas. Ita manifeste respondit Curt. sen. in consil. 82. column. 1. vers. 3. principaliter. qui huius opinionis recenset Baldum & Imolam & Picus in consil. 80. numer. 8. & 9.

Tertius est casus, quando dominus recipit pensionem pro futuro tempore, post incuriam ac declaratam caducitatem, nulla adhibita protestatione. Hoc sanè casu nemo est, qui neget, remissam esse prælatum dicitur caducitatem, & carete dubitatione dixit Iulius Clarus in d. §. emphyteusis, q. 10. vers. aut sumus in dubio. Nam à fortiori permulti Doct. quos statim referam, affirmant remissam censeri caducitatem, etiam si dominus adhibuit protestationem, saluum sibi esse ius ipsius caducitatis.

Quartus est casus, quando dominus recepit pensionem pro futuro tempore, hoc est post incuriam ac etiam (vt diximus) declaratam caducitatem, adhibita protestatione prædicta, cui quidem protestationi consentit emphyteuta. Hoc casu non censetur remissa caducitas. Ita manifeste Ripa in c. cum M. Ferrar. n. 130. vers. primus casus, de consil. idem sensit Ruin. in consil. 151. numer. 12. lib. 1. Ea ratione motus est Ripa, quia etsi protestatio hæc sit (vt volu dicemus) contraria factio: at tamen possunt partes ipse voluntatem suam tacitam vno modo à facto demonstratam, contrarij verborum declaratione aliter declarare, c. diaconi. 28. dist. Et hoc in casu locum habere potest opinio Bartol. quem referam infra in l. ult. casu. Non ignoro tamen ab hac traditione dissentire Rubeum in l. non solum, §. numero 290. in fi. de oper. noui nunt. sed leuia eius argum. ex iam dictis dissoluuntur.

Quintus est casus, quando dominus recepit pensionem pro tempore futuro, adhibita protestatione, saluum sibi esse ius caducitatis: & illi protestationi expresse contradixit emphyteuta. Hoc casu caducitas censetur remissa, non obstante illa protestatione, quæ nihil valet, cum tollatur per expresse contrariam protestationem, & contradictionem emphyteute. Ita in specie docuit Ripa in d. c. cum M. Ferrar. n. 130. vers. secundus casus, de consil. & idem respondit Ruin. in consil. 151. nu. 12. vers. nec obstat, lib. 1. Idem sensit Riminal. sen. in consil. 429. numer. 49. lib. 3.

Sextus & vltimus est casus, quando dominus recepit pensionem pro futuro, hoc est, pro tempore decurso post commissam caducitatem, adhibita protestatione saluum sibi esse ius caducitatis: & ipse emphyteuta tacuit, atque ita quando sumus in dubio. Hoc in casu recepta est opinio, ius ca-

ducitatis censeri remissam non obstante illa protestatione, quæ nihil operatur, etsi ei expresse non contradixit emphyteuta. Ita multi congeffi à Iafone in l. 2. in princ. numero 4. ff. si quis cautio. & in l. 2. num. 124. vers. item in quantum Bartol. C. de iure emphyt. Et illis accedunt Aretin. in consil. 35. in fine. Alexand. in consil. 14. column. penult. vers. confirmatur, libro 2. Curt. sen. in consil. 82. column. 1. vers. secundò principaliter. Riminald. sen. in consil. 429. numer. 48. libro 3. Ruin. in consil. 110. numero 4. & in consil. 151. numer. 52. lib. 1. qui testatur hæc esse communem opinionem. Boer. in q. 309. n. 6. qui affirmat, sic seruari in illo amplissimo Parlamento Burdegalensi, Ripa in d. c. cum M. Ferrar. n. 130. vers. tertius casus, de consil. Gigas in tracta. de pensionibus, quest. 73. in fin. & Iulius Clarus in §. emphyteusis, quest. 10. vers. hoc tamen intellige, qui ita fuisse iudicatum asserit. Eadem probatur Rubeus in l. non solum, §. morte, numer. 290. ff. de operis noui nuntiat. Aurelius Corbulus in tract. de iure emphyteutico, in tit. de causa priuationis ob non solum canonem, declaratione 21. numero 2. Maicardus in tractat. de probationibus, conclus. 252. numer. 2. & tenent 9.

Et primo quidem fulcitur sententia hæc illa ratione, quod protestatio contraria facta nil operatur, c. cum M. Ferrar. n. 130. vers. tertius casus, de consil. Atqui hæc protestatio est contraria factio, quia recipiendo pensionem pro futuro tempore, declarat ipse dominus velle habere illum in emphyteutam, protestando verò dicit contrarium. Ergo protestatio nil operatur. Nec hic repugnat consideratio Ripæ in d. c. cum M. Ferrar. n. 130. vers. tertius casus, cum dixit, hæc duo: expellere emphyteutam, & recipere pensionem, esse contraria: sed tamen hæc duo, velle esse saluum ius expellendi, & recipere pensionem pro futuro non esse pugnantia. Nam (inquit Ripa) elapso tempore pro quo dominus recepit pensionem, non poterit expellere emphyteutam, quia non faciet actum contrarium receptioni, cum illius effectus iam sit consummatus. Et ideo (inquit Ripa) durante tempore solutionis iam factæ, non poterit expelli emphyteuta: ita locum habet prædicta communis opinio, finito verò tempore poterit expelli: Et ita procedit opinio Bartol. & idem ferè sensit Caphalus in consil. 21. numer. 12. vincto. numer. 25. lib. 2. Hæc sanè consideratio Ripæ non obstat, cum ad rem nostram non faciat. Nam Ripa loquitur, quando dominus recepit pensionem pro tempore futuro, & protestatus est saluum esse ius caducitatis, & expellendi in futurum, ob non solum pensionem futuri temporis. Ita intelligit Ripa hæc Doctorem disceptationem, id quod falsum est. Cum verius sit, loqui Doctores quando dominus recepit pensionem pro futuro, an præsumatur remississe ius declarandæ caducitatis ob non solum pensionem præteriti temporis? Et dicunt ipsi Doctores, dici remissam caducitatem. Nam si recipiendo pensionem pro futuro, confirmat emphyteutam in sua emphyteusi, quem si possit expellere, faceret actum contrarium. Ita declarat Ruin. in d. c. 110. n. 4. lib. 1. Et si rectè considerentur verba Bar. in d. l. 2. n. 8. idem ipse sensit, dum proposuit quæstionem, quando recipiens solutionem præteriti temporis, possit expellere emphyteutam ob iam commissam contumaciam: deinde subiungit, secus si recipiat pensionem futuri temporis, quia videtur remississe ius caducitatis.

Secundo præter duo Iasonis argumenta, quæ parum ad rem hæc pertinent, ea ratione moueor, quæ etiam motus est Ruin. in consil. 110. n. 4. lib. 1. quod sicuti per secundam interpellationem præsumitur recessum ab effectu primæ, & remissam moram præcedentis interpellationis, vt tradit gloss. quam secutus est ibi Bar. in l. Amilius. in verbo, dicebam. ff. de immo. 25. annis. Eadem ratione cum dominus recepit pensionem futuri temporis, declarat se remittere præcedentem contumaciam, & pœnam.

Non obstant nunc rationes & argumenta, quæ afferri solent pro contraria opinione Bart. in d. l. 2. n. 8. in fine. C. de iure emphyt.

Primo enim adducitur argumentum, quod hæc protestatio est iuris conseruatoria: & qui tacet, consentire dicitur, l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solui. Respondetur ex iam dictis, quod etsi sit conseruatoria, attamen est contraria factio, ob id non valet.

Secundo vrgeret videtur text. auth. qui rem, C. de sacrosanct. eccles. vbi re emphyteuta, vel feudali ad dominum reuerfa, tenetur adhuc vasallus soluere pensionem pro futuro tempore, & e contra, quando dominus recepit pro futuro ipso tempore, non dicitur sibi præiudicasse pro præterita. Verum respondetur d. authen. qui rem, loqui in emphyteuta ecclesie, qui nunquam dicitur remissa caducitas vt scribunt Doct. in d. c. potuit, de locato. & manifeste Iulius Clarus in §. emphyteusis, quest. 10. vers. quæro nunc, & c. qui dixit, esse speciale fauore ecclesie, vt consequatur vtrumque. Præterea & secundo respondetur, si eo in casu d. auth. qui rem, fuisse h h 4

fancitum, quia contractus fuerat minus rectè, minùque solemniter confectus, & propterea in pœnam illius sic occupantis rem ecclesie, compellitur præstare etiam pensiones pro futuro tempore. Ita post Aretinum in l. si rem. ff. de acquir. posses. & alios tradit Boer. in quest. 309. numero 6. & ibi numero 5. recenset gloss. in d. aush. qui rem, affirmantem illam procedere quoad præteritas, non autem quo ad futuras pensiones. Id quod scripserunt Archid. & alij in c. qui rem. 10. quest. 3.

Tertiò videtur suffragari text. l. quamvis. C. de pign. vbi per electionem generalis hypothecæ non tollitur specialis, sicut nec per actionem hypothecariam in iudicio deductam tollitur personalis, l. adnerus. C. de pignor. & hypothec. & l. hypothecis. C. de distract. pignor. Ita & nostro in casu dicendum videtur, quod per pensionis receptionem non censetur sublatum ius declarandi caducitatem: cum sit aliud beneficium domino à lege concessum.

Cæterum respondetur d. l. quamvis. & d. l. adnerus. loqui in re hypothecata, sine ratione redditus, pro qua duo diuersa remedia à lege concessa sunt, ob id vno sublato, remanet alterum. Ita declarat Boer. in d. q. 309. numero 6. vers. nec pariter. qui plura ad rem scribit.

Quartò & vltimò ad rem videtur facere, quod in dubio quis non dicitur ius suum remisisse. Dec. in l. postquam liti, num. 15. de pactis. & latissime Tyraquel. in l. si inquam. in verbo, donatione, nu. 172. C. de reuoc. donat. Si ergo iuris remissio non præsumitur in dubio, quanto minus debet præsumi, quando adhibita fuit protestatio? Verùm responderetur, protestatione illam esse contrariam facto, atque ita præualeat factum ipsum, quo tollitur præsumptio illa, quæ sumitur in dubio, nempe iuris remissionem non præsumi.

Extenditur hic casus vt locum habeat etiam si declarata caducitate, dominus ipse cepit iudicium contra emphyteutam, vt eum expelleret. Nam adhuc dominus recipiendo pensiones decursas post declaratam ipsam caducitatem, & inchoatum iudicium, dicitur remisisse ipsam caducitatis pœnam. Ita aduersus Caphalum in consil. 222. libr. 2. receptum à Corbuli in tract. de iure emphy. in tit. de causa priuati. ob non sol. canonem, declar. 21. nu. 3. et respondi in consil. 775. reddito super emphyteusi concessa à D. Ioan. Iacobo Viceam à la, vbi rationem & argumenta Caphali confutauit.

Secundum est huius disputationis caput eonuerso ad præcedens, quando scilicet dominus dicitur expulit emphyteutam ob non solum canonem, an præsumatur ei remisisse pensiones iam decursas, vel eas potius petere adhuc possit? Hac in re sunt Doctorum opiniones. Nam multi opinati sunt dominum posse adhuc petere decursas pensiones. Ita sanè scripserunt Cyn. & Iacob. de Arena in l. 2. C. de iure emphyt. & manifestius ibidem Bartol. num. 8. vers. quæro quid si elapso termino. Ita etiam Salic. Anchar. & Butrus, quos recenset Iason in d. l. 2. num. 124. vers. inquam Bart. & Cagnol. in aush. qui rem, num. 43. vers. & quod. C. de sacrosan. eccles. Contrariam sententiam, quod in ob decursas pensiones peti non possint, probatur Accurf. Specular. Ioan. Andrea, Beluifus, Angelus, & Cardinalis, quos recenset & sequitur Iason præcitato in loco, & accedit Castren. in d. aush. qui rem. ea ratione ij moti sunt, quod dominus expellendo emphyteutam ob id dicitur ei remisisse decursas pensiones, quod iniquum & absurdum sit, emphyteutam duplici pœna affici, contra c. at si clericus, s. vlt. de iud. nempe solutionis pensionum, & amissionis melioramentorum, quæ verè auittit expulsus ob non solum canonem. l. 2. C. de iure emphyteut. & hanc secundam opinionem secutus sum in dicto consil. 775. & quam quidem sententiam existimo procedere, etiam quando dominus expellendo emphyteutam protestatus est, saluum sibi ius esse consequendi decursas pensiones, cum non sit in facultate sua duplici pœna afficere emphyteutam. Ita sentio aduersus Iasonem in dicta l. 2. numero 124. vers. nunquid autem.

Tertium est caput huius disputationis, an per mortem domini directi, vel emphyteute ante declaratam caducitatem quæ declarari iure potuit, præsumatur remissa ipsa caducitas vel declarari adhuc possit ab hæredibus domini contra hæredes emphyteute? Hoc in capite sunt distinguendi atque constituenendi duo casus.

Primus est, quando decessit dominus directus, non declarata caducitate. Hoc sanè casu eius hæredes declarare eam non poterunt, cum ab ipso domino iam remissa præsumatur. Ita in specie emphyteutis respondit Ruin. in consil. 159. numero 13. libr. 1. & idem tradunt Curt. iun. in tract. feudorum, in 4. part. principali, colum. vltim. vers. idem in emphyteutis, Castiodorus in decis. 3. tit. de locato, alios refert Autelius Corbulus in tract. de iure emphy. in tit. de causa priuati. ob non sol. canonem, ampliat. vltim. numer. 25. & hos secutus sum in consil. 155. nu. 17.

lib. 2. & in consil. 775. libr. 7. & idem dicitur in domino directo feudi, qui si decessit, non declarata caducitate feudi contra vasallum, ab eius hæredibus declarari amplius non potest: cum remissa præsumatur: sic sanè scripserunt Bal. in l. 1. quest. 39. ff. de rer. diuis. & in capite primo, s. porro, que sit prima causa beneficij, amissen. Aluarorus in cap. imperialem, s. insuper, colum. 3. vers. sed aduerte, de prohib. feudi alien. per Feder. Aretin. in consil. 14. in fine. Alexand. in consil. 139. numero 2. libr. 6. Iacob. à S. Georgio, in inuestitura feudali, in verbis, dicitur vasallum, numero 54. vers. vos tenebitis Ruin. in consil. 159. numero 13. libro primo, & in consil. 155. numero 7. primo, libro tertio. Socin. Seni. in consil. 66. numero 19. libro 3. Calliodorus in decis. 2. numero 7. & in decis. 3. in tit. de locato. Boer. in quest. 338. numero 7. in fine. Bero. in consil. 98. numero 35. libro primo & alios: atque Anto. Gabriel. in lib. 7. conclusio. in tit. de criminatib. c. 1. nu. 35. numero 7. & prædicti quidem Doctor. omnes intelligunt, & ret. è, quando dominus ipse sciuit causam esse caducitatem & eam declarare potuit: secus si ignorauit, vel si sciuit & non potuit. Et in specie multos sic declarantes commemorat Gabr. in conclus. 3. numero 6. & post alios scribit Corbulus in tract. de iure emphyt. ampliat. vlt. num. 25. qui num. 26. subiungit, in dubio præsumi dominum ignorasse causam fuisse caducitatem.

Secundus est casus eonuerso ad præcedentem, quando scilicet decessit emphyteuta soperitite domino directo, qui eo emphyteuta viuente non declarauit ipsam caducitatem. Hoc etiam casu dominus ipse eam declarare amplius non poterit contra hæredes ipsius emphyteute. Ita gloss. in cap. vltim. de dona. & ibidem Cardinalis Z. baret. quest. 15. qui id esse dixit in domino feudi contra hæredes vasalli, de & loa. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de feudis, s. vltim. Abbas in consil. 3. numero 9. libro secundo. Aretin. in consil. 14. circa fin. Præpos. in d. s. insuper, colum. 2. vers. sed tu aduerte. Comen. in consil. 164. Prælat. Ruin. in consil. 10. in consil. 35. numero 28. & in consil. 159. numero 12. & in consil. 186. nu. 20. libro primo. Castiodorus in decis. 2. in tit. de locato. qui testatur ita iudicasse Romanam. Curt. iun. in tract. feudorum, in 4. parte principali, quæ est. vlt. Ri. 2. in d. l. vlt. q. vlt. C. de reu. canonat. Bero. in cap. potuit, numero 70. de locato, & in consil. 89. numero 7. libro primo. Corbulus in d. tractatu de iure emphyteut. in tit. de causa priuationis ob non solum canonem, ampliat. vltim. numer. 22. Anton. Gabriel. in dicto libro septimo, conclusio. in tit. de criminatibus, conclus. 35. numero 2. & 3. & hos secutus sum in consil. 155. numero 17. libro 2. & in dicto consil. 775. libro 7. & hoc in casu non fit illa distinctio, an dominus sciuerit vel ignorauerit, sicuti post Comen. in dicto consil. 164. manifestè declarat Ruin. in dictis consil. 5. in consil. 159. numero 13. & in consil. 168. numero 20. libro primo. & Corbulus in d. ampliat. vltim. num. 25. & huius qui dem casus ea est ratio, quia pœna huius delicti in obedientie, & non obseruatæ promissionis in non præstanda pensione, non tamen fit contra hæredes inobedientis emphyteute, vel vasalli.

Extenditur primò hic casus vt locum habeat etiam quando pacto expresse fuit conuenitum inter dominum & emphyteutam, vel vasallum, quod si canonem vel debitum seruitium non præstaret, caderet à commodo emphyteutis, vel feudi. Ita Inol. in cap. vltim. colum. 13. de donat. Curtius iun. in tract. feud. in 4. part. principali, colum. penult. vers. alind tamen est, qui dixit Baldum in d. l. vltim. C. de reuoc. donat. idem non sensisse. Idem docuit Rip. in d. l. vltim. colum. vltim. numero 237. vers. 2. intellige. & idem sensit Castiodorus in decis. 2. numero 3. & apertius in decis. 3. num. 5. in tit. de locato. Et ita quidem opinio verior est illa Baldi in cap. imperialem, s. insuper, numero 7. vers. vel etiam alitæ feloniam, de prohib. feudi alienat. per Feder. quem secutus est Anton. Gabriel. in dicta conclus. 35. numero decimoquarto. qui eiusdem opinionis malè recenset Innocentium, & Cardinalem in cap. vltim. de donat. cum loquantur de hærede donatoris, sicque eius qui concessit, vt is declarare non possit caducitatem conventionalem non declaratam à suo antecessore. Non autem loquuntur de hærede eius, cui facta fuit concessio. Salicet. verò ab eodem gabriele allegatus, nil ad rem nostram scripsit. & præterea Bald in d. cap. insuper, numero 7. in fine. loquitur, quando pactum fuit factum, quod vasallus vel emphyteuta cadat ipso iure, sicuti Baldum intellexerunt Aluarot. in d. s. insuper, numero 4. in fine. vers. ex quo infer. & ibidem apertius Afflic. numero 15. in fine. & Abbas in consilio 3. numero 7. vers. item ponit Bald. libro 2. Imò Afflic. præcitato in loco in claris his terminis sentit aduersus Baldum, requirit declarationem, qua non facta viuente, emphyteuta vel vasallo, contra eius hæredes fieri amplius non posse. Et idem quod Afflic. scripserunt Imola, Barbar. Iason & Ripa, quos recenset Gabriel. in d. conclusio. 35. numero decimo septimo, vbi numero 16. refert alios, qui Baldi traditionem secuti sunt, & tandem

tandem num. 18. & 19. conatur conciliare opiniones.

PRÆSUMPT. CXIII.

Creditorum recipiendo sortem præsumi remisisse vsuras.

SVMARIA.

- 1 Debitum principale recipiens, interesse presumitur remittere.
2 Sortem recipiens, pœnam censetur remisisse.

Cum vno attigerim verbo superiore præsumptione, creditorem recipiendo sortem præsumi remittere vsuras, placuit hoc in loco hanc ipsam traditionem comprobare post gloss. & Bartol. in l. vltim. ff. de eo quod certo loco. auctoritate Aretini in consil. 9. colum. 2. Socin. sen. in consil. 18. colum. 1. libro primo. Ruin. in consil. 198. numero 2. & numer. 11. libro 1. Paris. in consil. 34. num. 35. lib. 1. Ita quoque docuit Baldus in l. 1. C. depositi, quod creditor recipiens debitum principale, præsumitur remittere interesse. sic & recipiens sortem, & præsumitur remittere pœnam, Dec. in l. vltim. num. 3. ff. si cert. pet. & l. creditores, C. de pact. quem secutus sum in consil. 355. numero 13. lib. 4.

PRÆSUMPT. CXIV.

Remittens iniuriam, an & quando præsumatur remittere damna, & expensas.

SVMARIA.

- 1 Iniuriam inferens, præter pœnam à lege inductam, tenetur ad interesse, damnum ratione iniurie passio.
2 Occisi heredes ad estimationem operarum agere posse, quas iniurie occisus, si vixisset, impendere potuisset.
3 Iniuriam remittens læsus, non præsumitur damna & expensas condonasse.
4 Iniuria illata, & damnum ex ea proveniens, separata sunt.

IRE & quidem optimo, sancitum est, lædentem alterum, inferentem que iniuriam, præter pœnam ei à lege inductam, teneri omnino læso, & iniuriam passio, restitute damna & expensas, ratione iniurie, & læsionis sibi contingentes, l. ex hac, ff. si quadrupes pauper. seisse dicitur, & c. 1. de iniuriis. Qui enim per culsus vulneratus que fuit, si lucrari non potuit, vt consuevit, restitui ita debet, vt tantum consequatur, quantum fuisse lucratus, si vulneratos non fuisset. Ita Abbas in d. cap. 1. de iniuriis. Ioan. Lupus in cap. per vestras, in 6. notab. s. 9. de donatio. inter virum & uxorem. & alios commemorat Didac. in libro secundo variarum resolut. cap. 10. numero 6. vers. 4. eodem, qui etiam subiungit, filios & hæredes iniuria occisi & agere posse ad estimationem operarum, quas potuisset impendere, & ministrare occisus, si vixisset. sicuti scripserunt Abbas in d. cap. 1. de iniuriis. Marsilius in consil. 115. & in singul. 578. & Crauet. in consil. 119. Et alia ad rem scripserunt Didacus præcitato in loco, & Petrus Placa Hispanus in epitome delictorum, libro primo, capite sexto, numero 31. & 32.

Cæterum dubitari hic contingit, an si læsus remisit iniuriam, præsumatur remissio etiam damna & expensas? Recepta est Doctorum opinio, non t præsumi remissio. Ita scripserunt Bald. in l. si pro sure, ff. de condi. furtiua. & in l. si tibi, s. 1. ff. de pactis, & in consil. 195. num. 6. libro 2. Abbas & Ioan. de Ana. in d. cap. 1. de iniuriis. Angel. Aretin. in s. vltim. in l. si de iniuriis, & ibidem Ioan. Fabr. numero tertio. Alexand. in consil. 168. numero 5. lib. 2. & in consil. 20. lib. 5. Iason in l. 1. nu. 16. ff. de pact. Iacob. à S. Georg. in l. si tibi, numero 5. ff. eod. de pact. Boer. in commentariis ad consuetud. Biturig. in tit. de iurisdic. omn. iud. s. 16. Didac. in d. lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 6. vers. 4. rod. Placa in d. cap. 6. num. 40. & Myning. in singul. obseruat. cen. nu. 4. obseruat. 10. Ea est huius sententia ratio, quod duo hæc sunt diuersa & separata, iniuria illata, & damnum ex ea proveniens. Extenditur hæc sententia vt locum etiam habeat, quando

remissio esset iniuria cum expulsionibus, & deualtationibus, nam adhuc non dicuntur remissa damna, interesse & expensæ. Ita Bald. in l. si domus, ff. de seruit. vrb. præd. & Myning. in d. obser. 10. in fin.

Declaratur nunc hæc traditio vt locum non habeat, quando remissio facta fuisset plenissima. Nam tunc etiam damna & expensæ præsumuntur remissæ. Ita Petr. Placa in d. cap. 6. num. 40.

PRÆSUMPT. CXV.

Diuisione bonorum inter cohæredes facta, an & quando præsumatur remissum ius fideicommissi, & bonorum emphyt. diligens, & accurata explanatio.

SVMARIA.

- 1 Ius fideicommissi, & bonorum emphyt. posse remitti.
2 Fideicommissum vt remissum dicatur, coniectura sufficiens.
3 Bonorum fideicommissio subiectorum, diuisione simplici facta, præsumitur remissum fideicommissum ipsum quibus casibus idem sit vide, num. 4. s. 7. 8.
6 Puri & purificati, virtus par, & effectus.
9 Bonorum & suppositorum fideicommissio nondum purificata, simpliciter diuisione facta, non præsumitur remissum fideicommissum. Nec refert si iuramento confirmata sit, numero 11.
Aut diuidentes iniuriæ de euictione promiserint, n. 12.
Contrarium tamen aliquibus probare conantibus, n. 15. Si præsertim de euictione promissio verbis multum generalibus facta, vel vniuersalibus, n. 17.
Aut in ipso individuo, causa videlicet fideicommissi, n. 18.
Et alio casu relato, n. 20.
10 Actus vnus non infert alium, qui necessario ex illo non sequitur.

- 13 Euictio ex facto authoris vel illius à quo res euincitur contingens, non afficit euictionis promissorem.
14 Euicta re ex sui natura, non tenetur de euictione promissor.
17 Regulam l. vendicantem, ff. de iur. locum non habere duobus in casibus.
19 Promissionis specificæ atque indiuiduæ, maior virtus quam generalis.
21 Bonis allodialibus vni ex fratribus in diuisione obuinentibus, alteri feudaliibus solum, vtrum iis emittit, de euictione contra alterum fratrem agatur.
22 Bonorum subiectorum fideicommissio, diuisione simplici facta, cum clausula, qua partes diuidentes promittant omnia obseruare, & non contravenire, non tamen censeri fideicommissum remissum. Idque multo magis si fideicommissum non sit reciprocum, numero 23.
Aut adesse inter diuidentes inæqualitas, numero 24.
Nec obstat iuramentum adhibitum, numero 25.
Vel promissum sit perpetuo aut nullo vnquam tempore contravenire, numero 26.
Idque etiam si non contravenire ipsius fideicommissi occasione promissum sit, nam tunc de purificata, non conditionali intelligitur, numero 27.
Nisi tamen promissio verbis multum amplis & prægnantibus facta fuerit, numero 28.
Aut non contravenire occasione fideicommissi debendi promiserint, numero 31.
Vel nihil amplius petere, aut contravenire iure substitutionis fideicommissi, vel alio quouis modo, numero 32.

- 29 Generalia verba ad specificata, salua recti sermone ratione, nequeunt restringi.
30 Administrator reddens rationem de aliquo negotio, se à domino verbis generalibus liberetur, extenditur ad omnia quæcunque alia.
33 Bona diuidentes, omnique ius sibi competens & competiturum remittentes, præsumitur fideicommissum quoque remississe, quibus casibus id procedat, vel non, 34. 37. 39. 40. 41. Et quis id probare debeat, nu. 5.
36 Actionum & iurium pluralitas non præsumitur, easque se habere afferenti, probandum venit.
38 Remittens ius quod habet aut habere sperat, intelligitur ex causa de præsentibus subsistente.
42 Bonorum diuisione facta cum clausula, Ad habendum, tenendum, vendendum, &c. fideicommissum nec remissum esse, nec datam eius alienandi facultatem, vna est opinio.
Contraria illi asseritur, numer. 46.
Præsupposita tamen scientia fideicommissi, num. 47.
Tertia Bart. opinio, numero 48.
A qua in iudicis facile non potest recedi, numero 51.
Et præsertim data facultate alienandi omnimodo libera, numero 53.
Nec refert si iuramento fideicommissum confirmatum sit, num. 54.
Vt neque pretiis alter possit recuperare.

- nu. 55. Quo ad hoc, nonnullos esse qui dissentiant, nu. 56.
- 43 Clausule accessorie non mutant, nec ampliant dispositionem principalem, sed eius tantum naturam sequuntur.
- 44 Clausulam de stylo potius & usu notarij, quam partium consensu adiectam, nil operari.
- 45 Fideicommissi remissio, non nisi verbis testamenti inspectis facta dicitur.
- 49 Pignoris venditio promissa debitori à creditore non tollit ius pignoris nisi venditioe secuta. Etque permissio remissionem iuris pignoris, non principalem debiti operatur, nu. 50.
- 52 Alienationi rei consentiens, sibi præiudicat ut alienatio nequeat revocari.
- 57 Bonorum divisione concessam a licentia liberam comprehendere fideicommissum, si titulo singulari, secus si universalis alienatio fiat. Aliquibus dissentientibus, nu. 58. Illam tamè alienandi facultatem de diuidentibus solum intelligi, nu. 59.
- 60 Bonorum diuisio facta cum alienandi licentia, quo ad fructum fideicommissum non comprehendit. Idem est si cum suis iuribus alienari possit, dicitur in diuidentibus, nu. 61. Vel id consistit ex actu subsequente diuidentibus fideicommissum comprehendere voluisse, nu. 62.
- 63 Bona diuidentes cum clausula ad habendum, tenendum & quid quid voluerit, placuerit & faciendū, præsumi fideicommissum remissum, nu. 65. Idque procedere multo magis si hereditibus illa licentia data sit, nu. 66.
- 64 Facere qui quod vult de re, potest, vendere, donare, legare & heredem in ea facere permittitur.
- 67 Bonorum diuisione facta cum clausula, ponentes sese in omnem eorum locum, ius & statum in prædictis, bonis & in rem propriam fideicommissum remissum præsumitur.
- 68 Propria res quæ dicitur.
- 69 Proprietatis verbum remissum dominium significare.
- 70 Bonorum facta diuisione cum clausula, ut diuidentes haberent, possiderent & tenerent portiones sibi obuentas pleno iure, an censetur remissum fideicommissum, & nu. 72. Et quid si in diuisione annulletur testamentum continens fideicommissum, nu. 73. Aut referatur sit fideicommissum aliud, vel illius pars, nu. 74. Vel adiecta sit clausula, renunciantes omni iuri & legum auxilio, nu. 76.
- 71 Rem pleno iure, quis habere dicitur.
- 75 Exceptio que fit de eo quod sub dispositione aliis non continebatur, ad illud extenditur, ne iniuriis reddatur exceptio.

Cum hætenus multi explicati sint casus in quibus ex vno actu interdum resultat remissio iuris competentis ex alio actu & contractu, interdum non, & reuisum nunc est exponere, an & quando ex actu diuisionis bonorum resultet remissio iuris fideicommissi, & bonorum emphyteuticorum possit remitti. De fideicommissis manifesta sunt iura in l. cum hereditas, l. 1. ff. ad S. C. Treb. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. l. ante restitutam, ff. de solm. & apertus in l. 1. C. de pat. & in l. de fideicommissis, C. de transf. & in specie nostra Bald. in l. qui cum tutoribus, col. 2. ff. de transf. Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 101. ff. de verb. oblig. Boer. q. 147. nu. 5. cum de expressa voluntate volentium remittere fideicommissum appareret, dubium non est illud esse remissum, d. l. 1. C. de pat. Et idem est dicendum de bonis emphyt. de quibus respondit Iaf. in conf. 173. lib. 4. Et passim dicitur in hac disputatione & materia de fideicommissis & emphyteuti, ea æquivalentes argumentantur, vt apud Alex. in conf. 8. lib. 5. Et in claris opus non est coniecturis, l. ille aut ille, §. cum in verbis, de leg. 3. Est solum dubitatio quando verba non sunt clara. Nam tunc ad coniecturas confugimus, quæ quidem sufficienter vt dicitur remissum fideicommissum, vt scribitur Bal. in l. qui cum tutoribus, col. 2. vers. 1. modo, ff. de transf. Alex. in d. §. duo fratres, col. 11. Dec. in conf. 86. nu. 4. Anto. Gabr. l. 4. concl. ii. de fideicom. in concl. 1. n. 35. Decia. in conf. 2. n. 84. lib. 2. Riminal. iun. in conf. 204. numero 32. lib. 2. Quo autem facilius intelligamus, quæ sint coniecturæ vigentes & probabiles, vt remissum dici possit, vel non possit hoc fideicommissum, distinguendi sunt aliquot casus, sequendo præcipue traditiones Baro. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, in q. 1. 2. 4. 5. 6. & 8.

Primus est casus, quando facta est simplex diuisio bonorum suppositorum fideicommissi puro, vel iam purificato, hoc casu recepta est Dd. sententia, fideicommissum vt censetur remissum, ita Castr. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 3. vers. super gl. magna, & ibid. Con. en. & Alex. & idem Alex. in conf. 100. col. ult. lib. 7. Dec. in conf. 79. nu. 3. & in conf. 267. nu. 3. in fi. Ruin. in conf. 139. nu. 6. 7. & 9. lib. 2. qui late explicat. Idem sentit Anton. Gabr. in lib. 4. concl. in iur. de fideicommissis, concl. 1. n. 28. et si eorum loci pro contraria opinione male commemorantur. Ruin. præcitato in loco. Idem respondit Crau. in conf. 237. col.

2. ver. 3. ex quo. vbi Bal. & alios recenset. Cum enim fideicommissum est purum, vt si testator vni heredum prælegauit fundum ei ab aliis præiudicandum: si fundus cum eo prælegatario diuidatur, præsumitur quod is fundus cum eo prælegatario ius ipsius prælegati, cum simul stare non possit (vt scribitur Castr. & Rui.) quod prælegatum sit in totum prælegatario: & quod diuidatur inter ipsos coheredes. Sic etiam tenentur eruditissimi Leonius nunc Ferrar. Episcopus optime mentus in d. §. duo fratres, numero 219 in fin. Idem est quando fideicommissum est conditionale effectum fuit purum, secundum Bal. in l. cum testamento, in fin. C. de manum. testat. & in specie Deci. in conf. 79. nu. 3. vers. sed in casu isto.

Qua ratione dilatur consideratio Ripæ dissentientis in d. §. duo fratres, nu. 40. cum dixit, non præsumi remissionem iuris proprii ex quo est quedam donatio, vt diximus supra in præsump. 112. in fin. Diluitur sane hæc consideratio quia donatio hoc casu præiudicat ex quo actus ipse diuisionis simul stare non potest cum obligatione præstandi totum prælegatario. Et hic quidem casus procedit multo magis quando diuisio facta fuit vt verbis amplis, & prægnantibus, & adhibito iuramento. Ita in specie fideicommissi purificati respondit Decius in conf. 145. col. 1. vers. sed tamen supra dicitur. Idem multo magis dicitur quando facta diuisione diuidentes possederunt: & de aliis rebus inter se gestis rationes reddiderunt nulli fideicommissi mentione habita, iuxta l. Prociat, ff. de probat. Ita in specie consulti Dec. in conf. 79. nu. 3. & 4. Nec hoc in casu potest diuidentes recipere pretium ab eis prore. Ita Crau. præcitato in loco. Et confirmatur ex his, quæ dicemus infra in 2. extensione quinti casus.

Secundus est casus, quando facta fuit diuisio simplex bonorum suppositorum fideicommissi non iam purificato. Hoc in casu exceptio finis est Dd. sententia, non præsumi remissum fideicommissum. Ita Barol. in d. §. duo fratres, q. 1. n. 10. & ibidem Castr. & Alex. & communiter testatur ibid. Croc. n. 73. qui refert lo. And. attinentem, casu in hunc dubitatione care. Idem incipit Capram in conf. 89. nu. 10. Ruin. in conf. 137. nu. 6. & in conf. 138. nu. 5. ib. 2. & in conf. 192. nu. 20. lib. 3. Dec. in conf. 79. nu. 3. & in conf. 26. nu. 4. Sic & Ripa in d. §. duo fratres, nu. 38. & ibid. Soc. iun. n. 86. Boer. in q. 147. nu. 2. Et communem etiam aliterut Grat. in conf. 60. numero 5. lib. 1. Eiusdem sententiæ illos multos commemorant, & sequuntur Ant. Gabr. in d. concl. 1. nu. 1. Dec. ian. in conf. 3. nu. 12. libro 3. Riminald. iun. in conf. 80. nu. 39. lib. 1. eandem probauit Leonius in d. §. duo fratres, nu. 306.

Primo adducti sunt ex d. §. duo fratres, intelligendo, quod ibi fuerit male iudicatum. Secundo ex l. cum pater, §. hereditatem, de leg. 2. qui tamen non satis probat, quia non apparet fideicommissum fuisse iniunctum inter illos diuidentes, vt pendunt Albe. & Comen. quos sequitur Ripa in d. §. duo fratres, nu. 39. Adducitur tertio text. l. 2. substituto, in prin. de leg. 1. vbi fideicommissum emendo rem suppositam fideicommissi, non præsumitur remissum ipsum ius fideicommissi. Melius forte probatur ea ratione, quod vnus vt actus non infert alium, qui necessarius ex illo non sequitur, l. vlt. Cod. de vx. r. pro marito. & dixi supra in præsump. 6. numero 55. At duo hæc simul stare possunt, quod bona diuidantur inter nos & quilibet habeat partem suam, donec eueniat conditio fideicommissi: & ea eueniente portio vnus ad alterum redeat. Arque ita necessitatio non sequitur, quod perpetuo apud vnum esse debeat.

Extenditur primo hic casus, vt procedat etiam si diuisio hæc fuit iuramento confirmata. Nam adhuc non præsumitur remissum fideicommissum. Ita in specie Ripa in d. §. duo fratres, nu. 38. post Bal. in conf. 349. super eo, in fi. lib. 3. Ea est ratio quia iuramentum non auget consensum, l. vlt. C. de non num. pecun. Extenditur secundo vt locum etiam habeat, quando ij diuidentes vt promissum inuicem de euictione. Nam adhuc ob simplicem ipsam diuisionem, non præsumitur quod voluerint renouere fideicommissum. Ita sentit Barol. in d. §. duo fratres, nu. 10. vers. quando dicit male. & manifestè affirmant Croc. ibid. nu. 77. & Ripa nu. 79. & accedunt Alex. in conf. 2. n. 6. lib. 5. Rui. in conf. 146. nu. 3. lib. 1. & in conf. 137. nu. 12. lib. 2. Alcia. in d. §. duo fratres, nu. 36. vers. ceterum illud, & ibidem Leonius nu. 313. Decianus in conf. 41. nu. 158. lib. 1. & Riminal. iun. in conf. 204. nu. 90. lib. 2.

Ea est ratio, quia vbi est euictio contingit ex facto auctoris, vel ex facto ipsiusmet à quo res euincitur, non tenetur ille promissor euictionis, l. fraudum, ff. de euict. Atqui in casu nostro euictio causatur ex facto hæreditis, qui ad eundem hereditatem, censetur se obligasse ad restituendum hæreditatem in casu restitutionis faciendæ. si ergo euenit casus fideicommissi, euincitur hæreditas per superstitem ex facto illius qui prædecessit, & ideo non est locus euictioni. Et præterea quæ

do res euincitur ex natura ipsius rei, is est promissor non tenetur de euictione. Ita Cyn. Bartol. Bil. Castren. & Salic. in l. si familie, C. fam. v. si alios recenset infra in præsump. 118. in 2. casu. scripserunt ij quod si vni ex fratribus diuidentibus obtulerunt bona partim allodialia, & partim feudalia, & inuicem promiserunt de euictione, & deinde hanc contingant mori relicta sola femina, à qua dominus feudi euincit feudum, quod non est ad feminas transitorium: illa femina agere non poterit contra partium suum de euictione, ex quo euictio illa secuta est ex natura rei, nempe quia femina capax non est feudi. Ita ergo nostro in casu dicendum est, cum euictio sequatur ex natura bonorum, quæ restitutioni subiecta sunt. Nec est adscribenda culpa aliqua huic fratri euincenti, quia ita ad sui detrimentum contingere potuisset hic casus, si cui euenit in personam fratris sui. Erat enim hoc mutuum periculum. Præterea considerari potest alia ratio, quod quilibet diuidentium sciebat posse euenire casum restitutionis fideicommissi, ob id quilibet in se periculum suscepisse videtur, & consequenter cessat euictionis promissio, l. si fratres, C. commu. v. rursusque iud. Contrariam tamen opinionem, vt quod imò ob promissionem euictionis adhibitam in hac simplici diuisione, præsumatur remissum fideicommissum, nixi sunt probare Roma. in conf. 457. nu. 2. vers. aduertendum. Curt. sen. in conf. 64. Antiquissima. col. pen. Grat. in con. 26. nu. 37. lib. 2. Soc. sen. in conf. 31. nu. 7. lib. 4. Patil. in conf. 71. nu. 9. & 10. lib. 3. Thob. Non. in conf. 41. nu. 6. Et ij quidem adducti sunt ex Reg. l. vendicantem, ff. de euict. qua dicitur, quod quem de euictione teneri actio, eandem agente repellit exceptio. Is ergo frater, qui contendit sibi debere restitui fideicommissum, repellitur exceptio, ex quo de euictione promissio. Verum respondetur, regul. d. l. vendicantem, locum non habere duobus in casibus supra commone notatis, nempe quando euictio sequitur ex facto ipsius auctoris vel ex natura rei.

Declaratur primo hic casus vt locum non habeat, quando in hac simplici diuisione adhibita fuit et promissio euictionis, verbis multum generalibus vel vniuersalibus, vt si dictum esset, quod inuicem promiserunt de euictione, ex quacunque causa, vel modo subsecuta. Ita verè sentit, & declarauit Curt. iun. in conf. 49. nu. 13. qui sic intellexit Curt. sen. in d. conf. 64. col. pen. & apertius ita declarat Socinus iun. in conf. 116. nu. 63. lib. 1. Sentit & Grat. in conf. 60. nu. 16. lib. 1. Quibus constat hanc esse receptam opinionem, et si ad ea dissentiat Ruin. in conf. 137. numero 13. lib. 2. Idem multo magis dicendum est, quando euictio promissa fuit in individuo, causa scilicet ipsius fideicommissi. Ita respondeunt Alex. in conf. 21. numero 6. in fi. lib. 5. Corneus in conf. 339. lib. 1. Gozad. in conf. 58. nu. 23. & Busfat. in conf. 173. nu. 21. lib. 2. Quæ sententia passim dubitationis habet: cum maior virtus sit specificæ atque indubitate, & generalibus.

Declaratur secundo, vt locum non habeat, quando in hac simplici diuisione, et vni fratrum obtulerunt bona omnia allodialia, & alteri fideicommissum supposita. Et adiecta esset expressa promissio euictionis. Hoc in casu præsumitur remissum fideicommissum. Ita Alex. in d. §. duo fratres, nu. 34. vers. Bald. tamen. & ibidem sentit Ripa nu. 99. vers. aut enim res, & clarius Alcia. nu. 37. & idem Alcia. in resp. 138. nu. 3. in fi. & hos secutus sum in conf. 87. nu. 85. lib. 1. Et his accedunt Busfat. in conf. 173. nu. 19. & 31. lib. 2. Decian. in conf. 2. nu. 86. lib. 2. qui considerat æqualitatem inter filios seruandam, ne scilicet vnus habeat omnia bona libera, de quibus ad libitum possit disponere: alter verò grauata onere restitutionis. Nec obstat quod dissentire videantur Croc. in d. §. duo fratres, nu. 78. & Decianus in conf. 41. nu. 163. lib. 1. dum probant doctrinam Baldi, & sequacium in l. si familie, C. fam. l. v. si alios. qui dixerunt, quod si vni fratrum obtigerint bona allodialia, & alteri feudalia, & feudalia fuerint euicta, agere non potest de euictione. Nam responderet absolute nimis hos locutos fuisse, & propterea esse intelligendos secundum Alex. in d. §. duo fratres, nu. 34. ver. Baldus tamen, quando scilicet de euictione non fuit expresse promissum, secus si adiecta expressa promissio fuerit verè respondit Alex. in d. conf. 21. nu. 7. libro 5. Et text. l. si fratres, C. commu. v. rursusque iud. à Baldo allegatus, loquitur, quando mutuum periculum fuit in seipsum, vt post Alcia. respondit in d. conf. 87. nu. 87. Hæc declaratio multo magis locum habet, quando apparere potest dolum fuisse commissum ex parte fratris, quibus bona omnia allodialia, & libera est consecutus, vt alteri fratri obtulerint bona supposita fideicommissum, quemadmodum declarat Alcia. in d. §. duo fratres, nu. 37. quem secutus sum in d. conf. 87. numero 86. lib. 1.

Tertius est casus, quando facta est simplex diuisio, ipsorum bonorum suppositorum fideicommissi, & adiecta est clausula, quæ ipsas partes diuidentes promiserunt, attendere, obseruare, & non contravenire prædictæ diuisioni. Hoc

in casu grauis est Dd. contentio, an remissum præsumatur fideicommissum? Recepta est opinio, remissum non præsumi. Ita Bar. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 2. de verb. obl. post Guilielmu. Cun. ibid. Idem in l. tres fratres, ff. de pat. vbi Bald. & idem in l. cum pater, §. hereditatem, de leg. 2. & idem Bartol. in conf. 53. in fin. lib. 1. & Bald. in conf. 18. N. lib. 1. in cap. 1. in iur. Imperat. Lotharius. C. ltr. in d. l. tres fratres, vbi affirmat hanc esse communem opinionem. Idem Castren. in conf. 188. Quia dubia supra formata. col. 1. lib. 2. Fulgol. in conf. 41. Affirmat talis promissio, col. pen. vers. super eo, qui dixit hanc confirmasse Iacobum Barig. Petrum, & Rayne. Idem scripserunt Imola, Arcim. & Alex. in d. §. duo fratres, in secunda questione Barol. & ibid. Croc. nu. 90. qui testatur hanc esse communem. Eandem probatur Anton. in conf. 29. C. 1. n. 10. numero 10. Corneus in conf. 150. col. 2. lib. 3. & in conf. 120. nu. 2. lib. 4. Alex. in conf. 39. col. 2. in conf. 105. lib. 4. & in conf. 2. col. ult. lib. 5. Barbar. in conf. 43. col. 1. lib. 1. Imola in conf. 2. Soc. sen. in conf. 251. col. 15. nu. 17. lib. 2. & in conf. 18. col. 2. lib. 3. in conf. 31. col. 1. & in conf. 43. nu. 13. lib. 4. Dec. in conf. 86. col. 2. vers. sed tamen his no. Ruin. in conf. 137. nu. 9. & in conf. 139. nu. 2. lib. 2. G. Radin. in conf. 36. nu. 12. vers. 2. dato. Boer. quæst. 147. nu. 10. P. iul. in d. 71. col. 1. lib. 3. Soc. iun. in conf. 116. nu. 33. & in conf. 118. nu. 114. lib. 1. Curt. iun. in conf. 23. in d. d. b. Riminal. iun. in conf. 204. nu. 62. lib. 2. Et hanc esse veram, & ab ea non esse recedendum scripsit Leonius in d. §. duo fratres, nu. 345. qui quidem à num. 315. vsq. ad 356. diligens, & accuratus, vt reliqua omnia in vtraque partem adductis argumentis disparauit, & demonstrauit, falsam esse contrariam opinionem Rogerij, Dyni, Angeli, & sequacium.

Hic casus multo magis procedit, & locum habet, quando fideicommissum non esset reciprocum, vt quia forte frater maior substitutus fuit fratri minori, & non e contra. Nam tunc ex diuisione non censetur aliquo modo remissum fideicommissum, ex quo ex parte minoris nil erat, quod maiori posset remittere. Et ideo non præsumitur, quod maior suo eum detrimentum voluerit remittere. Ita Croc. in d. §. duo fratres, nu. 85. vers. secundus casus, qui dixit, omnes in hoc conuenire. Et rursus hic casus locum habet multo magis, quando inter ipsos diuidentes adesset et inæqualitas, vt si vnus fratrum haberet filios: alter verò non, habiturus esset. Nam tunc præsumptio est, quod habens filios noluerit remittere fideicommissum. Ita post Dec. in conf. 86. col. 3. vers. præterea in casu, sic respondi in conf. 87. numero 86. lib. 1. Eiusdem sententiæ addo nunc Gratium, in conf. 29. nu. 32. lib. 2. Franciscum Beccium in conf. 111. nu. 30. & I conium, in d. §. duo fratres, nu. 114.

Extenditur primo hic casus, vt locum etiam habeat quando adhibitum fuit iuramentum de obseruanda diuisione, eique non contraveniendo. Nam adhuc non præsumitur remissum fideicommissum. Ita Corneus in conf. 150. col. ult. lib. 3. Dec. in conf. 346. nu. 4. Ruin. in conf. 137. nu. 6. lib. 2. Bertrandus in conf. 76. col. 2. lib. 1. quos vitus est sequi Ant. Gabr. in lib. 4. conclusionum, tit. de fideicommissis, concl. 1. n. 2. Riminal. iun. in conf. 204. nu. 87. lib. 2. & Franciscus Beccius in conf. 111. col. 12. qui alios plures recenset. Ea est ratio, quia iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur, & ob id non auget consensum. l. vlt. C. de non num. pecun. & diximus in præcedenti casu, in prima extensione. Vt cum Dec. in conf. 345. vitus est dissentire, sed verè loquitur, quando cum iuramento concurrunt verba generalia.

Extenditur secundo, vt locum etiam habeat, quando promissum fuit non contravenire perpetuo vel vltimo vnquam tempore. Ita Ruin. in d. conf. 137. col. 3. lib. 2. & Gabriel ind. conclus. 1. nu. 3. Extenditur tertio vt procedat etiam quando fuisse promissum non contravenire causa, & occasione fideicommissi, & aliquod fideicommissum esset purificatum. Nam tunc præsumitur remissum fideicommissum purificatum, non autè conditionale, & purificandum. Ita Bar. in d. §. duo fratres, q. 5. nu. 27. in fi. & ibidem explicat claus. Croc. nu. 107. & 108. Ripa nu. 61. His accedunt Soc. iun. in conf. 851. numero 18. vers. quiniimo, lib. 2. Barba. in conf. 48. col. 4. lib. 1. Ruin. in conf. 139. nu. 9. lib. 2.

Declaratur primo, vt non habeat locum hic casus, quando hæc promissio de non contraveniendo, facta fuit verbis multum amplis, & (vt dici solet) prægnantibus, vt putà dictum fuit, quod promittunt non contravenire aliqua ratione, iure, vel causa, quæ dicitur aut excogitari potest. Nam tunc præsumitur remissum fideicommissum. Ita omnium primus scripsit Ioann. Andre. in addit. ad Specul. in iur. de restator. §. in primis, numero 27. vers. sed quid si fideicommissarius. Hunc secuti sunt Bald. in d. §. duo fratres, col. 1. vers. cum dicit, quod quando. Idem verè affirmat Capra in conf. 89. nu. 16. & 17. præsupposito, quod diuidentes habuerint scientiam fideicommissi Alexand. in d. §. duo fratres, col. 11. vers. aduerte tamen, & ibidem Croc. nu. 94. idem Corneus in conf. 150. col. ult. ad fi. lib. 3.

Lud.olog. in conf. 31. in fi. Soc. sen. in conf. 43. nu. 8. vers. 2. multum operatur. lib. 4. Curt. sen. in conf. 64. colum. pe. vers. 2. quando. Ruin. in conf. 118. nu. 21. & in conf. 133. nu. 14. lib. 2. Dec. in conf. 11. nu. 7. in conf. 287. colum. ultim. in conf. 345. nu. 2. Curtius iun. in conf. 49. nu. 12. Gratus in conf. 17. nu. 12. lib. 1. Paris. in conf. 31. colum. 1. lib. 3. Soc. iun. in conf. 116. nu. 50. & 51. lib. 1. quos fecutus sum in conf. 87. nu. 33. lib. 1. His nunc accedunt Anto. Gabr. in d. conclus. 1. nu. 20. qui prædictos penè omnes commemorat Crau. in conf. 24. nu. 11. vers. amplius dico. 1. re Cephal. in conf. 253. nu. 11. lib. 2. O. alc. dec. 112. nu. 17. Decian. in conf. 2. nu. 89. lib. 2. Pancitulus in conf. 59. nu. 82. Busat. in conf. 94. nu. 29. lib. 1. Ea est huius declarationis ratio, quia cum verba sunt generalia restringi non possunt ad specificata, salua ratione recti sermonis operatur ergo remissionem fideicommissi. Ita sentit Bartol. in d. s. duo fratres. nu. 12. Et comprobatur traditione Cyni in l. si ex maiore. C. de except. si debitor soluit partem debiti & creditor fecit pactum generale de non petendo, restringitur hoc pactum, quo ad partem solutam, si tamen dixit creditor, quod non posset amplius aliquid petere occasione cuiuscunque debiti, tunc verba hæc non patiuntur aliquam restrictionem salua ratione recti sermonis. Huc etiam pertinet traditio Bald. in l. sub prætextu specierum, col. ult. C. de sacrosanct. eccl. & ibid. Ita si admitterat reddidit rationem aliqua de re & negotio, & dominus eum liberauit verbis his generalibus, libero te ab omnibus & quibuscunque, de quibus mihi in hanc usque diem tenebaris, liberato hæc non restringitur ad specificata sed extenditur ad omnia quæcunque alia. Idem scripserunt Alexand. in conf. 46. nu. 7. lib. 1. Ruin. in conf. 210. colum. ultim. lib. 1. Gozadin. conf. 94. nu. 21. Afflic. in de. d. 185. numero 7. & Crauet. in conf. 209. nu. 6. vbi his similia congerunt.

His intelligimus malè dissentire ab hac declaratione Castren. in conf. 188. Quia dubia supra. colum. 1. lib. 2. Socin. Seni. in conf. 251. nu. 18. lib. 2. Ruin. in conf. 137. nu. 9. in conf. 138. nu. 9. in conf. 147. nu. 15. in conf. 159. colum. ultim. libro 2. Dec. in conf. 493. colum. 5. C. rat. in conf. 29. nu. 12. lib. 2. Gozadin. in conf. 36. colum. ultim. & Rimald. iun. conf. 204. nu. 96. col. 111. colum. 2. Et ij moti sunt ea ratione, quod hæc verba, promitto non contravenire al qua ratione, titulo vel causa, possunt intelligi in dependentibus ab expressis. Sed respondentur, verba prædicta generalia, quamvis ratione iure & causa, comprehendere etiam ultra dependentia ab expressis in ipsa diuisione.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hic casus, quando ipsi diuidentes proniterunt non contravenire occasione fideicommissi debendi. Nam tunc, præsupposita scientia fideicommissi, censetur illud remissum. Ita Bartol. in d. l. qui Romæ. s. duo fratres. q. 4. nu. 27. de verb. obl. quem secuti sunt ibi Crot. nu. 107. Ripa nu. 62. Et his accedunt Castren. in conf. 188. Quia dubia, col. 1. lib. 2. Curt. sen. conf. 64. col. 15. in fi. & Neuiz. in conf. 31. nu. 14.

Hæc declaratio multò magis procedit, quando diuidentes promiserunt nihil amplius petere, vel contravenire iure substitutionis, vel fideicommissi, vel alio quocunque. Hoc sanè casu præsupposita semper scientia fideicommissi siue patrum, vel aviti, siue transfusaliu, censetur illud remissum. Ita Bart. in d. s. duo fratres. q. 5. nu. 28. quem secuti sunt ibidem Alex. & Iaf. & verè non est qui dissentiat. Et idem responderunt Ruin. in conf. 137. nu. 15. lib. 2. Paris. conf. 71. nu. 2. lib. 3. Gozadin. conf. 45. nu. 17. Socin. iun. conf. 129. nu. 60. lib. 1. & Alciat. in resp. 646. nu. 2.

Quartus est casus quando diuidentes remiserunt omne ius sibi competens, & competiturum vel si dictum est, renitentes ius quod habent, vel habere sperant. Vel quod habent, vel habere possunt. Atque ita verba sic concepta comprehendunt etiam tempus futurum. Hic clarioris doctrinæ gratia distinguendi sunt duo casus vnà cum Bart. in l. qui Romæ, s. duo fratres. q. 6. numero 19. vers. nunc ad propositum, de verbo. obl.

Primus est casus quando nulla alia causa est subest, ex qua diuidentes sperare possent aliquid ius in ipsis bonis, quam fideicommissum. Hoc in casu presumitur remissum hoc ius fideicommissi. Ita Bartol. in d. s. duo fratres. nu. 19. in fi. Et illum secuti sunt ibidem Crotius numero 127. qui multis similibus comprobatur idem responderunt Baldus in conf. 440. Factum proponitur esse tale, colum. 2. vers. item sunt hic verba libro 3. Alexand. in conf. 102. numero 6. libro 6. qui simili traditione Baldi comprobatur Ruinus in conf. 84. nu. 7. in conf. 119. numero 11. in conf. 144. numero 5. in conf. 152. nu. 9. libro 2. in conf. 92. numero 23. & in conf. 156. numero 3. libro 3. Decius in conf. 287. in fi. Parisius in conf. 52. numero 37. & in conf. 71. nu. 14. lib. 3. Socinus iun. in conf. 116. nu. 50. & 54. libro 1. & hos secutus sum in conf. 87. numero 20. libro primo. Et his accedunt Dec. in l. 1. numero 32. in fi. C. de pactis. (& si ibidem Cagnolus numero 84. dissentit) Ri-

pa in dicto s. duo fratres. nu. 48. & nu. 79. Crauet. in conf. 638. nu. 9. vers. secundo, cum actio. & numero 73. Roland. in conf. 34. nu. 92. lib. 4. & Decianus in conf. 3. nu. 11. 4. & nu. 11. lib. 1. Ea est ratio, quia (vt dicebat Bartol. videtur nominatim expressum hoc ius fideicommissi cum nullum aliud addit ius argumen. l. 2. ff. de liber. & posthum. Et confert, secundum Crotium. in d. s. duo fratres. nu. 127. si mile ex l. si opio, ff. de opio. legat. & l. pediculis, s. cum quæretur, ff. de auro & argenti. legat. vbi si testator legauit ornamentum muliebri cum auro, comprehenduntur ea, quæ testator habebat venalia, quando testator nihil habebat, ad quod prædictum legatum posset referri. Confert & l. fundus qui locatus, ff. de fundo instructo, instrumentoque leg.

Præterea etiam frustra verba hæc essent apposta, & nihil operarentur, contra l. si quando in princip. de leg. 1. Et in specie ita considerat Crauet. in d. confilio 638. numero duodecimo. qui regulam hanc ex d. l. si quando, de iuripram multis exornat.

Cæterum solet hoc in casu dubitari, cui incumbat onus probandi, aliam non adfuisse causam, quam ius fideicommissi? Ruinus in dicto conf. 152. numero 9. libro 2. respondit, asserentem aliam fuisse causam probare debere. Et Ruinus secutus sum in dicto conf. 87. nu. 21. & idem verè sentit Gratus in conf. 6. nu. 17. vers. sed hic non apparet, libro 1. Ea asseri potest ratio, quod si actorum & iurium pluralitas non præsumitur, iuxta ea quæ tradunt Corneus. conf. 144. numero 11. libro 4. Socin. sen. conf. 30. colum. 2. lib. 3. & Crauet. in conf. 198. numero 4. Is ergo qui asserit potest habere actiones & iura, probare debet, vt præcitant Doctores scribunt. & si aliter responderunt Albanus in conf. 74. numero 11. & 12. & Beccius in conf. 111. numero 26. Quocirca male à Ruino dissentient Alba in conf. 74. numero 11. & 12. & Franciscus Beccius in conf. 111. numero 27. Quorum considerationes confutauit in dicto conf. 87. numero 21. & 22. Et hic considerandum est, quod respectu bonorum fideicommissi, nulla alia causa, & actio considerari potest, quia nullus contractus super illius bonis potuit fieri.

Secundus est casus, quando tenore diuisionis alia extabant causa ex quibus diuidentes sperabant in dictis bonis habere aliquid ius, vtputa ex aliquibus præcedentibus contractibus Hoc in casu concludit Bart. in d. s. duo fratres, numero 19. vers. Nunc ad propositum, non præsumitur remissum si et omnium. Et Bartolum secuti sunt ibidem Aretin. & Alexand. & communem testatur ibidem Corneus nu. 126. Ripa nu. 78. Corneus in conf. 55. in fi. lib. 3. Gratus in conf. 17. nu. 47. & in conf. 60. nu. 6. lib. 1. Gozadin. in conf. 45. numero 18. Ruinus in conf. 92. libro 3. qui respondit eo in casu, in quo confilio actioem referri poterat ad personas eorum, qui bona fideicommissi occupauerant Decianus in conf. 3. numero 12. & nu. 127. lib. 1. sic & Franciscus Beccius in conf. 111. numero 26. His accedit decisio Rotæ Romanæ referent. Vallo in dec. 20. parte secunda. Ea est ratio, quia remittens ius quod habebat vel habere sperat intelligitur remisisse ius, quod sperat habere ex causa subsistente de præsentem, non autem de futuro, atque ex causa euenientis casus fideicommissi. Iuxta l. quod seruus, ff. de conditio. ob causam, & l. 1. ff. de statuliberis, quæ dedit & explicat Bartol. in d. s. duo fratres, numero 19. vers. si probatur supra. & tradunt præcitant Doctores, qui similibus comprobant.

Hic casus multò magis procedit, quando in diuisione fuisse apposta aliqua verba restrictiua, quibus excluderet ius futurum, vt si dixissent, remittere, & liberare ab omni iure, vt que in præsentem diem Ruin. in conf. 137. numero 15. libro 2. idem sentit Angel. in conf. 287. numero 3. vers. sed in themate.

Declaratur hic casus vt non habeat locum, quando verba posita in diuisione est essent valde vniuersalia, Socin. senior in conf. 251. numero 16. libro 2. vt respondit Curtius iunior in conf. 49. numero 10. qui nu. 13. dixit in specie, quod quando verba non possunt adaptari ad causam de præceteri, sed ad futuram tantum comprehendunt ipsum fideicommissum. Ruin. in conf. 152. nu. 10. lib. 2. Decius in conf. 287. ad finem, & in conf. 345. colum. 2. idem respondit Gratus in conf. 17. numero 12. & in conf. 6. numero 17. libro 1. Socinus iunior in conf. 116. nu. 53. libro primo. Idem est, quando dixissent transferre omnimodo omne ius. Ita Gratus in d. conf. 60. numero 18. Parisius in conf. 71. numero 14. libro 3. Ita etiam in specie respondit Crauet. in conf. 638. numero 14. remissum præsumi fideicommissum, cum dictum est, quod renunciabatur omnibus iuribus quomodolibet ad se spectantibus. Ita etiam quando expresse dictum est, quod renuntiantur etiam iuri de futuro. Boerius quest. 147. numero 14. Idem etiam responderunt Cæphalus in conf. 253. numero 9. libro 2. & Rolandus in conf. 34. numero 92. libro 4. quando diuidentes dederunt, & concesserunt inuicè omnia iura, actiones reales, & personales sibi spectantia & pertinètia, & quæ spectare possent,

possent, possunt & potuissent in futurum. sic & Thobias No-nius in conf. 41. nu. 7. Cæterum declaratio hæc locum non haberet, quando reseruatam atque exceptam fuisset fideicommissum. Ita Gratus in conf. 29. numero 20. lib. 2. & Cæphalus in conf. 296. nu. 9. & nu. 11. libro 2. vbi nu. 30. reuocat contrariam opinionem. Socinus senior in conf. 43. lib. 4. queam etiam damnat Alciarius in dicto s. duo fratres. nu. 30. vers. sed si in instrumento, et si Ripa ibidem nu. 84. vers. ampliatu secundo, sequutus sit Socinus, cuius opinionem probauit, eo tantum non relato, sibi parum constans Cæphalus in conf. 253. nu. 20. 21. & 22. libro 2.

Quintus est casus, quando in diuisione adiecta fuit hæc clausula, ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum, &c. an his verbis præsumatur remissum fideicommissum? Hoc in casu variæ sunt Dd. opiniones.

Prima fuit eorum, qui existimant, non solum non esse remissum fideicommissum, sed nec etiam datam facultatem alienandi bona ipsa fideicommissi, quin eueniente conditione recuperari possint. Hac in opinione fuit Aretinus in d. l. qui Romæ. s. duo fratres, quest. 8. de verb. obligat. quem secutus est Gozadinus in d. conf. 36. numero 12. vers. 3. & nu. 13. et si ibi citet Castren. & Roma. qui aliter dicunt. Et in hæc visus est procliuor Socin. iun. in dicto s. duo fratres, nu. 127.

Primo ea ratione motus est Aretinus, quod alienandi potestas referri non debet ad fideicommissum dependens ex testamento.

Verum responderetur ex sententia Iasonis & Ripæ, quos infra commemorabimus, id verum esse, quando clausula illa possit aliud operari. At hic operari nil potest, nisi dicamus, remissum esse fideicommissum. Quandoquidem absque præiudicio fideicommissi poterat quilibet ante diuisionem alienare partem suam, donec euenisset conditio, l. vlt. s. finem auaritia, C. communia, de legat. & infra comprobabimus, vbi etiam demonstribimus, non esse recipiendam considerationem Socini iun. in d. s. duo fratres, nu. 127. vers. nec ei obstat, cum dixit ferè duo magis esse quod clausula hæc nil operetur, quam vt fideicommissum dicatur remissum. Præterea responderetur secundum Ruinum conf. 139. nu. 11. lib. 2. quod illud procedit inter ignorantes disposita in testamento, sique fideicommissum, secus inter scientes.

Secundò motus est Aretinus ea ratione, quod clausula hæc & illi similes accessoria dicuntur, & in parte executiua positæ, & propterea non mutant nec ampliant dispositionem ipsam principalem, sed eius naturam tantum sequuntur, elem. 1. de præb. & tradunt Dec. in conf. 500. nu. 8. & in conf. 521. nu. 14. & 15. & alibi sæpè. Non ergo clausula hæc operatur remissionem fideicommissi.

Cæterum responderetur, vt scripsi in conf. 87. nu. 44. lib. 1. post Ripam in d. s. duo fratres, nu. 84. non repero, quæ facile illo in loco legi possunt.

Tertio virgare videtur, quod hæc clausula creditur adiecta ex stylo & vsu notarij, & propterea nil operatur, vt in specie respondit Socin. iun. in conf. 116. nu. 21. lib. 1. Et similibus in casibus tradunt à me congesti in conf. 87. nu. 6. & 7. libro 1.

Verum responderetur, vt scripsi in d. conf. 87. nu. 45. quod imò hæc clausula præsumuntur apposta partium consensu. Quam sententiam illo in loco multis rationibus, & Dd. autoritatibus comprobauit. Et alia plura scripsi in conf. 37. cod. lib. 1. Sic etiam in specie nostra respondet Rimald. iun. in conf. 80. nu. 44. lib. 1. & Roland. in conf. 34. nu. 93. 94. lib. 4.

Quartò mouetur Aretinus, quia remissio fideicommissi non dicitur facta, nisi visis & inspectis verbis testamenti, l. de his, ff. de transactio. Quæ sanè verba dici non possunt fuisse inspecta isto in casu. Respondunt, Dd. præsupponere diuidentes ipsos seire disposita in testamento, illudque vidisse & considerasse. Nam quando de vno disputatur, reliqua præsupponuntur habita, l. qui testamento, in fin. ff. de testam. & c. 1. de estate & qual. in 6.

Secunda est opinio eorum, qui existimant, quod imò ob hæc alienandi facultatem concessam præsumi absolute & simpliciter remissum fideicommissum. Hanc manifestè probantur Ange. in d. s. duo fratres, q. 5. Imol. & Crot. mon. 133. qui ita (et si malè) loqui Bart. intellexerunt. Eandem affirmant Curt. sen. in conf. 64. colum. penult. vers. & presentem narratione. Dec. in conf. 17. nu. 49. & apertius in conf. 60. nu. 8. lib. 1. Socinus iunior in conf. 116. nu. 56. libro 1. Rolandus à Valle in conf. 34. nu. 80. lib. 4. Cæphalus in conf. 253. nu. 8. libro 2.

Horum opinio visa mihi fuit semper verior, præsupposita tamen scientia fideicommissi. Nam frater iste, qui

dat facultatem alienandi, simpliciter & purè eam dar, non autem sub conditione. Si enim data esset sub conditione, ea alienatione non secuta, locus esset repetitioni fideicommissi quippe quod ea conditione non purificata, res primum suum statum retinet. Sed cum purè data est, nil aliud significare voluit is concedens, quam quod frater ille suus cui concessit esset liberè & absolute dominus, & propterea posset ad libitum rem ipsam alienare.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt, ob hæc clausulam, non esse absolute & simpliciter remissum fideicommissum, sed solum secuta ipsa alienatione. In hac opinione verè fuit Bart. in d. s. duo fratres, questio. 8. nu. 21. sicut illum expressim ita intellexerunt Alex. numero 73. Iafon numero 58. & Socinus Iun. numero 127. vers. & absque dubio, qui dixit absque dubio Bartolum sic intellexisse, quod & ego verum puto. Nam id significant iura, quibus traditionem suam confirmat Bartolus, præsertim l. si quis, s. superuacuum, & s. penultim. ff. quibus modis pignus vel hypoth. soluitur, de qua infra dicemus. Idem significant & verba eundem Bartoli in quest. 9. quæ immediate subsequitur, dum ita scribit. Non quæro, pone quod non remissum ius fideicommissi, nec data licentia de vendendo, &c. Ecce quod Bartol. constituit differentiam inter fideicommissi remissionem, & pactum de alienando. Hanc quoque Bartoli opinionem secutus est Bald. in confilio 89. Dominus Thomas Anarius, in 4. punto, libro 1. qui manifestè dixit, durare fideicommissum licet obler exceptio. Idem etiam sentit Castren. in confilio 188. Quia dubia, numero 1. in fine libr. 2. & apertius Roman. in confilio 403. nu. 2. Alexander & Iaf. in d. s. duo fratres, ille nu. 58. in fin. ille numero 73. Ita etiam Ripa numero 83. iunctis his, quæ tradit nu. 74. vers. limitatur primo. Alciarius ibidem numero 29. vers. primus est, & numero 30. & nu. 31. & in respon. 539. in fin. Eandem probantur Alexander in conf. 199. numero 10. libro 2. & in conf. 8. numero 7. libro 5. Socinus sen. in confilio 43. nu. 1. & 14. vers. ex quibus in fore, lib. 4. Corn. in conf. 144. col. ult. lib. 3. Ruin. in conf. 147. numero 16. lib. 2. & conf. 92. numero 27. lib. 3. Alciat. in respon. 577. numero 1. Crau. in conf. 24. nu. 8. Decianus in conf. 3. nu. 127. lib. 1. Rimald. Iun. in conf. 80. numero 38. libro 1. & conf. 204. nu. 46. lib. 2.

Primo motus est Bartolus ex l. si quis, s. superuacuum, & s. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur. vbi permisso facta à creditore debitori vt possit vendere pignus, non tollit ius pignoris, nisi venditione secuta. Ita ergo & nostro in casu facultas alienandi fideicommissi bona, non infert remissum esse fideicommissum, nisi secuta ipsa alienatione.

Cæterum responderetur terminos non esse pares. Nam in casu d. s. superuacuum, & s. pen. permisso illa creditoris ad duo referri potuisse videbatur, hoc est ad ius ipsius crediti, & ad ius pignoris, in dubio autem intelligitur referri ad ius pignoris, tum ob naturam actus, tum ne creditor ius suum totum donasse, nil inde accepto, dicatur. Et ideo permisso illa operatur remissionem iuris pignoris, non autem crediti principalis, secuta scilicet ipsa venditione. Nostro in casu permisso hæc nil aliud operatur nisi remissionem iuris fideicommissi, cum tantum ipse retineat, quantum fratri concedit, quod non contingit in casu d. s. superuacuum, in d. s.

Hæc tamen opinio Bartoli approbata, à qua in iudiciis difficile esset recedere, sequitur, quod alienatione secuta, non potest eueniente conditione, is fieri, qui alienationem permisit, recuperare ea bona è manibus eorum, qui ea emerunt, vel alio titulo consecuti sunt. Nam ij emptores nouique acquiritores tui sunt contra fratrem hunc qui asserit euenisse casum fideicommissi. Ita verè docuit Bart. in d. s. duo fratres, questio. 8. nu. 21. ibi responde, si quidem alienatio esset secuta, puto quod emptor non possit postea inquietari. & Bartolum sic intellexit ibidem Alcia. nu. 28. vers. sed quid si, & in d. respon. 539. in fin. Et si Ripa in d. s. duo fratres, nu. 83. & alij plures aliter nixi sunt intelligere Bartolum. Hic itaque emptor rurus est, siue (vt inquit Bartolus & rectè) fratres fuerint scientes, siue ignorantes fideicommissi. Quandoquidem (voluit dicere Bartolus) eorum ignorantia nocere non debet emptori, qui in bona fide est, ex quo emit, visa diuisione cum facultate hinc inde concessa alienandi : & creditur hic emptor fratres illos sciuisse & cognouisse ius fideicommissi, quod eis competebar & competere poterat in bonis à se diuisis. Est itaque (vt diximus) tutus hic emptor. Et Bartolum secuti sunt Alciat. ibidem numero 31. vers. sed quid si is qui licentiam, & apertius Ruin. in confilio 114. numero 10. in fine libro 2. Socin. Seni. confilio 43. numero 19. lib. 4. Paris. conf. 46. numero 26. 27. lib. 2. Id quod probat Bart. primo ex l. si mandato Titij, ff. manda. quam ad rem hanc inducit Socin. Iun. in d. s. duo fratres, nu. 127. Ad ducit secundò Bartol. text. l. si fundum per fideicommissum,

in princip. ff. de legat. prim. quam non probare sensit Ripa in d. s. duo fratres numero 83. quia tibi hæres vendidit rem tamquam propriam ipsius fideicommissarij præsentis & expressit contententis. Nostro vero in casu frater consentit, quod eam alienare tanquam propriam ipsius alienantis, & in absentia ipsius emptoris. Quæ consideratio non diluit argumentationem. Nam & hic frater dicitur consentire fratri alienanti, ut vendat ius, quod ipse consentiens possit habere eueniente conditione. Nec dicitur facere absente emptore, quia facultas instrumenti diuisionis concessa generaliter, ab emptore deinde acceptata, videtur concessa præsentem ipso emptore. Tertio præter Barrolium adducit Ripa l. quæstiones ab omnibus. C. de fideicommissis. Quarto text. cap. 1. s. Titius. si de feudo fuerit controvers. His accedunt l. si seruis communis. ff. de donatio. inter virum & uxorem. l. apud Celsum. §. quæstio. ff. de doli. mali. except. l. quibus. §. pater. ff. de fideiuss. & l. 2. C. de remiss. pigno. quibus probatur, quod contententis & alienationi rei, sibi præiudicat, ut alienatio reuocari non possit. Quarto secundum Alciatum in d. s. duo fratres numero 29 in fine. quia non debet emptor esse deceptus. l. si cum mitti. de dolo. de legat. 1.

Hæc opinio multo magis locum habet, quando data fuit libera & omnimoda facultas alienandi. Nam tunc censetur omnino remissum fideicommissum. Ita respondit Socin. Sen. in cons. 43. num. 11. & 12. libro 4. Idem quando fuit dictum, quod, vno diuidentium vendente portionem suam, alij etiam teneantur vendere, & pretium inter se diuidere. Sic consuluit Crauet. in cons. 69. num. 14. in fine.

Extenditur primo, ut procedat prædicta opinio etiam si hæres ipsi fideicommissio grauati suo iuramento & confirmasset ipsam fideicommissum. Nam adhuc concessa in diuisione alienandi facultate censetur remissum fideicommissum, secuta alienatione, ita quod non possunt ipsa bona recuperari. Ita docuit Alciat in d. s. duo fratres numero 31. vers. sed quid si fideicommissum. & qui tenet opinionem Iasonis in cons. 173. libro 4. qui quidem Iason respondit de bonis emphyteuticis.

Extenditur secundo, ut locum etiam habeat, quo & ad pretium. Nam nec illud frater superfluo recuperare potest. Ita respondit Socin. Sen. in cons. 43. num. 19. vers. quantum. lib. 4. Curt. Sen. in cons. 64. cons. penult. Ruin. in cons. 162. colum. pen. vers. nam etiam lib. 2. Gratus in cons. 60. num. 11. & nam. 21. lib. 1. & Crauet. in cons. 237. in fin.

Et ratione ij moti sunt, quia est natura concessio & remissio seu donatio, & propterea de parte patris ipsa non cogitatur. Cum enim voluerint remittere atque extinguere fideicommissum, etiam ius respectu pretij remittere voluerunt.

Dissentit tamen à prædictis Corne. in consilio 340. numero 2. lib. 1. Ripa in d. s. duo fratres numero 84. vers. limita. secundo. & ibidem Alciat. in respons. 559. in fine & in respon. 577. numero 1. vers. confirmatur hæc sententia. Non enim (ij scripserunt) qui concedit facultatem alienandi, censetur & renuntiare nisi quod habet respectu pretij l. si fundum per fideicommissum. de leg. 1.

Conciliari possunt hæc opiniones, ut prima locum habeat, quando expressè, & tacite ex coniecturis constat diuidentis voluisse remittere fideicommissum, sicque illud extinguere.

Secunda verò procedat, quando ipsi diuidentes solum inuenim dederunt alienandi facultatem. Ita sensit Alciat in d. s. duo fratres. num. 28. in fin.

Declaratur primo prædicta Barro. & sequacium traditio, ut locum habeat, quando alienatio & facta fuit titulo singulari, secus verò si titulo vniuersali: ut puta instituentem hæredem in testamento. Nam hoc casu locus est reuocationi fideicommissi: cum non dicatur eo modo facta alienatio quo data fuit facultas, quæ quidem fuit, ut titulo singulari alienare possit. Ita scripserunt Alciat. in d. s. duo fratres numero 31. vers. sed est. & in respons. 577. numero 1. Decian. in cons. 3. num. 147. lib. 1. Crauet. in cons. 638. num. 15. & Riminal. Iun. in cons. 204. numero 111. lib. 2. qui similibus comprobatur. Dissentit tamen ab hac traditione Gratus in cons. 60. num. 9. lib. 1. Pancirolus in cons. 59. numero 80. & Riminal. Iun. in cons. 80. numero 40. libro 1.

Declaratur secundo, ut locum habeat hæc alienandi facultas respectu ipsorum & diuidentium, non autem aliorum, ad quos euenit casu restitutionis fideicommissum deuoluitur. Ita Ruin. in consilio 138. numero 20. libro secundo. qui hoc comprobatur egregia doctrina Baldi in l. qui se patris. C. unde liberi. Alciat. in respons. 561. in fine. & in respons. 577. numero 3. qui ob id respondit agnatos imò filios diuidentium posse consequi fideicommissum, si hæres non existunt ipsorum diuidentium. Idem consuluit Alba in

consilio 74. num. 1. & 2. qui idem sensit, etiam si filius exeret hæres patris diuidentis; id quod placuit & Ruino ubi supra. sed existimo, eos malè sensisse ex his, quæ scripsi in consilio 89. libro 1.

Declaratur tertio, ut locum non habeat, quando & diuisione facta fuit quoad vsum fructum tantum. Ita Gratus in d. cons. 29. num. 35. libro 2.

Declaratur quarto, ut non procedat, quando diuidentes dixerunt, quod possent alienare cum suis & iuibus. Nam tunc non dicitur remissum fideicommissum. Ita Alciat. in d. s. duo fratres. numero 30. vers. alius casus. post Angel. ibid. quæst. 5.

Declaratur quinto, ut non habeat locum, quando ex alio actu subleuato constare & possent diuidentes noluisse remittere fideicommissum, etiam secuta alienatione. Ita Ruin. in cons. 147. num. 15. in fine lib. 2.

Sextus est casus, quando in diuisione adiecta fuit clausula, & ad habendum, tenendum, & quidquid vluerit faciendum. Hoc in casu affirmantur multi, præsumi remissum fuisse fideicommissum. Ita Angel. Alex. in d. Crocius & Parisius, quos tenet & secutus iun. in consilio 87. numero 15. lib. 1. Et illis accedunt nunc Ruin. in cons. 147. num. 15. vers. præterea ipse libro 2. Socin. Iun. in cons. 116. num. 56. libro 1. Pancirolus in cons. 79. in fin. & Burlat. in cons. 64. num. 30. lib. 1.

Hæc enim verba, ad habendum, tenendum, & quidquid voluerit faciendum, sine dubio plus operantur quam illa præcedentis casus. Nam qui de re aliqua & facere potest quod vult, eam vendere, donare, legare, & hæredem in ea instituire potest sicuti manifestum est. Imò decedendo ab intestato, dicitur vocare proximiores: atque ita de re disponere, iuxta l. consueuantur. ff. de iure codicillo. de qua differemus sublequenti in libro. Id quod permissum non est, quando data fuit simpliciter alienandi facultas: sicuti superiore casu explicauimus.

Extenditur hic casus, ut locum etiam habeat, quando in diuisione sic dictum fuit, ad habendum, tenendum, & quidquid & placuerit faciendum. His etiam verbis tenetur remissum fideicommissum. Ita scripserunt Crocius. Ruin. Gratus, Zuchard. Socin. Iun. & Alciat. quos com. em. qui & secutus sum in cons. 87. num. 19. lib. 1. & de eadem facti locuti: eorum interrogatus, idem respondit Roland. in cons. 34. num. 78. lib. 4. Illis nunc accedunt Berous in cons. 172. numero 7. libro 2. Natta in cons. 55. num. 33. lib. 3. Cephal. in cons. 253. numero 7. lib. 2. qui de eadem facti ipece respondit cum Crauet. in cons. 638. & Burlat. in d. cons. 64. num. 31. lib. 1.

Ea est huius sententia ratio, quia hæc verba significant plenam alienandi datam esse facultatem, quæ alioqui nil operaretur, nisi fideicommissum diceretur, eam remissum.

Certe non a prædictis dissentiat Ruin. in consilio 137. num. 7. & in cons. 147. num. 45. lib. 2. Alciat. in d. s. duo fratres numero 33. vers. sed quid si latissimus. Gratus in consilio 17. numero 49. lib. 1. & in cons. 39. numero 35. lib. 2. Riminal. Iun. in consilio 204. num. 93. lib. 2. qui late dissentit. Quorum quidem opinio comprobatur ex his quæ similibus casu respondit Dec. in cons. 521. num. 11. vers. ut non obicit. &c. Illa tamen prima opinio magis recepta est.

Extensio hæc multo magis procedit, quando eadem facultas data fuit etiam & hæredibus ipsorum diuidentium. Ita Crocius in d. s. duo fratres. num. 233. vers. præterea cum in casu. Ea ratione vltus est, quia si fideicommissum adhuc extare diceretur, non possent dicta bona, veluti fideicommissio subiecta deuolui ad eorum hæredes, cum alienari prohibeantur in contractu, & in vltima voluntate. l. petro. §. prædium. ff. de legat. 2. Qui ergo vult consequens, dicitur etiam velle antecedens. l. ad rem mobilium. de procurat. Et rursus (ut Crocius) per fideicommissum succeditur ipsi testatori, non autem hæredi grauato. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. cum ergo dictum sit, quod eorum hæredes possideant, & perpetuo faciant de dictis bonis quicquid sibi placuerit, fideicommissum dicitur remissum, quia alioqui eis non succederent ratione dictorum bonorum, sed restatoris, a quo fideicommissum fuit relictum d. s. cum filie. Sicque intelligimus minus rectè sensit Gratus in cons. 29. num. 41. & 42. libro 2. dum contrarium respondit.

Septimus est casus, quando in diuisione apponitur fuit hæc & clausula, ponentes sese in omnem eorum locum, ius & statum in prædictis bonis, ut in rem propriam. His etiam verbis præsumitur remissum fideicommissum. Ita Alexander. in cons. 8. numero 6. vers. denique libro 5. Crocius in d. s. duo fratres numero 133. Ruin. in cons. 137. numero 7. in cons. 144. num. 19. vers. & dato. & in cons. 152. colum. penult. lib. 2. Gratus in cons. 60. num. 19. lib. 1. & Socin. Iun. in cons. 116. numero 60. lib. 1. Et horum sententiam secutus sum in consilio 87. numero 29. in fi. libro 1. & his accedunt Tobias Nonius in consilio 41. numero 8. Pancirolus in cons. 59. numero 79. Idem sensit Roland. in cons. 34. num. 14. qui illi

qui illi meo responso 87. subscripsit. Ea affertur ratio, quod res & propria esse dicitur, quando is habet dominium cum alienandi, donandi, & quouis alio modo distrahendi libera facultate. l. femine. §. illud. & ibid. Bald. C. de secund. nupr. idem in l. sic de proprietate. num. 10. C. si non à compe. iud. Nam verbum proprietatis & rectum dominium significat. l. in l. huiusmodi. §. ades. num. 8. de legat. 1. Boer. q. 44. num. 29. Et qui ponit alium in locum suum, ius & statum, ut in rem propriam, verè concedit, quod possit facere omnia, quæ possit ipse dominus, si præsens esset. Alex. in l. in provinciali. §. si ego. num. 9. ff. de ope. noni. num.

70 Octauus est casus, quando in ipsa & diuisione dictum fuisse, quod ipsi diuidentes haberent, possiderent, & tenerent portiones sibi obuentas pleno iure. Hoc in casu, an remissum sit fideicommissum dubitari solet? Aliqui scripserunt, præsumi remissum. Ita Socin. Sen. in cons. 43. num. 10. lib. 4. & Anton Gabriel. lib. 4. conclus. tit. de fideicommissis. conclus. 1. num.

71 37. Ea ratione ij moti sunt, quod is pleno & iure dicitur habere rem, cum eius dominium ita habet, ut ad libitum possit de eo disporre alienando, & distrahendo l. femine. §. illud. in fine. C. de secundis nupr. Et quod res ipsa non subiacet alicui restitutioni. l. mater. C. ad S. C. Tertul. vbi Angel & Caltr. Et simile est quod respondunt Bar. in cons. 15. in fin. lib. 1. & Butr. in cons. 53. num. 2. Cum dixerunt matrem excludi tacita pupillari substitutione filio facta his verbis, pleno iure. Quæ de re differemus sequenti libro, in præsumptione 45. vbi agemus quando mater excludatur per tacitam pupillarem.

Alia fuit opinio Crocius in d. l. qui Rem. §. duo fratres. numero 75. de verbo. obligat. qui dixit, ita & his verbis non præsumi remissum fuisse fideicommissum. Ita etiam Ruin. in cons. 137. num. 8. & in cons. 138. numero 6. libro 2. & consilio 99. numero 12. libro 4. & Leonius in d. s. duo fratres numero 310. Et hæc opinio fulcitur videtur text. l. generaliter. §. vltim. ff. qui & a quibus. vbi seruis legatus sub conditione, pendente conditione, dicitur pleno iure esse hæredis grauati: & tamen eueniente conditione illum restituit.

Et contraria argumentationi rectè satisfacit Leonius. Et hæc quidem secunda opinio nunc mihi magis probatur.

Nonus est casus, quando in diuisione adiecta fuit clausula, qua annullatur & illud testamentum quod continet fideicommissum. Nam tunc præsumitur remissum fuisse fideicommissum. Ita Boer. q. 147. numero 11. dum declarat responsum Capræ in cons. 89. numero 17. qui loquitur, quando patres diuidentes voluerunt annullare testamentum quoad actum illum diuisionis tantum, in quo plus vni ex bonis fideicommissi quam alteri assignatum fuit.

74 Decimus est casus, quando in ea diuisione reseruatam & fuisse aliud fideicommissum, vel pars eius, de quo deinde exorta est controuersia. Nam tunc ex illa reseruatione coniectura sumitur, fideicommissa non reseruata fuisse remissa. Ita, Crocius in d. s. duo fratres. num. 94. quem secutus sum in cons. 87. num. 34. libro 1. Nunc accedunt Anton. Gabriel. lib. 4. conclus. in tit. de fideicommissis, in conclusione prima, num. 40. & Leonius in d. s. duo fratres. num. 357.

Ea est ratio, ut scripsi in d. consilio 87. num. 36. quia & exceptio, quæ fit de eo, quod alias sub dispositione non comprehendatur, ad illud extenditur, ne inutilis & superuacanea reddatur exceptio. Dissentit tamen ab hac opinione Francisc. Dec. in cons. 111. num. 36. 37. & 38. vbi multo conatur respondere prædictæ rationi Doctorum.

Vndecimus est casus, quando in diuisione fuit adiecta clausula, & renunciantes omni iuri & legum auxilio. Hoc in casu, an præsumatur remissum fideicommissum, dubitatur? Et præsumi remissum affirmantur Alexan. in cons. 11. num. 14. lib. 2. Ruin. in cons. 152. num. 10. vers. & etiam lib. 2. & in cons. 92. num. 24. libro 3. Cur. Iunior in cons. 49. num. 12. Olafus in decis. 112. in fin. qui alios recenset.

Declaratur secundum Ruinum in d. cons. 92. num. 24. non procedere data ignorantia fideicommissi. Ruin. Iun. in cons. 204. num. 83.

Declaratur secundo, ut per Riminal. Iun. in consilio 204. numero 74. libro 2. quando verba ad futurum non respiciunt, ut quia non fuit dictum, omni legum auxilio competenti, & cõpetituro.

Idem est, quando hæc verba renunciantes omni iuri, & legum auxilio se referrent, & restingerent ad præcedentia. Ita Ruin. in consilio 137. num. 16. lib. 2. Riminal. Iun. cons. 204. num. 86. libro 2.

Ius fideicommissi, vel bonorum emphyteuticorum, an remissum præsumatur à fratre, qui præsens fuit

& tacuit, quando alter frater bona ipsa fideicommissi, vel emphyteutis alienauit.

SVMARIA.

- 1 Fideicommissi ius remissum præsumitur frater præsens & tacens in alienatione fideicommissi vel emphyteutis. Idque locum etiam habet quoad pretium. num. 5. Fallit tamen si is præsens & contradicens, alienationem impedire non potuisset. num. 4.
- 2 Tacens consentire videtur, qui cum potuisset, non contradixit.

Conuenit etiam, ut hoc in loco explicemus, an quando frater præsens alienationi bonorum fideicommissi, vel emphyteutis tacet, præsumatur remissum ius suum? Qui in re dicendum est, præsumi & remissum. Ita glo. Bart. & Bald. in l. cum proponas filios. C. de pactis. Bald. in l. quæstio. C. de fideicommissis. Abb. in consilio 11. in 1. dubio libro 2. Alex. in consilio 8. numero 4. libro 5. Dec. in d. l. cum proponas. num. 4. in fin. Crauet. in cons. 237. col. 2. vers. 3. ex quo. Quorum sententia probatur in l. cum pater. §. libertis. de legat. 2. & in l. quæstio ab omnibus. C. de fideicommissis. Et accedit ratio, quia qui tacet consentire & dicitur, si potuit contradicere, & non contradixit, ut scribunt Doct. in l. que dotis ff. de iur. matrim. & differtur infra lib. 6. in præsumpt. 38.

Extenditur, ut locum habeat etiam & respectu pretij, quod hic frater sic contententis recuperare non potest. Ita in specie respondit Crauet. in d. cons. 237. colum. 2. vers. 3. ex quo. Nam inquit Crauet. sicuti tacens ille frater dicitur ad commodum fratris contententis, ut alienare possit: Sic pariter dicit consentire ad Beneficium possessoris, ne ab eo pretium peti possit, qui si molestia afficeretur, cogere utque pretium iterum soluere, possit agere contra fratrem venditorem, atque ita contractus emptoris & venditionis per indirectum redderetur inefficax, contra regulam e. cum quid de regul. iur. in 6. Et conferunt quæ scripsi in superiore præsumptione, in secunda extensione quinti casus.

Declaratur præsumptio ut locum non habeat, quando frater præsens, & tacens impedire & non potuisset alienationem etiam si contradixisset. Nam tunc non præsumitur consentisse. Ita præcitat Doctores omnes declarant.

PRÆSUMPT. CXVII.

Ius legati, vel fideicommissi, remissum an & quando præsumatur legatarius vel fideicommissarius, qui rem ipsam emit, aliove titulo acquisiuit.

SVMARIA.

- 1 Legatarius fideicommissarius, rem sibi purè debitam scienter emens ius suum præsumitur remississe. Solo dissentient Bartolo. num. 10.
- 2 Legatam rem alienanti hæredi, consentiendo legatarius vel fideicommissarius, legatum præsumitur repudiare.
- 3 Alienationi rei legatæ consentiente etiam in pretio sibi præiudicare.
- 4 Velle cuius in vno est, idem dicitur in eius necessarijs antecedenti.
- 5 Emptionem rei suæ non valere, quomodo accipiatur.
- 6 Legatæ rei dominium quomodo transeat in legatarium.
- 7 Legatam aut fideicommissam rem relictam, legatario vel fideicommissario irrevocabiliter deberi.
- 8 Pignori sibi datam rem scienter ementes præsumuntur iniuriam consentire, & pignoris ius remittere.
- 9 Rem propriam ignoranter ementi quomodo lex consulat.
- 10 Legatarius emens scienter rem alienam vel hæredis sibi purè relictam ius suum præsumitur remississe. Secus esse in fideicommissario emente rem aliquam ex comprehensam in fideicommissio vniuersali. num. 11. Idque quomodo accipiendum. num. 12.
- 13 Legatarius vel fideicommissarius emens ab hærede grauato rem sibi sub conditione legatam aut restituendam, ius legati vel fideicommissi non præsumitur remississe.
- 14 Repudiatio expressa legati conditionalis quod non valuit.
- 15 Legatum fundum alienum, post mortem testatoris scienter, emens legatarius, legato renuntiasse non præsumitur.
- 16 Legans fundum alienum pretium illius præsumitur legasse.
- 17 Legatarius emens ab extraneo possessore, rem testatoris purè sibi relictam, non præsumitur ius suum remississe. Quid autem sit in re hæredis sibi purè legata, eam ab extraneo scienter si emit. num. 18.

Legatam sibi rem vno adhuc testatore emens legatarius, ius legati non presumitur remississe. Idque presertim si sub conditione legatum sit. num. 20. Et ante aditam hereditatem emerit. num. 21.

Hic locus postulat, ut differamus, an & quando acquirens rem sibi legatam, vel fideicommissio relictam, presumatur ius suum remississe, illique renuntiasse. Hac in re distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando legatarius vel fideicommissarius scienter emit rem sibi pure debitam. Hoc in casu recepta est Doctorum sententia, presumi remississe ius suum. Ita post Dynum, Comensem, & Aretinum affirmant Ripa in l. qui Romanus. §. duo fratres. num. 93. vers. tenenda est ergo. ff. de verbo. obligat. & ibidem Alciat. numero 37. vers. postremo attingunt. qui communem esse opinionem testantur. His accedunt Abb. in consilio 11. numero 1. libro 2. Ruin. in consilio 146. numero 4. libro 1. & Alciat. in respons. 583. numero 3. Ea prima & præcipua ratio est, quod legatarius vel fideicommissarius, consentiendo heredi alienanti rem remissam alicui tertio, presumitur repudiare legatum. l. codicillis. §. 1. de legat. 2. Atqui legatarius, vel fideicommissarius emendo officiacius consentit heredi alienanti. Ergo censetur remittere ius suum. Nec repugnat consideratio Ripæ, dum dicit, quod consentiens alienationi rei legatæ non præiudicat sibi in pretio. l. si fundum per fideicommissum. de leg. 1. vbi Bart. dicit, d. l. codicillis. §. 10. loqui in casu speciali. Nam responderetur, imò etiam sibi præiudicare in pretio, ut sentit idem Ripa numero 93. dum respondet primo Bart. argumento ex l. vlt. §. vltim. c. communia de legat. vt dicemus infra. Nec obstat l. si fundum per fideicommissum. quia apparet ibi fideicommissarium consensisse alienationi, quæ ob quandam necessitatem ab herede fiebat, nempe ob imminens res alienum. Et propterea non presumitur sibi voluisse præiudicare in pretio. Ita textum illum communiter intellexerunt Doct. ibi, vt testatur Iaf. num. 18.

Secundò adducitur argumentum, quod qui vult in unum, dicitur etiam velle antecedens necessarium ad illud. l. ad legatum. & l. ad rem mobilium. ff. de precar. Atqui legatarius emendo dicitur velle antecedens, quod scilicet hæres possit vendere, atque ita res sit ipsius hæredis, alioqui eam vendere non posset, quia fundus manente legato, emptio nulla esset. l. rei sine. ff. de contrahend. emptio. Ergo legatarius, vel fideicommissarius emendo præsumitur remississe ius, quod habet in re ipsa relicta. Nec repugnat consideratio Aretini in d. §. duo fratres, quod venditio non valet non autem quod repudiatum dici debeat legatum. Nam responderetur, constare satis de voluntate ipsius ementis, qui voluit valere emptionem. Et in dubio sic præsumi debet. l. quæ res. ff. de rebus dubiis.

Non etiam vrger consideratio Ripæ, cum dixit, non valet remptio rei suæ, quando iure communi sua est, secus si iure speciali. argu. l. 1. c. de donat. que sub modo. At res tradita est in dominio legatarij ante agnitionem legatum, & traditionem factam ex priuilegio. l. 2. Titio. ff. de furtis. Ideo concurrit rei venditio cum actioe personali. Bartol. in l. 1. c. communia de legat. & fideicommissum. Respondetur, dominium rei legatæ transiens in legatarium a die mortis testatoris non transire ex priuilegio, vt dicit priuilegium. Nam est quoad ipsum actum translationis domini dicitur dominium fictum, vt scribunt Iason in l. si mihi & tibi. in prin. numero 5. ff. de legat. 1. Gomez. in §. si itaque. numero 24. Inst. de actio. & Tyraquel. in tract. de mort. iust. l. de iust. in l. 2. parte principali, in secunda declaratione. numero 6. Attamen ius ipsius legatarij, quod habet ipse legatarius in legato, est ius verum, & proprium secundum iuris communis dispositionem, quæ permittit cuique de re sua ad libitum testari. l. 1. c. de sacrosan. eccle. Et propterea legatum etiam non dum acceptatum ad dicitur esse debitum legatario, atque ita de eius iure, vt si non acceptaret, diceretur dampnum pati, sicuti egregie declarat Ruin. in cons. 123. numero 2. libro 3. Nec multum ad rem pertinet text. d. l. 1. c. de dona. que sub modo. quia ibi donatio facta fuit sub modo, quo non impleto, dominij translatio rescinditur.

Non etiam obstat altera consideratio Ripæ, dum dicit, quod tunc non valet emptio rei legatæ, si est irrevocabiliter legatarij, secus si reuocabiliter l. plane. l. 1. §. 1. & l. huiusmodi. §. qui seruum. vbi Bar. de legat. 1. Nam responderetur rem remissam, vel fideicommissio relictam pure debitam legatario vel fideicommissario ei deberi irrevocabiliter. Et text. d. l. plane. §. 1. loquitur, quando res sæpius legata fuit. Et ideo si semel rem est consecutus, non tamen prohibetur iterum consequi pretium. text. verò d. l. huiusmodi. §. qui seruum. loquitur in legatario, qui rem sibi relictam igno-

Tertio fulcitur sententia hæc eo simili, quo dicimus, quod ementes simul scienter rem sibi pignori datam præsumi in vicem consentire, & pignoris ius remittere. l. Titius. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur.

Quarto & vltimo confert text. l. cui res. ff. de actio. empt. vbi lex consulit ei qui ignorans rem propriam emit, vt actione ex empto possit experiri. sentiens ei qui scienter emit nullam dari actionem, ob id, quod ius suum remississe dicatur.

His intelligimus veram esse communem hanc sententiam, à qua dissentit solus Barto. in d. §. duo fratres. num. 26. 10. vers. 2. casu quando erat, qui negauit legatarium vel fideicommissarium presumi remississe ius suum. Nec Bart. argumenta subsistunt. Nam text. l. l. §. vlt. c. commu. de legat. non vrgit secundum Ripam in d. §. duo fratres. num. 91. & Alciatum ibid. num. 37. vers. sensu itaque: quia loquitur in extraneo scienter emente, cui lex retinet actionem ad pretium: quæ sanè ratio cessat, quando legatarius ipse scienter emit ab herede. Nam emendo videtur ei consentire, & consequenter odij causam cessat e præiudicium. l. tamen scite ff. ad S. C. Macedo. Non hic repeto alia Bart. argumenta, quibus Ripa & Alciat. præcitat in locis abundè & rectè satisfaciunt.

Extenditur casus iste, vt locum etiam habeat, quando legatarius emit rem alienam, vel ipsius hæredis sibi pure relictam. Nam adhuc presumitur remississe ius suum, atque ita renuntiasse legato. Ita Comen. & Aretin. quos secutus est Ripa in d. §. duo fratres. num. 94. vers. ista limitatio. reiecta contraria opinione Baldi & Imolæ. Nam & hoc in casu militat ratio repugnantia, quod scilicet legatarius consequi possit rem legatam ab eodem titulo lucratiuo & oneroso.

Declaratur primò hic casus, vt locum habeat, quando legatarius emit rem ipsam sibi legatam titulo particularis legatarij: secus si emit rem vnã ex comprehensis in fideicommissio vniversali. Nam tunc non presumitur remississe ius fideicommissi. Ita post Io. Andr. & Alexand. scriptum Ripa & Alcia. in d. §. duo fratres. ille numero 94. in fine. ille num. 39. Quod intelligit, & rectè, Ripa non censeri remissum ius fideicommissi respectu aliarum rerum: secus vt 13. 10 respectu rei emptæ. Nam & tunc militat prædicta ratio repugnantia. Et accedit, quod idem debemus iudicare de parte quoad partem, quod de toto quoad totum. l. que de tota. ff. de rei vend.

Secundus est casus, quando legatarius seu fideicommissarius emit ab ipso herede grauius rem sibi legatam sub conditione, vel ex fideicommissio conditionali extruendam. Hoc casu non presumitur remissum ius legatarij, vel fideicommissi. Ita Bart. in d. §. duo fratres. num. 26. vers. 2. casu, quando. & ibid. Ripa num. 92. Idem responderunt Socin. Sen. in cons. 16. num. 27. libro 3. & in cons. 43. num. 15. libro 4. Ruin. in cons. 145. num. 3. libro 1. & in cons. 155. num. 4. libro 5. & nouè Decian. in cons. 41. num. 164. libro 1. Cum enim non valet expressa repudiatio legatarij conditionalis. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de legat. 2. & tradunt Doct. in l. 1. c. de patris. multò minus valere debet tacita, quæ relatare videtur ex emptioe rei. Et præterea alia ratione & causa emere potuit legatarius, quam vt remitteret ius suum, atque ita donaret. Emere sanè potuit ob dubium conditionis euenirentis & vt interea re ipsa potiretur. Ea propter remissio & donatio non presumitur.

Nec repugnat text. l. si cui res. ff. de actio. empt. quo adductus contrariam opinionem probauit Alcia. in d. §. duo fratres. num. 38. vers. sed tamen hæc. Nam illi respondet Ripa ibid. num. 91. vers. sed contra hæc.

Tertius est casus, quando relicta fuit fundus & alienus, & legatarius post mortem testatoris scienter illum emit à domino. Hoc casu non presumitur renuntiasse legato. Ita Alciat. in d. §. duo fratres. num. 40. vers. primus casus. adductus text. §. si cui. in Inst. de leg. & ea ratione, quia qui fundum alienum legat, pretium legasse præsumitur. l. non dubium. in fin. de legat. 3. Vnde qui rem emit, non presumitur voluisse facere actum contrarium legato: ob id potest ab herede pretium ipsum consequi. Et idem Ripa in d. §. duo fratres. num. 91. dum declarat d. §. si cui.

Quartus est casus, quando testator rem propriam pure legauit: & eam mortuo ipso testatore, legatarius scienter emit ab extraneo possessore. Hoc in casu non presumi remissum ius legatarij, docuit Bart. in d. §. duo fratres. numero 26. & communem testatur Ripa ibidem numero 91. in fin. Verum dissentient alij multi relati à Ripa d. num. 91. & ab Alciat. numero 40. vers. alter casus.

Quintus est casus, quando legata fuit pure res hæredis, quam legatarius scienter ab extraneo possessore emit. Hoc in casu Bald. & Imola in d. §. duo fratres. scripturunt legat-

legatarium censeri renuntiasse legato. Contrarium docuit ibidem Comensis. Distinguit illo in loco Alciat. num. 41. vers. ego tamen.

Sextus & vltimus est casus, quando legatarius in viuo adhuc testatore, emit rem sibi legatam, hoc casu non presumitur remississe legatum. Ita Alciat. in d. §. duo fratres. num. 42. qui multò fortius hoc præcedere scripsit, quando legata fuit res sub conditione. Idem esse dixit Alciat. & quando legatarius emit ante aditam ab herede hereditatem. Non enim dicitur his casibus questum ius aliquod ipse legatario: & propterea emendo rem illam, non dicitur alicui iuri renuntiasse, iuxta §. si res aliena. Inst. de legat. & l. si vendideris. ff. de euict.

PRÆSUMPT. CXVIII.

Diuisione bonorum inter cohæredes facta, si secuta est euictio portionis alterius eorum, quando alter præsumatur obligatus, & teneatur.

SVMMARIA.

- 1 Bonorum communium diuisione facta à testatore cohæres cohæredi de euictione non teneatur.
- Limitatur tribus modis. num. 8. 9. & 10.
- 2 Voluntas patris inter filios bona diuidentis sequenda est.
- 3 Diuisio à testatore facta, specialis legati vim habet.
- 4 Hæres pro speciali legato de euictione non teneatur.
- 5 Diuisionem à defuncto factam, hæredes approbasse censentur eo modo, quo facta fuit.
- 6 Diuisio à testatore facta, permutationis vim an habeat, vel specialis prælegati. num. 7.
- 11 Euictione sequuta factio cohæredis, vel authoris sui, nulla datur actio.
- Idque etiam in diuisione facta, de euictione simpliciter promissum. num. 12.
- Quid etiam ad pretij consequutionem extenditur. num. 14.
- Aliud tamen, quando in specie & in inuidio de euictione promissum ex causa fideicommissi, vel donorum feudali. num. 13.
- 15 Euictione sequuta factio cohæredis vel authoris, actio contra cohæredem datur, si vni in diuisione facta sola feudalia, vel fideicommissio subiecta, alteri autem libera, alioquin obueniunt.
- Idem si diuisio facta sit inter hæredes ignorantes bona feudalia, vel fideicommissio subiecta. num. 16.
- 17 Euictione facta ex rei natura, non autem factio cohæredis, actio contra cohæredem datur.
- Quamuis diuisio inter eos à iustice facta sit. num. 19.
- Et an sit verum, quando portio cohæredis est in eadem euictionis causa. num. 20.
- Et quid si sciebant cohæredes rem diuidendam periculo euictionis subiacere. num. 21.
- Quid demum si inter eos actum sit ut nullus cohæredum de euictione teneatur. num. 23.
- 18 Euictio in permutatione, quemadmodum in emptioe præstat.
- 22 Euictioni rem suppositam scienter acquirenti, nulla redditur actio.

Nunc differendum est, quando vnus cohæredum euictione teneatur erga cohæredem, ob id, quod rem, quæ in bonorum diuisione sibi obtigerat, propter euentum conditionis fideicommissi restitueret alteri cogitur. Hic etiam casus coniecturalis est: sicuti probat l. cum pater. §. euictis. de legat. 2. & colligitur ex Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. §. 11. ff. de verbo. oblig. & ex Alciat. in resp. 233. num. 5. & ex his que infra explicabimus apparebit. Distinguendi sunt aliquot casus: sicuti visus est distinguere Ripa in d. §. duo fratres. num. 91. & 97.

Primus est, quando diuisio bonorum communium facta fuit ab ipomet testatore, qui in bonis illis prædictos hæredes fecit. Hoc in casu cohæres non teneatur cohæredi pro re euicta, quam quidem ob conditionis euentum coactus fuit restituere. Ita glo. & Bald. in l. si familiæ. & in l. si cogitatione. c. famil. ercisc. Bart. in d. §. duo fratres. quest. 13. Corne. in cons. 228. col. 2. & in cons. 273. col. 7. libro 4. Dec. in cons. 254. num. 2. communem testatur Ripa in d. §. duo fratres. numero 95. vers. retenta tamen. Et eodem in loco Alciat. num. 36. vers. quod proxime. eandem probauit. Et his accedunt Paris. in cons. 34. num. 22. libro 2. Decia. in cons. 41. num. 154. & num. 166. lib. 1. & hos secutus sum in cons. 87. num. 82. libro 1. Quæ sententia fulcitur eod. text. l. si familiæ. c. famil. ercisc. sed me-

lius, & secundo facit tex. l. si cogitatione. c. eo. vbi voluntas patris sequenda est, quando inter filios hereditatem diuisit, singulis assignando portionem. Non ergo, secuta aliqua euictione portionis vnus, alter cohæres teneatur, quia si teneatur, non obseruaretur voluntas testatoris.

Tertio suffragatur, quod diuisio facta à testatore vim habet specialis legati. l. quid ergo. la. §. vlt. de leg. 1. & l. ex factio. ff. de hered. Inst. Atqui hæres pro speciali legato non teneatur de euictione l. à substituto. §. 1. de leg. 1. Ergo nec cohæres teneatur pro euictione, secuta diuisione facta à testatore.

Nec hic repugnat consideratio Ripæ in d. §. duo fratres. num. 95. vers. considera tu. Cum dixit, rationem hanc veram non esse, quia ea attenda cohæres non teneatur de euictione etiam ope exceptionis, cum tamen teneatur. l. cum pater. §. euictis. de legat. 2. Nam responderetur, quod in hoc ope exceptionis hoc casu teneatur de euictione cohæres: Cum pater scienter diuisionem fecerit.

Nec repugnat tex. d. §. euictis. quia loquitur, quando sumus in dubio, & pater æque vnus alteri prælegauit: atque ita colligitur quod vnus filius esse omnino æquales. In casu verò nostro testator assignando vni & alteri separatim eorum portiones, censetur quodammodo specialiter singulis prælegasse, & propterea locus non est actioni vel exceptioni pro subsecuta euictione.

His intelligimus minus rectè sensisse Ripam in d. §. duo fratres. num. 95. vers. Ideo Raphael. qui secus Comensem contrariam opinionem aduersus communem probauit.

Nam primum eius argumentum ductum à d. §. euictis. nil (vt demonstrauimus) vrget.

Non etiam suffragatur secundum, dum dixit ipse Ripa, hæredem adeuado hereditatem censeri approbasse diuisionem factam à defuncto, & eo modo quasi diuisisse. l. ex masculis. §. hæres. ff. de actio. & oblig. Si itaque ipsimet cohæredes diuisissent, vnus alteri teneatur de euictione, vt dicemus infra. sic pariter & diuisione à testatore facta. Nam responderetur cohæredes teneantur approbasse diuisionem à defuncto factam, eo modo quo facta fuit: at sic facta diuisio non admittit actionem pro secuta euictione, vt demonstrauimus. Ergo nec ipsi cohæredes sua approbatione pro ea teneantur voluerunt, atque ita Ripæ argumentum retorquetur.

Nil etiam facit tertia eiusdem Ripæ consideratio & argumentatio, cum dixit diuisionem factam à testatore vim habere permutationis. l. si filia. §. si pater. ff. famil. ercisc. Atqui ob permutationem à testatore factam, cohæres de euictione teneatur. Ergo & diuisionem. Nam implet Ripa respondet, d. §. si pater. loqui in diuisione omnium bonorum, ac etiam hæredis alieni. Responderi etiam potest diuisionem hanc à patre factam censeri specialiter prælegati vim habere, non autem permutationis, vt in specie sentit Florian. in l. que pater. num. 4. ff. familie ercisc. & ob id (vt diximus supra) non admittitur actio pro subsecuta euictione.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando culpa ipsius hæredis res euicta fuit. Nam tunc agi potest de euictione. Ita Bart. in d. §. duo fratres. num. 27. adductus text. in l. si pater. ff. famil. ercisc. vbi etiam annotauit Florian. in fin.

Dubitatur tamen Ripa in d. §. duo fratres. num. 95. vers. retenta tamen.

Declaratur secundò, vt non habeat locum illis in casibus, in quibus pro legato speciali hæres teneatur de euictione, quo sanè casus enumerant Bart. in l. si domus. §. 1. de legat. 1. & Bald. in l. cum alienam. c. de legat. Ita declarant Ripa & Alcia. in d. §. duo fratres. ille num. 95. in fin. ille num. 38. vers. unde & generatiter. Nam hoc casu cessat illa ratio specialis legati.

Declaratur tertio, vt non procedat hic casus, quando testator in diuisione voluit prestare singulis filiis & hæredibus suis ius integrum. Nam tunc voluit esse locum actioni pro subsecuta euictione. Ita declarat Alcia. in d. §. duo fratres. num. 36. vers. quod si ius integrum. Vnde (inquit Alciat.) testator qui rem pignoraui, cum eam legando videatur non solum ius, quod habet reliquisse, sed liberam legatario dari velle. l. si res obligata. de leg. 1. heredem euictionis nomine obligat. d. l. si pater. ff. famil. ercisc. alioqui hæres non luendo in culpa esset.

Secundus est casus, quando euictio secuta est factio ipsiusmet cohæredis, à quo res fuit euicta, vel factio sui authoris. Exempli gratia in casu nostro. Testator grauius hæredes suos, vt qui decessisset sine filiis, partem suam alteri restitueret. Diuiserunt hæredes hereditatem, deinde eorum vnus decessit sine filiis, ita quod euenit casus restitutionis fideicommissi, atque ita ab hæredibus huius defuncti sine filiis euincuntur bona hæc. Hac pro euictione nulla datur actio

illis heredibus defuncti sine filiis, ex quo ordinatione testatoris & facto sui antecessoris, dum sine filiis deceffit, factus est locus euictioni. Quæ quidem euictio à Doctõribus appellatur ex natura rei, hoc est ob iunctum fideicommissum subsecuta. Hanc sententiam probarunt omnes. Ita sanè Bar. in d. l. qui Romæ. s. duo fratres. q. 1. ff. de verb. oblig. & ibid. Ripa numero 43. Alexand. in l. si res obligata colum. vltim. & ibid. Iafon numero 23. de leg. 1. idem Alexan. in conf. 21. numero 6. lib. 5. Ruin. in consilio 146. colum. 2. vers. sed præmissis. lib. 1. Paris. in conf. 71. num. 11. libro 3. Alciat. in d. s. duo fratres. num. 36. vers. cæterum illud quoque. Bertran. in conf. 88. num. 2. lib. 2. Francisc. Bec. in conf. 24. numero 31.

Et idem ego ipse respondi in conf. 87. num. 80. libro 1. Est aliud exemplum in bonis feudilibus. Si enim Princeps concessit feudum fratribus pro se & eorum filiis masculis, & eorum vno decedente sine masculis, feudum vel ad alios fratres superstitēs, vel ad dominum ipsum reuertetur: & prædicti fratres diuiserunt inter se feudum ipsum, & eorum vnus decefferit relicta sola filia, feudo deuoluto vel ad dominum, vel ad fratres, poterit filia illa pro subsecuta illa euictione agere contra patruos: cum euictio secuta dicatur ordinatione Principis, atque ita natura ipsius rei. Ita glo. & Bald. in l. si familia. c. famil. exi. quos secutus sum in d. conf. 87. numero 78. vbi eiusdem sententiæ recensit Bart. Salic. Castr. Alexand. Ruin. Soc. Iun. & Tyraq. Et his accedunt alij nonnulli congecti à Francis. Beccio in d. conf. 24. num. 32. & atq. supra à in præsumpt. 115. in secundo casu, in secunda extensione. Et hanc quidem sententiam probant Doct. text. l. si cum meum. ff. de euict. c. licet. ff. de dote prælog.

Extenditur primò hic casus, vt locum habeat etiam, quando ipsi diuidentes inuicem promiserunt de euictione simpliciter. Nam adhuc secuta euictione, hac ordinatione testatoris & Principis, atque ita natura rei non datur actio. Ita tradunt præcitat. Doct. & omnium apertius, Ruin. in conf. 146. num. 3. libro 1. Alciat. in d. s. duo fratres. num. 37. & ibidem Leonius num. 313. & alios reuerti superiori præsumptione, in secunda extensione secundi casus.

Est autem diuersum, quando specificè, & in indiuiduo promissit de euictione ex causa fideicommissi, vel bonorum feudaliū. d. l. si fam. lib. nihil super euictione rerum singulis adiudicat. num. speciatim inter eos conuenerit: & manifestè Alciat. ubi supra.

Extenditur secundo, vt procedat hic casus etiam respectu pretij. Nec enim ad illud agere potest hæres, cui bona hæc euicta fuerunt. Ita communem esse opinionem testatur Alciat. in d. s. duo fratres. num. 39. ad fin. vers. censuris tamen. Et alios recenset Francisc. Beccius in consil. 24. num. 38.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando in diuisione vni obligasset bona omnia libera & allodialia: alteri verò bona feudalia, vel fideicommissa supposita. Hoc sanè casu secuta euictione horum bonorum feudaliū, vel fideicommissi suppositi actio datur contra cohæredem pro contingenti portione. Ita respondi in conf. 87. num. 847. & num. 85. lib. 1. ex sententia Guidi Suzariz, Alexandri & Alciat. Et eiusdem opinionis adeo nunc Franciscum Beccium in conf. 24. num. 34. qui alios commemorat, addo etiam eundem Alciatum in d. s. duo fratres. num. 36. vers. unde consequens est: qui tan. en. intelligit, nisi accipiens bona feudalia, vel fideicommissa supposita, ea acceperit tanquam vtiliora bonis liberis, volueritque eam vtilitatem cum futuro euentu periculo compensare arg. l. de fideicommissi. c. de transf. act.

Declaratur secundo, vt locum non habeat, quando diuisio facta fuit inter cohæredes, & qui ignorabant bona supposita esse fideicommissa, vel feudalia. Ita tradunt prædicti Doctores omnes: & manifestus Alciat. in d. s. duo fratres. num. 36. vers. vnus non procedit. sic etiam respondit alios plures congerens Dec. in d. conf. 24. num. 34.

Tertius est casus, quando facta diuisione bonorum inter cohæredes secuta est euictio alia ex causa, quam ex ordinatione auctoris & facto eius, cui fit euicta: sicque (vt vno verbo dicam) ex natura rei. Hoc sanè casu actio contra cohæredem datur ei cui reuicta fuit. Ita glo. in l. heredes. s. item curare. ff. famil. exi. Bal. Alberti. & Castren. in l. si familia. c. famil. exi. Rom. in consil. 447. colum. 2. Alex. in consilio 30. num. 7. lib. 6. Ripa in l. qui Romæ. s. duo fratres. num. 97. de verb. oblig. & ibidem Alciat. num. 35. Socin. Iun. in consil. 129. num. 14. & num. 28. lib. 3. & Francisc. Beccius in conf. 24. num. 9. Et hunc quidem casum probat l. si fratres. c. communia vtriusque iud. Et accedit ratio, quòd diuisio inter cohæredes vim permutationis habet. l. cum pater s. hereditatem. de leg. 2. Atqui in permutatione clarum est præstari euictionem: sicuti in contractu emptionis. l. si permutationis. c. de euictio. Ita ergo & cohæredes pro secuta euictione tenentur.

Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quando diuisio facta fuit à iudice. Nam secuta euictione, adhuc numero 96. vers. amplia. & numero 99. & ibid. Alciat. num. 35. adducti text. l. si familia. c. famil. exi. & ratione illa, qua dicimus: factum iudicis esse factum partis. l. si ob causam. c. de euictio. & scripsi copiosè in commentariis de recuperanda possess. in rem. 8. num. 44.

Extenditur primò hic casus, vt locum non habeat, quando portio alterius cohæredis est in eadem euictione, quanta. Ita Galiel. Bald. & Castren. in l. si familia. c. famil. exi. sufficit enim quod portio alterius sit in pe. iulo euictionis: & si illa nondum est secuta. Et hæc ille tertius qui potest eum cere, non euincat: ut tamen hoc cedere debet lucro cohæredis possessoris.

Cæterum à prædictis dissentiunt Salic. in d. l. si familia. & Ripa in d. s. duo fratres. numero 98. vers. & forte verior est, earatione adducti sunt, quòd fortuna debet esse communis, scilicet periculum commune est. Et sufficit quod succursum sit ex præsentem in euictionis periculo, casu quo sequatur euictio. l. heredes. s. per. ff. famil. exi. Has contrarias opiniones distinguendo concludit Alciat. in d. s. duo fratres. numero 36. vers. ego distinguendum puto. quòd aut euictio in limite iudicij immanet, & tunc vera est Baldi sententia: aut non imminet, & tunc procedit Saliceti, & Ripæ opinio. Quæ sane distingo æquatur contentanea mihi etiam probatur.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hic casus, quando cohæredes sciebant rem diuidendam subiacere periculo euictionis, nam tunc facta diuisione, & secuta euictione, nulla redditur actio: ei à quo res euicta fuit, contra cohæredem. Ita Bart. in d. s. duo fratres. q. 1. numero 25. & vers. vnus non procedit. & atq. supra in præcedenti casu, in secunda declaratione. Non enim scienter acquirenti rem suppositam euictioni actio pro secuta euictione redditur. l. si fratres. c. famil. exi. & l. si fundum sitentium sitent. c. de euictio. Et quia cohæredes sic scienter acquirunt, p. x. amittunt susceptibile inuicem periculum, argum. l. de fideicommissi. c. de transf. c. l. si pater puelle. c. de in ff. testam. Et hæc quidem declaratio cum habet etiam respectu pretij, quòd non recuperat cohæres, a quo fuit euicta res, ab altero cohærede pro eius portione. Ita Bart. in d. s. duo fratres. numero 25. & ibidem Ripa numero 99. vers. contrarium dicitur, qui communem esse testatur. Et ibidem Alciat. numero 36. vers. vnus idem sentit Ruin. in conf. 146. col. 3. vers. nec obstat præmissis. lib. 1. Nam & respectu pretij militat eadem ratio, quòd mutuum periculum susceptibile dicantur.

Nec repugnant argumenta Aretini à communi dissentientis, quia illis abundè satisfacit Ripa.

Declaratur tertio, vt locum non habeat hic casus, quando actio esset, quòd nullus ipsorum cohæredum diuidendum teneretur de euictione. Nam tunc pro secuta euictione agi non potest. Ita Ripa in d. s. duo fratres numero 100. & Alciat. numero 37. adducti text. l. si familia. c. famil. exi. Quam declarationem intelligunt procedere etiam respectu pretij, ex sententia glo. in d. l. si familia. e. quam Doctores communiter probauerunt.

PRÆSUMPT. CXIX.

Creditor consentiendo rem sibi obligatam alteri pignori, quando & quomodo præsumatur ius pignoris remississe.

SUMMARIA.

- 1 Creditor secundus, cui pignus consentiente primo obligatum est, illi secum contendenti præferatur. Quid autem sit, si tertius aduersus eum agat. num. 2. Et quid in muliere, iuri suæ hypothecæ remittente. num. 3.

Conringit aliquando, vt debitor rem obliget pignori primo creditori, deinde eo consentiente obliget secundo, quare debitor contingit, quomodo is primus creditor consentisse præsumatur, an scilicet, vt remittat ius pignoris in totum, vel potius, vt efficiatur posterior creditor. Marcianus in l. creditor, qui potior. s. vltim. ff. qui potio. in pign. habeant. respondit, facti questionem esse.

Hic distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando est contentio inter primum & secundum creditorem, quorum scilicet alter præferri debeat? Hoc casu dicendum est, quod secundum præferri primo, cum

cum hic primus consentiendo illi obligationi ad fauorem secundi, ius suæ prioritatis remississe præsumatur. Ita passim admittunt Doct. in d. s. vlti. & Negulant. in tracta. de pignori. in secundo membro quintæ partis principalis. numero 30. vers. 16. sal. lit.

Secundus est casus, quando est contentio cum aliis primis quibus consensus non fuit immediatè præstitus. Hoc in casu Ioan. Andreae in additio. ad Specul. in Rubr. de obligationibus & solutionibus. colum. 1. vers. item cum debito, & c. dixit quòd si debitor, rem mihi obligatam sine meo consensu obligauit secundo, deinde eam meo consensu obligauit tertio, dicor mihi præiudicasse etiam quoad illum secundum, etsi pro eo consensus immediatè non præstitus. Ita intelligit l. Lucius. vers. Paulus. ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluitur. quem text. sic etiam intellexit Bartol. in d. l. creditor. s. vltim. quo dixit, creditorẽ sic consentientem censeri remississe in totam ius pignoris.

Dissentunt tamen ab hac opinione nonnulli antiqui ab ipso Ioan. And. commemorati, quorum considerationes ille reuocauit.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat in muliere, cui etsi beneficio S. C. Velleiani succurritur, si iuri suæ hypothecæ renuntiauerit: tamen restingitur illud beneficium quo ad personas, pro quibus immediatè consensus & renuntiatio. Ita probat l. iudicium. c. ad Velleia. quam sic intellexit Bart. in d. s. vlti. & declarauit manifestè Ioan. And. præcitate in loco & Bald. in d. l. iudicium. idem respondit Decius in conf. 379. num. 6. & in consil. 551. num. 9. dum dixit in casu d. l. iudicium. non admittit extensionem remissionis & renuntiationis sui iuris, de persona ad personam, quia renuntiatio iurati iuris est, vt egregiè declarando d. l. iudicium. Responderunt Soc. Sen. in consil. 200. col. 2. libro 2. & Ruin. in conf. 210. nu. 3. & 4. lib. 1.

PRÆSUMPT. CXX.

Pignoris & hypothecæ diuisionem eo modo inter creditores factam præsumi, quo & fors ipsa principalis diuisa fuit.

SUMMARIA.

- 1 Reditus & pensiones quomodo diuidunt emptores, eodem etiam diuidere præsumuntur res pignori vel hypothecæ obligatas. Quid autem sit, si non sufficiant. num. 2.
- 3 Pignus tanquam fortis accessorium illius naturam sequitur.
- 4 Vix ea fors sunt accessorie.

Cum plures emptores inter se paciscuntur de diuidendis redditibus & pensionibus rei a se emptæ, vt puta quod vnus primi, alter secundi, tertius tertij anni redditus & pensiones consequatur coniectura ducitur, quòd eodem modo & ordine diuide e uoluerint res pignori, vel hypothecæ obligatas, si res extant, quæ pro omnibus sufficere possint: si vero non sufficiunt, præsumitur conuentum, quòd sit prius obligatæ ei, cui primò fors ipsa principalis solui debet. Ita respondit Paulus in l. insulam. ff. qui potio. in pign. habeat. quo loci Bartolus, in fine, sentit rationem esse, quia si pignus tanquam accessorium fortis principalis, sequi debet illius naturam & modum. Consentit l. Lucius. ff. eo. qui potio. in pign. hab. vbi prior in sorte censetur etiam prior in viuis, & quæ sunt accessorie ipsius fortis.

PRÆSUMPT. CXXI.

Creditor primus, quando iure sui crediti præsumatur emisse rem pignoratam, vel hypothecatam, ne secundus creditor offerre ei possit.

SUMMARIA.

- 1 Creditor posterior offerre potest priori, & pignus vel hypothecam consequi. Idque locum habet, etsi prior in solutum datum sit, vel venditum à debitore. num. 2.
- Idem si primus creditor qui in solutum accepit vel à debitore emit, vendidisset alteri. num. 3.
- Et demum si debitor vendidisset alteri, vt ex ea pecunia primo solueretur. num. 4.
- 5 Creditor primo vendente bona hypothecata extraneo emptori, iure sui crediti, creditor secundus, emptori offerre non potest.

- 6 Creditor primo vendente creditori secundo, potest illi offerre tertius.
- 7 Personam duorum sustinere quis an possit. num. 11.
- 8 Probationem contrariam lex in præsumptione iuris & de iure reuocit.
- 9 Præsumptionem iuris & de iure, tunc demum dici, quando dictum fuit contrarium probari non posse.
- 10 Creditorem tanquam extraneum emere posse, lex non prohibet.
- 12 Legatum cum dote compensare voluisse, unde colligatur mariti animus.

Cum duobus creditoribus res pignori data, vel hypothecata fuit, iure concessum est secundo posteriori offerre primo creditori creditum suum, & rem pignoratam vel hypothecatam luere, & consequi. l. potior. s. vlt. ff. qui potio. in pign. habeantur. c. l. i. c. eo. Quæ sententia & iuris regula locum habet, etiam si debitor & ipsi priori creditori pro eius creditorem ipsam hypothecatam dedit in solutum, vel vendidit. Nam adhuc secundus creditor potest offerre primo l. i. c. eum autem. c. si ant. cred. dist. vbi Salicetus & scribitur Negulan. in tract. de pign. in 3. membr. quinta par. prim. num. 1.

Et ratio est secundum Negulantium ibid. num. 2. quia si cui debitor rem hypothecatam alteri extraneo alienasset: salua esset hypothecata aduersus tertium illum: ex quo transit cum suo onere. l. si debitor. c. de distract. pign. Ita & quando vendit, vel dat in solutum primo creditori, remanere debet salua hypotheca secundo creditori, atque ita ius offerendi: quemadmodum hanc æquiparationem facit d. l. i. c. si antiquior creditor.

Habet etiam locum hæc sententia, quando ille primus creditor, qui accepit in solutum, vel emit à debitore, alteri postea vendidit. Nam & huic emptori offerre poterit secundus creditor. Ita Negulan. præcitate in loco, num. 2. vers. secundo amplia. Et demum procedit locumque sibi vendicat traditio hæc, quando debitor vendidisset rem hypothecatam alteri, & vel obligasset, vt ex illa pecunia, solueret ipsi primo creditori, & postea soluisset. Nam adhuc secundus creditor offerre poterit illi emptori, vel creditori. Ita probat l. cum prior. ff. de distr. pign. & tradit Negulan. in loco supra alleg. num. 3. vers. 3. amplia. quo loci dissoluti dubitationem quandam.

Cæterum sententia hæc & iuris regula cessat, & locum non habet, quando primus & creditor vendere bona hypothecata iure crediti sui, extraneo emptori. Nam tunc secundus creditor offerre non potest illi emptori. Ita sancitum est in l. i. c. si ant. creditor. quo loci constituitur differentia inter extraneum ementem à creditore ipso primo, & ipsummet creditorem ementem, vel insolutum recipientem. Cum enim primus creditor emit vel in solutum accipit, potest (vt diximus supra in prima extensione) secundus creditor offerre, cum verò extraneus emit, offerri ei non potest. Rationem differentie affert post alios Negulan. in loco præallegato, num. 4. vers. tamen in hoc. quòd quando primus creditor vendit iure creditoris, transfert in emptorem dominium non affectum, quia ipse creditor tempore contractæ hypothecæ habuit ab ipso debitore licentiam & ius alienandi. l. si conuenit. ff. de pign. act. Et ideo vendendo, resolutum fuit omne ius secundi creditoris, & perinde est ac si res illa nunquam ei fuisset obligata, quia licentia vendendi præcessit obligationem ipsius secundi creditoris: ob id resolutum iure datoris, hoc est ipsius debitoris, resolutum censetur in ipsius acceptoris nepe secundi creditoris, vbi s. sed Marcellus. ff. de in diem addit. c. l. lex vestigali. ff. de pign. Sed ductum est, quando debitor ipse vendit, & insolutum dat ipsi primo creditori, vel alteri. Nam tunc transfert dominium iam effectum hypotheca secundi creditoris, quæ per dictam venditionem non resolutur, quia ipsi debitori data non fuerat à secundo creditore alienandi licentia, prout data fuit à debitore primo creditori.

Cæterum declaratio hæc restringitur à Negulanti præcitate in loco septem modis, inter quos extat secundus, qui ad rem nostram pertinet, quòd scilicet & primus creditor venderet alteri creditori pura secundo. Nam huic secundo offerre poterit tertius, imò etiam ipsemet debitor. Ita respondit Martianus in l. cum vnus, s. 1. ff. de distractio pignori. cuius verba hæc sunt: (Si secundus creditor, vel fideiussor, soluta pecunia, pignora suscepit, rectè eis offerat, quamuis emptoribus titulo ea tenuerunt.) Et in l. subsequenti sic subiunxit Modestinus: (Cum posterior creditor à priore pignus emit: non tam acquirendi dominij, quam seruandi pignoris sui causa intelligitur pecuniam dedisse. Et ideo offerri ei à debitore potest.) Hic Modestinus manifestam attulit rationem, quare cum secundus iste creditor emit à priore, offerri ei possit vel à tertio creditore, vel ab ipso met debitore,

quia scilicet creditor iste sic emens, præsumitur non tanquam extraneus emere, sed ut creditor conferuandi pignoris sui causa, atque ita lex hunc creditorem sic ementem, habet ut creditorem adhuc, non ut extraneum emptorem. Et hanc præsumptionem à Modestino consideratam esse iuris & de iure, existimauit eruditiss. Vincent. Franc. in d. c. 69. numero 7. tum quia in ea præsumptione lex se fundat, tum etiam quia glo. l. 1. C. de dolo, à Baldo & aliis recepta, hoc affirmauit. Et comprobati potest ex eo, quod idem Francus scripsit in d. d. c. 66. num. 11. legem non admittit, ut creditor possit emere ut extraneus: ex quo non potest quis sustinere personam ÷ duorum, iuxta c. si quis iusto. §. 1. de electio. in 6. si ergo non potest creditor emere ut extraneus necessario cõsequitur, quod dicitur emere, ut creditor.

Crediderit verius, esse præsumptionem iuris tantum. Non enim Modestinus in d. l. cum posterior, reuocet probationem contrariam, sicuti reuocet lex, ÷ quando statuit aliquid esse præsumptionem iuris & de iure, sicuti sancitum fuit. in l. qui adulterij, C. ad leg. Jul. de adult. in aut. sed iam necesse. C. de don. ante nupt. & in c. si quis fidem de sponsal. & alibi sæpè. Et ideo permulti quos reuili supra in lib. 1. q. 3. num. 20. scripserunt, quod tunc demum dicitur præsumptio iuris & de iure, quando dictum fuit, quod ÷ contrarium probari non possit.

Nec repugnat quod æquiparentur in hac materia creditor iste secundus, & fideiussor debitoris, d. l. cum vnus §. 1. At in fideiussore emente est præsumptio iuris & de iure, inquit gl. in l. 1. C. de dolo, & ibi Bal. Salic. & Corn. eam manifestè probant. Ergo & in secundo creditore emente præsumptio est iuris & de iure.

Nam responderi posse existimo, æquiparationem factam esse à Martino in d. l. cum vnus §. 1. respectu tertij creditoris, ut sicuti is offerre potest secundo creditori, qui emit: sic etiam possit offerre fideiussori ipsius debitoris. In secundo creditore est ratio à Modestino considerata, quia emisse præsumitur causa conferuandi ius sui pignoris. In fideiussore vero est ratio, quia præsumitur emisse nomine debitoris sui principalis, pro quo intercessit, atque ita videtur quædam relutio: sicuti quando primus creditor vendit hæredi debitoris, contra quem datur hypotheca, iuxta egregiam traditionem glossæ, & Cast. in l. 2. C. de repud. hæred. probatam à Negusantio in loco supra allegato num. 5. c. si refringitur. Et hoc in casu cum res agatur inter tertium creditorem, & ipsam fideiussorem, considerari non potest ratio illa fidei ruptæ à fideiussore suo principali, quam considerat Iupp. Seuerus & Antoninus in d. l. 1. C. de dolo. vbi res agebatur inter debitorem & suum fideiussorem, qui in detrimentum ipsius debitoris merat à creditore. Et statuerunt ipsi Imperatores fideiussorem ipsum, oblata sibi sorte, & vsuris, rem emptam restituere debere ipsi debitori, suoque principali, ne dicitur fidem rupisse. Cum enim pro ipso debitore intercesserit fideiussor, tacitè promississe dicitur de soluendo pro eo, & luendo pignore si ergo emit pignus suo nomine, & recusat restituere, non modo est præsumptio iuris & de iure: sed etiã certitudo, quod fidem frægerit. Non etiam viget consideratio illa, dñ ex c. si quis iusto. §. 1. de elect. in 6. dixi non posse creditorem sustinere personam duorum, nempe creditoris, & extranei.

Nam responderetur casum dicti c. si quis iusto, §. 1. non posse casu nostro adaptari. Nam in casu dicti §. 1. procurator ille fecerat duas electiones: vnã procuratorio nomine, alteram proprio. Nostro in casu non duæ, sed vnã tantum emptio facta est à creditore: sed dubitatur, an eam fecerit tanquam creditor, vel tanquam extraneus. Nec lex prohibet, quo creditor possit, ÷ tanquam extraneus emere, sicuti in specie sentit Fulgosius in l. 2. ff. de distract. pig. dum dixit, quod in casu d. l. secundæ, ille fuit admissus tanquam creditor, non autem tanquam extraneus: hic frustra dubitasset Fulgosius, an ut creditor, vel ut extraneus fuisset admissus, si admissio à lege prohibita esset. Et quod quis sustinere possit ÷ personam duorum in conficiendo actum constat illo exemplo, quando iudex quis esse potest ut ordinarius, & ut delegatus, & dubitatur an de causa cognouerit, & sententiam tulerit, ut ordinarius, vel ut delegatus: vt scripsi superiore libro, in præsumptione decimasepima. Ita quoque scripsi in præsumptione 77. dubitari consueuisse, qua ex persona is qui potuit proferre laudum tanquam arbiter vel tanquam arbitrator illud pronuntiauerit. Et præterea rationes illius casus d. c. si quis iusto, §. 1. non conueniunt casu nostro. Non enim adaptatur prima illa ratio, quam communem esse dixit eruditissimus Ludouicus Molina in libro secundo de Hispanorum primogen. cap. 5. num. 51. quod scilicet electio, de qua loquitur dictum c. si quis iusto, §. 1. fieri debet de meliore. Duo ergo eligi non possunt cum vnus tantum melior sit. Hæc ratio, vt manifestè patet, non conuenit huic casu nostro. Non etiam adaptatur

secunda ratio, quæ fuit Archidiaconi, & Molinæ in d. cap. 5. numero 52. quod cum electio, etiam si nomine duorum fiat ex vnico tamen consensu procedat, ob id incerta est, & consequenter iure non valet. Hæc sanè ratio nec casu nostro conuenit, cum etiam, quia emptio facta à creditore non reditur nulla, & si certum non sit, ex cuius persona creditor ille emerit. Est itaque dicendum, præsumptionem, de qua apud Martianum in d. l. cum posterior, esse præsumptionem iuris tantum, ait Albericus in dicta. cum secundus. Et hæc quidem iuris præsumptio multo magis locum habet, quando concurrat aliquid aliud signum, quo demonstraretur, creditorem emisse tanquam creditorem, non autem tanquam extraneum. Sicuti conuenit in casu Franchi, in d. d. c. 69. vbi num. 5. rectè & acutè considerauit, creditorem illum emisse ut creditorem, quia vnã cum aliis creditoribus vendidit bona illa debitoris. Et quia ille creditor obtulit in illorum bonorum licitatione tantum pretij, vt satisfactis ceteris anterioribus creditoribus, remaneret tanta quantitas, quantum ferebat eius creditum. Quam coniecturam rectè probauit Francus auct. iure C. iacet. in c. 149. num. 5. vbi sic dicitur, qui respondit animum testatoris componendi legatum vxori factum cum eius dote ÷ colligi ex coniectura, quando tanta est dotis quantitas, quanta est legatum, atque ita datum conuenientia quantitas. Et præter Cræuetram, coniecturam hanc in specie compensationis fecerunt, & alij, quos congeffi in c. 56. num. 25. lib. 1. & alios commemorabo in subsequenti libro, in præsumpt. 85. vbi explicabimus coniecturas, quibus colligi potest testatorem animo componendi legatæ voluisse uti creditoribus. Exibat & alia coniectura in casu Franchi, vt ipse refert numer. 5. vbi sic dicitur, & re vera, quod ille creditor voluit sentire aliquod detrimentum, non percipiendo fructus bono ÷ emptorio, quod non alia de causa præsumitur fecisse, quam quia cupiebat consequi bona causa sui crediti: Existimans si factis consilium: si forte iam ipsam saluam faceret. Quocirca iure ac optime decusum fuit ab amphissimo illo conuio Neapolitano, creditorem illum emisse tanquam creditorem, & ob id à posteriore offerri ei potuisse. Hanc autem potest quod tradit Ioan. Andreæ in additionibus ad Specul. in tit. de præsumpt. §. species num. 5. c. si in prædictis, cum dixit, quod quando creditor finxit emere rem sibi pignori datam, vt ex distractione præiudicat creditori, cogita si vlatone, creditor rem recuperat. l. c. qui sub imagine, C. de distract. pig. Hec simulatio detegitur illis coniecturis in l. i. c. enumeratis, quas esse iuris coniecturas dixit Ioan. Andreæ.

PRÆSUMPT. CXXII.

Pignoris & hypothecæ contractus vsurarius, & simulatus, vel emptionis, & venditionis, an & quando præsumatur.

SUMMARI A.

- 1 Simulationem in contractu quatuor modis considerari.
2 Contractus sui natura, nec simulatus præsumitur, nec vsurarius.
3 Vsurarius contractu lege diuina, & humana damnatur.
4 Instrumentum publicè confectum, veritatis habet præsumptionem.
5 Vsurarius contractus quando potius quam iustus præsumatur.
Et quæ præsumptiones eæ requirantur. num. 6.
7 Vsurarium & feneratorium contractum ad detegendum, vnã sufficit præsumptio. Immo quod nec duæ. num. 32.
8 Pretium quod paruum dicitur, aut modicum ad contractum simulatum detegendum, iudicis est arbitrari.
6 Pactum de reuendendo rem minoris esse facit valoris.
10 Pactum de reuendendo, non emptionem & venditionem, sed pignus contractum arguit.
11 Pactum de reuendendo, iustum esse, & diuina humanæque lege permissum. nu. 13.
12 Pacto de reuendendo, quando non præsumatur contractus feneratorius, etiam aliqua lesione interueniente. numero 14.
Et quid si nec fraus interueniat nec lesio. nu. 16.
15 Vsurarium inter contractum, & contractum illicitum, non tantè feneratorium, differentia est.
17 Pacto de reuendendo in voluntatem vel emptoris vel venditoris collato, emptor semper facit fructus suos.
18 Feneratorius contractus præsumitur, fraude, dolo, simulatione, vere vel fictè, vnã cum lesione interueniente.
19 Simulatio in contractu quando vere dicatur interuenisse, & quando fictè. num. 20. secundum Cæpollam.

- 23 Feneratorius dicitur contractus fraude, dolo, simulationeque ex parte vtriusque interueniente, etsi in pretio nulla commissa sit deceptio.
Et quid si de dolo, fraude, aut simulatione dubitetur, appareat tamen venditorem lesum esse in tribus. num. 24.
Et quid si in duobus tantum. num. 25.
Vel in vno tantum, lesio tamen est minus dimidia iusti pretij. numero 26.
Et quid si est prope iusti pretij dimidiam. num. 27.
Aut si est ultra vel infra dimidiam. num. 28.
29 Feneratorius præsumitur contractus, lesione ultra dimidiam interueniente, cum pacto de reuendendo facto ab eo qui solius sit feneratori.
Et quid si sola lesio ultra dimidiam, cum pacto de reuendendo interueniat, vbi recensentur opiniones, numero 30. 31. & 40.
33 Contractus præsumi talis debet, qualem eius prima ostendit facies.
34 Expressum satis dicitur, quod ex coniecturis à lege probatis colligitur.
35 Instrumento standum in dubio.
36 Contractus illicitus, & à lege reprobatus dici non debet, nisi manifestè appareat.
37 Pretij tenuitas non arguit contractum feneratorium.
Et quod ad præsumendum dolum, sola non sufficit. nu. 38.
39 Restituere verbum, mutuum vel pignus, non venditionem inferre.
41 Rusticus, & mulier, an sic ignari, & simplices sint, ut nil de ipsis mali possit suspicari, iudex arbitrabitur.
42 Datio insoluum, vim obtinet venditionis.
Et in ea non facile præsumi fasus. nu. 43.
44 Vsurarius & feneratorius contractus censetur factus ab iis, quos lex animum non contrahendi habuisse præsumit.
45 Simulationem ad detegendam animus declaratur ex tractatis ante contractum.
Nisi tamen contrarium expresse constet. nu. 48.
46 Instrumenta ex intervallo facta, maiorem arguere suspitionem.
47 Affectuari super bonis, quem contractum significet.
48 Vsurarius præsumitur contractus, ob lesionem prouenientem ex quantitate pensionis pendente tempore de reuendendo.
50 Reditus centum aureorum quis sit.
51 Reditus tot esse debent, ut 20. annis sortem æquent.
52 Vsurarius contractus arguitur ex lesione in pretij quantitate, cum pacto de reuendendo.
53 Vsura id omne est, quod suri accedit.
54 Lactare suum nemo præsumitur.
55 Vsurarium contractum arguit, si plus ex venditione secunda percipitur quam illud sit, quod non in pecunia, sed alia resolutum sit.
56 Vsura est, rem meliorem pro deteriore recipere.
57 Vsurarius præsumitur contractus, si in pacto de reuendendo impensa que ad emptorem spectet, & locatorem, imponat venditori & conductori.
Nisi tamen quid iusto pretio plus numeretur. nu. 59.
Aut in ea regione sic consuetum sit pacisci. nu. 60.
58 Instrumentorum impensam, is qui acquirit, soluere debet.
61 Vsurarium contractum arguit res pro parte vendita, pro parte donata, nulla donationis iusta causa subsistente.
Et quod nec inuicentum adhibitum aliquid opetur. numero 62.
63 Fasus exercere, qui non erubescit, nec etiam peccare erubescet.
64 Vsurarium contractum, arguunt etiam verba in pacto de reuendendo apposta.
65 Pacta insolita, & contra naturam contractus, simulationem arguunt.
66 Linellarius non proprietatem, sed utile dominium vendere dicitur.
67 Clausula insolite in contractu, eundem arguunt necessarium.
Requiri tamen, ut aliæ præsumptiones concurrant ad detegendum simulationem. nu. 69.
68 Pacta reprobata arguere simulationem, & quod idem sit insolita.
70 Vsurarius præsumitur contractus, si cum pacto de reuendendo adiectum sit ab emptore, ut nisi vsque ad certum tempus non dissolueretur.
Quæ tamen præsumptio aliarum indiget adminiculo. numero 70.
Excepta venditione censuum, & reddituum annuorum, vbi sola sufficit. nu. 71.
72 Vsurarius arguitur contractus, si cum pacto de reuendendo ad-

- iectum sit, ut vsque ad certum tempus possit venditor redimere.
Et quid de pacto, ut post certum tempus liceat venditori, si velit redimere. nu. 73.
74 Fundum tradere venditore cum pacto, ut ei locetur in perpetuum, & quod vsque ad decemium vel in perpetuum possit redimere, simulatio præsumitur.
75 Emptores rem cum pacto de reuendendo, cur impensas, & melioramenta in re non faciant.
76 Pactum de reuendendo fieri ad certum tempus, melius esse quàm perpetuum.
77 Simulatio contractus præsumitur, si pactum inter contrahentes sit, ut quodcumque pretium venditor restituat, rem reddat emptor.
78 Restitutio, magis ad mutuum, quàm ad venditionem accedit.
79 Pacta claudicantia veluti omnia ad fauorem emptoris adiecta, contractum simulatum arguunt, & feneratorium.
Eam tamen coniecturam solam non sufficeret. nu. 80.
81 Venditore asserente se centum aureis indigere, quos si emptor numeret se venditurum fundum cum pacto de reuendendo, eligendum ex multis ab emptore, simulationis est præsumptio.
Idem si emptor verum pretium numerare velit, venditor autem leuem summam tantum petat. nu. 82.
83 Pretio iusto vendere velle, immò plurius potius quam minoris, quis præsumitur.
84 Pretij tenuitas contractum arguit simulatum, & vsurarium.
85 Emptorem emptam videre non curante, sed simpliciter recedente nomine linelli vel locatorem ipsi venditori, simulationis est præsumptio.
Quæ tamen sola non sufficeret ad detegendum. nu. 86.
87 Emptor verisimiliter emere non præsumitur, qui similia prædia vendit.
Quæ tamen præsumptio leuis est, nisi aliæ concurrant. numero 89.
88 Contraria agere incõtinenti nemo præsumitur.
90 Venditio clam & occultè facta cum pacto redimendi, & concessione locationis aut linelli, præsumitur simulata & feneratoria.
Nisi iusta de causa id fiat. nu. 93.
91 Actionum cessio clam facta præsumitur simulata.
92 Donatio facta clam ab eo, qui post deliquit, in fraudem fisci facta præsumitur.
94 Instrumentum diu occultatum, præsumi simulatum.
95 Loci qualitas contractum simulatum nonnunquam arguit.
Non tamen sola hæc præsumptio sufficit ad detegendum contractum vsurarium. num. 97.
Et quando cesset illa præsumptio. num. 98. & 99.
96 Actum id præsumitur in dubio, quod eo loci fieri consuevit.
100 Feneratorius contractus præsumitur, cum pacto de reuendendo factus, ab eo qui consuevit contractus similes facere.
Debere tamen concurrere alias coniecturas. num. 104.
101 Facti qualitas secundum qualitatem persone facientis interpretatur & præsumitur.
102 Bonum à bono, malum à malo factum præsumitur.
103 Malus semel in eodem genere mali semper, præsumitur talis.
105 Contractus factus ab vsuario facile præsumitur vsurarius aliis coniecturis accedentibus.
Ad detegendum tamen simulationem solum non sufficere, neque & cum pacto de reuendendo num. 108.
Idque præsertim si per quendam circuitum emat. num. 106.
107 Rem feneratoriam, sicut & furtiuam, emere non est permissum.
106 Simulationis & fanoris suspicio in probo viro cessat.
110 Venditorem in possessione rei vendite permanente, simulationis est præsumptio.
Eamque iuris esse secundum Io. Andr. num. 111.
112 Venditio modico tempore durans, simulata præsumitur, & vsuraria, si tamen ita expresse actum sit, ut modico tempore duret. num. 114.
113 Venditiones fieri solent, ut res perpetuò sit penes emptorem.
115 Vsurarij contractus præsumptionem facit, modus ab emptionis aut venditionis contractu, recedendi.
116 Insolita suspensionem arguunt.
117 Feneratorij contractus præsumptiones, quomodo purgentur.

Quarta est præsumptio, quando contingit læsio in pacto in reuendendo, & in quantitate pretij. Ita Cæpolla in d. tractatu de simulatione contractuum, numero 37. *versic. quarta præsumptio*, qui scribit, hoc esse posse altero de duobus modis: Vno in persona venditoris, altero in persona emptoris locatorisque. Primi modi exemplum sic attulit Cæpolla. Emi à te fundum pretio centum, eadēque tibi locauit iusto pretio: Deinde feci tibi pactum, quòd quandocumque possis redimere pretio centum, & viginti. Hoc in casu tu læsus es in pretio: quia stante pacto de reuendendo non tenebaris mihi plus numerare, quam ego tibi numerari. Non enim possum dicere, ob id auctum esse pretium, quia ob cursum temporis augeri potest valor fundi, qui etiam melioramenta recipere potest. Si quidem (vt dicebat Cæpolla) omne augmentum vel ob temporis cursum, vel ob melioramenta, pertinet ad te ipsum venditorem, qui fundum sub liuelli nomine conduxisti. *l. vltim. C. de iure emphyt.* Ceterum cum ratio hæc Cæpollæ non conueniat calui, quando ego ipse emptor tibi venditori non liuelli non inc, sed propria locationis locassem, ob id dici potest, læsionem adesse, quia si auctus non fuisset valor fundi cursum temporis, vel melioramentis, omnino plures recemes, quam vendidisti. Et propterea illud plus est illicitum. Ita (inquit Cæpolla) probat d. c. illo vos de pignori. *libi. Et quod extra summam receptam, sexaginta solidi deberentur*, atque ita sententiam hanc affirmarunt Innocen. in c. in unitate. in fin. de usuris. Guiliel. de Monte Laud. & Zabarella in Clem. ex gratia. de usuris. Idem scripserunt Ang. Clauas. in summa. in verbo usura, il. l. nu. 61. & alios referunt Didac. libro 3. varia. resoluti. cap. 9. in principi. & Ioan. Baptista Lupus in d. l. 2. in 2. parte. §. 1. num. 43. C. de pactis inter emptor. & vendit. Et præterea (subiungit Cæpolla d. numero 27. *versic. imò potest*) vsura dici hæc potest: cum vsura sit, quidquid accedit forti. *l. si tibi decem. ff. de pactis. & l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. per. & c. plerique. 14. quæst. 3.*

Secundi modi, læsionis contingentis in personam emptoris locatorisque, exemplum attulit Cæpolla præcitato in loco, numero 39. *versic. De secundo modo*. Emi à te pretio centum fundum qui erat valoris centum, & quinquaginta. Et feci tibi pactum de reuendendo eodem pretio centum. Certè ego sum læsus in eo, quod vsura centum valet fundus. Et ob id insurgit præsumptio, quòd contractus sit fœneraticius, & simulatus. Non enim est verisimile (inquit Cæpolla) quòd si emptor voluisset esse veram emptionem, promississet reuendere eodem pretio rem ipsam maioris valoris: quod esset iactare fœ sum, quòd facere nemo præsumitur. *l. cum de indebito. in princip. ff. de prob. Idem sentit Socin. Sen. in cons. 143. in fin. libro 1. sic quoque visus est respondere Anch. in cons. 257. num. 2. & alios refert Lupus in d. §. 1. num. 43. vers. de minori. sic & Hiero. Gabr. in cons. 74. nu. 5. vers. 1. pactum. lib. 1. Idem etiam dicendum est, quando conuentum est inter ipsas partes, quòd si venditor non recemet prædium à se venditum, intra præstitutum tempus, vt putà decennium, emptor suppleat ipsi venditori centum aut eos. Hoc etenim pactum significat læsionem pretij ab initio, & emptorem emere noluisse, sed pignori accipere. Ita responderunt Bald. in cons. 322. colum. 2. libro 3 & apertius Abb. in cons. 76. col. 2. *versic. item & 3. lib. 1.* Ceterum Hiero. Gabr. in cons. 74. num. 19. & 20. lib. 1. existimauit hanc coniecturam non sufficere, nisi læsio sit magna, vel alia coniectura concurrat, & ibid. num. 4. late explicat.*

Quinta est præsumptio, & coniectura, quando plus percipitur ex venditione secunda, quam sit illud, quod soluit non in pecunia, se in alia re. Ita Cæpolla in præcitato tractatu de simulatione contractuum, num. 40. *versic. quinta præsumptio*, qui exemplum attulit. Emi fundum centum aureis à Titio, cui liuelli nomine concessi, adiecto pacto, quod quandocumque, vel vsque ad septennium dabit mihi Titius alium luellarium bonum, tam pio contracambio respectu fundi quàm respectu personæ, si mi ei obligatus reuendere. Hoc casu si fundus à Titio mihi venditus non fuisset sufficiens, vel Titius non esset idoneus, & sufficiens luellarius, vel si esset tam fundus quàm persona sufficiens, volo mihi consignari meliorem fundum, vel meliorem luellarium. Hoc sanè in casu (inquit præcitato in loco Cæpolla) contractus præsumitur fœneraticius. Cum vsura f sit recipere rem meliorem pro deteriore. *c. putant. 14. quæst. 3.* Putant (inquit D. Hierony.) quidam vsuras tantum esse in pecunia, quod prouident diuina scriptura, omnibus aufert superabundantiam, vt plus non recipias quam dedisti. Idem probant c. si fœneraueris. & c. plerique eod. tit. Ceterum existimo esse animum aduertendum, quod aut emptor emit fundum qui non est sufficiens, hoc est, qui tutus non est, vel à venditore minus idoneo, seu non tuto, eo tamen iusto pretio, quo communi hominum æstimatione fuisset venditus, aut viliori pretio: si viliori pretio, crediderim Cæpollam rectè sentire. Quia hic augetur fundi valor, recipiendo fundum idoneum, & melio-

rem. si vero iusto pretio fundus fuit venditus, dixerim aduersus Cæpollam, contractum non esse vitiarium, quia recipit fundum idoneum, pro cautione mei iusti pretij numeratum, autem aliquod augmentum, & lucrum consequitur emptor. Sexta est præsumptio, & coniectura, quando f in pacto de reuendendo contingit aliqua impenfa, quæ ipse ad ipsum emptorem eundēque locato. em, & ipse emptor vult, quod pertineat ad ipsum venditorem, eundēque conduttorem. Ita Cæpolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 41. *versic. sexta præsumptio*. & ante Cæpollam, quæ iam respondit Abbas in consilio 76. in præfati. colum. 2. *versic. quarta coniectura*. libro 1. Idem scripserunt Alex. in consilio 54. numero 2. libro 6. Tyraquellus in tract. de retractu conuenientiali. §. 6. gloss. 2. in fin. & Ioan. Baptista Lupus in l. 2. in secunda parte. §. 1. numero 45. C. de pactis inter emptor. & vendit. sic etiam responderunt Paul. consilio 54. numero 77. & in consilio 55. numero 56. libro 1. & Bertrandus in consilio 156. in fine & in consilio 287. in fine libro 2. part. 1. Bero. in consilio 165. numero 14. & in consilio 169. numero 7. libro 1. Natta in consilio 193. numero 13. lib. 1. & Roland. in cons. 40. nu. 33. lib. 2. Exemplum attulerunt Cæpolla, & alij, quando conuentum est, quòd quandocumque venditor recemeret, recatur solvere omnes expensas instrumentorum inter instrumentum suæ emptionis, & venditor pro instrumentum suæ reemptionis, soluere impenfam instrumentorum, vt docuit Albert. in c. eos. in fin. C. de usuris & in l. dypnate. C. de conuict. ex lege. qui testatur, in vlt. esse receptum, vt is qui acquirit, soluere debeat impenfam f instrumentorum: cum ergo emptor velit, quòd venditor etiam soluat impenfam, quon soluere ipse tenetur, arguitur quod emere noluerit, sed potius pignori recipere. Eui etiam recurrem exemplum ab eodem Cæpolla & aliis commemoratum, vt si emptor paciscitur, quòd venditor recemendo, soluat omnes gabella. un expensas etiam pro ea parte, quam soluere debet ipse emptor, iuxta l. debet. ff. de ead. ead. vbi idem Cæpolla declarat, & idem scripserunt Paul. Natta & Roland. supra commemorati.

Tertium exemplum est secundum Bertran. in d. cons. 287. numero 4. lib. 2. quòd conuenit pactum, quòd venditor soluat omnia iudicia, etiam pro ea parte quam soluere tenebatur emptor. Est tamen aduertendum, quòd si emptor nun. erauit quid plus f iusto pretio, quo communi æstimatione ab alio emptore fuisset, cum ipso reuenditionis pacto: & deinde conuentum inter eos est, quòd venditor recemendo solueret omnes impenfas, id factum diceretur ob id, quòd emptor ipse iam plus emerat. Et hoc in casu procedere potest opinio Bertran. in consilio 186. numero 4. libro 2. Et hinc sumi potest cautela, quòd emptor & venditor affinentur, quid plus pretij fuisse numeratum hanc ob causam, vt venditor soluat gabellam, & instrumentorum impenfas. Hæc tamen coniectura locum non habet, quando f sic pacisci ea in regione communiter consuevit. Ita declarat Ruin. in consilio 16. num. 11. *versic. præterea in casu nostro*, libro 4.

Septima est præsumptio & coniectura, f quando res fuit pro parte vendita, & pro parte donata, cum tamen nulla subeclit iusta donationis causa. Ita Cæpolla in præallegato tract. de simulatione contractuum, num. 43. *versic. septima præsumptio*. & eo prius Bald. in consilio 311. in questione Galatini. colum. 2. libro 2. & in cons. 322. instrumentum in forma. col. 2. *versic. item præsumitur*, libro 3. Ancha in cons. 257. numero 3. Idem affirmarunt Calcan. in cons. 26. eod. tit. 8. Afflic. in c. 1. in prin. nu. 27. de feud. dato in vicem legis commissor. Crau. in cons. 156. numero 9. Ioan. Baptista Lupus in d. l. 2. in 2. parte. §. 1. numero 48. de pactis inter emptor. & vendit. & Maicard. in conclus. 444. numero 1. Quibus constat, hanc esse receptissimam sententiam, etiam Hieron. Gabr. in cons. 74. numero 14. *versic. possunt colligi*, libro 1. dixerit, hanc coniecturam nullius esse ponderis. Ea præcipua ratione motus est Cæpolla, quòd non sit verisimile, venditorem donare veluisse illud plus iusti pretij, ex quo deinde adicitur pactum reuendendo. Et accedit præter Cæpollam, & alios, quòd pactum euendendi eodem pretio, esset iniquum ex persona venditoris: quia si iam donauit partem pretij, recemendo totum fundum, deberet plus numerare quam accepit, si enim fundus valebat centum, & quinquaginta iusti valoris, & vendidit pretio 100. & residuum, hoc est, quinquaginta donauit, recemendo deberet numerare centum quinquaginta. Cum ergo emptor ipse promiserit eodem pretio reuendere, manifestè significauit, donationem illam non esse veram sed fictam & simulatam. Et hæc quidem consideratio, satis planè facit, idem esse dicendum, quando venditor dixisset, se id donare ob emptoris benemerita, & merita ipsa in specie expressisset, tamen si Cæpolla & Afflic. præcitatis in locis aliter scriptum reliquerint. Imò idem esse existimo, quando adhibuitur f iuramentum. Quòd quidem præsumitur potius interpositum ad tegendam fraudem, quam demonstrandum contractum ita verè fuisse confectum. Nec enim adhiben-

da est fides emptori, qui si non erubescit f fœnus exercere, minus etiam erubescet peccare. Non etiam credendum est venditori, quem cum nec fœnas vgeret, mille iuramenta iurasset. Imò quando emptor aliqua suspicione laborat, iuramentum magis auget suspensionem, vt respondi in consilio 109. nu. 27. libro 2. vbi multos hucus sententia Doctores allegauit. Et illis accedunt Riminald. in c. in cons. 62. numero 15. libro 1. & Franc. Bec. in consilio 52. numero 40. & numero 110. Placet tamen, quòd scripsit præcitato in loco Cæpolla, nu. 45. *versic. ceterum si solum*, & c. cum dixit, hanc solam præsumptionem in foro fori, non sufficere ad derogandum contractum simulatum, & vitiarium. In foro vero conscientie & præsententia, standum esse veritati, vt respondit Bald. in consilio 62. Quidam Petrus Licij, quem allegauit Cæpolla, & si inter Baldi responsa inuenire minime poterim. & alia declaraciones refert Malcard. in d. conclus. 444.

Octaua præsumptio est, quæ colligitur ex quibusdam verbis, quæ apponi solent in pacto de reuendendo, sicuti quando dictum fuit, quòd quandocumque dictus conductor dabit, an soluet fœtus rerum venditarum, teneatur dictus locator, facere instrumentum reuenditionis. Ita Cæpolla in loco supra alleg. nu. 47. *versic. octaua præsumptio*. qui scriptum reliquit, prædicta verba habere hunc sensum, quòd per cessationem soluendi fœtus pro biennium, vel triennium, non cadit eo phyteura siue lineariarius à iure suo. l. 2. C. de iure emphyt. & c. potuit, de locato. Nam pacta insolita, & contra naturam contractus, simulationem & fictionem arguunt, cillo vos de pigno. vbi pactum insolitum de computandis redditibus in sortem, arguit contractum simulatum: cum repugnet naturæ emptionis & venditionis. & ibi annotant Burr. & reliqui, & manifestè docuit Bald. in c. 1. *versic. quæro de quibusdam pactis*, in iuu de feudo dato in vicem legis commissor. & respondit Grat. in cons. 11. nu. 23. lib. 2.

Hæc comprobantur ex his, quæ in subsequenti præsumptione & coniectura dicemus de clausula in otus. Et præsumptionem hanc auget secumdem Capol. illud verbum, venditorum, dum dicitur, fœtus rerum venditarum. Non enim f luellarius dicitur vendere proprietatem, sed vale dominium, & dicitur locari fructuum utilitas, ex qua locatione acquiritur ius vtile etiam in up. r. h. e. & fructibus, l. 1. ff. si ager vestigal. vel emphyt. per. & c. potuit, de locato.

Ceterum (subiungit Cæpolla præcitato in loco) hæc præsumptio sola parum operatur ad arguendum contractum esse fictum & vitiarium: cum præsertim ignorantia in peritiæque tabellionis, appositum fuisse pignora ut illud verbum, venditarum. Hæc tamen præsumptio (inquit Cæpolla) alius simul iunctis operari poterit. Nam singula quæ non possunt simul iuncta iuuare instrumenta, vbi glo. C. de probat. & declarauit supra in libro 1. q. 40. & 41. vbi exposui, quando multæ præsumptiones inspectæ iungi simul possunt, ad perfectam aliquam constitutendam. Et Cæpollam secutus est Hieron. Gabr. in cons. 74. num. 25. *versic. secundum ista factus*.

Non est præsumptio quæ colligitur ex pactis, vel clausulis insolitis. Ita Capol. quæ supra, numero 84. *versic. nona præsumptio*, qui Bald. & Angel. recensent. Idem in specie affirmarunt Bald. & Alber. in l. pen. C. de eticel. Anchar. in cons. 257. num. 5. Socin. ten. in cons. 262. nu. 4. libro 2. Afflic. in c. 1. in princip. numero 24. *versic. 6. præsumitur*, de feudo dato in vicem legis commissor. Deci. in l. que dubitationis, nu. 4. de regu. iur. Petrasenta in singl. 77. Clausula insolita, in fine. Paul. in consilio 54. num. 39. libro 1. Gratus in cons. 11. numero 22. libro 2. & Ale. in l. si maior. num. 3. C. de transact. Tyraq. in tracta. de retractu conuenientiali, in præfati. num. 71. Natta in cons. 198. numero 12. libro 1. Decianus in consilio 2. numero 37. lib. 1. Quam quidem sententiam probant illo text. d. c. illo vos, de quo in præcedenti præsumptione, & argum. *l. si quis sub conditione*, si de condicio. instrui. Primum asserti solet exemplum in eo pacto, quòd actum est, vt pio domo locata ipsi venditori, præstetur atque solatur vinum, vel oleum, vel quid simile. Hæc enim pensio insolita est pro domo. Ita exemplum hoc confidit at Cæpolla præcitato in loco, *versic. ex quo in foro*, & Afflic. in c. 1. in princip. nu. 43. de feudo dato in vicem legis commissor.

Secundum est exemplum simile propè, quando emptor loco pretij dedisset vestes aureas, vel animalia, vel quid simile, quòd deinde venator necesse habet vendere, atque ita cogitur facere (vt vltò dicitur) Stochum: Ita responderunt Deci. in cons. 403. num. 18. & Decia. in cons. 105. num. 18. l. 2. quando emptor voluit sibi promitti expressim à venditore, quòd non opponat, & alleget contractum fictum nec simulatum. Ita Anch. in d. cons. 257. num. 5.

Tertium est exemplum clausulæ insolite, vt si in ipso instrumento ita dictum est, vendidit, & tradidit, ve: & non in fraudem vsurarium. Ita hoc exemplum probant Capol. præcitato in loco, numero 42. in fine. post Bald. & Imol. quos allegat. Idem affirmarunt Salic. in l. emptione. col. 1. C. plus

valere quod agitur. Felin. in c. si cautio. num. 70. *versic. de materia de fide instrum.* Chaffan. in cons. 25. colum. 2. *versic. septimò*. Ty a. quel. de retractu conuenientiali in præfatione, numero 19. Natr. in cons. 198. nu. 15. libro 1. Rolan. in consilio 40. n. 39. li. 2. Fran. Bec. in consilio 52. numero 83. & 10. Bap. Lupus in l. 2. in 2. parte. §. 1. num. 39. C. de pactis inter emptor. & venditor.

Nec prædictis repugnat, quòd respondit Decia. in consilio 2. numero 129. libro 1. ex sententia Anch. in c. peccati venia. de regu. iur. in 6. Deci. in consilio 119. in prin. & Cræuet. in cons. 89. numero 2. cum dixit, tunc demum pacta arguere contractum simulatum, & fœneraticium, quando sunt a lege reprobata. Nā respondetur, quòd etia pacta f reprobata arguunt, simulatio- nem, non tamen excludunt, qui idem sit de pactis insolitis, quæ dici etiam possunt a lege reprobata.

Ceterum aduertendum est, quòd f sola hæc præsumptio non sufficeret ad derogandum contractum vitiarium: sed alie debent concurrere. Ita Hier. Gabriel in consilio 132. numero 4. libro 1.

Decima est præsumptio, & coniectura, quando emptor idemque locator voluit contractum venditionis posse dissolui, nisi vsque ad certum tempus, puta nisi post sex annos, atque ita facultas recemendi non pendebat ab ipso venditore ab initio: sed solum post certum tempus. Ita Cæpolla in d. tracta. de simulatione contractuum, numero 49. *versic. decima præsumptio*, qui huius opin. recenset Hostien. & Ioan. Andr. in d. tracta. de emptor. & vendit. & Beatus Bernardinum, in tracta. de contractibus & usuris in sermo. 39. artic. 2. cap. 1. his accedit Bald. in c. nullo 48. *versic. si parat. libro primo*. Castren. in cons. 109. *visu positione*. *versic. ius etiam alia*, libro 2. Abb. in consilio 76. numero 2. libro 1. & in d. c. ad vsuram, in 3. capit. Alex. in consilio 109. in fin. libro 4. Guido Papæ quæst. 516. lalon in consilio 150. numero 1. libro 4. Ty. a. quel. de retractu conuenientiali. §. 1. gloss. 2. n. 69. Crau. in consilio 156. nu. 5. Cagn. in l. 2. nu. 60. C. de pactis inter emptor. & vendit. Neu. 2. in consilio 88. numero 4. Diu. in libro 3. var. resol. c. 8. in fin. Ioan. Bapt. Lupus in d. l. 2. in 2. par. numero 40. qui alios nonnullos recenset, & hos addit Decia. in cons. 2. nu. 17. libro 1. & in consilio 105. numero 21. libro 2. & idem respondit Gabr. in cons. 74. numero 5. *versic. secunda coniectura*, lib. 1. qui dixit, esse coniecturam v. gentissimam. Accedit etiam ex theologis Conradus in tract. de contractibus. q. 83. in com. 8. & Ioan. Medina in tract. de restitutionibus. in c. de censu ad redimibilia. col. pen.

Ceterum prædicta præsumptio, & coniectura sola, f non sufficit ad probandum contractum esse vitiarium, sed cum aliis præsumptionibus iuncta, status erit. Ita declarat ipsemet Cæpolla præcitato in loco, numero 50. *versic. sed tamen ista præsumptio*, qui sic intelligit Bald. in c. 1. de feud. dato in vicem legis commissor. Idem scripserunt Aluar. in d. c. 1. columna penult. *versic. quæro extra*. Socin. Sen. in consilio 248. colum. 2. *versic. quarta*, libro 2. lalon in consilio 153. libro 4. Crauet. in consilio 156. numero 5. Clauasius in summa 3. in verbo, vsura, il. 1. numero 67. Conrad. in loco supra allegato, Tyraquel. de retractu conuenientiali. §. 1. gloss. 2. numero 70. Medardus Paul. in tract. de usur. nu. 352. in fi. qui alios nonnullos commemorat. Cagn. in l. 2. nu. 60. C. de pactis inter emptor. & vendit. & ibidem Ioan. Baptista Lupus in 2. parte, num. 40. *versic. intelligit tamen*, & Decia. in d. consilio 2. numero 131. & 132. libro 1. qui late explicat, sic etiam respondit Hieron. Gabriel in d. consilio 74. numero 6. libro 1. qui tamen dixit esse coniecturam v. gentissimam.

Et hæc quidem locum habent in venditionibus prædiorum, & aliarum rerum immobilium, vt hæc sola præsumptio non sufficiat: nec vero est in venditione censuum, & f reditu annuorum. Nam tunc sola hæc coniectura sufficit. Ita Mo deinus Panificus præcitato in loco, & Cowat. in libro 3. varia. resoluti. cap. 8. numero 8. quos secutus est Lupus qui supr. numero 42. Idem respondit Hiero. Gabriel in consilio 152. numero 7.

Vndecima præsumptio est similis præcedenti (inquit Cæpolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 51. *versic. undecima præsumptio*) quando soluitur in pacto de reuendendo f dictum fuit ecomia, quòd emptor teneatur reuendere venditori fundum venditum, vsque ad certum tempus vt post decennium, quo elapso si in ipsius in prors facultate quòd venditor remaneat perpetuus luellarius, vel quòd possit cogi ad recemendum. Ita Cæpolla ex sententia Hostien. in summa, de usuris. §. vlt. ver. 2. qui dixit, malam esse præsumptionem contra ipsum emptorem, quando voluit, quòd esset in sua potestate recemendi, & non recemendi.

Est tamen obseruandum, valere pactum, quòd post certum tempus, vel conditionem liceret venditori f redimere rem venditam: si ipse vellet. Ita Cæpolla præcitato in loco, num. 51. *versic. adde tamen*, post Bald. quem recenset.

Duodecima est præsumptio, & coniectura, quando f venditor vendidit fundum, & adiecto pacto, quòd ei locaretur in perpetuum, & quòd vsque ad decennium vel in perpetuum venditor posset recemere, & alie concurrunt coniecturæ. Ita Cæpolla in d. tracta. de simulatione contractuum, numero 52.

ver. 12. præsumptio iuncto numero 54. Qui quidem subiungit dubitationem, an maior præsumptio simulationis sit illa, quæ oritur à pacto reuendendi ad tempus certum vel illa, quæ sumitur à pacto reuendendi in perpetuum? Distinguit ipse Capolla. ibid. d. num. 54. vers. circa quod, & aliquot casus.

Primus est, quando agitur de præsumendo contra venditorē. Hoc casu (inquit Capolla) maior simulationis præsumptio oritur, quādo factum est pactum de reuendendo in perpetuum. Nam significauit ipse venditor nullo modo voluisse perfecte vendere: sed potius pignori dare: ex quo voluit esse sibi concessam perpetuo redimendi facultatem. Si enim esset pactum de redimendo vique ad certum tempus, puta decennium, saltem significauit, se post illud tempus habuisse animum vendendi, dominiumque abdicandi.

Secundus est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo, sic tamen volente ipso venditore, qui nolebat aliter vendere. Hoc in casu nulla est præsumptio contra ipsum emptorem. Ita tradit Capolla in loco præallegato, numero 54. in fin. & numero 55. Ea ad ductus est ratione: quia et dendum est, emptorem minus libenter se pepigisse: Cum verisimilius sit, eum potius voluisse promittere ad certum tempus: ne res ipsa empta sit semper in suspensio. Est sane valius, melius & fauorabilius emptori, promittere reuendere ad certum tempus: quia fieri potest, quod ipse venditor intra illud tempus non recideret: & propterea res libera remaneret apud ipsum emptorem. Est etiam valius: res empta cum pacto redimendi perpetuo, est semper (vt experientia docet) multo minoris valoris, quam empta cum pacto redimendi ad certum tempus. Qui enim emunt cum pacto reuendendi perpetuo, non audent in re ipsa empta impensas, & meliora ementa facere: cum ob oculos semper habere videantur venditori: cum re effecta meliore vilioreque offerentem sibi iam numeratum pretium. Id quod non contingit re vendita cum pacto reuendendi ad certum tempus: quia illo elapso potest emptor ad sui commodum, & vtilitatem reddere rem meliorem, & vtiliorem.

Tertius est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo, sic rogante venditore, qui voluit, quod pactum esset perpetuum, vel saltem ad certum tempus, & ipsi emptori placuit promittere perpetuo. Hoc in casu idem est dicendum, quod in præcedenti, nullam hic esse præsumptionem contra emptorem: Cum potius sit gratia, & liberalitas, quam fecit ipsi venditori. Ita Capolla, qui supra, numero 55. vers. aut venditor nolebat.

Quartus est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo venditori, qui non magis petit sibi promitti perpetuo, quam ad certum tempus reuendi. Et ipse emptor ob amicitiam, quæ cum venditore intercedebat, se promisit perpetuo reuendere. Hoc etiam casu dicendum est, nullam esse malam præsumptionem contra emptorem. Ita Capolla, prædicto loco, num. 55. vers. aut venditor non petiit. Ea motus est ratio, quæ superiore in casu cum eo commemorauit.

Quintus est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo, ipsi venditori non roganti, nec cogitanti, sed quia ita ipse emptor voluit. Hoc sane casu præsumptio aliqua mala insurgit contra ipsum emptorem, quod scilicet emere noluerit, sed pignori habere, quia si voluisset emere, potius promississet reuendere ad tempus quam perpetuo. Ita tradit Capolla prædicto in loco, numero 55. vers. aut emptor facit pactum. Et ibid. numero 56. ex sententia Beati Bernardini concludit, melius se esse quod fiat pactum de reuendendo ad tempus certum perpetuo. Et tempus ipsum certum, sit septennij. Quod qua ratione fieri sic debeat, tradit illo in loco Capolla.

Tertia decima præsumptio, & coniectura contractus simulari, & fœneraticij est, quæ colligitur ex pacto, quod ipse emptor & venditor conueniunt, quod quocumque venditor restitueret pretium, emptor teneatur restituere rem suam. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, num. 58. vers. cu. tertia decima præsumptio. post Castrenf. in consilio 74. In causa nota per D. Dorotheam, colum. 3. vers. quarta. resultat. libro 2. Et idem affirmantur Calcan. in consilio 25. numero 68. Corn. in consilio 4. colum. 2. vers. pactum de reuendendo lib. Decius in consilio 103. colum. 1. vers. quod autem. Ruin. in consilio 16. num. 1. libro 5. Betram. in consilio 111. in fine lib. 3. & Gramma. in decis. 76. num. 7. Natta in cons. 138. num. 9. libro 1. sic & Decianus in cons. 3. num. 31. & num. 133. lib. 1. idem affirmavit Mascardus in cons. 440. num. 1. & 2.

Ea ratione moti sunt, quia si restitutio magis accedit ad mutuum, quàm ad venditionem: cum restitutio non præsupponat venditionem sicuti pactum de reuendendo. Et propterea cum sit quædam promissio, facta contra naturam ipsius

emptonis, & venditionis, arguit suspicionem, iuxta l. si quid sub conditione. ff. de condi. instum. & diximus supra. Et alius iustus declarat Capolla prædicto in loco.

Decima quarta præsumptio, & coniectura ad detegendum contractum simulatum, & fœneraticium est, quando pacta appositae in contractu claudicant, quia omnia facta sunt in fauorem creditoris, sicque emptoris: nullum vero in fauorem debitoris, sicque venditoris. Ita tradit Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 60. vers. decima quarta præsumptio. post Hosti. in summa. de iuris. & iust. vers. secundum, secunda que est optima. Gul. a Monte Laudano in Clem. ex grandi. de vsur. & Zabarella ibidem in §. Ceterum. quest. 3. idem scripserunt Decian. in consilio 308. numero 16. Afflictus in c. 1. in princ. numero 25. vers. 7. præsumitur de feudo dato in vicem legis commissio. Berous in cons. 105. numero 1. & in consilio 169. numero 11. libro 1. Grat. in consilio 11. numero 21. libro 2. P. 2. 118. in consilio 54. numero 39. libro 1. Rebuffus in Commentariis ad concordata Regis Galliarum. in tit. de conditionibus. §. volumus. in verbo. vacauit. vers. octaua coniectura. qui simile refert. & Decianus in consilio 105. numero 25. libro 2. Ea ratione moti sunt: quia si verus fuisset contractus emptonis, & venditionis, non est verisimile, quod omnia pacta appositae fuissent ad fauorem creditoris sicque emptoris: Cum non præsumatur venditor emere voluisse rem suam. l. cum de indebito. in princ. ff. de probat. Hæc tamen sola præsumptio non sufficit, sed alia debent concurrere. Et contra vero quando pacta omnia sunt equalia, arguitur contractus iustus, & legitimus. Ita Dec. in d. cons. 308. num. 6.

Decima quinta præsumptio, & coniectura contractus simulari, & fœneraticij colligitur ex eo, quod si venditor dixerat emptori, se indigere centum aureis: quos si emptor numerabit, vendet fundum ex multis iustis ab ipso emptore eligendum cum pacto de reuendendo. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 61. vers. decima quinta præsumptio. & Afflict. in c. 1. in princ. numero 35. vers. decima quinta de feudo dato in vicem legis commissio. Non enim hoc in casu venditor habuit animum vendendi: sed potius pignori dandi, quia si verus, & liberè vendere voluisset, pro sua necessitate, vel voluntate, non dedisset electionem emptori accipienda fundum, quem magis vellet habere. Imo est præsumptio, quod vendidisset deteriori, & minus sibi dan. notum, arg. magis puz. §. non passim. ff. de reb. eorum. Non enim (vt diximus supra) præsumitur, quod venditor voluisset tractare suum. d. l. cum de indebito. Iactasset tanē, si cum potuisset vendere rem deteriori, & minus dan. notam, vendiderit meliorem, & vtiliorem. Idem est dicendum subiungit Capolla, quando venditor habens multa prædia, vendidisset domum nobilem, & maiorem suorum, quam verisimiliter non erat venditurus, ob affectionem, quam erga eam habebat, iuxta l. si in emptio. §. 1. ff. de min. cum alius allegans à Capolla, & plura scripsi supra hoc in lib. vbi differunt de interdicti ratione affectionis. Et præsumptionem hanc probarunt Angel. in l. summa. ff. de pecul. & Barb. in cons. 22. num. 8. lib. 4. quos secutus est Mascardus in cons. 443. num. 1. & 2.

Præterea sola illa venditoris indigentia, suspicionem arguit. Ita Calca. in cons. 26. colum. 8. quem secutus est Crauet, in cons. 156. num. 13. & alios commemorari in cons. 109. num. 30. vers. cu. præterea. libro 2. Hæc tamen sola coniectura non sufficit ad detegendum contractum esse vsurarium.

Decima sexta præsumptio, & coniectura contractus simulari, & fœneraticij, sumitur ex eo, quod est emptor voluit soluere iustum pretium, vt puta centum: tamen venditor dixit, volo 50. tantum: quia plures non indigeo. Ita tradit Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 62. vers. decima sexta præsumptio. post Castrenf. in consilio 328. Vbi petitione prædicta, quem hæctenus non inueni. Idem est, quando venditor peteret 80. pro ipso fundo vendendo cum pacto redimendi, & emptor dixisset, se numeraturum 100. sine illo pacto reuendendi. Et venditor noluit sic vendere, sed potius habere illa 80. cum dicto pacto. Hoc etiam in casu præsumitur contractus simulatus, & vsurarius. Ita Castrenf. & Capolla prædictis in locis. Et rationem considerauit ipse Capolla, quia in dubio quis præsumitur velle vendere rem iusto pretio, & potius quod est minoris pretij, pluris vendere. l. in cause. §. penultim. ff. de mino. & l. in off. pretio. §. quemadmodum. ff. locati. Et ideo quando quis sponte vendit minori pretio, quod est maioris valoris, & minus vult, quam quod sibi offertur, præsumptio est mala contra eum: cum, vt scripsit dictum fuit, nemo præsumatur iactare suum d. l. cum de indebito.

Decima septima præsumptio, & coniectura est, quæ oritur ex pretio, ex persona emptoris, vt puta quando pensio est tenuis respectu reditus fundi, ex quo multo plus percipitur. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, num. 63. vers. cu. decima septima præsumptio. post Bald. in d. consilio 322. lib. 3.

322. libro 3. Idem ref. onderunt Crauet. in consilio 156. numero 17. & Natta in cons. 198. numero 11. in fin. libro 1. & diximus in fine tertia coniectura.

Non enim, inquit ille, est verisimile, quod cum maior pensio ex fundo haberi possit, quam hæc quæ à venditore præstatur, voluerit emptor minus sibi præstari, cum nemo (vt diximus) præsumatur iactare suum. Est ergo præsumptio, quod emere is noluerit, sed pignori recipere.

Decima octaua præsumptio, & coniectura contractus simulari, & fœneraticij colligitur ex eo, quod emptor non curant videre rem, vel de ea fundere informationes: sed satis ei fuit emere cum pacto reuendendi, & eam concedere venditori vel nomine luelli vel locationis. Si enim verè emere is voluisset, adhibuisset diligentiam in re vendenda, & consideranda. Ita tradunt Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 64. & alij plures quos congesi in consilio 109. numero 21. libro 2. & accedit Paris. in cons. 54. numero 70. libro 1. Existimo tamen solam hanc coniecturam non sufficere ad detegendum contractum vsurarium cum (vt etiam est communis huius regionis vsus) est emanat luelli, & redditus, quemadmodum & Veronæ obsecuari testatur Capolla prædicto in loco. & Afflict. in c. 1. in princ. num. 41. de feudo dato in vicem legis commissio. de hac coniectura dubitauit nisi deducatur, & probetur, quod in ea ciuitate, & regione solent emptores videre bona à se emenda.

Decimanona præsumptio, & coniectura colligitur etiam ex persona emptoris, qui verisimiliter emere noluit, ex quo ipse similia prædia vendit. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 64. vers. decimanona præsumptio. Nam hæc videntur esse contraria vendere & emere. Et nemo præsumitur incontinenter contraria agere. l. nam & ea. ff. de cond. & demon. & Capol. secutus sum in cons. 109. num. 22. libro 2.

Cæterum crediderim leuem admodum esse hanc præsumptionem, si alia non concurrat. Cum emptor ad sic vendendum & emendum iustus causis moueri potuit. Verius forte coniectura hæc locum habere possit, quando emptor vendidit propria prædia fertilia, vt emeret sterilia. Ita Afflict. in c. 1. in princ. num. 37. de feudo dato in vicem legis commissio.

Vigesima præsumptio, & coniectura contractus simulari, & fœneraticij colligitur, quando clam & occultè facta est venditio, cum pacto redimendi, & secura est locatio, vel ad luellum concessio. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 66. vers. vigesima præsumptio. Idem affirmat Afflict. in c. 1. in princ. num. 28. vers. cu. 19. præsumitur de feudo dato in vicem legis commissio. & Decia. in cons. 2. numero 93. libro 1.

Ita actionum cessio clam & occultè facta præsumitur simulata, & sic est facta ab Anastasio. C. mand. & dicemus infra hoc libro in præsumptio. 129. sic & donatio facta clam ab eo qui deinde delinquit, præsumitur facta in fraudem fidei: sicuti dicemus infra à hoc lib. in præsumptio. 124. His similia omitto. Hæc tamen coniectura facile cessat, quando apparere potest, quod aliqua iusta de causa sic clam contractus confectus sit. Ita Capolla prædicto in loco, qui subiungit, quod si instrumentum dicti fuit occultatum, præsumitur simulatum. Contra vero id, quando palam iij contractus celebrantur suspicio tollitur. Ita Decia. in d. cons. 2. num. 92. lib. 1.

Vigesima prima præsumptio, & coniectura contractus simulari, & vsurarij colligitur ex qualitate loci, vbi contractus fuit celebratus. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 68. vers. cu. vigesima prima præsumptio. post Gulielmum à Monte Laudano in d. Clem. ex grandi de vsuris. & Hosti. in summa de contrahend. empt. §. 1. vers. illud autem non ibi, consuetudo etiam vsurarij, & terra in hoc maxime attendenda est. & hanc coniecturam probarunt Castrenf. in cons. 19. l. i. fa. peti. libro 1. Afflict. in c. 1. in princ. numero 29. de feudo dato in vicem legis commissio. & Rol. in cons. 11. numero 26. libro 2. Est ratio, quia in debito præsumitur id esse actum, quod eo in loco fieri consuevit. l. quod si uoluit. §. qui a fide. ff. de edil. edit. qua de re supra in l. 1. §. 15. nu. 10. & numero 25. scripsi, præsumptionem & coniecturam sumi à patria.

Cæterum præsumptio hæc, etiam si emptio facta sit cum pacto de reuendendo non sufficit ad detegendum contractum vsurarium, sicut à fortiori dicemus in duabus subsequentibus coniecturis, ad fin. Et præterea accedit, quod si loci vsus, & consuetudo hoc fert, vt similes contractus passim fiant, excusantur quidem sic contrahentes à pena indicta contra vsurarios, vt tradit Barto. in d. §. qui a fide. & alij congesi à Rolan. in cons. 58. numero 19. lib. 4. & à Decia. in cons. 2. nu. 82. lib. 1. Non tamen excusat ad præuentionem l. si. Ita Natta. in consilio 498. num. 24. lib. 5. Plot. in cons. 19. Et rursus suspicio hæc cessat, quando emptor est vir probus, & vir honestus. Ita post alios responderunt Rol. in cons. 96. numero 20. lib. 1. & in consilio 58. num. 21. lib. 4. & Decia. in cons. 2. num. 84. lib. 1. Idem quando 99. emptor est rusticus, & persona simplex. Ita Natta. in cons. 586.

Vigesima secunda præsumptio, & coniectura contractus simulari, & fœneraticij est, si emptor, qui fecit pactum de reuendendo, consuevit similes contractus facere. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, num. 70. vers. cu. vigesima secunda præsumptio, post Guil. à Monte Laudano in Clem. ex grandi. & Zabarel. ibidem, §. Cæterum, quest. 3. de vsuris. Idem responderunt Castrenf. in cons. 109. Vbi petitione prædicta. colum. 1. vers. si iusticeret etiam libro 2. Cagnol. in l. 2. numero 50. vers. cu. partem autem contrariam, C. de pact. inter emp. & vendi. Natta in cons. 198. num. 20. libro 1. & Crau. in cons. 73. Est ratio, quia præsumitur contra aliquem ex eo, quod facere consuevit, non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. cum aliis à Capol. alleg. Et hoc facit quod scripsi iust. lib. 1. §. 15. col. 1. & 2. vbi plura ad rem congesi.

Et accedit secundum Capol. ibidem, numero 72. quod qualitas facti secundum qualitatem personæ facientis interpretatur atque præsumitur. l. ab si. l. i. quest. 3. & c. ea vincta. 23. quest. 4. Et inquit glof. in c. si quis grammaticus. 38. dist. 1. bonum est præsumi illud quod à bono factum fuit. Itaque contra multum præsumitur, quod actum fuit à malo.

Etriusus accedit secundum eundem Capol. præcitato in loco numero 70. in fine. quod semel malus semper præsumitur malus in eodē mali genere & semel. de reg. iur. in 6. & dicemus infra libro 5. in præsumptio. 40. Cæterum hæc coniectura etiam coniuncto pacto de reuendendo non sufficit ad detegendum contractum esse vsurarium. Sed concurrere debent alia coniectura. Ita declarat Capolla præcitato in loco, numero 75. vers. hæc tamen. & dicemus in fin. subsequentis præsumptionis.

Vigesimatercia præsumptio & coniectura est, quando emptor ipse esset vsurarius & solitus viuras exercere. Hæc sane coniectura coniuncti aliis facile arguit, contractum ab hoc gestum esse fœneraticium. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 73. vers. cu. vigesimatercia præsumptio. post glof. in c. illo vos. de pignori. & in c. conquestus. de vsur. Hosti. in summa de pigno. §. quando. vers. idem dico. & idem c. ad nostram. de emp. & vendi. Pau. Leaz. in sua disputatione. que incipit. Contra instrumentum debiti. colum. 5. vers. de quarto patet. Ang. in sua disputatione que incipit. Astensis miles. colum. 30. His accedunt Bald. in cons. 205. Iacob. col. 1. vers. nam si quidem. libro 1. Roma. cons. 304. num. 4. & alios refert Decia. in cons. 2. numero 15. libro 1.

Hæc coniectura locum habet multo magis quando solitus fœnerari, per interpositam quodammodo personam, & (vt dici solet) per quendam circuitum emittit: sicuti euenit, quando curant, vt alter non solitus fœnerari emat tenui pretio cum pacto de reuendendo, qui emptor deinde vendit ipsi viurario. Idem quando (vt facere solent vsuri fœneratores) res ambulasset per duas, vel tres manus: detegatur id factum fuisse opera ipsius viurarij, multo magis arguebitur præsumptio fraudis. Ita tradit Capolla præcitato in loco. num. 74. vers. & ita vsurarij. post Guil. de Monte Laudano. in Clem. ex grandi. & Zabarella. ibidem §. Cæterum. c. 3. Idem sentit Crauet. in cons. 156. numero 11. qui respondit fortiori in casu, quando scilicet emptor non consuevit fœnerari.

Et cum contractus iste ob pretij tenuitatem & pactum de reuendendo suspectus sit, vt diximus supra in 1. præsumptio. dicendum est, quod cum habuerit malum principium, non dicitur permittitur alicui scienti, emere quæ emptor esset in eadem damnatione. argum. c. tua nos. de vsur.

Non enim permittitur illi emere rem fœneraticiam: si 107. cui nec furtiuam, vt latè post alios respondi in cons. 300. numero 15. 16. 17. 18. & numero 25. libro 3. vbi plura ad rem scripsi.

Cæterum hæc coniectura, quod sic solitus fœnerari detegatur etiam coniuncto pacto de reuendendo, non sufficit ad detegendum contractum vsurarium. Ita scriptum reliquit præcitato in loco Capolla. numero 75. vers. hæc tamen. Cui huius sententia recedit Bald. in l. emptio. in fin. princ. C. plus ualere quod agitur. & in l. interpositus. colum. 1. C. de transfat. Ange. in l. si non. §. superuacuum. ff. quibus mod. pignus vel hypo. sol. & disputatione. Alien. miles. colum. 30. Nam (vt præcitati Doct. scribunt) etiam viurarij per sepe faciunt contractus iustos & lege probatos.

Contra autem, quando probatur quod emptor est vir probus & solitus contrahere iuste & legitime, cessat suspicio simulationis & fœneris. Ita Decia. in consilio 308. n. 5. vers. versio in casu. Craue. in cons. 145. in fine. & alij multo congesi à Rolan. in consilio 50. numero 2. libro 4. & à Decia. in consilio 2. n. 84. lib. 1.

Vigesima quarta præsumptio & coniectura contractus simulari & viurarij est, quando venditor permansit in possessione rei venditæ. Ita Capolla in d. tract. de simulatione contractuum, numero 76. vers. cu. vigesima quarta præsumptio. post glofiam, Cynum, Speculatorem, Guidum Suzarium, Bartolum, Baldum, & Butrium. Et his accedunt alij, quos congesi in libro 2. de arbitrariis iudicium. casu 9. vbi ad huius

præsumptionis explanationem non mediocri studio & diligentiâ distinxit vndecim casus. Hanc esse præsumptionem (ut paucula hæc iam scriptis adiungam) iuris scriptum reliquit Ioan. Andr. in additionibus. ad Specul. in titu. de præsumptionibus. §. species, numero 5. in verbo. In prædict. concord. Ita quoque Anchar. in consilio 257. numero 4. respondit, & declarat Roman. consilio 304. numero 3. quando mansit in possessione tanquam conductor, vt etiam dixi in dicto casu 39. Et hæc quidem coniectura comprobatur ex his quæ responderunt Bald. in consilio 322. libro 2. Corne. in consi. 135. colum. 6. libro 1. Afflic. in c. 1. in princip. numero 20. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. Paris. in consi. 54. numero 72. & in consilio 55. numero 54. libro 1. & Roland. in consilio 40. numero 36. libro 2. cum dixerunt, quod quando bona vendita semper permanferunt, in ætumo & catatlo venditoris, præsumitur quod semper ipse possederit, atque ita colligitur coniectura, quod venditio non fuerit verè facta: sed potius bona pignori data. Et rursus scribunt, Bald. in l. illud. in fine. C. de sacrosanct. Eccles. Castren. in consilio 331. Præsuppositis iis, libro 1. & Crot. in consilio 141. in fine. tunc ex retentione possessionis præsumitur simulationem, quando instrumentum venditionis continet, quod realiter tradita fuit possessio: & tamen constat traditam non fuisse. Et alia nonnulla ad rem scriptis Mascard. in conclusio. 439. qui multa (vt existimo) desumpit ab his, quæ scripsi in d. casu 39.

Vigesimaquinta præsumptio & coniectura contractus simulati & fœneratiij colligitur ex eo, quod venditio ipsa duravit modico tempore. Ita Cæpoll. in d. tracta. de simulatione contractuum, numero 79. vers. vigesimaquinta præsumptio. post Bartol. in consilio 65. Petrus Nicoie, libro 1. & Castren. in consi. 74. In causa mota per D. Dorotheam. colum. 2. vers. his præmissis. libro 2. sic & Afflic. in c. 1. in princip. numero 11. & numero 37. vers. 15. post Rotam decisi. numero 4. titu. de dona. in nouis. de feudo dato in vicem legis commissi. Et coniecturam hanc probat text. clarus l. 3. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. quem statim declarabimus. Ea est huius sententiæ ratio, quia cum venditiones fieri soleant, vt res sint perpetuo penes emptorem & pignoratius, quousque debitum soluat. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act. existimandum est, quod ex modico tempore noluerit vendere sed pignorate. Id quod secundum Cæpollam optinere probatur in simili. l. perique. ff. de ritu nupt. vbi si mulier, quæ recessit à marito, non multo tempore post reueria est, diuertisse non censetur: & propterea dicitur idem matrimonium.

Confert text. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. vbi ex breui aere temporis colligitur fraus commissa contra creditores. Quod quidem responsum ad rem nostram multi commemorant, ac multo extornat Tyraq. de retractu consang. §. l. gl. 7. num. 77.

Cæterum præsumptio hæc intelligitur & locum habet quando ipsa expressè actum fuit, vt modico tempore durare venditio. Ita respondit Vlpianus in d. l. 3. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. vbi ficta & imaginaria dicitur emptio libertatis, quando ita ab initio actum est, vt scilicet statim pretium restitueretur. Et in specie sic intellexerunt Bartol. & Cæpolla præcisus in locis. Cum vero nullum adiectum fuit pactum expresse, sed tamen contrahentes recesserunt à contractu intra modicum tempus, tunc oritur præsumpta simulatio, quæ sola non sufficit ad delegendum contractum simulatum & usurarium: sed iungi debet cum aliis præsumptionibus. Ita Cæpoll. præcitato in loco, numero 79. in fin. & huius traditionis ratio est: quia simulatio ab initio contractus consideratur, an illa interuenit, cum non sufficiat ex post. Ita Bald. in l. vnic. ca. 9. 10. C. si seruis extero. & Natta in consi. 628. numero 20. libro 2. dixi supra num. 46.

Vigesima sexta præsumptio & coniectura contractus simulati & usurarij sumitur à modo recedendi ab ipso contractu emptionis & venditionis, quando scilicet receditur per restitutionem instrumentorum incisorum, atque ita per modum recessus ab ipso contractu, non autem per modum nouæ venditionis, sicuti fieret, quando ab initio facta fuisset venditio verè. Hanc coniecturam probauit Cæpolla in d. tracta. de simulatione contractuum, numero 80. vers. 26. præsumpt. post Cast. in d. consi. 74. in causa mota per D. Dorotheam. colum. 3. versu. 3. resultat. libro 2. Idem affirmat Afflic. in c. 1. in princip. numero 37. versu. 16. de feudo dato in vicem legis commissi. & Mascard. in conclus. 44. numero 3. Nam ipsa insolita arguunt suspicionem. l. si quid sub conditione. ff. de condi. insti. & diximus supra in noua coniectura. Atqui quando fit reuenditio non inciduntur instrumenta venditionis iam factæ, sed aliud instrumentum ipsius reuenditionis conficitur. Ergo per incisionem hanc insolitam arguitur suspicio simulationis. Nec huic sententiæ repugnant aliqua iura, quibus satisfact Cæpolla præcitato in loco, n. 80. vers. in contrarium tamen.

Ernt præterea obseruandum, prædictas præsumptiones &

suspiciones contractus simulati & fœneratiij purgari, quando per nouum contractum receditur ab eo primo simulato & fœneratiio. Ita responderunt in specie Rom. in consilio 304. Plura sunt in fine. & Ruinus in consilio 16. in fin. libro 4. De his satis.

PRÆSUMPT. CXXIII.

Vfuris quando & quomodo in contractu mutui commissa præsumatur.

SUMMARI.

- 1 Vsuræ directæ in mutuo, in aliis contractibus per indirectum committitur.
- 2 Mutuum fœneratiuum esse non præsumitur. Receditur tamen ab hac regula, aliis coniecturis. num. 3
- 4 Fœnus vt præsumatur suspicitur plus acceptum quam datum esse. Nec personam mutuantis considerari, an fœnerari consueuerit. numer. 5
- 6 Restitutionis incertitudo non tollit vitium fœnoris in mutuo.
- 7 Fœneratiuus nen præsumitur contractus, quando aliis coniecturis apparet animum contrahentium non fuisse fœnerandi.
- 8 Fœneratiuum contractum esse, & contrahentes ita fœnus exercuisse, vt possint puniri, diuersa sunt.
- 9 Veritas per iuratum affirmare vel negare non immutatur.
- 10 Lucrum præter animum & voluntatē accedens, usura non est.
- 11 Mutuum fœneratiuum præsumitur contractum inter personas, nulla amicitia coniunctas. Idque præsumitur, si mutuatarius pecunia summo pere indigebat. num. 12.
- 13 Mutuum præsumitur fœneratiuum, quando mutuatarius magno pretio rem emit, non empturus, nisi pecuniam mutua recuperet.

Recepta est apud omnes sententia, vsuram propriè & directè & committi in mutuo: in aliis vero contractibus, vt emptiois & venditionis, & similibus impropiè, seu indirectè, cum in his & aliis contractibus, vt emptiois, & venditionis insit mutuum implicitum. Hanc sanè sententiam auctoritate quamplurimum probauit in consilio 109. numero 28. libro 2. & illis accedit Dec. cons. 2. num. 11. libro 1. Porro dubitari sapè solet, quando & quomomodo præsumatur commissa vltima contractu ipso mutui?

Et pro regula statuendum est, non præsumi mutuum fœne fœneratiuum, sicuti de aliis contractibus dixi supra, & in specie mutui tradunt Bald. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si certum petat. & ibidem Iason & Dec. vt que numero 6. Non hic repetam rationem quam supra commemorauit. Receditur tamen ab hac regula à præsumptionibus & coniecturis, sicuti post alios respondi in d. consi. 109. numero 7. Est ratio, quia (vt supra admonui) contractus illi fœneratiij solent clam & secreto celebrari: & propterea cum difficultis sint probationis, coniecturæ & præsumptiones sufficiunt, vt scripti in libro 2. de arbitrii iudicium. ca. 1. 6. num. 8. & in ca. 247.

Prima itaque est coniectura, quando quid ultra mutuum recipitur, vel promittitur. Nam illud præsumitur usuræ causa datum, vel promissum. Est ratio, quia repugnat præcepto diuino, mutuum dare, nisi inde sperantes. Luc. cap. 6. Nec hoc in casu requiritur quod is mutuum consueuerit fœnerari: cum sufficiat ad præsumendum fœnus plus esse acceptum quam datum. Ita docuit Bald. in d. l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si certum petat. & apertius ibidem Cast. n. 5.

Nec verum est, quod scribit Deci. in d. §. rogasti. numero 5. etiam in mutuo considerari fœnerari mutuantis, an consueuerit fœnerari. Illæ enim auctoritates Bald. Salic. & Alex. quas recenlet ipse Deci. in aliis contractibus loquantur, vt dicemus infr.

Extenditur hæc coniectura, vt locum habeat etiam si ratione incertitudinis restitutionis aliquid vltim mutuum promitteretur. Nam adhuc præsumitur usura. Cum incertitudo restitutionis non tollat vitium fœnoris in mutuo. Ita docuit Alber. in l. inuenimus. l. 2. col. pen. vers. quid de tali contractu. C. de sacros. eccles. qui attestatur iudicasse collegium Doctorum vniuersitatis. Et Albericum secuti sunt Deci. in d. §. si tibi. num. 4. in fin. in l. de fideicommissi. num. 3. C. de tract. in consi. 127. num. 1. Nam incertitudo non purgat suspicionem fœnoris. ca. nauiganti in prin. de usuris.

Et in hoc differt contractus mutui à contractu emptiois & venditionis: qui sanè emptiois contractus respectu incerti euentus consistit, qui alioqui non valeret, sicuti emptio annui redditus ad vitam, sicuti tradunt Holtien. & alij commemorat à Decio in d. §. si tibi. & in d. l. de fideicommissi. numero 4. C. de trans.

C. de transac. et si Ias. in d. §. si tibi. obicitur l. si ea lege. l. fumeni. & l. oleo. C. de usuris, & dicemus infr.

Declaratur prin. d. hæc coniectura, vt locum non habeat, quando alius coniecturis apparet possit, mutuantis & mutuantarij animus & propositum non fuisse fœnerandi. Nam tunc non videretur contractus fœneratiuus. Ita colligi videtur ex gloss. & Docto. in l. si quis nec causam. in princip. vbi Dec. num. 1. ff. si cert. petat. Cæterum animaduertendum est, quod duo hæc sunt diuersa, f contractum esse fœneratiuum, & contrahentes fœnus ita exercuisse, vt puniri debeant. Nam vt quis tanquam fœnerator puniatur, inspicit & considerari debet qualis eius fuerit animus & propositum. c. consulti. vbi Docto. de usuris. sic & in l. si quis nec causam. in princip. ff. si cert. petat. consideratur animus & propositum mutuantis ad iucandam an fœnus exercere voluerit, qualis sit. Et hic ipse animus & propositum vel ex qualitate personæ satis probatur, vt si est homo diues, qui non indigeat, vt inquit Fulg. in l. si quis nec causam in prin. vbi etiam Deci. vel si est homo bonæ conditionis & famæ.

Probat etiam hic animus iuramento ipsius mutuantis, vt scribunt gloss. in Clem. vltim. in verbo, negociandi de censib. Bald. in l. cum proponas. C. de nautico fœnore. & Alex. in l. cætera. §. sed est quis. de leg. 1. & Dec. in d. l. si quis nec causam. in prin. num. 1. qui hoc intelligit, & nisi repugnet alia præsumptio & coniectura, ex sententia Bartol. in l. inter omnes. §. rectè, ff. de furtis.

Contractus verò ipse etiam si contrahentium non affuerit fœnerandi aut vtriusque athen non desinit esse fœneratiuus, vt si actum est quod plus quam mutuum restituitur. Et si enim contrahentes errore lapsi, exitimauerunt contractum esse legitimum, atque eorum opinio non tollit veritatem cum per nostram affirmate, vel negare non immutetur. Porro illud concedimus, quod si præter voluntatem & animum fœneratiuum aliquid secundario accessit, vsuram non esse. sicuti post Cornueum in l. si ascendat. C. de pactis. & alios scribit Ioan. Baptista Lupus in cap. nauiganti. in 3. part. nu. 29. de usuris.

Secunda est coniectura: in contractu mutui, quando nulla penitus intercedebat amicitia inter mutuantem & mutuatarium. Non enim præsumitur, quod is mutuas gratis mutauerit, sed potius sub usuris. Ita respondit Bald. in consi. 133. Quædam mulier filiofamil. col. 2. lib. 1. quem post Cræuet. in consi. 73. num. 16. secutus sum in consi. 109. num. 14. Non enim consueuerunt homines tā grata seruitia ignotis conferre sine aliquo præmio, vt experientia docet. Et hæc quidem coniectura tunc maxime procedit, quando is mutuatarius hie pecuniis valde indigebat. Ita respondi in d. consi. 109. num. 16. ex sententia Gemina. in consi. 112. col. 2. vers. item ista non videtur. Calcan. in consi. 26. num. 19. vers. & ita dicendum est. & Crau. in consi. 156. num. 13.

Tertia est coniectura & præsumptio mutuum esse fœneratiuum, quando mutuatarius magno pretio emit rem quam non emisset, nisi pecuniam illam mutuo fuit habiturus. Quod enim plus pretij numerare promittit, ob causam mutui promittit, & ideo fœnus est, arg. c. est quæstiones. de simo.

Et in specie respondi Gemina. in consi. 16. ce. 2. vers. 2. concurrunt, quem secutus sum in consi. 109. num. 9. & 15. lib. 2. Et ibi, num. 18. commemorat Baldum in l. cum allegas. num. 11. C. de usuris. qui dixit, fœneratores consueuisse vt hac fraude: recipiunt remissionem de vera sorte, res steriles vel nomina debitorum distilis exactiois vendunt illis, qui mutuo pecuniam susceperit, pretio certo, quod postea repetunt. Et ait Bald. id fieri ob mutuum, quod aliis ille mutuas non concessisset: atque ita (inquit Bald. usura committitur. Et refert Bald. Idem docuisse Bart. in l. cum vir uxori. ff. de iure dotium. His accedunt Rom. sing. 440. Laur. de Red. l. phis in Tract. de usuris. q. 63. Ang. Clauusius in summa, in verbo, usura. il. 1. nu. 6. & Tyraq. in Tract. consang. §. 2. in glo. 18. nu. 70. Et hos secutus sum in consi. 109. num. 18.

PRÆSUMPT. CXXIV.

Alienatio bonorum in fraudem fisci simulatè facta ad euitandam publicationis bonorum pecuniam, & alienatio bonorum facta in fraudem caeditorum, quando præsumatur.

SUMMARI.

- 2 Alienationes in fraudem fisci factas, non esse nullas ipso iure, sed reuocandas. Bona post delictum commissum, an publicentur ipso iure, vel

- per sententiam differentia est.
- 3 Fraus alienantis, coniecturis, & præsumptionibus, cur satis probetur. Et ex aliquibus casibus vrgentes esse debent. nu. 4.
- 5 Alienatio omnium bonorum facta tamen multo tempore ante delictum commissum, nulla delinquendi suspicione existenti fraudem arguit. Aut si delictum in genere tantum cogitatum sit. nu. 6.
- Aliud si facta sit lucratio titulo, multo quidem tempore ante delictum commissam, subsistente tamen suspicione delicti committendi. nu. 7.
- Idque procedere etiam in alienatione maioris partis bonorum tantum. nu. 8.
- Aut in alienatione omnium melioramentorum. nu. 9.
- Et quod non intersit, etiam si temporibus interpolatis fiat alienatio. nu. 10.
- Locum etiam habere in alienatione cum titulo oneroso. numero 11.
- Cessat tamen fraudis suspicio, si re ipsa pretium numeratum sit, quod loco rei succedit. nu. 12.
- Et alienationem viliori pretio factam, ad iustum pretium tantum reuocari. nu. 13.
- 14 Alienatio bonorum in fraudem fisci facta non præsumitur, ab eo qui ita deliquit, vt puniri se posse, non speraret. Idem si alienatio, iustis de causis facta sit. nu. 15.
- 16 Actus necessary fraudis suspicionem elidunt.
- 17 Alienatio bonorum titulo lucratiuo facta, & delicto statim subsequuto, fraudulenta præsumitur. Idem si titulo oneroso fiat. nu. 18.
- Nisi tamen aliqua repugnaret ratio. nu. 22.
- 19 Actio gesto incontinenti, argui fraudem actus præcedentis.
- 20 Incontinenti quid gestum dicatur, arbitrio iudicis committitur.
- 21 Donationes factæ intra biennium ante commissum delictum, non valent in Ducatu Mediolanensi.
- 23 Alienatio bonorum ante delictum commissum in fraudem fisci commissæ dicitur donatione omnium bonorum facta in personam propinquam. Distinguit Bart. tres casus relatos. nu. 24, 25. & 26.
- 27 Coniunctus facta coniuncti quando scire non præsumatur.
- 28 Coniuncta persona quæ dicatur.
- 26 Amicitia maioris est ponderis quam fraternitas.
- 30 Alienatio in fraudem fisci facta præsumitur quando alienans in possessione rei alienatæ perseuerauit. Alia tamen coniectura concurrente. nu. 31.
- Nec refert si alienans adhibuit clausulam constituti, se possidere nomine illius in quem facta est alienatio. nu. 32.
- Item facta etiam corporali traditione, si fraudulenti traditionis alia coniectura ad sit. nu. 33.
- Fallit tamen si fructus emptori persolueret, quo casu fraudis cessat præsumptio. nu. 34.
- Item si vnum fructum sibi reseruasset, cuius causa tunc in possessione diceretur esse. nu. 36. Vbi tamen pretij inspiciendâ quantitas. nu. 37.
- Item si modico tempore perseueret in possessione, quæ casu fraudis cessat suspicio. nu. 38.
- Item si alienatione facta, vel à civitate cepit abesse, vel decessit relictis impuberibus ignaris celebrari contractus. numero 39.
- 35 Possidere magis dicitur qui fructus consequitur, quam qui rem corporaliter desinet.
- 40 Alienatio bonorum ante commissum delictum, facta clam, præsumitur in fisci fraudem facta. Distinguit Bartol. aliquot casus, relatos numero 41, 42. & numero 43.
- 44 Alienatio quando clam facta dicatur.
- 45 Clam consecutum dici contractum, quando instrumentum super eo consecutum, non publicatum, sed occultatum fuit.
- 46 Alienatio in fisci fraudem facta dicitur, si facta sit sub conditione, veluti. Dono, si bona mea publicari contigerit.
- 47 Donatio facta uxori à marito in casum deportationis, cur valeat.
- 48 Publicationem bonorum extra territorium non trahi.
- 49 Res credendi duobus, vni facta solutione, aliter excluditur.
- 50 Alienans in aliquem, & casu quo contingat bona eius publicari donans alteri, non dicitur in fisci fraudem facere.
- 51 Donans hoc pacto, vt si contingat bona mea confiscari, me tenearis alere, non dicitur in fisci fraudem facere.
- 52 Alimenta cui non debeantur bonis publicatis.
- 53 Donasti mille mihi, & hereditibus meis, si homicidium commiseres, eo commissio & re fugiuiuo, cur petere ea possim.
- 54 Alienans omnia bona, & postea delinquens in ipsoque deprehensus crimine, præsumitur in fisci fraudem facere. Idem in eo qui notoriè deliquit, & postea alienauit. numero 55.

in l. si quando. C. unde vi. & Deci. in cons. 410. vers. quarto. Quo circa (subiungit Alciat.) se aliquando respondisse, quod cum principis decreto cautum esset, quod donationes factæ a reo intra bitemium, ante patratum crimen, fraude factæ præsumerentur, & reus per contumaciam fuisset damnatus, non præsumi fraude donatum in detrimentum donatarij: cum illa sit quædam facta tacitaque confessio quæ alteri non nocet. Quæ declaratio egregia est ad Decretum Mediolani, in quo id cautum est, ut Alciat. scripsit, sicuti huius Decreti meminit Bossi. *in d. tit. de publicatione bonorum, numero 44. Immo subiungit Alciat. in d. l. post contractum, num. 33. se fortius putare, quod si aliquis sua confessione prædamatus sit, cum aliter non apparet de delicto, hoc emptori, vel donatario nocere non posse. l. 1. §. item illud. ff. ad S. C. Syllania. Nam sicuti ipse venditor vel donator, non possit hos contractus rescindere l. sicut. C. de actio. & obligat. ita nec sua confessione sciendere l. sicut. C. de actio. & obligat. ita dicimus confessionem præcedentis, nocere non posse cessionario. l. facta. §. si heres. ff. ad Trebel. sic & sententia lara contra prædamatorem, non nocet emptori post pignus contractum. l. si superius. ff. de pign. Nec pugnat auctoritas Bartol. in d. l. cum filiusfamil. numero 5. de verbo. obligat. quia secundum Alciatum loquitur, quando delictum præcessit donationem, non autem quando subiectum est. Item (ait Alciat.) intelligi debet, quando confessio est verisimilis, ut quia adessent indicia, iuxta l. quæro. in fine. ff. de edil. edict. nec donatarius contrarium probare vellet. l. 2. §. 1. ff. si ex nax. causa aga. & in specie respondit Comens. in consil. 155. col. 3. Hæc tamen traditio non habet locum quando probaretur confessio prædamatæ ante ipsam alienationem, ut si dixisset quod volebat alienare hæc, & simulatæ. Ita Soc. Sen. in cons. 264. colum. 2. vers. 6. arguitur. lib. 2. Idem quando ad instantiam partis facta est confessio quo ad præiudicium ipsius contentis, ut loquitur Bero. in consil. 170. numero 11. libr. 1.*

Declaratur secundo, ut locum non habeat hæc coniectura, quando prædamatio facta fuisset ex causa necessaria, ut puta alimentorum doris, & simili. Ita Alciat. in d. l. post contractum, num. 34. & dixi supra in prima coniectura, in prima declaratione.

Septima est coniectura, quando reus est de erimine prædamatus, & post ipsam accusationem alienat. Hoc casu præsumitur alienasse, ut fraudaret fiscum. Ita Picus in d. l. post contractum, num. 68. vers. nonam adde, post Imol. ibi in fin. Angel. & Salicet. in l. si quis post hæc. colum. pe. C. de bonis proscript. ac Gemin. & alios in cap. cum secundum. in fine princ. de hæretic. in 6.

Octava est coniectura, quando ipse alienans prædamatus sit aliqua verba ante alienationem quibus conici posset, cum cogitasse de futuro delicto, puta si minando dixisset, prout deo rebus meis, deinde noui aliquid faciam. Hoc casu secuto delicto post alienationem illa fraude præsumitur facta. Ita Picus in d. l. post contractum, numero 68. vers. cu. decimam, & ultimam. qui motus est auctoritate Bartol. in l. ultim. ff. de his que in fraudem cred. & Baldi ac Alexan. in l. metum. C. quod metus causa, dum similibus in casibus loquuntur. Et egregie Alciat. in l. si maior. l. 1. vers. 7. cum. C. de transac.

Hactenus de donatione facta inter viuos: sed dubitari etiam contingit, quid si causa mortis donatum est, an & hæc reuocetur ad commodum fisci, secuta condemnatione donantis ob perpetratum delictum? Et dicendum est donationem hanc prædamatam, etiam quod sine fraude facta sit si aliquis ff. de donatio. causa mortis, iuncta l. eius, qui. ff. de testam. sic dicimus donationem causa mortis factam a liberto præsumi factam in fraudem patroni, & ob id reuocari posse. Ita Lucas de Penna in l. 3. præsumptio. §. C. de apochis publ. lib. 10. Hæc tamen sententia locum non habet, in donatione facta prædamato, quia eam a fisco defendere poterit, & stat in pendenti. Nam si maritus eam non reuocat, remanet penes ipsam vxorem, post mortem mariti, si autem reuocat acquiritur sibi: quia futura non veniunt in confiscationem. Ita probat l. sed est mors. ff. de don. inter vir. & vxor. Ex quo sumitur cautela contra fiscum, quod timens ne propter delictum fisci bona sua inuadat, donec ea causa mortis vxori, quia si bona publicabuntur, non comprehendentur hæc vxori donata. Ita singulariter docuit Bald. in l. executorum. col. 9. vers. quæro, quidam timens. C. de executio. rei iud. quem secuti sunt Cast. & Rom. in d. l. post contractum. ff. de don. l. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. & Nat. in cons. 540. in fin. lib. 3.

Differamus nunc de alienatione bonorum facta in fraudem creditorum, an scilicet & quando illa præsumatur? & quidem dicimus, regulariter fraudem præsumi: ut attigimus supra.

Recedimus tamen à prædicte regula coniecturis & præ-

sumptionibus: sicuti in specie annotatur per multi Doct. quos infra commemorabimus.

Et hæc quidem coniectura ducuntur vel à qualitate personæ debitoris alienantis, vel à qualitate & quantitate bonorum alienatorum, vel qualitate personæ, in quam facta est alienatio: vel à qualitate & forma numerationis pecuniæ factæ aliis creditoribus. De singulis dicendum est.

Prima itaque coniectura & præsumptio est, quæ ducitur à persona ipsa debitoris, sicuti est illa decoctoris, quem fraudatorem appellat Papini. in l. quod privilegium §. ff. de positi. iungatur cum §. quoties. legis præcedentis, quæ Vlpiani est. sic & Bal. in cons. 382. in quæst. Attilian. in fine. & in cons. 400. In libris Thesaurariæ lib. 5. dixit hos præsumi fraudatores & decoctores, & Baldum secuti sunt congesti à Benvenuto Straccha in tract. de mercatura in tit. de decoctoribus in 3. part. numero 1. & num. 23. recenset etiam Bartol. affirmantem, bonam esse consequentiam, fallitur ergo fraudator. solent enim (subiungit Benvenuto num. 24.) decoctores intricatæ rationes tam in codicibus quam in aduersariis in detrimentum creditorum, ex quo dolus malus præsumitur. l. summa. cum ratione. ff. de peculio. & l. quidam. ff. de in rem vers. ubi gloss. & tradit Iason in §. item si quis in fraudem, num. 37. Insti. de actio. solent etiam ij decoctores committere alta multa, quæ eorum fraudem arguunt, ut apud ipsum Benvenutum nu. 26. & multis sequentibus. Est etiam coniectura fraudis ducta à qualitate personæ debitoris, ut si quis humilis, & deplorata vitæ obligationem exhiberet maioris summa, quam ut verisimile sit eam speraturum fuisse. Ita Alciat. in l. si maior. in fin. C. de transac. post Curt. Sen. in cons. 56. in fin. adducti ambo texta l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden.

Secunda est coniectura quæ sumitur à qualitate & quantitate bonorum ab ipso debitore alienatorum: sicuti quando titulo lucrativo alienauerit omnia bona l. omnes. §. Lucius. ff. de his que in fraudem credito. & ibi gloss. & Bart. sic & Iason in §. item si quis in fraudem, nu. 34. Insti. de actio. & ibidem copiose Gomef. num. 18. qui dixit præsumi fraudem etiam ex parte donatarij. Et prædictos secutus est Benvenuto in d. tit. de decoctoribus, num. 29.

Extenditur primò hic casus, ut locum habeat etiam in alienatione omnium bonorum facta titulo oneroso, ut venditionis. Ita Bartol. in d. §. Lucius. & in l. qui testamentum. ff. de probatio. & in l. post contractum. n. septimo. ff. de don. l. l. in d. §. item si quis in fraudem, numero 34. Insti. de actio. & ibidem Gomef. numero 18. qui dixit fraudem hoc in casu non præsumi ex parte emptoris.

Cæterum hanc traditionem intelligunt Imol. & Roma. in d. l. post contractum. & Soc. Sen. in cons. 14. num. 7. lib. 4. procedere quando venditio hæc facta fuit multo præ minori precio, quam valent bona ipsa, & ibidem affirmat Benvenuto in d. tit. de decoctoribus, par. 3. num. 2. post Iason. in d. §. item si quis in fraudem, nu. 35. & ibidem Gomef. nu. 19. qui pariter dixit, hoc etiam casu non præsumi fraudem ex parte ipsius emptoris, nisi sit persona suspecta, ut puta sanguine coniuncta. Et simile de locatione multo minori precio facta in fraudem sanguinci qui rem venditam potest redimere, tradit Tyraqu. de retract. consang. §. 1. glo. 7. nu. 75. vers. primum igitur.

Extenditur secundo, ut locum habeat etiam in creditore alienante maiorem partem bonorum. Ita gloss. & Bart. in l. nomen. §. filio de leg. 3. Iaf. in d. §. item si quis in fraudem, nu. 36. & Gomef. num. 20.

Extenditur tertio, ut procedat etiam in alienante res magis pretiosas. Ita Angel. in d. §. Lucius. in l. Marcellus. §. et que. ff. ad Trebel. & in l. ultim. C. de scriptis seruo. Iason in d. §. item si quis in fraudem, numero 37. & Gomef. numero 20. vers. dictum tamen. Qui quidem dixerunt text. l. summa cum ratione. ff. de peculio. allegatum ab Angelo non probare, & propterea ea ratione usus est Gomef. quod alienando, res pretiosiores, videtur alienare maiorem partem bonorum. Quæ sanè ratio, si exactè perpendatur, non adhuc multum satisfaciunt.

Extenditur quarto ut locum habeat etiam quando non simul & semel, sed particularim prædamatur, & interpellatim bona ipsa à prædicte creditore fuerunt alienata. Ita Bartol. in l. nomen. §. filio de leg. 3. Bald. in l. 1. quæst. 4. C. de his que in fraudem credito. in l. 2. C. de repudi. hæred. & in l. 1. in fine. C. qui bonis credere poss. Angel. in d. l. omnes. §. Lucius. ff. de his que in fraudem credito. Ancha. in cons. 57. colum. prima. Iason in d. §. item si quis in fraudem, numero 38. Insti. de actio. & Gomef. numero 20. vers. item ampliatur tertio. qui num. 22. distinguit conciliandæ opinioniones.

Tertia est coniectura sumpta à qualitate solutionis & numerationis factæ aliis creditoribus, ut si debitor soluit quibus creditoribus ante euentum dici. Nam & tunc fraudis respectu temporis præsumitur. l. air. prætor. §. si in diem. §. l. omnes. §. ult. ff. que in fraudem credito. & tradit Benvenuto in d. tit.

in d. tit. de decoctoribus, num. 28. qui subiungit, idem esse quando debitor soluit creditoribus minus privilegiatis, eos anteponeus magis privilegiatis: ex sententia Castren. in l. summa. num. 6. ff. de peculio. Non commemoro alios quosdam casus ab ipso Benvenuto congeitos.

PRÆSUMPT. CXXV.

Simulatio de persona ad personam in contractu emptionis, & de aliis simulationibus in donationibus quando præsumantur commissæ.

SYMMARIA.

- 1 Simulatio de persona ad personam, quomodo dicatur committi. Et quod ea non præsumatur in dubio, num. 2.
- 3 Simulatio de persona ad personam, quibus coniecturis detegatur, num. 4. & sequi.
- 4 Marito emente quando nomine vxoris emisse præsumatur. & num. 5. 6. & 7.
- 8 Donatio simulata quando præsumatur, yemissimè.

DE multiplici simulatione quæ de contractu ad contractum committi solet, diximus supra. Nunc differendum est de aliis nonnullis, & primum quidem quando simulatio præsumatur commissæ à persona ad personam, ut maritus verè emit, & tamen in emptionis instrumento dictum, & affirmatum fuit vxorem emisse. Quæ sanè simulatio, dicitur committi de persona ad personam, ut scribunt Bald. in l. multum, num. 2. C. si quis alteri, vel sibi, est Afflicti. in c. 1. in princ. numero 13. de feudo dato in vicem legis commissi. dubitet. Hæc autem simulatio, sicuti & reliquæ omnes, in dubio præsumuntur: ut tradit Afflicti. prædicato in loco, num. 14. sed tamen detegitur præsumptionibus, & coniecturis: quemadmodum & hæc, de quibus iam differuimus, & in claris histerminis, sic respondit Deci. in consilio 543. num. 13.

Prima est præsumptio, & coniectura, quando prædamatio acquisitionis instrumentum, tractatum fuit inter maritum, & vxorem, vel maritum, & venditorem, quod ipse maritus esset emptor: sed quod nomen ipsius vxoris tantum scriberetur, numero 2. Deci. in cons. 543. num. 18. in fin. & Afflicti. in d. cap. 1. in princ. num. 12. vers. sed qualiter. ff. de manumiss. quem explicauimus supra in præsumpt. 122. in coniectura penult.

Secunda est coniectura, prædamatio quando vxor confecto ipso emptionis instrumento recognoscendo bonam fidem, confessa est, rem emptam fuisse pecunia mariti. Ita Socin. Sen. in cons. 129. num. 13. lib. 4. & Afflicti. in d. cap. 1. in princ. num. 12. vers. item si probetur, & qui in verisimili autem res subiungit, quod si verè tradita fuisset ipsi mulieri, cessaret suspicio simulationis: & ob id teneretur restituere pretium marito. l. vxor. ff. de don. inter virum & vxor.

Tertia est coniectura, quando prædamatio constat, rem traditam fuisse vxori, non autem marito. Nam tunc præsumitur contractus simulatus. Ita Bald. in d. l. multum, num. 2. Deci. in d. cons. 543. num. 15. 16. & 18. qui Angelum, & alios refert, quos etiam secutus est Socin. Sen. in d. cons. 129. num. 12. lib. 4. Afflicti. ubi sup. Et ij quidem adducti sunt l. P. apin. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. si filij. C. cod.

Quarta est coniectura, quando vxor nil egit & tractauit, super ipso contractu emptionis. Nam ex tractatu habito à marito, præsumitur, quod ipsemet emerit sua causa: sed simulatè scribi fecerit in instrumento nomen ipsius mulieris. Ita Afflicti. in d. cap. 1. in princ. num. 13. de feudo dato in vicem legis commissi. Et ratio est, quia tractatu & ordinatione præcedenti præsumitur simulatio, ut scripsit Bald. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Ita quoque diximus supra in præsumpt. 122. in secunda coniectura, contractum fecerantur detegi ex præambulo tractatu.

Quinta est coniectura, quando maritus ipse semper suo nomine possedit, & fructus percepit, nulla habita ratione ipsius vxoris. Ita Deci. in d. consil. 543. num. 18. vers. & ista conclusio. qui sic respondit de quouis altero, qui sua pecunia emit, & possedit fructus percipiendo, etsi in instrumento emptiois scribi fecerit alterius nomen, argum. l. cum de in rem vers. & l. cum quidam. ff. de vsuris. & c. contingit. de transac.

Sexta est coniectura, etsi leuis, quæ colligitur ex æstimo & catastro, in quo res empta sit nomine mariti descripta. Hæc enim coniectura, si cum aliqua alia iungatur simula-

tionem detegit ita declarando Baldum in l. multum interest, numero 3. C. si quis alteri, vel sibi; respondit Socin. Sen. in d. consilio 129. numero 14. libro 4. & secutus est Petrus Ioan. Ancha. in 7. 80. numero 18. part. 3. Catastrum enim, cum alio adminiculo probare scribunt Doct. in l. decem. §. decem. de verb. oblig. & copiose differit Mascard. in tract. de probatio. conclus. 274.

Hic annexi possent illæ coniecturæ simulatæ donationis, quas enumerant. Alcia. in l. si maior. col. 1. C. de transac. Decianus in consilio 32. libro 3. Franciscus Beccius in consilio 52. & Mascard. in tract. de probatio. in conclus. 557. & 558.

PRÆSUMPT. CXXVI.

Metus an, & quando illatus præsumatur, & quando perdurare, ac purgatus dicatur.

SYMMARIA.

- 1 Metu compulsus nemo contrahens præsumitur. Idque præferri si in ciuitate vel loco celebri contrahatur, in numero 3.
- Aut presentibus amicis, id non concessuris, num. 4. Vel ab his quibus is qui metum allegat, poterat imperare, numero 5.
- 2 Metum incutere, est delinquere.
- 3 Metus non præsumitur, etsi quis magnum dederit pro modico. Limitatur tamen in Tyranno, numero 7. vel nisi adsit enormis læsio.
- 4 Metus illatus, nec quidem à magistratum vel dignitatem obtinente præsumitur.
- 5 Metus illatus ex præsumptionibus extantibus probatur. Idque præferri in contractibus clam, aut noctis tempore confectis, numero 10.
- 6 Probationes leuioribus in his que clam sunt, sufficiunt.
- 7 Principe cum subditis contrahente, metus illatus præsumitur. Id tamen quomodo accipiendum, num. 13.
- 8 Collectas præstare subditos, grauans princeps, metu præsumitur compulsisse.
- 9 Metus illatus præsumitur, re alienata, quæ alienari non consueuerat. Idem si contrahens rubore, & verecundia afficiatur, numero 16.
- 10 Aut fuerit lacrymatum contractus tempore, num. 17. Aut eo tempore verosimiliter non contraxisset, num. 18. Nec adhibiti sint ij, qui in similibus contractibus adhiberi debissent, numero 19.
- 11 Metus scilicet præsumitur beneficio spoliatus, & deinde illi renuncians.
- 12 Suum iactare nemo velle præsumitur.
- 13 Metum illatum præsumi ex communis voce, & fama.
- 14 Metu contraxisse præsumitur qui de eo protestatus postea fuerit.
- 15 Metus illatus præsumitur, precedentibus nimis illius, qui consueuerat exequi.
- 16 Minas inferre metum iustum, quæ requirantur.
- 17 Metu præsumitur contraxisse, qui est in carcere, aut loco, vel tempore quo libertate caret. Item si ad ostium domus adsint armati.
- 18 Metus illatus durare præsumitur, eadem metus causa existente.
- 19 Actus facti incontinenti post metum illatum, metu facti præsumuntur.
- 20 Contractus metu celebrato, præsumuntur omnes clausule in instrumento per metum adhibitæ.
- 21 Testibus duobus de metu attestantibus una cum coniectura existente, plus creditur quam mille deponentibus de voluntate spontanea.
- 22 Matrimonium contractum metu, plus creditur testi uni, quam aliis contrarium asserentibus si metus coniectura existat.
- 23 Metus purgatus esse quibus præsumptionibus, & coniecturis appareat.

ET si supra in præsumptione quarta huius libri explicauerim, quando in contractu matrimonij præsumatur illatus metus, & quando perdurare, ac demum quando præsumatur purgatus: Attamen non grauabor hoc in loco eodem ordine differere de metu aliis in contractibus illato.

Primum itaque est caput, quando præsumatur illatus metus in ipso contractu? Et pro regula constituendum est, quod nemo prædamatens præsumitur metu compulsus. l. 2.

C. de his que vi metusve causa. vbi glo. Bald. & reliqui. Et ratio est, quia metum ꝑ incutere est delinquere, & delictum non præsumitur. *l. merito. ff. pro socio.* Hanc rationem probatur Innocent. in c. causam matrimonij. de offic. deleg. & Alciat. in tract. de præf. reg. 3. præsumpt. 7. num. 1. Et hæc quidem præsumptio maximè locum habet, quando ꝑ contractus celebratur in ciuitate, vel alio loco celebri, in quo assidue ius redditur. *l. ste. in prim. ff. quod metus causa, & eius verba hæc sunt. Non est verisimile, compellum in vrbe iniquè indebitum soluisse eum qui claram dignitatem se habere præterdat: Cùm potuerit ius publicum invocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtique eum pati prohibuisset: sed huiusmodi præsumptioni debet aperitissimas probationes violentiæ opponere. Et huc etiam facit text. *l. si seruus, in fine. C. quod cum eo. & scribunt Iaso. & Dec. in l. si super possessione, C. de transact. & ad rem nostram magis Lucas de Penna in l. 3. in 4. præf. C. de apochis publ. lib. 20. & Alciat. in resp. 504. num. 7. & hos secutus sum in consil. 410. numero 3. libro 5. Habet etiam locum multo magis hæc præsumptio, quando celebratus fuit contractus presentibus ꝑ amicis, qui passi non fuissent infetiri metum. *l. transactio. vbi Iaso numero 1. C. de transact. & dicemus infra. s. vbi Leo. & dixi in d. consil. 410. num. 4. Ber. consil. 49. num. 27. lib. 1. Et præterea multo minus præsumitur illatus metus ab his, quibus allegans metum imperare ꝑ poterat. Bald. in consil. 458. Quod dominus. li. 2. Angel. in consil. 219. Arbitror. & Benuenut. Straccha in tract. de mercatura. in tit. de navigatione. num. 23.***

Extenditur primò, vt procedat hæc præsumptio etiam quando ꝑ quis dedit magnum pro medico. Ita Barto. in l. interpositas. numero 5. & ibid. Ias. num. 1. C. de transact. Ruin. in consil. 60. num. 7. lib. 3. Alba in consil. 77. num. 21. Verum Ias. in d. l. interpositas. num. 4. vers. limitat, intelligit, nisi quis dedit ꝑ tyranno. Nam tunc meto dedisse præsumitur. Hanc extensionem intelligo nisi adest eno mis læso. Ita Castren. & Alciat. quos retuli & secutus sum in d. consil. 410. nu. 12. lib. 5.

Extenditur secundo, vt procedat etiam in obtinere ꝑ dignitatem, & magistratum. Nam adhuc non præsumitur metus ab eo illatus. *l. ad inuidiam. C. quod metus causa, vbi Doct. & declarant Dec. in consil. 219. col. 1. & Ruin. in consil. 121. libro 4.*

Ceterum, vbi extant coniectura illati metus, ꝑ satis superque ille præsumitur. Ita Cyn. in l. carcerem. C. de his que vi metusve causa. Bart. in l. si ob turpem. numero 5. & numero 7. ff. de cond. ob turpem causam. Bald. in consil. 26. Punctus infra scripti. libro 3. Anch. in consil. 299. num. 1. Com. in consil. 68. Alex. in consil. 98. num. 6. libro 3. & in l. interpositas. C. de transact. & ibid. Ias. Corn. in consil. 41. num. 13. lib. 2. Deci. in l. in omnibus causis pro facto. num. 6. & 7. ff. de reg. iur. & in consil. 219. numero 2. Et hos secutus sum in commentariis de arbit. iudic. lib. 2. casu 136. num. 1. & in consil. 1. num. 273. lib. 1. Et his accedit Alciat. in resp. 5. numero 3. & in tract. de præf. reg. 3. præsumpt. 7. Rolan. consil. ult. num. 127. libro 4. & And. Gail. Ge. manus crudelit. Iurisc. in libro 2. præf. obseru. c. 93. num. 18. & hos secutus sum in d. consil. 410. numero 8 & alios refert Mar. card. in conclus. 1057. numero 3. Idque multo magis locum habet in contractu, actiue. verè clam ꝑ & noctis te nore confecto. Alex. in d. consil. 98. nu. 6. libro 3. & in consil. 156. num. 1. libro 5. Alciat. in resp. 3. num. 5. And. Gail. in d. c. 73. num. 17. Et hi quidem ea vti sunt ratione, quia metus solet secreto, & clam incuti, ob id sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, cum in his, quæ clam fiunt, sufficiant leuiiores probationes.

Prima est coniectura, quando ꝑ Princeps contraxit cum suis subditis. Ita Ias. in l. interpositas. num. 4. C. de transact. Brun. in consil. 81. numero 4. Boer. quæstio. 100. numero 19. Crauet. in consil. 132. numero 19. & in consil. 293. colum. pen. in fine. vbi respondit, metum non præsumi illatum à subditis domino: sed e contra. Gram. in consil. 51. numero 12. & in consil. 60. num. 7. in Crimina. Quod ego intelligo, quando ꝑ princeps ille contueuit metum incurere, & minas exequi, & fecit præceptum aliquod comminatorium. Dec. in consil. 219. num. 1. & 2. latè Ruin. consil. 121. colum. 1. & 2. lib. 4. qui latè declarat. Ita pariter, quando princeps grauat subditos præstare collectas, ꝑ quas multos iam ante annos non præstiterunt. præsumuntur illi metum compulsi id facere. Alex. in consil. 1. nu. 12. lib. 4. Did. in cap. possessor. part. 2. §. 4. num. 1. de reg. iur. in 6. Ruin. in consil. 111. num. 21. lib. 5. Rol. in consil. ult. num. 123. lib. 4.

Secunda est coniectura illati metus, quando ꝑ alienata fuit res, quæ alienari non consueuit. Ita Paris. in consil. 139. num. 19. lib. 4. post Baldum in l. interpositas. C. de transact.

Tertia est coniectura, quando iste contrahendo, & contractui consentiendo rubore, ꝑ & verecundia quadam afficiebatur. Ita Ias. in additio. ad Chrysothorum Porcium in §. ultim. prope finem. in inst. quibus modis ius patr. potest. soluitur. ex l. pen. ff. de furtis. & ex gloss. in l. filius. §. inuitus. ff. de prociat. Ceterum adhibenda erit diligentia pro personæ

conditione: Nam fieri facile potest, quod rubor, & verecundia aliunde quam ex metu proueniat, sicuti sæpe contingit mulieribus, in adolescentibus, vel alio, qui fortè turpe existimat alienare bona maiorum suorum.

Quarta est coniectura, quando is, qui contraxit, vel contractui consentit, eo tempore ꝑ lachrymabatur. Ita de metu illato in contractu matrimonij scripti supra in præsumpt. 4.

Quinta est coniectura, quando non est verisimile, quod eo ꝑ tempore contraxisset. Exenplum afferri potest in filia, quæ ea die, qua pater ei mortuus est, ab affinis alicui maritum. nio traditur. Sic scripti supra in d. præsumpt. 4. vbi declarauit. Et similes coniecturas ductas à non verisimilitudine probandum metum, considerant Alba in consil. 77. num. 24. Crauet. in consil. 49. num. 5. & Roland. in consil. 100. num. 12. lib. 4. & secutus sum in d. consil. 410. num. 10.

Sexta est coniectura, quando in ipso contractu adhibiti ꝑ non fuerunt sanguine contineti, & amici, quemadmodum in similibus contractibus. Ita scripti supra in d. præsumpt. 4.

Septima est coniectura, quando quis iure suo spoliatus fuit, vt puta beneficio, & deinde illi renuntiat. Nam is metu ꝑ renuntiasse præsumitur. cap. super hoc. de renunt. vbi Innocent. Ea est ratio, quia nemo præsumitur ꝑ velle tacere suum. *l. eadem de inuito. in princip. ff. de probat. & Innocentium in specie secutus est Ale. in d. resp. 504. in fin. & in tract. de præsumpt. præsumt. 7. numero 1. & apertius Crauet. in consil. 49. numero 4. post Angelum in consil. 228. colum. 2. & Aret. in consil. 24. colum. 2. qui sic arguunt metum illatum à magistratu alicui priuato, qui iuri suo renuntiauit. Rolan. in consil. 22. nu. 12. lib. 4.*

Octaua est coniectura, quando existat vox ꝑ & familiaritatis metus. Ita Comen. in consil. 68. col. 4. & Alciat. in consil. 5. numero 8. vers. 4. com. vult. & in resp. 504. num. 5. & offic. in part. etiam, & scripti etiam supra in præsumpt. 4. in 15. coniectura.

Nona est coniectura, quando iste deinde protectus ꝑ est, quod nolebat contrahere, vel contractui consentire: sed quod coactè id fecit. Nam tunc præsumitur metu contraxisse. *l. qui in aliena. §. Celsus. vbi Ias. numero 28. ff. de acq. hered. Roman. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Praetoris. ff. de operis noui nunt. & apertius Alciat. in resp. 5. num. 8. & 2. vers. 2. conuenit præf. actio. & Crauet. in consil. 49. num. 8. Idem respondit Dec. in consil. 219. num. 2. in fin. & idem tradunt ipse Decius in l. pacta nouis. num. 11. ff. de pactis. & Rubens in l. non solui. §. morte. num. 321. ff. de operis noui nuntia. Paris. in consil. 5. num. 167. & in consil. 60. num. 31. lib. 4.*

Decima est coniectura illati metus, quando præcesserunt ꝑ minæ eius qui contueuit eas exequi. Abbas & Decius 24 in c. de offic. deleg. & Crauet. in consil. 49. nu. 1 qui post Belameram in consil. 9. & cum. dixit, quod minæ inducunt nullum metum, quando tria ꝑ concurrunt, nempe magnum periculum comminatum in persona, vel in bonis: secundo, quod minans talis sit, qui possit damnum illud inferre. Tertio, quod is minans solius sit eas exequi. Ita declaranda etiam est illa coniectura metus, quæ sumitur ex facie vultus terribilis eius qui solet & potest terrore, vt post alios tradit Crauet. in d. consil. 49. nu. 3. & ibidem nu. 9. arguit metum, quando minatus est: tunc secutus est.

Vndecima est coniectura, quando quis ꝑ contraxit in loco, vel tempore quo libertate carebat, vt in eo, qui est in carcere, iuxta *l. qui carcerem. ff. quod metus causa.* vt etiam in eo, qui aduersarij potentia impeditur profecti ius suum. Ita Crauet. in d. consil. 49. num. 6. & scripti in lib. 2. de arbitrariis iudic. casu 136. num. 4.

Duodecima est coniectura illati metus, quando ꝑ ad ostium domus, in qua celebratur contractus, extant armati, qui facile possunt armis vim inferre: sicuti de eo, qui allerebat metu contraxisse matrimonium cum puella, quam alioquin non duxisset in vxorem, nisi existentes armati ad ostium non fuissent, respondit Coine. in consil. 41. numer. 11. lib. 2. & dixi supra in d. præsumpt. 4.

Secundum est huius disputationis caput, quando metus iam illatus in ipso contractu præsumatur continuatus: Hac de re scripti nonnulla supra in præsumpt. 4. in 2. c. quæ huc pertinent. Dixi & iuuat repetere: metum præsumi adhuc perdurare, ꝑ quando extat eadem causa metus. Ita Bart. & 28 reliqui in l. pen. ff. de cond. ob turpem causam. Cald. in consil. 1. in tit. quod metus causa. Idem scripserunt Marfil. in singul. 325. Andreas Gail. lib. 2. præf. obser. cap. 93. in fin. & Alba in consil. 77. num. 14. & consil. 78. num. 12. Et metus à viro senel illatus vxori, præsumitur durare toto tempore matrimonij, ex quo eadem causa, id est maritus durat. Idem respondit Dec. in consil. 219. nu. 4. vers. 3. hic idem. & in consil. 22. & idem ipse docuit in l. omnibus causis. in fin. de reg. iur. & in l. pacta nouissima. numero 12. C. de pactis, & Boer. in q. 100. qui scripserunt, quod

quod si maritus verberauerit vxorem, vt consentiret instrumento: si deinde ex intervallo consentit, metu consentisse præsumitur: ex eo quia eadem causa metus, nempe fæuus maritus extabat.

Huc etiam facit, quod actus ꝑ incontinenti facti post illatum metum præsumuntur metu facti, ex quo eadem causa perdurat. Ita Baldus in l. 2. q. 2. C. quod metus causa. Alex. in consil. 98. in fin. lib. 3. Coine. in consil. 41. nu. 16. libro 2. Decius in consil. 219. num. 4. & in consil. 498. numero 16. Tyraquellus in tract. de retractu. conuentio. §. 1. gloss. 5. num. 21. & Alciatus in resp. 5. numero 16. vers. 3. per timorem. Rol. in consil. 2. numero 187. libro 1. & Olatus in dec. 179. numero 12. & Andreas Gail. in d. c. 93. numero 30.

Huc etiam pertinet, quod si ꝑ contractus metu celebratus est, ita & clauulæ omnes in illius instrumento adhibite præsumuntur metu adiectæ. Ita Fulgos. in consil. 176. Alba in d. consil. 77. num. 33. Roland. in consil. ult. numero 133. & numero 134. libro 4. qui similibus comprobatur. Illud quoque obseruandum hic est ex iam dictis, quod quando aliqua extat coniectura illati metus, magis creditur duobus ꝑ testibus de metu attestantibus quam mille de voluntate spontanea deponentibus. Ita Alciatus in tract. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 7. numero 4. & in resp. 5. in fin. qui ita intellexit Inn. in cap. super hoc, de renunt. & Angelum in l. vltim. in princip. ff. quod metus causa. Ita etiam declaratur quod scripsit Capolla in cautela 134. Tempore meo. cùm dixit, quod magis creditur testi asserenti, matrimonium ꝑ fuisse metu contractum, quam alis, qui sponte confectum dixerunt. Hoc sanè intelligitur, quando extabant aliquæ coniecturæ illati metus. Ita etiam declaratur reliqui omnes qui Innocentium secuti sunt, nempe Iason in l. interpositas. numero 5. C. de transact. Decius in l. in omnibus causis pro facto. numero 8. ff. de reg. iur. Ruinus in consil. 132. numero 2. libro 1. Boer. in q. 10. numero 36. & 7. Gozad. in consil. 9. numero 17. Paris. in consil. 53. num. 62. & in consil. 60. nu. 22. libro 4. & Alba in consil. 77. num. 12.

Tertium est caput huius disputationis, quando scilicet metus iam in contractu illatus, præsumatur aliqua ex causa purgatus? Et dicendum est, quod contrariis signis, & coniecturis ꝑ vel diluitur coniectura metus, vel metus ipse purgatur.

Primum est signum, quando ille, qui allegat metu contractisse, peruenit ꝑ ad locum ei omnino liberum, & protectatus non est, se metu compulsum tali in loco contraxisse, non præsumitur quod metu contraxerit. Ita colligitur ex Ias. in l. qui in aliena, §. Celsus. num. 28. ff. de acq. hered. & in l. non solui. §. morte. numero 17. in fin. ff. de operis noui nunt.

Secundum est signum, quando ille, qui metu contraxisse dicitur, sponte ꝑ soluit vel exegit, vel alio modo, & obseruauit quod promisit, metum purgasse præsumitur. *l. 2. C. quod metus causa.* & tradunt ibi Baldus, & reliqui. Affict. in dec. 336. numero 6. Paris. in consil. 10. numero 58. libro 1. Andreas Gail. lib. 2. præf. obseru. cap. 93. numero 29. & Tyraquel. in tract. de retractu. conuentionali. in §. 1. gloss. 5. numero 21. & 22. Alciat. in resp. 519. ad finem. & idem ego ipse respondi in consil. 1. num. 297. lib. 1. in consil. 410. num. 6. libro 5.

Idem si importuna preces acceperint. num. 12.
Idem est si tanta sit reuerentia pro personæ conditione, vt index æstimare possit, metu illam consentisse. num. 13.
14 Consensus metu præsumitur adhibitus, ex quo læso enormis sequuta est.
15 Metus reuerentialis præsumitur, quando lex tacito ex consensu præiudicaret.
16 Patrem filio rectè consuluisse præsumitur.
17 Filia à patre dissentire potest, cum ei indignum moribus, & turpem sponsum eligit.
18 Consensus tacitus facilius tollitur quam expressus.
19 Expressum tacito fortius est.

Differamus nunc de alio genere metus, quem reuerentialem appellare solemus. Dubitari sæpe contingit apud inter. preces nostros, an mulier consentiens alienationi rei dotalis vel simili à marito factæ, metu, & vi consentisse præsumatur, ob eam reuerentiam, quam vxor marito præstare debet? Et magis receptum est, mulierem ꝑ præsumi sua ipsa sponte, non autem vi ac metu consentisse. Non enim metus sola reuerentia illatus præsumitur, & propterea alienatio illa non rescinditur. Ita Inno. in c. causam matrimonij. de off. deleg. & in c. veniens. de sponsal. Bartol. in l. ad inuidiam. C. quod metus causa. Abbas in c. cum coniuga. in primo notab. de iureiurand. Alexand. in l. si cum dotem. §. eo tempore. numero 5. ff. soluto matrimo. Iason in l. transactio. numero 2. C. de transact. & in consil. 3. numero 6. libro 1. Felin. in c. causam matrimonij. colum. 2. de offic. deleg. Socin. Sen. in consil. 263. numero 3. libro 2. Georgius Natta in c. quamuis. colum. 2. nu. 10. de pactis. in 6. Cur. Iun. in l. interpositas. colum. ultim. C. de transact. Anton. Capic. in dec. 159. numero 34. Alciat. in c. cum coniuga. in primo notab. de iureiurand. Roderic. Soares alleg. 24. in fine. Didac. Couartu. in epitome de sponsal. parte 2. cap. 3. §. 6. numero 4. & scripti in libro 2. de arbitrariis iudic. casu 136. numero 1. Quorum sententia satis probatur ex l. ad inuidiam. C. quod metus causa, vbi metus non præsumitur illatus ꝑ ex sola dignitate eius, cum quo contrahitur. Ita & in l. si per impressionem. C. eod. sancitum est, ita demum præsumi, contractum metu gestum cum magistratu, si aliqua metus ꝑ impressio antecessit. Ego e contra non præsumitur metu celebratus contractus cum superiore, si nulla eius præcessit impressio. Et apertius probat constitutio Iustiniæ, in authent. vt immobilia ante nuptia. in princip. est Nouella 61. Vt res immobiles &c. Constitutio Iustiniæ. quod mulier renuntians ꝑ hypothecis super donatione propter nuptias assignatis, inducta videtur blanditiis vii, & ob id decepta. Deinde subiungit Iustinia, quod si post biennium iterum renuntiat, præsumitur interim magis de libertate cogitasse, atque ita deceptam non esse. Et propterea infert confirmari primam illa donationem: Ex quo intelligimus hanc secundam confirmationem, eodem matrimonio constanter factam, non esse factam vi, vel metu: ita nec primam illam, cùm tamen eodem tempore extet eadem causa reuerentia.

Præterea hæc ipsa traditio probatur ex c. causam matrimonij. de offic. deleg. vbi Pontif. Max. declarat, consensum ꝑ mulieris verberibus affectæ, nullum esse, & ei detrimento non esse, ob verbera iam præcedentia. Ergo secus est, si verbera non sunt adhibita. Et simile habetur in c. veniens. de consens. coniuga. Et his accedit Abb. in c. insinuante. in fin. qui clericis, vel videntibus, cùm dixit, solam potentiam non arguere metum.

His intelligimus malè respondisse Aretin. in consil. 24. numero 8. Ripam libro 3. responsorum. cap. 15. num. 8. & Socin. Iun. in consil. 47. num. 33. lib. 3. Cùm dixerunt, mulierem præsumi vi, vel metu consentisse prædicto vii o suo alienanti. Nec repugnat l. ait Praetor. §. permittitur. ff. de mino. quia loquitur, quando iudex compulsi debitorum, non ex sola sua maioritate, & reuerentia, sed præcepto.

Hæc sententia multo magis procedit, quando in actu ipsius consensus adhibiti ab vxore interuenerunt eius affines, ꝑ & sanguine coniuncti. iuxta l. transactio. C. de transact. Quæ de re dicuntur in subsequenti præsumptione. Et rursum, multo magis procedit dicta præsumptio, quando filia habitat seorsum à patre. Ita Crauet. in consil. 114. numero 4. & 7.

Extenditur primò, vt procedat prædicta sententia, etiam in consensu filia adhibito super contractu matrimoniali, dum pater eam matrimonio tradit. Nam etsi consensus in ipso matrimonio magis purus requiritur, at tamen ꝑ consensus iste non præsumitur metu hoc reuerentiali ita extortus, vt contractum ipsum matrimonium rescindat. Ita glo. in c. præfens clericus. 20. q. 3. Host. in summa. in tit. de matrimonio. §. pen. vers. nunquid coactio. Calderic. in consil. 1. tit. de sponsal. Abb. in cap. veniens. lib. 1. de sponsal. Præpos. in c. cum

PRÆSUMPT. CXXVII.

Metus reuerentialis quibus coniecturis, & præsumptionibus detegatur.

SYMMARIA.

- 1 Alienationi rei dotalis consentiens mulier, præsumitur non metu, sed sponte sua consentisse. Et multo magis adhibitis affinis eius, vel sanguine iunctis. num. 6.
- 2 Metus ex sola dignitate eius cum quo contrahitur, non præsumitur illatus.
- 3 Nisi tamen aliqua metus impressio antecessit. num. 3.
- 4 Mulier renuntians hypothecis super donatione propter nuptias assignatis, blanditiis vii inducta præsumitur.
- 5 Consensum mulieris verberibus affectæ, nullum esse, nec ei detrimento afferre.
- 6 Consensus filie super matrimonio non præsumitur metu reuerentiali extortus, vt matrimonium rescindat. Idem in filia, quæ patri consentit, vt religionem ingrediatur. numero 8.
- 7 Metus reuerentialis non præsumitur, etsi ante consensum adhibitus, vxor vel filia clam fuerit de eo profectata. Nisi tamen id palam facere ob maximam reuerentiam non poterit. num. 10.
- 8 Metus reuerentialis præsumitur, si ante consensum præfictum, maritus vel pater verbera sit interminatus.

quibus. §. ex lege. num. 13. ff. de verborum obligat. quod est emphyteuta non potest alienare et emphyteusim in potiores: ac ramentam relinquere potest filius, & descendibus se ipso potentioribus. Nec adhibenda est differentia quo sanguinis vinculo sint coniuncti, quibus sit cessio: cum tam cognatis, ut agnatis fieri possit: sicuti præcitat Doctores sententiæ præsertim Io. de Amicis. Quocirca respondi aliquando statutum Mantuæ permittere cedi posse actiones consanguineis: intelligi etiam de cognatis, ex Tyracuello de retractu consang. §. 1. glo. 9. nu. 5. & 6.

Declaratur secundo, ut locum non habeat hæc coniectura & præsumptio, quando existens in carcere, præsertim ob crimen, quod perpetrasse dicitur, cederet et actiones suas fisco aduersus suos debitores. Ita in specie decidit Rota Romana, referente Verallo in decis. 105. part. 1. quo loci num. 5. recentet Iafonem in l. 1. num. 5. ver. 4. limita. C. ne liceat potentio. sic affirmantem.

Prædictæ omnes coniecturæ cessant, quando constat de veritate actuum, Ita Bal. in l. qui in fi. C. de distr. pigno. Ex quo infertur quod quando is, contra quem ceduntur actiones, præfens est ipsi cessionis & consentit, vel tacet, valet cessio, nec simulata fictaque præsumitur, ut tradunt Bald. Ang. & Floria. in l. cum essent. §. 1. ff. de scriuit. rust. prædio. Rom. in cons. 86. Marfil. in sing. 45. Iacob. à S. Georgio in l. 2. num. 34. Cent. licet: potentio. & Gabr. in d. conclus. 5. num. 29. & in fi. Nam illo consentiente vel tacente satis dicitur apparere de veritate ipsa cessionis.

Et præterea cessant prædictæ præsumptiones & coniecturæ, quando sit cessio iurium, & actionum accessorie, ratione contractus præcedentis. Ita glo. vlt. in d. l. per diuersas. C. mandati. & ibidem Barto. ad finem. Bald. in q. 3. & Salic. in q. 8. qui intelligunt quando venditor possidet, vel habet facultatem rei tradendæ. Et hos securus est Gabriel in d. conclus. quinta, num. 28. qui eiusdem sententiæ recentet Ioan. de Amicis in cons. 24. num. 7. & num. 24. Et huc facit quod egregie respondit Ripa in respons. 47. secundum impressionem Lugdunensem: & secundum Veneram est in respons. vlt. numero 3. in tit. de restit. spolia. Cum dixit, quod licet actio, qua agebatur ad possessionis reintegrationem esset litigiosa, & consequenter cedi alteri non potuisset: at tamen quod vendita ipsa proprietate cum iuribus non dicitur alienasse solum actionem litigiosam principaliter: sed in consequentiam, id quod fieri potuit. Ideo responderunt Julius Scarlatus inter cons. Beroi. in cons. 187. num. 18. lib. 1. & Cæphal. in cons. 64. n. 15. & num. 22. lib. 1. Et cum hoc iure communi conuenit prædictum statutum Papiæ de cessione iurium in fine. cuius verba hæc sunt. (Nec habeat locum prædicta in cessionibus iurium, quæ fiunt in contractu venditionis, donationis, vel per mutationis rerum immobilium, quæ cessio fit in consequentiam contractus præambuli facti super dicta re immobili.) Ita etiam declarari potest prædictum statutum Mantuæ. de iuribus non acquirendis.

PRÆSUMPT. CXXX.

Bona fides & mala fides possessoris, an & quando præsumatur, diligens & accurata explanatio.

SUMMARIA.

- 1 Possessoris habentis verum titulum, bona fides præsumitur. Idem in habente titulum putatiuum, num. 2. Et quidem causato etiam errore iniusto, num. 4.
- 3 Bona fides causatur etiam ex iniustis, & temerariis causis.
- 5 Causa etiam iniusta excusat à dolo.
- 9 Præscriptio longissimi temporis etiam sine bona fide currit.
- 7 Possessoris titulo carens, bona tamen fides præsumitur, accedente longissimi temporis cursu.
- Idque locum habere, est possessio sit contra ius commune, num. 8. & in rebus quoque incorporalibus, nu. 10.
- 9 Temporibus longissimi cursu vim legis habet.
- 11 Possessor carens titulo, triginta annorum cursu in bona fide præsumitur: Etiam si post modum de antiquiore ab eius possessione appareat, nu. 12. Nisi tamen huic possessori ius commune restituit, nu. 13. Aut de ipsis mala fide constaret per præsumptiones, nu. 14. Vel mala fides induceretur à statu, quod contractus celebrato repugnet, n. 15. Idem si de gravi ageretur præiudicio, num. 16.
- 17 Possessor titulo carens, solo decem vel 20. annorum cursu, in bona fide præsumitur.
- Idque initio magis in iudicio possessorio, in quo bona fides, absque alia tituli probatione præsumitur, nu. 19. Quamuis possessor habeat causam lucrativam, num. 20.

- 18 Mala fidei præsumptionem tolli cursu longissimi temporis, non autem præsumi bonam secundum aliquos, & numero 40.
- 21 Possessor titulo carens, si illius possessio noua sit, non præsumitur in bona fide. Et si statutum bonam fidem requirat, nu. 22. Fallit tamen, si de antiquiore possessore appareat, nu. 23. Idem in corporalibus, nu. 24. Vel si mala fidei præsumptiones extant, nu. 25.
- 26 Mala fidei à præsumptione contrariis coniecturis receditur. Et quæ sint illæ, nu. 27. 28. 30. & 32.
- 29 Viro bono credendum est.
- 31 Insignia & arma insculpta in Ecclesia, præsumptionem faciunt, quod bona fide quis sit in possessione iuris patronatus.
- 33 Possessoris habentis titulum à lege reprobatum, mala fides præsumitur. Quinimo & dolus, nu. 34. Idque non solum de iure communi, sed etiam de statu intelligendum, num. 36. Idem si possessio contra iuris præsumptionem sit, nu. 38. Etiam accedente cursu 30. annorum, nu. 39. Fallit si iustum pretium appareat interuenisse, nu. 41. Idem in rustico, & muliere, nu. 43. Velius esse: dubium, nu. 44. Aut non resistere, nec asisteret, nu. 45. Fallit præterea in successore eius, qui longissimo tempore possedit, quod contra iura mercatus est, nu. 46.
- 35 Leges & iura fuisse bene & iuste condita, omnes credere tenentur.
- 37 Statutum dicitur ius commune, quo ad ipsos cives.
- 42 Dolus in mendacio non præsumitur, quando mentiens nullum sentiret commodum.
- 47 Possessoris mala fides præsumitur, si ex aliquo actu extrinseco colligi potest.
- 48 Emptor cui denunciatum fuit ne emeret, mala fide emisse, & possidisse præsumitur.
- 49 Lingua est cordis nuntia.
- 50 Confessio extra iudicium probat contra consistentem, donec de errore constet.
- 51 Fama existente rem esse alterius, possessor iuris in mala fide præsumitur. Nisi tamen possessor emerit ab habente titulum, & longissimo tempore possiderit, nu. 52.
- 53 Actum naturæ consentaneum faciens, in bona fide præsumitur.
- 54 Emerere & vendere, est actus naturalis libertatis.
- 55 Actum quamuis iure prohibendum, publice tamen faciens in bona fide præsumitur.
- 56 Matrimonium contractum inter affines bona fide præsumitur, quando patiam id actum fuit.

Disputatio est valde vtilis & egregia, an & quando bona fides in eo, qui possidet, præsumatur. Quæ quidem in re distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando possessor habet verum titulum. Hoc sanè calu bona fides in eo præsumitur. Ita glo. in c. vltim. de præscript. & in l. super longi. Cod. de præscript. longi tempor. & ibidem Baldus colum. 3. versic. illud autem. Bart. in l. Celsus, numero 17. versic. sed contra hæc videtur, ff. de vsucap. idem in l. vltim. in fi. C. unde vi, & quemadmodum, colum. 1. versic. nota ex hoc, C. de agricul. & censu. libro 11. Butrius in c. si diligenti, colum. 2. de præscript. Angel. in d. l. super longi, col. 3. versic. illud autem super hoc Arch. in c. 1. de præscript. in 6. Abb. in c. gratis, colum. 3. versic. si vero non constat, de restit. spol. P. act. Papiens. in forma responsionis rei conuenit, in verbo, præscriptionis, numero 16. Lucas à Penna in l. 3. colum. 4. versic. 31. præsumptio. Cod. de apoch. publ. libro 10. Alexan. in cons. 200. colum. 2. versic. præterea in dubio, libro 2. Batbat. in cons. 41. colum. 10. versic. ad hæc potest responderi, libro 1. Corn. in cons. 136. colum. 1. versic. si quis tenim, libro 2. Socin. Sen. in cons. 22. in fine, libro 1. Curt. Sen. in consil. pe. colum. 2. lat. in l. possideri, §. si seruus, numero 2. ff. de acqu. poss. & idem in l. non hoc, colum. vltim. ver. facit quod licet, C. unde legit. & ibidem Dec. numero 3. Fran. Balb. in l. Celsus, numero 97. & 107. in fi. ff. de vsucap. & ibid. Claud. Seyssel. num. 21. Marfil. in singul. 34. Ripa in c. cum ecclesia, num. 98. de causa poss. & proprie. Alciat. in tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 5. Crauet. in cons. 201. numero 30. & Tyracuel. de præscriptionibus in glo. 2. versic. bona autem fides. & Anton. Gabriel in libro 7. conclusionum. titul. de criminalib. glo. 2. numero 27. & titulus etiam prædecessoris prodest, ita Gomef. in regula cancellariæ de triennali possessore, quæst. 49. colum. vltim. Et hæc quidem sententia manifeste satis probatur in l. pe. C. de euit. v. bi glo. & Bald. in l. super seruus, C. qui milit. poss. vel non. libro 12. & ea ratione, quod in dubio delictum non præsumitur, l. merito, ff. pro soc.

Secundus est casus, quando possessor habet titulum putatiuum. Hoc etiam calu præsumitur bona fides: sicuti omnes

omnes penè supra commemorati Doctores affirmant, & manifestè Bart. in l. Celsus, nu. 17. ff. de vsucap. Pract. Pap. in forma responsionis rei conuenit, in verbo, præscriptionis, n. 16. Dec. in cons. 266. in fi. Ruin. in cons. 129. in fi. lib. 1. Curt. iun. in cons. 28. n. 4. Ripa in d. c. cum ecclesia, num. 98. versic. amplia. Socin. iun. in cons. 76. num. 60. & in consilio 77. n. 151. lib. 1. Balbus in d. l. Celsus, nu. 95. de vsucap. Natta in cons. 72. nu. 7. lib. 1. Olfalcus in decis. 160. n. 6. & alius refert Mascard. in commentariis de probat. in conclus. 228. num. 4.

Et huius quidem sententiæ ea est ratio, quod bona fides causatur etiam iniustus & temerariis causis, ut tradit Dyn. in c. qui contra. de reg. iur. in 6. & alios recentet Balbus præcicato in loco, & latè Crauet. in cons. 319. num. 18. versic. 17. Hinc scripsit Baldus in l. 1. n. 2. C. de rebus alien. non alienan. eum qui emittit ab illo, qui non erat executor testamenti, sed talem esse probabiliter existimabat atque credebat, ob alicuius viri boni assertionem censeri bonæ fidei emptorem, & ob id præscribere. Et Baldus secuti sunt Salicetus ibidem, & Ruin. in con. 68. num. 23. lib. 1.

Est omnino simile quod docuit Bart. in l. qui fundum, §. procurator, & in l. vlti. ff. de eorum, cum dixit, quod emens ab eo, quem assertionem boni viri credebat habere mandatum ad vendendum, præsumitur habere bonam fidem, & ideo præscribi. Et Bart. secuti sunt Alexan. in consil. 1. colum. vlt. versic. circa secundum. lib. 4. Ruin. in d. cons. 68. num. 23. lib. 1. Feli. in c. cion contingat, col. 3. versic. 1. conclusio. & in c. de quarta, col. 8. versic. in prima doctrina de præscript. Tyrac. in tract. de panis legu. & c. causa 51. numero vigesimo octauo. & Crauet. in consilio 277. col. 3. versic. quod autem. Et idem est, quando assertio illa procedit a persona patris, vel aui: que, modo modum egregie docuit Barto. in d. l. Celsus, num. 4. versic. idem putarem, ff. de vsucap. & eiusdem sententiæ plures commemorat Crauet. in consilio 277. col. 3. versic. quod autem, & in consilio 319. numero decimo quarto. Idem scribit Didacus in cap. possessor. parte 2. §. 8. n. 1. versic. 5. bona fides.

Extenditur hæc casus, ut locum habeat etiam in titulo putatiuo causato hoc errore iniusto. Ita Barto. in l. Celsus, num. 17. & ibid. Balbus num. 95. lat. in l. si quis id quod, in 8. notab. ff. de iurisd. omnium iud. Dec. in consilio 266. in fine. & in cons. 538. in fi. Ripa in c. cum ecclesia, nu. 100. de causa poss. & propr. Alciat. in d. præsumpt. 5. in prin. & n. 3. qui eiusdem opinionis alios refert, idem decidit Rota Romana referente Verallo in decis. 68. parte 1. alios refert & sequitur Crauet. in dicto cons. 319. n. 18. versic. 17. Et ij quidem adducti ea ratione sunt, quod causa etiam iniusta excusat à dolo & fraude, l. iugur, §. potest, vbi glo. ff. de liberali causa. & similia permuta concessi in tract. de recup. poss. remed. 5. num. 49.

Verum Alciat. in d. præsumpt. 5. numero 3. versic. nec obstat, inquit, errorem illum non sufficere ad vlucapiendum: sed ut fruatur commodo successoris, quo ad instruendum iudicium. Nam quo ad id sufficit, ne sit in mala fide. Secundo itaque loco asserti solent l. si fur, §. 1. ff. de vsucap. qui tamen text. contrarium probare videtur, dum negat, etiam posse vlucapere. Quare contrariam opinionem probauit Imola in l. vlt. C. unde vi, & sensu glo. in l. 1. C. ubi causa status. dum requirit quasi possessionem 30. annorum, quando seruus iniustus de causis crederet se liberum: & tamen si præsumeretur bona fides, satis esset quasi possessio 20. annorum, l. 2. C. de longi tempor. præscript. qua pro liberi. & appetus eandem opinionem probauit Practicus Papien. in forma responsionis rei conuenit, in verbo, præscriptionis, num. 16. in fi. qui scribit idem sensisse Dynum, & Cyn. Idem scripsit Claudius Seyssel. in d. l. Celsus, nu. 25. de vsuc. Et pro hac opinione assertur l. vlt. ff. pro suo, quæ requirit errorem probabilem, ut vlucapioni locus sit. Distinguat Alciat. conciliando opiniones in d. præsumpt. 5. in fin. quod autem adest longissimi temporis cursus, & tunc vera est Bart. & sequacium opinio. Est ratio, quia (inquit Alciat.) etiam si ne bona fide currit hoc casu præscriptio. Aut adest solus cursus decem vel viginti annorum, & tunc vera est opinio Imol. & hoc in calu loquitur d. l. vlt. ff. pro suo. Et hæc quidem fuit ante Alciat. distinctio Imol. in l. Celsus, col. vlt. de vsucap. quam & ibi probat Franc. Balbus, num. 96.

Tertius est casus, quando possessor caret titulo, & adest tamen longissimi temporis cursus. Hoc in casu adhuc præsumitur bona fides. Ita scribunt permuti, quos concessi in commentariis de arbit. iudicium, lib. 2. casu 43. num. 1. & 2. & in cons. 90. num. 75. libro 1. Et illis accedunt Abb. & Alex. quos statim referant, & Verallus in decis. 68. num. 3. parte 1. & Mascard. in commentariis de probat. in concl. 224. num. 3. Et si ab his dissentit Ruin. in cons. 41. numero 29. lib. 1. post Imolam, quem commemorat. Et subiungit Ruin., hunc temporis cursum tollere summptionem mala fidei: non tamen inducere bonam fidem, atque ita inter hæc duo constituit differentiam, & quod, ut auctur dictum, est considerandum, et si alij aliter (ut dixi) sentiant.

Extenditur primò, ut locum habeat hic casus, etiam si possessio sit contra ius commune. Nam adhuc ob tanti temporis cursum præsumitur bona fides. Ita Abbas in c. si diligenti, colum. 4. versic. ego dico, de præscript. & in cons. 102. colum. 1. versic. ex hoc enim responderi potest. lib. 1. Alex. in cons. 110. numero 6. lib. 1. qui eiusdem sententiæ recentet Ioan. Andr. & alios. Et huius sententiæ est ratio, quod tanti temporis cursus habet vim legis, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de acqu. & restit. Et quia in hoc tanti temporis cursu non est necesse, quod adfit bona fides, ut inulcorum auctoritate scripti in d. casu 43. numero 6.

Extenditur secundo, ut procedat hic casus etiam in fin. corporalibus. Ita Abb. præcicato in c. si diligenti, col. 4. versic. ego dico, de præscript. & Anton. Gabr. in d. concl. 2. num. 42. ver. sublimita. qui alios recentet.

Quartus est casus, & quando possessor caret titulo, & adest solus cursus triginta annorum. Hoc etiam in casu præsumitur bona fides. Ita scripserunt permuti, quos concessi in tractatu de Recuperanda poss. remedio 13. numero 70. & in commentariis de Arbitrariis iudicium, lib. 2. casu 43. numero 7. Et illis accedunt alij nonnulli relati ab Antonio Gabriel. in d. conclus. 2. numero 30. & præsertim Francisc. Balbus in dicta l. Celsus, numero 106. & Modern. Parisien. in cons. 20. numero 4. & Mascardus in commentariis de probat. in conclus. 225. numero 1.

Cæterum contrariam opinionem probauerunt Roma. in l. Celsus, colum. 2. versic. 3. in quantum, ff. de vsucap. & ibi Imola colum. vltim. & ibidem Claudius Seyfellus num. 27. Angel. Arctino. in §. si quis à non domino, numero 4. in Instiut. de rerum diuif. Corneus in cons. 136. numero 15. libro 2. & in cons. 207. numero 8. libro 3. Hieron. Tortus inter consilia Alexan. in cons. 292. libro 2. Crauet. in cons. 146. colum. vltim. Non est tamen recedendum à primà illa sententia communi, ut scripti in d. remed. 13. numero 70. Et rationibus argumentis huius postremæ opinionis satisfacit Didacus in d. c. possessor. part. 2. §. 8. nu. 3. de reg. iur. in 6.

Extenditur, ut locum habeat hæc præsumptio, etiam quando deinde apparet de antiquiori alterius possessione. Ita Bar. in l. vlt. in fi. C. unde vi, & Franc. Balbus in l. Celsus, numero 105. versic. istam suam, de vsucap.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat, quando huic possessori restitit ius commune. Nam tunc etiam post 30. annos non præsumitur bona fides, sed mala. Ita Innoc. in c. 2. col. 3. versic. item nota quod licet, de integrom restit. & ibid. Ioan. Andr. num. 6. & alios plures commemorabimus infra in ultimo casu, in vlti. declar. Et in specie Balbus in d. l. Celsus, num. 105. versic. & præmissa procedunt. qui scribit hoc procedere etiam si mille annos possideret. Et exemplum affert in laico possidente spiritiualia.

Declaratur secundo, ut locum non habeat casus iste, quando præsumptionibus constat de mala fide. Ita responde- runt Arct. in cons. 103. nu. 7. in fi. & Corneus in cons. 136. nu. 15. lib. 2. Gratius in cons. 115. nu. 4. lib. 1. Boetius in quæst. 211. num. 18. Crauet. in tractatu de antiqui. temp. in quarta parte principali. num. 21. & Mascardus in tractatu de probationibus, in conclus. 225. nu. 15.

Declaratur tertio, ut non habeat locum quando mala fides induceretur à statu, quod repugnet contractui celebrato. Nam illa non tollitur cursu 30. annorum, Ruin. in cons. 41. numero 28. libro 1. Et dicemus infra in 7. casu, prima extensione.

Declaratur quarto, non habere locum, vbi agitur de graui præiudicio. Ita Ruin. in d. cons. 41. numero 32. versic. & ubi e-riam, libro 1. qui huius opinionis recentet Butr. in c. cum ecclesia, col. vlt. de causa poss. & propr. & Mascard. in d. concl. 225. numero 20.

Quintus est casus, quando possessor caret titulo, & adest solus cursus longi temporis, nempe 10. vel 20. annorum. Hoc in casu adhuc præsumitur bona fides. Ita scripserunt Oldra in cons. 244. col. 3. versic. præterea cum quis. Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de restit. §. nunquid, Bartol. in l. Celsus, numero 17. de vsucap. Bald. in l. vltim. colum. 3. versic. aut loquimur respectu. C. unde vi, Abbas in cons. 89. colum. 3. versic. & debet libro 1. Arct. in consilio 111. colum. 1. versic. his breuiter præmissis. Alex. in consilio 6. colum. 1. in cons. 71. & in cons. 141. colum. 1. versic. sed in facto, libro 1. in consilio 16. numero 25. versic. & ratione, & in consilio 24. numero 18. libro 5. Corneus in consilio 236. col. 1. libro 2. & in cons. col. vlt. versic. & maxima, libro 4. Curt. Sen. in consilio 71. Princeps defunctus, numero 5. versic. prima erit conclusio, & in consilio pe. col. 2. versic. nec expedir. Decius in consilio 127. col. pe. versic. & ex possessione in consilio 167. col. pe. versic. 3. de bona fide, & in cons. 226. in fine, & communem testatur Iaf. in l. cl. pof. fidere, §. qui ad nundinas, ff. de acqu. poss. & Didac. in c. possessor. parte 2. §. 8. nu. 2. de reg. iur. in 6. Rolan. in cons. 3. numero 94. lib. 1. & Mascardus concl. 228. n. 6. Cæterum aduertendum est Ripam in

c. cum ecclesia numer. 99. de causa poss. & propr. intellexisse præ-
 18 citatos Doctores. loqui, quod cursu decem annorum tol-
 litur præsumptio malæ fidei: non autem quod bona fides
 præsumatur: sicuti etiam differentiam hanc consideravit Ruin.
 in conf. 41. nu. 30. lib. 1. quem & supra nu. 7. commemoravit. &
 idem scribitur alij relati à Malcard. in dict. conclus. 225. numero
 19 16. Hic casus multo magis procedit in iudicio possessorio,
 in quo præsumitur bona fides absque alia tituli probatione,
 sicuti scribitur Inno. in c. 2. colum. 5. versic. sed si agitur, de in-
 integr. restit. & ibid. Ioan. And. versic. & quamvis. Card. nu. 6. &
 Imol. col. ult. versic. item aduertit. Geminian. in c. 1. colu. 1. versic. sed
 pone, de præscr. in 6.
 20 Et hic casus locum habet, etiam si possessor ÷ habet cau-
 sam lucratiuam, vt scribit Didac. in d. s. 8. nu. 2. versic. & proce-
 dit, ex sententia gloss. in l. super longi, C. de præscript. longi tem-
 por.
 21 Sextus est casus quando possessor caret titulo, & eius pos-
 sessio est recens & noua. Hoc in casu sunt opinionēs. Nam
 Bartol. in l. Celsus, numero 17. ff. de vsucap. ex sententia glo. in l. si
 quis emptiones, C. de præscript. 30. vel 40. annor. scriptis, adhuc
 præsumi bonam fidem. Et idem affirmarunt alij multi conge-
 sti à Franc. Balbo in d. l. Celsus, numero 104. qui testatur ab hac
 communi opinione recedendum non esse in iudicando & cō-
 sulendo.
 Ea ratione ij moti sunt, quod possessor sit in bona fide, &
 tamen careat titulo, vt inquit gloss. in l. si quis emptiones, C. de
 præscr. 30. ann. & confert c. 1. de præscr. in 6.
 Nec repugnāt rationes & argumenta, quibus Inno. & Bal-
 dus in c. per tuas, de testib. Imola in d. l. Celsus, colum. pe. & in c.
 ultim. de præscript. & Felin. in c. si diligenti, numero 25. eod. titul.
 existimant, quod imo hoc casu non præsumitur bona fides,
 Nam text. l. ult. C. unde vi, quo moti sunt, ad rem non pertinere,
 cum loquatur in eo, qui scit rem occupatā suam non esse,
 quia tunc debet scire ad alios pertinere, id nos loquimur in
 eo, qui nescit rem esse alterius, cum propriam esse existimat:
 & est in bona fide, licet titulo careat, sicuti contingit in eo,
 qui à fide dignis accepit, rem illam maiorum suorum esse,
 vel alto modo ad eum spectare.
 22 Extenditur hic casus, vt habeat locum etiam, quando ÷ ita-
 turum requirit bonā fidē. Nā illa adhuc præsumitur, nec pro-
 bandā est, sicuti tradit Crau. in tract. de antiq. tempor. in 5. par-
 ticula quinta part. princip. numero 40. reiecta opinione Bar-
 bar. inter consilia Calcani in consil. 28. colum. 3. etij Tyraquel. de
 præscr. in gloss. 2. versic. id tamen quod diximus, visus sit lequi ipsū
 Barbatiā.
 23 Declaratur primo non procedere, quando ÷ apparet de an-
 tiquiori possessione. Nam tunc noua & recens possessio præ-
 sumitur malæ fidei, Bartol. in d. l. Celsus, numero 17. versic. dico e-
 go, ff. de vsucap. & ibidem Balbus numero 105. Idem Bartol. in l. in ac-
 cidit, C. unde vi, & Alciatus in d. præsumpt. 5. numero 1. His ac-
 cidit Pract. Papiens. in forma responsionis rei conuenti, in verbo,
 præscriptio, numero decimo sexto. dum sequitur Bart. in d. l. ult.
 C. unde vi. Hæc tamen præsumptio malæ fidei causata ab an-
 tiquiore possessione allegari non potest ab alio, quam ab illo
 possessore antiquo, Ita post Bart. ibi declarat Balbus in d. l. Cel-
 sus, numero 105.
 24 Declaratur secundo, vt locum non habeat hic casus in ÷
 incorporalibus. Nam in his noua recensque possessio non præ-
 sumitur bonæ fidei. Ita glo. Ioan. Andree, Innoc. Cardinalis,
 Calderinus Butr. & Imola commemorati ab Antonio Ga-
 briel. in d. libro septimo conclusionum, in titu. de criminalibus, con-
 clus. 2. numero 42. qui recenset & nonnullos dissentien-
 tes.
 Declaratur tertio, vt non procedat hic casus, quando ex-
 25 tant ÷ coniecturæ & præsumptiones malæ fidei, sicuti scri-
 bunt Aret. in consil. 103. nume. 7. in fi. Corn. in consil. 136. col. ult. li.
 2. & apertius Claud. Seyfel. in l. Celsus, nu. 39. ff. de vsucap. & i-
 bidem Balb. nu. 128.
 26 Cæterum, contrariis coniecturis & præsumptionibus ÷ re-
 ceditur à præsumptione malæ fidei: sicuti sex coniecturas re-
 cedit Ripa in c. cum ecclesia, numero 95. de causa poss. & propr.
 Ex quibus quatuor hic referam.
 Prima est, quæ ÷ fama publica ducitur. Nam illa tollit
 27 malam fidem, & bonam inducit. Ita Bart. in l. Celsus, numero
 17. de vsucap. qui ob id dixit, quod si fama est, rem fuisse ma-
 iorem meorum, dicitur bona fide illam possidere. Idem respon-
 derunt Alex. in consil. ult. lib. 1. & Barb. in consil. 41. colum. 2. lib. 1.
 quos secutus est Ripa in d. c. cum ecclesia, nu. 95. qui multis si-
 milibus comprobatur.
 28 Secunda est coniectura, ÷ quæ sumitur ab assertione vizi
 boni, & legalis affirmantis, ius mihi competere. Ita Bar. in d.
 l. Celsus, numero 17. de vsucap. & in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de iur. i-
 actuque priua. Ripa in d. c. cum ecclesia, nu. 96. Et hæc conie-
 ctura multo magis locum habet, quando is vir bonus effect
 summæ auctoritatis, sicut princeps cuius auctoritas bonam
 fidem causet. Ita Bald. in l. 1. col. ult. C. de furt. & Ruin. in consilio
 161. nu. 37. lib. 1.
 Ratio est, quia ÷ viro bono credendum est, vt inquit glo. in 29
 l. Titio fundus, ff. de cond. & dem. quam multis exornauit Ripa
 ubi supra. & multo plura scripserunt Soc. Sen. in consil. 15. col. 5.
 lib. 1. Paris. consil. 29. num. 2. latissime Neuz. in lib. 5. Syl-
 uæ nupt. nu. 55. Crauet. consil. 319. nu. 14. & omnium melius Ty-
 raq. in tract. de penis, legum, causa 51. nu. 26.
 Tertia est coniectura, quæ sumitur à signis itineris & ÷ a 30
 quæductus, sicuti scribit Ripa in d. c. cum ecclesia, nu. 97. qui sub-
 iungit, insignia ÷ & arma insculpta in ecclesia præsumptio-
 nem facere, quod ÷ bona fide is sit in quasi possessione in-
 xis patronatus illius ecclesie. Quam traditionem multo-
 rum auctoritatis probat Ripa, & illis accedunt quæ con-
 gessi supra in libr. 2. præsumpt. 59. nu. 2. & in hoc lib. 3. præsump-
 90. numero 10.
 Quarta est coniectura quando ÷ contractus fuit confectus
 palam, & adhibita presentia affirmati, vel auctoritate iudicis.
 Nam tunc præsumitur bona fides. Ita in specie respondit
 Moder. Paris. in consil. 20. numero 6. & 7. Alias coniecturas quæ
 recenset Ripa in d. c. cum ecclesia, numero 98. & 99. iam supra
 suis locis explicauimus.
 Septimus est casus quando possessor habet titulum à lege
 ÷ reprobatur: sicuti quando constat ob. nere possessionem ex
 contractu confesso aduentus legis dispositionem vel ommissis
 iuris solemnitatibus. Hoc tanē casu præsumitur mala fides,
 l. 1. vbi Bart. C. de fide infirm. & iure bar. ff. de iur. iur. l. 1. qui
 contra iura, de reg. iur. in 6. vbi Dyn. & confert l. penul. C. si vñ
 pign. & manifeste tradunt Bart. in l. quem admodum, numero 7.
 C. de agric. & consil. lib. 11. Pract. Papien. in forma responsionis rei
 conuenti, in verbo, præscriptio, numero 17. Abbas in cap. si dili-
 genti, numero 15. de præscript. Alex. in consil. 46. numero 5. libro 3.
 Barba. in consilio 42. n. 9. libro 1. Lucas de Penna in l. 5. col. 3.
 versic. 5. præsumptio, C. de apoch. publi. li. 10. Bellamera in consilio, colu.
 17. versic. 1. ratio, Socin. sen. in consil. 29. colum. 1. libro 1. Fran. Balb.
 in l. Celsus, numero 96. versic. in 2. am conclusionem, de vsucap. & nu.
 108. Afflict. in c. 1. in prin. nu. 38. de feud. dato in vicem legis cō-
 missio, qui dixit, præsumi simulationem Ripa in cap. cum eccle-
 sia, numero 94. de causa poss. & propr. Paris. in l. si diligenti, n.
 26. de præscr. & in consil. 40. numero 33. & in consil. 100. numero
 67. libro 1. Socin. iun. in consil. 69. numero 35. libro 1. Bellon.
 in consil. 32. numero 10. Plotus in l. si quando, numero 199. 250.
 qui dixit post alios, præsumi ÷ etiam dolo in Crau. in consilio
 142. numero 12. Rol. in consil. 60. numero 47. libro 4. & Artus Pinel.
 in l. 2. in 2. parte, numero 37. C. de resind. vend.
 Et huius intentionis ea est ratio quod cum omnes teneantur
 credere leges & iura ÷ fuisse bene & iuste condita, & se ad-
 strictos esse illa obseruare, c. 1. de constitut. nullus debet nec
 cum sana conscientia potest credere, quod sibi liceat facere
 contra leges ipsas, nisi iustam executionis causam habeat. Et
 prædicti quidem interpretes multa afferunt exempla viri
 possessor enit à minore, à muliere, ab eo cui bonis interdicitum
 fuit, à Prælato Ecclesie non obseruata iuris solemnitate.
 Extenditur primo, vt locum habeat hic casus, non solum
 quando ius ipsum commune resistit: ÷ sed etiam quando re-
 pugnat statutum. Ita respondit Ruin. in consilio 41. numero 29.
 libro 1. idem tenet Alex. in consilio 73. libro 2. & hoc secutus est
 Mascard. in d. tract. de probat. in concl. 215. numero 17. Est ratio
 manifesta, quia ÷ statutum dicitur ius ciuile & commune, quo
 37 ad ipsos ciues.
 Extenditur secundo, quando ÷ possessio est contrariis
 præsumptionem. Nam & tunc malæ fidei censetur. Ita Ripa
 in d. c. cum ecclesia, numero 94. versic. amplia etiam, ex c. ad decimas,
 de restit. spol. Idem ego ipse scripti post alios in tract. de recip-
 poss. remed. 13. nu. 72.
 Extenditur tertio, vt locum habeat etiam quando adest ÷ 39
 cursus longissimi temporis, nempe triginta annorum. Nam
 adhuc mala fides præsumitur, si apparet titulum esse contra
 legis dispositionem. Ita affirmant Innoc. in cap. 2. colum. 3.
 versic. item nota, quod licet, de in integrum restit. & ibidem Io. An-
 dree, nu. 6. Card. Zabarella colum. penult. q. 13. Bart. in l. quem ad-
 modum, colu. 1. versic. nota ex hoc, C. de agricol. & cens. lib. 11. Bal-
 dus in l. super longi, colum. 3. versic. nunc habet, C. de præscr. longi
 tempor. vbi Angel. col. 3. versic. saluo nisi, Abbas in c. bonis, §. 2. nu-
 mero 21. de postul. prælat. & in consil. 34. libro 1. & in con. 19. li. 2. Ca-
 stre. in consilio 70. Quia frustra. & in consilio 419. in quædam libro
 1. Anch. col. ult. Alex. consil. 73. libro 2. Soc. sen. consil. 29. in 2. dubio
 libro 1. Curt. iun. in consil. ult. libro 2. Franc. Balbus in l. Celsus, in
 4. notab. versic. 4. limitatur, de vsucap. Paris. in consilio 66. numero
 125. libro 3. & Didac. in cap. possessor, in 2. parte. §. 7. nu. 5. versic. hæc
 autem secunda, de regulis iuris in 6. Puceus in decis. 192. numero 3.
 libro 1. Calcan. in consilio 49. colu. 5. versic. nec aliter debuerunt, &
 Antonius Gabriel. libro 7. conclusionum, in tit. de crim. col. 2. n.
 37. Idē respondit Ruin. in consil. 41. numero 29. libro 1. cum dixit,
 tempus

40 tempus longissimum non ÷ tollere præsumptam malam fi-
 dem causatam ex contractu confesso contra dispositionem
 statuti.
 Et hæc quidem recepta magis opinio retinenda est, etij
 idem Ruinus in consil. 69. nu. 14. versic. & quamvis etiam, li. 1. post
 Imolam, Castrensem, Butrium & Romanum dissentit, quos
 etiam visus est sequi Mascard. in præcitatis commentariis de pro-
 bat. in concl. 228. nu. 11. & Crauet. de antiq. temp. in 4. parte, in
 ea particula, quæ incipit, Materia, n. 7. qui alios plures refert, &
 ibidem numero 12. distinguit inter titulum omnino à lege re-
 probatum: vt est titulus simulatus, sceneraticius, & similis: &
 titulum reprobatum qualitate, vt est ille, quod bona mi-
 noris alienari non possint, non secuta certa solemnitate. Que
 quidem distinctio fuit etiam Aretini, & Curt. quos repe-
 hendit Didac. in lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 8. versic. cæterum
 opinio.
 Declaratur primo vt locum non habeat hic casus, quando
 41 apparet ÷ in eo contractu intervenisse iustum pretium. Nam
 tunc præsumitur bona fides. Ita respondit Parisus in consil.
 13. nu. 60. lib. 1. Et simile est quod tradit Baldus in l. ab Ana-
 stasio, num. 2. C. mandat. cum scribit, quod quando constat de
 iusto contractu, nil obest, quod clam fuerit factum. Et huius
 traditionis ea est ratio, quod si iustum adest pretium, nul-
 lum commodum is sentit, & consequenter dolo caret, l. &
 eleganter, §. ult. ff. de dol. & respondit Ruin. in consil. 8. in fi. lib.
 4. cum dixit, ÷ dolo non præsumi in mendacio, quando
 43 nullum commodum ex eo consequitur mendax.
 Declaratur secundo, non procedere ex qualitate personæ,
 quæ probabilem habet ÷ iuris ignorantiam, sicuti in rustico
 & muliere. Ita declarat in specie Paris. in c. si diligenti, nu. 26.
 de præscr.
 Declaratur tertio, vt non procedat, quando ius esset
 44 ÷ dubium. Nam tunc non dicitur in mala fide, ex quo non di-
 citur mereri contra iura: cum esse possit, quod iura ei faueat.
 Ita in specie explicat Paris. in d. c. diligenti, nu. 26.
 Declaratur quarto, vt non habeat locum, quando ius non
 ÷ resistit, licet non assistat, sic in specie declarat Ripa in c.
 cum ecclesia, nu. 94. versic. intellige istam, de causa poss. & propr.
 & Paris. in d. c. si diligenti, nu. 26. de præscript. ex sententia Bar-
 toli, in l. sed & si lege, §. scire, ff. de per. hered. Nam tunc in dolo
 non præsumitur, vt tradit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præ-
 sumpt. 30. & declarabimus infra lib. 5. præsum. 4. in 1. extensione.
 vbi vnā cum Alciato explicabimus d. §. scire, & traditionem
 Balb. ibi.
 Declaratur quinto, vt locum non habeat in successore
 46 ÷ eius, qui longissimo tempore possedit, quod mercatus est
 contra iura. Ita Ruin. in consil. 69. col. ult. versic. præterea quam-
 vis, lib. 1.
 Octauus est casus, quando ex aliquo actu extrinseco colli-
 47 gi potest mala fides. Hoc casu illa mala fides ÷ præsumitur.
 Exemplum est, quando apparet fuisse denunciatum emptori
 nec emerit. Nā si emat, & constat deinde de non iure
 48 venditoris, hic possessore præsumitur ÷ mala fide emisse, &
 mala fide præsumitur, sicuti tradunt Bart. in d. l. Celsus, nu. 18.
 & ibidem Baldus nu. 110. & III. Pract. Papien. in forma re-
 sponseionis rei conuenti, in verbo, præscriptio, numero 17. ex l. si
 fundum, Cod. de rei vendi. Et declarat eo in loco esse verum,
 quando denunciatio fuit facta ante contractum, secus si
 post.
 Est etiam secundum exemplum quando possessor ille con-
 fessus est extra iudicium, se mala fide possidere. Ita Bartol. &
 Pract. Papien. præcitatis in locis, & Balbus in d. l. Celsus, nu. 119.
 49 Ea est ratio, quia ÷ lingua est cordis vntia, l. Labeo, ff. de iur. iur.
 leg. Et confessio extrajudicialis probat contra confidentem
 50 donec ÷ constat de eius errore. Et dicitur probatio omnium
 melior, §. generaliter, C. de non num. pecun.
 Tertium est exemplum secundum Bar. & Pract. Papiensem,
 ubi supra, ac Balbus in d. l. Celsus, nu. 122. quando extat
 51 ÷ fama, rem esse alterius. Nam tunc præsumitur mala fides:
 sicuti e contra præsumitur bona fides, quando fama est, rem
 fuisse maiorem ipsius possessoris, vt diximus supra. Bart. le-
 quit etiam sunt, Socin. sen. in consil. 22. in fi. lib. 1. Afflict. in de-
 cis. 369. nu. 9. Soc. iun. in consil. 69. nu. 52. libro 1. & Alba in cō-
 sil. 28. nu. 3.
 Hoc tamen exemplum de fama, locum non habet, quan-
 52 do hic possessor emit ab habente titulum, & possedit ÷ lon-
 gissimo tempore. Nam tunc est fama est, quod res illa eccle-
 siæ sit, attamen non præsumitur mala fides in illo possessore.
 Ita Bald. in c. viginti, de præscr. Cuius doctinam e-
 gregiam, & summè vtilem commendat post alios Balbus in
 d. l. Celsus, nu. 122. versic. limita prædictam.
 Nonus est casus, quando quis facit actum ÷ naturæ confen-
 53 tantem. Hoc sanē casu præsumitur in eo bona fides. Ita re-
 spondit Alex. in consil. 142. colu. 2. libro 2. cum dixit, quod præ-
 scribens libertatem contra seruitutem, præsumitur in bo-

na fide. Et Alexandrum secutus consuluit Crauet. in consil. 6.
 numero 121. quod is qui vendidit saltem, præsumitur bo-
 na fide vendidisse, non autem vt contraveniret præcepto
 Principis, ne quis saltem venderet, ex quo ÷ emere & vende-
 re, est actus naturalis liberatis. Et subiungit Crauet. numero 54
 122. post Baldum in consil. 131. Procurator. lib. 3. recipientem pec-
 uniam à monacho, esse in bona fide, ob id, quod eius propria
 esse credebatur.
 Decimus est casus, quando quis publicè & palam ali-
 quid ÷ etij alioqui iure prohiberetur fecit. Nam & tunc præsu-
 55 mitur bona fide fecisse, sicuti dicimus matrimonium bona
 fide fuisse contractum ÷ inter affinitate coniunctos, quando
 palam actum id fuit, l. ult. ff. de ritumpr. & l. si adulterium, §. in-
 cessum, ad leg. Jul. de adul. & in specie docuit Lucas de Pen-
 na in l. 3. n. 91. de præsu. C. de apoch. publi. li. 10. & copiose disserui
 in lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 244. vbi congesti plura simi-
 lia, quod actus palam gelius præsumatur bona fide factus: &
 de matrimonio decidit Puceus in decis. 95. lib. 2. qui declarat,
 nisi impedimenta iam fuissent publicata. Idem in decis. 118. nu.
 5. & 12. eod. lib. 1.

PRÆSUMPT. CXXXI.

Titulus quando & quomodo temporis cur-
fu reddatur validus, vel nouus in-
ducatur, vel præsumatur.

SVMARIA.

- 1 Titulus inualidus favore præstantis per subsequentes præstatio-
nes redditur validus.
Ita tamen si præstans eius sit conditionis, vt proprio favori possit
renunciare, nu. 2.
- 3 Titulus inualidus odio eius, cui præstatio fit, conualidatur ob præ-
stationes sequitas. Idq; si recipiens talis sit, qui sibi queat
preiudicare, nu. 4.
- 5 Titulus auctoritate iuris publici inualidus, in inducenda obli-
gatione favorabili, quot annorum præstatione validetur, nu.
6. & 7. Id autem intelligendum de titulo inualido ex defe-
ctu solemnitatis, non autem inhabilitatis personæ, nu. 8. Vel
ex defectu voluntatis eius, qui actum fecit, nu. 9. Aut si ces-
set causa favoris ipsius iuris, nu. 11. Vel præstatio semel tan-
tum pro tribus annis facta sit, nu. 12.
- Idem si titulus inualidus est defectu ignorantie facientis actum,
nu. 14. Aut defectu falsitatis, nu. 15.
- 10 Testamentum ex defectu voluntatis inualidum, neque etiam
favore piæ causæ obseruari.
- 13 Præstatio vnica pro decem annis non sufficit, vt titulus præsu-
matur.
- 16 Actus falsus non est actus.
- 17 Pecunia falsa non dicitur pecunia, nec soluentem liberat.
- 18 Titulus auctoritate iuris publici inualidus, in favorabili obli-
gatione inducenda, triennali præstatione confirmari, verum
est in verosimilibus.
Item vt præstatio fiat eo modo, quo legatum est, vel relictum,
nu. 19.
- 20 Alimenta diuersis modis, vel diuersis in locis præstari, parum
refert.
- 21 Titulus auctoritate iuris publici inualidus, in inducenda obli-
gatione non favorabili decennali præstatione non conualida-
tur.
- 22 Titulus nudo pacto causatus, cum decennali præstatione non cō-
firmetur.
- 23 Debitor naturaliter tantum sponte solucendo agnoscit & confir-
mat debitum.
- 24 Actus nostri volunt. vry non extenduntur, nisi quatenus necessi-
tatem inferunt. Id tamen referendum ad omnino voluntari-
os nu. 52.
- 26 Tempus nec modus est obligationis inducende, nec inualide cō-
firmande. De quo tamen tempore id intelligendum, nu-
mer. 55.
- 27 Falcidia cum potest vti heres legatum vnum integrum præstā-
do, sibi preiudicat etiam quoad alios legatarios.
- 28 Solutio facta ex annuo debito, quomodo causam limitatam ha-
beat.
- 29 Solutio debiti vnius, in alio, non inferit obligationem.
- 30 Dispositio concepta in vnum tempus non extenditur ad aliud.
- 31 Pactum nudum, etsi titulus sit inualidus, ob sequitas tamen
præstationes cur confirmetur.
- 32 Titulus auctoritate iuris publici inualidus, aut inducenda hō-
ratione solo temporis cursu confirmatur per subsequente
præstationem vel patientiam.
- 33 Immem aliquem aut tanquam exemptum se gerere, quā

di, quando constat de veritate in contrarium, vti constat de-
 pto titulo inualido. Idem respondit Ruin. in consilio 156. nu-
 mero 16. ubi v. t.

Hic declaratur regula cancellarie de trienniali possessore,
 que dicitur tueri cum, qui possedit beneficium per trien-
 nium, pro eo præsumitur, quod iuste possideat, atamen contra-
 rium probari potest. Ita Dec. in d. l. si certis annis, numero 16. C.
 de pact. post Felinum in c. cum Bertoldus, de re iud. Adde eundem
 Felin. in c. scilicet. numero 31. de re iud. & Cassiodorum in
 commentariis ad regulas cancellarie, quæst. 8.

76 Declaratur tertio, vt locum non habeat t casus, quando
 contra eum qui decennale præstationem recepit, repu-
 gnat aliqua legis dispositio. Nam tunc titulus & causa præ-
 stationis ab eo allegata, non præsumitur vera solo cursu de-
 cennali. Ita Barto. in d. l. cum de in rem verso, numero 7.
 ubi dicitur, aut ius commune resistit. & cum eo sententur alij, quos
 statim referam. Affertur primum exemplum, vt si laico per
 decennium præstita fuerunt decimæ Ecclesiasticæ, vel quid
 simile ad ecclesiam pertinens, cuius capax non est regulari-
 ter ipse laicus. Etsi enim dictum fuit, eam præstationem fieri
 causa emphyteusis, vel alia de causa, atamen causa illa non
 præsumitur vera, & iusta, per solam ipsam decennale præ-
 stationem. Ita Cyn. in d. l. si certis annis, quæst. pen. C. de pact.
 & ibidem Iason colum. vlt. v. l. 7. limita. & Decius numero 17.
 qui alios plures commemorat. Idem scripsit Didac. in lib. 1.
 var. resolut. c. 17. num. 6. in fin.

Et prædicta comprobantur traditione Crauetæ, in tract.
 de antiq. temp. in 2. particula quartæ partis principalis, numero 52.
 quem commemoravi supra in prima extensione secundæ ca-
 pitis. Scribit in eo loco Crauer. aduersus Alexand. Felin. &

77 Curium iuniorum, quando lex resistit, laico, t ne possideat
 decimas ecclesiasticas, vel beneficiorum collationem, nec
 præstationem quidem inmemorialem sufficere, nec allegari
 illam posse, vt laicus in futurum ea consequi possit.
 Non hic repeto iam dicta & temporis diuturnitate non præ-
 sumi titulum in beneficiis scribunt multi congesti à
 Tyraquell. in tractat. de præsumption. §. 1. glo. 4. v. l. sed huic
 sententiæ.

78 Secundum est exemplum in episcopo, t qui affert habe-
 re ius percipiendi decimas in diocesi alterius Episcopi, ob
 id quod diu percepit: hoc enim non sufficit. Ita post alios
 Didac. in d. libro 1. var. resolut. cap. 17. numero 7. & in specie no-
 stra Bald. in tract. de præscript. in 1. par. 3. partis principalis, quæst.
 10. num. 9.

79 Tertium est exemplum t quando quis allegat titulum, cui
 præsumptio ipsa iuris repugnat, vt puta titulum donationis.
 Nam is titulus verus & iustus non præsumitur, sola decen-
 nali præstatione, vt in posterum is qui præstitit, solvere &
 præstare cogatur. Ita gloss. in l. scient. §. vlt. de offic. Pro-
 curator. & legat. quam sic intellexerunt Baldus in l. vlt. C. de
 statu defuncti. Salicet. in l. si certis annis, quæst. 5. C. de pact. &
 ibidem Iason colum. vlt. v. l. 10. limita. Modestus Parisien.
 in commentariis ad consuet. Parisien. tituli §. 7. numero 20. Hinc
 docuit ad rem nostram Bartol. in d. l. cum de in rem verso, nu-
 mero 14. quod si t rusticus sine causa & titulo præstitit nobis
 per decennium capones, non inducit obligationem respectu
 futuri temporis: quia etsi rusticus præsumatur in præteritum
 donasse, non tamen idem præsumitur quoad futurum te obli-
 gasse ad donandum. Et Barto. secuti sunt Floria. in d. l.
 cum de in rem verso, numero 11. & ibidem Salicet. numero 11. &
 alij quos retuli in libro 2. de Arbitr. iudicium, Casu 160. nu-
 mero 17. & in consilio 201. numero 64. libro 3. quo loci post alios
 scripsi, nec quidem cursu temporis inmemoriali ius aliquid
 acquirit huic domino.

Hoc tamen exemplum improbavit Deci. in d. l. si certis an-
 nis, numero 18. C. de pactis, post Salicetum in l. filie. C. famil.
 et c. fund.

Quartum adduci potest exemplum, quando quis allegaret
 titulum, qui à t lege habetur pro non titulo, vt si quis dice-
 ret se diu fuisse hospitarum in alicuius domo, & propterea
 velle in posterum ab illo suscipi. Non enim titulus iste infert
 obligationem in posterum. Nem quod fuerit hospitarus, non
 præsumitur in titulo, & causa obligationis: sed familiarita-
 tis & amicitia, sicuti tradunt Floria. in d. l. cum de in rem verso,
 numero 11. v. l. idem dicitur. Lucas de Penna in l. 3. in præsump. 8c.
 C. de apochis publ. libro 10. & Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina,
 numero 68. de causa possess. & propriet. Huc pertinet quæstio dis-
 putata à Pileo in q. 84. in fin. cum diffinit præstitum ab Abba-
 te & monasterio t hospitalitatis causa non inferre obligatio-
 nem in posterum. Hæc tamen declaratio locum non ha-
 bet, favore t præ causæ, cui censetur in futurum obli-
 gatus, qui diu sua liberalitate aliquid præstitit. Ita post alios
 Marsh. in sing. 192.

Declaratur quarto, vt procedat hæc præsumptio, quan-
 do singulis ipsis annis facta fuit hæc ipsa præstatio: Secus

si semel tantum, pro omnibus t ipsis decem annis. Non
 enim hæc vna sola pro multis annis inducit præsumptio-
 nem tituli, & iustæ causæ. Ita Cyn. in d. l. si certis annis,
 quæst. 6. C. de pactis. & ibidem Iason colum. vlt. v. l. octauo
 limita. & Dec. numero 11. & 12. Balb. in tractat. de præscript. in
 tertio parte, quæst. 10. numero 26. v. l. quæstio quinta limita. con-
 tractat. tradit Barto. in d. l. cum de in rem verso, numero 8. quod
 vnica præstatio t vlturum non sufficit ad præsumendam ob-
 ligationem pro futuro tempore. Idem sentit ibidem Salicet.
 numero 12. & traditionem hanc probat d. l. cum de in rem verso,
 sicuti explicauimus supra. Huc etiam facit, quod diximus su-
 pra in primo capite, in quarta declaratione tertij casus, post
 Ioan. Fabri, Iasonem, & alios, quod vna præstatio facta pro
 tribus annis, non sufficit, vt titulus fauorabilis inualidus ta-
 men conuuldetur.

Declaratur quinto, vt locum habeat, quando hic allegans
 titulum & causam præstationis, t probat veræ & iustæ præ-
 stationes illas fuisse factas per decennium: tunc si probat
 præsumptiue tantum: vt puta quod præstatio fuerit facta
 tribus vltimis annis. Nam etsi t quæstio soluitur tribus illis vlti-
 mis annis præstationem tulle etiam alij annis antecessentibus,
 iuxta legemque. C. de apochis pub. lib. 10. & dicemus
 infra. Atamen notio in casu non sufficit hæc probatio.
 Ita Bur. in c. litem de alio. quæstio sequitur Iason in d. l. si
 certis annis, cum vlt. v. l. 10. limita. C. de pact. Tyraquell.
 in tractat. de præscript. §. 1. glo. 4. in fin. & Va. quos in tractat.
 controuersiarum lib. 1. num. 1. §. 1. 58. numero 11. qui referunt Cra-
 stensem dissentire. Huc pertinet, quod respondit Ruin. in
 consilio 29. numero 4. ubi dicit, quod quando constat
 verè de actu tunc t casu decennij præstationis solemnitas,
 quæ veratur circa ipsum actum: tunc vero si de ipso actu
 solum constat, præstatio præstatur, & dicemus in subse-
 quenti præsumptione in octaua declaratione tertij casus.

Declaratur sexto, vt procedat hæc præsumptio quando
 t præstationes fuerunt uniformes, & si differens. in d. l. si
 certis annis, cum vlt. v. l. 10. limita. in rem verso. C. 88
 de pact. & Balb. in tract. de præscript. 1. particula tertie partis
 principalis, q. 10. num. 23.

Declaratur septimo, vt locum non habeat favore t mino-
 rum. Ita Alexand. in consilio 94. numero 6. libro 7. Coram. in consilio 99.
 numero 3. ubi dicit, et comprobat ex his, quæ dicemus in subse-
 quenti præsumptione, vt explicabimus, quando solemnitas
 præsumitur contra temporis.

Secundus est casus huius tertij capitis, quando scilicet a-
 gitur de obligando aliquem ad ius personale, vt puta subie-
 ctions, & vtilitatis: vt puta, si quis tenuit alicuiusquam
 vasallus. Hoc est titulus, & causa præstationis t non præsumitur,
 nisi eadem viginti annorum. Ita Bart. in d. l. si certis
 annis, in fin. de offic. Procurator. & legat. in l. cum de in rem verso, prope
 finem, hanc quæstio. & in l. vlt. C. de apochis. & consilio 11.
 Balb. in d. l. si certis annis, cum vlt. v. l. 10. limita. C. de pact. & ibi de
 lat. cum vlt. v. l. 10. limita. alios referunt. & probent
 Iacobus in d. l. si certis annis, numero 22. v. l. 10. limita. Balb.
 in tract. de præscript. lib. 1. in prima particula tertie partis
 principalis, numero 34. Dicemus in p. 2. q. 2. §. 4. numero 1. v. l. 10. limita.
 in 6. & Va. quos in tractat. controuersiarum lib. 1. num. 1. cap. 34. nu-
 21. qui affirmat, tunc magis locum habere, quænto ad-
 elt cursus temporis iam nonialis.

Tertius est casus, quando agitur de præiudicio tertij
 tunc titulus, & causa præstationis t non præsumitur, nisi cursu
 viginti annorum, ita in p. 2. q. 2. §. 4. numero 1. v. l. 10. limita.
 numero 15. v. l. 10. limita. C. de pactis. & ibidem Iacobus
 numero 22. consilio 201. numero 64. libro 3. quo loci post alios
 scripsi, nec quidem cursu temporis inmemoriali ius aliquid
 acquirit huic domino.

Quartum est huius disputationis, caput, quando quis a-
 git contra eum, qui nihil fecit, sed passus est in iuramento
 liquid in suo fieri: atque ita quando agitur contra patientem,
 & allegatur titulus seu causa illius patientia. ad cuius quide-
 m tituli probationem adducitur cursus temporis, hoc ca-
 put desumpsit ex Bart. in d. l. cum de in rem verso, co. 3. numero 7.
 v. l. aut contra patientem, si de vsuris. Et hoc in capite dilin-
 guo atque constituo aliquot casus.

Primus est, quando agitur de præsumendo titulo, & cau-
 sa ad t eammodum patientis. Hoc sane in casu, solo cursu
 decennij præsumitur titulus iustus. Ita Bart. in d. l. cum de in
 rem verso, nu. 7. v. l. aut contra patientem. & ibidem Floria. nu-
 mero 10. Fulg. numero 7. Iason. in l. si certis annis, numero 7. C. de
 pact. & Balb. in tract. de præscript. in prima particula tertie partis
 principalis, qu. 10. num. 10.

Et hanc sententiam præcitati Doctores fulciunt textu.
 l. si filius. C. de petitio. hered. vbi filius diu possedit hæ-
 reditatem

rediret sibi delatam præsumitur aditio, atque ita legiti-
 mus titulus.

Verum Salicet. in d. l. cum de in rem verso, nu. 9. v. l. 10. limita. hoc pri-
 mo scribit, d. l. si filius non loquit de substantia obligationis,
 sed de quadam præambula solemnitate, quæ facile præsu-
 mitur qua de re differemus in subsequenti præsumptione, vbi
 etiam explicabimus text. l. qui in aliena, ff. de acq. hered.

Secundus est casus, quando agitur de præsumendo titulo o-
 bligatorio contra patientem, de cuius t leui incommo-
 dio modicoque præiudicio tractatur. Hoc casu præsumitur
 titulus iustus, probata decennali patientia. Ita Bartol.
 in d. l. de in rem verso, nu. 7. v. l. aut in ipsius incomm. dom. &
 ibidem Fulg. ofius nu. 5. & n. 7. Castren. in l. seruitus, ff. de seru-
 tit. vbi etiam Florianus Alexand. in l. si certis annis, colum. pe. C.
 de pactis. & idem in consilio 50. colum. vlt. libro 3. & in consilio 12.
 nu. 7. lib. 4. Fel. in c. de quarta, nu. 25. & in c. causam. n. 18. de præ-
 scriptio. Dec. in l. 1. in tertio lectura, nu. 78. C. qui admittit. & prius
 Bald. ibidem numero 38. & Balb. in tractat. de præscriptio. in prima
 particula tertie partis principalis, quæstio 10. num. 7. & 12. qui
 restatur esse communem opinionem, sic & Boer. in quæst. 42.
 num. 5. Et horum traditio fulcitur l. qui in aliena, v. l. sed si non
 adierit, ff. de acq. her. Est enim modicum præiudicium, quod
 hæreditas delata filio acquiratur patri, ob ipem quam filius
 habet futuræ successions, l. cum oportet, §. cum autem. C. de bonis
 que liberis. Et contra modicum præiudicium si patri, si
 usufructus sibi delatus acquiritur filio, ob vovum parentum
 erga filios. Et propterea si pater, patiente diu filio, id est decem
 annos, vt exponunt præcitati Doctores possidet aditio
 atque ita titulus præsumitur contra ipsum filium. Et in casu
 dictæ legis, qui in aliena, præsumptio est, non autem fictio, vt
 recte declarat Dec. præcitato in loco.

Secundo affertur text. l. seruitus, la granda, ff. de seruitus.
 vbi patientia diuturna hoc est, decennali præsumitur seruitus
 iusto titulo acquisita, aduersus eum, qui passus est alterum i-
 re per fundum suum. Ea creditur ratio, quia de modico pa-
 tientis præiudicio agitur, & idem probat. l. si quis diuturno, ff.
 de seru. vend.

Tertio confert l. i. C. de pat. potest. de qua diximus supra.

Quarto adducitur gloss. communiter recepta in l. pe. C. com-
 muni diuid. Cum dixit cursu decennali præsumi titulum di-
 uisionis bonorum inter fratres, qui passi sunt inuicem pos-
 sidere bona hæreditaria separatim. Et hoc ea ratione, quia
 agitur de modico præiudicio, vt inquit Bartol. in d. l. cum
 de in rem verso, numero 5. & ibidem Florian. numero 11. v. l. 10. limita.
 adde & aliam. & diximus supra hoc libro, in præsump.
 60.

Et hæc quidem communis est & retinenda opinio, etsi
 dissentiant Cyn. Bald. & Angel. in l. si certis annis. C. de pact.
 Bal. in l. cum de in rem verso, in lectura aut de vsuris. Alex. in co-
 silio 179. nu. 6. lib. 6. & Fernandus Valquius in commentariis co-
 trouersiarum illustrum, nu. 58. nu. 12. & nu. 13.

Tertius est casus, quando agitur de præsumendo titulo o-
 bligatorio contra patientem, de cuius magno t præiudicio
 tractatur. Hoc casu sola patientia decennali non præsumitur
 titulus iste iustus & legitimus. Ita Bartol. in d. l. cum de
 in rem verso, nu. 7. v. l. si vero tractatum de magno, ff. de vsuris. Idem
 in sua disputatione seu, quæstio 7. Mulier habens, colum.
 penul. v. l. aut loquimur in casibus. Et Barto. secuti sunt Bal.
 in l. pen. nu. 4. C. communi diuid. in l. solemnibus, numero 3. C. de
 rei vend. & in l. 1. numero 38. C. qui admittit. & ibidem Dec. in
 tertio lectura, numero 78. in si. Alexand. in consilio 179. numero 6.
 libro 7. Ruin. in vlt. solutio maximam, numero 196. & Balb. in d.
 tract. de præscript. in 3. parte, quæstio 10. numero 7. v. l. aut vero &
 tertio. Valquius in commentariis controuersiarum illustrum, cap.
 58. numero 13. & alios plures referunt Tyraquell. in tractat. de
 præscript. §. 1. glo. 4. v. l. 4. & hæc quidem. Exemplum huius
 casus affert potest secundum Bal. in d. l. solemnibus, numero 3.
 Quidam possedit rem meam pro qua me sciente & patiente
 per decennium præstitit censum. Hæc mea patientia, non
 facit, vt præsumatur titulus centuaris pro ipso possidente.
 Est aliud exemplum quod commemorauimus supra hoc li-
 bro in præsum. §. num. 35. Ea ratione ij moti sunt, quod non
 sufficit hoc casu titulus præsumptus: sed requiritur titulus
 verus, & possessio vera, vel titulus putariis causatus iusto
 errore, l. Celsus, ff. de vsucap. & l. nullo. C. de rei vendic. Et
 accedit text. l. quam Tuberonis, §. alia causa, primo responso, ff. de
 peculio. vbi sola patientia non præsumitur concessa admini-
 stratio. Et confert, quod vbi nulla procedit causa & titulus,
 præsumptio formari non potest: cum illa ab aliquibus circun-
 stantiis, & coniecturis deducatur vt in specie docuit Bald. in
 d. l. pe. nu. 4. C. communi diuid. & idem sentit ipse Bal. in l.
 licet, nu. 2. v. l. aut patientia non habet. C. de iure deliber. Dissen-
 tiunt tamen à prædictis multi congesti à Tyraq. in loco præ-
 allegato.

Declaratur primo, vt non habeat locum, quando t i-

vsus est re illa, causa seruitutis sibi debita. Ita Castren. in d. l.
 seruitutes, in si. ff. de seru. Salicet. in l. si certis annis, in si. & ibid. A-
 lex. in fin. C. de pactis. idem Alex. in consilio 108. ad finem. lib. 2. &
 Balb. in d. tract. de antiq. v. l. in prima particula tertie partis prin-
 cipalis, q. 10. nu. 8.

Declaratur secundo, vt procedat hic casus, in patientia
 decennali: secus verò t in patientia longissimi temporis. Ita
 Imol. in c. peruenit, colum. 3. de censib. Alex. in l. sciendum, colum. 96.
 4. de verborum oblig. Curt. Sen. in consilio 76. super motiuis, colum. 2.
 & Balb. in d. quæst. 10. numero 27. v. l. hanc conclusionem. Idem
 sentit Crau. in tractat. de antiq. temp. in 3. parte principali, in
 prim. num. 23.

Ita & multo magis in patientia, cuius initij memoria non
 est in contrarium vt tradit Felin. in c. ex officio, col. 5. in quarta
 limitatione de præscript. qui scribit hoc casu allegandum esse
 titulum: qui demde probatur cursu ipso in memoriali. Verum
 à Felino rectè dissentit Crau. in tractat. de antiq. temp. in
 secunda particula quartæ partis principalis, nu. 58.

Quartus est casus, quando agitur de præsumendo t titulo
 liberatorio à lucro odioso contra patientem, de cuius ma-
 gno præiudicio tractatur. Hoc casu titulus iste liberatorius
 præsumitur decennali patientia, Exempli gratia quando mar-
 ritus per decennium distulit petere alimenta atque ita inter-
 esse dous sibi non numeratæ. Hæc si ne patientia decennalis
 præsumi facit titulum liberatorium à lucro hoc siue inter-
 esse odioso contra maritum. Ita Bar. in d. l. cum de in rem ver-
 so, numero 7. v. l. si vero tractatur de præsumendo, ff. de vsuris,
 quem secuti sunt multi à me congesti supra hoc libro, in præ-
 sum. 25. num. 2. vbi hanc opinionem aduersus alios multos pro-
 baui.

Quintus est casus, quando agitur de præsumendo titulo
 liberatorio, à lucro t fauorabili contra patientem, de cuius
 magno præiudicio agitur. Hoc in casu non præsumitur lon-
 gi temporis cursu titulus ex sola ipsa patientia. Ita Bartol. in
 d. l. cum de in rem verso, nu. 7. v. l. aut de liberatione lucri, ff. de
 vsuris. Et Bartolum secutus est Fulg. ibi, nu. 7. & Balb. in
 d. tract. de præscript. in prima parte tertie partis principalis, q. 10.
 nu. 12. v. l. tertio limitatur. qui inquit, diuersum esse, quando
 cum ipsa decennali patientia, alia concurrunt.

Sextus est & vltimus casus t in beneficiis. Hoc e-
 nim in casu non sufficit decennalis patientia, ad præsu-
 mendum aliquem titulum. Sed plura requiruntur, quæ ex-
 plicat post alios Gomez. in regula Cancellarie de trienniali pos-
 sessione, q. 26. col. 7. v. l. secundus casus. vbi ad rem alia scri-
 pta reliquit.

PRÆSUMPT. CXXXII.

Solemnitas intrinseca & extrinseca, quando &
 quomodo, vel temporis cursu, vel alia ex
 causa præsumatur in contractibus, a-
 liisque actibus inter viuos, dili-
 gens explicatio.

SVMARIA.

- 1 Solemnitatum alia intrinseca est, alia extrinseca.
- 2 Solemnitas intrinseca quid secundum Bar. & alios.
- 3 Solemnitas extrinseca quid.
- 4 Solemnitas obligationis intrinseca præsumitur.
- 5 Fideiussio sine stipulatione non consistit.
- 6 Videtur, verbum, præsumptionem significare.
- 7 Inuestitura includit presentiam.
- 8 Inasse qui dicitur, præsumitur seruatis solemnitatibus.
- 9 Monachum qui se asserit, præsumitur esse infra ætatis.
- 10 Notarius asserens scripturam suam authenticam esse, de ea rogatus præsumitur.
- 11 Solemnitas intrinseca adhibita præsumitur, iis etiam in contra-
 ctibus, qui solum iure specialiter sustineri possunt.
- 12 Dons incertæ promissio specialiter quodam iure valet, & mediante
 stipulatione facta præsumitur.
- 13 Actus vt sit firmior, interpretatur in dubio sumitur.
- 14 Solemnitas obligationis intrinseca præsumitur, etsi verba ad re-
 pus præteritum referantur.
 Idque non solum in actu principaliter gesto, sed etiam in actu e-
 nunciato, nu. 15.
- Item & in præsumptione materiali, nu. 17.
- Nec refert vtrum præsumptio hæc allegetur, nu. 20.
- Fallis vbi contraria probationes extant, vel efficacior aliqua præ-
 sumptio, nu. 21.
- Aut verbum aptum significare solemnitatem, natura actus

- repugnat. num. 44.
- Vel actus probetur testibus. num. 25.
- Item eo casu, quo lex requirit, ut solemnitas intrinseca probetur, non enim tunc præsumptio sufficit, sed testes aut scriptura est necessaria. num. 26.
- Vel quando lex requirit actum, cum certa solemnitate fieri in scriptis ad finem probandi. num. 27.
- 16 Instrumenti executione contra fideiussorem petita, iuxta dispositionem statuti, instrumentum debiti principalis, producere non est necesse.
- 18 Emptionis contractus sine pretio non consistit.
- 19 Affirmans aliquid, dicitur affirmare omnia præcedentia, sine quibus actus non consistit.
- 22 Instrumenti contra tenorem alia probatio non admittitur, quæ per aliam scripturam.
- 23 Solemnitas contra præsumptionem, non sufficit probatio per testes.
- 24 Solemnitas extrinseca adhibita non præsumitur, nisi in actu expressa sit, nullo temporis casu extante, sique qui assensit, in possessione ipsius actus sit.
- Idque locum habet, etiam si extrema probata essent, non tamen præsumitur media extrinseca. num. 31.
- Similiter etiam in solemnitate, quæ communiter consuevit interponi. num. 32.
- Fallit tamen, si in actu enuntiata sit, & verosimiliter tunc adhiberi potuit. num. 33.
- Idem si huic solemnitati non enuntiata partes potuerint renunciare. 34.
- Vel si is contra quem allegatur, nil opponat. num. 35.
- Aut illa enuntiata sit à viro summe pæci & probitatis. numero 36.
- Si præsertim de modico præiudicio ageretur. num. 38.
- Idem si aduersarius qui conuenitur, contractum neget, & de mendacio fuerit conuictus. num. 39.
- Aut iuramentum sit in ipso contractu adhibitum, omnia solemniter acta esse. num. 40.
- Vel agatur de solemnitate tacita quæ in expressa includitur. num. 41.
- Item ubi ex aliqua clausula contractus potest colligi solemnitas totius. num. 43.
- Fallit etiam in actu confirmato, qui solemniter præsumitur. numero 44.
- 29 Persona extrinseca non præsumitur.
- 30 Solemnitas extrinseca est quid facti.
- 37 Ordinatus ad sacerdotium præsumitur solemniter promotus, quæ do ordinarius est vir spectabilis, & magnæ probitatis.
- Ordines minores sub maioribus inciduntur.
- 45 Solemnitate extrinseca in ipso actu non enuntiata, eam tamen alegante in possessione ipsius actus existente, decem annorum curru, inter quos præsumatur.
- 46 Clericus per decennium in pacifica possessione beneficii consistens, cur præsumatur solemniter promotus & ordinatus. num. 47.
- 47 Emphyteuticam rem, tamquam emptam consensu domini decem annorum cursu possidens, contra dominum negantem, solemnitate, & consensus adhibiti, præsumptionem habet.
- 59 Unionis duarum Ecclesiarum solemnitate præsumi casu decennali existente in possessione, ei qui unionem allegat contra prælatum negantem ea solemniter factam.
- 56 Censuræ reservationem factam à patrono Ecclesie, vel capelle, præsumi factam solemniter, concurrente cum ipsa quasi possessione longo tempore.
- 51 Ecclesie vel capelle in constructione, præsumi adhibitum Episcopi consensum, si in ea per decennium divina celebrata fuerint.
- 52 Immunitas à Principe solemniter concessa præsumitur, existente eo qui se immunem gerit in decenniali quasi possessione.
- 53 Immunitate & exemptione concessa ab Episcopo, cursu decennij Pontificis confirmatio adhibita præsumitur.
- 54 Solemnitas extrinseca enuntiata in ipso contractu, si de re modica & leui præiudicio contentio sit, decennij cursu illa præsumitur, absque ulla possessione, neque quasi.
- Et quid si de magno præiudicio agatur inter contrahentes, vel eorum successores, ubi recitantur opiniones. numero 55. 56. & seq.
- 61 Solemnitate extrinseca, in ipso actu non enuntiata, eam tamen alegante, in possessione existente, quanto temporis cursu præsumatur.
- Recensentur opiniones. num. 62. 64. 65. & 66.
- 63 Ius tertij, lex tollit difficilius, quam ipsiusmet contrahentis.
- 67 Solemnitatem extrinsecam concurrente possessione præsumi per lapsum decennij, & quando non procedat. num. 70. multis seq.
- 68 Pacto proprio difficilius contrahere quis potest, quam alieno.

- 69 Præsumptio iuris, & de iure probationem in contrarium admittit, confessione eius pro quo ipsa extat.
- 71 Licentia summi Pontificis in alienatione bonorum Ecclesie, neque 30. annorum cursu præsumitur.
- 73 Dispensatio quia est contra ius commune, cursu temporis an præsumatur. Et quid in antiquis. num. 75.
- 74 Iuramentum suppletium deservitur quando pro eo qui iurare vellet, extat præsumptio.
- 76 Vnionem in beneficiorum requisitam solemnitatem, cursu temporis adhibitam præsumi.
- 92 Præsumptiones duas in eodem actu concurrere, à iure non conceditur.
- 84 Præsumptio ut cedit veritati, ita efficaciori etiam Præsumptioni.
- 85 Præsumptio orta à diuturnitate temporis admittit probationem in contrarium.
- 88 Emphyteusis probari quidem per scripturam debet diuturnitate temporis tamen interuenisse satis probatur.
- 89 Vnionem in Ecclesiis, & ordinum collationem temporis ob diuturnitatem scripturæ præsumitur interuenisse.
- 94 Agere non valenti, nulla currit præsumptio.

DE titulo, & causa, hoc est, de substantia obligationis, differimus superiore præsumptione, nunc de solemnitate, nempe de quadam ipsius obligationis qualitate agendum est. Distinguit interpres vno ore omnes in l. sciendum ff. de verb. obligat. solemnitatem & aliam esse int. in eam, & verò extrinsecam. Ita sane Bartol. ibidem numero 2. Alexand. num. 12. Iason numero 11. & reliqui omnes, quos infra longa serie commemorabimus. Solemnitatem intrinsecam esse scripsit præcitato in loco Bartol. in tertio oppos. quæ & ex natura verborum prolatorem comprehenditur. Et Bartol. secuti sunt reliqui, teste Iason. Alberticus vero dixit, solemnitatem intrinsecam esse quid facti adhaerens, unde, posito facti ponitur solemnitas quæ est de iure ipsi facti. Et ab Albertico non dissentit Iason in d. l. sciendum, num. 1. in fine, et ipse alienam descriptionem huius solemnitatis commemorat. Et ut vno verbo dicamus, solemnitas intrinseca inest actui, illum que concomitatur legis dispositione ex natura verborum abique aliquo hominis facti. Cum enim actus ponitur, solemnitas, si significatur: sicut quando dicimus aliquem fideiussorem, affirmamus stipulationis solemnitatem inesse, natura, & significatione verborum, secundum legis dispositionem l. b. manit. Cod. de facinus. Et apertius exemplum in stipulatione, quæ ubi pronunciat, & statim dicimus præcessisse interrogationem & subiectionem fuisse responsum. Cum sine illis stipulatio dici non possit. l. 5. §. stipulatio. ff. de verbo. obligat. alia exempla suo loco infra commemorabimus.

Solemnitas verò extrinseca est, secundum Alberticum præcitato in loco, quid facti separati ab eo actu, cui adhibetur, vnde ex vno ad aliud non inferitur: & vno posito, non ponitur aliud. Possimus etiam manifestius dicere solemnitatem & extrinsecam esse illam, quæ est extra actum ipsum, & actus ipse sine ea, in se stare potest: tamen lex, actum ipsum, ut minus tolemnem non approbet, sicut dicimus in casu l. quæcumque. §. vltim. ff. de publi. in rem actio. ubi si contraxi cum pupillo abique tutoris auctoritate, & decreto Prætoris, sicut lex ipsa requirit, contractus dicitur in esse productus, at tamen lex ipsa non approbat, immò nullum esse decernit, ob illius tolemnitatis defectum. Cum itaque duæ sint solemnitatis species est Iason. Corat. Aemilius Ferrer. in d. l. sciendum. scripserunt commentitiam esse hanc Doctorem distinctionem, duo etiam hic capita constitutus, quorum primum verabitur circa solemnitatem intrinsecam præsumendam, secundum vero et ea extrinsecam.

Primo in capite de intrinseca solemnitate regulam constitutumus, & illam præcitato in loco Bartol. in d. l. sciendum, numero 2. & Angel. volum. 4. vers. ex præcitato, qui regulam sic esse constituendam manifestè e ipse ostendit. Sic & Alex. ibidem in summarij. Alexan. & Iason numero 1. & num. 24. & Felin. in cap. sic. num. 37. de sent. & re. iud. & probatis text. d. l. sciendum ubi si quis testis se vid. vult, videtur omnia solemniter acta: hoc est, interposita stipulatione, sine qua fideiussio non consistit l. 5. §. jatis accepto. ff. de verbo. obligat. l. b. manit. C. de fideiuss. & §. vltim. in Insti. eo. Illud enim verbum, & videtur, in d. l. sciendum, significat præsumptionem, non autem fictionem: sicut ibi omnes intelligunt, & attingimus supra libr. l. quæst. 10. numero 3. est Alciat. ibidem numero 3. existimauerit, significare interpretationem, quæ tamen verè nil à præsumptione differt, ut post Baldum, & alios scripsi supra in l. 1. q. 27.

Secundò regulam hanc probat text. l. 1. C. de contrahen. & committ. stipul. cum l. sancimus. C. de verbo. sign. ubi si dictum est, aliquem causisse, præsumitur adhibita stipulatione, quæ est

- intrinseca eius solemnitate, promississe.
- Tertio in l. iurigenium. §. quod ferè. ff. de pactis. quo loci idè dicitur de verbo, sponon diste.
- Quartò l. l. c. a. ff. si certum pet. & in §. si scriptum. in Insti. de inutil. stipulat. ubi idem de verbo, promississe. Quæ de re scripti supra hoc libro in præsumpt. 41. & in cons. 259. numero 17. lib. 3.
- Quintò confert text. c. 1. de clerici. per saltum promo. quo loci asserens se presbyterum, præsumitur prius factus Diaconus, cum presbyteratus ei do illum includat.
- Hinc respondit Oldra. in cons. 217. quod affirmans se inuentum, præsumens quòd præsens fuerit: Cum & inuentura includat præsentiam: & Oldrad secuti sunt Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de emphyteusi. §. 1. vers. nunc firmam. & Alciat. in d. l. sciendum, num. 8. de verb. obligat. & alios refert ac declarat Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione & præsumptione formæ, & solemnitate. volum. 12. vers. scilicet fallit.
- Huc etiam pertinet, quòd si quis dicit se uxorem duxisse, omnia fecisse præsumitur, quæ matrimonio contrahendo sunt necessaria, l. cui fuerit. ff. de cond. & demonstr. vbi Socin. in secundo notab. Alciat. d. l. sciendum, numero 8. Confert etiam, quòd si scriptum est aliquem iurasse, & præsumitur id fecisse seruatis solemnibus, ut respondit Alexand. in cons. pen. libro 5. quem retulit & eccutus est Alciat. d. l. sciendum, num. 8. de verb. oblig.
- Accedit quòd quis se & monachum dicit, eius ætatis esse præsumitur, cuius eum esse oportet, qui vult esse monachus, in præsentia. C. de probatio. & ibidem Felin. & Alciat. præcitato in loco.
- Huc facit, quòd si notarius & asserit scripturam suam esse authenticam, præsumitur quòd fuerit de ea rogatus. Cum authentica illa dici non possit nisi de ea rogatus sit. Ita Card. in c. Albe. volum. 2. de testib. & Felin. in c. scisc. numero 37. & sent. & re iud.
- Extenditur primò hæc regula, ut locum etiam habeat in contractibus, & qui solum iure speciali sustineri possunt. Nã & in his solemnitas intrinseca præsumitur obseruata, & adhibita. Ita Iaf. numero 3. qui & Romanum recenset, & Alciat. num. 9.
- Exemplum afferunt in contractu dotis: Nam etsi iure quodam speciali, & favore dotis, valet promissio dotis & incertæ. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. attamen si in instrumento scriptum legitur, aliquem promississe dotem, præsumitur atque intelligitur mediante stipulatione. l. 1. C. de dotis promissio. Et hoc quidem procedit, etiam si ponitur ea solemnitas non includi iure speciali, verbi gratia, speciali favore dotis admittitur fideiussio, pacto nudo. l. vltim. C. ad Velleian. si ergo reperitur scriptum, aliquem fideiussisse in causam dotis talis mulieris, adhuc præsumitur per stipulationem promississe, etsi pacto nudo valere potuerit fideiussio hæc. Iason in d. l. sciendum, numero 3. & Alciat. num. 10. Ita etiam Brun. in tracta. de forma & solemnitate. in titu. de probatione & præsumptione formæ, & solemnitate. volum. 3. vers. & prædicta regula. qui alios recenset. Ea ratione vñ sunt, quia in dubio sumitur interpretatio, ut actus & sit firmior. l. 3. ff. de testam. mil. qua de re differemus infra lib. 6. in præsumptio. 8. ubi explicabimus, quando sumatur præsumptio pro validitate actus.
- Extenditur secundò, ut locum habeat hæc præsumptio, & etiam si verba ad tempus præteritum referantur, ut si notarius in instrumento scripsit, partes ipsas suas confessiones affirmasse, quòd interuenit fideiussio. Nam & tunc præsumitur solemnitas intrinseca stipulationis. Ita latè Iason in d. l. sciendum, numero 4. de verb. oblig. post Angel. ibi. volum. 1. & sequitur ibidem Alciat. num. 12. reiecta contraria opinione Baldi Nouelli, in tract. de dote, in sexta parte principali, in vndecimo privilegio. Hanc tamen traditionem intelligit Iason qui supra, num. 5. nisi simpliciter dictum sit, aliquem fuisse nominatum fideiussorem. Non enim sequitur, quòd per stipulationem promiserit.
- Extenditur tertio, ut procedat hæc regula, & præsumptio, non solum in actu principaliter & gesto, sed etiam in actu enunciativo, ut putà, si aliquis actus enunciativus in instrumento, vel in alia obligatione quàm in principali. Nam adhuc actus ille enunciativus præsumitur solemniter, quoad solemnitatem intrinsecam, verbi gratia, si in instrumento fideiussionis separatim præstita, sit mentio debiti obligationisque principalis, probat debitum principale, ita quòd dici non potest fideiussio præstita sine causa, & fideiussio ipsa præsumitur solemniter præstita sine causa, & fideiussio ipsa præsumitur solemniter præstita, adhibita stipulatione, sicut si vna simul cum principali fuisset præstita. Ita Bartol. in d. l. sciendum, in prin. & ibidem Angel. Imol. Castrenf. Aretin. numero 3. & Brun. in tract. de forma & solemnitate. in titu. de probatione, & præsum-

ptione formæ, & solemnitate. volum. 4. vers. secundo ampliatur. Et hinc prædicti inferunt, quòd si peratur executio in instrumenti contra fideiussorem, iuxta statuti dispositionem, necesse non erit producere instrumentum debiti principalis, cum satis sit, quòd eius mentio fiat in ipso instrumento fideiussionis. Quam sententiam probatur etiam Bald. in Auth. si quis in aliquo. col. 2. C. de eden. Angel. in §. hoc insuper. in aut. ut sponfal. larg. Floria. in l. inde Neratius. §. vltim. ff. ad l. Aquil. & in l. ab ea parte. ff. de prob.

Extenditur quartò, ut locum habeat hæc regula, & præsumptio, in solemnitate & (ut nostri appellant) materiali, ut si quis dicat se aliquod vendidisse, præsumitur hic constitutum fuisse pretium. Ita glo. in c. de simo. & in c. ad questiones. de rerum permuta. Iason in d. l. sciendum, num. 24. post Comens. & Alexand. ibi. sic & Aretin. num. 2. & Alciat. num. 15. qui dixit, hanc esse substantiam, non autem solemnitatem, & latè Brun. quem mox referam. Et huius sententiæ ratio est, quia cum sine & pretio non consistat contractus iste emptionis & venditionis. §. pretium. Insti. de emp. & vendi. sequitur, quòd asserens venditionem, dicitur etiam affirmare pretium interuenisse. Quoniam aliquod & affirmare affirmare dicitur omnia præcedentia, sine quibus actus non consistit. c. cum super. de confessio. vbi Bald. & Imol. Hæc tamen extensio intelligitur, nisi contingat disputari principaliter de iusto ipso pretio. Nam tunc non sufficit hæc implicita confessio, sed probari debet iustum ipsum pretium, ut declarant Bartol. in d. l. sciendum, num. 2. Crot. num. 28. Iason num. 4. & Alciat. numero 15. in fi. Quibus accedunt Felin. in c. scisc. col. vltim. de senten. & Brun. in tract. de forma & solemnitate. in titu. de probatione & præsumptione formæ & solemnitate. volum. 4. vers. prædicta regula.

Extenditur quintò, ut procedat hæc regula etiam si & præsumptio hæc non allegatur. Ita Abbas in c. vltim. volum. 9. vers. sed quero, an sit necesse, de prescrip. Aretin. in cap. testimonij. volum. 7. vers. & superius. de testib. Felin. in cap. cum ordine. volum. penult. de rescriptis. & Brun. in d. titu. de probatione & præsumptione formæ & solemnitate. volum. 4. vers. prædicta regula.

Declaratur primò hæc præsumptio, ut locum non habeat, quando & extant contraria probationes, vel efficacior aliqua præsumptio. Si quidem aduersus præsumptionem hæc admittitur contraria probatio. Ita tradunt Iason. in d. l. sciendum, num. 7. & num. 10. post glo. & Bart. ibidem. & Alciat. num. 20. idem affirmant Abb. in cap. scisc. col. vltim. de senten. & re iudi. & Brun. in tracta. de forma & solemnitate. in titu. de probatione & præsumptione formæ & solemnitate. volum. 8. vers. scilicet o. Et autè limitatur. Et scribunt prædicti facilius probari posse contra solemnitatem, quòd scilicet non fuerit adhibita quam contra ipsum tenorem instrumenti. Nam contra tenorem & instrumentum non admittitur probatio nisi per aliam scripturam. l. generaliter. C. de non numer. pecun. sed contra solemnitatem seu solemnitate & præsumptionem, sufficit probatio per testes. Ita glo. in l. iurigenium. §. quod ferè. ff. de pactis. cum a. 23. liis congestis à præcitatis Doctoribus Crotus tamen in d. l. sciendum, numero 55. scribit hanc esse præsumptionem iuris & de iure, & ob id non posse probari contrarium. Quòd verum non est.

Declaratur secundò, ut non procedat, & quando verbum est aliquo aptum significare solemnitatem intrinsecam repugnet naturæ actus: ut puta si verbum promitto, poneretur in contractu innominato, ut est permutatio. Nam tunc non præsumetur solemnitas intrinseca, nempe stipulatio. Ita Alexand. in d. l. sciendum, volum. 1. & Brun. in d. titu. de probatione & præsumptione formæ & solemnitate. volum. 5. vers. scilicet. tertio fallit.

Declaratur tertio, ut non procedat, & quando actus ipse probatur testibus. Nam tunc solemnitas intrinseca, non præsumitur eo in actu adhibita. Ita Bartol. in d. l. sciendum. vbi Alex. num. 12. Iaf. num. 24. vers. secundo limita. & num. 29. Felin. in d. c. scisc. col. pe. vers. fallit. tertio. de sent. & re iud. & Brun. quem mox referam. vers. septimo limitatur.

Declaratur quartò, ut non procedat, quando & lex requirit, quòd solemnitas ipsa intrinseca probetur: tunc non sufficit & præsumptio, sed requiritur probatio per testes, vel scripturam. Ita Roma. in d. l. sciendum. & ibidem Alex. num. 12. Crot. num. 11. & Iason num. 26. Existimo rationem esse, quia etsi lex præ oculis habeat ipsam præsumptionem iuris, quæ atque sufficit: attamen ea non contentatur, dum requirit probationem. Brunus qui supra.

Declaratur quintò, ut locum non habeat, quando lex & requirit actum fieri cum certa solemnitate in scriptis ad finem probandi. Nam tunc non sufficit præsumptio iuris: sed requiritur ipsa scriptura. Ita Roman. in l. sciendum, in fine. & ibidem Iason num. 27. Felin. in d. c. scisc. num. 38. volum. pen. vers.

fallit secundo. & Brun. in d. titu. de probatione & presumptione formæ & solemnitate. col. 6. ver. quinto limitatur. & Alciat. in d. l. sciendum. n. 25.

Secundum est huius disputationis caput, quod verfatut circa solemnitate extrinsecam. Quo sane in capite distinguendi atque constituendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando solemnitas fuit expressa in actu: sed nullus est extratemporis cursus, etsi is, qui asserit solemnitate extrinsecam adhibitam in actu fuisse, est in possessione ipsius actus: sicuti quando quis non multo tempore emit, a minore vel ab Ecclesia, & asserit requisitas a lege solemnitates in contractibus minorum & Ecclesiæ fuisse adhibitas. Hoc in casu non præsumitur adhibita hæc solemnitas. Ita scribunt Bart. in d. l. sciendum. num. 4. & ibidem Alexan. numer. 26. & Ias. numero 12. vers. quarto adde. qui de solemnitate adhibenda in alienatione bonorum Ecclesiæ sic docuit ex sententia Alex. in cons. 174. lib. 4. & Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probat. & præsumpt. solemnitate & formæ. col. 9. ver. circa aliam regulam.

Et horum traditionem & doctrinam probat d. l. quæcumque. vltim. de publicia in rem actio. Nec repugnat, quod illo in casu requiritur probatio, ad hunc effectum, vt emptor ipse non dicatur dolo emisse: sed bona fide, sicuti iuri consultus innuere videtur. Nam respondetur, quod si solemnitas illa præsumitur, cessaret etiam doli suspicio: Requiritur ergo probatio illa adhibita solemnitate: quia ea probata, tollitur doli præsumptio: & inducitur bona fides. Probatur & hæc sententia text. l. si ita stipulatus. §. Chrysofonus. ff. de verb. oblig. quo solemnitas dicitur perionam quæ extrinsecam non præsumitur. Cōfert & tertio ratio, quod cum solemnitas quæ extrinsecam sit quid facti, & facta non præsumantur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & postlim. reuer. præsumi hæc solemnitas non debet.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat, quando extrema essent probata: Nam nec tunc præsumerentur media extrinsecam, vt si probatum est beneficium patronatum vacasse, & clericum ab Episcopo institutum. Non tamen præsumitur medium, hoc est presentatio a patrono facta. Ita Rom. in d. l. sciendum. quasi. 9. & ibidem Crot. numero 15. vers. secundo præcedit. Quod egregie declarat Euerard. in loco ab extremis. numero 3.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam in solemnitate, quæ consuevit communiter interponi & adhiberi. Ita Ias. in d. l. sciendum. numero 22. de verborum oblig. & Felin. in c. sciens. num. 36. ver. fallit. de sentent. & re iud. Brunus in d. titu. de probatione & presumptione formæ. col. 9. vers. item ampliat. & col. 12. vers. septimo fallit. & Crot. in d. l. sciendum. num. 20. vers. vltimus casus. qui reuocant Baldi & Aretini contrariam opinionem, quos secutus est Alciat. in dict. l. sciendum, in fine.

Declaratur primò hic casus vt non habeat locum, quando solemnitas ipsa fuit expressa seu enunciata in actu: & eo tempore confecti actus verisimiliter adhiberi illa potuit. Nā tunc præsumitur: secus verò quando solemnitas eo tempore interuenire non potuit, quia de re dicemus infra, & tradit Grāmat. in decis. 79. num. 17. & declarat Ias. in d. l. sciendum. num. 14. de verb. oblig. qui dixit, requiri enuntiationem clarā & peccificam. Ita quoque Felin. in c. sciens. num. 27. de sent. & re iud. qui refert multa exempla.

Declaratur secundo, vt non procedat hic casus, quando huic solemnitati non enuntiate partes ipsæ renunciare poterunt. Nam tunc etsi solemnitas interuenire non potuerit: attamen præsumitur. Ita Bartol. in d. l. sciendum. & ibidem Ias. in d. l. sciendum. vers. secundo limitat. & Brunus in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione & presumptione formæ. col. 9. ver. secundo limitat. & Curt. iun. in d. l. sciendum. numero 52. C. de edend.

Verum hæc declaratio non multum ad rem pertinet, quia ex quo solemnitas non potuit eo tempore interuenire, præsumi non potest adhibita. Concedo quidem præsumi illi renuntiatum ob id, quod eam non adhibuerunt, & renuntiare ei poterunt.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando is contra quem allegatur solemnitas hæc extrinsecam quæ nil opponit, nec contra dicit negando adhibitam. Nam tunc præsumitur adhibita. sic Ioan. Andr. in c. cum dilectus de consuetud. Roma. & Alexan. in d. l. sciendum. & ibidem Ias. numero 15. vers. ultra eum. Idem quoque respondit Castrensis. in cons. 202. In causa consinium. n. 3. & num. 4. lib. 1. Matthe. notab. 12. Ruin. in consilio 23. num. 20. li. 5. Socin. Sen. in consilio 270. col. 3. vers. & hoc maxime quia. li. 2. Felin. in cap. sciens. numero 28. vers. fallit secundo. de sentent. & re iudicat. Brun. ubi supra vers. tertio limitatur. Crauet. in

tract. de antiquit. tempor. in tertia parte principali. in princip. numero 26. vers. sed valde dubito. & Alciat. in d. l. sciendum. numero 30.

Declaratur quarto, vt locum non habeat hic casus, quando solemnitas hæc extrinsecam fuit enunciata, a vitolumma fidei & probitatis. Nam tunc illa adhibita præsumitur. Ita Abbas in c. nisi essent. in primo notab. de prob. l. in d. l. sciendum. numero 19. de verbo obligat. & ibidem pius Crot. numero 18. deinde & Alciat. numero 30. Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione & presumptione formæ & solemnitate. col. 13. vers. undecimo limitatur. & copiose comprobatur Tyraquel. in tract. de antiquit. tempor. in prima parte principali. in septima particula. que incipit. Quid in libro officialis. numero 15. Cum dixit, ordinatum ad sacerdotium, præsumi solemniter promouitur, quando ordinatus est vir notabilis, & magnæ probitatis. Et eiusdem sententia recepit Crauet. Socin. Sen. in cons. ducentis. in septimo. col. 3. libro 2. & idem scripsit Tyraquel. præterito in loco, numero 51. Hanc tamen declarationem intelligunt Felin. in d. c. sciens. numero 34. de sent. & re iudic. & Crot. in d. l. sciendum. num. 18. procedere, quando agitur de modico præiudicio: cum verè exempli gratia, quibus præcitati Doctores videntur, significant, & multorum auctoritate Tyraquel. in d. causa 51. numero 13.

Declaratur quinto, vt non procedat, quando aduersarius, qui conuenit ex contr. actu, negauit ipsum contractum, & deinde de mendacio fuit conuictus. Nam tunc in eius odium & poenam, præsumitur solemnitas ipsius contractus. Ita post Bal. Aluar. & Aret. quos recentent, scripserunt Crot. in d. l. sciendum. numero 20. & ibidem Ias. numero 20. Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione & presumptione formæ & solemnitate. col. 12. vers. quinto limitatur.

Declaratur sexto, vt non habeat locum hic casus, quando in ipso contractu adhibitur fuit iuramentum, quod omnia fecerunt re. & solemniter gesta. Ita Ias. in d. l. sciendum. num. 22. de verb. obligat. & ibidem Alciat. in fi. & Brun. in d. tit. de probatione & presumptione formæ & solemnitate. col. 13. vers. 9. limitatur.

Declaratur septimo, vt locum non habeat, quando agitur de solemnitate tacita, quæ includitur in expressa. Ita Bal. in l. 4. solemnibus. C. de fide instrum. cum dixit, quod si testis affirmat, se fuisse præsentem publico examini alicuius doctorum, præsumitur etiam priuatum examen præcessisse, cum sub publico includatur priuatum. Et Bald. secutus est Brun. præcitato in loco col. 14. vers. 17. fallit. qui asserit & exemplum sacrorum & ordinum, quorum minores includuntur sub maioribus.

Declaratur octavo, vt non habeat locum hic casus, quando ex aliqua clausula contractus quæ potest colligi solemnitas tacita. Ita Bal. in l. iur. §. gentium. §. quod fere. in secundo notab. ff. de pactis. cum dixit, quod ob vltimam clausulam adhibitam in instrumento, totus contractus præsumitur solemniter. Idem respondit Imol. in cons. 86. qui de dictione, & clausula, & cetera, ita censuit. Et hoc secutus est Brun. in d. tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione & presumptione formæ & solemnitate. col. 15. vers. 18. fallit.

Declaratur nono, vt non procedat hic casus in actu confirmato. Nam his solemnitas præsumitur. Ita gl. & Bar. in c. quod sicut de elect. quos secutus est Brun. in loco supra allegato. vers. vltimo limitatur.

Secundus est casus, quando solemnitas hæc extrinsecam non fuit enunciata in ipso actu: sed tamen allegans illam interuenisse, est in possessione ipsius actus, & res agitur solum inter eum, qui solemnitate adhibere debuit, & eum pro quo asseritur, interposita, & adest temporis cursus. Exempli gratia: Clericus possidet iam diu beneficium, & et ab Episcopo mouetur controuersia, quod non fuerit solemniter ordinatus & promotus, nec in beneficio institutus. Vel si Ecclesiæ Prelatus vult reuocare emphyteusim ab emptore, qui diu eam tamquam emptam consensu, & auctoritate ipsius Prelati possidet, & Prelatus negat consensum prestitisse. Hoc sane in casu præsumitur adhibita solemnitas, si eam allegans, iam cursu decem annorum possidet. Ita de Cle-rico qui per decennium est in pacifica possessione beneficii, quod præsumatur solemniter ordinatus & promotus, respondit post Hostiens. Castrensis. in consilio 202. In causa consinium. numero 3. libro 1. quos secuti sunt Alex. in cons. 79. num. 4. lib. 1. Soc. Sen. in consilio 270. col. 3. vers. sed si recte. lib. 2. Ias. in l. sciendum. nu. 17. ver. tertio facit. ff. de verb. oblig. Fel. in c. sciens. num. 29. de sent. & re iud. vbi num. 30. manifestè dixit, sufficere hoc in casu tempus decennij. Dec. in cons. 222. n. 6. ver. & idè dicimus

in cons. 409. nu. 10. Gozad. in cons. 11. num. 12. Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione & presumptione formæ & solemnitate. col. 10. vers. tertio facit. & Natta in cons. 16. 2. nu. 26. lib. 1. Et ratio est, quia non est verisimile, quod Episcopus, qui visitat, & solet ecclesiis, passus esset Clericum possidere beneficium, sine iusto solemnique titulo. Nisi beneficium esset in loco, qui non potuit visitari, vel non fuit diu visitatus, negligentia Prelati, vt declarat Felin. in d. c. sciens. nu. 31. vers. 4. aduerte.

Est etiam simile (vt attigi) quando Prelatus alterve dominus directi vult reuocare ten. emphyteuticam ab emptore, qui eam diu possidet, & tamquam emptam consensu ipsius domini, & is dominus negat præstitisse consensum. Hoc sane casu solemnitas illa consensu adhibiti præsumitur cursu decennij. Ita Alexand. in cons. 111. col. pen. libro 4. Iason in l. sciendum. numero 17. vers. sexto facit. ff. de verbo obligat. & in l. si certis annis. num. 8. C. de pactis. Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ & solemnitate. col. 11. vers. septimo facit. Chassan. in cons. 11. nu. 84. Socin. Iun. in cons. 22. num. 15. lib. 1. Tyraquel. in tract. de legibus conubial. in gloss. 5. & in tract. de præscriptionib. §. 1. gloss. 4. vers. 3. & vers. 35. & vers. 36. Fed. Anton Gabriel. in libro 1. conclusum. in tit. de presumptionibus, conclus. 1. numer. 12. refert alios affirmantes, requiri cursum longissimi temporis.

Huc etiam facit quod dicimus, solemnitate vnionis quæ duarum ecclesiarum, præsumi cursu decennali, existente in possessione seu quasi ipsius vnionis eo, qui vnionem allegat, negante Prelato ipsam vnionem solemniter factam. Ita Card. in Clem. 1. quasi. 9. de electio. Roman. in cons. 275. col. 1. Alexand. in cons. 219. col. 4. lib. 6. Ias. in d. l. sciendum. n. 17. vers. quinto facit. Felin. in c. sciens. numero 29. vers. simile etiam natus. de sent. & re iud. Brun. in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ & solemnitate. col. 11. vers. quinto facit. & Crauet. in tract. de antiquit. tempo. in tertia parte principali. in princip. numero 1. & in subsequenti particula. numero 25. & idem. in cons. 258. num. 15. in fi. & dicimus infra li. 6. præsumpt. 81.

Confert simile, de quo respondit Dec. in cons. 174. nu. 5. reseruat. em census, factam a patrono ecclesiæ, vel capellæ præsumi factam solemniter, adhibito scilicet consensu Episcopi, concurrente cursu longi temporis, cum ipsa quasi possessione.

Est etiam simile quod dicimus, præsumi adhibitum consensum Episcopi in quæ constructione hospitalis, Ecclesiæ quæ capellæ, in qui celebrata fuerunt diuina per decennium, si cui scripserunt Card. & Imol. in cap. officij. de testam. Roman. in l. sciendum. num. 40. qui manifestè dixit, requiri quasi possessionem, neupè diuini celebrationem, cum ipsa temporis diurnitate. Alexand. in cons. 219. numero 13. libro sexto. Barba. in cons. 1. col. 5. & cons. 33. col. prima, libro quarto. Socin. Sen. in cons. 270. col. 3. in fi. vers. confirmatur. quia. libro 2. & in cons. 1. nu. 2. lib. 3. Rochus Curt. in tract. de iure patronatus. in verbo. Ex eo quod de Diocessani. quasi. 7. Felin. in cap. illud. col. 3. de præsumpt. & cap. sciens. numero 29. vers. simile est. de sentent. & re iudic. Iason in l. sciendum. numero 17. de verbo obligat. & in l. si certis annis. numero 10. C. de pactis. Ruin. in cons. 108. num. 2. libro 5. Brunus in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ & solemnitate. col. 10. vers. secundo facit. Afflic. in decis. 368. numero 54. & Ant. Gabriel. in lib. 1. conclusum. in tit. de presumptionibus, col. 1. numero 9. qui alios nonnullos commemorat. His accedunt Petrus Perkius in commentar. de testamentis coniungum. lib. 3. c. 5. num. 3. & Maicard. in conclus. 416. nu. 4. & aliqua dicimus infra li. 6. præsumpt. 79.

Est præterea simile, quod dicimus, immunitatem præsumi solemniter concessam a Principe, quando is, qui se immunem gerit, est in quasi possessione decennali ipsius immunitatis. Ita Rom. in cons. 252. vers. circa tertium. Barba. in cons. 26. col. 4. lib. 2. Felin. in c. sciens. nu. 29. ver. hanc fallentiam. de sentent. & re iud. Ias. in d. l. sciendum. num. 17. vers. 4. facit. de verb. oblig. Brunus in loco supra allegato col. 11. vers. quarto facit. Chassan. in cons. 11. nu. 86. & Gabr. in d. concl. 1. num. 34.

Sic & de immunitate quæ exemptione concessa ab Episcopo, quod præsumatur cursu decennij adhibita solemnitas confirmationis summi Pontificis responderunt Dec. in cons. 152. col. vlt. & Ripa in lib. 2. responsorum, cap. 7. numer. 13. quos secutus est Crauet. in tract. de antiquit. tempor. in 1. particula tertie partis principalis. nu. 27. & Peckius in d. cap. 5. num. 3. Est etiam simile, quod dicimus, instrumentum authenticum ex originali sumptum, & ita diu obseruatum, præsumi citata parte extractum. Ita Aret. in cons. 37. col. pe. Alexand. in cons. 101. col. 3. li. 7. & alios refert Tyraq. in d. glo. 4. vers. 37. qui refert contradicentes.

Tertius est casus, quando solemnitas hæc extrinsecam non

fuit enunciata in ipso contractu, & est contentio de re modica, & leui præiudicio inter ipsosmet contrahentes, quorum alter negat contractus solemnitate obseruatam: Et adest solus cursus temporis sine aliqua possessione, vel quasi. Hoc casu præsumitur hæc solemnitas cursu decennij. Ita Bartol. in sua quæstio. septima. Mulier habens amplum. in fi. Alexand. in l. qui in aliena. in pri. numero 15. ff. de acquir. hered. & in cons. 1. num. 7. & in cons. 113. numero 9. libro tertio. Iason in l. 1. nu. 15. vers. quarto limita. C. qui admittit. & in cons. 176. col. penult. vers. secundo principa iter. libro 2. & in cons. 148. col. vltim. vers. item prædicta. libro quarto. Idem sentit Felin. in cap. sciens. numero 30. de sentent. & re iudic. & manifestè Ruin. in cons. 23. numero 18. & 19. libro 5. Dec. in cap. 1. num. 17. de fide instrum. & in cons. 442. numero 25. Chassan. in cons. 11. nu. 87. & Crau. in tract. de antiquit. tempo. in tertia parte principali. in princip. numero 2. quo loci, num. 9. vers. inuicem non videtur. scripsit cursum hunc decennij, non etiam omnino requiri, quando agitur de modico ipso præiudicio. ex sententia Curtij Senioris in cons. 77. super minus. col. 4. qui absolute respondit solemnitate extrinsecam præsumi quando agitur de modico præiudicio, & huius opinionis commemorat Innocentium, & Abbatem. Illa postea recepta sententia, quod sufficiat cursus decennij, probatur text. l. si filius fami. C. de petit. hered. quem Crau. in loco præallegato diligenter explicauit.

Quartus est casus, quando solemnitas hæc extrinsecam non fuit enunciata, & adest solus cursus temporis sine possessione, vel quasi, & agitur de magno præiudicio inter ipsosmet contrahentes, vel eorum successores, quorum alter negat adhibitam fuisse hanc solemnitate. Hoc sane in casu variæ sunt Doctorum opiniones, qui temporis cursus sufficiat ad præiudicandam hanc solemnitate. Prima fuit opinio eorum, qui existimant, sufficere præiudicium. Ita nullos commemorat Antonius Gabriel. in libro primo conclusum. in tit. de presumptionibus. conclusio. 1. numero 68. vbi recentent Ioan. Andream in cap. illud. col. 3. de præsumpt. & ibidem Butrium, col. pen. Imolam col. pen. & Felinum pariter, col. pen. & eundem. Felin. in cap. sciens. num. 30. de sentent. & re iudic. Alexand. in cons. 113. in pri. lib. 1. Ioan. de Anna. in cap. lib. et Felin. col. pen. de simo. Ruin. in cons. 10. col. 1. & in cons. 154. num. 14. in fi. 5. Brunus in tract. de forma & solemnitate. in tit. de probatione, & presumptione formæ & solemnitate. col. 10. vers. in ista varietate. Chassaneum in cons. 11. nu. 87. Mantuan. in cons. 72. col. 2. & Socin. Iun. in cons. 22. num. 17. lib. 1. Verum multi ex his à Gabriele commemorati, hanc opinionem non affirmant. Nam Butri. in d. c. illud. col. pen. dixit hoc tempus relinquere iudicij arbitrio. Felin. verò tam in d. c. illud. quam in c. sciens. affirmavit, requiri cursum triginta annorum. Alexand. verò in d. cons. 113. libro primo, & in cons. 113. numero 11. libro quarto. nil ad rem nostram respondit: sed de casu præcedentis presumptionis. quo etiam de casu respondit Ruin. in d. cons. 10. col. 1. libro primo. Ita etiam Brun. præcitato in loco, non declarat quod sit illud tempus. sed in col. 11. vers. & secundum Alexand. sentit, esse debere eorum triginta annorum. Chassaneus verò in d. cons. 11. numero 88. dixit, requiri cursum triginta annorum, sentit tamen, quod in his, quæ modici sunt præiudicij sufficeret cursus decennij. Non etiam Mantua in d. cons. 2. col. 2. scripsit, hoc in casu cursu decennij, præsumi hanc solemnitate. Socin. verò in d. cons. 22. num. 17. refert plures opiniones, & in ea potius inclinat, quod sit iudicij arbitrium. Non omni ito tamen Bero. in cons. 89. num. 24. lib. 1. qui post Felinum in cap. Albit. in fi. de testibus. respondit, sufficere hunc decennij cursum. Idem vitus est sentire Ruin. in cons. 1. 4. col. vlt. lib. 5.

Secunda fuit opinio Anchi. in cons. 222. subtiliter. col. 1. in fi. qui respondit, hanc solemnitate præsumi quæ cursu viginti annorum. Verum Crauet. in d. tract. de antiquit. tempo. in 3. part. principal. in pri. num. 15. ante Alex. Ancharanum loqui, quando plura concurrerunt. Nam solemnitas fuerat ibi enunciata ab illis, qui deinde eam negabant. Et obligatio fuerat contracta cum ipsonem curatore minoris, qui ob id sine solemnitate poterat obligari.

Tertia fuit opinio eorum, qui dixerunt requiri cursum longissimi temporis, nempe triginta annorum. Ita huius opinionis multos recentent Crauet. in loco supra allegato, numero 6. Refert enim Signorolum in subscriptione ad Consilium Ziluli Casteli, relatum inter consilia Anchar. in cons. vltim. Alexandr. in l. qui in alie. in pri. num. 9. ff. de acquir. hered. in cons. 219. numero 23. vers. non obstat etiam, cum obiciebatur. libro sexto, & in cons. 179. num. 9. libro 7. Corneum in consilio 144. col. 1. & in consilio 284. n. 3. libro 4. qui asseruit hanc esse communem opinionem Iason in d. l. qui in aliena. col. 3. de acquire. hered. Decium in l. 1. in 3. lectu. num. 82. C. qui admittit. in cons. 36. col. 6. vers. secundo respondetur. in cons. 42. col. penult. in cons. 329.

colom. 1. in conf. 341. num. 13. & in conf. 409. colom. 1. & Ripam in lib. 2. responforum. cap. 22. num. 11. & accedit Ruin. in conf. 86. num. 5. lib. 1.

Ceterum aduertendum est, multos ex prædictis non affirmare hanc opinionem. Nam Signorolus respondit eo in casu, in quo solemnitas fuerat enunciata, & multa solutione longissimo tempore subsceuta. Alexand. vero in d. l. qui in aliena. numero 9. & 10. non affirmat, quæ ex his opinionibus verior sit. In eo vero conf. 216. num. 23. non explicat, quod tempus hoc esse debeat. Immo ibi num. 21. suo illo in casu dixit esse arbitrarium. Iason vero in d. l. qui in aliena. colom. 3. colom. pen. & vltim. sentit potius sufficere decennium: sic & Deci. in d. l. 1. in tertia lectu. numero 82. C. qui admitti. non explicat, quæ dicatur illa temporis antiquitas, sicuti nec explicat in d. conf. 36. in conf. 42. & in d. conf. 319. Ripa vero in d. cap. 11. numero 22. sentit requiri quæ cursum temporis immemorialis, de quo statim dicemus. Quibus constat, hanc opinionem solum affirmari à Corneo in d. conf. 144. & in d. conf. 284. & à Decio in d. conf. 341. num. 13. & in d. conf. 409. num. 10. qui refert Anch. in d. conf. 135. idem respondentem. His ego addo Crottum in d. l. sciendum. num. 25. Ruin. conf. 35. num. 6. & num. 23. & in conf. 86. num. 5. lib. 1. Felin. in c. illud. col. pen. de præsum. & in c. sent. num. 30. de sent. & re iudic. & eruditissimum Barlaram, in conf. 160. num. 51. libro 2. Idem quoque scripsit Petrus Peckius in Commentariis de testamentis coniugum. lib. 3. cap. 5. numero 4. qui dixit, tanti temporis cursu præsumi, maritum adhibuisse consentum uxori, quæ secundum statuti dispositionem testari aliter non poterat.

Quarta fuit opinio existimantium, requiri hoc in casu quæ cursum temporis, cuius initij memoria non existat. Ita sibi parum constantes Alexand. in conf. 218. num. 5. & num. 10. lib. 6. in conf. 94. num. 6. lib. 7. & Iason in conf. 148. num. 8. lib. 4. Socio. Jun. in conf. 56. num. 11. & 13. lib. 1. & in conf. 56. num. 13. lib. 2. quos secutus est Orlaf. in decis. 173. num. 8. vbi cum Iaf. in d. conf. 148. dixit, requiri cursum centum annorum. Idem vult sentire Rip. in d. lib. 2. responforum. c. 22. nu. 11. & cap. 28. num. 12. & Curt. Jun. in conf. 20. num. 6.

Quinta fuit opinio eorum, qui dixerunt, hoc tempus relinquij iudicis arbitrio. Ita Innoc. in cap. 2. eo. num. 2. de regis. in integrum. Hostien. Ioan. Andr. & Butr. in c. illud. de præsum. c. oment. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hered. Alexand. sibi parum constants, in conf. 79. num. 5. lib. 1. & in conf. 9. num. 9. lib. 3. & Socio. Jun. in conf. 22. num. 17. lib. 1. idem sentit. Scripsit tamen Crau. in loco supra citato, iudicem arbitrari debere, quod sufficiat cursus triginta annorum. Crediderim arbitrari posse, pro personarum, & facti qualitate, sufficere aliquando cursum minoris, aliquando maioris. Cum enim à lege diffinitum non sit tempus, hoc totum iudicis arbitrio relinquij debet.

Quintus & vltimus est casus, quando solemnitas hæc extrinseca, & non fuit enunciata in ipso actu, sed etiam allegans illam, est in possessione vel quasi & agitur de præiudicio tertij, qui sciuit actum confectum. Hoc etiam in casu, sunt opiniones.

Prima fuit eorum, qui existimant, sufficere cursum decennij ad præsumendum hanc solemnitatem. Ita Alexand. in d. l. qui in aliena. in princ. num. 10. ff. de acqu. hered. & in c. n. si. 17. col. 2. vers. confirmantur prædicta. lib. 4. & in conf. 219. num. 24. lib. 6. Iaf. in l. 1. n. 15. vers. 3. limit. C. qui admitti. Gozad. in conf. 73. num. 20. & Crauet. in d. tract. de antiqua. temp. in tertia parte principalis, in princ. num. 9. Et ea ratione prima motus est Crauetta, quod si decennio bona immobilia præscribantur, data scientia, & patientia domini, licet agatur de magno præiudicio, & sic agatur non de solemnitate, sed de ipsa actus substantia, quanto magis hoc temporis cursu, præsumi debet solemnitas hæc extrinseca, quæ est qualitas quædam. Verum consideratio hæc, non est satis solidæ: cum in præscriptione præsupponamus titulum, qui non apparet vitiosus defectu bonæ fidei, hoc est solemnitatis. Hic vero contractum apparet. Eo enim ipso quod ostenditur titulus, constat esse minus solemnem, & consequenter adesse præsumptam malam fidem, iux. c. qui contra. de regul. iur. in 6. & diximus supra in præsumpt. 130. vbi de bona, & mala fide præsumenda differui. Præterea si Crauet. affirmat præcedenti in casu inter ipsos contractantes, qui titulum causant, requiri cursum triginta annorum quanto magis asserere eadem debuit, hoc in casu, cum lex difficiliter tollat ius tertij, quam ipsiusmet contractantis.

Secundo eo argumento vsus est Crauetta, quod eadem est ratio, tam contra tertium, quam contra ipsammet aduersarium, cum quo fuit contractum. Nam aut agitur de ipsius tertij interesse, & tunc ex quo passus est illum possidere, sibi præiudicauit. Aut de eis interesse non agitur, & tunc frustra conuenerit. Hæc quoque Crauet. argumentatio admittenda non est: quidem præsupponit Crauet. pro

constanti, sufficere cursum decennij, ad præsumendam solemnitatem inter ipsos contractantes: cum tamen ab ea opinione dissentiant multi, quos ipsemet Crauet. vt sup. retulimus) secutus est, qui quidem affirmant, requiri cursum 30. annorum.

Secunda fuit opinio eorum, qui opinati, requiri hoc in casu tempus 30. annorum. Ita Imol. in c. peruenit. num. 10. de 64. emp. & vendit. Alexand. sibi parum constants in l. sciendum. numero 19. in fin. ff. de verborum obligat. idem in conf. 100. & in conf. 17. num. 8. lib. 1. & in conf. 179. num. 6. lib. 6. Corn. in conf. 181. colom. 6. vers. sed solum dubitatur. lib. 2. Socio. Seni. in conf. 254. colom. 2. vers. sed contra. & in conf. 270. colom. 3. vers. confirmatur quod lib. 2. & in conf. 46. num. 7. lib. 4. Curt. Seni. in conf. 77. super motus. colom. 2. Felin. in c. sent. num. 30. vers. secundum aduerse. de senten. & re iudic. Ruin. in conf. 23. num. 20. lib. 5. Dec. in conf. 638. num. 5. Afflicti. in decis. 345. nu. 5. & 6. Rip. in l. 1. nu. 10. ff. sol. matrimon. Balb. in tract. de præscrip. in prima parte. tertie partis princip. quæst. 10. nu. 10. Zuchar. in l. 1. nu. 24. C. qui admitti. & Modet. Pa. in c. commentari. ad consuetud. Parisi. l. 1. s. nu. 22. & Tyraquell. de præscrip. sig. ff. 4. vltim. sunt & qui hoc limitant.

Ceterum hæc opinio est à or auctoribus recepta est, tamen mea quidem sententia, iure non probatur. Nam text. c. peruenit. de emp. & vend. quæ solo tu citur hæc assertio, non in eo solo cursu triginta annorum. fundamentum constituit, sed in duplicato vxois consensu, quæ etiam passa est pretium ex ea re sua vendita, & accepto à marito, conuerti in communes vsus. Et propterea non potest mulier illa considerari, vt tertius non contractans, sed vt vsus ex ipsiusmet contractantibus.

Tertia fuit opinio Beroy in conf. 5. numero 18. libro primo, qui absolute dixit, hoc e. s. quæ nulla temporis diuturnitate præsumi hanc solemnitatem. Quæ sane opinio iure non probatur.

Quarta itaque opinio affirmari potest, quod hoc tempus sit in iudicis arbitrio quæ possunt, cum iure nostro non sit diffinitum: sicuti & in casu præcedenti diximus.

Declaratur primò prædicti omnes casus, in quibus diximus solemnitatem extrinsecam præsumi cursu tempo is siue decennij concurrente possessione, siue cursu trecentij siue possessione, vel alio tempore, declarantur, inquam, vt non procedant, quæ quando pais, cum qua contractus fuit celebratus negat solemnitatem ipsi m interuenisse, vtputa si Canonici negant interuenisse consensum Capituli, in alienatione rei ecclesiasticæ. Ita Alexand. in conf. 9. numero 6. vers. non obstat, si aueretur, lib. 2. quem secutus est Afflicti. in decis. 245. num. 3. in fin. & in decis. 345. num. 5. qui eundem sententia recentet Abb. in c. ea nascitur, de his que sunt à prela. sine sensen. cap. 1.

Ceterum ab Alexand. & Afflicti, dissentit Craue. in tracta. de antiqua. temp. in 3. part. princ. in princ. num. 26. vers. sed caldè dubito. Ea ratioque primo mouetur Crauet. quia si pars non opponit defectum solemnitatis, illa præsumitur in actu recepti: & sic cessat nte temporis antiquitate: quemadmodum diximus supra in 3. declaratione primi casus. Cum itaque dicunt Doctores solemnitatem, extrinsecam præsumi ob temporis antiquitatem, præsupponunt, quod defectus solemnitatis fuerit aliter & oppositus. Præterea accedit, quod lapsio tant longissimo tempore, non potest ite, qui contraxit, opponere solemnitatem non interuenisse. Nam vt inquit Crau. si solemnitas hæc præsumitur contra tertium, qui lapsio trecentio contradicere non potest, nisi probet negatiuum, quæto minus hunc defectum opponere potest is, cum quo actus fuit celebratus cum difficiliter contrahente quis quæ pol. sic factio proprio, quam alieno, l. si post mortem, s. vltim. ff. de adops.

Existimo Alexandrum rectè sensisse, & Crauetam non esse assuetum ipsius Alexandri mentem, Dicir Alexander, hanc solemnitatem non præsumi, etiam cursu triginta annorum, quando is, ad cuius fauorem oritur hæc præsumptio, affirmat & allegat solemnitatem interuenisse: secus, si negat ita in specie Alexandrum declarat Ruin. in conf. 23. num. 20. lib. 5. qui ait, sic scripsisse & Salcer. in l. si filius. C. de petit. hered. Et subiungit Ruin. e conuerso dici, solemnitatem extrinsecam ita demum non præsumi si eius defectus allegatur sicuti tradunt Roman. Castren. Alex. & reliqui, quos commemorauit supra in 3. declarat. primi casus. Comprobatur Ruini declaratio ex eo, quod dicere solemus, etiam contra quæ præsumptionem iuris, & de iure, admitti contrariam probationem confessione eius, pro quo stat ipsa præsumptio: sicuti copiose differuimus supra in l. 1. q. 61. Ita ergo & nostro in casu, locus non est huic præsumptioni, in negante eo, pro quo alio qui orta est præsumptio ipsa.

Declaratur secundo, vt non habeat quæ locum quoad solemnitatem consensus superioris, qui requiritur in contractu celebrando, vtputa in consensu & licentia Summi Pontificis

ficus, necessaria in alienatione bonorum Ecclesiæ. Nam illa non fuit præsumptio eorum: cursu 30. annorum, cum verisimile non sit, quod ipse Pontifex habuerit scientiam talis contractus, & alienationis. Ita Bald. in l. 2. C. de leg. hered. Alexand. in conf. 9. numero 7. lib. 3. & in conf. 17. num. 8. lib. 4. & hos secuti sunt Afflicti in decis. 107. colom. vltim. & Crauet. in d. tract. de antiq. temp. in 3. part. principalis, in princ. num. 18. Qui ob id inferunt, quod allegans præsumptionem solemnitatis consensus vel licentiæ Principis & superioris, probare debet, quod is Princeps sciuit contractum sic confectum fuisse. Hanc quoque declarationem probant Felin. in cap. Alberic. in fin. de testibus, in cap. illud. numero 7. de præsumpt. & in c. sent. num. 33. vers. bene fateor, de senten. & re iudic. Ruin. in conf. 35. colom. 4. lib. 3. & in conf. 23. num. 19. lib. 5. Crot. in d. l. sciendum, num. 25. vers. 3. fa. lit. vlt. lib. 2. respon. cap. 22. cap. 11. qui testatur communem esse opinionem. m. Ideo decidit Capic. in decis. 4. numero 29. & 30. qui tamen intelligit & declarat, nisi contractus fuerit celebratus eo in loco, in quo esset notorium: & consequenter verisimile, quod Princeps sciuerit. Ruin. in conf. 151. num. 16. lib. 4. & Mardard. in conclus. 416. num. 2. & in hoc casu defendi poterit opinio Barbar. in cap. requisiti, num. 29. in fin. de test. cum dixit, curio temporis præsumi scientiam Prætoris, qui decreuit interponere debebat, quam si Prætor. loci, in quo celebratus est, illud adhibere tenetur.

Et præterea cessat hæc declaratio, secundum Crauetam præiudicium in loco, num. 19. quando decursum esset tempus immemorialis. Nam tunc omnino præsumitur adhibitus consensus & licentia superioris. Imò inquit Craue. post Alexand. non requiritur scientia superioris, etiam si de eius præiudicio agitur. Et idem respondetur Ruin. in conf. 103. num. 5. lib. 5. Dec. in conf. 85. colom. 2. & Curt. Jun. in conf. 158. nu. 12.

Declaratur tertio, vt non procedat in solemnitate, quæ est contra ius commune, vtputa in diuisione ratione, quæ non præsumitur cursu temporis, vt si quis diu possedit duo beneficia incompatibilia, vel si ex parte minor, vel alia de causa incapax possedit beneficium, & allegat dispensationem sibi concessam fuisse. Nam dispensatio illa non præsumitur cursu temporis. Ita Bellamera in conf. 10. col. 20. vers. est dicas quid concessis, & c. Qui quidem respondit contra eum, qui erat in possessione, seu quasi, faciendi actus, qui sine dispensatione fieri non poterat, atque ita Bellameram intellexit, & vsus est sequi Crauet. in tract. de antiqua. temp. in 3. part. principa. in princ. num. 20.

Ceterum Abbas in c. licet Heli. colom. vlt. de simo. scriptum reliquit, esse considerandam temporis antiquitatem, beneficiari qualitatem, necnon & conditionem superiorum prædecessorum, qui ipsam beneficium tolerarunt. Et si ex his dispensatio vili erit verisimilis, illa præsumitur, saltem cum iuramento ipsius beneficiarii allegantis amissionem dispensationis sicuti in simili dicitur de iuramento suppletiuo, quod defectum, quando præsumptio & verisimilitudo est pro eo, qui vult iurare iuxta cap. vltim. de iurioran. In o & sine iuramento, sentit Abb. præsumi dispensationem in antiquis. Quæ sane præsumptio (subiungit Abbas) non habet locum quando ius commune ad id repugnet, beneficium obtinenti, vt superior expresse contenti & dispensare non possit. Nam tunc nec etiam tacet temporis cursu consensisse præsumitur. Et Abbatem hac in declaratione secuti sunt, Cosmus Ganyer in Pragmat. sanctio. in sit. de pacis possessionib. s. ordinarij, in verbo, inquirant, colom. penult. & Crau. in d. 3. part. num. 21. Et opinio eum illam Abbat. in d. cap. licet Heli. aduersus Bellameram securi sunt Anchar. in conf. 117. Ioan. de Anan. in conf. 61. Felin. in cap. illud, colom. penult. de præsumpt. & in c. sent. numero 31. vers. 5. aduerse. de sent. & re iud. copiose, ac acurè Gonel. in regul. camill. de triennali possess. quæst. 10. colom. 6. vers. nisi tamen non obstantibus, qui multis ostendit, præsumi à superiore dispensatum. Et comprobari potest opinio Abb. & sequacium, eo simili quo dicimus, solemnitatem requisitam in vnione beneficiorum, præsumi adhibitam cursu temporis: quemadmodum dixi supra sine secundi casus, ex sententia Romani, Alexandri, & Crauetæ: & tamen certum est, vniones beneficiorum a iure communi reprobari.

Declaratur quarto, vt prædicta procedant solum in solemnitate extrinseca, quæ cursu temporis præsumitur: secus vbi ageretur de substantia actus. Nam illa temporis cursu non præsumitur. ita post multos declarat Crau. in d. tracta. de antiqua. temp. in d. 3. part. principalis, in princ. numero 22. & accedunt Grammat. in decis. 79. num. 14. Natta in conf. 162. num. 24. & Orlaf. in decis. 173. numero 3. & 4. Verum hæc non est proprie huius præsumptionis declaratio & exceptio: cum tota hæc nostra disputatio sit de præsumenda ipsa solemnitate, non autem substantia, sique de titulo, de quo dixi in præcedenti præsumptione.

Declaratur quinto, vt non habeant locum prædicti casus, quando instrumentum, in quo solemnitates ipsæ enunciatae sunt, nullam fidem faciunt. Nam tunc temporis cursu solemnitates ipsæ non præsumuntur, ita Bald. & Imol. in l. ff. de his que in testamen. delent. Corn. in conf. 22. colom. 3. vers. in super quæ in plura, lib. 3. & Soc. Sen. in conf. 2. colom. 2. lib. 3. quos secutus est Crau. in d. tract. de antiqua. temp. in d. 3. part. in princ. num. 26. & in 2. part. principalis, numero 57. & scripsi supra in libro 2. in præsumpt. 68. numero 12. Et ibi rationem adduxi.

Declaratur sexto, vt procedant prædicti casus, quando ex ipsa inspectione instrumenti apparet, solemnitatem non fuisse adhibitam. Nam tunc quouis temporis cursu solemnitas hæc non præsumitur. ita Castren. in confilio 81. in causa quæ vertitur inter Reuerendum Patrem, numero 3. libro 2. Abb. in confilio 61. colom. vltim. vers. item antiquitas, libro 1. Alex. in confilio 1. nu. 21. libro 4. Cæpol. in conf. 25. in fin. primi dubij, in c. illud. Felin. in c. sent. num. 33. vers. 7. & vltim. & vers. bene etiam fateor, de re iudic. Iaf. in l. 1. numero 15. vers. quinto limit. C. qui admitti. & in confilio 176. colom. vlt. lib. 2. Ruin. in confilio 63. numero 19. & in confilio 69. numero 9. libro 2. & in confilio 49. numero 8. libro 4. & in confilio 154. numero 13. libro 5. Dec. in c. quoniam contra n. 27. de probatio. & in confilio 13. colom. 1. & in conf. 36. col. 3. vers. secundo responderi. in conf. 409. num. 7. & in conf. 445. colom. penult. Bruin. in tract. de forma & solemnitate, in tit. de probatione & præsumptione forme & solemnitate, colom. 12. vers. est tamen aduertendum. Curt. Jun. in confilio 130. colom. 2. Gozad. in confilio 73. colom. 5. numero 19. Crauet. in confilio 290. numero 6. & in tract. de antiqua. temp. in d. 3. part. princip. in princ. numero 27. qui simile commemorat. & Bellamer. in confilio 110. de quo diximus in præcedenti præsumptione: Eandem sententiam probant Tyraquell. in tract. de præsumpt. s. 1. gloss. 4. vers. at ego sanè, Cæphal. in confilio. 684. numero 102. lib. 5. Roland. in confilio 2. numero 128. libro 1. Orlaf. in decis. 33. num. 7. & Surd. in conf. 28. num. 10. libro 1. qui alios etiam referunt. & Pute. in decis. 210. nu. 4. lib. 2. Et simile est quod scripsi in præcedenti præsumptione, ex sententia eiusdem Crauetæ, post alios in d. tracta. de antiq. temp. in 2. part. quartæ partis principalis, numero 60. cum dixit, quod est cursus temporis, cuius initij memoria non est in contrarium, præsumi faciat titulum præsumptione iuris, & de iare, tamen illi præsumptioni non statui, quando constat de titulo ipso vitioso. Dissentunt tamen ab hac declaratione Ang. Imol. Arretin. & Alexand. quos refert Crot. in d. l. sciendum, num. 26. qui conciliate conatur.

Declaratur septimo, vt locum non habeant prædicti casus, quando agitur de pœna committenda. Nam cum tunc requirantur probationes claræ & liquidæ, non sufficit hæc, quæ à cursu temporis oritur. Ita in specie declarat Ruin. in confilio 23. nu. 21. lib. 5. dum respondit, temporis cursu non præsumi actam hæreditatem, vt illa veniat in publicatione bonorum eius, qui deliquit.

Declaratur octauo, vt prædicti casus locum habeant, quando constat de ipso actu verè fecerit, si præsumptio tantum, vtputa, quando in calu. l. si filius. C. de petit. heredita. dubitatur an filius iustus patris adiecit hæreditatem, prius constare debeat de ipsa additione verè, & idè si præsumptio tantum constaret, non posset deinde ex cursu temporis præsumi iustus. ita declarat Ruin. in confilio 29. nu. 4. lib. 4. & alia ad rem scripsi in præcedenti præsumptione. Et huius sententiæ ea est ratio, secundum Ruinum, quia alioqui quæ præsumptiones in eodem actu concurrerent, quod à iure non conceditur, l. 1. C. de test. promiss. Quæ tamen de re differuimus supra in libro 1. quæst. 43.

Declaratur nono, vt locum non habeant prædicti casus, quando alia efficaciori præsumptione constaret, solemnitatem hanc extrinsecam minus legitime fuisse adhibitam. ita Abb. in c. Albericus, de testib. Co. ne. in conf. 144. colom. 1. vers. nec videtur opitulari, lib. 4. & Crauet. in d. tract. de antiqua. temp. in d. 3. part. principa. in princ. num. 30. Est ratio, quia sicuti præsumptio cedit veritati, vt diximus paulo supra, ita etiam cedit efficaciori præsumptioni, l. Diuus. ff. de in integr. rest. & scripsi supra in libro 1. quæst. 30. Et hanc præsumptionem quæ oritur à diuturnitate temporis, aduertere probationem in contrarium præter supra allegatos respondit etiam Ruin. in conf. 154. colom. 13. lib. 5.

Declaratur decimo, vt procedat in minore, contra quem, cursu etiam longissimi temporis, non præsumitur solemnitas extrinseca. ita Alex. in conf. 94. num. 6. lib. 7. & scripsi in præcedenti præsum.

Declaratur vndecimo, vt non habeat locum, quando quis pro sui solemnitate requirit scripturam. Nam tunc cursu temporis solemnitas hæc non præsumitur. ita Abb. in c. sent. de re iudic. Roman. in l. sciendum. & ibid. Alex. numero 12. ff. de verb. obligat. Ruin. in confilio 69. num. 9. vers. secundum

pruræ adesse, qui sanè ordo, est admodum considerabilis, sicuti scripsit post alios Iason in l. 2. §. prius, numero 18. ff. de vulg. & pup. substitut. Huic obiectio non responderetur, nullum licet ordinem etiam scripturæ adesse, cum non detur nec prius nec posterius, ut post alios tradit Ias. in d. §. prius, numero 22.

23 dum inquit, quod quando in vno instrumento plura apponuntur pacta, non est dare nec prius, nec posterius, ex quo vno eodemque instanti, instrumentum partium consensu perfitur. Duodecimus est casus, quando contractus primus, non est contractus perfectus, sed potius promissio de contrahendo, deinde subsequitur ipse contractus, ut puta promissi vendere pretio centum, deinde illo pretio centum vendo. Hoc in 24 casu, dicitur facta novatio: quia illa prima promissio, tollitur per subsequens traditionem, & ex ea agitur. Ita Bartol. in d. l. singularia, numero 55. vers. primo casu. & ibidem Decius, numero 18. Cur. Jun. numero 15. Putpur. numero 11. Bologne. numero 67. idem docuit Ias. in l. si fideiussor. §. ult. numero 18. de leg. 1. Et ij quidem non sunt text. l. si heres testamento. ff. de actio. emp. & l. in numerationibus. §. ult. ff. de nouat.

Verum prædicta duo iura videntur repugnare invicem, ut advertit Deci. qui inquit, posse conciliari secundum Bartol. in l. si fideiussor. §. memini, in fine. de leg. 1. & Bald. in l. ultim. ad finem. C. de pactis inter emptor. & vendi. Et tursus accedit ratio, quod in prima obligatione adest solum pactum vendendi. l. consilio. in fin. ff. de curato. furio. Ergo vendendo, illi pacto dicitur satisfactum atque ita soluisse dicitur, nimirum si illa obligatio tollitur. Ita similis in casu docuit Bartol. l. pen. §. ultim. ff. de acq. pos. cum dixit, quod iustus tradere, sola nuda traditione liberatur. Ita etiam Bald. in l. 1. colum. 14. vers. 4. quero. C. de iis qui pane no. dixit, præceptum factum hæredi, ut compromittat extingui statim factio compromisso, Et Decius in consilio 465. numero 11. respondit, quod iustus ad testatorem vendere, vendendo statim liberatur: sic & Socin. Sen. in consilio 68. col. 3. vers. nam ut ex d. lib. 3. & Ruin. in cons. 184. num. 4. lib. 2.

Cæterum à Bartol. & sequacibus dissentient Angel. in d. l. in numerationibus. ff. de solutio. & Aretii. in l. si fideiussor. §. memini, de leg. 1. qui recipiant, quod per venditionem illam solum liberatur ille promissor, ab obligatione de vendendo: sed si res vendita non traditur, vel promissum non servatur, agi potest ex præcedenti obligatione d. l. si heres.

Conciliat has opiniones Aretii. in consilio 6. numero 4. quod opinio Bartol. procedat in contractibus. Illa verò Angeli in vltimis voluntatibus. Quæ sanè consiliatio repugnat d. l. in numerationibus. §. ultim. ff. de solu. vbi idem statuitur in vltimis voluntatibus, quod in contractibus. Et in specie conciliationem hanc reiciunt Cagno. in l. singularia, numero 57. & Bologne. numero 68. Quo in loco aliter ipse conciliat: Inquit enim, quod aut extat aliqua coniectura, quibus conici potest, promissorem voluisse obligari ad factum tantum: Et tunc dicitur solum ad ipsum factum teneri.

Hoc casu procedit opinio Angeli, & Aretini. Aut nullæ extant coniecturæ, sed versamus in dubio, & tunc promissor dicitur voluisse obligari ad ius. Nam & verba ipsa intelliguntur de iure. l. 3. §. nec verba ff. quod quisque iuris. & l. singularia. §. quod quisque de verb. obligat. Et hoc in casu locum habet opinio Bartol. & sequacium.

Decimus tertius est casus, quando primus contractus ita est certus atque perfectus, sicuti & secundus, ut puta si stipulatus sum te centum, & deinde iterum promissisti centum. Hoc casu non præsumitur facta novatio. Ita Bartol. in d. l. singularia, numero 11. vers. secundo casu. ff. si certum petat. que non fecuti sunt reliqui, ut testatur Bologne, ibidem. numero 69. vers. non nisi omnino. Et ij quidem adducti sunt primò ex l. item illa. §. ultim. ff. de consuet. pecun. constituerat qui se soluturum, quod debebat ex causa stipulationis, vel alterius contractus, quo casu nata erat obligatio, & actio de constituta pecunia, iuxta l. 2. ff. de consuet. pecun. Atque ita duplex ei competeat actio. prima ex stipulatione, secunda ex ipso constituto. Proposuerat deinde creditor in iudicio, actionem illam de constituta dubitatum fuit, an subiecta, & extincta esset actio illa prima ex stipulatione? Respondit Vlpia. non censeri sublatam, sed solum finiri solutione facta. Præsupponitur ergo ibi, sequentem contractum non auferre, atque ita non novare actionem ex stipulato, nec contractum præcedentem. Nec ostat quod Iason, debitorem illum liberari per litem confessionem. Nam responderetur, quod imo non liberatur. Affertur & secundo text. l. si mandato meo. §. ultim. ff. mand. Creditor egit contra debitorem sui principalis eius mandato, atque ita cepit debitor principalis teneri, ex secunda obligatione orta ex ipso mandato. Et cum dimidium crediti iam exegisset creditor, residuum deinde petebat à debitore principali,

dubitatum fuit, an petere posset? Et dicendum videbatur, non posse petere, quia debitor delegatione facta liberatur ab obligatione sua. Cæterum contractum ibi diffinit Paulus, quod imo non liberatur, sed remanet ipsa prima obligatio & actio, quæ non tollitur, atque ita non novatur, per se cundum contractum mandati, nisi quando creditor illic acceptat mandatum animo novandi. Et subiungit Paulus, idem esse, si fideiussor mandavit creditori, contra reum principalem, ut ipse fideiussor ex stipulatione obligatus (iuxta l. blanditus. C. de fideiussor.) liberetur à prima causa, ob illud mandatum si scilicet animo novandi fecit. Non ergo stipulatio per subsequentem contractum novatur. Ve ambac in re animaduertendum est, duo hæc responsa sic à Bartol. considerata non procedere ob id, quod ibi contractus essent compatibles, idem continentes, & primus contractus ita esset certus, & perfectus, ut secundus, sed ea de causa contingere, quia præcedens obligatio non novatur, etiam e iure Digestorum, per alium secundum contractum, sed per solam stipulationem, sicuti iura sic intellexit ipsemet Ias. in d. l. item illa §. ultim. ff. de consuet. pecun. & in l. 1. num. 3. ff. de noua. & dixi superiore capite, in ultimo casu.

Decimus quartus casus est, quando duo actus sive primus sive secundus, non obtinet proprium nomen contractus, sed potest esse certus contractus, vel alterius contractus implementum vel consummatio, sicuti est pecunie numeratio, vel rei traditio. Illa enim pecunie numeratio potest obtinere nomen certi contractus, ut puta mutui, vel depositi irregularis, potest etiam esse implementum contractus, ut si præcessit emptiois contractus, deinde pecunia numeratur, illa numeratio venit ad implementum, & perfectionem ipsius contractus emptiois, & venditionis. Ita etiam de rei traditione dicere possumus, cum esse possit traditio pro donatione, atque ita donationis contractus, potest etiam esse perfectio alterius contractus, ut puta emptiois: ita dicimus, quod stipulatio aliquando est contractus, sicuti quando de per se consideratur, aliquando venit ad confirmationem alterius contractus. l. si stipulatus. de usuris. & tradit post alios Ripa in rubric. de verb. obligat. numero 52. Hoc itaque casu non præsumitur inducta aliqua novatio, sed potius id factum ad perfectionem, & implementum alterius contractus. Ita Bartol. in d. l. singularia, numero 10. vers. quod præcedit. & ibidem Alexand. Iason, Decius numero 16. vers. secundus casus. Cur. Jun. numero 16. Putpur. numero 27. & Bologne. num. 63 & 64.

Primo adducitur text. l. si ita stipulatus. §. Chrysostr. vers. superest. ff. de verbo. oblig. vbi manifestè repondit Vlpian. quod si quis mutuum pecuniam dedit, sique tam numeravit, & eam stipulatus est, vna sola nascitur obligatio verborum, atque ita novatio non inducitur: quia illa numeratio venit ad perfectionem seu confirmationem præcedentis stipulationis.

Cæterum existimamus, ibi nasci solum verborum obligationem, respectu stipulantis, non autem eius, cuius est pecunia mutuata secundum terminos casus illius §. Chrysostr. Et ideo subiungit Iuriconsult. quod si præcessit mutuum, & sequitur stipulatio, non tollitur obligatio naturalis, nata ex mutuo, & acquisita illi, cuius erat pecunia.

Secundo affertur text. l. si ita stipulatus fuero. §. 1. ff. de nouat. Iuriconsult. verba hæc sunt, Cum a pecuniam mutuam quis dederit sine stipulatione, & ex conventu fecerit stipulationem, vnus contractus est. Idem erit dicendum, et si ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit. Hic pendendum illa ratio, quia vnus est contractus. Et sic in dubio videtur dicendum, quod contractus non debeant multiplicari. Hæc ratio (inquit Decius) cessat in primo casu, quia constat de contractu, qui præcedit: & in claus non est opus coniecturis. l. continuis. §. cum ita de verb. obligat.

Verum respondet Fulgo. quod in d. l. si ita stipulatus. §. 1. præcedebat certus contractus, ut colligitur ibi, mutuum pecuniam dederit. Ergo mutuum, & sic contractus certus, sicuti & hunc textum intellexerunt alij, quos retuli supra in 10. casu. Et tamen casus iste noster secundum Bartol. & sequaces procedit, quando secundus actus non obtinet nomen contractus.

Hanc interpretationem reicit Alexand. ratione quadam à Deci. confutata, ipse verò Decius aduersus Fulgos. scribit in d. l. singularia, numer. 16. vers. aliter ergo, & c. illa verba d. l. si ita stipulatus fuero. §. primo. ff. de noua. ibi, mutuum pecuniam dederit. & c. esse exponenda simpliciter, id est, numeratam. Hoc probatur (inquit Deci.) illo text. dum subiungit: idem econtrà, si stipulatio ante facta sit, & mox numeratio subsequatur sit, sicuti ergo in casu econtrà, loquitur de numeratione simpliciter: Ita pariter in primo casu videtur loqui de numeratione simplici: ut casus parificentur, ideo

consonat, quod illa verba, mutuum pecuniam accipiantur, & exponantur, id est, creditam simpliciter.

Rectius crediderim, d. l. si ita stipulatus. §. 1. esse sic explicandam, dum ait, vnus contractus est, intelligatur, vnus contractus mutui. Et stipulatio adiecta est pro confirmatione, causa restitutionis faciendæ. Et tunc subiungit Iuriconsult. Idem erit dicendum, & si ante stipulatio facta est mox pecunia numerata sit. Intellego idem, hoc est vnus contractus, non tamen mutui, sed stipulationis, ut quia sit stipulatus pecuniam sibi mutuari. Et ideo in l. leg. subiungit Pompo. Cum enim pecuniam mutuam datam stipulamur, non puto obligationem ex numeratione nasci, & deinde eam per stipulationem novari. & c. Hic præcessit stipulatio de mutuando ut significat illa verba. Et magis implendæ, & c. Et ideo illa verba, pecuniam mutuam datam, exponi debent, dandam, vel dari. In primo itaque casu d. §. 1. stipulatio deservit mutuo. In secundo verò numeratio seruit stipulationi.

Tertio pendendi solet text. l. certi condit. §. quoniam. ff. hoc tit. si cert. pet. quo loci ille, qui mutuo dedit pecuniam stipulatus est, eam alteri reddi, ibi agitur ex numeratione, quia stipulatio per alteri facta est inutilis. Ego à sensu contrario secus est, quando stipulatio est utilis.

Quarto ea ratione, & argumeto motus est Iason, contractus ad hunc finem inuenti sunt: ut obligationem, & deinde actionem producant: Et ob id præsumitur, quod contractus trahentes agere, & facere ut voluerint id quod natura contractus significat. l. non omnis. in princip. ff. si certum petat. Atqui numeratio non habet certam significationem: cum fieri possit implementum præcedentis contractus, possit etiam fieri ut de se contractum causet: ut depositum irregulare, mutuum, vel commodatum. Cum ergo dubia sit nomen numerantis, illa debet declarari vel ex subsequentibus, vel ex præcedentibus, æquum. l. si seruis plurium §. ultim. de leg. 1. Declarari ergo debet mens illa, quod voluerit numerare in executionem, & perfectionem actus præcedentis. Ita dicimus quod actus stipulationis præsumitur factus in executionem præcedentis obligationis. l. post dotem. ff. solut. matrimo. vbi Bartol. & reliqui.

Cæterum rationem hanc reicit Dec. in d. l. singularia, num. 16. vers. sed ista ratio. & c. quia non apparet quod interposita stipulatione partes agant, quod ex ea sola oriatur actio. Nam cum numeratio sit actus, qui per se natura actionem ex mutuo producit, & si actus naturalis, qui facilius actionem parit. l. ea que civiliter. ff. de acqu. rerum domi. Et hoc (inquit Deci.) clarum est facta numeratione simpliciter. Ergo à fortiori idem dicendum videtur, secuta stipulatione, quæ ad maiorem confirmationem interponitur. Et ideo non videtur impedire actionem ex numeratione: quia inducta stipulatio ad vnum finem, non debent operari contrarium, l. legata inutiliter. ff. de leg. 2. Et sicuti primo in casu plures oriuntur actiones ita videtur, & in secundo, cum diuersitatis ratio assignati non possit inter vnus, & alterum.

Hæc responsio, & interpretatio vera non est, quia multum differt, quod numeratio fiat simpliciter, & de per se, sine aliquo antecedenti contractu, vel sit post aliquem contractum. Nam primo casu contractum causet, ut puta mutuum, vel depositum irregulare, vel commodatum, cum nil aliud significare possit: secundo verò casu intelligitur facta ad implementum præcedentis contractus. Et plus operatur illa simplex numeratio quam illa facta post contractum.

Et prædictis subiungit Bartol. in d. l. singularia, numero 10. vers. nec est speciale, & c. aduersus Iacob. de Arena, non esse speciale in mutuo, quod actio ex eo contractu causetur facilius tollatur, & nouetur per subsequentem stipulationem. Dicebat enim Iacobus de Arena, esse speciale in mutuo, ut facilius eius obligatio per stipulationem nouetur. d. l. si ita stipulatus. §. Chrysostr. de verb. oblig. & d. l. si ita stipulatus fuero. §. 1. cum l. leg. ff. de nouat. Hæc sanè Iacob. de Arena opinio, vera non est (ait Bartol.) quia idem in dote, & aliis contractibus qui re contrahuntur, ut in deposito, & commodato. Et quamquã multa effuderint Castr. Alex. Iason, & Deci. ad rem hanc atamen verè cum Bartol. sentiendum est, quod scilicet nulla sit in hoc mutui specialitas, qui cum & in cæteris contractibus stipulatio nouationem operetur, si partium voluntas novandi assuit.

Potereà vel ea ratione cum Bartol. sentio, quod hoc dici non possit speciale in mutuo, quia verius esset in odium, sunt enim specialia, id est singularia vel privilegia mutui fauore ipsius contractus concessa. Hoc autem de quo agimus, non significaret fauorem, sed odium potius, nempe maiorem debilitatem, & infirmitatem huius contractus, quam aliorum, cum alij secundum Iacobum de Arena non tollantur, & nouentur ita facili per stipulationem, sicuti

hic mutui. Tertium est tempus nouæ constitutionis; editæ à Iustina. no. in l. ult. C. de noua. qui abrogato iure antiquo statuit, nouationem expressim fieri debere. Cæterum dubitant Doctores an ad inducendam nouationem secundum hoc tempus, sufficiant præsumptiones & coniecturæ. Et non sufficere, opinari sunt Bartol. in l. pen. numero 3. in ff. de præro. stipul. & Bald. in d. l. ultim. num. 1. vers. in lege. id est. Quorum opinio videtur satis clarè probari in d. l. ultim. dum statuit Iustina. nouationem non induci, nisi verbis expressis ita fuerit actum. Non ergo sufficiunt coniecturæ, quæ non possunt dici verba expressa & cursus apertius, videtur probari in §. quod autem diximus. in Iustina. quib. mod. toll. oblig. vbi manifestè Iustin. tollit præsumptiones & coniecturas.

Verum tamen dissentiant ab hac opinione alij permulti existimantes, qui adhuc sufficere coniecturas & præsumptiones ad inducendam nouationem hoc tempore. Ita sanè gloss. in l. 2. ff. de noua. Cyn. in d. l. ultim. colum. 1. vers. ad istam. C. eod. Castr. cons. in l. pe. ff. de præro. stipul. in d. l. ultim. ibid. Salice. Imol. in d. l. delegare. ff. de noua. F. leg. in consilio 130. Marthæus Cimator. col. 2. vers. & hanc sententiam. Alexan. in cons. 72. num. 2. vers. item esset falsum. lib. 2. Soc. Sen. in cons. 21. numero 3. libro 1. Lud. Bolog. cons. 59. colum. 2. Barb. in cons. 86. colum. 7. & 8. libro 4. Deci. in cons. 400. colum. 2. & Afflic. in decis. 44. num. 15. communem testatur Cagnol. in d. l. singularia. numero 102. ff. si cert. pet. & Ronchegal. in l. 3. in princ. numer. 18. ff. de duob. reis. qui eiusdem sententiæ recentet etiam Paris. in cons. 107. col. 2. lib. 3. Lozred. in cons. 24. colum. 4. & Putpur. in l. certi conditio. §. quoniam. m. 15. hoc. tit. eandem probatur Vincen. Franc. in decis. Neapo. in decis. 13. in fi. & Rota Roma. in decis. 562. num. 1. in 1. part. in nouissimè impressis. Ea est huius sententiæ ratio, quia expressum, & illud dicitur, quod apparet coniecturis & præsumptionibus, sicuti scribunt Bartol. in l. Prætor. ait. in prin. num. 1. de ope. no. nunc. ibid. Ias. nu. 3. 4. & ibid. Ias. in l. licet Imperator. n. 10. de leg. 1. Quæ ratio cessat illa prima argumentatio contrariæ opinionis sumpta ex d. l. ultim. C. de noua. Non etiam repugnat text. d. §. quod autem diximus. quia ibi Iustina. corrigat atque reicit præsumptiones illas antiqui iuris: & quas quidem præsumptiones refert ipsemet Iustin. in d. l. ultim. Illus itaque tollit non autem alias quæ & necessario significare possunt, hoc etiam iure nouo, inductam censeri nouationem sicuti de coniectura quam subicimus, apparebit. Et ipse Iustin. in d. §. quod autem dixit se reicere quasdam præsumptiones.

Prima est coniectura, quando debitor delegat alium e. 38 tiam non debitorem suum & creditor, ipse acceptauit delegatum illum, nouatio censetur. Ita Afflic. in dec. 353. nu. 4. qui dixit visum obseruare responsum Aret. in cons. 5. & Comens. in l. delegare. ff. de nouationibus.

Secunda est coniectura nouationis, quando secundus contractus, qui est incomparabilis cum primo. Hoc in casu per se ita facta nouatio. Ita scribunt Bald. in d. l. ultim. numer. 1. vers. ut quando forte. C. de noua. & in cons. 318. Præfata civitatis. col. 2. vers. respondeo, lib. 1. Deci. in l. pacta nouissima. col. 1. C. de pact. id est in cons. 409. col. pe. vers. 4. respondetur. in col. 464. n. 4. & in cons. 564. num. 15. Cagno. in d. l. singularia, num. 102. ff. si cert. petat. Ronchegal. in l. 3. in princ. numer. 18. vers. videtur tamen. ff. de duob. reis. & Crau. in cons. 167. n. 5. Ita econtrà quando contractus qui sunt 40 compatibles, non dicitur facta nouatio. sicuti respondit Alex. in cons. 163. nu. 3. lib. 6. Et motus est Bald. ex l. pe. ff. de præro. stipul. Quam tamen Bartol. ibi num. 3. intellexit loqui, in prioribus stipulationibus que vim habent inducendi nouationem: sicuti etiam supra diximus. Adducit secundo Bald. tex. l. qui vnus fructus. ff. de verb. oblig. Quod responsum intellexit Bartol. in d. l. pe. num. 3. de præro. stipul. loqui quando secunda stipulatio plus continet ipsa prima iuxta. tex. l. si pupill. §. qui actum. ff. de noua. & diximus supra allegat tertio Bald. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. quæ argumentum satis probat, dum ex receptione auri, & argenti in horreo, quod est quod incompatible cum eo proposito, quod prius habuerat, non recipiendi significatur voluntatis mutatio. Ita ergo hic Er melius quarto assertionem hanc probat l. pacta nouissima. C. de pact. quam Bald. ipse recentet. vbi pactum secundum contrariū primo illud tollit, cum duo qui repugnantia simul rare non possint. l. vbi repugnantia. de reg. iur.

Hinc inferitur, quod per transactionem, quam sui natura recedit à prima obligatione, inducta dicitur nouatio: cum se non compatiatur transactio cum ipsa obligatione. Ita Bal. in rubr. de transact. ad fi. Goza. in cons. 38. col. 2. vers. secundo considero. & col. ult. & Ronchegal. in l. 3. in prin. n. 19. ff. de duob. reis.

Inferitur etiam, quod cum mutuum & depositum sint duo

428 contractus incomparabiles, ex quo vnus concedit vsum rei, alter vero negat, ex secundo dicitur facta nouatio primi. Ita respondit Bald. in consil. 123. colum. 2. lib. 2. quem secutus est Ronchegal. præcitato in loco. Inferitur quoque quod cum compromissum tunc impugnetur laudo iam lato, & approbato dicitur ex eo compromissio facta nouatio. sic responderunt Ange. in consil. 31. col. pen. Are. in consil. 148. col. pen. Lud. Bolog. consil. 59. col. 2. Soci. Sen. in consil. 89. col. 3. ver. sed contra. lib. 3. Deci. in consil. 300. n. 8. & in consil. 400. colum. Dissentit tamen Spe. in tit. de arbit. §. sequitur. vers. item quero an actio. Tal. in consil. 168. col. 7. vers. ad hoc conatur. libro 4. Duran. de arte testan. tit. de acqu. her. caus. 9. & Grat. consilio 89. colum. pen. lib. 1. Et hanc vilus est sequi Ronchega. in d. l. 3. in princip. numero 19. vers. item in compromisso.

Declaratur tamen hæc coniectura, vt non procedat quando in secundo contractu apposita fuit clausula, sine præiudicio priorum iurium. Nam tunc per secundum illud contractum non præsumitur nouatus primus. Ita Grat. in consil. 26. nu. 7. & 8. lib. 6. & Rot. Rom. in decis. 738. n. 1. in 1. part. in nouissime impressis.

45 Declaratur secundo vt non procedat, quando tunc secundum contractus est nullus, & inualidus. Nam tunc per secundum non dicitur recessum à primo, atque ita facta nouatio. Ita respondit Alexand. in consil. 193. num. 4. lib. 6. Et comprobatur similib. Purpur. in l. pacta nouissima. num. 14. C. de pact. Ita pariter quando non apparet de consensu ipsius creditoris, quod nouationem facere voluerit, sicuti contingit in mercatore, qui literas debitoris sui non refert in libro magistrali, sed solum memoriam earum facit in cartafactis. Nam tunc illas acceptas non dicitur, & consequenter non dicitur inducta nouatio. Ita in consil. 296. num. 26. lib. 3. respondi pro Illustr. Cusanis auctoritate Soc. Sen. & Rot. Genuen.

Dubitari etiam solet in hac nouationis materia & tractatione, an illis casibus quibus olim fiebat t nouatio ipso iure, nona fieri dicatur ope exceptionis, vt puta olim, si diuersa persona interueniebat in promissione dicebatur ipso iure facta nouatio, hodie vero non. l. ult. C. de noua. an hoc in casu, saltem ope exceptionis admittitur hæc nouatio? Hæc de re sunt Doctor. opiniones. Vna fuit eorum, qui affirmarunt

47 t fieri nouationem hanc. Ita Accurs. in l. 2. ff. de nouat. in l. pen. ff. de prætor. stipula. & in l. si pecuniam. ff. si cert. per. Bald. in d. l. ult. in prin. Cod. de noua. & in consil. 128. in libro 2. Angel. in d. l. 2. & in d. l. penultim. & in l. rescripto. §. pacto. colum. 2. ff. de pact. Fulg. in consil. 130. Mathæus Cimacior. colum. 2. & in fin. Alex. in l. 3. §. ex conueni. me. nu. 9. ff. de re iudic. qui communem esse testatur Barb. in consil. 86. col. pen. vers. præterea facit. li. 4. qui assertur non esse in iudicando ab hac recedendum. Lud. Bolog. in consil. 59. colum. 3. Hanc quoque communem esse dixit Soc. Sen. in consil. 21. colum. 1. lib. 1. et si ipse dissentiat Deci. in consil. 400. in fin. Abb. consil. 68. num. 5.

48 Altera, & secunda fuit opinio negantium nouationem ope exceptionis etiam his casibus admitti. Ita scripserunt Beluifius, & Raynerius, Cynus, Fulg. t Salicetus, & Castren. in l. 2. ff. de noua. & ibidem Imola Bald. in l. frustra. C. de non num. pec. Ange. in l. qui sumfructum de verb. obligat. & ibidem Alexan. col. 2. & Socin. col. 3. qui communem esse testantur. Idem Socin. in l. certi conditio. §. si numerus. ff. si certum per. & in d. l. 21. num. 3. lib. 1. Iason in l. singularia. num. 37. in fin. eod. tit. & ibidem Decius colum. penult. Roma. in con. 121. in prin. Fulgo. in consil. 130. colum. pen. Alex. in consil. 10. col. 3. in consil. 13. colum. pen. in consil. 172. in princip. lib. 2. vbi communem testatur. Idem in consil. 3. libro 2. lib. 2. & in consil. 72. nu. 10. lib. 6. & in consil. 173. colum. 3. libro 7. Barba. in consil. 19. colum. penult. vers. eff. aduertendum, & in consil. 37. col. h. vers. & si dicatur, & in consil. 15. colum. 6. vers. pesser aliter. lib. 2. Socin. Sen. in consil. 23. col. 2. libro 1. in consilio 267. colum. 3. vers. primo quia libro 2. idem in consilio 64. col. 4. & in consil. 89. col. pen. lib. 3. qui asseruit, hanc esse magis receptam sententiam Gozad. in consil. 38. Bertran. in consilio 188. in libro 1. Lofredus in consilio 18. col. pe. Grat. in consilio 82. col. 2. libro 1. qui testatur, quod hæc est communis opinio saltem post tempora Alexan. Imol. Curtius Iun. in l. test. colum. 3. vers. nu. ff. si certum petat. Purpur. in l. singularia. numero 45. eod. tit. Ripa. in l. si non obulit. §. si ex conueni. me. numero 8. ff. de re iudic. & hanc esse magis communem testatur Vincentius Francus in d. decis. 15. & affirmat, sic seruasse consilium ipsum Neapolitanum. communem quoque dixerunt Hieron. Gabr. in consil. 157. nu. 17. lib. 1. & Mascar. in concl. 1107. num. 7.

49 Tertia fuit opinio, quam post alios probauit Ronchegal. in l. 3. in prin. nu. 18. ff. de duob. reis. vt t scilicet media quedam via eligatur distinguendo, quod aut nulla extat coniectura efficax, qua colligatur, partes voluisse interuenit nouæ personæ nouationem inducere. Et tunc procedit secunda illa opinio magis communis, quod non inducatur nouatio,

Aut aliqua efficax extat coniectura, & tunc inducatur. Et hoc casu locum habet prima opinio. Ex prædictis magna ex parte diffiniri potest grauis & perplexa illa Doctorum contentio, quando debitor mandauit argentario, quem campforem nostri appellant, vt soluat creditori suo, an inducta censetur nouatio, ita quod mandans ipse sit liberatus ab ea obligatione, qua erga suum creditorem tenebatur. Quæ sane disputatio est admodum vilis, quia si liberatur debitor mandans, omne periculum contingens ex persona campforis, puta decoctionis pertinet ad creditorem, si vero debitor non liberatur, periculum est ipsius debitoris, sicuti dicimus in fine huius disputationis. Hæc itaq; in re constituo atque distinguo octo casus, & si Soc. in l. singularia. nu. 15. ff. si certum petatur. quinque conclusiones distinxit atque explicauit.

Primus casus est, quando mandauit campfori, vt tibi meo creditori, meo nomine numeret, & ipse campfor expresse interuenit t animo nouandi, promittendo tibi soluere. Hoc casu ego ab obligatione, qua erga te tenebar sum liberatus. Ita Soc. in d. l. singularia. num. 15. qui dixit probari tex. vbi gl. in l. vbi quis. ff. de consi. pec. Hanc quoque sententia probauit Rota Genuen. in dec. 2. n. 25. quæ dixit campforem dici animo nouandi promississe, quando in suis libris scripsit se debitorem illius, cui mandatum est vt soluat.

Extenditur primo hic casus, vt locum habeat etiam quando coniecturis t apparet, campforem interuenisse & promississe animo nouandi atque ita nomine meo qui mandauit solueret, atque satisfaceret, sicut scribit Purpur. in d. l. singularia. n. 88. ex sententia Bald. in l. ult. in f. C. ad leg. Falc. quem probat & Aret. in consil. 5. in prin. n. 4. vers. & propter. Et coniectura efficax est quando campfor in codice suarum rationum se debitorem fecit illius rei creditoris.

Extenditur secundo vt procedat hic casus etiam si campfor ille meo creditori, meo iussu sine stipulatione t promissit soluere, vt dixit Soc. in d. l. singularia. nu. 15.

Secundus est casus, quando mandauit campfori qui nihil mihi debebat, vt tibi meo creditori meo nomine solueret, & campfor promissit, sed non constat t nec expresse, nec coniecturis, campforem promississe animo nouandi: Hoc sane casu ego non sum liberatus ab obligatione, qua erga te teneor. Cum is campfor videatur potius tanquam meus fideiussor intercessisse. Ita Socin. in d. l. singularia. numero 10. post Barb. in consil. 160. Titius. lib. 1. & Bal. in l. 2. C. de execu. rei iud. & Soc. ipse testatur communem esse opinionem.

Tertius est casus quando mandauit campfori, qui nihil mihi debebat, vt tibi meo creditori soluat, & campfor ipse quæ non constat expresse, vel coniecturis interuenisse animo nouandi, pacto nudo t promissit tibi soluere. Hoc etiam casu ego non sum liberatus ab obligatione, qua erga te teneor, sic Socin. in d. l. singularia. numero 17. vbi Ias. num. 27. Purpur. nu. 88. vers. secundo itaque. Qui quidem testatur esse communem opinionem: & recenit Ang. Aret. in §. præterea. col. pe. In quib. mod. soll. obl. Ea ratione vus est Soc. quia nouatio non fit sine stipulatione, nisi expresse t agatur. Item illa. in §. vbi Bar. ff. de consi. pec. & idem in l. 1. ff. de noua. & Bald. in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact.

Cæterum scribit Soc. præcitato in loco, vidisse responsa Dd. quod in foro mercatorum t nulla sit differentia inter pactum nudum & stipulationem, vt tradunt Bart. in l. Quintus. & in l. si fideiuss. §. quedam. ff. mand. & apertius Bald. in l. rescripta. num. 7. C. de consi. pec. & in l. si pro te. numero 14. C. in d. idem Soc. Sen. in consilio 64. numero 8. libro 3. Dissentit tamen aliqui, præsertim Cagnol. in d. l. singularia. numero 17. & dubitat Purpur. numero 90. & subiungit Socin. in d. l. singularia. numero 17. idem videri dicendum de iure canonico t in quo pactum nudum idem operatur quod actio secundum communem opin. in c. 1. & in c. qualiter. ext. a de pact. & tradit Ias. in l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. n. 4. ff. de pact. & Alciat. in lib. 5. Paradox. c. 3. Docui tamen aliquando, dum tractationem pactorum explicarem. d. c. 1. descriptum ex Conci. Carthagin. primo, non probare communem hanc affectionem. Quandoquidem si recte perpendantur verba illius constitutionis, constabit, ibi fuisse pactum vestitum: t cum conuenio illa inita inter duos Episcopos, Antigonum scilicet & Optantiu de diuidenda diocesi & plebe effectum sicque implementum receperit per diuisionem ipsam, atque ita per mutuum traditionem quæ operari solet, vt pactum dicatur vestitum. iurisdictionum. in prin. vers. sed si in aliam. ff. de pact. & l. petens. vbi Docto. Cod. de pact. gl. & Doc. in §. 1. In quib. mod. re contrah. oblig. Ita pariter non probat d. c. qualiter de pact. desumptum ex D. Greg. in libro 8. Epistoliarum. epistol. 38. quæ si toto perlegatur apparebit probare D. Greg. intellexisse de pacto efficaci, dum mandauit promitti debere ab illis debitoribus qui ad Ecclesiam confugerant, de seruanda lege

& iusticia, hoc est de reddenda ratione actuum suorum, quæ gesserunt nomine creditorum, & verisimile non est D. Greg. voluisse debitores illos promittere pacto inefficaci, & inualido, sed efficaci, mediante stipulatione.

Quartus est casus, quando mandauit campfori, qui nihil mihi debebat, vt tibi meo creditori soluat, & campfor t promissit. Hoc casu non sum ego liberatus ab obligatione, qua erga te teneor. Ita Alex. in l. qui sumfructum. ff. de verb. obl. l. 1. in d. l. singularia. nu. 38. qui communem esse asseruit, vt etiam testatur ibid. Soc. nu. 18. & idem in consil. 297. col. pe. ver. aliquando & quarto. lib. 2. Afflicti. in decis. 353. nu. 2. Purpur. in d. l. singularia. nu. 83. & Hicco. G. bri. in consil. 155. nu. 25. lib. 1. Ea ratione ij moti iuris, quia hic campfor, qui promissit non dicitur promississe animo nouandi obligationem cum hodie solo interuenit nouæ personæ t non fiat nouatio d. l. ult. vers. nihil penitus innovari. C. de noua. Illa dictio penitus, (inquit Soci.) idem significat quod omnino. At dictio, omnino, iuncta negatiua, expouit nullo modo. l. in nave Samphel. in ff. loc. Ergo nec ipso iure nec ope exceptionis inducitur nouatio. Cæterum facile cuitatur hæc consideratio: cum non modo interueniat noua persona ipse campforis, sed etiam noua obligatio, qua ipse campfor in executione præcedebit mandati dicitur suo ipso ipse non me promississe, vt statim dicemus. Altera est ratio, qua ij moti sunt: quia qui promissit quod alius debet, in dubio videtur accessorie t promittere. §. Argentariorum. in Auth. de fideiuss. Vt enim nec ratio hæc satis concludit: cum præsumatur (vt iam diximus) facta promissio in executionem præcedens mandati, vt scilicet ipse campfor suo proprio nomine promissit soluere, & deinde ipse habere obligatum ipsum mandantem.

Contrariam t itaque opinionem vilus est probare Bart. in d. l. singularia. num. 19. sicuti eum sic est interpretatus Soci. ibid. num. 18. qui eisdem opin. retulit Ang. & Imo. in l. qui vsum fructum. de verb. obl. l. 1. mantès, it. inter mercatores seruari Floren. ibidem tenit Ale. in resp. 690. Et hæc quidem opi. ea ratione probatur: quia etiam hodie nouatio inducitur coniecturis, sicuti supra demonstrauimus. Porro hinc extat coniectura, quod campfor animo nouandi promissit ex quo promissit in executionem præcedens mandati. Cæterum probata communis opi. illa declaratur aliquot modis.

Declaratur primo, vt procedat quando tibi meo creditori addere nomen campforis in solum t tanquam debitoris nomen. Nam tunc ego dicor liberatus ab ea obligatione, qua erga te tenebar. Ita Bald. in l. Maria. in prin. ff. solut. mairim. & in l. ult. C. ad legem Falc. Socin. in d. l. singularia. nu. 18. vers. primo nisi darem. & idem in consil. 267. n. 3. lib. 2. Purpur. in d. l. idem singularia. nu. 85. Idem decidit Rota Genuen. in dec. 2. num. 26. quæ dixit, ceteri receptum nomen campforis in solum, quando campfor ipse in suis libris rationum scripsit se promittere soluere pecuniam solui mandam.

Declaratur secundo, vt non procedat illa communis opi. quando ipse campfor promissit se solum meo mandatis loco. Ita post Bal. in l. 2. C. de execu. rei iudic. Scripsit Soc. in d. l. singularia. n. 18. vers. 2. limit. v. p. n. 84. qui dixit esse communem opinionem, qui recenit etiam Alex. in consil. 10. colum. 2. vers. hoc etiam tenet Bal. lib. 2. & accedit idem Soc. Sen. in consil. 64. col. 6. vers. præterea etiam multum. lib. 3. qui dixit idem esse quando tacite colligitur, campforem promississe soluere loco debitoris mandatis, sic & Curt. Sen. in consil. 7. qui dixit, quod quando campfor solus promissit se solum, dicitur promississe loco debitoris mandatis. Ea ratione ij moti sunt, quia videtur facta nouatio mediante delegatione vt probat. l. delegare. vers. vice sua. ff. de nouatio. vbi Casti.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando extaret eo fuerit t & vus, quod mandato ita facta & promissione campforis recepta a creditore, debitor mandans esset liberatus. Ita declarant Bal. in l. ult. C. ad leg. Falc. Comens in l. delegare. l. 1. ff. de noua. l. 1. in d. l. singularia. nu. 38. & ibid. manifestus Purpur. nu. 85. vers. 3. limitatur. Beneuenutus Stracha in tract. de mercatura. in tit. de decoctionibus. part. 5. nu. 6. qui sequitur Affli. dec. 353. n. 5. & supra retuli Soc. in d. l. singularia. nu. 18. & in consil. 64. col. 6. libro 3. referentē Ange. & Imo. in l. qui vsum fructum. de verb. oblig. assentes Florentiæ extare consuetudinem & vsum inter mercatores, vt ex simplici promissione obligetur mercator nouo creditori, cui iussu & mandato debitoris princip. illis promissit soluere. Hæc tamen consuetudo probanda est: cum nec doctoribus de ea attestantibus credatur sicuti admonet in specie Purpur. vbi supr. Assertio tamen Dd. præsumptionem facit secundum Beneuenut.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando facta promissione tibi a campfore, tu mihi restituit instrumentum t debiti. Nam tunc ego dicor a te liberatus. Ita Purpur. in d. l. singularia. n. 87. post Bald. in l. 2. C. execu. rei iud. & Ias. in d. l. singularia. Inquit tamen Purpur. hoc potius prouenit ex redditione instrumenti, quæ arguit solutionem. l. Labeo. ff. de pact.

& dixi sup. in præsum. 140.

Quintus est casus, quando mandauit campfori debitori meo vt tibi meo nomine soluat, & campfor ipse re vera soluit. Hoc casu ego sum liberatus ab obligatione, qua erga te tenebar. Ita passim sciam hunc admittunt omnes in d. l. singularia. vbi in specie scribitur Purpur. nu. 82. & Gagn. n. 158. sic & Rota Genuen. in decis. 2. nu. 25.

Sextus est casus, quando mandauit campfori, debitori meo, vt soluat tibi meo creditori, & campfor tibi acceptanti t per stipulationem promissit soluere. Hoc casu ego sum liberatus ab ea obligatione, qua erga te tenebar. Ita Bart. in d. l. singularia. numer. 19. quem sic intellexerunt ibid. Castren. Alexan. Iason. num. 38. & Socin. nu. 19. Purpur. nu. 82. vers. & ita ex communi. Hanc etiam sententiam probantur Alex. in l. qui vsum fructum. n. 5. de verb. oblig. & in consil. 10. nu. 1. lib. 2. Barbat. in consil. 19. col. 6. vers. capio primum. lib. 1. Dec. in consil. 107. n. 1. Curt. Sen. in consil. 7. Soc. Sen. in consil. 64. n. 7. lib. 3. Alciatus in resp. 690. Beneuenutus Stracha in tract. de mercatura. in tit. de decoctionibus in 3. part. n. 5. Hier. Gibi. in consil. 155. nu. 19. lib. 1. Rota Genuen. in dec. 2. n. 25. Qui quidem interpretes sententiam probantur text. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati. ac etiam ea ratione, qua dicimus promissionem esse loco solutionis. l. si pupilli. §. 1. ff. de solutio. & rectius eo argumento probatur, quia delegatio vim solutionis habet. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. Atqui hæc dicitur delegatio. Ergo cum tibi meo creditori delegauerim campforem meum debitorem, & is tibi acceptanti promissit, ego dicor tibi soluisse, & consequenter sum a te liberatus, illa minor proposito, quod scilicet hæc sit delegatio, vel ex eo consta. quod hic concurrunt quinque illa requisita, quæ necessaria sunt t secundum Doctores. l. delegare. ff. de nouatio. & in d. l. singularia. vbi post alios Cagnolus, numero 165. Quæ quidem requisita hæc sunt primum quod promissio iussu & mandato debitoris delegantis fiat. Secundum quod promittens sit debitor mandantis delegatis, & eius nomine promittat. Tertium, quod is delegatus promittat per stipulationem. Quartum quod loco primi debitoris promittat. Quintum quod is delegatus non excedat fines mandati. Cum ergo hæc sit delegatio, censetur facta nouatio, quæ hoc casu admittitur, vt declarando d. l. ult. C. de noua. scribunt Soc. & Cagnol. præcitatis in locis.

Cæterum ab hac opinione dissentit Castren. in d. l. singularia. Iason nu. 38. Salicet. in l. si filius. ff. ad Macedonianum. Socinus in consil. 267. col. ult. li. 2. & hanc esse comunē aduersus Bar. & sequaces testatur Cagn. in d. l. singularia. n. 161. vers. sed contraria. Ea ratione prima ij moti sunt, quia promissio facta a campfore creditori, non æquiparatur solutioni quo ad hunc effectum, vt debitor mandans liberetur.

Quæ quidem ratio mihi non probatur: cum ex iam dictis satis constat promissionem sic receptam & approbatam a creditore vim solutionis habere: & ideo sicuti solutione debitor mandans esset liberatus, sic & ea promissione, Secunda ratio solet considerari, quod campfor iste delegatus non seruauit fines mandati, cum non soluerit, sicuti mandatum ei fuit, sed solum promissit. Verum respondetur campforem non excessisse fines mandati: Cum creditor acceptauerit promissionem loco solutionis & satisfactiois.

Extenditur hic casus vt locum habeat etiam si is campfor, qui soluere promissit, non habet eo tempore promissionis t pecuniam solutionis paratam. Ita Socin. in d. l. singularia. nu. 20. vers. limita. l. reiecta traditione Baldi in l. pro debito. C. de bonis aucto. iudic. possiden. & Socin. secutus est Purpur. in d. l. singularia. n. 82. vers. sed non est a Bartolo.

Extenditur secundo hic casus, vt locum habeat etiam si promissio hæc de soluendo, facta fuit a procuratore t campforis. Ita Alciat. in resp. 690. n. 1. vers. item procedit. secundum impres. sionem antiquam Lugdunensem.

Declaratur primo vt non procedat quando mandauit campfori, vt tibi solueret eueniente certa die, vel conditione: & campfor ipse sic promissit. Hoc sane casu ego non sum liberatus ab obligatione, qua erga te teneor. Ita post Salicetum in d. l. si pro debito. C. de bon. auct. iud. possid. scribit Soc. in d. l. si singularia. nu. 20. vers. secundo limita. & secutus est Purpur. in decis. 126. n. 4. lib. 3. qui declarat.

Declaratur secundo vt non procedat quando mandauit campfori debitori meo, vt re ipsa & cum effectu t solueret tibi meo creditori, & campfor solum promissit tibi soluere. Hoc casu ego non sum a te liberatus, sicuti nec is campfor a me. Ita intelligi & declaro Soc. in d. l. singul. n. 20. vers. 2. limita. & c. alioqui sibi parum constantem, cum ibid. n. 19. proponendo conclusionem affirmant promissionem solum campforis sufficere Cæterum Purpur. in d. l. singularia. n. 90. vers. 3. iugiter aliter declarat.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando ego qui illi campfori mandauit, sciebam ipsum campforem de proximo esse decocturum: t Hoc sane casu ego non sum liberatus

ab ea obligatione, qua erga te teneor. Ita Bal. in d.l. pro debi-
to. C. de bonis au. iudi. poss. & in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. sol.
mar. Soci. in d.l. singularia. num. 20. ver. 4. limita. Purpu. nu. 92.
qui idem esse dixit quando sciebam illum esse pauperem &
non soluendo, vel quando tu acceptasti illum debitorem sub
meo tamen periculo.

Septimus est casus, quando mandavi campfiori meo debi-
tori ut tibi meo creditori solveret, & campior ipse tibi pro-
miserit sine stipulatione, & pura solo pacto. Hoc sanè casu non
sum liberatus ab obligatione, qua erga te teneor. Ita Socin. in
d.l. singularia. nu. 20. vers. ult. limita.

Declaratur hic casus ut locum non habeat, quando am-
pfor tibi acceptanti promisit soluere ex alia causa. Nam tunc
inducitur novatio, etiam si stipulatio nulla intercessit: cum
causa debiti sit variata. Ita Socin. in d.l. singularia. n. 20. vers. ult.
mit. tamen quod. & post Fran. de Albergotis, Arc. & Cast. quos
recenset. Verum dissentit Purpu. in d.l. singularia. n. 90. vers. ult.
limitatur. qui respondet argumentis Socini.

Octavus est casus quando mandavi campfiori meo debi-
tori, ut tibi solveret, & is non promisit. Hoc sanè casu non
sum liberatus ab ea obligatione, qua erga te teneor. Ita ma-
nifestè colligit ex Bar. Purp. in d.l. singularia. nu. 93. vers. secun-
da conclusio. qui dixit, ita etiam respondisse Vincen. Palco.
inter confilia Alex. in conf. 97. li. 3. Ex quo sequitur, quòd si is e-
ampfor interim decoxit, meo periculo, & damno decoxisse dicitur.
Et ne (inquit Purpu.) hæc traditio videatur carere du-
bitatione, dicendum est debere intelligi, quando ego dedi
tibi literas cambij perferendas campfiori, & tu literas illas
acceptasti, & antequam tu illas redderes campfiori vel eis red-
ditis antequam is solveret, vel solveret tibi promitteret, decoxit
meo periculo decoxisse dicitur: cum nondum facta solu-
tione, vel promissione ab ipso campfiori, ego liberatus non
sum ab obligatione qua erga te teneor. Non enim acceptasti
litteras cambij ab eo cuius gratia sunt, liberatus debitor

78 t qui eas scripsit, sed illis acceptatis ab eo qui eas complete
teneor, facta scilicet ab eo promissione de soluendo. Ita in
specie tradunt Salicet. in l. si filius. ff. ad Macedo. & alios refert
Rot. G. nuen. in dec. 2. n. 10. & accedit Sor. Sen. in conf. 6. q. n. 6.
vers. ca. io nunc tertium. lib. 3.

PRÆSUMPT. CXXXV.

Creditori solutum atque satisfactum
quando præsumatur.

SUMMARIA.

- 1 Solutum creditori, cur non præsumatur.
- 2 Solutionem allegans probare debet.
- 3 Solutum præsumitur debitor quando, per multos annos creditor
exactionem distulit.
- 4 Tempore qui liberatur similis est ei, qui satisfacit.
- 5 Temporis cursus, actionem tam personalem quam realem tollit.
- 6 Tacens diu, iuri suo dicitur tacite renuntiare.
- 7 Consensere dicitur, qui longo tempore patitur.
- 8 Solutionis instrumentum amissum esse, quando credatur debitori
- 9 Scripturas deperditas statim pariter iuramento furto per testes
probat.
- 10 Civitatis direptione probata amissio rerum mobilium probatur
coniecturis.
- 11 Solutum creditori præsumptio est, qui bona debitoris sui affi-
nitate coniuncti administravit, & actionem diu distulit.
Idem si reditus debitoris perceperit, sibi enim soluisse præsumptio
est. nu. 12.
- 13 Creditor, administrator bonorum debitoris sui, præsumitur suum
exegisse, si præsertim inventarium non conficiat. ibi-
dem.
Et alius in rebus suis diligens sit. nu. 14.
- 15 Personæ qualitas plurimum considerabilis, ad probandum vel
præsumendum animum aliquid facientis.
- 16 Creditor egregie quantitas bona debitoris administrando, co-
ferens magnam pecuniarum summam ad negotiū aliquod
conficiendum, ex bonis debitoris fecisse præsumitur nisi al-
liud appareat.
- 17 Creditor ex administratione bonorum debitoris sui, aliquam debi-
tari partem consecutus, præsumitur & reliquum sibi soluisse.
- 18 Agnitio partis arguit agnitionem totius.
- 19 Solutum creditori præsumitur qui diu petere extra iudicium di-
stulit, vel etiam in ius debitorem vocare, cum facile pos-
set.
- 20 Iudicium subterfugiens, præsumitur de iure suo diffidere.
- 21 Creditorem esse, verosimile non est qui longo tempore nil ab eo
quem debitorem asserit, vel heredem illius petiit.
- 22 Creditori diversa summa, & quantitas quidem debitoris in

tenui summa sequi venit, præsumitur etiam pro maiori sa-
tisfactum.

Cum dubitatur an creditori solutum, & satisfactum sit, pro
regula est statuendum, non præsumi solutum: cum so-
lutio sit quid facti, quod non præsumitur. l. in bello. §. facti. ff.
de capt. & possi. reu. & copiosè dicemus inf. lib. 6. in præ-
sumpt. 18. Et idè, qui solutionem allegat, eam probare de-
bet. l. 50. ff. de prob. Bald. in conf. 408. Tenor. col. 1. lib. 5. & Crau.
in conf. 213. num. 1. Receditur tamen ab hac regula coniecturis
& præsumptionibus, quæ sufficiunt ad demonstrandum solu-
tionem, & satisfactionem, vel rei restitutionem.

Prima est coniectura ducta à temporis diuturnitate, quan-
do scilicet creditor distulit multos annos petere creditum.
Nam tunc temporis cursu & præscriptione, præsumitur debi-
tor soluisse, atque ita liberatum fuisse ab ipso credi-
to. Nam qui tempore liberatur, similis est ei, qui at facti.
l. si pupillus. §. ult. ff. de admini. r. iur. cum temporis cursus
tollat actionem personalem & realem. l. si res. & l. omnis. C.
de prescript. 30. vel 40. anno. cap. illud. & cap. ad audi. r. i. m. de
prescript. Et qui tamdiu tacet, dicitur tacite iuramentum
renuntiare. l. apud eum. ff. de testib. & l. si res. ore. C. de remiss.
pign. im. l. cum in p. ures. §. licet horre. ff. locati. Et qui longo
tempore patitur, contentive dicitur. l. pen. C. communi. ad. id.
& l. solemnibus. C. de rei. v. n. & tradit. Dyn. in l. alienationis,
de verb. signific. & Alex. in conf. 39. col. 3. lib. 3. quos ad eam hanc
commemoravit dum coniecturam hanc fecit Afflict. in dec. 13.
nu. 2. & multis sequentibus. Et eandem coniecturam proba-
vit Bero. in conf. 19. n. 9. lib. 3. Cum dixit, solutū esse non probati
ob id, quod creditor diu distulit petere & hanc coniecturam
probavit in conf. 457. nu. 1. & accedunt commemorata à Newz.
in conf. 57. n. 7. & à Rot. Roma. in dec. 788. n. 2. in prima parte, in
nouissime impressis. Ipsa tamen Rota ibid. n. 12. dissentit.

Secunda est coniectura, & præsumptio, quando ob credi-
toris silentium, & calum euentientem, quo scripturae, & in-
strumenta fuerunt amissa, verosimile est, quòd debitor solue-
rit: sed instrumentum solutionis amissum: sicut quando debi-
tor probat civitatem ab hostibus direptam & scripturas vel
ablatas, vel incendio consumptas. Nam tunc & creditor iura-
mento ipsius debitoris, se amississe instrumentum solutionis.
Ita Caltren. in l. si cum iniquum. C. de fide. instrumen. cum dixit,
quòd probato furto per testes, tunc statuit iuramento pa-
tris de scripturis deperditis, & earum tenore. Et quod pro-
bata civitatis direptione, quam saccomanum vulgo appel-
lant, amissio rerum mobilium probari possit coniecturis,
scripserunt Angel. in l. si quis ex ar. entariis. §. Preter. ff. de edend.
& alij multi quos congesti inf. lib. 6. in præsumpt. 28. & in spe-
cie nostra coniecturam hanc facit Afflict. in dec. 13. n. 9. vers. se-
cunda præsumptio.

Tertio est præsumptio, quando creditor & administrabat
bona debitoris, ut affinitate coniunctus & se ius cum eo cal-
culabat, reddendo et rationem de administratis, & tamen diu
distulit petere hoc creditum. Hæc sanè coniecturam faciunt ip-
si creditori fuisse solutum, & satisfactum. Ita coniecturam
hanc in specie consideravit Afflict. in d. dec. 13. n. 10. vers. ad præ-
sumendum. & v. in conf. 57. n. 6. lib. 4. & 15. qui perpendunt tex.
l. Procula. ff. de probat. de curis. entu & intellectu plura scrip-
ta in l. 2. de arbitr. iudic. Casu 88. n. 17.

Quarta est coniectura, & præsumptio, quando creditor
administravit bona, & reditus ipsius debitoris, atque ita po-
tuit sibi ipsi soluere. Et sanè præsumendum, & quòd sibi so-
luerit, nec suum iactare voluerit, iuxta l. cum de indebit. ff.
de probat. & l. eleganter. §. qui resp. r. b. ff. de pign. actio.
Ita in specie coniecturam hanc facit Afflict. in d. dec. 13. n. 13. vers. ad-
ducitur quarto, vbi n. 16. commemorat Angel. in l. sed si damnum.
§. penultim. ff. de pecul. di. entem, quòd si administrator est cre-
ditor & eius, cuius bona administrat, præsumitur suum exegisse.
Et tanto magis (subiungit Afflict. nu. 17.) coniectura hæc
locum habet, quando administrator non conficit inventarium
bonorum sui debitoris. Et hæc quidem coniectura multo
magis haberet locum, quando adesset alia administracula, quæ
retuli in præcedenti coniectura. Et Afflict. secutus est
Crauer. in conf. 129. num. 5. & idem ego respondi in conf. 457.
num. 3.

Quinta est coniectura & præsumptio, quando creditor
administrator bonorum debitoris, solet esse in rebus suis
diligens. Nam tunc præsumitur quòd fuerit etiam diligens
in sibi ipsi soluendo, & quòd fecerit id, quòd solent facere al-
lij administratores, alioqui diceretur in culpa. vt scribunt
Bortol. in l. si cum venderet. §. ult. ff. de pignor. Bald. in l. solam. col.
5. C. de testib. & Angel. in l. continuis. §. cum ita. ff. de verb. obligat.
Quæ sanè culpa non præsumitur. l. 3. §. si ad diem. ff. de re-
milis. & tradit Bart. in l. in illa stipulatione si calidus. ff. de ver-
oblig. Hanc coniecturam in specie consideravit Afflict. in
dec. 13. numero 17. vers. quinta coniectura, iuncta coniectu-
ra

ra subsequenti num. 18. vers. 6. & ibid. num. 16. multa affert si-
lia ad demonstrandum, quòd qualitas personæ est multū
consideranda ad probandum vel præsumendum actum, & an-
imum aliquid facientis. & Afflict. secutus est Crauer. in conf.
129. nu. 6. & idem ego respondi in d. conf. 457. num. 5. & 6.

Sexta est coniectura, quando creditor egregie quantita-
ris, administravit bona debitoris, & eo tempore magnam
pecuniarum summam ad aliquod negotium conficiendum
contulit: nec constat, quòd aliunde pecuniam haberet, tunc
præsumitur eam summam sumpsisse ex bonis debitoris. Ita
Afflict. in d. de i. fo. r. 13. nu. 19. vers. 7. coniecturatur.

Septima est præsumptio, & coniectura, quando constiterit
ipsum creditorem fuisse consecutum partem ipsius crediti: et-
tendo sibi tot ex bonis ipsius debitoris, & quòd potuit al-
ia retinere, ad integram summam sui crediti: & nihilominus
bona ipsa constituit ipsi debitori: ex hoc præsumitur sibi ipsi
soluisse totum, integrumque creditum suum. Ita Afflict. in d.
dec. 13. num. 20. vers. Etiam. facit hanc coniecturam compro-
bando illam traditionem Barto. in l. ex duabus. §. l. si is cui res.
de leg. 2. cum dixit, agnitionem partis & arguere agnitionem
totius. Nec præsumendum est (inquit Afflictus) quòd ille,
qui poterat sibi totum soluere, partem tantum soluerit, ex
quo hoc sibi damnosum fuisset. arg. l. plane. §. famul. c. c. i. c. & l.
iuror. l. Lucius. ff. de usuris, & idem ego respondi in d. conf. 457.
num. 6.

Octava est coniectura, quando & creditor diu distulit pe-
tere extrajudicium, vel in ius vocare ipsum debitorem, cum
facile ei fuerit petere, & experiri contra eum, vel eius filios
& hæredes. Hoc sanè casu præsumitur de industria id egisse,
vt interim probationes debitoris, & solutionis iam factæ pete-
ret. Hanc coniecturam probavit Afflict. in dec. 13. nu. 21. vers.
nona coniectura. ea ratione motus, quòd iudicium & subterfugi-
ens, præsumitur de suo iure diffidere. c. condus. de presump. c. u.
aliis ab Afflict. allegatis, & alia plura congesti supra in n. 2.
præsumptio. Et in specie quoque respondit Paul. in conf. 83. nu. 27.
lib. 1. Cum dixit contra eum præsumi, qui cum aliter se esse
creditorem, diu distulit petere. Et idem Paul. in conf. 157.
numero 12. lib. 4. respondit, non esse verosimile quòd sit cre-
ditor & alieuius, quando longo tempore nihil ab eo, quem as-
serit debitorem, vel ab eius hærede, & successore petiit. Et
huc pertinet egregius ille locus. M. Ciceronis in Orati. pro P.
Quinto, quem locum commemoravit in d. præsumpt. 91. num. 7.

Quinta coniectura hanc in specie probatur. Et confert
coniectura prima supra considerata ex præscript. & dixi in
conf. 457. nu. 1.
Nona est coniectura, quæ creditore diuerse summæ, &
quantitatis, noluit petere totam summam credere, & hanc sequi
ipsius debitoris: sed eam exigit. Hoc etiam casu præsumitur
satisfactum pro summa illa à maiore. Ita coniecturam hanc
facit Afflict. in d. dec. 13. nu. 22. vers. 10. ad iudicium.

Est præsertim hic obseruandum, quòd prædictæ coniecturæ
locum habent, quando agitur non de credito recenti, & nouo:
sed de antiquo cuius probatio difficilis est. Ita in specie de-
clarat Afflict. in d. dec. 13. numero 23. qui multas compro-
bat.

Est etiam obseruandum præsumptionibus probari solu-
tionem etiam ad impediendum executionem debiti camera-
lis. Ita post Socinum Sen. in conf. 57. nu. 30. lib. 4. & Valesum in
tractat. de obligatione camera. parte prima. qu. 3. n. 4. decidit Ro-
ta Roma. in dec. 92. du. 1. lib. 1. n. nouissime editis.

PRÆSUMPT. CXXXVI.

Debitor multis ex causis, quam in causam
soluisse præsumatur, diligens, &
accurata explanatio.

SUMMARIA.

- 1 Debitor multis ex causis præsumitur soluisse prius ex causa quæ
sub infamia debetur.
Fallit si de causa gratiori ageretur. nu. 3.
- 2 Infamiam vnusquisque evitare velle, præ ceteris præsumi-
tur.
- 4 Debitor multis ex causis, præsumitur soluisse ob eam, qua pan-
am continet.
Item ex causa, quæ sub hypotheca vel pignore contracta est. nu-
mer. 6.
Ampliatur ad eam, in qua fideiussores dati sunt. nu. 7.
Idem quoque in causa propria potius, quam aliena. nu. 8.
Similiter in causa antiquiori. nu. 10.
Idem in certiori. nu. 2.
Vel in pura potius, quam conditionali. 13.

Aur dum dubium est, in causam, in quam consuetudine, & more
solui solet. nu. 17.

Et quid si summa soluta vni tantum ex debitis conueniat. nu-
mer. 18

Vel excedat summam, quam prima causa requirat. nu. 19.

5 Debitor panalia vbi diu sum solutio facta per debitorem præ-
sumitur ob debitum, cuius pena non est commissa.

9 Consilere rebus suis, prius quam alienis, naturali rationi est
consentaneum.

11 Debitum antiquius quodnam, aut quomodo censetur.

14 Solutum anse conditionis mentum, dicitur habere iactationem
inuitam.

15 Debitor in causam viliorum soluisse præsumitur.

16 Ad eum facere præsumitur quilibet, eo modo quo sibi potest esse
vtilior.

Q VANDO multis ex causis quis debitor est, & simpli-
citer quantitatem aliquam numerat, & non exprimi-
tam quam in causam soluit, dubitari solet, quam ob causam
numeratæ præsumatur. Papinian. in l. cum ex pluribus, ff.
de solutio. ordi. in egregio & tanto viro dignum præsti-
tuit.

Primo est causa, (in quam secundum Papinianum, debi-
torem hunc præsumitur soluisse) quæ sub infamia debetur.
Nam verosimile est, quòd in infamiam præ ceteris & euita-
re vnusquisque velit. l. ne quis. §. cum ego ff. de suspens. iuror. Et
idem quod Papinianus, respondit Vlpianus in l. si quid. eo iur.
de solutio. Et concedunt nostri omnes vt Bart. ibid. & in l. si in
duabus. de reg. iur. vbi Dec. Cagnol. & reliqui, qui vno ore as-
firmant hanc censeri causam grauiorem, quam debitorem
soluisse præsumitur, iuxta l. ff. de solutio. & tradunt permulti,
quos congesti in conf. 121. num. 39. lib. 2. & in lib. 2. de arbitr. iud.
casu 493. num. 1.

Declaratur autem prædicta traditio, vt non procedat quæ-
do ageretur de causa gratiori, sicut illa est, quæ vitam ip-
sam vel membra conservacionem respiceret. Illa enim præ-
ualet, & ob eam solutio præsumitur. Ita declarant Bart. &
Deci. præcæditis in locis.

Secundo est causa ex ordine Papiniani, in quam debitor
soluisse præsumitur, quæ continet penam. Idem respon-
dit Pom. in l. 4. eod. tit. vbi Vlp. in l. ff. quid. in fin. eo iur. hanc
causam postponit nonnullis, quas mos referam. Et quod
de pena respondit Papin. extendit Bartol. in d. l. cum ex pluri-
bus. numero 2. vers. quandoque dicitur causa gratior. ad causam
ob quam vitæ præstandæ fuerunt. Idè est, quado loco pœne
vel visurarum, amitterentur vel fructus percipiendi, vel lucrū
aliquod, sicuti respondit in conf. 121. n. 57. ex Ruini sententia. Et
accedit quod respondit Gramma in conf. 163. nu. 4. in civilibus
post Alexan. in conf. 85. lib. 3. quod quando duo sunt debita &
penalia, solutio facta per debitorem, facta præsumitur ob
debetum, cuius pena non est commissa: ne scilicet commu-
tetur. Et hoc iura fecerunt in lib. 2. de arbitrariis iudic. casu 493.
num. 6.

Tertio est casus potior, quæ (inquit Papin. in d. l. cum ex plu-
ribus) sub hypotheca, vel pignore contracta est. Et illo in
loco annotavit Bart. n. 2. conf. 3. dicitur, idem esse, quando pro
vna causa dati sunt fideiussores, & pro altera non. Nam tunc
præsumitur solutum pro ea, pro qua dati sunt fideiussores. Id
quod probat l. 1. & l. 4. in ff. de solutio. & Vlpian. in l. in
his. in prim. eod. tit. ubi gratior videtur, quæ sub satisfactione debe-
tur, quam quæ pura est. & respondit Hieronymus. Gabriel. in cō-
f. 48. lib. 2. Gratior etiam dicitur causa illa, quæ ex instrumē-
to habet paratam executionem Barto. in d. l. si quid. & in d. l.
cum ex pluribus. n. 2. & scripsi in d. casu 493. nu. 7. & acce-
dit Rota Roma. in dec. 92. du. 1. lib. 1. n. nouissime editis. vbi e-
tiam de hypotheca.

Quarto causa potior prædictas habetur potior illa, quæ est
propria & quam alieni, si debeat nec ipsa causa est etiam
causa à me facta fideiussionis, præsumitur, quòd soluerim pro
mea ipsa causa. Ita enim respondit Papinia. in d. l. cum ex plu-
ribus. Post hunc ordinem potior habebitur propria quam aliena
causa, veluti fideiussoris. Et reddet rationem Papini. quia
verosimile est, diligenter debitorem ita negotium gesturum
fuisse, si enim fuisset interrogatus debitor, quam in causam
soluere voluerit, responderet vique in præprium. Est enim &
rationi naturalitè consentaneum quòd quis voluerit prius re-
bus suis consulere, & negotium proprium agere quam a-
lienum. Et idem quod Papin. respondit Pom. in l. 1. eod. tit. Est
enim maior affectio erga propria, quam erga aliena: sicuti ad
rem scripsit Bart. in d. l. cum ex pluribus. nu. 2. vers. 4. dicitur. com-
probati in d. casu 493. num. 7.

Quinto causa existimatur potior à Papini. in d. l. cum ex plu-
ribus. illa, quæ est antiquior. Ita sanè scribit Papi. si nihil eo-
rum interueniat, verusior contractus ante soluetur: Idem
respondit Vlp. in l. in his. in prim. eod. tit. cuius verba hæc sunt

si autem nulla prægrauer, (id est, si omnia nomina similia fuerint) in antiquiore. Debitum autem t antiquius non consideratur respectu temporis celebrati contractus, sed solutionis faciendæ: sicuti ex sententia Bart. & aliorum respondit in cons. 121. nu. 56. lib. 2.

Sexto præter causas commemoratas à Papiniano, & eius ordinem, alia subsequitur causa, quam recenset Vlpianus in l. 1. ff. eod. de solutio. ut scilicet debitor ex duabus causis, quarum una est tertia, & clara, altera vero in controversia posita est, solum præsumatur pro causa certa. Et idem respondit Papinianus in l. si is cui. §. Flavianus. ff. eod. de solutio. & ibidem annotavit Bart. quem secutus sum in cons. 121. nu. 40.

Septimo sequitur causa debiti t puri ut in eam potius solum præsumatur, quam in causam debiti conditionalis, vel in diem sic responderunt Vlpianus in d. l. 1. ff. de solutio. ibi aut cuius dies nondum venerat. Et idem Vlpianus apertius in l. 3. in si. eod. tit. & Scavola in l. ex pluribus in si. eod. tit. & ex nostris sic etiam responderunt Bart. in cons. 37. col. p. multum. vers. si quis piam. libro primo, & Paris. in cons. 122. numero 8. & numero 11. libro 4. quos secutus sum in cons. 121. numero 48. libro 2. Et illis accedunt Rota Roma. in d. decis. 82. numero 5. libro 1. accedit Buttr. in consilio 65. vers. nec obstat. qui nec præcitata iura, nec Bart. traditionem commemorat, scribit tamen, in dubio præsumi solum in causam debiti puri, non autem conditionalis, cum solum t ante euentum conditionis, iactationem habere dicatur inutilem, quæ non præsumitur, l. cum de indubio. in princ. ff. de probat. & Butrium secutus sum in cons. 121. nu. 44. in si. vbi eiusdem sententiæ recensui Crauettam. in consil. 106. num. 11. & subiungi eodem in loco, num. 45. ex eodem Crauetta post Alexan. præsumi debitorum t soluisse in vltiore causam. Ita etiam dicimus, facientem actum, t præsumi facere eo modo qui sibi vultor esse potest, ut scribunt Bart. in l. gerit. nu. 21. ff. de acqu. hered. & Tyraquell. de retractu consang. §. 30. l. 1. nu. 34.

Octavo cum res dubia omni ex parte est, solum præsumitur in causam, t in quam consuetudine, & more solutio let. Ita respondit in d. cons. 141. num. 50. Nono, quando cessant prædictæ causæ & soluitur summa, quæ conuenit vni tantum t ex multis debitis in eam solum præsumitur. sic Respondit Soci. Iun. in consil. 85. nu. 11. lib. 2. Rota Rom. in d. decis. 92. nu. 4. in si. Decimo in causam maioris summe dixi in dicto casu 493. in si. Undecimo quando maior summa est numerata, quam t requiritur prima causa, id quod superest, adscribitur secundæ causæ, ac deinceps ex ordine, ut respondit Papianus in d. l. cum ex pluribus in si. ff. de solutio. Duodecimo cum prædicta cessant, est in facultate debitoris quod solutio cedat in quam causam vult. Ita Imol. in d. l. colum. 9. vers. si item adde. de solut. Decius in cons. 303. in si. qui refert etiam Alexandrum. Hæc tamen debitoris declaratio debet fieri statim facta solutione. Ita Alciatus in respon. 102. n. 17. Rota Genouensis decis. 6. nu. 15. & 16. & Rota Roma. in d. decis. 92. in nouissima editis.

PRÆSUMPT. CXXXVII.

Creditorum damnum sentire præsumi, cum creditum erga vnum in plures debitores partitur.

SUMMARI A.

- 1 Contrahens cum vno, damnum præsumitur tati, si id quod debetur, in plures distribuatur debitoribus.

Qui cum vno contraxit, eumque debitorem sibi fecit, si deinde id quod debetur t in plures distinguatur debitoribus, damnum creditor sentire præsumitur, l. ancillarum. §. vltim. ff. de peculio. & scribunt in specie Lucas de Penna in l. 3. in præsum. 94. C. de apochis publicis 10. & Alciatus in tract. de præsump. r. g. 2. præsump. 33. Conferet secundum ipsum Alciatum, l. non solum. §. penult. ff. de peculio. vbi compelluntur plures fideiussores constituere vnum procuratorem, ne creditor damno afficiatur, agendo cum pluribus.

Hoc etiam facit (inquit idem Alciatus) l. in commodato. §. si duabus ff. commo. vbi creditor petere non potest partem debiti seu crediti, inuito debitore: sed agere debet ad rotum, si iudicentis iurisdictione hoc patitur: sicuti illo in loco explicauit Bartol. & egregie annotauit Matthe. in not. 115. Nota quod si ex centum, qui ob id scribit, sumi posse modum destruendi cautelam Aduocatorum, quam probat Bartol. in Anth. qui semel. C. de probatio. cum dixit, quod vbi intentio

creditoris probari posset solummodo testibus cauti aduocati faciunt peti solum modicam partem debiti, & si testes deinde probant, residuum petunt, & iterato testes producant, & dicuntur tunc melius instruiti propter interrogatoria ipsius debitoris. Hæc sane cautela destruitur, quando debitor obiicit, quod pro tota summa conuenit debet. Et ad huius rei comprobationem plura scribunt recentiores in annotationibus ad Matthes. in d. notab. 115.

Ad rem quoque pertinet quod docuit Bald. in l. cum eiusdem. ff. de edil. edict.

Huc etiam pertinet, quod docuit Bar. in l. si quis aliam. in fin. ff. de solutio. & ibidem Castr. n. 2. duo vendiderunt cuidam fundum pacto adiecto, ut is en prox teneretur reuendere vsque ad certum tempus: intra illud tempus, vnus venditorum volebat recuperare partem suam, alter recubabat, nunquid emptor teneretur partem illam reuendere scribunt Buttol. & Castr. quod non, quia emptor ille ab initio non emittet, nisi in solidum fuisset habiturus fundum. Quæ de re copiose admodum post alios distulit Ronchegailus, in l. eandem in prin. nu. 64. ff. de duobus reis.

PRÆSUMPT. CXXXVIII.

Quando re perempta eo modo quo apud creditorem perisset liberetur debitor: Et inibi, quando præsumatur, quod eodem modo apud ipsum creditorem perisset, explicatur.

SUMMARI A.

- 1 Solutionis est species, cum re perempta liberatur debitor.
- 2 Re perempta penes possessorem eo modo quo apud dominum peritura erat, in actionibus realibus liberatum censeri possessorum.
- 3 Secus est in actionibus personalibus proueniens ex delicto.
- 4 Quid autem in actionibus proueniens ex contractu. n. 5.
- 5 Casus contingens non præsumitur.
- 6 Rem peritiam fuisse eodem modo apud creditorem, quo apud morosum debitorem non præsumitur.
- 7 Distinguedos esse tamen duos casus. nu. 7. & 10.
- 8 Chafina quid sit.
- 9 Lex considerat id, quod communiter contingit.
- 10 Mortalitas, quid dicatur.
- 11 Infortunia ex locorum mutatione sepiusmit euitantur.

EST solutionis species, t quando re perempta debitor liberatur. Ea propter agendum hic est, de disputatione illa, quam pertractat interpretes nostri in l. quod res. ff. de reb. cred. §. cer. per. & in l. nemo rem suam. ff. de verb. obli. quando post commissam a debitore moram, species debiti eo modo perit, quo perisset etiã apud e. edito cum ipsam, an id debitor sic liberatur? Quæ in re, recepta magis Doctorum sententia est cum Bartol. qui præcitatis in locis tres constituit conclusiones. Prima quarum est, in actionibus realibus, in quibus sancitum creditur, quod re t perempta apud possessorem, eo modo quo erat etiam peritura apud dominum, censeri possessorum t liberatum: quemadmodum post gloss. in l. item si verberatum. §. vlt. ff. de rei vendic. cap. cum: Bart. in d. l. quod re. n. 10. ff. si cer. per. & in d. l. nemo rem suam. §. n. de verb. obli. & comunè testatur D. c. in d. l. quod re. n. 46. Cur Iun. n. 31. Cagn. n. 79. Eandem opinionem secuti sunt Alciatus in l. 6. Bellon. l. 4. sup. iuris. c. 8. Robert. Aurelian. lib. 1. sent. iur. c. 23.

Et ij quidem omnes moti sunt, ex responso illo Vlpianus in d. l. item si verberatum. §. n. dum considerat, in is dominus, qui vendicabat seruum, esset illum distracturus: Nam si distractus erat apud eum non perisset, & per consequens possessor, qui moram fecerat, de serui interitu fuisset obligatus. si verò non erat distracturus, & apud eum part modo perisset, & propterea possessor fuisset liberatus. Et illa verba Vlpiani, si forte erat distracturus, nil aliud significant, quam quod ipse dominus vendicans probare debet, t habuisse paratum emptorem, cui distracturus, sique casum t contingentem qui non præsumitur demonstrat. Quæ ex re intelligimus, non satis rectè Curt. Iun. in d. l. quod re. n. 31. existimasse, ob illam dictionem fortè, hoc responsum ad rem non pertinere. Eandem quoque sententiam non parum adiuuat l. de eo. §. si post. ff. ad exhib. illum perpendendo, vt doctè & eruditè perpendit Bellonus lib. 4. sup. iuris. cap. 8. qui quidem obiectioni Curt. Iun. dissentientis satisfaciunt. Nec repugnat quod ait idem Curtius, nullam hic afferri posse rationem diuersitatis, inter actiones hæc reales, & personales: cum tamen in

in personalibus recepta magis Doctorum opinio sit: debitorum non liberari: quandoquidem præter multas rationes diuersitatis à nostris perceptas, illa satis acuta & probabilis est, quam considerauit Robert. Aurelianus libro 1. sentent. iuris. cap. 23.

Secunda est conclusio in actionibus personalibus t ex delicto proueniens, in quibus interpretum penè omnium est sententia, quod etiam si res erat eodem modo peritura apud creditorem non tamen debitor ob commissam moram liberatur. Ita Bartol. in d. l. quod re. numero 10. & communem esse testatur ibidem Decius in vltima lectura, numero 46. & secuti sunt alij quos superiore conclusione recensui, & ij ad ducti sunt ex l. merito. ff. de rei. & vi armat. ibi, mortalitas. Et sanè t mortalitas, petitis ex aeris intemperie, vel ex contagio proueniens, (sicuti hæc in vltiore superiore anno, nempe id 1567. contigit, qua peste petere decem millia plus minus) id quod probat c. quosdam. de præsump. sunt etiam exempla horum casuum fortuitorum commemorata ab Vlpiano in l. si pecuniam. §. vltimo in fine. ff. de credit. causa data. ibi, vt si vel à laironibus interfecit sit, vel mina in stabulo oppressus, vel vehiculo obrutus. Nec hic aduertatur consideratio Cagnoli in d. l. quod re. numero 83. Cum dixit, certiorum esse coniecturam, quod res fuisset eodem modo peritura, apud creditorem, quando fortuito perit. Ex quo idem illi ipsi rei, manebat infortunium. Hoc equidem non aduertatur, quia infortunia t præsumuntur ex locorum mutatione euitantur. Id quod & ipsa rerum experientia docet.

Nec hinc sententiæ repugnat text. l. si cum exceptione. §. quod si homo. ff. de eo, quod metus causa. Nam illi satisfaciunt, & egregie declarat Robertus Aurelian. in d. libro 1. sentent. iuris. cap. 23. non multum recedendo à declaratione Bartol. in d. §. quod si homo. qui quidem explicat nil pugnat. c. sed est non culpa eiusdem l. si cum exceptione.

Tertia est conclusio in actionibus personalibus proueniens ex contractibus, in quibus etiam magna sit inter nostros dissensio, at tamen crebrior esse videtur opinio cum Bartol. præcitatis in locis, quod re perempta post moram debitoris eo modo, quo peritura non erat apud creditorem, debitor ipse non censetur liberatus. Ita sanè esse communem opinionem scripsit Ripa in d. l. quod re. numero 28.

Et quamquam difficile esset, in foro, & iudiciis recedere ab opinione hac: tamen vix est, quod iura quæ in hanc aduertuntur opinionem illi suffragentur. nempe si pecuniam. §. vltim. ff. de cond. causa data. l. si filiosamil. §. si post diuortium. ff. solut. matrim. l. apud Iulianum. §. 1. vers. ipsius quoque, de leg. 2. l. cum filiosamil. in princ. & in §. vltim. ff. de verbor. oblig. & l. qui decem. in princ. ff. de solutio. quemadmodum aduertunt Fulgosius, Ripa, & reliqui, qui à Bartol. & eius sequacibus dissentiunt. Et horum quoque posteriorum opinio, facile confutari potest, cum text. l. si plures. §. vltim. ff. de positi. non satis ei opitulatur, ex egregia interpretatione Roberti Aurelian. in d. libro 1. sent. iuris. c. 23. ad finem.

Hæc habita disputatione, & conclusionum breui explanatione, omnino ad rem, de qua mox agimus, necessaria, dubitari egregie contingit, quando præsumatur, quod res esset eo modo peritura apud creditorem, quo perit apud debitorem? Hæc de re sunt opiniones. Vna fuit eorum, qui existimant absolute, præsumi odio moratoris rem non fuisse æquè perituram t apud creditorem, sicuti perit apud ipsum debitorem. Quæ in opinione fuerunt Castr. & Aret. in d. l. quod re. ff. cert. per. & idem Aret. in l. cum res. §. vltim. de leg. 1. quos secutus est Decius in d. l. quod re. in 1. lectura. col. vlt. vers. si verò non constat. & ibidem Curt. Iun. num. 35.

Ea ratione moti ij sunt, quod creditor rem ipsam potuisset alteri vendere, & æque ita res non perisset apud eum. l. possessor. §. vltim. & l. illud. in princ. ff. de petiti. heredi. Nec repugnata, item si verberatum. §. vltim. ff. de rei vend. quia illam intelligunt procedere, solum in actionibus realibus, vt diximus supra in prima conclusio. sic intelligi à Bartol. & sequacibus. Vel & secundo interpretatur gloss. d. §. vltim. ex l. cum res. §. vlt. de leg. 1. quod illa verba, si fortè distracturus esset, significant potentiam distractionis, non autem quod sint conditionaliter posita.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, esse distinguendos duos casus, quemadmodum & duobus modis contingere solet rei interitus, nempe vel morte naturali, vel contingenti, sicque fortuito.

Primus itaque est casus, cum res t morte sua naturali perit. Nam tunc præsumitur, quod eodem modo perisset apud ipsum creditorem. Ita scripserunt Purpur. & Ripa in d. l. quod re. ff. certum petat. ille numero 43. iste numero 33. Quam sententiam satis probare videtur text. l. si plures §. vltim. ff. de positi. in illis verbis. Quia equum est, naturalem interitum ad auctorem pertinere, vtiq; cum inuita esset ea res, est restituta esset auctori. Et huc etiam facit l. cum res. §. vltim. de leg. 1. cum ait, fundum chafinate peritisse. Est t chafina vorago terræ exhiatu, dum eum igneo igneo vapores, vt in Meteoris scribit Aristoteles, libro 2. cap. 8. & tenet iurisdictionem in l. Verum. §. si locupletis. ff. de minor. Idem probat. l. si pecuniam. §. vltim. ff. de cond. caus. data. ibi, decederet enim est non accepisset, vt manumitteret. Quæ sententia generalis est, & ob id ampliat dictum, vt scilicet non solum locum habeat, cum commissa est mora, sed & ante.

Nec hic repugnat consideratio Cagnoli in d. l. quod re. numero 83. cum dixit, non esse præsumendum, quod morte ista naturali res perisset apud creditorem: quia fortè ille vnus fuisset maiori industria & cura, vt eam conseruaret. Non inquam hoc repugnat, quandoquidem lex considerat t quod commouit contingit, non autem accidens, considerat fa-

ne, quod mors ipsa naturalis secundum curium suum euenerit, non autem ob negligentiam possessoris: qui alioqui deliquisse præsumeretur non adhibendo eam diligentiam quam alter paterfamilias adhibuisset, contra l. merito. ff. pro socio.

Secundus est casus, cum res t casu & fortuito perit. Nam tunc non præsumitur, quod eodem modo perisset apud ipsum creditorem. Ita Purpuratus, & Ripa præcitatis in loco. l. 1. moti ij sunt ex l. penult. ff. de rei. & vi armat. ibi, mortalitas. Et sanè t mortalitas, petitis ex aeris intemperie, vel ex contagio proueniens, (sicuti hæc in vltiore superiore anno, nempe id 1567. contigit, qua peste petere decem millia plus minus) id quod probat c. quosdam. de præsump. sunt etiam exempla horum casuum fortuitorum commemorata ab Vlpiano in l. si pecuniam. §. vltimo in fine. ff. de credit. causa data. ibi, vt si vel à laironibus interfecit sit, vel mina in stabulo oppressus, vel vehiculo obrutus. Nec hic aduertatur consideratio Cagnoli in d. l. quod re. numero 83. Cum dixit, certiorum esse coniecturam, quod res fuisset eodem modo peritura, apud creditorem, quando fortuito perit. Ex quo idem illi ipsi rei, manebat infortunium. Hoc equidem non aduertatur, quia infortunia t præsumuntur ex locorum mutatione euitantur. Id quod & ipsa rerum experientia docet.

PRÆSUMPT. CXXXIX.

Debitorem annum in præteritum semper soluisse, cum constat soluisse per tres continuos, posteriores annos, an & quando præsumatur.

SUMMARI A.

- 1 Debitor annuus quem constat tribus annis præteritis soluisse, præsumptione iuris censetur soluisse tempore præterito. Ratio redditur. nu. 2.
- 2 Id autem de annis continuis tribus accipiendum. nu. 5.
- 3 Et locum habet non solum in tributario, sed & in emphyteuta. numero 6.
- 4 Idem in censuario & colono. nu. 7.
- 5 Extenditur quoque in solutionibus collectarum. nu. 8.
- 6 Item in solutione pensionis. numero 9.
- 7 Locum habet etiam in obligationibus. numero 10.
- 8 Quamuis debitum inratum sit. nu. 11.
- 9 Idem quoque verum est si solutio per quinquennia distributa sit, & de solutione trium postremorum quinquenniorum constat. nu. 12.
- 10 Similiter si per semestria, distributa sit solutio, & trium semestrium postremorum solutio appareat. nu. 13.
- 11 Procedit quoque est elapsus eo triennio, debitor in futurum solvere cessaret. nu. 14.
- 12 Licet differat Bald. numero 15.
- 13 Nec sententia absolutoria semel pro latore lata, respectu debiti annuorum præteritorum, reuocatur, si in futurum cesset. numero 17.
- 14 Sufficere quoque, vt in libro creditoris appareant scriptæ, tres continuorum annorum solutiones, licet nil de anterioribus scriptum sit. nu. 18.
- 15 Dissentiente quidem Crauetta. nu. 19.
- 16 Cuius opinio per distinctionem declaratur numero 20.
- 17 An verò locum habeat si re ipsa solutio facta non sit, sed ad soluendum se debitor obligauerit. nu. 21.
- 18 Et quid si lex vel statutum ad probandam solutionem, requirat probationem instrumentalem. nu. 23.
- 19 Mobilia triennio, in detrimentum negligentis vsucapiuntur.
- 20 Beneficij pacificus possessor triennalis, mortuus non afficiendus.
- 21 Dispositio exorbitans, & tacita seu præsumptiua, non admittunt extensionem.
- 22 Caducitatis ad penam euitandam, obligatio vim habet solutionis.
- 23 Solutione trium annorum proximè præteritorum probata, idem de tempore præterito præsumi, si solutiones diuersis sint factæ temporibus, secus si uno contextu.
- 24 Et quidem intelligendum, in debito annuo reali secus in personali. numero 26.
- 25 Item si solutio probetur apochis, secus si testibus. nu. 28.
- 26 Fallit quoque si creditor probet contrarium. nu. 29.
- 27 Vel recipiendo solutionem trium annorum, protestatus sit, sibi saluum velle ius pro annis præteritis. nu. 30.
- 28 Aut debitor non soluerit, sed deposuerit tantum. numero 31.
- 29 Idque contra tertium etiam non præsumitur. nu. 32.
- 30 Monitionem trium, pro pignoris venditione necessariam esse.
- 31 Debitum inter reale & personale, veram differentie rationem non considerari.

Conuenit hoc in loco differere, an & quando annuus debitor, qui per tres annos soluit, præsumatur præterito tempore soluisse? Marianus imperator in l. quicumque. C. de apochis publi. libro 10. de debitoribus tributorum, ita statuit. Quicumque de provincialibus & collaribus decario post hac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributarie solutionis exponitur, si trium coherentium sibi annorum apochas securitatisque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributarie coarctetur: nisi forte aut curialis, aut quicumque apparitor, vel optio, vel aetuarus, vel quilibet publici debiti exactor, siue compulsor, possessorum, vel collarum haberit cautionem, aut id quod repercit, deberi sibi manifestis gestorum adsertione patefecerit.

Hæstentus Martianus, cuius constitutionem auream dixit Bald. in c. literæ. de dilat. & vnicam singularémque appellatunt Bartol. ibi, & Alexand. in l. si certis annis. C. de pactis. Et dicitur hæc iuris præsumptio sic à legislatore affirmata, & tradit Bald. in fine d. l. quicumque. & Ioan. Andr. in c. literæ de dilat. Ias. in l. si certis annis, numero 4. C. de pactis, & alij multi, quos infra referam. Exceptio Moderni Parisi. in commentariis ad consuetud. Parisien. in tit. 2. §. 62. numero 48. qui dixit, non esse iuris præsumptionem sed hominis, quæ iudicis arbitrio relinquatur. Quod verum non esse, eorum auctoritate & ratione constat: cum lex ipsa sic statuerit, propterea iuris præsumptio appellari debet, iuxta ea quæ & scripti supra in libro 1. quæst. 4. Est autem constitutio præsumptioque ista, posita & fundata ea ratione, quia plura concurrunt. Primum deuotio, & legalitas in soluendo integraliter, virilem suam tributarie functionis. Secundum, continuatio per tres annos continuos, & tres solutiones distinctas. Tertium silentium exactorum per triennium illud conuinum. Quartum tres distinctæ trium coherentium annorum publicæ apochæ ab officialibus publicis confectæ, & dæ simpliciter sine protestatione, aut reservatione præcedenti annorum. Ita diligenter perpendit Modern. Parisien. in d. §. 62. numero 45. qui tria alia commemorat, quæ tamen dixit à prædictis dependere. Et huius interpretis supposito nomine idem scripsit Anton. Padilla Hisp. in l. 1. numero 9. versic. rationes. C. de fideicommissis. Et (vt summam sic dicam) illa est huius constitutionis præsumptionisque ratio, quod verisimile non sit exactorem tributum alioqui diligentem, & avaros, præteritorum annorum solutionibus neglectis, & nulla adhibita protestatione, reservationeque, illorum trium postremorum receptos fuisse. Est in negligentia detrimentum lex statuit, triennium mobilia, vt vsucap. l. 1. ff. de vsucap. Non mirum etiam, si statuit hoc in casu, exactorem negligentem præsumi recepisse. Ita hanc ob causam videmus Pontifices statuisse, beneficij possessorem, & pacificum triennale, à possessione non mouendum, nec in ea molestia afficiendum esse: sicuti explicat Gomez. in regula cancellariæ de signali possessore. q. 1.

Est & illud obseruandum, constitutionem d. l. quicumque, requirere solutiones trium coherentium, siue continuorum, & annorum, & propterea non sufficeret, si debitor soluisset per duos annos, & deinde vno anno interposito, soluisset pro ipso quarto subiequenti. Non enim esset solutio triennalis continuata ob annum median impedientem continuationem. Ita tentant omnes quos infra referam. Et optime hæc interpretatio probatur multis illis rationibus ad rem propè consideratis à Socino Sent. in consilio 118. numero 6. 7. & 8. libro 4. Gomez. in §. rursus, numero 32. Insist. de actio. & in regula cancellariæ de annali possessore, quæst. 7. 3. & in regula de triennali. quæst. 16. & 20.

Extenditur primo hæc præsumptio, vt locum habeat non solum in tributario, sicuti loquitur d. l. quicumque. sed etiam in triemphyteuta, qui soluto canone per tres continuos annos, præsumitur in præteritum soluisse. Ita d. l. quicumque. extendunt Accur. Specul. Ioann. Andr. & alij multi congeſti ab Ant. Gabr. in libro 1. conclusio in usu. de præsumptionibus. conclus. 11. numero 2. Et illis accedit Paris Puteus in tracta. de feud. reintegrat. i. cap. 61. incipit. sequitur alia quæstio. pag. 41. Socin. Sentor in consilio 118. numero 3. libro 4. Cathelianus Corta in memorabilibus. in verbo, solutio facta. Bero. in consilio 152. numero 3. libro 1. Euerardus in centuria legali, in loco, ab extremis, numero 3. Modern. Parisien. in d. §. 62. numero 43. Duenas in reg. 54. numero 1. & Anton. Padilla in d. l. 1. numero 11. & 12. C. de fideicommissis. Imò sunt, qui affirmant, idem esse in emphyteuta ecclesie vt ei sufficiat probare solutiones duorum annorum. Ita Hostien. in summa, in tit. de locato. §. vltim. versic. hoc autem notandum. Verum dissentiant Ioan. Andr. præcitato in loco, & Iason in l. 2. numero 132. versic. 2. limitauit. C. de iure emphyt. Duenas in d. reg. 54. in fine. & contra Host. esse communem Doctorem. opinionem testatur Padilla in d. l. 1. numero 6. C. de fideicommissis.

Extenditur secundo, vt locum habeat hæc præsumptio

etiam in censuario, & colono. Ita Bald. in c. literæ. in fin. de dilatio. & alios congeſcit Gabr. in d. conclusio. 11. numero 4. Illis accedunt Gratus in consilio 121. numero 4. libro 2. qui testatur facta. Gulielm. Benedic. in c. Raynuius. in verbo, si absque liberis moreretur. il. 2. numero 188. de test. Duenas in d. reg. 54. numero 2. Thellurus in decis. 114. nu. 4. & Padilla in d. l. 1. numero 12. Quo tamen ad colonum dissentit Modern. Parisien. in d. §. 62. numero 49. & in nu. 44. in censuario communem sequatur.

Extenditur tertio, vt procedat hæc præsumptio etiam in solutione, & collectarum. Nam si quis exhibet tres solutiones annales continuatas, præsumitur in præteritum soluisse. Ita Bald. in c. literæ. in fin. Iason in d. l. 2. numero 132. C. de iure emphyt. Trigonius in sing. 125. quos secutus est Gabr. in d. conclusio. 11. numero 5.

Extenditur quarto, vt procedat etiam in solutione, & pensionis. Ita Gigas in tract. de pensionibus. quæst. 81. & Gabr. in d. conclusio. 11. numero 6. His accedit Decius in c. de 630. nu. 15.

Extenditur quinto, vt locum etiam habeat in obligationibus. Ita respondit Dec. in consi. 650. col. 2. & sequitur Gabr. in d. conclusio. 31. numero 7. sic etiam in solutione decimarum. Gabriel ibid. numero 12. post Boet. in q. 36.

Extenditur sexto, vt procedat etiam si debitor, & iuratum, sic respondit Grat. in consi. 121. colum. 2. libro 2. & probat ut Gabr. in d. conclusio. 11. numero 8.

Extenditur septimo, vt procedat etiam si solutio esset distributa per quinquennia, & constaret de solutione, & triennium postremorum quinquenniorum. Ita Bald. in d. quicumque. numero 5. versic. item quæro, quidam præparat. C. de apoch. pub. lib. 10. quem secutus est Gabr. in d. conclusio. 11. numero 9. Et motus est Bald. arg. text. l. 1. §. item quæstio. C. de iudicibus. lib. 10.

Extenditur octauo, vt procedat etiam si solutio esset distributa per semestria. Nam probata solutione trium, & semestrium postremorum, præsumitur solutum pro præterito tempore. Ita Bald. in d. l. quicumque. numero 9. versic. item quæro, quid in eo. Alexand. in consi. 107. colum. 2. versic. & adhuc non obstat. libro 3. Iason in l. dimortio. §. quod in anno. numero 5. ff. soluto matrim. & hoc secutus est Gabriel. in d. conclusio. 11. numero 14. His accedunt Bald. in l. eadem. numero 6. consi. quæro, quomodo accipitur triennium. C. locati. Gulielm. Benedic. in c. Raynuius. in verbo, si absque liberis moreretur. il. 2. numero 188. de testamen. Paris Puteus in tracta. de feudum reintegrat. cap. 197. incipit. & circa materiam, numero 19. pag. 111. & Padilla in d. l. 2. numero 13. C. de fideicommissis. Et hæc extensio comprobatur præcedenti, cum eadem sit ratio. Quibus constat male respondisse Alexand. sibi contrarium in consi. 106. numero 3. libro 3. qui contrarium scripsit, & in specie à Padilla damnatur, est eum secutus Modern. Parisien. in comment. ad consuetud. Parisien. tit. 2. §. 62. numero 51.

Extenditur nono, vt procedat etiam si debitor iste elapso triennio, & cessauit in futurum solvere. Non autem ob id tollit, qui in præteritum ante, scilicet triem annorum solutionem, soluerit. Ita Mod. Parisien. in d. §. 62. numero 42. quem secutus est Padilla in d. l. numer. 14. C. de pactis. Idem scripsit Ant. Gabr. in d. conclusio. 11. numero 10. etiam commemorat Bald. aliter sententem, vt statim dicemus. Est enim eadem ratio in solutionibus triennialibus, respectu præteriti temporis, quæ in solutionibus vitium temporis. Nec recipienda est ratio diuersitatis perpenſa à Crauet. in consi. 313. colum. 2. versic. non obstat quod, &c. quia considerari non potest maior difficultas probationis, ob temporis diuinitatem. Nam supponamus, quod tribus elapsis annis esset subsequenti, anno soluere, non certe potest hic esse tanta temporis diuinitas, vt difficilis sit probatio solutionum non factarum ante triennium, quam si soluere perueuerat. Et si hoc diligenter perpendamus, apparebit nil ob esse duas alias diuersitatis rationes consideratas à Crauet. præcitato in loco. Et accedit, quod si eo triennio receptarum solutionum elapſo, creditor petisset præteritorum annorum solutiones, certe fuisset repulſus, præsumptione hac, ducta à triennali solutione. Idem ergo est dicendum, quando post ipsam solutionem triennale cessauit soluere, ne amittat ius iam sibi quæsitum, aduersus tempus præteritum ante ipsas solutiones. Et hæc quidem opinio verior mihi videtur: est aliter scripserit Bald. in d. l. quicumque. numero 13. cuius verba hæc sunt: Item quarto, an ex præterito præsumatur in futurum, vt ecce probò, quod iam sunt decem anni, & tribus annis continuatis soluit: præsumatur reliquum soluisse? Respondeo, non. Imò recessum est ab omni præsumptione, etiam pro præterito tempore. Et hoc est quod hic dicit, coherentium, &c. Hæc Bald. qui prohibuit interpretationem glossæ ibidem in verbo, sibi, quæ exponit coherentium sibi, id est, præteriti conuentioni, & ibid. Luc. de Pen. col. 2. quem specie manifestius declarando, secutus est Crauet. in consi. 313. col. 2. in prim. qui in specie respondit idem quod Bald. est ius auctoritatis non fuerit memor. Idem clare scripsit Gu-

pfit Gulielm. Benedic. in c. Raynuius, in verbo. si absque liberis moreretur, il. 2. numero 186. versic. præterea dico, de testam. Et secundum hanc opinionem iudicasse sacrum Concilium Neapolitanum, testatur eruditissimus Vincens. Francus in decis. 137. qui eiusdem opinionis præter iam relatos, commemorat Bartol. Paridem Pute. Iason. & Cortan, quos tamen hoc scripſisse non facile existimo. Et præcipuum eorum fundamentum est, (vt attingi) in illa interpretatione glossæ & Luc. à Penna, dum exponunt, coherentium sibi, id est, præteriti conuentioni. Quæ sanè interpretatio recipienda non est: sed rectius exponendum est, coherentium sibi, hoc est, inter se conuictorum, vt idem Lucas à Pen. ibid. colum. 1. exposuit. & hanc interpretationem probat l. quicumque, in fin. C. de omni agr. desert. libro 11. ibi, sibi, sibi, coherentes. Est ergo hic sensus, quod si constat per tres annos continuos debitorem tributi soluisse, & præteritorum annorum tributis nil amplius quæritur. Quæ interpretatio intelligimus nil etiam obesse, quod considerat Crauet. in d. consi. 313. col. 2. versic. sed istud clarius, post glo. in d. l. quicumque, in verbo. annorum. quæ exponit, id est proximo. Nam error ea hæc interpretatio fluxit à prima iam confutata.

Non etiam obstat illa consideratio Crauet. in d. consi. 313. colum. 3. versic. secundum principalem. & versic. 3. text. dum dixit, in d. l. quicumque, non admitti extensionem, cum sit dispositio, & exorbitans, & recita, seu præsumptiuæ; quæ extensionem non admittunt: Nam responderetur, hanc non esse extensionem, sed casum ipsi summe comprehensum, & dispositum à constitutione illa.

Non etiam repugnat argumentatio eiusdem Crauet. in d. consi. 313. colum. 3. versic. 4. text. dum dixit, quod sicuti ex solutione trium annorum continuorum arguitur solutio annorum ante præteritorum, ita etiam ex cessatione subsequæntium arguitur antea non solutum. Vna enim præsumptio aliam tollit, l. Dinus. ff. de integram restit. Respondetur, quod elapsis tribus annis factarum solutionum, iam orta est præsumptio, & quæsitum ius debitori, in detrimentum creditoris negligentis, quæ tanè negligentia non emendatur per cessationem postea factam ab ipſo debitore.

Non etiam ad rem facit alia consideratio eiusdem Crauet. in d. consi. 313. numero 4. versic. quinto diffinitas. dum considerat diffinitatem hanc solutionum modo factarum, modo non factarum: quia responderetur, nullam adesse diffinitatem in tribus factis solutionibus trium continuorum annorum, quibus elapsis iam firmata, & stabilita est iuris dispositio, & præsumptio, sicuti si tot actus conformes facti essent ad causandam consuetudinem, non considerarentur alij actus diffomes subiecti post consuetudinem illam stabilitam, & firmatam. Non hic commemoro alias Crauet. argumentationes, tum quia ad rem nostram pertinent, tum etiam quia ex iam consideratis diluuntur, vt duæ illæ posteriores, ibi in col. vlt. considerate.

Extenditur decimo, vt locum etiam habeat hæc præsumptio, quando debitor iam semel sententia, & absolutus à debitis præteritorum annorum, ob solutionem trium ipsorum annorum continuorum, cessauit deinde soluere. Nam hoc in casu etsi cessauit, nihilominus manet sententia, & absolutio facta, quæ in dubium reuocari non debet, ex quo finita res est, arg. l. si ille. C. de decurio, & confert l. qui ob rem. ff. de condi. indebit. ita in specie affirmarunt Bald. in d. l. quicumque, numero 14. C. de apoch. publi. libro 10. Paris Put. de feud. reintegrat. cap. 197. incipit. & circa materiam, numero 25. pag. 111. & Gulielm. Benedic. in c. Raynuius, in verbo, si absque liberis moreretur, il. 2. numero 186. versic. præterea dico, de test. Et hæc quidem extensio probabilem non habet dubitationem si præcedentem, quam dixi veram admittimus.

Extenditur vndecimo, vt hæc præsumptio locum etiam habeat, quando in libro creditoris, vt puta exactoris tributorum, censuum canonis, emphyteutis, & similibus, apparent scriptæ, & tres annorum continuorum annorum solutiones, & tamen non legitur aliquid scriptum de anterioris temporis solutionibus. Nam adhuc præsumitur solutum, & omissum negligentia creditoris scriptum. ita docuit Bald. in d. l. quicumque, numero 11. versic. item quæro, exactor. C. de apoch. publi. libro 10. quem secuti sunt Ant. Gabr. in d. libro 1. conclusio. in tit. de præsumpt. conclusio. 11. numero 11. & Paris Pute. de feud. reintegrat. in c. & circa materiam, pag. 111. numero 9.

Cæterum ab hac opinione dissentit Crauet. in d. consi. 313. colum. 4. versic. 9. dicta lex, qui motus est simili traditione Castren. in consilio 81. in causa, quæ vertitur, col. 3. libro 2. cum respondit, solemnitate extrinsecam, quæ alioqui temporis diuinitate præsumitur, non præsumi, quando exhibetur instrumentum, in quo apparet non obseruata. Quam traditionem multis comprobauit sup. in præsumpt. 132. vbi egimus de solemnitate intrinseca, & extrinseca præsumenda.

Crediderim has opiniones conciliari posse distinguendo

quod aut creditor consuevit ipse solus scribere suo in libro solutiones quas recipit, & debitori dare apocham receptarum solutionum. Hoc casu procedit opinio Baldi. Nam fieri potest, quod exactor, siue creditor oneris suo in libro scribere: & propterea illius sui libri exhibitio nil operatur. Aut creditor, seu exactor consuevit etiam scribere in libro debitorum solutiones ipsas: & ipsi debitores exhibent suos libros, in quibus non apparent solutiones anterioris temporis. Et hoc in casu potest defendi opinio Crauet. qui proprie hoc in casu loquitur. Non enim præsumitur, quod si debitor soluisset, non curasset ipsas solutiones suo in libro scribi, sicuti curauit scribi alias: cum nemo præsumatur iactare suum. Et de vsu debitorum habendi similem librum, tradit Pute. præcitato in loco. Et cum Craue. idem sensu Francus in d. decis. 157. numero 2.

Extenditur duodecimo, vt locum etiam habeat, non solum quando re ipsa hic debitor soluit illis tribus annis vltimis, sed etiam quando se obligasset ad soluendum. ita Deci. in consilio 650. numero 15. & Padilla in d. l. 1. numero 14. versic. 6. ampliabis. C. de fideicommissis. Ea ratione motus est Deci. quia ad euitandam pœuam, & caducitatis, obligatio vim habet solutionis, ex sententia Specul. Cyni, Bald. & aliorum, quos Deci. ipse commemorat. Verum hæc de traditione dubio ob id, quod respondit Crauet. in d. consi. 313. nu. 5. versic. 7. dicta lex, cum dixit, d. l. quicumque, loqui conditionaliter, si probauerit solutiones, quæ conditio debet impleri in forma specifica. Non ergo in sola obligatione verificabitur.

Extenditur decimotercio, vt locum habeat hæc præsumptio, etiam si lex, vel statutum ad probandam solutionem requirit probationem instrumentalem. Nam adhuc sufficit probare solutionem postremorum annorum. ita in specie Padilla in d. l. 1. numero 10. C. de fideicommissis. ex sententia Ias. in l. 1. nu. 10. C. de testam. milita. & in l. sciendum. nu. 75. de verb. oblig. & in specie magis sic docuit Bald. in d. l. quicumque, nu. 1. C. de apoch. publi. lib. 10. & illum secutus est Gulielm. Benedic. in d. verbo, si absque liberis moreretur, il. 2. nu. 186. Et conferunt quæ dicimus infra in præsum. 141. in fin.

Declaratur primo hæc præsumptio, vt locum habeat, quando dictæ solutiones factæ fuerint diuersis, & temporibus: sed secus verò, si in vnico contextu. Nam tunc non præsumitur, quod soluerit præterito tempore ita Bald. in d. l. quicumque. q. 1. numero 3. C. de apoch. publi. libro 10. & in l. 2. versic. pone quod quis. C. de dos. promiss. Alexand. in addit. ad Bartol. in d. l. quicumque. & ibidem Luc. de Pen. colum. 1. Paris Put. de feudum reintegrat. cap. 61. incipit. sequitur alia quæstio, numero 10. Ias. in l. 2. numero 133. C. de iur. emphyt. Lancellot. Dec. in l. 1. auulenus. ff. de annuis lega. Cremen. in singul. 79. in scis. in fin. Cappella Tholoian. q. 235. Trigonius in sing. 125. Chassan. & Balbus in tract. de præscript. in 3 par. principali, colum. 11. versic. 5. imita. quos secutus est Gabriel. in d. conclusio. 11. numero 13. Et his accedunt Iason in l. si certis annis, nu. 4. versic. 4. notabiliter. C. de pactis, & in l. 2. numero 136. C. de iure emphyt. & in l. 1. numero 33. ff. de offi. eius. Iacobus in l. non est necesse, numero 3. ff. de probatio. Gulielmus Benedic. in c. Raynuius, in verbo, si absque liberis moreretur, il. 2. numero 182. de testamen. Cathelianus Corta. in memorabilibus. in verbo, solutio facta. Modern. Parisien. in commentariis ad consuetud. Parisien. in tit. 2. §. 62. numero 52. & Padilla in d. l. 1. numero 14. versic. limitabis tu. C. de fideicommissis. Et hanc quidem sententiam comprobant l. si triennio. ff. de statu. liber. de quo diximus supra in præsumpt. 131. dum explicauimus, cum de in rem versic. ff. de vsuris. Confert, & simile traditum à gloss. in l. 4. ff. de pignorat. actio. dicente, quod cum pro venditione pignoris requiritur trienna monitio, non esse satis si creditor ter interpellet debitorem, dicens, solve, solve, solve. Hæc enim vnica censetur interpellatio. Et glossam illam secuti sunt Bartol. & reliqui ibi & plures commemorat Tyracuell. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, numero 42. C. de reuoca. donatio.

Volunt autem aliqui, vt non procedat hæc præsumptio, quando debitor soluit per nouem annos hoc modo, vno anno soluit pro tribus annis. ita Bald. in d. l. quicumque, numero 4. Non enim hæc est præstatio formis, quam debitor iste annuus præstare tenetur. Et quia hic duo præsumuntur, præstationis formitas, & ipsa præstatio: & tamen duæ præsumptiones principaliter non possunt concurrere, l. 1. C. de dotis promiss. & scripti supra in libro 1. quæstio. 43. Et hanc declarationem tacito Baldi nomine probauit etiam Gulielmus Benedic. in c. Raynuius, in verbo, si absque liberis moreretur, il. 2. numero 183. versic. plus dico, de testamen. Cæterum prædictis dissentit Modern. Parisien. in d. §. 62. numero 52. cuius opinio verior mihi videtur: cum verè præstatio sit formis, continus, tergeminata, tres apochæ, & creditoris silentium plus quam triennale.

Declaratur secundo, vt locum habeat hæc præsumptio in debito annuo, & realis: sed verò in debito personali, vt

puta, si promissit mihi decem singulis annis, vel si te grauaui præstare centum quocannis. Nam tunc solutio trium posteriorum annorum, præsumptionem non facit, quod pro annis præteritis soluerit. Ita Bald. in d. l. quicumque, vers. item promissit mihi. C. de apochis publ. libro 10. Cremon. in sing. 80. incip. item quero. & Gabriel. in concl. 11. in fine. & his accedunt Gulielm. Bened. præcitato in loco, numero 188. vers. non tamen, & Catelian. Cotta. in memorabilib. in verb. solutio facta. Verum à prædictis dissentiunt Modern. Parisien. in d. s. 62. numero 53. & Anton. Padilla in d. l. 1. numero 16. C. de fideicom. quos sequor: cum verè differentia ratio inter ÷ debitum reale, & personale considerari non possit. Nam rationes illæ, quas in specie d. l. quicumque, commemoravi supra, conueniunt & huic annuo debito personali.

Declaratur tertio, vt locum habeat hæc præsumptio, quando solutiones triuorū priorum annorum probantur apochis ÷ ipsi: secus verò si testibus. Nam tunc cessat præsumptio hæc iuris, ex l. quicumque, C. de apochis publ. lib. 10. tametsi aliquam præsumptionem & hoc faciat. Ita tradunt Modern. Paris. in commens. ad consuetud. Paris. in ti. 2. §. 62. num. 49. & Padilla in d. l. 1. num. 17. C. de fideicommiss.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando ÷ creditor probaret contrarium. Est enim certum, admitti ad probandum contra hanc præsumptionem, sicuti scripserunt Bald. in l. quicumque, numer. 1. vers. item oppono. & reliqui omnes, vel contrariis apochis probaret pro præteritis annis non soluisse solutum. Ita glo. Barr. & alij in d. l. quicumque. quo loci Ioan. à Platea numero 3. vers. contra tamen, docuit, probari etiam posse testibus, quod difficile, ac fortè impossibile sit, probare negatiuam tam amplam, nisi intelligamus, vt tenet gloss. in d. l. quicumque, & sequitur ibid. Bald. numero 9. testibus probari posse, quòd tempore solutionum trium annorum creditor protestatus sit se creditorem adhuc præteritorum. Idem est, quando probaretur debitorem fuisse cõfessum, quod pro vno anno ante solutionem triennalem non soluit. Nam tunc tollitur hæc præsumptio. Ita Bald. in d. l. quicumque, num. 10. vers. item quero, T. ius. quem secutus est Gulielm. Bened. in d. c. Raymus, in verb. si abique liberis moreretur, il. 2. num. 186. vers. nisi debitor, de test.

Declaratur quinto non habere locum, quando creditor recipiendo illas trium annorum solutiones, protestatus fuisset, saluum ÷ ius esse velle pro præteritis annis. Ita gloss. in d. l. quicumque. & ibid. Luc. de Pen. col. 2. & Crauet. in d. consil. 313. col. 4. vers. 8. illa lex. qui multò fortius dixit procedere, quando creditor ipse omnino recusauit recipere.

Declaratur sexto, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando debitor non ÷ soluit, sed depositum fecit. Ita in specie respondit Crauet. in d. consil. 313. col. 3. vers. 6. considero. Nam (inquit ille) solutio sic volenti, & recipienti creditor, qui recipiendo dicitur consentire. Depositum verò sit contra voluntatem creditoris, qui ob id non consentit, atque sibi non affert detrimentum.

Declaratur septimo hæc præsumptio, vt locum non habeat ÷ contra tertium. Exempli gratia, dominus directi vendidit ius suum directum Caio, cui emphyteuta postea soluit per tres annos debitum canonem. Hæc trium annorum solutio facta Caio, non facit præsumptionem contra ipsum dominum directi venditorem, quominus possit petere præteritoria annorum canonem. Ita in specie declarat, & rectè Catelian. Cotta in memorabilib. in verb. solutio facta, in fin. Est manifesta ratio, quia nullas ipse recepit solutiones, quibus consentire, & præterito credito quodammodo renunciare dicitur. Et confert quod sup. in præsumpt. 132. explicando l. cum de in rem vers. de usur. diximus, præsumptionem illam tertio non nocere. Ex hac declaratione inferri potest, quòd si exactores tributorum, censuum, canonum, & similibus, consueuissent mutari, ita quòd probabilis esset ignorantia facti antecessoris, & vnus reciperet per tres annos tributum & censum, cum ignoraret quid in præteritū actum esset, præsumptio hæc cessaret, cum exactoris negligentia, & cõsiderari hic nõ possit.

PRÆSUMPT. CXL.

Debitori an, & quando præsumatur remissum debitum à creditore, qui ei tradidit sui crediti instrumentum.

SUMMARIA.

Instrumentum debiti reddens creditor, præsumitur creditum remississe. Instrumentum tradens rem tradere videtur.

- 3 Chirographi appellatione non solum tabulas, sed etiam ius quod illis probatur, contineri.
- 4 Instrumenti redditione, debitum præsumitur solutum. Quæ præsumptio locum habet si redditum instrumentum sit illi, sub cuius generali potestate est debitor, nu. 5. Aut etiam duo in eodem instrumento sint obligati, nu. 6. Et quando alterius creditum censeatur donatum, nu. 7. Item quoque si de vno debito plura extarent instrumenta, n. 8. Aut illius originale remaneret penes Notarium, nu. 10.
- 9 Instrumentum dicitur vnicum, etsi de eo confecta sunt plures scripturæ.
- 11 Thesaurarius Principis, apud quem creditorum chirographa reperuntur, præsumitur iis soluisse.
- 12 Pignus & hypotheca præsumitur remissa, reddito debiti, seu obligationis instrumento.
- 13 Debiti instrumentum sibi traditum, reddens creditor debitor, cum in pristinam obligationem quando præsumitur repositum.
- 14 Instrumenti redditio facta à creditore principali, præsumit liberationem, secus si ab eius procuratore, et actore.
- 15 Mandatum etiam generale cum libera, non comprehendit facultatem remissionis ius ipsius principalis.
- 16 Instrumento renuncians creditor, idque tradens debitori, non creditum remississe, sed potius probati nisi ipsius instrumenti præsumitur renunciassisse. Idem si prius exegisset debitum, deinde traderet instrumentum, numero 18.
- 17 Doctoris dictum secundum legem quam allegat intelligendum.
- 19 Instrumentum debitori reddens creditor, non præsumitur debitum remississe, quando alia coniectura, quam remissionis aut solutionis sumi potest. Idem si instrumentum non ius in re, sed an rem contineret, n. 20
- 21 Instrumentum debiti sibi à creditore, vel eius nomine ab alio traditum, probare debet debitor, aliter sine illius consensu habuisse præsumitur, maxime persona domestica: si presertim illud se amississe creditor probet, nu. 22.
- 23 Instrumentum debiti medico tempore penes debitorem existens, contra quem creditor agere capit, non præsumitur à creditore traditum, vt à debito liberaretur.
- 24 Pignore restituto, non censeatur remissum ipsum debitum: secus restituto chirographo debiti, & ratio differentie, nu. 25.
- 29 Obligationis vis consistit in chirographo debiti, non sic in pignore.
- 27 Scriptura obligationem pignoris non perficit, sed probationem tantum facit.

CVm debitor creditori reddidit sui crediti instrumentum, ÷ coniecturam facimus, creditorem remississe creditum, atque ita debitorem liberasse, l. 2. §. 1. ff. de pact. cuius verba hæc sunt: Et idèd si debitor meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conuenisse, ne peterem, profuturamque ei conuentionem exceptionem placuit.

Sic pariter Vlpianus in l. 3. ff. de liber. legat. respondit, liberationem debitorum præsumi à testatore relictam, cum ei legauit chirographum, in quo debitum erat scriptum, vt etiam dicemus infra libro 4. præsum. 164. numero 25. eandem sententiam probat tex. l. creditorem. C. de remiss. pign. cuius verba hæc sunt: Creditorem parui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignoris fuerat, iubentem eandem cautionem reddi pignoris etiam ius remississe videri manifestum est. H. c. tenus Imperator Alexand. qui dum dixit etiam ius pignoris significare debitum principale omnino remissum præsumit. Confert text. c. ecclesia, il. 2. in fin. vt lit. pendem. Et prædictis in locis annotarunt Doctores. Huius coniecturæ, & præsumptionis rationem esse existimauit Bald. in l. vnica. §. ille etiam, numero 4. C. de latin. lib. tollen. quia qui tradit ÷ instrumentum, rem tradere videtur, l. 1. C. de donat. Rei autem traditio hic nil aliud est, quam ipsa liberatio, l. si mulier. ff. de condi. ob causam, l. si sponsalibus. §. 1. ff. de iure doti. & l. sub prætextu. C. de transactio. Creditor itaque tradendo debitori sui crediti instrumentum: censeatur liberationem tradidisse. Aliam rationem considerauit Fortunius Garzia Hispanus in d. l. 2. §. 1. numero secundo, ff. de pactis. quòd cum in instrumento, vel chirographo consistat tota cautio, id est, ius ipsius creditoris, cum sine eo de proprio credito constare non posset, l. qui chirographum, de legat. 3. vbi appellatione ÷ chirographi, non solum tabulæ ipse, qui probatur, sed etiam ius quod illis probatur, continetur. Et idèd legatis tabulis, etiam ius totum legatur, vt ibi habetur, & in l. feruum. §. pen. & l. huiusmodi. §. si ita, de legat. 1. Creditor ergò qui debitori restituit instrumentum, sicque cautionem, significasse dicitur, se eo iure amplius vti nolle. Et ratio hæc satis manifestè, secundum Garziam, colligitur ex l. vlti. ff. de his que in testam. del. vbi etiam si cancellatio fiat in tabulis, non præsumitur testatorem velle destruere testamentum

amentum, si tabulæ aliæ eiusdem tenoris existunt. Et hæc quidem ratio perpensa fuit & ad Accursio, vt dicemus infra in vlt. declarat. & verè probabilior mihi videtur illa Ruini in consil. 44. num. 3. lib. 1. cum dixit, ex redditione ÷ instrumenti præsumi debitum solutum: quia creditor tenetur reddere instrumentum debitori, recepta ab eo solutione, l. dissolutæ. C. de condic. ex leg. Carcerum, vt huic præsumptioni locus sit, constare debet, ipsummet creditorem tradidisse debitori instrumentum hoc: sicuti suo loco infra exponemus.

Extenditur primò, hæc præsumptio, vt locum etiam habeat, quando hoc crediti instrumentum ÷ redditum fuit illi, sub cuius generali potestate est ipse debitor, exempli gratia, si instrumentum debiti ecclesiæ reddatur Summo Pontifici, qui super omnes ecclesias omnem habet potestatem. Nam & tunc præsumitur remissum debitum. Ita Innocent. in c. cum pridem, de pactis, & Ang. in d. l. 2. vbi lat. num. 3. ff. eod.

Extenditur secundo, vt locum habeat hæc præsumptio quando eodem instrumento ÷ duo essent ipsi creditor obligati, puta, tu & alius. Nam reddendo tibi instrumentum, præsumitur à creditore te liberasse, ac etiam coniectura sumitur tibi donasse actionem contra alium debitorem. Ita in d. l. 2. §. 1. scriptum reliquerunt Gulielm. Cune. Barro. Albe. Ang. & Fulgos. quos ibid. secutus est etiam Fortun. Garzia numero 4. Verum iura & rationes, quibus in hanc adducti sunt opinionem, non satis suffragantur. Nam text. l. si is qui dnos, in fin. ff. de liber. leg. nil ad rem confert, sicuti etiam aduertit Iaf. in d. l. 2. numero 4. ff. de pact. cum loquatur de liberatione duobus sociis debitoribus expressim legata. Nil etiam vrget l. 1. C. de donat. quia etsi sub nomine instrumenti continetur ius comprehendendum in instrumento, non tamen probat, quod creditor donare ei voluerit etiam alterius debitoris ius: cum nostro in casu iuris satis verificetur in remissione ipsius debitoris, cui traditum est instrumentum. In ea uero d. l. 1. inutilis profus fuisse traditio instrumenti, nisi ea mancipia censeantur donata: ita quoque diluitur coniectura Garzic in d. l. 2. §. 1. num. 4. cum sufficiat, si quo ad ipsummet debitorem, cui reddidit fuit instrumentum, dicatur creditor declarasse, se eo iure vti amplius nolle & propterea remittere. Quocirca à prædicta Gulielm. Barr. & sequacium opinione dissententur Alex. in d. l. 2. ff. de pact. & ibid. Iaf. nu. 4. ea ratione moti, quod vbi alia præsumptio quam donationis sumi potest, illa iurandæ est, l. si cum aurum. ff. de solut. & scripti in li. 2. de arbit. iud. casu 88. col. 1. Cum ergò nostro in casu sumi possit coniectura liberationis ipsius debitoris, cui traditum fuit instrumentum, sufficit quod illa traditio affectat hanc utilitatem. Distingui potest, conciliando opiniones ex sententia Abb. in c. ecclesia, il. 2. n. 14. vt lit. pendem. & Caccialup. in tract. de pact. §. 8. cum dixerunt, esse confutandum ad coniecturas. Aut enim (inquit Abb.) is, cui traditum est instrumentum, non est aptus ad procurandum, & in iudiciis agendum, vt si est mulier, vel puer, & ipse creditor sollicitus, & aptus iudicia pertractare: vel si creditor est diues, ille vero debitor p. uer. Hoc casu procedit opinio Gulielm. & sequacium, vt scilicet præsumatur ÷ etiam donatum creditum alterius debitoris. Aut creditor tradidit instrumentum illi, qui consuevit iudicia tractare, & lites peragere. Vel si creditor est pauper, ille verò diues. Et hoc casu procedit opinio Alexand. & Iaf. quod scilicet præsumatur traditum instrumentum, vt is exigat ab altero debitore, & creditori deinde restituar exactum.

Extenditur tertio, vt procedat etiam, quando de eodem debito ÷ extarent plura instrumenta, & creditor vnum solum reddidisset debitori. Ita Barr. in d. l. 2. in fin. ff. de pact. & ibid. Alex. & Iaf. numero 5. qui eiusdem opinionis recenter Salic. in l. si de possessione. C. de probat. Idem sci ipsorum Barr. & Abb. in d. c. ecclesia, il. 2. n. 16. vt lit. pend. & verè idem sensu Fortun. Garzia in d. l. 2. §. 1. n. 6. C. de pact. Ruin. in consil. 75. n. 1. in fi. lib.

4. Ea est ratio, quia ÷ instrumentum dicitur esse vnicum, etsi de eo confecta fuerint plures scripturæ & exempla, iuxta l. vnum testamentum. ff. de testam.

Extenditur quarto, vt procedat etiam, quando ipsius instrumenti originale ÷ remaneret apud Notarium. Nam adhuc debitori censeatur remissum debitum: atque ita præsumitur liberatus. Ita Iaf. in d. l. 2. num. 6. ff. de pactis. post Barr. in l. vlt. ff. de his que in testam. del. & Bald. in l. nostram. C. de testa. Et ratio est manifesta, quia originale tempore remanere debet apud Notarium, & ob id debitori tradi illud non potuit, vt scripti in libro 2. de arbi. iudi. cas. 187. num. 4. Et propterea Iurif. consil. in d. l. 2. & Dd. ibi, non loquuntur de traditione instrumenti originalis, sed de ipso solo authentico.

Extenditur quinto, vt locum habeat etiam in thesaurario ÷ Principis, vel fisci, apud quem si reperuntur creditorum chirographa, quæ bulletas appellant, præsumitur ei soluisse: atque ita ab illis liberatus. Ita respondit Comen. in consil. 178. thesaurarius, in 2. dub.

Extenditur sexto, vt procedat etiam quoad remissionem

pignoris & hypothecæ, quæ remissa ÷ etiam præsumitur, l. creditricem. C. de remiss. pign. Remissio enim principali, censeatur remissio accessoria, sicuti dicitur, quod liberato debitor principalis, censeatur etiam liberatus fideiusor, l. vltim. in fine. ff. de iur. iur. & responderunt Inol. in consilio 12. numero 5. & Soc. Sen. in consilio 273. col. 1. libro 2. & dicemus infra à in præsumpt. 247. & in specie hæc extensionem probauerunt Kayn. & Albei. in l. 3. ff. de pact. et si laion ibid. num. 13. post Barr. in l. 1. de liber. legat. dissentit.

Extenditur septimo, vt habeat locum etiam hæc præsumptio, e contra, quando ipse debitor, cum à creditore traditum fuerat crediti instrumentum, illud retro tradidit eidem creditori. Iam tunc patet, cur debitor se reposituisse in pristina obligatione, quando talis est, quæ pacto possit reuocari, iuxta l. vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Ita Barr. in d. l. 2. numero 6. ff. de pact. & ibi Angel. Comen. Alexand. & laion numero 7. Socin. in tractat. fall. in d. iur. reg. 9. vers. fallit quard. & hæc quidem præsumpta obligatio, in qua debitor denuò se repositit, fundata est in quadam remuneratione, iuxta l. si verò non remunerat. §. iuxta P. papinianus. ff. mand. Dissentunt tamen ab hac opinione Bald. in l. vnica. §. si se. C. de latin. lib. vlt. & Abb. in d. c. ecclesia, col. 1. vlt. ut lit. pend. & Garzia in d. §. 1. numero 5.

Hanc autem extensionem intelligit Socin. in d. 4. fallen. quòd debitor sic retrahendo creditorem instrumentum, non præsumatur ab eo prius liberatus, sed quod potius creditor, ei tradidit instrumentum, vt posset informare & cognoscere se debitorem esse.

Declaratur primo hæc præsumptio, vel locum habeat, quòd instrumenti redditio facta fuit ab ipso creditore ÷ principali: secus si ab eius procuratore, vel auctore. Nam tunc non censeatur remissum debitum, atque ita liberatus debitor. Ita Bald. in d. l. 2. num. 2. vers. & si in queris, de pact. ibid. Anil. Ferret. num. 19.

Est ratio, quia in ÷ mandato etiam generali cum libera, non continetur facultas remittendi ius ipsius principalis, l. contra iuris. §. vlt. vbi Doctores. ff. eod. de pact. Nec repugnat consideratio Iaf. in d. l. 2. numero 3. cum dixit, debitorem posse allegare solutionem, & eam probare ostendèdo in iudicio, quod est apud se, vt dicitur in d. l. 2. §. 1. ff. de pact. Nā respondetur, quod vbi creditor probabit in iudicio, eum fuisse traditum debitori à procuratore, cessabit præsumptio, quod ipse debitor soluerit ipsi creditori: atque ita quod liberauerit. Existimo sic distingui posse, quod aut procurator ille fuit solummodo constitutus ad agendum: & tunc procedit opinio Barr. Nam tunc instrumentum ab eo traditum debitori, præsumitur ea ratione datum, vt se informaret, & cognosceret obligationem, qua tenebatur erga creditorem. Aut vero fuit constitutus procurator ad exigendum: & hoc casu præsumitur, quod traditio instrumenti fuerit ob id facta, quia debitor ei numerauit, quod debebat.

Declaratur secundo, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando ipse creditor ÷ renunciasset ipse instrumento, illudque deinde debitori tradidisset. Nam tunc creditor non præsumitur remississe creditum, sed potius renunciaisse probationi ipsius instrumenti. Ita Bald. in d. l. 2. num. 1. vers. quero, quid ff. de pactis. motus text. l. 3. C. de fide instrum.

Nec repugnat consideratio Iaf. in d. l. 2. numero 9. cum dixit quòd si tradendo instrumentum, præsumitur remissum debitum, multò magis, quando ÷ instrumentum fuit renunciatum, arg. l. postquam liti. C. de pact. Et scribit laion. ita tenuisse Laudent. in d. l. 2. & Bald. in l. vnica. §. ille etiam, num. 4. C. de latin. lib. toll. Nam respondetur, Baldum in d. l. 2. loqui de remissione vsus instrumenti, dum allegat d. l. 3. C. de fid. instrum. Et dictum Doctoris ÷ debet intelligi tecundum legem, quam allegat Bartol. in l. non solum. §. liberationis, num. 10. ff. de lib. legat. Nec repugnat traditio eundem Bald. in d. §. ille etiam, numer. 4. vers. aemulò quero. quia Bald. loquitur de remissione ipsius iuris, non de vsu instrumenti.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando creditor prius ÷ exegisset illud quod in instrumento continetur. Nam tunc postea tradendo instrumentum, non intelligitur remittere debitum, seu illud donare, ita Iaf. in d. l. 2. numero 10. ff. de pact. post Butri. in d. ecclesia, il. 2. vt lit. pend. Ea ratio e moti sunt, quia remissio præsupponit debitum extare, l. remitti. ff. de iur. iur. & l. decem. ff. de verb. obl. Cum ergo creditum fuisset iam extinctum, remittit non potuit. Existimo aliam esse rationem: cum enim debitum est solutum, creditor tenetur reddere instrumentum debiti ipsi debitori, l. dissolutæ. C. de condic. ex lege. & dixi sup. ob id, si creditor excepit creditorem tradidit instrumentum: ipsi debitori id fecisse dicitur ad comprobandum, sibi satisfactum, atque dicitur voluisse exequi id, ad quod de iure tenebatur.

Declaratur quarto, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando alia coniectura ÷ sumi potest, quam remissionis, 19

& solutionis debiti: exempli gratia, si cum litigares cum aliquo de venditione à me tibi facta, & dedi tibi instrumentum, in quo continebatur promissio pretij, vt posses te ab illo defendere, non intelligitur traditum instrumentum, vt te libera- rem, sed vt probarem, tibi que ostenderem pretij promissionem. Ita Barto. in d. l. 2. numero 3. ff. de pact. & ibidem Castren. numero 3. & Iaf. num. 11. Abb. in c. ecclesia, il. 2. numero 14. vt lit. pend. Socin. in tract. fall. in lit. l. regu. 9. fallent. 1. Est aliud exemplum, vt si tibi fideiussori tradidit instrumentum crediti, quo experiri posses contra principalem, non præsuntur quod te, vel principalem liberem. Ita Abbas in loco supra allegato, qui alia ad rem scribit.

Tertium est exemplum, vt si instrumentum contineret obligationem, & factum vtriusque vltro citroque, & ita ageretur de interesse tam debitoris, quam creditoris, habendi instrumentum apud se, ita egregie declarat Ruin. in consi. 215. num. 15. lib. 1.

Declaratur quintò, vt locum non habeat, quando redditum fuit instrumentum, in quo non continetur ius in re, sed ad rem. Nam tunc non præsuntur liberatio. Ita Soc. in d. regu. 9. fallent. vltim. post Abb. in c. ecclesia, il. 2. numero 10. in fin. vt lit. pend. Exempli gratia, secundum Abbat. & Socin. si redduntur litera super institutione fienda. Nam tunc non dicitur resignatum, atque ita remissum ius in re, ex quo ei nondum quæsitum fuit.

Declaratur sextò, vt locum habeat hæc præsumptio, quando debitor probat, prædictum instrumentum fuisse sibi à creditore, vel suo nomine ab alio traditum, secus vero si non probat: quia præsumitur aliunde habuisse sine consensu ipsius creditoris, & præsertim si debitor est persona domestica, vt tradunt Castren. in d. l. 2. numero 5. ff. de pact. & ibi reliqui omnes, & respondit Crauet. in consilio 500. numero 3. sic quoque Bal. in l. unica. s. ille autem, nu. 1. C. de latin. liberr. tol. & in consi. 83. ex eo solo, libro 3. Fortunius Garzia in d. l. 2. s. 1. num. 3. in fine. & Crauet. in d. consi. 500. num. 12. de pactis. scripserunt à fortiori, quod etiam eo casu, quo instrumentum reperitur cancellatum apud ipsum debitorem, esset adhuc ab ipso debitore probandum, instrumentum sic cancellatum, fuisse sibi traditum à creditore. Qua de re dicemus in subsequenti præsumptione. Et hæc declaratio multo magis locum habet, quando creditor probaret, instrumentum sibi fuisse subtrahum, vel illud à amittisse. Ita Bartol. & Abb. in d. c. ecclesia, il. 2. in fin. vt lite pend. Aufretius in additio. ad Capellam Tholosan. quæst. 229. & Crauet. in consi. 500. num. 11. lib. 3.

Declaratur septimò hæc præsumptio, vt locum non habeat, quando instrumentum modico tempore fuit apud debitorem, contra quem agere cepit creditor. Nam tunc non præsumitur ipsi debitori à creditore traditum, vt eum liberaret à debito. Ita Castren. in d. l. 2. num. 5. vers. aut est præsumptio. ff. de pact. Abb. & Butr. in c. ecclesia, il. 2. vt lite pend. quos secutus est Crauet. in d. consi. 500. numero 16. qui rationem considerauit.

Declaratur octauò, vt locum non habeat, quando restitutum fuit tibi pignus. Nam tunc non præsumitur remissum ipsum debitum. Ita respondit Modestinus in l. 3. ff. de pact. cuius verba hæc sunt: Post pignus verò debitori redditum, si pecunia soluta non fuerit, debitum posse peti, dubium non est, nisi specialiter contrarium actum esse probetur. Hæc Modestinus, cuius responso adducti sic censent omnes, nempe Bald. & Iaf. ibid. & egregie Comen. in consilio 19. col. 2. & Deci. in l. creditor qui, num. 6. ff. si certum petat.

Cæterum dubitari solet, quæ differentie ratio tibi considerari possit inter restitutionem chirographi debiti, & pignoris, vt restituito chirographo, id est, cautione, præsumatur remissum debitum, sicuti respondit Vlpianus in l. 2. ff. de pact. ubi tamen restituito pignore, vt censuit Modestinus in d. l. 3.

Prima affertur solet ratio, quod in chirographo seu cautione consistit vis tibi obligationis: non autem pignore. Ita Martius & Hugolin. antiqui glossatores quos recenset Accurs. in d. l. 3. & secuti sunt Bald. in d. l. 3. numero 2. & ibidem in Authent. ad hoc. s. ille autem, numero 4. & s. C. de lat. liberr. toll. & in tract. de pactis numero 51. Alberic. Fulgos. & Iaf. in d. l. 3. numero 5. & Francisc. Connan. in libro 5. commentariorum iuris, capit. 4. numero 2. Nec repugnat consideratio Accursij & sequacium, cum dixerunt, in scriptura non consistere vim obligationis: cum sine ipsa scriptura, quæ ad faciliorem probationem fit, in personam consistat obligatio, l. contrahitur. ff. de pignor. cautione ergò, nempe chirographo restituito, non videtur remissa obligatio, quæ in personam debitoris est (vt ita dicam) radicata. Nam responderetur quod etsi scriptura obligationem non perficit, arcam tibi probationem facit, qua ad fidem adhuc iudex ita adducitur, iuxta l. quinquaginta. ff. de probatio. vt deinde cõpellat debitorem soluere. Restituta ergò scriptura seu cautione, præsumitur remissum debitum: cum partes istæ noluerint consistere vim probationis, qua

mediante sit exactio, quæ dum à creditoribus remittitur, debitum dicitur remissum: id quod non contingit in restitutione pignoris, in quo non consistit ius creditoris, nempe probationis, & exactiois, sed solummodo securitatis, l. rescriptum ff. de distrac. pignor. Quocirca tradendo pignus creditoris, præsumitur remississe securitatem illam non autem creditum ipsum. Nec obstat, si dicatur, restituit probari creditum. Nam responderetur, non esse verisimile, creditorem voluisse restituere debitori chirographum, quod certam sibi præstabit probationem, vt deinde quæreret testes, quibus creditum probaret.

Secunda etiam affertur ratio differentie ab Accurs. in d. l. 3. quod in restitutione chirographi nulla alia esse potest vtilitas, nisi remissio debiti. Ne ergò inutilis & superuacanea cre- datur chirographi restitutio, contra regulam l. per. ff. si quis cautio. dicendum est, restituito ipso chirographo, præsumi remissum creditum. Diuersum est in restitutione pignoris, ex qua debitor ipse commodum & vtilitatem consequi potest, si alicuius sit vsus ipsum pignus, & accedit, debitoris non parum interesse rem pignori datam ad se liberam reuerti. Hinc differentie rationem probatur etiam Bartol. Castren. & etiam recentiores, vt Daaren. in d. l. 3.

Crediderim reddi posse tertiam hæc rationem, quod cum chirographum continet (vt diximus supra) ius creditoris, chirographo ipso restituito, centerur etiam remissum ius ipsum, quod est principale: & propterea (vt attingimus supra) si in chirographo contineretur pignoris & hypothece obligatio, & illa remissa cõterur, d. l. creditorum. C. de remiss. pign. cum hæc obligatio pignoris sit accessoria ad ipsam principalem. Diuersum est in sola pignoris restitutione: cum sublato hoc accessorio, non censetur remissum & extinctum principale. Non enim liberato fideiussore, centerur liberatus principalis debitor: etsi contra liberato principali, vt diximus sup. numero 12. censetur liberatus etiam fideiussor.

PRÆSUMPT. CXLI.

Debitor an & quando liberatus præsumatur, instrumento debiti cancellato.

S Y N O P T I C A.

- 1 Cancellatio instrumenti duplex.
- 2 Cancellatio que dicitur formis, & que informis, num. 3.
- 4 Instrumentum reperiunt cancellatum penes creditorem, præsumit creditorem liberatum.
- Et quæque esse præsumptio iuris à lege probatam, num. 5.
- Nisi tamen aliam ob causam cancellatum fuisse constet, numero 6.
- 7 Instrumentum reperiunt cancellatum penes debitorem, qui non est creditoris domesticus, neque alia de causa suspectus, quando præsumi faciat debitorem liberatum.
- Et quod sibi cancellatum traditum probare debeat, num. 8.
- Quæ præsumptio procedit, si cancellatum permansit apud debitorem longo tempore, num. 9.
- 10 Instrumentum cancellatum reperiunt apud debitorem suspectum, non præsumi eum liberatum secundum vnam opi.
- Et quid si in domestico, & familiari creditoris, num. 11.
- Alia refertur opinio affirmatiua, num. 12.
- Si præsertim is debitor, est vir probate vite, & integritatis numero 14.
- 13 Furti & donationis in concursu, potius donatio, quam furtum præsumitur.
- 15 Furti suspicio cessat in viro probato, etsi res furtiua penes eum reperitur.
- 16 Vite integritatem non excusare in præiudicium tertij, quomodo intelligendum.
- 17 Instrumentum cancellatum penes tertium, vtrum liberationem præsumat, sunt opiniones, & num. 18.
- Et quid si cancellatum reperitur apud Notarium in suo protocollo, num. 19.
- 20 Instrumenti ex cancellatione liberationem præsumi, magni est effectus.
- 21 Præsumptionem iuris habens pro se, non dicitur probare, sed lex ipsa.
- 23 Probatio coniecturalis an dicatur vera probatio.

Est satis proxima præcedenti hæc coniectura & præsumptio, quando præsumatur debitor liberatus, instrumento deleto & cancellato. Qua in re soleo prius præmittere vna cum Baldo in consilio 305. in quodam libro sine. libro 4. Cancellationem tibi duplicè esse: vna, quæ dicitur formis, altera verò informis. Illa est formis, tibi quæ adscripta habet causam, propter

propter quam facta est: sicuti quando creditor mandat notario, vt cancellat instrumentum crediti, quia sibi fuit satisfactum, de qua quidem cancellatione loquuntur l. emptor, s. Lucius ff. de pact. l. qui tabulas. l. Fullo, s. vltim. ff. de furtis, & l. dissoluta. C. de cond. sine causa. Quæ iura sic intellexit Baldus præcitato in loco. De hac cancellatione formi nostra non est disputatio: Cum res sit satis certa & clara. Alia est cancellatio tibi informis, hoc est, quæ causam non continet: & propterea est dubia & incerta. De hac agendum est in casu nostro, in quo quidem distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est quando instrumentum hoc reperitur cancellatum tibi apud ipsum debitorem. Hoc in casu præsumitur debitor liberatus. Ita tradunt glo. in d. l. 2. s. 1. ff. de pact. & ibid. Bart. num. 4. Ang. Comen. & alij, quos refert & probat Iaf. num. 14. & ibid. Fortun. Garzia, num. 9. & Aml. Ferrerius, numero 18. Et his accedit Pract. Pap. in forma responsionis libelli in actione hypothecaria, in verbo, exceptionem solutionis, nu. 2. Bald. in d. consi. 305. vers. alia cancellatio. Caccialup. in tract. de pact. q. 8. Alex. in consi. 14. nu. 17. li. 6. Calcane. in consi. 23. num. 5. Deci. in c. 3. loco. nu. 2. de probatio. Rubcus in consi. 95. num. 4. Berous in consi. 97. nu. 8. lib. 3.

Hanc præsumptionem hominis, non autem iuris esse dixit Ioan. And. in additionib. ad Spec. in tit. de præsu. s. species, numero 5. in verbo. In prædictis concord. Crediderim verius dici debere, præsumptionem iuris tibi à lege probatam: Cum non in vno loco lex eam receperit. Sic sanè Modest. in l. si chirographum ff. de probatio. Cuius verba hæc sunt.

Si chirographum cancellatum fuerit, licet præsumptione debitor liberatus esse videatur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus sibi adhuc deberi ostenderit, rectè debitor conuenitur.

Ita quoque Paul. in l. Fullo. s. vlt. ff. de furtis. his verbis respondit.

Qui tabulas, cautionesque surripuit in adscriptam summam furti actione tenebitur, nec refert, cancellatae, nec ne sint, quia ex his debitum magis solutum esse comprobari potest.

Existimauit Ioan. in d. l. 2. num. 15. de pact. hanc præsumptionem differre à præcedenti, quod in ea agatur quando debitor afferit se liberatum pacto, in hac vero solutione. Quæ sanè duo multum inter se differre is scripsit. Receditur tamen ab hac præsumptione, quando constat tibi aliam ob causam, quam liberandi debitorem, fuisse cancellatum instrumentum: Sicuti admitti contrariam hanc probationem Paulus ipse in d. l. si chirographum, respondit, & ex nostris scripserunt Alex. and. in d. l. 2. s. 1. ff. de pactis, & ibidem Garzia, in fine. Ruin. consi. 215. libro 1. & Crauet. in consi. 500. numero 13. & Francus in decij. 361. numero 5. qui affirmant admitti coniecturas contrarias vgentiores, sicuti quando probatur cancellatio factam fuisse in manu tenentis. Ita respondit Ruin. in consi. 75. numero 5. libro 4. adducto text. l. 1. ff. de his que in re. sta. detent. & auctoritate glo. d. l. si chirographum, ff. de probat. quæ dixit præsumptionem illam distulit, alius præsumptionibus contrariis. Id quod explicat Garzia in d. l. 2. s. 1. in si. ff. de pact. Ita etiam quando iam à principio iudicij creditor produxit instrumentum non cancellatum, quod deinde tempore sequendæ sententiæ apparet cancellatum. Nam tunc non præsumitur consensu creditoris, qui litem est profectus cancellatum, sed casu, vel malitia debitoris, & propterea is debitor non censetur liberatus. Ita respondit Ruin. in d. consi. 97. nu. 3. lib. 4.

Deest etiam considerari coniectura, quando creditor ipse est persona minus circumspicua vel ob ætatem teneram, vel ob mentis leuitatem. Nam tunc suo arbitrio iudex poterit iudicare, an cancellatio facta fuerit causa liberandi debitorem, vel potius quia ignorabat, quid ageret. Ita Bald. in d. consi. 305. In quodam. in si. lib. 4. Crauet. in consi. 18. numero 12. & Franc. in decij. 361. in si. lib. 2. Et huic coniecturæ conuenit prima relata ex Ruin. consentia, de cancellatione inaduerterent facta.

Secundus est casus quando instrumentum cancellatum reperitur tibi apud debitorem, qui non est domesticus creditoris, nec alia de causa suspectus. Hoc casu præsumitur liberatus ipse debitor, dummodo probet instrumentum sic cancellatum traditum sibi fuisse ab ipso creditore. Ita scripserunt gloss. in d. l. 2. s. 1. ff. de pactis, & ibidem Bald. idem. consi. 83. Ex eo solo. lib. 3. & in d. consi. 305. in quadam. colum. 1. vers. aut est dubium. lib. 4.

Et quod debitor probare tibi debeat instrumentum sic cancellatum fuisse à creditore traditum, affirmarunt manifestius Abbas in c. ecclesia. il. secundo, num. 17. vt lite pendente. Baldus in l. unica. s. ille autem, numero 1. C. de latina liberr. tollen. Guido Papæ de præsumpt. numero 22. Practic. Papiens. in loco supra allegato. Castren. in d. l. 2. numero 5. & Fortunius Garzia in dicta l. 2. s. 1. numero 9. Crauet. in consilio 500. numero 12. & Mascardus in conclusione 476. numero 5. & Iacobus Francus in

deciso. 361. nu. 3. libro 2.

Et hæc quidem præsumptio fortior est, quam præcedens, sumpta ex d. l. 2. s. 1. ff. de pactis. cum ibi vnum tantum interueniat, nempe instrumenti redditio. Hic verò duo hoc est instrumentum cancellatum, & redditum. Ex quo sequitur minus rectè sensisse gloss. in d. l. 2. s. 1. Spec. in tit. de instrumentorum editione. s. postquam. vers. porro, Bartol. in l. Fullo. s. vltim. ff. de furtis, & Baldus in l. unica. s. ille autem, nu. 2. C. de latina liberr. tollen. Alex. in consi. 59. in fin. lib. 2. Cum dixerunt ex hac redditione instrumenti cancellati, oriri solam quandam leuem præsumptionem, quam opinionem probauit & Crauet. in consi. 500. numero 93. vers. tertio considero. qui ob id dicunt non posse deferri iuramentum in supplementum probationum.

Et hic quidem casus intelligitur, quando instrumentum sic cancellatum, permansit apud debitorem longo tibi tempore, secus si modico. Ita Abb. in d. c. ecclesia. il. 2. in si. vt lit. pend. & dixi. in præcedenti præsum. in si.

Tertius est casus, quando instrumentum cancellatum reperitur tibi apud debitorem suspectum. Hoc in casu non præsumitur is à creditore liberatus. Ita scribunt Doctores, quos statim referam. Huius suspicionis aliqua afferri possunt exempla, vt si creditor diu cautus ipsius crediti litigauit cum ipso debitore, qui nunquam solutionem allegauit, deinde cum lata esset sententia contra eum, produxit instrumentum debiti, quod dixit fuisse semper apud se. Hic enim orta dicitur suspicio quod debitor aliunde habuerit hoc instrumentum quam ab ipso creditore, & ob id non præsumitur ab eo liberatus. Ita in specie respondit Crauet. in consi. 500. num. 14. lib. 3.

Secundum suspicionis exemplum afferri solet, quando debitor est familiaris, & domesticus ipsius tibi creditoris. Hoc in casu sunt opiniones. Existimant aliqui, non hinc sumi posse præsumptionem liberationis, sed potius instrumentum illud fuisse ab hoc domestico debitore surreptum. Ita sanè Bart. in d. l. 2. s. 1. nu. 4. vers. aut alleg. ff. de pactis, & in l. Fullo. s. vltim. ff. de furtis, Bald. in l. unica. s. ille autem, nu. 1. C. de latina liberr. tollen. Roman. in sing. 638. Numquid in fine. & in consi. 447. nu. 13. Pract. Papi. in forma responsionis libelli, in actione hypothecaria, in verbo, exceptionem solutionis, nu. 2. vers. aut allegat. Abb. in consi. 7. col. 2. vers. ex secundo capite. lib. 3. Castren. in dict. l. 2. nu. 6. ff. de pactis. Guido Papæ in tract. de præsumpt. nu. 2. Felinus in cap. accedens. il. 1. num. 2. vt lite non contestata. Francus in dicta deciso 361. numero 2. & Mascardus in conclusio. 466. in fine. Et simile tradit Alciatus in tractation. de præsumptioni. in regul. 1. præsumpt. trigesima tertiam in fine, de quo diximus supra in præcedenti lib.

Et opinionem hanc existimant iuuari text. l. unica. s. ille autem. C. de latina liberr. tollen. qui tamen facile euitatur ex quo ibi agebatur de seruis vilibus, qui mali præsumuntur, vt dicemus infra lib. 5. præsumpt. 27. lib. 4. & quia agebatur de re graui hoc est de statu hominis, nempe libertate: sicuti perpendit Garzia, in d. l. 2. s. 1. nu. 10. ff. de pact. qui etiam considerat esse speciale eo in casu quod hodie sancitum ibi fuit: & propterea ius ipsum commune antiquum in casu non speciali incorrectum manet.

Secunda fuit opinio, quod imò & hoc in casu Cancellatio præsumptionem tibi liberationis facit, ita Fortunius Garzia in d. l. 2. s. 1. num. 9. in fin. & nu. 10. Nam sicuti lex non præsumit donationem, l. cum de indebito. ff. de probatio. Non etiã præsumit furtum, sicque delictum. l. in eodem. ff. pro socio. Et in casu tibi horum duorum, potius debet præsumi donatio quam furtum iuxta c. estote. extra de regul. in. & in specie respondit Alciatus in respon. 2. num. 16. adducto text. l. si seruis seruum, s. si oliuam. ff. ad Aquil.

Et hæc quidem Garziæ opinio, quæ mihi magis probatur, locum habet sine controuersia, quando tibi debitor est vir probate vite, & integritatis. Nam in eo cessat omnis suspicio. Ita in specie declarat Abbas in d. c. ecclesia. il. 2. in fine. & in d. consi. 7. colum. 2. vers. ex secundo cap. lib. 2. Et confert quod dicimus cessare suspicionem furti tibi in eo, apud quem res furto subtracta reperitur quando est vir probus, vt tradit Bald. in vlt. de hered. insti. & alios referam infra lib. 5. in præsumpt. 45. vbi de præsumptionibus circa furtum. Nec repugnat consideratio Crauet. in consi. 500. in fin. dum in specie dixit, in tertij præiudicium probationem, & vite integritatem non excusare, quia respondetur, tibi illud procedere quando virgens aliqua exeat contra hunc virum probum præsumptio, quæ hic cessat.

Quartus est casus, quando hoc instrumentum reperitur cancellatum apud tertium. Hoc etiam in casu sunt opiniones. Vna fuit Bartol. in d. l. Fullo. s. vlt. ff. de furt. qui affirmat, tibi adhuc præsumptionem liberationis debitoris, adductus text. l. qui abulas. ff. de furt.

18 Altera fuit opinio eorum, qui existimant debitorem non fuisse liberatum, sed instrumentum illi tertio custodie causa traditum. Ita sanè Angel. in l. si vnus, C. de testam. Alex. in d. l. 2. §. 1. ff. de pactis. & idem in conf. 58. num. 1. lib. 2. Iason in d. §. 1. in fin.

Hæc posterior mihi magis probatur, cessat enim hoc casu illa cautio liberationis, quæ conuenit personæ debitoris, cui traditum fuit instrumentum cancellatum.

Quintus est casus, quando instrumentum reperitur cancellatum apud notarium in suo protocollo. Hoc casu si cancellatio apparet facta consensu creditoris, & habet solemniam à lege requisita debitor censetur liberatus. Ita in specie Bald. in d. l. 2. §. 1. num. 1. ff. de pactis & in l. si vnus, C. de testam. & ibidem Angel. & Casti. & reliqui. idem Bal. in conf. 305. In quodam vobis aut appareat facta per tertium. lib. 4. Alex. in d. conf. 59. nu. 5. & num. 12. lib. 2.

Et hæc quidem præsumptio in casibus supra commemoratis, quando scilicet ex cancellatione præsumitur liberatio, 207 magis est effectus. Nam stante statuto, quod solutio debiti non possit probari, nisi per instrumentum publicum, poterit nihilominus debitor probare solutionem hanc, exhibendo instrumentum cancellatum sibi traditum, vel existens apud creditorem, vel notarium. Ita Bald. in l. et accusatus, in fi. C. de decur. libro 10. sentit Ioan. de Platea in l. qui curat, numero 3. C. de apocis publicis. lib. 10. qui allegat d. l. si chirographum ff. de proba. Idem affirmat Mutil. in rubr. C. de probat. numero 61. versum. alio etiam modo. & Francus in dicta decisio. 361. numero 6. & 7. Et conferunt quæ scripti supra in præsumpt. 140. in ultima extensione. Nec huic traditioni Baldi repugnant considerationes Iasonis diffinitis in d. l. 2. numero secundo. ff. de pactis. Et primò ex traditione Bartol. in l. 1. prope principium. C. de fide instrum. & in h. h. fiscal. libro decimo.

21 Cum dixit, quo ille, qui habet iuris præsumptionem pro se non dicitur ipse probare, sed lex ipsa. Hæc sanè consideratio in Iasonem retorquetur. Nam si lex ipsa probat pro eo, pro quo stat ipsa præsumptio, satis constat legem habere hanc pro vera & legitima probatione, & propterea sufficit ipsi debitori, allegare præsumptionem ipsam iuxta l. si adueritum cum in casu. §. idem Pollioni. ff. de aduer. & scripti supra in libro primo, quæstio. 48. & seqq.

Secundo ea ratione vsus est Iason, quod statutum loquitur de vera probatione, non autem de hac coniecturali, quæ non dicitur proprie & verè probatio. l. cnicia. ff. si tabu. testa. extra. & tradunt glo. & Doct. in l. 1. C. de testa. milit.

Verùm respondetur, quod cum hæc sit iuris præsumptio, sicuti admittit Iason, dicitur esse verè & proprie probatio sicuti demonstrauimus supra in libro primo quæstio. 36. numero 3.

Tertio & rectius obiici potest Baldo, quod etsi statuentes habuerint præ oculis hanc iuris præsumptionem, quam veram probationem esse diximus: attamen huic præsumptioni noluerunt acquiescere, dum statuerunt, solutionem probari debere, per instrumentum.

Et huic pertinent quæ diximus supra in præsumpt. 132. vbi de solemnitate in iuncta, & extrinseca præsumenda diximus.

PRÆSUMPT. CXLII.

Compensandi causa quando aliquid datum præsumatur.

SUMMARIA.

- 1 Compensatio solutionis dicitur species.
- 2 Compensandi animo fecisse non præsumitur debitor dando concedendo vel donando inter viuos.
- Idque præsumitur si donetur species, & quantitas sit debita. numero 4.
- Et ipsius dantis animus, ex verbis prolatis colligatur num. 5.
- 3 Donatum à patre filio casu quo donatio subijcit, non computatur in legitimam.
- 4 Compensandi animo debitor donasse præsumitur, si aliqua extet arguens coniectura.
- 5 Que autem sint illæ coniecturæ. nu. 7. 8. & 9.

DE præsumptionibus & coniecturis, quæ verantur circa compensationes, ob id hoc in loco pauca aliqua dicere volui, quod scio iure probari, & ab omnibus esse acceptum, compensationem dici & solutionis speciem, l. si debita. ff. qui potio. in pigno. habet. l. amplius. ff. rem ratam. hab. & tradunt Bartol. in l. auferret. §. qui compensat. numero 2. ff. de iure iuri. & alij congei à Sebastiano Medices in commentariis de con-

pensationibus, in præfatione, num. 2. Distinguendi hic sunt duo casus.

Primus est, quando debitor aliquid in vltima sua dispositione relinquit creditori. Hoc de casu non differam hic: sed in subsequenti libro in præsumpt. 109. & 110. vbi diligentissime explicabimus, quando testator legaliter præsumatur animo compensandi, cum debito voluntario, & cum necessario.

Secundus est casus, quando debitor aliquid dedit, & concessit, vel donauit inter viuos creditori hoc in casu recepta est sententia, donatum inter viuos non præsumi compensandi animo datum. l. etiam. §. si debita. & l. si verò. vers. ceterum ff. de bonis libertis. & responderunt Alex. in conf. 12. nu. 5. libro 2. & in conf. 7. nu. 16. & 17. lib. 6. Socin. Sen. in conf. 93. nu. 21. in fin. lib. 1. Ruin. in conf. 130. nu. 8. lib. 5. Rube. in conf. 116. nu. 1. Didac. in conf. 11. nu. 9. de testam.

Hinc dicimus, donatum à patre filio inter viuos eo in casu, in quo substitit donatio, non computari in legitimam debitam filio: cum compensandi animo non præsumatur donatum. l. si non mortis. ff. de inoff. testam. l. 1. & reliqui in l. in quartum. ff. ad l. Falcid. & post alios S. b. Itanus Medices in d. tract. de compensationibus parte 1. quæstio. 27. nu. 1.

Et prædicta iuris & Doctòrum sententia, quod non præsumatur donatum animo compensandi, non habet locum magis, quando quantitas & species datur, & species donatur: vel e contra. Nam tunc cum e si usque quibus regulariter admittitur compensatio, illa est de specie ad quantitatem, & e contra. l. vlt. C. de compensat. magis non admittitur ex hac donatione inter viuos facta, si uti in specie responderit Alex. in d. conf. 7. nu. 17. lib. 6. Soc. Sen. in d. conf. 93. nu. 23. lib. 1. Ruin. in conf. 137. nu. 8. lib. 5.

Et rursus prædicta traditio, & doctrina procedit fortius, quando aliquis ex verbis & prolatis in ipsa donatione, colligitur animus donatoris, quod non compensandi sed donandi causa sic donauit. Quemadmodum quando dixisset, se donare liberè simpliciter, purè, & his similibus, quæ in specie pendit Alex. in d. conf. 12. numero 5. vers. secundo corroboratur. num. 6. & 7. lib. 2.

Declaratur prædicta sententia, vt locum non habeat, quando vigens aliquis & extrat coniectura, qua colligi potest, quod debitor donare voluerit compensandi animo. Ita Crauet. in conf. 686. nu. 3. lib. 4. & respondit eo in casu, in quo testator legauerat aureos ducentos mulieri: Deinde hæredes mulieri constituerunt dorem, aureorum quatuor centum atque ita inter viuos hunc donationis actum fecerunt, respondit Crauet. ob coniecturam pro iure iuncto fuisse constitutum animo compensandi, cum debito antecedenti cum compensatio ex coniecturis admittatur. l. cum quis. §. vltim. & l. qui d. autem. ff. ad l. Falcid. & multis comprobatur Crauet. in d. confilio 685. nu. 3. & alios plures commemorat in infra in subsequenti libr. in præsumpt. 109.

Primò est coniectura, quando ex eadem causa, & qua debetur, facta est donatio sicuti quando datur quis centum mulieri causa dotis, deinde tradit, vel donat centum causa dotis. Cum enim eadem sit causa, non verè donandi animo, sed compensandi præsumitur donatum & traditum. Ita Ruinus in conf. 223. nu. 4. lib. 1. & Crauet. in d. conf. 686. nu. 3. versum. inter coniecturas, qui multorum auctoritatibus comprobatur. Et ibidem in versum. secundæ ratione. scripti, locum hoc habere etiam si debitor quantitatis speciem dedit, vel donauit, ex eadem tamen causa.

Secunda est coniectura, quando & eadem quantitas datur, quæ iam deberetur, vt si debeo centum. Nam & hoc in casu, ob identitatem seu æqualitatem quantitatis colligitur compensandi animus. Ita Crauet. in d. con. 686. nu. 6. post Castrensem in l. Lucius. la. colum. 1. ff. de legat. 2. & Corneum in conf. 230. nu. 1. libro quarto. & alios congei in conf. 56. numero 25. libr. 1. Et idem est, quando quantitas donata, & tradita, & maior est illa debita: cum maior hæc quantitas comprehendat minorem. Ita Comens. in conf. 133. colum. 1. Corneus in conf. 292. nu. 1. lib. 1. & Crauet. in conf. 301. in fine. Et prædicti quidem Doctores loquuntur eo in casu in quo regulariter non præsumitur animus compensandi, vt est quando debitor ex causa voluntaria, legatum reliquit ipsi suo creditori, quod scilicet præsumatur animo compensandi sic legaliter, quando eadem ex causa vel eadem quantitas legatur.

Tertia est coniectura, quando & ex præfatione donationis colligeretur, donatorem voluisse donare compensandi animo. Sicuti Corneus in conf. 210. numero 4. lib. 1. & Crauet. in conf. 301. colum. 2. responderunt in casu legati, quod etsi regulariter non præsumatur factum animo compensandi, cum debito voluntario: attamen præsumitur quando ex legati præfatione id colligitur. Nam hic commemoro alias coniecturas, quæ casui nostro possunt adaptari: & quas referam infra subsequens

subsequenti in libro, in d. præsumpt. 85. vbi explicabimus, quando testator legaliter præsumatur, animo compensandi cum debito voluntario.

PRÆSUMPT. CXLIII.

Soluens creditori creditum, an & quando præsumatur soluisse, vt sibi cedantur actiones contra debitorem principalem, & an soluens pro altero præsumatur soluisse ex propria pecunia, vel ex illa debitoris.

SUMMARIA.

- 1 Soluenti expressim nomine debitoris an possit actio cedi.
- 2 Solutione eius quod debetur, tollitur obligatio.
- 3 Soluenti debitum alterius nomine proprio, cessio actionum fieri potest, etiam ex interuallo.
- 4 Solutio facta cuius censeatur nomine, pluribus eadem specie obligationis adscribitis.
- Et quid si pluribus principaliter quidem obligatis, diuersis tamen ex contractibus. num. 5.
- Vel vbi vnus principaliter, alter accessorie sit obligatus isque solueret. num. 6.
- 7 Fideiussores contractus stricti iuris est.
- 8 Actus in executionem præcedentis obligationis præsumitur factus.
- 9 Obligatio debitoris ipsius fideiussores dicitur vna & eadem annexa, & indiuidua.
- 10 Debitor principalis solvens, pro tota obligatione soluisse præsumitur.
- 11 Soluente vno ex accessorie obligatis, suo nomine præsumitur solvere.
- 12 Soluens ex causa, qua non tenetur, præsumitur soluisse nomine debitoris.
- 13 Pecunia soluta an soluentis vel debitoris præsumatur.
- 14 Pecuniam solutam ab administratore bonorum debitoris, præsumi fuisse ipsius debitoris. Quod ibidem declaratur.

EGregia est disputatio huc pertinet, quam proposuit Bartol. in l. Modestinus. num. 4. ff. de solutio. quando soluens præsumatur nomine debitoris solvere, vt à creditore obtinere possit cedi sibi actiones, contra ipsum debitorem: & quo tempore cessio hæc fieri possit. Quæ quidem in disputatione duo capita primum constituenda sunt, quorum primum est: cuius nomine facta est solutio: secundum, quando versamur in dubio.

Quoad primum caput, distinguo aliquot casus.

Primus est, quando soluens & expressim soluit nomine debitoris, seu eius, contra quem sit deinde cessio: aut illius & alterius nomine. Hoc in casu querendum non est, quando cessio fieri debeat, ex quo cessio locus non est. Ita Bartol. in d. l. Modestinus. numero 4. & ibidem Alber. numero 2. Imola numero 4. & Comens. numero 6. Et ratio est, quia debiti solutione & omnis tollitur obligatio. l. Papinianus. ff. manda. & l. Modestinus. & l. solutionem. ff. de solutio. & in Instit. quibus modis tollitur oblig. in princ. Nulla ergo superest obligatio, & actio, quæ cedi possit: cum iam liberatus fuerit, suo nomine solutione facta.

Secundus est casus, quando soluens debitum & alterius expressim soluit suo proprio soluentis nomine. Hoc in casu cessio actionum fieri potest etiam ex interuallo potest solutio factam. Ita Bar. in d. l. Modestinus. nu. 4. vers. aut solui nomine. & ibidem Albe. numer. 2. vers. aut soluens. & Inol. numero 4. vers. si verò constat. Est ratio, quia non censetur extincta, & sublata obligatio debitoris. d. l. Papinianus. ff. mand. & l. Stichum. §. si mandato. ff. de solutio. Nam soluens ille, dicitur emptor dominis ipsius debitoris. l. plusquam. & l. nominis. ff. de hered. & act. vend. Cedi ergo ei debent & possunt actiones quoadcunque.

Secundum est huius disputationis caput, quando scilicet dubitatur, cuius nomine facta fuit solutio. Hoc in capite distinguit Bart. in d. l. Modestinus. numero quarto. plures casus.

Primus est, quando agitur de pluribus obligatis & principaliter eadem specie obligationis, & ex eodem contractu, vel quasi: sicuti in pluribus tutoribus, vel correis. Hoc in casu seruatur distinctio d. l. Modestinus. quod aut tempore solutionis, vel ante, vel incontinenti post factum est pactum cedendi. Et tunc cessio facta ex interuallo valet. Est ratio, quia pactum efficit, vt cessio facta censeatur eo tempore, quo initum fuit pactum cedendi, vel quia mediante pacto, creditor dicitur retinuisse actionem contra debitorem, atque

ita non remississe actionem. Aut nullum adiectum fuit pactum cedendi, tunc cessio ex interuallo facta non sustinetur. Ea est ratio, quia soluens præsumitur solvere pro tota obligatione, d. l. Modestinus. in princ. Hunc casum probarunt Bartol. in d. l. Modestinus. num. 4. vers. primo casu. Alber. nu. 2. vers. si autem dubitatur. & Comens. nu. 6.

Secundus est casus, quando agitur de pluribus obligatis & principaliter: sed vnus ex vno: alter ex altero contractu, vnus tenetur vna, alter altera ratione. Hoc in casu soluens præsumitur solvere pro sua obligatione. l. & magis. ff. de solutio. Et ideo cessio fieri potest statim solutione facta. Ita Bartol. in d. l. Modestinus. nu. 4. vers. aut sunt obligati. & ibidem Alber. numero 2. vers. si verò obligationes. Inol. n. 4. vers. in dubio. & Comens. nu. 6.

Tertius est casus, quando agitur de pluribus obligatis, quorum vnus principaliter & tenetur, alij verò accessorio: sicuti debitor principalis, & fideiussores. Et is qui accessorio est obligatus, nempe fideiussores soluit. Hoc in casu soluens iste præsumitur suo nomine: & consequenter cessio fieri potest, etiam ex interuallo post solutionem. Ita Bartol. in d. l. Modestinus. numero 4. vers. secundo casu. Alber. nu. 2. in fi. Imola numero 4. vers. vel quando vnus. & ibidem Comens. numero 3. dixit esse communem opinionem. Et motus est Bartol. text. d. l. Papin. cui tamen responderet Comens. in l. cum is. colum. 2. vers. tam. ff. de fidei. quod aliud est in mandate, de quo in d. l. Papin. aliud in fideiussores. Quando mandarius, soluit non liberat debitorem: ob id petere potest, vt fiat sibi cessio quando-cunque: Cum cedi dicantur actiones ex natura contractus bonæ fidei. Diuersum est in fideiussores: cuius & contractus stricti iuris est: ob id solutione facta cedi non possunt actiones. Et hæc differentia probatur in l. vltim. C. de fideiuss. vbi obligatio mandantis, diuersæ naturæ esse probatur. Quocirca melius hæc opinio iuari videtur, text. l. si filiusfam. ff. in rem verso. l. Stichum. §. si mandati. ff. de solut. & l. dominus Stichus. ff. de pecul. leg. Ceterum à Bartol. Alber. & Imola diffinit, sibi parum constans Comens. in d. l. cum his. nu. 1. ff. de fideiuss. cuius quidem opinio præter Comensem defendi posse videtur ea ratione, quod actus & censetur factus in executionem præcedentis obligationis. l. quedam. ff. de rei vendi. cum ergo fideiussores iam sit obligatus nomine principalis, sequitur quod simpliciter soluendo, præsumitur soluisse nomine ipsius principalis, qui cum liberatus exiit, nulla superest obligatio, quæ cedi possit. Et præterea accedit, quod obligatio & eadem, connexa & indiuidua. Bartol. in l. Grecæ. §. illud. num. 4. ff. de fideiuss. Porò quando obligatio vna tantum est, soluens tollit totam ipsam obligationem ipso iure, nec quid manet apud creditorem: sicuti diximus supra in primo casu in duobus correis. Cum ergo fideiussores soluit, adeo extincta censetur omnis obligatio, vt nulla superesse videatur, quæ cedi possit.

Quartus est casus quando agitur de pluribus quorum vnus est obligatus principaliter: alter vero accessorie, & is, qui principaliter tenetur, soluit. Hoc in casu soluens iste præsumitur solvere pro tota ipsa obligatione, & consequenter cessio fieri non poterit ex interuallo. Ita Bartol. in d. l. Modestinus. numero quarto. versum. secundo casu. in fin. adductus text. l. cum quis. §. de peculio. ff. de solut. Et à Bart. nemo dissentit.

Quintus est casus, quando agitur de pluribus obligatis accessorie. Hoc in casu soluens præsumitur suo nomine solvere & pro sua obligatione: & ideo cessio fieri sibi poterit ex interuallo. Ita Bar. in d. l. Modestinus. n. 4. vers. tertio casu. & Comens. n. 6. Et moti sunt text. l. Papinianus. ff. mand. & l. cum is. ff. de fideiuss.

Sextus & vltimus est casus, quando agitur de pluribus obligatis, quorum vnus tenetur, alter non, & qui tamen ex alia causa soluit. Hoc in casu soluens iste præsumitur suo nomine, & sua causa solvere, iuxta l. & magis. ff. de solutio. ob id ex interuallo etiam fieri potest cessio. Ita Bart. in d. l. Modestinus. num. 4. vers. quarto casu. & ibidem Comens. num. 5. & Decius in conf. 99. nu. 1. Et motus est Bartol. text. l. dominus Stichus. ff. de pecul. leg. cui tamen responderet Comens. Et melius confert. l. si res obligata. in fine. ff. de legat. 1.

Et alia hic dubitatio explananda, quando quis soluit debitum alterius, an & soluisse præsumatur ex propria pecunia, vel ex illa debitoris. Distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando soluens non est administrator bonorum ipsius debitoris. Hoc casu præsumitur soluisse ex propria pecunia: Cum non præsumatur habere apud se pecuniam aliquam ipsius debitoris. Ita tradunt omnes, quos statim referam. Secundus est casus, quando is qui debitori nomine soluit, erat administrator bonorum ipsius debitoris. Hoc casu præsumitur & soluisse ex pecunia ipsius debitoris. Ita Crauet. in conf. 129. numero 3. auctoritate Cornei in confilio 103.

columna. uers. in autem non appare. lib. 1. & secutus est Mascard. in conclusio. 53. numero primo. qui refert aliquot declarationes, quarum aliqua non satis ad rem pertinent. Crediderim iudicem perspicere debere, an tot & tanti sint reditus bonorum debitoris, ut etiam eorum administrator verisimiliter ex eis tantam summam soluere poterit, deductis imperiis & aliis necessariis pro ipso debitore faciendis.

PRÆSUMPT. CXLIV.

Præsumptio an & quando præsumatur causa euitandi pœnam in contractu appositam.

SUMMARI.

- 1 Partem in illam semper præsumendum, qua pœna euitatur.
2 Pœna locum non esse, nisi expresso iure cautum legatur vel ita sit actum. nu. 7.
3 Pœna pro parte unius in contractu opposita, non præsumitur pro parte alterius repetita.
4 Pacem in dubio ruptam non præsumi.
5 Extensio de casu ad casum, quando in ultimis voluntatibus non admittatur.
6 Emphyteusi cadere est quid pœnale.
7 Pœna adiecta uni contractui, non censetur repetita ad alium.
8 Exclusus ab uno capite, non dicitur exclusus ab alio.
9 Contractu principali sublato non tollitur pactum illi incontinenti adiectum.
10 Contractus cadens, quomodo etiam dicatur cadere ab ipsius parte.
11 Dispositio principalis licet extendatur, non tamen quoad pœnam.
Nisi tamen simus in equiparatis ab aliqua regula iuris. nu. 13.
Aut verborum proprietates pœnam importent. nu. 15.
12 Electionem & postulationem à lege equiparari.
13 Sermonis proprietati standum est, & ob eam lata sit interpretatio.

Cum pœna in contractibus, quo facilius obseruentur, adici solet, dubitari sæpe contingit, an & quando pœna sit commissa, vel præsumi debeat, certis casibus illi locum esse non debere? Et pro regula traditum est ab Alciato in tracta. de præsumptionibus, regul. 3. præsum. ultim. præsumendum

- 1 esse semper in eam partem, per quam pœna euitatur. l. proximè. ff. de his que in testam. delent. & l. semper in obscuris. ff. de regul. iuris. Et accedit, quod pœna locum non sit, nisi expresso iure cautum legatur. l. as si quis. §. dicitur. ff. de leg. 1. cauea. & latissime differui in libro secundo de arbitrariis iudicium. casu 276. Hinc infert Alciat. in d. præsumptio. ultim. numero 1. quod si in contractu apposita fuit pœna pro parte unius, non præsumitur repetita pro parte alterius, ex sententia Baldi in cap. qualiter dom. proprie. fendi priuatur. Et Baldum secutus idem respondit Decius in consilio 406. in fine. qui propterea subiungit, pacem in dubio non præsumi ruptam, sed obseruatam, ne pœna de ea obseruanda committatur. Et ait sic scripsisse Baldum in l. si prædium. C. de adilit. actio. & Roman. in consilio 183. in fine. Et comprobantur prædicta, argumento ducto ab ultimis voluntatibus ad contractus, iuxta l. que de legato. de leg. prim. cum similibus. Arqui in ultimis voluntatibus, nempe in substitutione, etsi aliquando admittitur extensio de casu ad casum, non tamen id fit, quando adiecta fuit pœna. l. pater Severinam. ff. de condit. & demonst. vbi Bartolus & dicemus infra in subsequenti libro in præsumptione 88. Ita ergo pariter, & in contractibus dicendum est, vt tradit Alciatus præcitatus in loco. Infertur etiam, quod si quis vendidit domum, & eam incontinenti recipit in emphyteusim, adiecto pacto, quod domum ipsam intra certum tempus possit redimere, si hic emphyteuta cessat à solutione canonis, ita vt incidat in pœnam amissionis emphyteusis, non tamen amittit facultatem redimendi domum. Ita scripserunt Alexand. in cons. 228. num. 5. lib. 6. Barba. in cons. 51. colum. 18. lib. 1. Deci. in l. in bonæ fidei. numero 11. C. de pactis. Gozadin. in cons. 96. num. 26. & in l. 2. in fin. C. de pactis inter empt. & vendit. & ibidem Cagnolus num. 167.
2 Et ij quidem moti sunt ea ratione prima, quod cadere ab ipso emphyteusi est quid pœnale.
Non ergo debet præsumi adiecta respectu pacti de redimendo sed solum causa solutionis canonis. Et accedit quod pœna locus esse non debet, nisi expressè factum ita sit argument. d. l. as si quis. §. dicitur. ff. de religio. & sumpt. sume.

Præterea ij sunt duo contractus separati. Ergo pœna vni adiecta, non censetur repetita in alium. l. inuigilantem. §. adeo. ff. de pactis. Et suffragatur quod exclusus ab uno capite, non censetur exclusus ab altero. Ita Bald. in l. 2. que. §. 8. C. de resind. vendi. Exclusus itaque ab emphyteusi, non dicitur exclusus à facultate redimendi. Imò respondit Corneus in cons. 288. col. penult. lib. 3. quod licet contractus principalis tollatur non tamen tollitur pactum, illi incontinenti adiectum, cum duo separata dicantur.

Nec obstat quod ab hac opinione dissentiant Cæpolla in tracta. de simulatione contractuum. in secunda præsumptio. in fine & prius Comensis in consilio 65. Titius locuit. & ibidem scripserunt Fulgos. & Paulus Dottus. & si Iason in l. 2. numero quinto. C. de iure emphyt. malè refert ipsam Cæpollam, negativè concludentem. Nam ratio, qua motus est Cæpolla, non est satis solida. Dixit enim, pactum hoc de redimendo, esse partem ipsius contractus. iuxta l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. Qui ergo cadit à contractu, cadere & etiam dicitur ab eius parte respondet Alciat. in d. præsum. ultim. quod licet pactum sit pars contractus. d. l. fundi partem. attamen fictè, & non verè dicitur pars. l. lecta. versu. in se. ff. si certum pœna. Nam propriè loquendo (inquit Alciatus) est contractus de per se, iuxta gloss. l. primæ. ff. de actio. & obli. gat. quæ quidem proprietates attendi debet, præsertim quando agitur de pœna euitanda, vt tradit Baldus in l. cum proponas. C. de hered. institut. & in cap. 1. in fine. de milite vasallo, qui contumax est.

Præterea respondetur, quod pactum illud redimendi est pars contractus quoad ipsam informationem, quia actio oriens ex ipso contractu, datur pro ipsius pacti obseruatione. Non tamen illud pactum recipit qualitates ipsius contractus, vt scilicet in eo pacto repetita dicantur. Ita declarando d. l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. tradit Dec. in l. pacta. que contra. num. 14. C. de pactis. dum sic explicat, pactum esse partem pretij contractus emptiois & venditionis.

Non etiam obstat consideratio Alciati in dicta præsumptio. ultim. num. 3. versu. immò plus. & apertius in l. pens. in fine. Cod. de pactis. vbi etiam Bolognet. numero 77. versu. sed Alciatus secutus est. dum existimant, vtamque opinionem esse dubitabilem. Et dicunt emptioem teneri solummodo reuocare dominium directum, non autem vtile, quia illud pactum de redimendo intelligitur secundum tempus contractus, atque ita de dominio directo separato ab vtili, non autem extendi ad ius interius quæsitum. l. Rutilia. ff. de contrahen. emptio. culpa præsertim ipsius paciscentis. cum de eo non fuerit cogitatum, argum. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. Nam ex quo in continenti confectus est contractus emphyteuticus, satis arguitur mens contrahentium, vt emptor haberet solum directum dominium, se paratum ab vtili. argum. l. si ventri. §. ultim. ff. de privileg. credito. Poterit itaque venditor redimere, sed directum dominium tantum, secundum Alciatum & Bolognetum. Non inquam obstat hæc consideratio, cum mens contrahentium ea fuerit, ob appositum redimendi pactum, vt dissolueretur totus ipse contractus, & res suam pristinum statum reciperet, nempe quod consolidaretur dominium vtile & directum, & totum reverteretur ad ipsam venditorem. Infertur tertio ex prædicta regula, quod licet dispositio principalis extendatur: non tamen extenditur, quoad pœnam. Ita Alciat. in dicta regul. 12. tertia. præsumptio. ultim. numero tertio, versu. ad supradicta. & c. ex sententia Ioan. Andrez. & Gemina. in cap. dispendia. de rescript. in sexto. Butrij & Imolæ in cap. ultim. extra de rescript. ac Abbatis in cap. primo. de locato. Non enim (inquit Alciatus) præsumitur contrahentes sensisse, quod pœna extendere-tur.

Declaratur primò hæc illatio, vt locum non habeat, quando sumus in æquiparatis ab aliqua iuris regula. iuxta l. si quis seruo. C. de furtis. Nam tunc, sicuti dispositio ipsa principalis extenditur, sic & pœna ipsi dispositioni adiecta. Ita Alciat. intelligit glo. penult. c. 1. de postulas. prelat. dum dixit, quod pœna statuta in postulatione, extenditur ad electionem: cum & electio & postulatio æquiparata sint à lege, vt glossam illam sic declarat Deci. in c. nam concupisceniam, in secunda l. 14. Eura. num. 4. in fin. de consiliis.

Declaratur secundo, vt locum non habeat, quando ipsa verborum proprietates importaret pœnam. Nam tunc sumus in casu claro, quia standum est proprietati sermonis: ob quam lata sit interpretatio, Ita declarat Alciat. in dicta præsumptio. ultim. numero 3. versu. declara. supradictam. post Arretinum. in l. cum lege. ff. de testam. Decium in l. semper in obscuris. numero 11. de regul. iuris. & ibidem Cagnol. & copiosè differit Crauer. in tracta. de antiq. tempo. in quarta parte principali. numero 63. in consilio 118. num. 11. & in consilio 308. numero 3.

PRÆSUMPT. CXLV.

Exceptione pecuniæ non numeratæ intra biennium non opposita, quæ & qualis præsuppositio oriatur aduersus debitorem non opponentem.

SUMMARI.

- 1 Pecuniæ non numeratæ exceptio competit intra biennium tantum. Idque etiam procedit in clerico qui nomine & ad commodum suæ ecclesiæ confessus fuit se mutuo pecuniam accepisse. numero 5. Et multo magis si ad commodum sui patrimonij. nu. 8. Procedit etiam dicta regula in successore debitoris, qui confessus fuit se recepisse; quamuis sit pupillus, vel minor. numero 10. Idem etiam si debitor probare vellet suam exceptionem, oppositam post biennium. nu. 12. Contraria recitatur opinio. nu. 13.
2 Pecuniam siue numeratam lapsu biennij, an sit præsumptio, vel fictio. Et in hoc opinio Auctoris. nu. 3.
3 Præsumptiones & coniectura cessant vbi de veritate manifestè constat.
4 Præsumptio quod pecunia fuerit numerata non opposita exceptione intra biennium fauore debitoris inducta fuit, & quomodo.
5 Clericus confessus se mutuo accepisse pecuniam, non potest aduersus suam confessionem opponere aliquam exceptionem, de iure Pontificio.
6 Clerici quoad bona eorum patrimonialia, non differunt à laicis.
7 In dispositione legis generali comprehenditur etiam persona pupilli & minoris.
8 Præsumptio quod pecunia fuerit numerata non opposita exceptione intra biennium, non impedit quin debitor post biennium audiatur, de æqualitate canonica, si tamen assumat onus probandi negatiuam. Idem in foro conscientie. nu. 15.
9 Biennij lapsus non tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quando solum per testes constat de confessione numerationis.
10 Scripturæ maior est virtus in probationibus, quam testium.
11 Iudicis officium non obstat lapsu biennij implorare potest debitor confessus numerationem. Idque multo magis coram iudice ecclesiastico procedit. numero 19.
12 Lapsus biennij non impedit conscientem debitorem probare aliam confessionem creditoris quod pecunia non fuerit numerata.
13 Probatio confessionem aduersarij non admittitur, etiam contra præsumptionem iuris & de iure.
14 Doli & fraudis exceptio opponi adhuc potest non obstante lapsu biennij, à confessione numerationis debitor facta.

Debitori, qui confessus pecuniam mutuo se suscepisse, cum re vera non appareat numerata, lex concessit facultatem opponendi, intra biennium tamen, non numeratæ pecuniæ exceptionem, non autem ultra tempus illud. Ita sanè statuit Iustinianus in l. in contractibus. in princip. C. de non numerata pecunia. Quod quidem constitutum præsumitur, quia verisimile non est: quod si pecunia non fuisset numerata, tam diu debitor ipse tacuisset, sicuti rationem hanc perpendunt Felin. in c. si cuius causio. numero 57. de fide instrum. & lapsu biennij lex adeo præsumit numeratam fuisse pecuniam, vt non admittatur contraria probatio, cum sit præsumptio, & de iure, vt affirmat Felin. in d. c. si causio. numero 61. in fine. Cæterum scripserunt alij esse solum iuris præsumptionem, sic sanè Iuola in c. ultim. numero 12. de solutio. Imò hanc esse fictionem dixerunt Castren. in d. l. in contractibus. colum. penult. Arretin. in l. certi conditio. §. si minus. colum. ultim. ff. si certum pœna. Quam quidem opinionem manifestè reicit Emanuel Costa in l. si ex cautio. in vltima fallentia, numero 4. C. de non numerata pecunia. Cum fictio sit contra ipsam veritatem, vt scripsi supra in libro primo, quæstio 5. numero primo, & tamen in casu nostro dici non potest contra certam veritatem: cum dubium sit, an numeratum fuerit, vel non. Quarta vero fuit opinio Costæ prædicto in loco, numero 4. versu. igitur Cæsares. qui dixit Iustinianum

constituisse, quod vbi non constat numeratam verè fuisse, lapsu biennij præsumatur numerata, vbi autem constat verè non fuisse numeratam: securi (ait Costa) in casu l. unica. in princip. C. de rei uxor. actio. vbi stipulatio præsumitur, si non constat stipulationem intercessisse, vbi autem constat eam non intercessisse, fictio inducitur, vt in dicta l. unica. §. a cedat. & comprobatur Costa text. in authent. de tempo. non solute pecunie, super dote, in princip. quo loci Iustinianus ait: quod lapsu tempore dato ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, tenetur maritus efficaciter ad dotem, quam confessus est se recepisse. Nam si tacere (inquit Iustinianus) elegerit, palam est voluisse, vel si non accepit dotem omnino, eum aut suos reddere. Prætermitto alia iura & argumenta, quibus vsus est Costa. Existimo ego aduersus Costam verius esse, & hanc esse præsumptionem iuris & de iure in casu dubio, quando scilicet constat manifestè numeratam non fuisse pecuniam: sicuti in casu dictæ l. unica. in princip. C. de rei uxor. actio. vt scripsi supra in præsumptio. numero 2. & 3. Cum verò certum est, pecuniam non fuisse numeratam, etsi lapsus est biennium: attamen non tollitur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt dicemus infra. Cum enim de veritate constat manifestè, cessant omnes coniecturæ & præsumptiones. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3.

Extenditur primò, vt locum habeat etiam in clerico, & qui confessus est ecclesiæ nomine ad cuiusque commodum mutuo suscepisse pecuniam. Nam & hic elapsu biennij non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Ita Butri Zabarella, Abba, & Imola in c. vltim. de solutio. Abbas in c. si cautio. num. 12. & ibidem Felin. num. 57. & 58. de fide instrum. & accedunt Barba. in c. vltim. numero 16. de solutio. Soci. Sen. in cons. 41. nu. 5. lib. 1. & Emanuel Costa in l. si ex cautio. in vlt. fallentia. n. 1. C. de non numerata pecunia. Ea ratione ij moti sunt, quod Iustinianus in dicta l. in contractibus. in prin. C. de non numerata pecunia. induxit præsumptionem hanc non odio debitoris, sed eius fauore, & vt scilicet possit aduersus suam confessionem opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ, si modo id faciat intra biennium, non autem ultra, si ergo clericus vult vt hoc legis beneficio, hoc est, si vult opponere hæc exceptionem aduersus suum creditorem, & facere id debet intra biennium, vt scribit Bald. in l. omni nominatione. Cod. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. quest. vltim. C. de contrahen. emptio. Dec. in l. n. 12. ff. de iurisdic. omn. iud. & copiosè Tyraquell. in tract. de iure primog. quæst. 43. & 44. in tract. de retracta. consang. §. 1. gloss. 13. num. 7. Cum dixerunt, quod si clericus vult vt beneficio & commodo legis ciuilibus, vt debeat cum suis qualitatibus. Non enim lex ipsa Pontificia hoc in casu fauet ipsi clerico. Nam statim quo clericus confessus est, mutuo suscepisse pecuniam, non potest aduersus suam confessionem, secundum ius ipsum Pontificium, opponere exceptionem aliquam, nisi ipsemet probet pecuniam non fuisse numeratam. c. si cautio. de fide instrum. lex verò Cæsarea concedit hoc commodum, vt debitor possit opponere hæc exceptionem, grauidando creditorem onere probandi, si pecuniam numerasse: si modo is debitor intra biennium à die confessionis sic opponat, atque ita fauor tribuitur à l. in contractibus, solum perdurat biennium: quo elapsu cessat ille fauor, & remanet clericus in terminis sui iuris Pontificij, quod prohibet, eum posse suæ confessioni contrariare, si ergo vult clericus, vt fauore & commodo legis Cæsareæ, vt debet intra tempus ab ea præstitutum: Et hæc quidem ratione diluuntur argumenta omnia, quibus moti contrariam opinionem probant Hostiensis, Butrius, Bald. Imol. Angel. & Roman. relati à Felino in d. c. si cautio. num. 57. versu. est verum. de fide instrum. & his accedit Marfil. in sing. 622.

Cæterum extensio hæc locum habet multo magis in clerico, qui confessus est suscepisse pecuniam mutuo ad commodum sui & patrimonij, illud obligando. Nam hoc in casu, si ne controuersia non poterit hic clericus, elapsu biennij, opponere hanc, non numeratæ pecuniæ exceptionem; sicuti in specie tradunt Hostien. Butr. Abb. Specular. & Imola, quos congerit Felin. in d. cap. si cautio. num. 59. de fide instrum. & his accedunt Bald. in l. cum quis. num. 22. C. de iuris & facti ignor. & ij post Speculatores commemorant sententiam latam à Clemente III. Pontifice Max. contra Tiberensem electum, quod post biennium non posset contra mercatores opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec doli. & ratione comprobatur traditio hæc, quia clerici quoad bona eorum patrimonialia non differunt à laicis, vt post alios copiosè differit Tyraquell. de retracta. consang. §. 33. gloss. unica. nu. 80. & 81.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam contra successorem & debitorem, qui intra biennium non opposuit hanc non numeratæ pecuniæ exceptionem, etiam si is successor sit pupillus, vel minor. Ita Bald. in l. si intra. C. de non numerata pecunia. Felin. in d. c. si cautio. num. 59. versu. ampliat. & quod de

fide instrumento. & ratio quidem est: quia in dispositione legis generaliter comprehenditur etiam persona pupilli, & minoris. leg. si sine. s. Lucius. ff. de administratio. int. Roman. consil. 816. Alexand. in consil. 49. colum. 3. lib. 1. Ruin. in consil. 97. numer. 2. lib. 5. Decius in leg. 1. num. 2. Cod. de secundis nupt. & Marfil. in singul. 431. Conceditur tamen ipsi pupillo, & minori restitutum in integrum, ut in specie docuit Felin. præcædit in loco, & Marfil. in dicto singul. 431. Concedit minorem restitutum aduersus dispositionem legis generalem. Illud etiam addit Felin. biennium illud curere contra hæreditatem iacentem.

Extenditur tertio, ut locum habeat, etiam si debitor ipse oppositum non numeratæ pecuniæ exceptionem probare vellet. Nam adhuc non admittitur, ut scripserunt Odofredus, Accursus, Butrigar. Azo, Richardus, Oldra, Suzarius, Dynus, Alberic. Piacentin. Bald. Speculat. Salicet. Ioann. Fabri, Florianus, Felinus, Ludovic. Bolognin. Purpuratus, Curtius Junior, & Marfilus, quos recenset Emanuel Costa in l. si ex cautione. in ultimo nota. numer. 2. C. de non numerata pecunia. qui refert Felinum in d. c. si cautio. num. 60. & Marfil. in singul. 463. attestantes, hanc esse receptam opinionem. Et probati creditur in l. si intra. in l. si iuratis. & in contractibus. Cod. de non numerata pecunia. & in l. si non singulari. C. si certum pecunia. ubi lapsio ipso tempore, nulla omnino admittitur contraria probatio: cum dicatur præsumptio iuris, & de iure. Verum contrariam opinionem, quod imò post biennium admittatur debitor ad opponendum non numeratæ pecuniæ exceptionem, si debitor ipse in se assumat onus probandi, negatiuam. Ita sanè Ioannes Accursus, Petrus, Cynus, Mattarellus, Bartolus, Fulgosius, Angelus, Salicetus, Castrensis, Angelus Aretinus, Sicutus, Iason, Claudius, & Decius. quos congescit Costa in dicta leg. si ex cautione. in ultima fallent. num. 2. vers. contraria opinio. qui numer. 3. tandem hanc & ipse probauit, & dixit, quod petente creditore, si debitor excipiat, est exceptio perpetua, non autem temporalis, si modo ipsam exceptionem paratus sit probare debitor ipse. Illa verò iura supra pro prima opinione commemorata loquuntur (inquit Costa) quando exceptio ipsa non numeratæ pecuniæ proponitur à debitore per modum querelæ, & ob id, sicuti ipsa querela temporalis est. sic & hæc exceptio.

Declaratur primo, ut locum non habeat hæc præsumptio secundum æquitatem saltem canonicam, & secundum quam auditur debitor post biennium, si modo assumat in se onus probandi negatiuam. Ita Dynus Baldus, Angel. Roma. Butrius, Imola, & Salicet. quos recenset, & communem dicit Felin. in d. c. si cautio. num. 91. de fide instrumento. & his accedit Marfil. in singul. 463. Ea est solida huius sententiæ ratio, quia aliqui ipse creditor locupletaretur cum aliena iactura, id quod est secundum iuris rigorem permissum sit aliquando, non tamen secundum æquitatem, qua peccato resistendum est.

Declaratur secundo, ut non procedat in foro conscientie. Et si enim in foro fori non admittitur debitor lapsio biennio ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam si eam probare ipse vellet: atramen in foro conscientie tutus est, si non soluit. Ita Innocen. in c. quia plerique. de immuni. Eccl. ubi Butrius & Abbas, Bald. in l. si ex cautione. col. ult. C. de non numerata pecunia. & in l. cum quis. col. ult. C. de iuris & facti ignoran. & in l. unica. colum. 3. C. de consil. & Felin. in c. si cautio. num. 61. de fide instrumento. & secutus sum supra in lib. 1. quest. 80. num. 3. vers. extat simile exemplum. Et ratio quidem huius declarationis est, quia dispositio d. l. in contractibus. in pr. C. de non numer. pecun. sur data est in præsumptione iuris & de iure, quæ locum non habent in foro conscientie, ut copiose declarauit in d. quest. 80. ubi num. 3. vers. hanc tamen traditionem Innocen. declarauit.

Declaratur tertio, ut non habeat locum in confessione de qua constat solum per testes. Hoc sanè casu lapsus biennii non tollit hanc non numeratæ pecuniæ exceptionem. Ita post glossam, Butrigarium, Cynum, Cuneum, Baldum, Imolam & Romanum scribit Felin. in c. si cautio. numero 63. de fide instrumento. Ea ratione ij moti sunt, quod illa præsumptio quæ oritur ex confessione scripta, non extat in confessione testibus probata: cum maior sit scripturæ, & virtus, quam illa testium, sicuti indicat ille titulus. Instit. de literarum obligatio. ubi literæ sunt necessariæ ad hoc, ut biennium pariat actionem: aliis frustra titulus ille requiritur scripturam, & frustra etiam appellaretur obligationem literarum, si sine literis confessio post biennium noceret. Nec repugnat quod testes, & instrumenta æquiparentur. l. in exercendis. Cod. de fide instrum. quia responder Felin. in loco supra allegato, procedere quoad faciendam probationem, non autem quoad inducendam obligationem, & declarant Bartol. Bald. & reliqui in dicta l. in exercendis. Cæterum à prædictis dissentit Bartol. in l. si ex cautione. numero quinto. C. de non numerata pecunia.

& ibidem Bald. quest. 10. & Salicet. in oppositio. 10. Abbas in d. c. si cautio. numero 7. de fide instrumentorum. & ibidem Felin. num. 64. in fine. cum his sentit. Eadem ratione ij vii sunt, quod exceptio hæc non numeratæ pecuniæ, ex quadam æquitate fuit à lege introducta aduersus propriam confessionem debitoris, qui si vult exceptione ipsa vii, id facere debet iuxta ipsius legis concessionem, nempe intra biennium. Ve um huic rationi responderetur, non esse hic querendum de exceptione aduersus confessionem: cum ex illa nulla oritur obligatio efficax sicuti oritur, quando confessio facta est iuris, & scriptura.

Declaratur quarto, ut locum non habeat quoad iudicis officium, quod debitor implorare potest etiam ultra biennium. Ita Felin. in d. c. si cautio. numero 65. de fide instrumento. post Baldum, & Salicetum, quos recenset. & his accedunt Ioann. Fabri. in Instit. de literarum obligatione, in fine principii. Iacobina sancto Georgio in l. in exceptionibus. numero 7. de probatione. Marfil. in singul. 277. & Emanuel Costa in dicta l. si ex cautione. in verbo officium in l. iis. C. de non numerata pecunia. ratio ne ij moti sunt, quia is qui prohibetur agere contra iamen prohibetur implorare iudicis officium, ut scripserunt Bartol. in l. 1. §. & parit. ff. quod vi aut. d. l. Bal. in l. 3. §. non impio. ff. de iur. iur. stab. Anch. in Clem. 1. de sequestrati. possessio. & fruct. Abbas in c. ex parte. ff. de iur. iur. de officio delegati. Et hæc quidem declaratio locum habet multo magis coram iudice Ecclesiastico, quod ad quem pertinet purgare conscientias hominum. Ita Ioan. Fabri. & Costa ubi supra.

Declaratur quinto, ut non procedat, quando lapsio ipso biennio debitor vellet confessionem ipsiusmet creditoris probare pecuniam numeratam non fuisse. Hoc sanè casu admittitur debitor etiam (ut dixi) lapsio biennio. Ita in specie declarat Accursus, Hostiens. Bal. Butrius & Salicet. quos commemorat & probat Felinus in cap. si cautio. numero 66. de fide instrumentorum. Ea est huius declarationis ratio, quia aduersus quamlibet præsumptionem, etiam si sit iuris, & de iure, admittitur, probatio per confessionem aduersarij, sicuti copiose scripsi supra libro primo, questio. 61. Et accedit, quod sicuti debitor potest agnoscere bonam fidem, & sitendo debitum, quod aliqui à creditore probati non poterat. l. cum fidem. Cod. de non numerata pecunia. Ita etiam ipsam bonam fidem agnoscere potest creditor iste post biennium.

Declaratur sexto, ut locum non habeat quoad exceptionem doli, & fraudis, quæ elapso ipso biennio opponi adhuc potest. Ita Hostiens. in cap. viti. de solutio. & ibidem Ancharan. num. 11. Et idem in c. si cautio. num. 10. de fide instrumentorum. & ibidem Felin. num. 66. vers. sic. & Barbat. num. 19. in fine. Ioan. Fabri. in Instit. de literarum obligatione. in princip. nu. 9. Florian. in l. cum de debito. §. actum. num. 8. de probatio. Salicet. in l. si ex cautione. num. 11. C. de non numerata pecunia. Angel. Aretin. in §. idem iuris. num. 8. Instit. de exceptio. Marfil. in singul. 277. & copiose Emanuel Costa in dicta l. si ex cautione in ultima fallentia. num. 2. vers. sed tamen non ob. multibus. Etenim ipse existimat, nullam esse differentiam inter exceptionem hanc doli, & illam, non numeratæ pecuniæ. Ea ratione ij moti sunt, quod doli exceptio, ob id perpetua est, quia non fuit in facultate debitoris agere de dolo creditoris. l. pure. §. ultimo. ff. de doli mali & metus excepti. Si ergo excipere non potuit, nullum tempus potuit ei decurrere. Præterea, creditor eo tempore quo scripturam confessi debiti suscepit, nihil dolo egit: Cum speraret se numeraturum, eo verò tempore quo incipit petere dolum committere dicitur, atque ita dolo agere, ex quo petit quod non numeratæ. l. 2. §. generaliter, de doli mali & metus exceptio. Si ergo hæc doli exceptio oritur eo tempore quo creditor agit, ut inquit gloss. in l. qui se debere. in verbo, exceptione. ff. de condict. causa data, sequitur dicendum, debitorem posse quouis tempore exceptione hac uti. Et magna quidem est differentia inter exceptionem hanc doli, & illam non numeratæ pecuniæ. Sicuti copiose declarat Costa in d. l. si ex cautione. in verbo, seu doli. C. de non numer. pecun.

PRÆSUMPT. CXLVI.

Fideiussor quando quis præsumatur, vel principalis debitor.

SVMARIA.

- 1 Fideiussor, vel debitor principalis, quando quis præsumatur.
- 2 Fideiussor præsumitur qui promisit restituere depositum apud aliquem factum.

Idem

- Idem in eo qui se obligauit ut debitorem principalem pro accipiente mutuo pecuniam sub usuris, nec pecunia ad eum peruenit. num. 3.
- Etenim si is sit ad quem utilitas peruenit, & se fideiussorem nominari. num. 6.
- Idem licet se principaliter & in solidum constituent debitoribus & reos debendi. num. 4.
- Et in dubio pecunia ad utrumque peruenisse præsumitur. numero 5.
- 7 Fideiussor etiam is præsumitur qui promisit pro actu & negotio ad se non pertinenti, sed ad alium, licet cum eo se obligarit, & ibi exemplificatur.
- Nisi manifeste constaret voluisse omnino se esse principalem. num. 8.
- 9 Fideiussor præsumitur, quando modus & forma promissionis non conuenit nisi fideiussori.
- Idem quando quis non promisit simpliciter pro aliquo, sed ad eius instantiam. num. 10.

DEBITARI sæpè solet, quando quis præsumatur fideiussor, vel debitor principalis. Quia in re dicendum est, quæstionem facti esse, & ob id pendere à coniecturis.

Prima & præcipua est coniectura, quando res, pro qua promissa, ad alium peruenit: ut si reperitur factum depositum apud aliquem, & alius promisit restituere. Hic promissor præsumitur fideiussorio nomine promississe. Ita gloss. in l. Titia. §. penult. vers. sent. quod apud. ff. de verborum obligatio. quam dixerunt singulare Angel. in l. sciendum. in princip. ff. de edil. edicto. Alexand. in l. ubi autem non apparet. §. illud. numero 4. ff. de verbor. obligatio. & in consilio 189. numero 5. libro 2. Comen. in consilio 183 in fine. Ruin. in consilio. 99. numero 1. libro 5. sic & Aretin. in consilio 33. Consultatio præmissa. numero 2. respondit, quod si quis mutuo suscepit pecuniam sub usuris, & alter, ad quem pecunia non peruenit, se obligauit, ut debitorem principalem, erit solum fideiussor, non autem principalis. Idem affirmant Iason in dicta l. Titia. §. penult. in fine. post Baldum ibi. & Boer. in questio. 314. numero 5. & Rota Romana in decis. 112. numero 1. parte prima, in nouissime impressis. Et hæc quidem coniectura locum habet etiam, quando ij duo se constituerent debitores principaliter & in solidum: atque ita essent facti duo rei debendi. Nam adhuc dicendum est, eum præsumi fideiussorem, ad quem res non peruenit. Ita Bartol. in l. 3. §. 1. numero 15. vers. finaliter dico. ff. de duobus reis. & ibidem declarat Castren. colum. 1. in vltima oppositio. & in consilio 331. In causa Syluestri. colum. 1. libro 1. & latissime differit Ronchogall. in d. l. 3. §. 1. numero 158. & multis sequentibus. ff. de duobus reis. Cæterum, quando non constat, ad quem peruenit pecunia, præsumitur ad utrumque peruenisse. Ita Comen. in d. consil. 183. in fine. Et hæc quidem coniectura locum habet etiam, quando is, ad quem utilitas pertinet, se fideiussorem, & nominasset, ut post alios scripsi in consil. 560. num. 8. lib. 6.

Secunda est coniectura præcedenti sibi proxima, nempe quando quis promittit pro actu & negotio ad se non pertinenti: sed ad alium cum quo se obligauit, ut si quis obligauit pro dote filie alterius. Cum enim pater teneatur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. & scripsi supra. Ob id si contingat quod extraneus, puta patruus vna cum patre promittat pro dote filie, præsumitur is patruus fideiussorio nomine promississe. Ita in specie respondit Corneus in consilio 316. libro quarto, sic etiam censuit Alex. in consilio 66. num. 2. libro 4. Auunculum qui non tenetur dotare filiam iororis, si se obligauit in solidum vna cum patre dicere filie causa eius dotis, præsumitur tanquam fideiussorem promississe. Idem pariter respondit Corneus in consil. 124. libro 1. quod si vna cum fratre dotante sororem se obligauit principaliter, & in solidum nepos, ad quem non pertinebat dote, is nepos præsumitur fideiussor. Horum sententiam secuti sunt Iason in consil. 133. num. 18. libro 4. Baldus Noce. l. in tracta. de dote. parte sexta, privileg. 3. Ioan. Lupus in repetit. c. per vestras. §. 66. de donatio. inter virum & uxorem. & Purpur. in consil. 204. numero 4. libro 2. Ripa l. 4. §. Cato. numero 26. de verbor. obligati. ubi Alc. numero 79. Crauet. in consil. 689. in secundo dubio. lib. 7. matrem, quæ vna cum filio promisit pro dote filie, quæ ab eius patre dotanda erat, præsumitur fideiussorio nomine promississe. Et hæc quidem coniectura locum habet vt & præcedens, quando scilicet ambo ipsi constituerunt se reos debendi principaliter & in solidum: nisi verba ad eum clara essent, ut manifeste constaret voluisse esse omnino principales, vt in casu, de quo respondit Roma. in consil. 14. num. 3.

Tertia est coniectura, quando modus & forma, quibus

quis promisit, non conuenit nisi fideiussori, sicuti in casu de quo respondit Purpur. in d. consil. 204. numer. 4. libro 2. cum dixit, mulierem præsumi fideiussorio nomine promississe pro altero, si in ea promissione renunciauit beneficio S. C. Velleiani, quod prodest solummodo mulieri pro altero fideiubenti.

Quarta est coniectura, quando quis non promisit simpliciter pro aliquo, sed ad eius instantiam. Nam & tunc præsumitur fideiussor. Ita sentit Socin. Lun. in consil. 131. numero 18. lib. 3. d. 3. cum respondendo traditioni Barto. in l. si ita stipulatus fuero, re. ff. §. possum. ff. de verbo. obliga. dicentis, promissorem principalem dici eum, qui simpliciter pro altero promisit (inquit Socinus) si ad eius instantiam se obligauit. Et idem est, quando quis promisit pro alio. Nam & hoc casu præsumitur fideiussor. Bart. in l. reos. nu. 5. ff. de duobus reis. Dec. in consil. 7. nu. 1. & Purpur. in consil. 600. nu. 6.

PRÆSUMPT. CXLVII.

Filia dotata, quæ bonis paternis ac alijs renunciauit, in & quando præsumatur renunciauissæ fauore fratrum tunc existentium, an etiam & agnatorum.

SVMARIA.

- 1 Filia dotata renuncians bonis paternis, cuius fauore præsumatur renunciauissæ.
- 2 Existentibus fratribus & agnatis filie renuncians, præsumitur renunciatio facta fauore fratrum, & quando si solis fratribus. & num. 16.
- Et quis inde effectus sequatur, numero 3.
- Secus si aliqua ad sint coniecturæ, quibus constat patrem voluisse ultra filios bona conservari in agnatione. numero 4.
- 5 Renunciatio præsumitur facta causa & respectu masculorum ad conservandam familiam.
- 6 Pater potest relinquere filie non obstante renuntiatione ab ipsa facta.
- 7 Sorores quando excludant sororem quæ renunciauit bonis patris. & num. 8. 9. & 10. ubi opinio contraria recitantur.
- 11 Filia bis seu geminata renuncians bonis patris, existentibus tantum sororibus, in earum commodum præsumitur renunciauissæ. Et quibus alijs coniecturis id considerari possit, num. 12. & 13.
- 14 Pater non præsumitur per renuntiationem filie sibi factam, voluisse admitti agnatos ad filie ipsius exclusionem. Nisi coniecturis aliud appareat, numero 15.

DEBITARI sæpè solet, quando filia à patre dotata renuntiauit bonis paternis, ac alijs, an præsumatur renuntiauisse fauore fratrum vel sororum tunc existentium, an etiam & agnatorum? & quidem hac in re distinguendum est, quæ constituendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando eo tempore, quo filia renuntiauit bonis, extabant filij masculi, extabant & agnati. Hoc sanè casu præsumitur, filiam hanc renuntiauisse ipsis bonis, fauore & respectu dictorum, & eius fratrum: & propterea eis morientibus, patre ipso superstitite, qui deinde decessit intestatus, filia admittitur ad patris iucelsionem, non obstante renuntiatione illa. Ita Baldus in consil. 437. Quædam puella. libro 1. & in l. pactum quod dotati, columna 2. quest. 4. C. de collatio. & ibidem Castren. Romanus, Salicetus, & Riminaldus sen. numero 11. vers. scilicet. septimo limita. Sic & Salic. in l. pactum quod dotati, C. de pactis. Imol. in l. qui superstitis, numero 2. vers. scilicet. item tertio. ff. de acquir. hered. Alexand. in consilio 29. numero 9. libro 2. & in l. stipulatio hoc modo concepta, numero 11. de verb. oblig. & ibidem Crottus numero 33. & Claudius Seyfeli. numero 12. Guido Papæ quest. 192. & in consil. 158. in fine. Decius in consil. 309. numero 3. & in consil. 370. in fine. Afflictus in c. si quis inuestierit, numero 25. de feudo dato in vicem legis commissor. Natta in c. quamuis, in vltima fallentia, de pactis, in 6. Guilielmus Benedictus in cap. Raynuius, in verbo, duas habens filias, numero 297. de testam. Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, numero 89. de verborum obligatione, Crauet. in consilio 42. numero 2. & Didacus in d. c. quamuis, in tertia parte, §. 3. numero 4. qui testatur communem esse opinionem. Ea ratione ij moti sunt, quod cum in dubio præsumatur (ut diximus) hæc filia renuntiauisse fauore & contemplatione fratris, vt scilicet ipsi possent conferuare agnationem, & familiam, eis præmorientibus: sicque cessante causa cessat & ipsa

PP

ff. certum per. & in d.l. contractus, colum. 3. versic. idem dico si in scriptura, C. de fide instrum. & ibidem Castren. num. 3. Aretinus in d. consilio 159. num. 10. Marcabrunus in cons. 20. m. 12.

Secunda est coniectura, quando res civitatis venditur per subhastationem, nam tunc contractus non dicitur perfectus, nisi confecto publico instrumento. Ita sensit Baldus in d.l. contractus, num. 3. versic. secunda verba, & ibidem Salicet. quos refert & sequitur Aretinus in d. cons. 159. num. 10. Ceterum hæc coniectura potius pertinet ad primum caput huius præsumptionis, quam ad hoc secundum.

Tertia est coniectura, imò casus certus, quando partes dixerunt, quod de ipso contractu conficeretur instrumentum, & quod aliter & alio modo non valeret contractus. Ita Bart. in l. contractus, in prima lectura numero 1. C. de fide instrum. & ibidem Fulgos. num. 1. Angel. in dicto consilio 157. & in consilio 162. Salicet in authent. sed non in re, colum. 4. in prin. ff. si certum petatur. Aretin. in dicto consilio 159. num. 9. in fin. Idem sensit Iason in consilio 251. Decius in l. pactum quod bona fide, colum. 1. versic. ex hoc inferitur, C. de pactis, & in consilio 343. Curtius Iunior in cons. 304. num. 57. & 58. & ita fuisse à Rota Romana decisum, testatur Iacobus Puteus in decisio. 43. lib. 3. & Theofaurus in decisio. 197. num. 2. qui alios refert.

Quarta coniectura est, quando ante factum contractum vnus contrahentium dixit, habeamus & notarium, qui sit de ipso contractu rogatus. Nam tunc præsumitur, quod voluerint instrumentum confici pro substantia, & perfectione contractus. Ita Baldus in dicta l. contractus, num. 3. versic. secunda verba, & Iason in dicto consilio 151. numero 2. libro 2.

PRÆSUMPT. CXLIX.

Tutor quibus verbis præsumatur datus, & an tutelam tutor libenter acceptare credatur, ac alia nonnulla ad tutorem pertinentia explicantur.

SVMARIA.

- 1 Tutor administrando tutelam, quasi contrahere dicitur.
- 2 Tutor in dubio quibus testatoris verbis præsumatur datus, & vel non datus fuisse, & num. 3. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.
- 4 Testatoris verba ita interpretanda sunt, ne alioquin superuacanea & inutilia sint.
- Quod intelligit, ut num. 5.
- 7 Tutorem dare filio licet patri quibuslibet verbis, modo apta sint significare ipsius voluntatem.
- 16 Matri filiorum tutelam lex defert, nisi repugnet patris voluntas.
- 17 Tutor præsumitur datus ille, qui se diu pro tutore gessit.
- 18 Tutelam acceptare libenter, nemo præsumitur.
- 19 Tutor ex mala administratione suspectus præsumitur.

Cum tutor administrando tutelam quasi contrahere dicatur, s. item tutor. Insti. de obligat. que ex quibus contractibus. post præsumptiones ad contractus pertinentes, placuit hæc pauca de quasi contractibus subdicere. Quod vt facerem, iussit exemplum illorum, qui dum Pandectas compilauerunt, inter contractuum & vltimarum voluntatum materias, titulos ad tutelam spectantes collocauerunt. Dicimus itaque primum tutores aliquando à testatoribus dari filiis verbis claris: aliquando obcuris. De claris non est quod disputemus. Non enim in illis locus est coniecturis. De dubiis & obscuris differendum est. Et ante omnia seise affert dubius & ambiguus ille sermo testatoris rustici & imperiti, qui aliquando dixerat, se relinquere filium suum viuum & mortuum & Titio. Qua de re interrogatus Socinus in consilio 83. libro 1. respondit, testatorem voluisse dare Titium tutorem filio, dum in humanis fuisset: eo vero mortuo, eundem Titium substituisse. Id quod confirmauit idem Socinus in l. qui duos, in secundo notab. ff. de reb. dubiis. Et secuti sunt Galliaula & Socinus iunior in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. subst. ille numer. 539. iste numer. 343. Emanuel Costa in c. si pater, in prima parte, in verbo, noveretur, numero 6. de testam. in 6. Modern. Particulis in annotationibus ad Decium, in c. ex parte, il. 2. in primo notab. de appellat. & Boerius in quest. 124. numero 6. Ea ratione vsus est Socinus senior, quod cum tutela sit vis & potestas in capite libero, s. 1. Insti. de tutelis. relinquendo filium viuum, videbatur in ipsum Titium transfuisse omnem vim & potestatem: & (inquit Socinus) sumenda est hæc interpretatio, ne alio-

qui & superuacanea & inutilia sint verba testatoris, l. quoties, ff. de reb. dubiis. Ceterum hæc facile evitari possunt, si dicamus, prædicta verba posse intelligi, si testator præsumatur reliquisse Titio filij sui custodiam, sicuti in casu l. qui aliena, s. quamquam, ff. de negot. gest. vbi à fortiori, si mater gerat negotia filij secundum patris voluntatem, non dicitur data tutrix: sed vt eundem quandam & custodiam rerum pupillarum habeat: quemadmodum interpretati etiam sunt glossa ibi, & dicemus infra. Et præterea respondetur, auctum & dispositionem reddi mortalem & superuacaneam, quando & constare non potest quid ille sentiat, l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutela. sic & perplexa dispositio redditur nulla.

Secundò rectius probari videretur hæc Socini traditio text. l. sed si hoc, aliud est vir uxori, s. cum & in fine ff. de condit. & demonstrat. qua loco respondit materem præsumi constitutam tutricem his verbis; si à liberis impuberibus non discesserit. Et illo in loco annotauit Ciceronis, quod si testator iubeat matrem morari & debere eam filijs, videtur eam constituisse filiorum tutricem. Verùm argumentationem hanc confutauit ea ratione Ripa in l. Centurio, numero 198. versic. sed aduerte, ff. de vulg. & pup. subst. quod iuriscons. ibi vult curam videri committam, quando testator iussit matrem morari cum filijs in puberibus. Quibus ex verbis cognoscitur, testatorem voluisse providere inbecillitati filiorum: Secus dicendum videretur, si simpliciter, vel donec vixerint filij, morari iussisset, vt nostro in casu, in quo simpliciter filius viuus & mortuus fuit Titio relictus.

Tertiò perpenditur text. l. verbis legis, de verb. signific. Vti quisque legasset (statuit lex 12. tab.) ita vis esto, laetissima potestas tributa videtur tutelam constituendi. Est ergo in facultate patris quibuslibet verbis dare filio tutorem, ergo prædicta verba significant Titium datum esse tutorem. Ita hoc argumento vti voluit Emanuel Costa in loco supra allegato. Ceterum existimo nil penitus virgere: quia etsi quibuslibet verbis dari possit quis tutor, at tamen intelligitur, & modò apta sint significare patris testatoris mentem, vt in specie scripsit Bald. in l. omnem, colum. 1. versic. nunquid mater, C. ad S. C. Tertullia. cum dixit matrem censeri relictam tutricem, quando testator vnus est verbis congruis, confert quod dicimus legata quibuslibet verbis posse relinquere, s. 2. Insti. de lega. intelligitur tamen verbis aptis & idoneis, vt explicat glo. & Doct. Quod verò verba, de quibus nostro in casu, sint apta significare tutelam dationem, non satis constat.

Quartò adducitur traditio doctrina quædam Baldi, de qua dicemus statim.

Secunda itaque fuit opinio Iasonis in dicta l. Centurio, ff. de vulg. & pup. subst. qui dixit, prædictis verbis non præsumi datum tutorem, quam quidem opinionem vitus est probare Alciat. in l. in vulgari, s. ff. de verb. signific.

Primò motus est Iason text. l. qui in aliena, s. quamquam, ff. de negot. gest. vbi verbis illis dubiis, quod & mater gerat negotia filij, non censetur data tutrix ipsa mater filijs. Nec repugnat consideratio illa Galliaula in d. l. Centurio, numero 538. cum dixit, dictum s. quamquam, loqui secundum tempus illud Digestorum, quo nondum constitutum fuerat, matrem esse posse filiorum tutricem. Nam responderetur, quod si eorum Pandectarum mater esse non poterat legitima tutrix: at tamen poterat esse testamentaria, adhibita scilicet confirmatione Principis, l. vltim. ff. de tutelis, & l. 2. s. si mater. & ibi glo. ff. ad S. C. Tertullia. Ille ergo verborum defectus in casu d. s. quamquam, fuit in causa, ne secundum voluntate testatoris dici posset mater illa ita data tutrix, vt à principe confirmari valeret. Ita acutè responderet Sfortia Oddo in tractat. de compendiosa substitutione. part. 4. in verbo moriatur, versic. in tamen.

Secundò adducitur text. l. quidam decedens, s. 1. ff. de admistr. tut.

Tertia fuit opinio Ripæ in d. l. Centurio, numero 199. ff. de vulg. & pup. subst. qui dixit, esse in arbitrio iudicis, inspicere qualitate personæ illius, cui filius relictus fuit, declarare sensum horum verborum: & si reperierit illum idoneum, confirmabit eum in tutorem, argu. l. 1. ff. de confirm. tut. Et hæc quidem dixit Ripa ob id quod prædicta verba possunt habere duplicem sensum, quorum vnus est, quod data sit filij custodia, atque ita non tutela. Iterum, quod data sit Titio potestas, & consequenter in filium. Hanc opinionem confutauit Sfortia Oddo in loco supra allegato, in ver. quarta opinio. Et præter eum, falsam ob id existimo, quod de adeo valde dubia atque ambigua, vt inde colligi nequeat certus sensus, nullum est iudicis arbitrium: alioqui sequeretur, quod nulla dispositio dubia & perplexa inutilis esset. Id quod falsum esse ex iam dictis constat.

Quarta

PRÆSUMPT. CL.

Datio in solutum, an pignus vel præsumatur.

SVMARIA.

- 1 Datio in solutum potius quam pignus præsumitur. Idque multo magis procedit, quando aliqua extant verba, quibus inferitur dominij translatio, nu. 7.
- Idem quando quis dicit se ponere creditorem in sui locum, numero 8. vel se assignare vel tradere rem creditori omni meliori modo, num. 9.
- Idem adiecto pacto aliquo quod natura pignoris repugnet, & exemplificatur, num. 10.
- Idem si alia ad sint coniectura, de quibus remissio, nu. 11.
- Procedit etiam regula, quamuis verba contrahentium conueniant contractus pignoris, dum tamen pacta conueniant dationi in solutum, num. 12.
- 2 Dominium translatum in dubio non præsumitur, quando nulla præcessit iusta causa transferendi.
- 3 Deposita potius an mutuum præsumendum sit. Intellectus veteribus, ff. de pact. & in l. cum dominus, C. de pig. num. 4. & 5.
- 6 Dominus rei nemo præsumitur, nisi constet de principio dominij.
- 13 Pacta contrahentium magis spectanda quam verba.
- 14 Pignus præsumitur potius quam venditio, quando contrahentium pacta pignori, verba vero venditioni conueniunt.
- 15 Pignus potius præsumitur, quam in solutum datio, quando alias in dubio verba pignori magis, quam in solutum dationi conueniunt.
- Idem si qualitas pactorum contrahentium, pignori & non dationi in solutum adaptantur, nu. 16.

Quarta fuit opinio Sfortia Oddo in præcitatæ cõment. de compendiosa substitutione, particula quarta, in verbo, moriatur. in fine, qui distinguit duos casus, quorum primus est, quando testator dicit: relinquo filium meum viuum & mortuum Titio cum omnibus suis bonis. Hoc casu (inquit Sfortia) locum habet opinio Socini, qui ita verè respondit in dicto cons. 83. Secundus est casus, quando testator simpliciter relinquit filium suum viuum & mortuum Titio. Hoc casu (inquit Sfortia) locum habet secunda opinio Iasonis & Alciati. Hæc probabilior cæteris mihi videtur. Cum enim relinquere Titio bona filij viuensis, significare nil aliud possit, quam eorum curam & custodiam, dicendum est, voluisse relinquere Titium tutorem filio impuberi: & post pubertatem voluisse eum esse curatorem & administratorem. Quando vero simpliciter relinquit filium viuum Titio: non tutelam, sed solum custodiam reliquisse dicitur, vt similis est casus in d. l. qui in aliena, s. quamquam, ff. de administrat.

Est similis præcedenti disputatio & casus, de quo Iason in l. manifestiones, numero 4. ff. de inst. & iure. dixit, se respondisse. Testator ita dixerat, filium meum relinquo in manibus matris suæ. Dubitandum fuit, an mater censetur constituta tutrix. Dixit Iason, se respondisse, tutricem datam ea ratione: quia tantum est dicere, relinquo filium meum in manibus suis, quantum si diceret, in potestate, quæ verba tutelam significarent: cum manus pro potestate accipitur, l. 1. C. de emancip. libero. vbi glo. Et quod testator relinquendo filium suum in alicuius potestate, eum tutorem constituerit, docuit Bald. in c. ex parte, il. 2. de appellat. & ibidem Decius in primo notab. multis comprobatur Galliaula in d. l. Centurio, numero 539. & ibidem Ripa numero 198. & Boer. in quest. 124. numero sexagesimo. Est etiam similis ille casus, quando testator legauit centum vxori, si non discesserit à filijs & suis, dicitur eam reliquisse tutricem ipsis filijs. Ita probat text. l. sed si hoc, s. cum vir, in fine, ff. de conditio. & demonstrat. & ibidem annotauit glof. Castre. & Imola, Ias. in l. manifestiones, nu. 4. ff. de insti. & iure. & Ripa in dicta l. Centurio, numero centesimonoagesimo octauo.

Diuersus est casus à præcedentibus, quando testator relinquit alicui filij sui custodiam & curam. Non enim hoc casu præsumitur reliquisse illum tutorem. Ita probat d. l. qui in aliena, s. quamquam, ff. de negot. gest. de quo diximus supra. & ibidem glossa & Baldus, & singulare esse dixit Roman. in singul. 165. Commisso filium, & secuti sunt Galliaula in d. l. Centurio, nu. 539. & ibidem Ripa nu. 198.

Simile scripsit Baldus in l. omnem, colum. prima, versic. nunquid mater, C. ad S. C. Tertullia. cum dixit, quod si testator committit filium suum alicuius sollicitudini, & non dicitur eum reliquisse filij tutorem Baldum secuti sunt Galliaula & Ripa vbi supra, & Boerius in quaestio. 124. numero secundo in fine.

Est etiam simile & quod respondit idè Bald. in consilio 194. dicta particula, lib. 5. cum dixit quod si testator ita dixerit, volo vxorem meam esse dominam & administratricem, & quod ei omnes subditi obediant, non præsumi relictam filiorum tutricem, & Bald. probatur Ripa in d. l. Centurio, num. 198. & Boerius in q. 124. n. 3.

Est etiam simile quod respondit Aretin. in cons. 66. colum. 1. versic. sed tamen his non obstantibus cum dixit, quod si testator relinquit aliquem & administratorem filij sui, non dicitur eum reliquisse tutorem, & Aretinum secutus est Boer. in d. quest. 124. numero 2.

Hic annexi potest quod dicimus de matre, cui lex defert filiorum tutelam, & auct. mari & auct. C. quand. mulier tutela offic. fungi potest. Id quod intelligitur, nisi repugnet præsumpta patris voluntas l. scire oportet, s. sed est quis, ff. de tut. & curat. datis ab his, & l. unica, Cod. si contra matris voluntatem tutor datur. & declarauit copiosè in consilio 677. libro septimo.

Est etiam obseruandum in hac de tutore materia, & translatione, tutorem præsumi datum illum, qui diu se pro tutore & gessit, vt respondit Soc. sen. in cons. 153. col. 2. lib. 2. quem secutus est Crauer. in tractat. de ant. temp. in prima particula tertie partis principalis, nu. 37.

Illud etiam annotandum est, neminem præsumi libenter & acceptare tutelam, sicuti tradunt Lucas de Penna in l. 3. de præsumpt. 100. C. de apoch. publi. libro 18. & Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum. 18. & probatur text. s. quoniam autem, in auct. vt qui obligat. perhib. res minor. & hoc maxime procedit in viris religionis, vt dixerit Alc. præcitate in loco.

Est pariter obseruandum, tutorem ex mala administratione & suspectum præsumi, ita Soc. sen. in cons. 193. nu. 2. versic. confirmatur secundo, lib. 2.

DE hac præsumptione agendum erat post 122. supra explicatam. Verum ne iam scriptum ordinem perturbarem, placuit de ea hic differere. Pro regula itaque constituendum est, in solutum dationem & potius quam pignus in dubio præsumi. Ita Aretin. in cons. 159. num. 16. versic. & maxime, & Iason in cons. 92. col. 3. versic. quarto principaliter, li. 1. & hoc secutus sum in cons. 201. n. 20. lib. 3. & quibus accedunt Barro. Angel. Aretin. & Alex. relati à Rota Romana in decis. 168. n. 1. in 1. parte in nouis, editis. Et huius quidem traditionis & regulæ ea est ratio: quod si dicimus esse pignus, & ipsum creditore facere fructus suos, contractus erit fœneraticius, id quod præsumendum non est, vt post Baldum in l. rogasti, s. si tibi, in fin. ff. certum petatur. & alios, scripsi supra in præsum. 122. num. 2. in cons. 109. numero 3. lib. 2. in dicto cons. 201. numero 20. libro 3. & in cons. 343. numero 1. lib. 4. Si verò dicimus ipsum creditorem debere imputare fructus in forem, atque ita ferre dānum sui capitalis, vt scilicet sine aliquo lucro permaneat apud debitorem, aduersus equitatem erit, quam considerat Imperator in l. curabit, C. de actio. empti. Et in dubio nemo præsumitur iactare suum, cum de indebito, in princip. ff. de probat. & scripsi copiosè in libro 2. de Arbitrariis iudicium casu 88. col. 1. Nec huic traditioni repugnant considerationes Afflicti in deci. 373. qui dixit, in dubio præsumi pignus, non autem in solutum dationem. Et primò ea ratione motus est, quod in dubio non præsumitur translatum dominium dicta l. cum de indebito, & scribit Cyn. in l. incendium, in fin. C. si cer. per. in dubio non præsumi rem traditam, vt transferatur dominium, sed potius præsumi depositum, Vnde (inquit Afflicti) nuda traditio non transferatur dominium. L. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin. Verùm responderetur in dubio non præsumi translatum dominium, & quando nulla præcessit iusta causa eum transferendi: vt in casu dictæ l. cum de indebito, quam explicauit supra in præsumpt. & in libro secundo de Arbitrariis iudicium, casu 88. num. 1. secus si causa præcessit, vt probant textus l. si ita distrahatur, ff. de contrahenda emptio. & l. 1. s. & est questio, ff. pro dote, & scripsi supra in præsum. 34. n. 5. vbi n. 12. post Iacobum Butrigarium, & Albericum declarauit dictam l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin. vt intelligatur de nuda causa habili ad transferendum dominium, vt si est depositum vel commodatum, id quod non contingit in casu nostro, vbi extat creditoris creditum, quod præbet iustam causam transferendi in eum dominium rei, deinde tibi à debitore traditæ. Nec obstat illa traditio Cyni in d. l. incendium, in fine, quia verius est, Cynum affirmasse præsumi potius & mutuum, & sic translatum dominium, quam depositum, in quo non transferatur dominium. Ita Cyn. ipsum commemorauit supra

in d. præsumpt. 34. num. 1. Non etiam vrget secunda consideratio Afflictus in dicta decis. 173. num. 3. versic. item quia cum dicitur, in dubio præsumi id quod est minus damnosum debitori...

Non etiam obstat tertia consideratio eiusdem Afflictus in dicta decis. 373. numero 3. in si cum dixit, in dubio sumi interpretationem contracti creditorem asserentem, rem sibi datam esse in solutum: cum id non probet, l. veteribus, ff. de pact. Si quidem responderet, negando pertinere ad debitorem probare...

Non pariter obstat illa traditio Baldi in l. sine possidetis, C. de probationibus. commemorata ab Afflictus, cum dixit Baldus, quod nemo præsumitur dominus alicuius rei, nisi constet de principio dominij. Nil sane obstat traditio hæc, cum nostro in casu satis constat de ipsius dominij principio, quod ortum est ex ipsa traditione...

Hæc regula & traditio, quod scilicet præsumatur potius in solutum datio, quam pignus, locum habet et multo magis, quando aliqua extrant verba, quibus significatur ipsa dominij translatio: sicuti quando debitor dixit, se rem illam pro eo quod debet, assignare. Ita in specie probat l. doris fructus, §. vltim. cum l. seq. ff. de iure dot. Et scribunt Bart. Bald. & alij multi quos congesti in conf. 201. num. 6. & num. 10. Et illis accessit Corneus in conf. 228. numero 8. & 9. libr. 4. qui copiosè differit. Idem est, quando debitor dixit, se ponere creditorem in sui locum...

Extenditur primo traditio & regula hæc, vt locum habeat etiam verba conuenient contractui et pignoris, pacta vero inter ipsas partes conuenient in solutum dationi. Hoc enim casu præsumitur in solutum datio, non autem pignus: cum spectanda magis sint pacta, quam verba. Ita in specie responderunt Aretin. in confil. 159. nu. 16. versic. hinc inferunt, & nu. 17. versic. vel secundò potest respõde-

vi. Socia. Sen. in conf. 9. n. 36. libro 1. Natta in conf. 496. n. 13. ver. non enim obstat, libro 2. & Decianus in conf. 35. nu. 44. lib. 2. qui respondit de eadem facti specie, de qua & ego ipse in d. confil. 201. vbi num. 27. commemorat præcitatōs Dd. & his accedit Boer, in q. 502. col. 4. versic. & pro hoc allego textum, post Barbat. in c. illo vos, in fin. de pign. qui dixit, e contra, pignus præsumi potius quam venditionem, quando pacta pignori conueniunt, & verba venditioni, & confert quod scripsi supra in præsum. 105. num. 11.

Receditur tamen à prædicta regula & traditione contractibus coniecturis, & prima quidem est coniectura, quæ defumitur à verbis, quæ pignori magis, quam in solutum dationem conueniunt. Non enim in dubio à proprietate verborum recedendum est, non aliter, de legat. 3. cum similib.

Secunda est coniectura ducta à qualitate pactorum, quæ pignori & non dationi in solutum adapantur, sicuti sensu 16 Boer. supra citatus, & ego ipse in conf. 201. nu. 2. 3. & 4.

PRÆSUMPT. CLI.

Liberatio generalis vel vniuersalis, an & quando præsumatur restricta quoad petita, & perfecta tantum, vel potius omnia etiam non cogitata comprehendit.

SUMMARIA.

- 1 Liberatio debitoris triplex naturalis tantum, civilis cui natura cooperatur, & civilis tantum, & qualis quæque sit. ibidem.
2 Liberatio generalis facta super petitione generali, præsumitur comprehendere omnia.
3 Liberatio generalis non liberat tutorem à restitutione rei, quæ apud ipsum reperta fuit, & ab ipso dolo occultata.
4 Dolo culpæ præponderat.
5 Liberatione in generali non comprehenduntur ea quæ iure dominij possunt venuari.
6 Transactio & liberatio patris verbis generalibus facta, non præiudicat quoad res & bona filiorum.
7 Transactio & liberatio specialis facta super petitione speciali, nil aliud comprehendere præsumitur, quam rem petitam.
8 Liberatio generalis facta super petitione speciali, restringitur ad rem petitam, & exemplificatur in pacto, in compromisso & laudo, & in consecris calcicis, n. 9. 10. & 11.
Secus si per multum temporis post creditor nil pro aliis causis petiit à debitore, quia tunc liberatio præsumitur omnia cõprehendere, nu. 15.
Idem si in generali liberatione creditor aliquid ex his, quæ non fuerant petita, sibi reseruauit, quia tunc reliqua non reseruata remissè præsumitur, nu. 16.
9 Fructus panis, & similia accessoria rei specialiter petita, in generali liberatione comprehenduntur.
Idem de appendiciis & coniectis rei pro qua facta fuit liberatio, n. 13. & 14.
10 Liberatio facta verbis amplissimis & vniuersalibus quæ salua ratione recti sermonis restringi non possunt ad rem controversam, ad eam solam non se restringit, Idque procedit etiã quo ad ea quæ tunc non in specie, in genere tamen cogitata fuerunt, nu. 19.
11 Liberationibus in faciendis cauendum est à sermone nimis offuso.
12 Liberatio amplissimis verbis facta, comprehendit etiam incogitata, quod declaratur, nu. 21.
13 Cogitatio in genere, ex amplissimis verbis interuenisse præsumitur.
14 Liberatio trahitur ad incogitata, quando creditor ita expresse voluit.

Gregia & frequens est hæc disputatio, in qua exordientum est prius cum Baldo in l. sub prætextu, la. 2. numero 13. versic. in die, C. de transact. triplicem esse liberationem, et naturalem scilicet tantum, civilem, cui natura cooperatur, & civilem tantum. Est liberatio naturalis illa, quæ fit solutione numerata pecunia. Hæc (inquit Baldus) nunquam se extendit, nisi quatenus solutum est, l. si ex pluribus, in princ. ff. de solutio. & l. si ex maiore, C. de excep. civilis verò liberatio, cui natura cooperatur, est illa, quæ fit creditoris confessione, qua asserit sibi fuisse numeratum. Habet hæc vim solutionis, lapsis triginta diebus, intra quæ opponi poterat exceptio non numeratæ pecuniæ, l. in contractibus.

C. de

C. de non numerat. pecunia. Hæc pariter secundum Baldum in dicta leges sub prætextu, nunquam se extendit, nisi quatenus confessus est creditor se recepisse. Ita Baldus, qui dixit, probari eidem iuribus supra citatis. De duabus liberationibus nostra non est disputatio. Tertia est liberatio, quam Baldus in loco præallegato appellat civilem simpliciter, sicuti est illa, quæ fit mediante transactione, vel pacto, vel acceptilatione. De hac autem tertia liberatione disferendum est nunc. Quia in re, omiſsa illa distinctione Baldi in dicta l. sub prætextu, la. 2. numero decimo tertio, Cod. de transactio. distinguo atque constituo quatuor casus.

Primus est, quando petitio & prosecutio fuit generalis, & liberatio pariter generalis. Hoc sanè et casu præsumitur, quod liberatio comprehendat omnia. exempli gratia, si pupillus finita tutelæ administratione, petiit à tutore reddi sibi rationem administrationis de omnibus à se gestis & administratis, & restitui sibi ea, quæ ex suo patrimonio sunt apud ipsum tutorem, si deinde transigatur inter ipsum pupillum, & tutorem, libereturque tutor verbis generalibus, præsumitur etiam liberatus à restitutione alicuius rei pupilli, quæ deinde reperitur apud ipsum tutorem. Hoc exemplo vti sunt Castren. & Iason in dicta l. sub prætextu, col. 1. & num. 1. versic. ex hoc apparet. Alexand. in confil. 46. libro 1. Ruin. in confil. 25. n. 17. libro 1. & declarat Natta in confil. 102. n. 5. & 6. lib. 1.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat, quando res illa pupilli reperta apud tutorem, fuisset à tutore ipso et dolo occultata. Nam tunc tutor à restitutione illius rei non præsumitur liberatus. Ita Iason in dicta l. sub prætextu, numero 3. versic. v. fallentia. post Baldum ibidem numero 14. Natta in confilio 113. numero 2. & 5. libro 1. & ij quidem moti sunt text. l. tres fratres, ff. de pactis, vbi generalis liberatio ad res doli occultatas non trahitur, & accedit ratio quod dolo qui dilectum est, gl. in l. ff. de fideiuss. tutor non debet prodesse ipsi tutori, l. sine hereditariis, in fin. ff. de neg. gest. Litaque sullo, ff. de furtis, & l. relocatorum, in fine, ff. de interdictis & relog. & rursus (inquit Iason) et si pupillus est in culpa faciendi generalem obligationem, tamen cum tutor sit in dolo occultando rem, dolo ist præponderat et ipsi culpæ, l. item si obſtetrix, in fine, ff. ad legem Aquiliam.

Hic intelligentius minus rectè respondisse Fulgosium, quem recenter & improbat Iason. in dicta l. sub prætextu, columna 1. versic. pro intellectu & practica. Cod. de transactio. Respondit sanè Fulgosius, pupillum petere, & conſequi non posse iocalia matris à tutore occultata, dum redderet rationem administrationis, ob id quod ipsum tutorem verbis satis amplis & generalibus liberauerat. Minus rectè sensit Fulgosius secundum Iasonem, per text. d. tres fratres, & rursus, quia in generali liberatione et non continentur ea, quæ iure dominij possunt vendicari, l. Aurelius, §. Marcia, ff. de libera. lega. & ibid. Bart. & idem in l. non solum, §. vlt. ff. eo. Bal. in l. pactum, qu. 12. C. de collatio. & alij plures, quos congesti Iason in d. l. sub prætextu, num. 2. C. de transactio. & præter cum alios ego commemoravi infra libro seq. in præsumpt. 194. numero 12. & in confil. 496. num. 57.

Declaratur secundo, vt non habeat locum quando pater transigisset generaliter, suumque aduerſarium verbis amplis & generalibus liberaſſet. Nam tunc illa transactio & liberatio non et præiudicat quo ad res & bona filiorum. Ita in specie declarat Iason in d. l. sub prætextu, n. 3. versic. secunda fallentia, C. de transact.

Secundus est casus, quando petitio & prosecutio fuit specialis, & transactio liberatioque pariter specialis. Hoc sanè casu præsumitur quod liberatio nil aliud penitus comprehendat et quam illam. Ita Iason in d. l. sub prætextu, nu. 1. versic. vbi autem, C. de transact. qui sic est interpretatus l. age, eo. tit. vbi idem Iason in princ.

Tertius est casus, quando petitio & prosecutio fuisset specialis, transactio vero & liberatio generalis. Hoc sanè casu su præsumitur, quod liberatio restringatur ad rem illam et petitam, exempli gratia, debebas mihi ex diuersis causis, vtputa ex causa mutui centum, ex causa depositi ducenta, ex causa legati trecenta, regi ex causa mutui, petendo illa centum, deinde tranſiggi tecum, & verbis amplis & generalibus te liberaui, & promisi nihil amplius à te petere, non dicor liberaſſe te ab his, quæ ex causa depositi & legati mihi debebas. Hoc exemplo vti est Castren. in dicta l. sub prætextu, la. 2. & Iason ibidem num. 1. versic. si autem petitio. Alio exemplo vti est Baldus in eadem l. sub prætextu, num. 13. versic. Doctores dicunt, dum post glo. in l. Lucius, C. eod. de transactio, dixit, quod si liberaui tutorem ex certa causa administrationis vtputa salis: certe in ea liberatione & quitratione nil aliud continetur quam administratio talis: cum (inquit Baldus) liberatio hæc restringatur à causa in ea inserta. Hunc

casum probarunt etiam Cyn. Bart. Angel. Salicet. Alexan. & alij multi, quos congesti Anto. Gabriel. in lib. 6. conclusio. num. in tit. de regul. iur. in conclus. 4. nu. 21. & accedunt Calcanus in conf. 19. numero 28. in fin. Ruin. in conf. 210. col. vlt. in princ. libro 1. Afflict. in decis. 319. n. 5. Natta in conf. 113. n. 1. & 2. lib. 1. & Bello. in conf. 6. num. 14. Comprobatur hic casus eo simili quo dicimus pactum et verbis generalibus conceptum, restringi ad rem, de qua agebatur, l. vltim. §. idem questus, ff. de condit. indeb. & l. si ex pluribus, ff. de solut. & tradunt Iason in d. l. si de certa, n. 4. versic. etiam. Idem est in compromisso & laudo, et quæ restringuntur ad rem de qua erat contentio. l. si cum dies, §. plenum, ff. de recept. arbit. & tradunt Iason in d. l. si de certa, n. 4. versic. simile est in compromisso, sic etiam Anch. in cap. 1. ad fin. versic. in compromissis, de transact. Corn. in conf. 168. col. 2. versic. hinc tamen non obſtetibus, l. 1. Calcanus in conf. 19. n. 29. & Ant. Gab. in lib. 6. conclus. in tit. de regul. iur. conclus. 4. nu. 23. simile est in cõsecris calculis, quæ et restringuntur ad quantitates illas, de quibus erat contentio. Ita Iason in d. l. si de certa, n. 4. versic. simile in computationibus, qui dixit, sic intelligi debere rex. l. emptor, §. Lucius, ff. de pac. Idem scribunt Anch. & Gab. in locis supra allegatis.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat quo ad illius specialis rei accessoria, qualia sunt fructus, pœnæ, & similia. Nam & hæc præsumuntur et comprehensa in ipsa liberatione generali. Ita Iason in d. l. si de certa, numero 4. versic. limita nisi. C. de transact. post Salicetum & alios ibi, & Bartolum in l. Aurelio, §. cum ius, in fin. ff. de liberat. legat. & attigi in sequenti libro in præsumpt. 164. in si. & his accedunt idem Iason in conf. 171. col. 2. lib. 2. & Amilius Ferretus in l. 1. in princ. num. 6. & 7. ff. de pactis, & Ant. Gabr. in lib. 6. conclusio. num. in tit. de regul. iur. conclus. 4. num. 38.

Declaratur secundo, vt locum non habeat quo ad appendicia et rei pro qua facta fuit liberatio, illa enim præsumuntur et comprehensa in liberatione, vt scribit Iason in d. l. si de certa, num. 4. versic. 2. limita per text. in l. si cum tibi, C. de iudiciis, vbi gl. & Bart. Anton. Gabr. in d. conclusio. 4. numero 39.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quo ad connexa, et quæ præsumuntur comprehensa sub illa liberatione generalis. Ita Iason in d. l. si de certa, n. 4. versic. 3. limita, post Castren. & Alex. ibid. ac Angelum, & Imolam in l. qui Romæ, §. duo fratres, de verb. oblig. & idem Iason in l. 1. n. 3. C. de transact. qui multa de connexis scribit, & alia ego ipse in commentariis de Arbitr. iud. lib. 2. casu 95. & declarationem hanc probauit pariter Anton. Gabr. in dicta conclusio. 4. n. 37.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando liberatione facta, per multum temporis post creditor et nil pro aliis causis & administrationibus petiit à debitore. Nam tunc obseruantia hæc efficit, vt præsumatur in generali illa liberatione comprehensa fuisse omnia. Ita Fulgosius in conf. 131. col. 2. versic. & considerandum est, quem secutus est Afflict. in decis. 319. nu. 5.

Declaratur quinto, vt locum non habeat, quando in generali ipsa liberatione, creditor et reseruauit sibi aliqua ex his, 16 quæ non erant petita. Nam tunc reliqua non reseruata, nec excepta, comprehensa præsumuntur. Ita in specie declarat Afflictus in decis. 319. nu. 6. & idem sensit Natta in conf. 113. nu. 4. lib. 1.

Quartus est casus, quando petitio et prosecutio fuisset specialis, transactio vero et liberatio verbis vniuersalibus et amplissimis, quæ salua ratione recti sermonis restringi non possunt ad rem illam, et de qua erat conuentionis, exempli gratia, si petebam à te decem causa mutui, et deinde tecum tranſiggi, teque liberaui, ac promisi nihil amplius à te ex hac et alia quacunque causa petere. Hoc sanè casu liberatio hæc non se restringit ad solam illam causam mutui: sed aliam omnem comprehendit. Ita scribunt Cyn. in l. si ex maiore, C. de excep. Bar. in l. si decreta, col. 2. versic. si vero, C. de transact. Bald. in l. pactum, question. 14. C. de collatio. Iason in d. l. si de certa, num. 5. versic. limitant tamen. Corneus in conf. 168. colum. vltim. versic. & idem videtur velle, lib. 1. Alex. in conf. 11. col. 2. versic. & ista fuit, l. 1. Ruin. in conf. 33. col. 2. lib. 2. & alij nonnulli congesti ab Antonio Gabr. in lib. 6. conclus. in tit. de regul. iur. in conclus. 4. n. 22. & accedunt relati à Natta in conf. 113. nu. 1. lib. 1. & præter eum Calcanus in conf. 19. nu. 30. Ruin. in conf. 25. nu. 10. & in conf. 145. n. 9. lib. 1. Paris. in conf. 20. num. 34. lib. 1. & Socin. iun. in conf. 40. num. 6. li. 3. Ita intelligitur text. d. l. si ex maiore, C. de excep. vbi Cyn. supra relatus dicebat, quod si debitor soluit partem debiti, et creditor fecit generale pactum de non petendo, restringitur pactum quo ad partem solutam, nisi creditor dixerit generalius, quod non posset petere causa et occasione cuiuscunque debiti, et Cynum secutus est Iason in d. l. si de certa, num. sexto. Ita etiam loquitur Baldus in l. pactum, quest. 6. Cod. de collat. cum dixit, in his liberationibus ca-

uendum esse à sermone nimis effuso, quo renunciantes iuri suo, & liberantes suos debitores incidunt in periculum, iuxta *text. l. vlt. C. de dotis promiss.* & Bald. secutus est Afflict. in *decif. 319. nu. 3. qui num. 4. dixit*, in dubio non esse recedendum à generalitate verborum, sic & Bellonus in *conf. 6. nu. 14.* & Parisius in *conf. 20. nu. 35. lib. 1.*

Extenditur hic casus vt locum habeat etiam quo ad ea, 19 quæ etsi non in specie, in genere tamen cogitata fuerunt. Iufficit enim, quod in genere fuerit de eis cogitatum, sicuti tradunt Bart. in *d. l. sub pretextu. la. 2. in 1. opposit. & in d. l. si de certa. nu. 2. C. de transact.* & ibid. Iaf. n. 8. Aret. in *conf. 33. colum. pe. vers. ad tollendum autem.* Alexan. in *conf. 11. nu. 8. libro 2.* Corneus in *conf. 144. numero 10. 11. & 12. lib. 3.* Ruin. in *conf. 25. nume. 10. & in conf. 145. num. 9. & 10. lib. 1. & in conf. 41. colum. 2. versic. & in super. lib. 5. Soc. sen. in conf. 59. & in conf. 103. colum. pe. versic. his tamen non obstantibus, libro 3. & alios nonnullos recenset Anton. Gabriel. in *libro 6. conclusionum, in tit. de reg. iur.**

conclus. 4. numero 8. & Natta in conf. 113. numero 1. libro 1. Ita etiam declaratur, & intelligitur traditio illorum, qui scripserunt, liberationem quitationemque amplissimis verbis factam comprehendere etiam incogitata: sic sane Castrensis, Socin. sen. Crauctra, Neuzan. & Caphalus, quos commemoravi in *conf. 496. numero 60.* Hæc quidem traditio intelligitur, quod comprehendat non cogitata in specie, in genere autem cogitatio requiritur, quæ ex amplissimis ipsius verbis præsumitur, vt scribunt Barto. & Iaf. in *d. l. sub pretextu. & in dist. l. si de certa,* & alij multi congesti à Tyrquel. in *l. si unquam, in præfatio. num. 120. C. de renocand. donat.* & accedunt Afflictus in *decif. 44. numero 10. versic. & prepter dista, & Dec. in conf. 137. n. 9. & ad rem confert quod scripsi in infra libro 6. præsu. 39. n. 7. versic. & cogitatio. & ad incogitata etiam trahitur liberatio, quando ipse creditor ita expresse voluit, vt post alios latè dixerit Paris. in *conf. 20. nu. 35. libro 1. ubi tamen n. 83. declarat.**

Finis libri Tertij Præsumptionum D. Iacobi Menochij.

SECVN-

